IOANNIS TORRE

DE PACTIS

FVTVRÆ SVCCESSIONIS

CVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Nouissimis Decisionibus.



DE PACTIS
FVTVRÆ SVCCESSIONIS
Tractatus Tripartitus.

AVTHORE

IOANNE TORRE
NOBILI LVCENSI.

Additis supra ducentas Sacræ Rotæ Romanæ Recentissimis, ac grauioribus Decisionibus nusquam impressis, quorumuis Capitum materias punctualiter tangentibus.

VNA CVM LOCVPLETISSIMIS TAM TOTIVS OPERIS, quàm singularum Decisionum Indicibus, seruato ordine ad Lectoris commoditatem.





VENETIIS, Apud Nicolaum Pezzana. MDCLXXIII

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



ILLVSTRISS.MO AC REVERENDISS.MO D.

PROSPERO BOTTINIO

VTRIVSQVE SIGNAT. S.D.N. REFEREND.

CLEMENTIS X. PONTIF. MAX.

Auditori, ac Prælato Domeſtico.

IOANNES TORRE. F.



Rimitias, vetere inſtituto religioſæ antiquitatis, Aris deberi, peruulgata res eſt, Illuſtriſſime, & Reuerendiſs. Domine: quapropter non mihi diù laborandum fuit, cuinam primos hoſce ingenij mei fructus, conſecrarem. Occurriſti enim, religioſiſſimus Iuſtitiæ Cultor, imò is ad quem, tamquàm ad aram publicæ ſecuritatis ex vniuerſo Orbe iniurijs vexati confugiunt, apud quem qualeſcumque has laborum meorum primitias ſuſpenderem. Prætereà cum Patrocinium Iuſtitiæ quęrendum eſſet aduerſus auaritiæ fraudes alienę mortis ſpem pretio ementis; quis ad hoc præſtandum aptior, quam is, cui, & ſummus iuris Honor, & animus, aduerſus aurum inuictus? Nàm quis audeat, de tua integritate, vel leuiſſimè ambigere, poſt diuinum Maximi hominum, de te iudicium, CLEMENTIS X. inquam, Pont. Max., qui, cùm primùm, ad faſtigium illud, Deo proximum, euectus eſt; te Auditorem ſuum eſſe voluit; per quem ad ſacras aures ipſius, iuſtitia aditum haberet, & apud quem, Orbis vniuerſus, cauſas deferret, quas æſtimatione tua expenſas, ipſe deinde oraculo ſuo confirmaret. Præiuerat tibi ad has præclaras animi dotes, magnus ille, IO: BAPTISTA BOTTINIVS, patruus tuus, Iuris, ac omnis elegantiæ, Princeps, quem, Luca Vicarij Generalis munere fungentem, magna cum admiratione ſuſpexit, maiorique faſtigio digniſſimum iudicauit; Verùm, quantò ille ætate ſuperior, tantò tu meritis, Illuſtriſsime Domine illum præueniſti. Quid enim, te, aut legum ſcientia, aut religionis zelo, aut Numinis cultu, ac pietate præſtantiùs? vt interim ſileam, inexpletam illam, benè de omnibus merendi cupiditatem,

tatem, mansuetudinem animi, aduersùs iniurias immotam; pertinacem in laboribus constantiam, tàm faciles quibuscumque etiam humillimis aditus, frontemque illam, sine vlla tristitiæ nube omnibus exporrectam, ac ipsius benignitatis sedem; Iam verò, quid de tua sapientia clarius testimonium afferre possum; quàm quod, te sibi patronum clarissimæ totius Italiæ familiæ adoptarunt; quod Purpuratorum Patrum Collegium, magno consensu, te difficillimo Ecclesiæ tempore, grauissimis negocijs tractandis, legauit; quod te, Diuinis iudicijs duo Summi Pontifices, ALEXANDER VII. & CLEMENS X. honestarunt; Alter te in Sacri Consistorij Aduocatum; alter in Auditorem suum, ac vtriusque Signaturæ Referendarium eligendo; tibique ac æstimationi tuæ permittendo, quos Summis Sacerdotijs ex morum, ac virtutum censu spectatos, dignos iudicares; Quibus rebus, quantò tu maiorum exempla transgressus es, tantò minoribus præluxisti: Cuius quidem rei, adhuc viuens fructum es amplissimum consecutus. Te siquidem Marchio IO: BAPTISTA BOTTINIVS, fratris tui filius, exemplar inspexit. Tu præstantissimo illius ingenio, ardentissimas faces, ad virtutem, & famam subdidisti, quibus excitatus, nobilissimus iuuenis, Eloquentiæ primùm, mox philosophiæ, Theologiæ, ac Iurisprudentiæ curriculum, tanto plausu confecit, vt in ipso annorum flore eam gloriam adeptus sit, quam pleriq; vix senes attigerunt; Vndè communem plausum, famamq; CLEMENS IX. sequutus, illum tibi in Sacri Consistorij patrocinio, adhuc vix puberem, adiutorem esse voluit, vt quandocumque te à laborioso illo non minùs, quàm glorioso munere, maior dignitas auocasset, velut aureo ramo auulso, alter similis non deficeret; Quibus tantisque causis, illæ etiam peculiares accedebant, quæ me ad hos labores, meos tibi inscribendos impellerent, vt aliquam grati animi significationem ostenderem, ob ingentia, quibus me, meosque demeruisti beneficia, quibus cum impar soluendo sim, saltem confessione publicâ ius tuum asserere, æquum existimaui, vt quando tibi liberet, tàm me, quàm posteros meos appellares, & ab eis nomen reposceres, ad quos benignitatis in me tuæ hæreditas peruenisset. Accipe igitur hoc æternum obseruantiæ meæ pignus, Illustrissime Domine; Et licèt impium existimem, filios de morte patris, pactum aliquod inire; hoc liberis meis libentissimè permitto, imò patria potestate impero, vt, me viuente successionem obseruantiæ, ac obsequij, ergà te, iustissimis conditionibus paciscantur. Vale.



A V T H O R
AD LECTOREM.



VOD nunquam ſuſpicari licuiſſet, vt quæ in otij vmbra luderem, in lucem aliquando prodirent, quæque ad ineuntis olim ætatis exercitamentum, ſcripta meis oculis ſubtraxeram; publicis ſubijcerentur; id citra opinionem voluntatemque meam contigiſſe video, ac non mediocriter miror. Is quidem animus fuerat, Iuuenibus vigilias perpetuo ſomno damnare, ſed cum in literatorum manus amicorum, præcipuè verò Dominici ab Eccleſia nunc in Rota Lucenſi Auditoris, & Hieronymi Palmæ Conſobrini mei, quos tamquam Iuriſprudentiæ Numina veneror, neſcio quo fato incidiſſent, reluctantem illi expugnarunt, egeruntque, vt ab ea re non abhorrerem, quæ mihi ad laudem, cæteris ad commodum., vt aiebat, verteretur. Quid pollicerentur, ipſi pro ſua ſapientia viderint; ego ab humanitate tua, Lector Beneuole, fauſta omnia mihi polliceor: Quæ ſi me ſpes fallet, non animo fruſtrabor, qui non comparandæ famæ, ſed Officij, quod Amicis deberetur, ambitionem perſuaſit. Cæterum quemadmodum in hoc opère nihil antiquius habui, quam vt peruestigatis rerum latibulis Veritatem in Theatrum producerem, ita cum intelligerem eam nudam, ſine fuco, atque inuolucris plus gratiæ ſibi conciliare ſolitam, nolui de aliorum inſtituto Allegationibus ad oculorum ſatietatem inductis, onerare potius, quam ornare, ijs tantùm contentus, quas Fides, non numerus commendaſſet. Auſus ſum interdum in rebus dubijs quid ſentirem, & animo pronunciare, non vt probaretur, ſicubi diſpliceret, ſed quoniam minus ad Scriptoris dignitatem, minus ad ipſius veritatis propugnationem pertinere putaui, aliorum ſententias in aciem ducere, atque interim propriam opinionem, tamquam gladium vagina reconditum continere, præſertim in Iuris Ciuilis Campo, vbi cum omnia in rixis ad Sapientum virorum mentem, tamquam in Arcem receptæ leges tueri ſe conſueuerunt. Rei ſingularis Tractationem tibi ſiſtere malui, quàm Conſultationes, &

Controuersias, tum quia, de Literaria Republica bene mereri eum non arbitror, qui Clientibus vendita, publicè donat; sed eum, qui, nullo mercedis studio adductus, Fidei, & æquitati consulit; tum quia rerum complicatarum nodi veriùs soluuntur, in Tractatione, vbi nihil ad scribentis fructum, quàm in Consultatione, vbi omnia ad Clientis votum; Quidquid autem hoc laboris fuerit, non parum iuuit Vincentius Turrius, Frater mei amantissimus, Vir Laurea donatus, & Pontificij Iuris studiosissimus, qui præter Indicem, pro sua summa industria rebus præclarissimis, abundè conflatum, Recentiores Sacræ Rotæ Decisiones sibi, cum in Romana Curia versaretur, collectas, adiecit. Quorsum inquis, rebus aliundè conquisitis Volumen consarcire? Quia opera pretium te videre fuerat, ex quibus fontibus complures conclusiones deriuassem; Quia plurimum momenti rebus meis accessisset, si hoc Tribunalium Sole illustrarentur; Quia donum tibi multò gratiùs videri potuisset, si quæ numquam vidisses, adijcerentur. Et sanè nunquam visa fuerant, cum Codicem meum Venetias, ad Pezzanam mitterem, sed quoniam ex eo tempore Romæ typis datam Recentiorum Partem Tertiam, supra Decimam accepimus, si quas ibi impressas, hìc inspersas videris, Rerum futurarum prorsus ignaro veniam dabis; Quod superest, Typographorum errata, quæ hìc expuncta non videntur, pro tua humanitate excuses velim; Bene, ac felicitèr Vale.

NOI REFORMATORI
dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto, per fede del Padre Inquisitore, nei tre Libri intitolati *De Pactis Futuræ Successionis Io: Torre Lucensis*, & nelle. *Decisiones Recentissimas S. Rotæ Romanæ*, non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza à Nicolò Pezzana di poterlo ſtampare, oſſeruando gl'Ordini, &c.

Dat. a' 4. Luglio 1672.

(*Aluiſe Contarini Cau. Procur. Reform.*
(*Nicolò Sagredo Cau. Procur. Reform.*
(

Angelo Nicoloſi Segret.

ERRATA.

Primus numerus indicat paginam, secundus columnam, & tertius lineam, & è primo mendoso perpende secundum verbum emendatum.

PAgina 2. col. 2. linea 5. Et Ex 3. 1. 16. Meretix Meritis 3. 1. 25. Iure Vice 3. 1. 30. Quæ Quibus 3. 2. 18. Angrassol. Anguisciol. 3. 2. 22. Pycenard. Ficeard. 3. 2. 46 Furzan. Tur. 3. 2. 51. Greuez. Greuè & 417. 2. 39. & 45 16. & 10. 1. 31. & 12. 2. 10. & 180. 2. 22. & 180. 2. 22. 4. 2. 6 Barz. Barry 4. 1. 22. Gœddecus Geddeus 4. 2. 1. Iur. Vir 10. 1. 19. Dom: meo Bon: Mem: 10. 1. 30. Post. Portius 10. 2. 12. Oportere Oportet 11. 2. 6. 9. 90. 11. 2. 21. Appareat Apparet 11. u. 43. Subsiioet Substinetur 12. 1. 49. Dirigantur Dirignntur 12. 2. 16. Et quarè plures Et plures 13. 1. 8 Compositas Compositos 13. 2. 67. Bichius de vnioni Rol. Ricchius de Voion. Reli. 14. u. 20. Pacto Parte 15. 2. 8. Nomine Nomina 15. 1. 64. Expressi Expressè 16. 2. 41. Totum Tutam 17. 2. 52. Decis.... Decis. 91. 17. 1. 66. Act. Arte 17. 2. 61 Pasc. Ozasch. 18. 1. 12. Heun. Boer Henric. Boez. 18. 1. 35 Copiæ Copia 19. 1. 2. Credere Videre. 19. 1. 60. vers. num 20. 1. 55. donatione Donationem 20. 2. 15. Bonell. Donell. u1. 1. 34. Continentur continerentur 22. 2. 47. idem Antonius 22. 2. 68. col- consil. 23. 2. 8. Iur. Iun. 24. 1. 21. Rol. Prol. u5. 1. 15. siue iure 25. 1. 42. fideicommissarium fideicommissum 27. 1. 39. gener non potest gener pocck 27. 2. 18. promitteret promitteretur 27. 2. 22. quæ quem 28. 1. 15. genere genero 29. 1. 38 fallunt fallungur 31. 2. 50. Monaco Marraccio 32. 1. 10. minimi minimè 34. 1. 36. prædictæ prædictas 34. 1. 37. confirmari infirmari 38. 1. 55. d. licet d. l. licet 38. 2. 17. formatæ firmatæ 39. 1. 44. Ang August. 40. 1. 11. par. 11. parte 12 40. 1. 19. dixeris differit 40. 1. 20. ad ac 40. 1. 56. Nathon Instit. Nathen de Iustit. & pag. 83. & 84. & 91. & 130. 40. 2. 21 cap. num. cap. 3. num. 40. 2. 68. 93. 43. 41. 2. 42. & cil 44. 1. 29. Luciam Liuiam 44. 1. 48. Mer. Morl. & 44. 2. 43 44. 1. 57. consilia consilio 44. 2. 42. quęst. quæsito 45. 1. 62 contrac. controu. 45. 2. 12. contractuus contractuum 45. 2. 31 Spinol. Spino 46. 2. 47. ne se 46. 2. 48. sperauerunt spreuerunt 46. 2. 49. ipsius regebant ipsis legabant 47. 2. 70. permisso prohibito 49. 1. 18. habentem habente 49. 1. 32. abierunt abierant 49. 2. 40. filium filiam 50. 1. 10. peg. piguorum 50. 2. 32. rimog. Primog. 50. 2. 59. priuilegia priuilegio 51. 1. 16. Cuner Cunon & 53. 2. 58. 51. 1. 17. ad Falc. ad Fabr. 51. 1. 18. tract. success. 51. 1. 46. ratione rationem 51. 2. 4. Vterg. Vasques 52. 1. 22. Caster Castren 52. 1. 33. Locz Zoca 54. 1. 7. omnes omnem 56. 2. 47 Mara Mansi: 58. 2. 32. Arnest Arrest. 58. 2. 44. apte antè 59. 1. 24. conuersi: conuent: 59. 1. 1 Apparet prohibitiones apparet quod prohitiones 60. 1. 21. materia substantia 61. 1. 35. præferre proferre 61. 1. 36. diuidentes dissideotes 61. 1. 37. allatæ allatas 64. 2. 67. possit possint 65. 1. 67. Donat: Donadæ: 65. 1. 69. Bronchess: Bronchen 65. 2. 9. fundatur fundantur 66. 2. 57. Iur: quotid. Iurisprud. 69. 2. 7. quod quos 69 3. 45. tamen tandem 70. 1. 57. in ex 70. 2. 41. Querad Quæsad 71. 1. 67. iur Iun. 73. 2. 66. mihi n. 11. mihi 11. 75. 2. 37. formidolcuus formudolosus 76. 1. 20. l. Codic. 76. 1. 38. hæredit. heredibus 78. 1. 8. Manutenendo Manumittendo 82. 2. 29. qui quin 83. 2. 69. tùm tàm 85. 1. 16. pęnam pęna 85. 2. 12. scribere scelere 85. 2. 29. remouet remouetur 85. 2. 45. deponentis disponentis 86. 1. 34 negent negant 86. 2. 32. cum vim 87. 1. 31. v98. 198. 88. 1. 64 iurata iurari 91. 1. 26. lin. lunit. 92. 2. 8. firmare firmata 93. 1. 52. lenones Episcopis lenones C. de Episc. 94. 1. 25. Pauerg. Parerg. 94. 2. 7. parentibus parentum 94. 2. 17. inuidiæ insidiæ 93. 2. 30. pacare parare 94. 2. 32. quam quem 99. 1. 25 Galesius Gelasius 99. 1. 27. cuius viuis 99. 1. 31. quo quod 100. 1. 50. paternus patronus 103. 1. 38. & 8. & vsquè ad 8. 108. 1. 34. §. cap. moribus si de feud. def. l. In vicem legati commiss. & §. moribus sit: si de feud. def. cont. l. 111. 1. 4. tenet tenent ibid. 1. 40. veterata ręterata ibid. 1. 41. Pauiu. Pacif. ibid. 2. 16. vim vicem ibid. 2. 52. euanuerit euanescit 112. 1. 63 vtrumque vterque 114. 2. 50. Sacerdotio Sacerdotij 115. 2. 60 Ticon de Palozada Siron de Palyzada 118. 2. 61. oiorte mare 119. 2. 2. conceptio exceptio 120. 2. 17. condiderat vendiderat 120. 2. 31. verificetur verificatur 120. 2. 45. conferenda inferenda 122. 2. 23. valent valet 124. 2. 69. Romana Romanam 125. 2. 31. natiuitatem rumpi natiuitatem non rumpi 126. 2. 3 pactus Partus 126. 1. 61. deducit deducitur 127. 1. 59. orto ortum ibid. 2. 34. legitima legitimo 128. 1. 32. quæst. num. quæst. 8. num. ibid. 2. 2. fonte fronte ibid. 2. vlt. pręsumat pręsumatur 132. 2. 54. vt & 133. 2. 11. argumenta argumentum ibid. 2. 60. præcedere consensus iussum præcedere 135. 2. 19 Cancell. Lancell. & 114. 2. 19. ibid. 2. vlt. iuri viri 136. 1. 14 collect. col luct. 137. 2. 7. conceptu concepta 139. 1. 10. ibidem fuerunt dicta de quibus ibidem fuit tractatum ibid. 1. 43. vis ius 140. 1. 46. prog. progress. ibid. 1. 56. vbi sibi ibid. 2. 23 tex. ex tex. 147. 1. 35. Dęn Dyn. 149. 2. 61. amitti. Tu mater. admitti. si mater 151. 1. vlt. arrept. arrest. 154. 1. 7. Ricchard. instr. Pycchard. Iustit. & 154. 1. 7. ibid. 1. 27. art. cerę ibid. 2. 27. infra supra 155. 1. 10. notat notab. ibid. 1. 15. Orlic. Offic. 158. 1. 13. videndus videndum ibid. 1. 43. asserens asserentem ibid. 1. 47. Materna venire materna esset inualida oihilomious dd. bona materna venire 163. 2. 56. diuiditur deciditur 164. 1. 61. controu. decis. ibid. 2. 48. inuentare intentare 167. 1. 44. præterito præstito 167. 2. 45. Politica vt Politica sed Teologica vt 168. 2. 3. Ricchard. Ficchard. 170. 2. 39. hoc hic 171. 1. 27. cedat procedat 171. 1. 28. testi tertij 171. 2. 48. futurorum futurum 171. 1. 63. decis. eiuil. 172. 2. 44. l. cap 175. 1. 62. 1605. 1665. 177. 1. 65. Rot. Rouit 177. 2. 29. 30 vllo modo consensu nec vllo modo consensere 178. 2. 8. circà contra 179. 2. 49. diuidenda decidenda 180. 1. 6. Amas Amat 180. 1. 15. vt vsque 180. 2. 20. aur auth. 181. 2. 13. Papalis Pepulis 182. 2. 11. vacans ius vacans per ius 186. 1. 49. admisso adiointo 186. 1. 66. neutro vtroque 187. 2. 25. eam eum 187. 2. 59. conualidet conualidetur 190. 1. 29. Calie. Caluin. 190. 1. 42. oportet etiam vt oportet vt etiam fateatur oportet 191. 1. 18. alij alijs 191. 1. 43. translatio translatione 191. 2. 63. modo dummodò 191. 2. 1. Saluiano Saluiani 192. 1. 40. denunciantis Reuunciantis 192. 2. 63. de supra de qua supra 192. 2. vlt. Pol. Spol. 193. 1. 57. verbo versic. 193. 2. 30. inappellabilem non applicabilem 195. 2. 24. possibili successionum generi 195. 2. 34. add. Oddi 195. 2. 67. Instit. quæ Iustit. de hæredic. quæ 196 1. 10. successori successioni 196. 1. 27. V.G. renunciationem V. G. propter renunciationem 196. 2. 43. apponere appaiere 197. 2. 10. 25. supradicta 25. vers. supradicta 202. 1. 35 rapto rupto 202. 2. 28. adaptatur adaptantur 202. 2. 54. acuti aucta 204. 2. 66. habitu libitu 205. 1. 60. renuncianteis renunciatis 206. 1. 60. Surd. Rot. dec. 306. dec. 171. Guid. Pap. dec. 308. Rot. dec. 171. 209. 2. 37. causa causam 213. 2. 16. Rot. dec. Rot. coram Royas dec. 213. 2. 66. ergo ego 214. 1. 39. etiam coram 214. 1. 48. masculo masculis 214. 2. 46. substitutis institutis 215. 1. 56. reseruatiuè cum reseruatione 216. 2. 17. intellexerit quod intellexerit masculis vel fęminis, & an intellexerit 219. 2. 50 quascumque quoscumque 219. 2. 54. delia dolia 221. 2. 70. inualida valida 222. 2. 12. Buttiglier Buttigell. ibid. 2. 14. existiment existimet ibid. 2. 15. asserendo asserentes ibid. 2. 19 innuentes innuens ibid. 2. 25. supponuntur supponendum est 224. 2. 31. bona bonorum 215. 2. 33. perindè proinde 226. 2. 37 viuenti viuentis 227. 1. 14. eadem eodem 227. 1. 26. partę 1 parte 231. 1. 39. factus factus fuit 133. 1. 42. illa illam 237. 1. 20 Matt. Merott. 237. 2. 50. Cagn. cognat. 238. 43. eis ei 239. 2. 2. Prætor. prateris. & 246. 2. 67. 240. 1. 45. neptum nepotum 241. 2. 9. existimans existimat 242. 1. 61. qua quæ 243. 2. 18. maxime minimè 243. 2. 26. testatur teste 243. 2. 62. Theor. Thor 243. 2. 67. respondes respondetur 244. 2. penult. l. Cod. 248. 2. 18. alijs alij 248. 2. 43. ad ac 252. 2. 67. satisfactum satisfactum 2. 49. & par. & demonstrat. par 254. 1. 3 Estò plus non possit & plus non potest 258. 1. 47. & quæstio Est etiam quæstio 259. 2. 13. §. parte 259. 2. 44. §. 6. 556. 259. 2. 49. tom. 4. tom. 3. 260. 2. 45. Suard. Suarez 260. 2. in fine & habetur &c. vt in meis manuscriptis pag. 419. 163. 2. 33 via vix 264. 2. 52. eioanere emanasse 265. 1. 6. sperari speroi 265. 2. penult. consoum. cosil. 279. num. 167. 1. 5. habendum habendam 269. 1. 18. substinentur substinetur 269. 1. 51. deluto delato 269. 2. 31. minorum minarum 270. 1. 14. minima minimè 271. 2. 2. apponeret apparet 271. 2. 37. Suar. Surd. 273. 1. 4. putant putat 274. 2. 29. apponat opponat 276. 1. 17. inuictus inuitus 276. 2. 57. veri verò 280. 1. 34. Palon. Palm 280. 1. 55. procuraturum procreaturum 284. 1. 24. consistentem consistente 286. 1. 58. defectui defectum. & pagin. eadem 2. 23. 286. 2. 59. quæ qui 286. 2. 63. eligenda elicienda 287. 2. 56. futura futuro 293. 1. 14. eorum verum 294. 2. 21. interpret. C interpret. l. primæ C. 295. 2. 26. princepi principem 295. 2. 43. sæcularem, respectu, vel legem aut statutum relaxari licet valeat remissio obligationis facta per principem sæcularem 296. 1. 49. potest possunt 297. 1. 24. conceptam concepta 298. 1. 53. nullum

al. quod

aliquod 298. 1. 18. religio est ad religio ad 298. 2. 57. alij alios 298. 2. 58. Cambon Camban 299. 1. 42. relatis relatus 301. 2. 5. Quæcad Quærad & alibi idem corrige 302. 2. 63. accipi decipi 303. 1. 22. eum eam 304. 1. 14. Semin. Gemin 304. 1. 26. Bann. Baron 308. 10. differant differunt 309. 2. 58 conditio dispositio 310. 1. 7. & mod.impress. & de monstr. parte 2. cap. 1. num. 15. Duran. de condit. & mod. imposs. 311. 1. 9. meretur moretur 312. 1. 43. metu motu 312. 2. 52. talis bonis 313. 1. 3. ff. de Codicill. 91. ff. ff. ibid. 1. 49. vitiant vitiat ibid. 2. 37. §. l. 315. 1. 66. de constit. quæ 3. de substit. quæst 315. 2. 8. autgator arrogator 315. 2. 15. disdept. discept 317. 1. 10. scripserit scripsit ibid. 1. 65. possibilium possibilem ibid. 2. 13. adlit adfuit 319. 1. 6. quæ sunt quæ non sunt 325. 2. 51. prohibito prohibitio 327. 2. 23. perficiendo perficiendi 328. 1. 45. §. quinta 329. 2. 42. vnus vsus 330. 2. 40 factum factus 333. 1. 29. aliquem actum aliquis actus ibid. 2. 59 permittit promittit 334. 1. 6. ad ac 336. 1. 60. cogitur agitur 337. 1. 1. ad Add. ad 338. 2. 22. par. 42. par. 4. 343. 1. 51. tit quæst. tit. 1. quæst. 344. 1. 12. agnatis cognatis 345. 1. 7. contineat continent 346. 1. 61. apta aptæ 348. 1. 65. inclinari inclinaui 348. 2. 40. arrogata arrogator 348. 2. 66. Rot. 17. Rot dec. 17. 349. 1. 4. adijcetur adijcitur 349. 2. 60. reduci seduci 350. 2. 16. Felix Felin. 353. 2. 35. Seph. Seraph. 354. 1. 42 declaratiui declaratiuè 356. 2. 40. quæst. parte 357. 1. 32. habitus habetur 358. 1. 32. contextorum contentorum 358. 1. 47 iuris visis 358. 2. 15. Carlin. Ciarlin. 360. 1. 43. Lim. Sim 360. 2. 32. illa illam 360. 2. 64. diminuentur diminuerentur 361. 1. in princ. ...... Eminentiss. Ottob. dec. 110. n. 14. Royas dec 484. n. 3. tamen non obstant, quia loquuntur in casu diuerso 362. 1. 52 non esse non poterit esse non potest 362. 2. 52. voluerit voluit 363. 1. 35. cum in 365. 1. 15. nd. num. 365. 1. 30. re ne 366. 1. 53. nu. o. nu. 10. 367. 1. 64. vxorum vxorem 368. 1. 37 eis ei 369. 1. 20. Doctor. decoctor. 371. 1. 45. debita debitor 371. 2. 33. Medic. Iudicijs 372. 2. 30. pro per 373. 2. 27. Iuno Iunij 373. 2. 53. diminuet diminuat 374. 1. 2. sed id 374. 2. 54 possum possumus 374. 2. 64. contrarium contrariam 376. 2. 6 ah. quæst. ac quæstu 376. 2. 16. affirmantibus affirmantes 377. 2. 12 adopeatur adaptatur 377. 2. 20. Carr. Larrea 378. 2. 7. 393. 4 39. & 43. 380. 1. 16. arrogata arrogator 380. 2. 58. Rot. dot 382. 1. 2. propterea præterea ibid. 1. 25. Rolan Dolan. ib. 1. 46 religiones faciant religiosus faciat 382. 1. vlt. à comodo ad comodum 382. 2. 3. allegati allegatos 383. 2. 66. aui vni 385. 2. 21 sed seu 386. 1. 5. patri pati 390. 2. 2 continent contineant 392. 2. 53. efficiant afficiant 393. 1. 23. visa sita 395. 1. 49 admittere admitterem 398. 1. 26. secularia seculari 399. 2. 25 respondet respondetur 400 1. 20. remanere remouere 400. 1. 65 decis. Dec. 401. 2. 18. Posthum. Post. 401. 2. 56. interpellatè interpolatè 401. 2. 62. Posthum. Postum 402. 1. 3. prius pius 402. 2. 44. feruore fauore 404. 1. 54. visi nisi 404. 1. 57. extra contrà 405. 2. 7. Rozzano Bozzano 405. 2. 26. Sacristiæ Sacristæ 405. 2. 29. Trinitat. visitat. 406. 1. 19. bonorum bonum 406. 2. 29. laicis fabricis 407. 2. 2. itemque idemque 409. 1. 4. celestris Celostris 419. 1. 7. legitur legibus 419. 2. 44. probatum prolatum 419. 2. 51. præter Prætor 421. 1. 28. affirmant affirment 421. 1. 37. spem Petrum 422. 1. 46. defendunt defendant 422. 1. 48. transmittit transmitti 422. 2. 44. Et Est 422. 2. 67 exemplificant exemplificat 423. 1. 15. textu in textu 423. 1. 16 expert. export. 424. 2. 45. donator donatur 425. 1. 31. ad hoc reddatur ad hoc vt reddatur 425. 1. 62. ineuitabiliter irreuocabiliter 425. 2. 5. partem parte 426. 1. 41. Carrozzinda seruanda 427. 2. 27. reuocabiles irreuocabiles 430. 2. 3. adoptati adaptari 430. 2. 42. Solon Salon 431. 1. 8. concessit conuenit 431. 1. 49 reuertatur recurratur 433. 1. 62. in eius eius 433. 2. 49. statutum statum 434. 1. 44. alius aliàs 434. 1. vlt. ne nec 434. 2. 49 vulgar. verbor. 434. 2. vlt. neruum vim 435. 1. 54. negatiuum negatiuam 436. 2. 8. distinguatur Couar. distinguatur ab vniuersali Couar. 436. 1. 30. pariter, quod pariter ratione, quod 437. 1. 36 in vbi vbi in 438. 1 penult. aliam aleam 438. 2. 29. opinione opinionem 440. 2. 17. in examio. ad in addit ad exam. 441. 1. 12 donatarij donatoris 444. 2. 67. Real. creat. 446. 2. 53. non esse nec inual. non esse inualidam 449. 1. 16. rescripti rescripsi 451. 1. 2. contraria controuersia 454. 2. 31. spir Spino 459. 1. 14 resignante resignatione 459. 1. 45. Clericis clericus 459. 1. 57. cessionarius pensionarius 461. 1. 42. ferre transferre 461. 1. 64 insigniti insigniri 461. 2. 31. alim. alienan. 461. 2. 34. vol. post secundum volum. 462. 1. 5. cul. Ecclesias: 462. 1. 18. lignat. Signat. 462. 1. 41. 67. 6. & 7. 462. 1. 48. collationes collusiones 462. 1. 49. soluantur soluatur 463. 1. 65. Dec. de 464. 2. 36 fuit fiunt 464. 2. 65. magnaret magna 465. 1. 28. per ad 465. 2. 18. emptum emptorem 465. 2. in fine & Rot. post rotam in Rom. vineæ &c. Et Rot. post eundem d. dec. 514. n. 2. & in similibus terminis Rot. in Romana vineæ 20. Iunij 1670. coram Reuerendiss. Alberg. dec. 81. post tract. 466. 2. 13. nulla vlla 466. 2. 35 ab ea alea 467. 1 6. §. lex 467. 1. 32. ascendendo ostendendo 447. 1. 55. renunciationis dd. censuum 467. 1. 64. ex ea 367. 1. 23 oo. ex. 10. & 467. 2. 24. alios alijs 468. 1. 2. 47. 1. Cens Cenc. 469. 2. 34. ratio non est ratio est 470. 1. 3. Ias Ioseph. 470. 1. 61. si id 470. 2. 1. valet valent 470. 2. 2. impedit impediunt 470. 2. 41. tenet qui tenent 471. 1. vlt. rotę ratę 471. 2. 12. Manson de consil. Mauson de caus. 471. 2. 57. explicat explicant 472. 2. 7. Cyr Pyr. 472. 2. 33. Roman. Rot. 472. 2. 34 Molin. Merlini 475. 2. 52. quia participent qoia continent votum captandæ mortis vel quia participent 475. 2. 56. continet contineant 476. 1. 2. extinguatur extinguantur 477. 2. 63. Cens. Cenc. 479. 1. 57. vera verò 480. 2. 46. quem quod 483. 2. 47. impediant impediat 483. 2. 49. distinctionem distinctione 491. 2. 34. irreuocabilia irreuocabiles 491. 2. 45. art. in art. 2. in 493. 1. 54. aduersum aduentum 493. 1. penult. perijsse petijsse 495. 1. 1. cui vni 497. 2. 43. Lot. Sot. 497. 2. 49 alias alia 500. 1. 13. habent habet 500. 1. 23. quo pro 502. 2. 26. imperfecto perfecto 502. 2. 59. natum ratum 503. 1. 6. vel etiam 503. 2. 64. ipsamet ipsemet 504. 1. 9. Rot. dot. & 509. 2. 59 & 512. 1. 14. 504. 1. 30. res mane fit remanebit 509. 1. 56. possint possit 509. 2. 55. qua quo 511. 2. penult. monitum maritum 512. 1. 32. testatur sectatur 512. 1. 37. contentum contextum 513. 1. 47. filij filiæ 513. 2. 35. Arian Arias 514. 2. 59 Pereg. Pereyr. 515. 1. 61. legat. legal. 515. 1. 62. Per zon. personat. 515. 2. 38. Peregr. Pereyr. 516. 2. penult. testatur testamentum 498. secundo 1. 10. Merlin. Molin. & 520. 2. 52 498. secundo 1. 49. propr. progress. 503. secundo 1. 52. fieret fierent 503. secundo 2. 9. valent valet 503. secundo 2. 41. Magon. Mager 506. secundo 1. 54. auo quo 507. secundo 1. 54. proissunt possunt 511. secundo 1. 20. facto fato 512. secundo 1. 67 respuit respicit 516. secundo 2. 35. Oynotim Oynothom. & infra lin. 60. 517. 1. 30. allegator allegatos.

Aduerte quod paginæ replicantur à num. 416. vsque ad num. 516.

SVMMARIVM CAPITVM

QVÆ IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

CAPVT PRIMVM.

PACTA futuræ successionis, apud omnes gentes, semper fuerunt in vsu. Recensentur Iura, & Doctores, illa improbantes. Rationes afferuntur, ex quibus sunt improbata; Necnon traditur horum Pactorum vera diuisio; ac totius Operis partitio.

CAPVT II.

Agitur, de Pacto futuræ successionis, inito, inter eos, de quorum agitur hæreditate; Traditur vera ratio, quare improbetur contra sententiam nonnullorum, materiam non benè distinguentium.

CAPVT III.

Agitur, de Pacto, succedendo vni ex paciscentibus; Probatur non valere, quouis modo sit conceptum; siue contineat pactum, siue donationem, vel aliam quamlibet obligationem; Nec promissori aliquod Ius competit, siue decedat testatus, siue intestatus promittens.

CAPVT IV.

Traditur modus cognoscendi, quando Pacta verè dicantur futuræ successionis, & quando non.

CAPVT V.

Disputatur, an valeat Pactum futuræ successionis, acquisitiuum, quando est iuratum. Multa adducuntur pro negatiua, & multa pro affirmatiua sententia. Et tandem firmatur, quod iuramentum ea non possit validare, ex rationibus ibi deductis; Qua occasione, latè exornatur materia, quando actus à lege reprobatus ob Iuramentum subsistat, & quando non.

CAPVT VI.

Disputatur materia, an valeat Pactum nostrum, quando non est de tota successione, sed de quota, vel de re particulari. Probatur, quod voluntas testandi restringitur, etiamsi promittatur res particularis; ac Doctores reprobantur, qui voluerunt pacta nostra, super re particulari, esse valida.

CAPVT VII.

Quæritur, an valeant pacta futuræ successionis, fauore Dotis, & matrimonij; afferuntur multæ distinctiones in materia. Disputatur, an, vti lex, sit obseruanda Dispositio Nouellæ Leonis Imperatoris XIX. sub titulo de Pacto Paterno, &c. & tandem, nonnulla afferuntur, de Pacto reciproco succedendi, inter virum, & vxorem, & de meliorando vnum ex filijs.

CAPVT VIII.

Piæ causæ fauore, sintne valida Pacta futuræ successionis. Afferuntur ex vtraque parte Doctores, & argumenta; Et negatiua vt communior recipitur, vbi plura, de solemnitatibus, requisitis in testamento ad pias causas, ac in testamento militis.

CAPVT IX.

Pacta futuræ successionis, an valeant fauore militiæ; qua occasione, multa afferuntur, circa priuilegia, militibus competentia, quoad testamenti factionem; Quæritur, an, priuilegia Militis, competant illis, qui non sunt in expeditione; Et an eadem priuilegia extendantur ad milites nostri temporis, ac ad Doctores, & Aduocatos.

CAPVT X.

Pacta futuræ successionis, an valeant inter Principes, & Magnates. Qua occasione, quæritur; An, & quando Princeps dicatur legibus solutus; Et, quando possit tertio præiudicare; Et plura; An Principes possint inire contractus, non seruata legum forma.

CAPVT XI.

Pactum nostrum, à Parentibus cum liberis celebratum, an valeat. Negatiua opinio defenditur, contra Opinionem *Caroli Cald, in tract. de success. per pactum.* Ostenditur, non esse in Materia, attendendam Nouellam Leonis Imperatoris, in ordine 19. Et multa afferuntur circa æqualitatem seruandam, vel non, à parentibus inter filios.

CAPVT XII.

An valeant pacta successoria, statuto, vel consuetudine confirmata. Affirmatiua opinio admittitur; Qua occasione, disputatur, an ius ciuile possit iura testamentorum immutare, & an Pacta nostra Statuto, vel consuetudine non firmata, valeant irreuocabiliter; & tandem traditur, quod talis consuetudo non se extendit, extra Territorium.

CAPVT XIII.

Pacta futuræ successionis, an valeant, quando sunt vicissitudinaria, videlicèt, vt, vno præmoriente, alter succedat. Et quid inter virum, & vxorem, &c, an quis possit inire pactum cum alio, vt vno præmoriente absq; prole, succedat primogenitus alterius, exclusis fœminis.

CAPT XIV.

Pacta vicissitudinaria futuræ successionis, inter Principes, & Illustres familias, an valeant; Substinetur affirmatiua opinio, & disputatur; An valeant irreuocabiliter.

CAPVT XV.

De Pacto futuræ successionis Tertij viuentis, an valeat; Plura afferuntur argumenta pro vtraque parte. Et negatiua approbata, contrariorum argumenta refelluntur. Affertur vera ratio, quare sint nulla. Et vlteriùs, latè probatur, omnia pacta, & contractus, indistinctè esse nullos, quibusuis verbis concepti sint: Qua occasione, disputatur etiam, An, & quando spes succedendi sit vana, & nullius momenti, vt non possit in contractum deduci.

CAPVT XVI.

Bona tertij viuentis, super quibus fuerunt inita Pacta futuræ successionis, à Fisco vindicari possunt. Et non solum pars in contractum deducta, sed tota hæreditas. Qua occasione quæritur, an, & quando, ex actu nullo pœna incurratur. An, in contractu donationis, vel in omnibus alijs conuentionibus, habeat locum eadem pœna. Et, an procedat contra minorem 25. annis. Et disputatur vlteriùs, an fiscus, vel sequentes in gradu, succedant in bonis, tanquam ab indigno ablatis. Et, an aliquo pacto, possit euitari hæc pœna.

CAPVT XVII.

Pacta futuræ successionis de bonis Tertij viuentis, an subsistant, iuramento roborata. Negatiua sententia defenditur; Et, hac occasione quæritur, an Pacta nostra dicantur contra bonos mores, de iure naturali, vel de iure ciuili; Et an sit Periurus contraueniens huic Pacto.

CA-

EX LIBRO SECVNDO.

CA-

SVMMARIVM CAPITVM.

CAPVT VI.

An valeant Pacta nostra negatiua, quando sunt concepta per Pactum de non petendo. Plura de vi huius Pacti de non petendo.

CAPVT VII.

An valeat sine Iuramento, quando filia renunciauit, integra accepta legitima; afferuntur opiniones hinc inde, & affirmatiua explosa, pro negatiua concluditur; vlterius ostenditur, an hodie possit vnquam valere, accepta legitima, tale Pactum, & quia legitima titulo substitutionis relinquitur. Et an valeat, quando habet admixtum delictum.

CAPVT VIII.

An valeat sine Iuramento, interposita fide, in verbo Principis; Pro vtraque parte plura argumenta adducuntur, & tandem firmatur, pro nullitate talis pacti, quando Iuramentum verum non fuit appositum. Plura, quando possit adimpleri Iuramentum per æquipollens.

CAPVT IX.

An valeat sine Iuramento futuræ successionis renunciatio, quando non per Pactum, sed per abdicationem, vel abstentionem simplicem facta fuit. Quæ sit renunciatio translatiua, quæ abdicatiua, & quæ extinctiua: firmatur, quoad valet sine Iuramento, quando est mera abdicatiua.

CAPVT X.

Renunciatio futuræ successionis, quando fit realis, quando personalis. Stabilitur diuisio in translatiuam; (quę semper est personalis, dummodo non fiat de re, iam delata, respectu renunciatarij) extinctiuam, quæ regulariter est realis, sed potest aliquando esse personalis (Abdicatiuam, & Simplicem) quę semper est realis.

CAPVT XI.

Renunciatio facta ad fauorem vnius ex fratribus, an prosit alijs fratribus, in renunciatione, non compræhensis; vbi, de renunciatione extendenda, vel restringenda: multa adducuntur argumenta ad fauorem omnium fratrum, & multa contra; sed prior sententia defenditur, præcipuè in renunciatione extinctiua, non translatiua; & quando non agitur de hæreditate delata.

CAPVT XII.

Renunciatio, an prosit fratribus, ex altero matrimonio procreatis; Argumenta tam pro negatiua, quam pro affirmatiua afferuntur, sed hæc vltima opinio, tamquam verior amplectitur, tam si agatur de hæreditate deferenda, quam delata.

CAPVT XIII.

Absenti an fieri possit renunciatio, & an possit reuocari, ante acceptationem. Multa adducuntur, quando fit renunciatio, Notario stipulante, & quando est Iurata, vel munita clausula constituti. Plura adducuntur de Notarijs, an possint pro absentibus acceptare, & stipulari, & quid operetur acceptatio Notarij, pro absente facta.

CAPVT XIV.

Renuncians Successionem, an possit aliquo modo regressum habere ad bona renunciata. Plura afferuntur, quando Pater non facit testamentum, vel quando instituit renunciantem; & firmato, quod succedat vtroq; casu renuncians, quæritur an procedat talis regula, quando filia renuncians expresse promittit non succedere, neque ex testamento, neque ab intestato.

CAPVT XV.

Renunciatio an obstet renuncianti, vbi facta fuit alicui, contemplatione alterius, & is, cuius contemplatione fuit facta, decedat ante Donatarium. Plura circa renunciationem restringendam, & non ampliandam; & an mulier, per prædecessum personæ contemplatæ, succedat Patri, facto testamento. An nomen Hæredum, compræhendat tam masculos, quam fœminas, tam Hæredes sanguinis, quam extraneos; & tandem, ad cuius fauorem facta dicatur renunciatio, quando id verbis, non est satis expressum.

CAPVT XVI.

Renuncians an possit ad bona renunciata redire, quoties facta fuit renunciatio, ad fauorem alicuius, de Hæreditate tertij viuentis, & renunciatarius decedat ante tertium. Plura de transmissione, in contractibus conditionalibus admittenda, nec ne.

CAPVT XVII.

Renuncians an possit ad bona renunciata habere regressum, quoties sibi regressum reseruauit, sub aliqua conditione, vt, masculis deficientibus, &c. Item an, reseruata renunciatione in casu obitus sine filijs, si alter decedat sine filijs, renuncians habeat regressum ad illam portionem; Plura, quando, & quomodo pluralitas resoluatur in singularitatem.

CAPVT XVIII.

Renunciatarius an possit alienare bona renunciata, quando cùm regressus reseruatione, sub conditione aliqua fuerunt renunciata; An, & quando quis possit transferre Dominium, alienando rem prohibitam alienari; & plura etiam de fideiussoria cautione, an peti possit à renunciatario per renunciantem.

CAPVT XIX.

Renuncians successioni, an legitimam consequi possit. Plura afferuntur pro vtraque opinione Argumenta, & Auctoritates; & tandem firmatur conclusio, quod in renunciatione generali compręhenditur legitima, prę cipuè, quando ex coniecturis apparet, de voluntate renunciantis, & quæ sint tales coniecturæ.

CAPVT XX.

Renuncians an possit agere ad supplementum legitimæ, quando bona post renunciationem sunt aucta; pro negatiua firmatur nonnullorum auctoritatibus, & argumenta in contrarium refelluntur.

CAPVT XXI.

Dotem, & alimenta, an petere possit, qui renunciauit futuræ successioni; quo ad Dotem resoluitur quæstio, negatiuè, quo vero ad alimenta, affirmatiuè.

CAPVT XXII.

Qui renunciauit futuræ successioni, an possit quærelam inofficiosi testamenti proponere. Plura de filiorum exhæredatione, ac de suitate amittenda per renunciationem; qua occasione quæritur, in quibus distet repudiatio à renunciatione.

CAPVT XXIII.

Renuncians successioni Paternæ, vel maternæ, an possit succedere fratri, in bonis habitis à Patre; affirmatiuè resoluitur, & argumenta pro contraria sententia diluuntur; Item disputatur, an talis regula procedat in delata Hæreditate, & non agnita.

CA-

CAPVT XXIV.

Liberi renunciantis, an ad bona renunciata possint adspirare; diuiditur materia in casu, quod Liberi diuidant ante Patrem, & post Patrem. Primo casu, possunt per successorium edictum, ad Hæreditatem aui adspirare, iuxta distinctiones, & limitationes allatas; Secundo casu pariter liberi renunciantis succedunt in bonis aui. Quæritur vlterius, quomodo succedant, quando Nepotes concurrunt cum auunculis, vel sobrinis. Item, an locum habeat talis opinio, quando sunt matris hæredes; & quando sit renunciatio à matre, quæ declarauit se dote contentam; & tandem quæritur, an portio, habita à matre, debeat conferri à Nepote in successione Aui.

CAPVT XXV.

Renuncians ob ingressum in Monasterium, an possit ad bona renunciata regressum habere, si post ingressum discedat; Pro affirmatiua resoluitur; qua occasione quæritur, an renunciatio facta sub conditione, si sequatur professio, habeat locum defuncto renunciante, ante professionem; An rescindatur renunciatio, per promotionem ad Episcopatum, per discessum à Religione obtenta Pontificis licentia, vel per annullationem professionis, vel ob incorrigibilitatem, vel ob suppressionem Religionis. Item quæritur, an Religio Iesuitarum subiaceat regulis, de materia loquentibus, & tandem, quæ sint requisita Concilij, quoad renunciationes Nouitiorum; & an debeant obseruari ab eo, qui renunciat in sæculo, causa tamen ingressus, cum multis alijs quæstionibus circa materiam.

CAPVT XXVI.

Renunciationes an possint rescindi ob ænormissimam læsionem. Nonnulla pro negatiua, & multa pro affirmatiua afferuntur: & prima sententia reprobata, quæritur, cuius qualitatis læsio esse debeat, ad hoc vt possit renunciatio rescindi; Qua occasione plura afferuntur de læsione, quotuplex sit; an ad eam dignoscendam, sit inspiciendum tempus renunciationis, vel mortis Patris. Plura, quando verificetur læsio, in maioribus, vel minoribus; An in Iure deferendo, & spe incerta cadere possit; an possit interuenire in renunciatione propter Dotem; & an intentans rescissionem opus habeat Iuramenti relaxatione.

CAPVT XXVII.

Renunciatio futuræ successionis an possit rescindi, quando fuit metu facta. Plura de diuisione metus, & qualis esse debeat, ad annullandum actum, & præcipuè an metus reuerentialis sufficiat, & quando talis reuerentialis metus præsumatur; & an sufficiat probare minas in genere, vel in specie.

CAPVT XXVIII.

Renunciatio dolo extorta, an possit rescindi, & an præsumatur dolus in Patre, & alijs consanguineis, ac etiam quomodo probetur dolus.

CAPVT XXIX.

Futuræ successionis renunciatio, an possit reuocari, per superuenientiam Liberorum. Pro affirmatiua concluditur, cum distinctione tamen, an fiat à muliere propter Dotem, vel simpliciter. Nonnulla disputantur, circa dispositionem *l. si vnquam, C. de reuoc. Donat.*

CAPVT XXX.

Mulieres ante renunciationem, an sint certiorandæ de ijs, quæ renunciarunt. Plura, an renunciatio trahatur ad incogitata, & an, & quando præsumatur ignorantia in renunciante; & quid operetur Iuramentum, absque certioratione; & an certioratio requiratur, nec ne, in Iure deferendo, sicut in Iure delato.

CAPVT XXXI.

Absque insinuatione, an sint valida Pacta futuræ successionis; In quibus actibus requiratur insinuatio, in quibus non; Et an per iuramentum suppleri possit defectus insinuationis. Firmatur tandem, quod insinuatio non requiratur in renunciatione futuræ successionis.

CAPVT XXXII.

An valeat renunciatio futuræ successionis, inita per minorem; Præcipuè, vbi contractus subiacet nullitatibus statutarijs, ob defectum solemnitatum; Quæritur, quos effectus producat Iuramentum in contractibus minorum; & quomodo possit plures defectus supplere. Solemnitates statuti quando verè sint seruandæ, in renunciationibus; & an iuramentum verè possit illas supplere. Qua occasione quæritur; an Laici possint adimere vires iuramento; An statuti præsumptio admittat probationem in contrarium; & plura ad intelligentiam Stat. Lucan. *in cap. 43. lib. 2.* Et tandem, an, & quomodo Ecclesiasticus Iudex possit, virtute Contractus iurati, habere super laicis iurisdictionem.

CAPVT XXXIII.

Renunciatio facta sub aliqua conditione, vel modo, aut certa causa; deficiente modo, causa, vel conditione, an cesset. Qua occasione quæritur, quid sit conditio, modus, vel causa, & quomodo diuidantur. Plura de conditionibus impossibilibus, quatenus diuidantur, & quomodo, non impleta conditione, modo, vel causa, resoluatur promissio, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus.

CAPVT XXXIV.

Veniens contra renunciationem, An prius teneatur restituere quidquid habuit, pro ipsa renunciatione; & firmata opinione affirmatiua, declaratur, & limitatur, in quibus casibus præcipuè procedat.

CAPVT XXXV.

Facta renunciatione, certa portione ad testandum reseruata, si renuncians de portione reseruata non disponat, talis portio reseruata, an debeat spectare ad renunciatarium, vel hæredem renunciantis; & an id procedat facto testamento per renunciantem, & an fauore fisci.

CAPVT XXXVI.

Renunciatio pro parte nulla, an in totum sit nulla; vbi plura, an, & quando contractus sit indiuiduus; Plura etiam afferuntur Argumenta, ad ostendendum, quod renunciatio pro parte nulla, non sit nulla in totum; tamen pro nullitate renunciationis firmatur, ad quod comprobandum plura adducuntur.

CAPVT XXXVII.

Promissio de renunciando, an, & quando sit renunciatio. Plura, quod differat promissio ab actu perfecto: Multa adducuntur Argumenta, pro vtraque parte, & tandem negatiua sententia, vti verior, amplectitur, quamquam promissio renunciandi iurata sit. Nonnulla de promissione facta à tertio, quod aliquis renunciabit, quomodo, & quando obliget.

CA-

CAPVT XXXVIII.

Renunciatio futuræ successionis generaliter concepta, An comprehendat bona feudalia, & Emphyteutica. Plura de natura talium bonorum emphyteuticorum, & feudalium; an comprehendat portionem, quæ debetur vigore *l. hac edictali, C. de secundis Nuptijs*, Vigore *l. fœmina, C. eod.* Et, an pariter comprehendatur portio, quæ vigore alicuius Statuti debetur, & præcipuè portio, debita vigore *cap. 22. 23. lib. 2.* Statutorum Lucensium; & an mulier possit de tali portione, inter viuos disponere, vel in testamento ad piam causam.

CAPVT XXXIX.

Iuspatronatus an comprehendatur in generali renunciatione; distinguitur in Iurepatronatu Gentilitio, & Hæreditario; necnon plura afferuntur, quando veniat Iuspatronatus in vniuersitate Bonorum.

CAPVT XL.

Fideicommissum an comprehendatur in generali renunciatione; Et an id procedat in conditionali fideicommisso; Plura, an, & quomodo requiratur scientia in renunciante; & an per diuisionem, vel transactionem, censeatur fideicommissio renunciatum.

CAPVT XLI.

Dos materna, an veniat in generali renunciatione. Plura de legato, pro omni, & toto eo, &c. Et an Dos matris veniat in restitutione fideicommissi, quando omnis, & quæcumque detractio fuit à Testatore prohibita.

CAPVT XLII.

Renunciatio an extendatur ad fauorem fratris naturalis: Plura quomodo succedant filij naturales de Iure Ciuili, & de Iure Canonico; & quando filius dicatur Naturalis de Iure Ciuili, & quando de Iure Canonum.

CAPVT XLIII.

Renunciatio an extendatur ad fauorem legitimatorum, & Arrogatorum. Plura an legitimati verè dicantur filij, & succedant vti ceteri filij.

CAPVT XLIV.

Renunciatio futuræ successionis generalis, an comprehendat adoptiuos, & emancipatos; Multa, an Adoptiui, & Arrogati dicantur verè, & propriè filij, nec ne; traditur distinctio inter Arrogatum, & adoptiuum. Plura de emancipatis, an verè dicantur filij.

CAPVT XLV.

Inita renunciatione ad fauorem alterius, cum pacto, quod renunciatarius aliquid soluat alicui tertio, vel soluat eius debita; an tertius, vel creditores respectiuè possint agere contra renunciatarium, non soluentem.

CAPVT XLVI.

Renunciatio futuræ successionis, an valeat, in præiudicium creditorum. Plura, an, & quando creditor possit alienare, in præiudicium creditorum; & an filius possit legitimam repudiare, vel consentire, vt aliquod onus ei apponatur; quid in fisco, & alijs creditoribus, magis priuilegiatis; & an repudians Hæreditatem, vel bona in præiudicium creditorum, peccet, & alia similia.

CAPVT XLVII.

Renuncians, an partem faciat in legitima liberorum. Plura argumenta pro negatiua, & plura pro affirmatiua sententia afferuntur. Tandem conciliantur opiniones, distinguendo, quod, vel agitur de persona, à lege, & Statuto, vel à patre, vel à seipsa exclusa. Et tandem quæritur, an portio aucta cedat commodo hæredum, vel aliorum filiorum.

EX LIBRO TERTIO.

CAPVT PRIMVM.

An statutum possit immutare ordinem succedendi. Plura, an possit impediri libera testantium facultas; An valeat statutum prohibens forensibus acquisitionem, & contra quos procedat. Vlterius quomodo, & quando statutum porrigat vires extra territorium, & contra personas non subiectas, vbi præcipuè de Clericis, & pijs locis. Insuper quæritur, an Princeps Laicus possit prohibere, ne fiant Collegia prætextu pietatis; & an talia Collegia sint subiecta laicis, vel Ecclesiasticis; qua occasione plura discutiuntur, de requisitis ad fundationem conuentuum; nec non, an Princeps Laicus possit prohibere, ne pia loca, non Ecclesiastica, acquirant bona stabilia. Plura etiam adducuntur, concernentia operas, siue fabricas Ecclesiarum; an à Laicis administrari possint; quomodo dicatur locus pius, & quando sub Principis protectione; quæ resultent ex eo, quod locus pius sit Laicus, & sub Principis protectione. Plura; an opera teneatur ad Elemosynam Concionatoris; & an operarius laicus possit administrare oblationes, & res Sacristiæ; & præcipuè disputatur de operario S. Vultus Lucani.

CAPVT II.

An quilibet priuatus possit immutare ordinem succedendi, à Iure Communi præfinitum; & an substitutiones in contractibus fieri possint; vbi distinguitur inter Vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam substitutionem. De fideicommissaria verò plura adducuntur pro vtraque parte; sed negatiua defenditur, & v teriùs afferuntur multæ differentiæ inter fideicommissaria, in contractu, & in vltimis voluntatibus.

CAPVT III.

De diuisione facta à Patre, an valeat, eaq; mediante possit transferri hæreditas in liberos, vel descendentes; an sit reuocabilis, vel irreuocabilis. Plura de Contractibus inter Patrem, & liberos celebrandis.

CAPVT IV.

Pater an possit assignare legitimam eius filijs in vita, & affirmatiuè resoluitur; & quæritur vlterius, an valeat reuocabiliter, an irreuocabiliter, & an requiratur consensus ipsius filij.

CAPVT V.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an valeat. Negatiua sententia probatur, contra opinionem nonnullorum, quorum Argumenta diluuntur. Quæritur vlteriùs, an saltem valeat Iurata, & pro affirmatiua deciditur. Hac occasione quæritur, an appellatione bonorum veniant Iura, & actiones; An donatio omnium bonorum, saltem valeat, quo ad bona præsentia, & quando fuit reseruata certa portio ad testandum. Et plura quando talis portio sufficiat; Tandem, an valeat fauore Ecclesiæ, vel pij loci, & alia similia, de quibus in summario.

CAPVT VI.

De Captatoria Dispositione, & ea, quæ confertur in alienum arbitrium. Vbi, quæ præcipuè sit captatoria dispositio, diniditur in tres partes tota materia; scilicet, quando substantia vltimæ voluntatis, principaliter ex directo confertur in liberam voluntatem alterius. Secundò, quando non principaliter, sed per indirectum committitur substantia dispositionis. Tertiò, quando institutio sit sub spe alterius substitutionis, de quibus omnibus latissimè disseritur in hoc capite.

CAPVT VII.

De Hærede Fiduciario. Vbi quis sit fiduciarius hæres, & ex quibus fiduciarius arguatur; quomodo talis fiducia probetur, & quando coniecturis inducatur, vel excludatur.

CAPVT VIII.

De successione promissa in pensionibus, & beneficijs Ecclesiasticis; & præcipuè de translatione, extinctione, & reseruatione Pensionum, ac de resignatione, permutatione, & translatione Beneficiorum, quoad quæstiones dumtaxat, pertinentes ad materiam futuræ successionis.

CAPVT IX.

De Censu Vitalitio. Qui sit, an sit licitus; & retenta affirmatiua, argumenta in contrarium diluuntur. Vlterius quæritur, an Bulla Pij V. de Censibus, habeat locum in Vitalitio; an possint rescindi ob læsionem; an sint redimibiles ad voluntatem venditoris.

CAPVT X.

Pactum an fieri possit, vt societas transeat ad Hæredes. Negatiua sententia probatur, etiam si fuerit Iuratum. Limitatur in Societate Vectigalium; & tandem quæritur, an, & quando socius possit obligare consocios, & præcipuè præstando fideiussionem pro extraneo.

CAPVT XI.

De societatibus officiorum, vbi de origine, & quomodo practicari soleant; nonnulla de Bullis Pontificijs super hac materia. Vlterius quæritur, quomodo fiant; cum quibus personis; super quibus officijs; cum quibus conditionibus; ad vitam quorum; vsque ad quod tempus; cum quo lucro, & interesse; Quomodo possint renouari; & tandem quo pacto extinguantur.

CAPVT XII.

Testamenta nulla, an possint, facto hæredis, conualidari. Distinguitur: An approbatio fiat per hæredem, viuo Testatore, vel eo defuncto. Item: an sint nulla ratione turpitudinis, vel ex defectu voluntatis, vel solemnitatis omissæ: Et, an approbatio sit implicita, vel explicita, nempe, per confessionem partis, vel per solutionem legatorum, & per Pactum expresum de soluendo. Qua occasione disputatur: An fieri possit Contractus in Testamento; & an sit reuocabilis, nec ne. Quando Testamentum dicatur imperfectum, ratione voluntatis; præcipuè, quando agitur de Testamento inter liberos, vel ad piam causam. Quæ sint Testamentorum solemnitates substantiales, & quæ accidentales. Et præcipuè; An testium numerus sit de substantia, & forma Testamenti intrinseca, vel potiùs de solemnitate prolatoria, & extrinseca. Plura afferuntur circa dispositionem *Cap. cum esses de Testam.* De vltimis voluntatibus militum. De dispositionibus inter liberos; & præcipuè, an, & quando valeant, quoad legata extraneis relicta. De Testamento ad piam causam, & an valeat absque vllo teste. De testamento Cardinalis, cui data fuit à Pontifice facultas amplissima testandi. De testamento nuncupatiuo, quibus modis fiat; & an requirat testes de forma substantiali. Vlterius quæritur: An ex testamento imperfecto nascatur obligatio naturalis: An quis teneatur in conscientia seruare voluntatem Testatoris, in testamento minùs solemni declaratam; Et an detur retentio legatario possidenti rem sibi legatam, in testamento nullo. Plura etiam afferuntur circa facultatem testandi; An sit de Iure naturali, vel positiuo; Nonnulla pariter de Testamento filijfamilias, cur non valeat; Et, an filia nupta testari possit, vel saltem donare causa mortis, sine Patris consensu, de Bonis, in quibus Patri non quæritur vsusfructus: Et, an idem testamentum filij familias, valeat ad piam causam: Et plura etiam de testamento filij familias Clerici: Demum, an talia testamenta filiorum familias possint aliquo Pacto conualidari.

CAPVT XIII.

Donatio causa mortis, quæ sit, & eius essentia. Quæ requirantur, ad hoc, vt validè facta dicatur: An fieri possit à sano; Et, an requirat numerum quinque Testium, & insinuationem. An valeat, facta absenti; Inter Virum, & Vxorem; Parentes, & Liberos; Et, an subsistat, traditione non interueniente. Quando eius effectus conferatur post mortem; Et, an dato, quod valeat, trahatur retro, ad tempus donationis. Iuramentum quid operetur in Donationibus, aliàs inualidis. Plura de reuocatione Donationis causa mortis; Et, quomodo dignoscatur vna Donatio, ab altera. An eadem Donatio sit Contractus, vel vltima voluntas; Et, an, & quando traditio, animo donandi facta, dicatur tertia species, distincta à Donatione, & legato; Quæritur vlteriùs remissiuè, quæ actio competat Donanti, Donatione reuocata, ad repetendam rem donatam. An in ea procedat dispositio *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* & habeat locum Ius accrescendi; Et an sit verè donatio, traditio facta nullo titulo expresso. Demum an talis Donatio sit conferenda; Qua occasione affertur Authoris Decisio in simili materia.

CAPVT XIV.

Pensio reseruata, *si, & postquam aliæ Pensiones, vel reseruatio fructuum alteri facta cessauerint*; An sustineatur, si Casus cessationis non venit tempore Pontificis reseruantis, sed successoris.

IOAN-



IOANNIS TORRE IVRISCONSVLTI, ET NOBILIS LVCENSIS.

Tractatus DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Pacta futuræ Successionis, apud omnes gentes, semper fuerunt in vsu. Recensentur Iura, & Doctores, illa improbantes. Rationes afferuntur, & quibus sunt improbata; Nec non traditur horum Pactorum vera diuisio: ac totius Operis partitio.

SVMMARIVM.

1 *Pacta futuræ successionis, quæ sint.*
2 *Hæc pacta fuerunt in vsu, omni tempore.*
3 *Exempla, ex Sacra Scriptura pactorum futuræ successionis.*
4 *Exempla pactorum futuræ successionis, ex prophanis.*
5 *Hodie pacta futuræ successionis fiunt stipulationibus, non inutilibus promissionibus.*
6 *Hæredum tertium genus continent pacta futuræ successionis.*
7 *Pacta futuræ successionis improbantur à lege Canonica, Ciuili, ac Doctorum consensu.*
8 *Loca Iuris Canonici, ex quibus improbantur.*
9 *Loca Iuris Ciuilis, ex quibus improbantur.*
10 *Doctores repetentes improbant hæc pacta.*
11 *Doctores consulentes improbant hæc pacta.*
12 *Doctores, in controuersijs, improbant hæc pacta.*
13 *In opinionibus communibus.*
14 *In obseruationibus, & quæstionibus.*
15 *In tractatibus.*
16 *In specie, in tractatibus de pactis.*
17 *In Decisionibus.*
18 *Inualidantur pacta successoria, quia votum captandæ mortis inducunt.*
19 *Item, quia Successiones, pacto, dari non possunt.*
20 *Succeditur, vel Iure Sanguinis, vel secundùm ll. duodecim tabularum, vel Iure solemnis vltimæ voluntatis.*
21 *Item inualidantur, quia auferunt testãdi libertatem.*
22 *Testandi facultas debet esse libera.*
23 *Testandi facultas poterit impediri directè, vel indirectè.*
24 *Testandi facultas quando directè impediatur.*
25 *Quando indirectè.*
26 *Pactum futuræ successionis redditur inualidum, etiamsi vna tantùm, ex rationibus inualiditatis interueniat.*
27 *Prima diuisio Pactorum futuræ successionis est, Pactum hæreditatis tertij viuentis, & Pactum hæreditatis ipsorum paciscentium.*
28 *Exemplum Pacti futuræ successionis tertij viuentis.*

29 *Exemplum Pacti futuræ successionis ipsorum paciscentium.*

30 *Alij diuidunt in Pactum hæreditatis disponendæ, conseruandæ, & amittendæ.*

31 *Sed hæc distinctio reijcitur.*

32 *Bolognetti verba referuntur,*

33 *Hartman. Pistor. verba referuntur.*

34 *Doctores confundentes materiam pacti futuræ successionis.*

35 *Doctores materiam pacti futuræ successionis optimè diuidentes.*

36 *Pactum futuræ successionis, in quo agitur de hæreditate ipsorummet Paciscentium, rursùs diuiditur in Pacta vel acquirendæ, vel conseruandæ, vel amittendæ hæreditatis.*

37 *Pactum de hæreditate tertij viuentis non recipit diuisionem, & quare.*

38 *Pactum, de futura successione diuidenda comprahendit affirmatiuum, & negatiuum.*

39 *Pactum negatiuum futuræ successionis hodie est vsu frequens.*

40 *Diuisio Tractatus, in tres Libros. In primo Libro, agitur, de pacto futuræ successionis, affirmatiuè, concepto, & diuiditur, in Pactum initum, super hæreditate Paciscentis, ac super hæreditate tertij viuentis, nec non, de hæreditate conseruanda.*

41 *In secundo Libro, agitur de Pactis futuræ successionis negatiuis.*

42 *In tertio, Communia quædam de pactis futuræ successionis, &c.*

PActa futuræ successionis, quorum tra-
ctationem, In Nomine Sanctæ, & In-
diuiduæ Trinitatis, ac Deiparæ Ma-
riæ Virginis, sine labe, Conceptæ, ag-
gredior, nil aliud sunt, quam Promis-
1 siones, Conuentiones, Pacta, vel Stipulationes, su-
per hæreditate, vel successione hominis viuentis,
Quæ licèt, omni tempore, odiosissima apud gen-
tes fuerint, *vt testatur Petrus Gregor. Tholosan. Syn-
tagm. iur. vniuers. lib. 40. cap. 4. numer. 2. & seqq.*
& ab omnibus legibus, tàm Diuinis, quàm huma-
nis improbata; Nihilominùs, ob præmaturam mor-
talibus insitam Auaritiam, aliorum Diuitias possi-
dendi, opulentasque hæreditates acquirendi, omni
2 æuo, eorum vsus fuit frequens. Sic, ex Sacra Scriptu-
ra, habemus, horum pactorum exempla, & præcipuè
Thobiæ cap. 8. in fine, vbi Raguel fecit Pactum, vt
pars suorum bonorum, quæ post obitum supererat,
3 Thobiæ deueniret, ibi, *Et adiurauit Raguel Thobiam,
vt duas hebdomadas moraretur, apud eum. De omnibus
autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit
Thobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia,
quæ supererat post obitum eorum Thobiæ Domino de-
ueniret. Regum lib. 3. cap. 1.* vbi, Adonias filius
Dauid, eo adhùc viuente, licet senio affecto, hæc
dicere ausus est. *Ego regnabo; fecitque sibi currus,
& equites, & quinquaginta viros, qui currerent an-
te eum*; Et quia id erat summè malum, fuit eius
Pater in Sacra Scriptura repræhensus, eo, quia ip-
sum non corriperet; ibi, *nec corripuit eum Pater
suus aliquando dicens, quare hoc fecisti?* Ac in eo-
dem *capit. 1.* habemus, quod persuasionibus Bersa-
beæ ipsemet Dauid fecit Regem eius Filium Salomo-
nem, eo adhùc viuente, ibi, *Dixit quoque Rex Da-
uid, vocate mihi Sadoch Sacerdotem, & Nathan
Prophetam, & Banaiam filium Ioiada. Qui, cùm
ingressi fuissent, coràm Rege, dixit ad eos, Tolli-
te vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salo-
monem filium meum super mulam meam, & ducite
eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoch Sacerdos,
& Nathan Propheta in Regem super Israel, & ca-
netis Buccina, atque dicetis. Viuat Rex Salomon
&c.*

Sic Esau *in Genes. capit. 25. in fine* vendidit Pri-
mogenita, hoc est successionem in bonis Paternis,
viuo Patre, ibi, *Cui dixit Iacob, vende mihi Primo-
genita tua, & ille respondit; en morior, quid mihi
proderunt primogenita? & ait Iacob, Iura ergo mi-
hi; Iurauit & Esau, & vendidit Primogenita
&c.*

Vlteriùs habemus, ex *Tito Liuio lib. 40.* Quod
Demetrius, & Persea Alexandri filij, de eius hære- 4
ditate cogitabant, eo spirante; Vnde eos idem
Alexander repræhendit, his verbis. *Viuo, & spi-
rante me, hæreditatem meam ambo, & spe, cupidita-
te improba, creuistis.* Alia, vlteriùs, exempla per-
sonarum, quibus fuit in voto, aliorum venari hæ-
reditates, ac super ipsis paciscì afferuntur *à Sene-
ca de Benefic. lib. 6. Horat. lib. 11. Satyr. 5. Aleiat.
lib. 2. parergon. capit. 31. Petrus Gregor. Tholosan.
Syntagm. Iur. vniu. lib. 40. cap. 40. per tot.* ab alijs-
que, de quibus latè tractat *Antonius Contius de
Pact. futur success. in principio, Carolus Calà de suc-
cess. per pactum part. 1. in princ. Andreas Censal.
ad l. vnic. C. si quis Imperatori maledixerit §. 22.
in princ.* Qui omnes affirmant, quod, hodie ho-
mines sagaciores facti (exemplo Corani, qui cum
viuens ostentasset Nasciæ Socero hæreditatis spem;
tandem, obiens, in eo tantùm eum instituit, quòd
eius mortem lugeret) non ampliùs obsequijs, &
beneficijs, ac blandis verbis hæreditates venantur;
sed pactis, & conuentionibus omninò adstringenti- 5
bus ipsas negociantur; Vnde *Hottoman. in consil. 73.
numer. 34.* allatus *à Carolo Calà vbi supra part. 1.
numer. 3. Censal. dict. §. 37. numer. 3.* dixit, *nostris
temporibus tertium hæredum genus, fuisse adinuen-
tum, veteribus Iurisconsultis penitùs, ignotum*, 6
nempe, post Testamentariorum, ac Legitimorum
conuentionalium; Quod, quidem, esse Reipubli-
cæ perniciosum omnes consentiunt, in qua, libera
cuiquam debet esse testandi facultas, non autem in-
sidijs aliorum exposita, qui substantiam alterius sti-
pulantur, cuius vita, interim, solet eis inuisa esse,
qui post mortem, ex pacto, successuri sunt, vt
ostendit latissimè idem *Petr. Gregor. Tholosan. Syn-
tagm. iur. vniu. lib. 40. cap. 40. numer. 4. & 5. Ca-
rolus Calà vbi supra numer. 3.* & nos latiùs infra
dicemus; Vnde, non immeritò talia pacta 7
à Sacris Canonibus, Legibus Ciuilibus, ac om-
nium ferè Doctorum consensu, improbata
sunt.

Et præcipuè, in Iure Canonico, expressè an- 8
nullantur *in capit. secundo de concess. præbend.* ibi,
*nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam Benefi-
cia, vel Ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittan-
tur, antequàm vacent. Ne desiderare quis mor-
tem proximi videatur, in cuius locum, & Bene-
ficium se crediderit successurum. Cùm, enim, in
ipsis etiam Legibus Gentilium, inuenitur inhibi-
tum, turpe est, & Diuini plenum animaduersione
Iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis
expectatio habeat; quam ipsi etiam Gentiles condem-
nare curauerunt &c.* Et fit etiam mentio, de simi-
libus Pactis, in *capit. quamuis Pactum de Pact.
in 6.*

De Iure Ciuili, infinita sunt loca, Pacta futu- 9
ræ successionis, omninò reprobantia, & præci-
puè, *text. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff.
de verb. oblig.* ibi, *stipulatio, hoc modo, concepta,
si hæredem me non feceris, tantùm dare spondes,
inutilis*

inutilis est, quia contra bonos mores est hæc stipulatio, l. pactum C. de collat. Pactum, Dotali Instrumento', comprehensum, vt contenta Dote, quæ in Matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regressum haberet, Iuris auctoritate improbatur, &c. l. ex eo, C. de inutil. stipul. Ex eo Instrumento nullam vos habere actionem, in quo, contrà bonos mores, de successione futura interposita fuit stipulatio, l. Pactum quod Dotali, C. de Pact. Pactum, quod Dotali Instrumento comprehensum est, vt si Pater vita fungeretur, ex æqua porcione ea, quæ nubebat, cum fratre hæres Patri suo esset, neque vllam obligationem contrahere, neque libertatem Testamenti faciendi mulieris Patri potuit auferre l. si quando §. 1. C. de inoffic. testam. vbi postquàm declarauit text. huiusmodi Pacta non valere, ita subiungit; meretis magis filios ad Paterna obsequia prouocandos, quam pactionibus adstringendos, l. vlt. ff. de Success. & legitim. Pater Instrumento Dotali comprahendit Filiam, ità Dotem accepisse, ne quid aliud, ex hæreditate Patris speraret, eam scripturam, Ius successionis non mutare constituit, priuatorum, enim, cautionem, legum auctoritate, non censeri. l. hæreditas, C. de Pact. conuent. tam super Dote &c. Hæreditas extraneis Testamento datur. Cum igitur affirmes Dotali Instrumento Pactum interpositum esse Iure Testamenti, vt post mortem Mulieris bona eius, ad te pertinerent, quæ Dotis titulo non sunt obligata, intelligis, nulla te actione posse conuenire hæredes, seù successores eius, vt tibi restituantur quæ, nullo modo, debentur l. 2. in fin. ff. de his quæ, vt indignis idem erit, si quis viui ignorantis Bona, vel partem Bonorum alicuius Cognati donauerit, nam, quasi indigno aufertur l. vltim. C. de pact. vbi, loquendo de his conuentionibus; Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ esse videntur, & plena tristissimi euentus. Quarè enim quodam viuente, & ignorante, de Rebus eius quidam paciscentes conueniunt? Secundum veteres itaque regulas sancimus omnimodò huiusmodi Pacta, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli, & nihil, ex his pactionibus obseruari &c. & concordant text. l. 2. §. illud, ff. de hæred. vel action. vendita, l. cum donatio, C. de transact. l. cum duobus l. 2. ff. pro Socio, l. quidam in Iure, §. fin. ff. de donat. l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pupill.

Et, propterea, his legibus, innixi, Doctores, vnanimiter, pro nullitate horum Pactorum scripserunt, & præcipuè.

10 Repetentes omnes, ad leges supradictas, vt Bartol. ad d. l. fin. C. de Pact. in princ. Bald. num. 2. Angel. littera C, Salicet. num. 1. Roman. num. 3. 89. Dec. num. 3. Cagnol. in princ. Bolognett. pariter in princ. & num. 5. circa finem, Guilelm. Mayner. in l. non debet de reg. iur. num. 22. fol. 129. tergo, Herenn. Zoesius super ff. ad tit. de Pact. num. 21. Barbos. August. ad l. fin. C. de Pact. Hug. Donell. ad tit. de Pact. l. 15. 19. & vltima per tot. Rodriquez Formosin. super Decretal. cap. cum contingat de Iureiur. 28. quæst. 10. per tot. cum pluribus seqq. Passerin. super 6. Decretalium c. quamuis Pactum num. 6. Andr. Censal. ad l. vnic. C. si quis Imperatori malè dixerit cap. 22. num. 4. Vuilhelmus Ludunel in exercitationibus institutionum disp. 17. numer. 127. Vuesembecc. ad l. 15. 19. & vltim. C. de Pact. Petrus Gilkelmus pariter ad l. 15. 19. & vltim. C. de Pact. vbi etiam Martinus Monter à Cueua in princ. ac Christophorus Philippus Richter numer. 1. & per tot. leg.

11 Consulentes, vt Bartol. cons. 212. Curt. Iun. cons. 5. num. 3. & seqq. Socin. Iun. cons. 44. num. 12. lib. 2. & cons. 143. lib. 1. Dec. cons. 225. num. 6. & cons. 655. per tot. & cons. 494. Cephal. cons. 54. num. 12. tom. 1. Siluan. cons. 90. tom. 1. Bero. cons. 30. num. 14. 28. lib. 3. Gabriel. cons. 137. vol. 1. Oldrad. cons. 132. num. 2. Crauett. cons. 139. num. 2. Alex. cons. 28. num. 4. tom. 2. Menoch. cons. 1. num. 139. & seqq. & cons. 92. num. 10. Bombin. cons. 3. numer. 24. Thob. Non. cons. 43. in princ. Peregr. cons. 32. tom. 1. & cons. 119. vol. 5. & cons. 32. vol. 6. Fusar. cons. 63. in princ. & cons. 150. num. 1. Gozadin. cons. 97. Port. cons. 36. nu. 1. & seqq. Riminald. Iun. cons. 580. & cons. 581. & cons. 600. num. 8. & seqq. Decian. resp 48. num. 1. Paris. cons. 24. num. 55. & cons. 26. nu. 55. & seqq. Honded. cons. 40. lib. 1. Iason. cons. 173. numer. 4. & seqq. vol. 4. Ruin. cons. 126. lib. 1. Gozadin. cons. 86. Boer. cons. 50. num. 8. Surd. cons. 133. num. 17. & 480. num. 21. & seqq. & 355. nu. 1. Marta Vot. Pisan. 55. Altogr. cons. 41. numer. 6. & seqq. tom. 2. & cons. 44. pariter tom. 2. Bellus cons. 156. num. 1. Vuesembecc. cons. 71. tom 1. Accosta cons. [illegible] Nicol. Euerbard. Iun. cons. 11. num. 5. & seqq. vol. 2. S[illegible]n. de Pret. cons. 123. Io: Crotus cons. 187. num. 21. lib. 1. Malnas. cons. 30. num. 27. lib. 1. Petrus Antonius Angraßol. cons. 36. num. 1. lib. 2. Euerbard. cons. 199. num. 6. Negusant. resp. 275. Marcell. Marcian. cons. 14. per tot. & cons. 35. num. 2. tom. 2. Francisc. Salern. cons 10. num. 16. tom. 1. Schrader cons. 19. num. 17. tom. 1. Pychard. cons. 35. nu. 7. & cons. 57. num. 3. & per tot. Staiban. Sen. cons. 57. nu. 1. Modestin. Pistor. cons. 8. qu. 2 num. 16. & qu. 3. num. 1. tom. 1. Trontler. cons. 13. qu. 4. num 144. Besold. cons. 147. num. 57. & seqq. & cons. 190. numer. 2. & seqq. Francisc. Hurmam. inter consilia eiusdem cons. 14. numer. 139. & seqq. tom. 1. Nicolaus Catan. cons. 6. & Paulus Rauutius in cons. impresso post eumdem Catan. per tot. cons.

Et in controuersijs, Facchin. lib. 5. cap. 84. & seqq. 12
Gratian. cap. 470. discept. num. 3. Andreol. contr. 27. nu. 1. & seqq. tom. 1. & contr. 240. per tot. tom. 3. & contr. 312. num 6. & 7. tom. 4. Mercnd. contr. lib. 1. cap. 17. 18. 19. Hodiern. contr. cap. 28. num. 1. Cyriac. contr. 88. per tot. Cancer. var. lib. 3. cap. 7. de Pact. num. 132. & lib. 1. cap. 6. de his quib. vt indign. num. 18. Castill. quot contr. cap. 9. num. 1. 2. & seqq. Viuian. Cirocch. discept. 68. per tot. Euerhard. Bronchorst. enarrat. cent. 3. aßert. 30. per tot. & in Miscellaneis controu. assert. 16. cent. 1. Prat. discept. 12. num. 8. & seqq. tom. 1. Iohacch. Decker. dißert. Iur. lib. 1. dissert. 1. num. 19. & seqq. & dißert. 7. d. lib. 1. Bernard. Schotan. in disputation. Iurid. disput. 15. de pact. num. 9. Donat. Ant. de Marin. resol. cap. 162. numer. 4. lib. 2.

In opinionibus communibus, Villalob. lit. P, nu. 1. 13
Furzan. pag. mihi 30. vers. sed hac, Tusc. lit. P, concl. 13. Berlyk. p. 2. concl. 51. num. 16. Alsan. collect. Iur. num. 93. Franc. Connan. commentar. Iuris ciuil. lib. 5. cap. 5. numer. 7.

In obseruationibus, & quæstionibus, Rip. obsern. 14
22. num. 2. Granez. ad Gayl. concl. 126. num. 2. Hartm. Pistor. quæst. iur. lib. 4. per tot. Melchior. de Valen. conclus. iur. tract. 3. cap. 2. num. 9. tom. 1. Osuald. ad Donell. lib. 12. cap. 21. lit. F, G, Rodulph. Faber Sistema Iuris lib. 3. tit. 14. de obligat. pag. mihi 194. col. 11. circa finem.

In tractatibus, Tiraquell. de Iure Primog. q. 6. per 15
tot. præcipuè num. 18. Petra de fideic. q. 4. num. 14. & seqq. Petrus Peck. de testam. coniug. lib. 1. c. 7. Anastasius Girmonius de Sacror. immunitatib. lib. 3. c. 21. n. 121. & seqq. Mart. Summ. Success. legal. p. 4. qu. 25. artic. 1. Petrus Gregor. Tholosan. Syntagm. Iur. vniuers. par. 3. lib. 40. cap. 4. Bellon. de Iur. accresc. c. 7. quæst. 54. nu. 22. Molin. de iust. & iur. tit. 3. disput. 579. num. 38. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 29. lim. 1. n. 38. & seqq. Simon. de Pret. de interpetr. vlt. vol. lib. 3. fol. 1. num. 4. Costa aut sciebat, aut ignorabat cent. 1. distinct. 83. nu. 4. Cucch. de legit. verb. legitima nullum grauamen admittit num. 47. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 308. Gutierez de iuram. confirmat. p. 1. c. 159. in princ. Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 20. Anton. Faber. de error. pragmat.

decad.12.err.3.in princ.Schifordeger.ad eumd.tract.29.
lib.1.Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4.gl.9.p.4. num.3.
Roſenthal. de feud.p.4.q.25. nu.3. 10. 11. Gomez ad ll.
Tauri 22.num. 27. Valaſc. de Auendan. ibid. Morl, in
Empor.iur.p.1.tit.3 de Pact. num.48. Io: Dauth. de te-
ſtam.de mutand.teſtam.poteſt.num.84.& ſeqq.Barz. de
ſucceſſ.lib.2. tit.3. in princ. Sanchez in Decalogo lib. 7.
c.2 num.2.in princ.& num.6. Paſchal.de iur. Patr. po-
teſt p.3.cap.7.per tot. vbi add.Lancellot.Peruſ. in tract.
qui inſcribitur Templum omn.Iud.lib.1 c.1.de Imperat.
§.1.q.2.num.2.3.Cutell.de donat.tract.2. diſcurſ.1. ſpe-
cul.t.num.2.tom.2.& tract.1.diſcurſ.3. partic.6. num.
118.Donad.de Renunc.c.2.num.21. Molin.de Hyſp. pri-
mog.lib.2.c.3.num.34. Add.ad eundem ibid.num.2 per
tot. [illegible] de Confiſcatione q. 47.nu.159. Vrceol. conſ.
98. [illegible] Baptiſta de Luca,Theatrum veritatis ,& Iuſtitiæ
lib. 10. de fideicommiſſis diſcur.141. Caldas de empt. &
vend.cap. 30.num.4. Aluar.Valaſc.in praxi partit.c.16.
num.41.& ſeqq. Didac. à Spin. in Specul. Teſtam. gl.4.
principal. num 102. & ſeqq. Negusaut. de Pignor. p. 2.
membr.3.num:59.Merl.de legit.lib.3.tit.3. q 4. num 1.
Goeddæcus de contrahend. & committend. ſtipulat. c 6.
concl.7.per tot.Philippus Kuiſchilt.de fideic. fam. nobil.
c.6.num.35. & ſeqq. Rickius de vnion prol.cap.3. num.
2.3. & ſeqq. Kellembetz de renunciat. ſucceſſ. quæſt.
1.num.2.Raudenſ. de Analog. c. 25. lib. 1. Mercurialis
Merlin de pignor.& hypoth. lib.2. tit.1. q 40 Giurb. de
feud.§.1.gl.t 5.num.3. Vuillel.Luduell. de vltim. volunt
p.1.pag.43.& ſuper tit.54.Cod pag.479. Michal. de fra-
tribus p 3.c 12.per tot. Blaſ.Robles de repræſent. lib. 2.c.
16.num.4 Layman.Theolog. Moral.tract.3.c.8 num.4.lib.
4. Carlenal. in Apolog. ad deciſ.87. Romæ impreſſ. poſt
tract. de Iudic. num.13. Benedict. Carpzou. in Iuriſprud.
forenſ.p.2.conſt.35 defin.17. num.1.& in tract. diſput. de
pacto confraternitatis Succeſſorio c 3. num. 4. c.13. Au-
ctor incert in Libello, cui Titulus Reginæ Chriſtianiſſi-
mæ Iura in Ducatum Brabantiæ, & alias dictiones Hy
ſpaniæ Principatus pag.mihi 28.29.num.2.

16 Et in ſpecie de Pactis, Borcholten.diſput.tit.de Pact.
diſputat.3. Theſis 19. argum.1. & in peculiari de Pact.
Tract.c.5.nu 79.Valentin. Guilelm.Forſter. de Pact.c.6.
n.8.verſ. Non licet, Hunn.eod.tract.c.5. q.2. Matthæus
Cunon.eod.tract.lib.1.c.16.n.13.Iulius Capon. eod.tract.
q.25.n.1. Carolus Calà de ſucceſſ. per pact.par.1 num.7.
Anton. Contius pariter in tract. de Pact. futur. ſucceſſ.
impreſſ.poſt Rickium de vnion.prol. Barthol. Muſcul.de
ſucc.conu.& anomal.memb.1.claſſ.3.n.1.primæ concluſ.

17 Et in Deciſionibus, Borell.ſumm.deciſ.tit.20.n.353.
to.3.Thor. compend.deciſ. par.3. ſect.2. verb. pactum fu-
turæ ſucceſſionis tom.1. Puteus deciſ. 113.lib.2.Peregr.
deciſ.107.Fontanell.deciſ.cathal.142.n.2.& ſeqq. to.1.
Cacher.deciſ.100.Theſaur. deciſ.225. Larrea deciſ.Gra
nat.38,circa fin.tom. 1. Magon.deciſ.Flor.102. num.1.2.
Rouit.deciſ.87. Rot.Roman.deciſ,40.nu 1. par.4. tom.2.
& deciſ.106.n.11.par.9.& deciſ.23. n.9. par.11.recent,
Melchior Febo deciſ.102.num.14. tom.2.Io:Sandè deciſ.
Friſiæ lib.4. tit.5.def.19.c.1.Barz. deciſ.Bonon.14.Add.
ad Buratt.deciſ.894.nu.10.& ſeqq. Amat.deciſ.Ferrar.
46.n.26.Regens Reuerter.deciſ.5.nu.7. vbi add.nu.2.&
deciſ.318. vbi pariter de Marinis add.n.1. Rot. in Vrbi-
naten. Pecuniaria 5.Maij 1660.cor.Veroſp. §.neque vi-
ſum fuit poſt tractat. deciſ. 191. num.8.

Plures autem ſunt inualiditatis cauſæ, quæ in pro-
poſito, à DD. conſiderantur, quarum

18 Prima eſt, quia, Pacta eiuſmodi, vt ait Imperator,
in l. fin. C.de Pact. quem ſequuntur Menoch.conſil.92.
num.10.tom.1.Peregr.conſ.109.num.7 verſ. tertia eſt.
vol.5. plena ſunt triſtiſſimi, & perniculoſi euentus, dum
votum captandæ mortis inducunt Menoch. d. num. 10.
Peregr.de fideic.art.51.num.24. verſ. primo itaque cir-
ca finem,Hond.conſ.40.num.5.tom.1. Fuſar. de ſubſt. q.
308.num.4.Add.ad Paſchal.de iur.patr.poteſt. p.2.c.7.
verſ.& pro tertia,& latè oſtendit Petr.Gregor. Tholoſ.
Syntag.iur.lib.40.cap.4.num.5.& 6.Prat.diſcept. for.c.
12.num. 10.tom.1.Gæddens de contrah.& committ.ſti-
pul.c.6.concl.7.num.62.Iulius Capon.de pact.q.25 nu.
2 Muſculus de ſucceſſ.conuention.d.concl.3 lit A. Caro-
lus Calà de ſucceſſ.per pact.p.1. num.8. Valentin. Guil.
Forſter.cap.6.nu.9. Modeſtin. Piſtor.conſ 8 q 3. num.1.
tom.1. Præſertim, cùm improbum ſit, de bonis adhuc
viuentis, præmaturè, ſuſcepta mortis cogitatione,
quidpiam diſponere, l. quidam in iure §.fin. ff de donat.
l.2.§.interdum ff.de vulg. & pupill. Hartm. Piſtor. lib.
4.q 1.num.2.

Secunda, quia, cùm ſucceſſiones, & hæreditates, Iure 19
publico, deferantur, pactis, neque dari, neque adimi
poſſunt, l.pactum C.de Pact.l.hæreditas, C.de Pact cō-
uent.l.hæreditatem C.de codicill.Gabr.conſ.137.num.3.
tom.1.Peregr.conſ.109. nu.8.vol.5 Menoch. latiſſ. conſ.
1028.num 8. Petr.Gregor. Tholoſan. vbi ſupra num.9.
10 Fuſar.de ſubſt q.308 nu.3 4.Theſaur.deciſ.225 nu.
1.Donad.de renunc.c.2.num.30.Io:Franc. Marcian di-
ſput.87.in princ.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gl.9. p.
4.num.3.

Sunt, enim, certi modi ſuccedēdi, vel iure ſanguinis, 20
vel ſecundùm leges 12. tabul. vel iure ſolemnis vlti-
mæ voluntatis, qui modus, nec eorum quilibet adeſt
in Pacto vltimæ voluntatis declaratorio, Bartol. conſ.
212 Dec.conſ.608.in fin.Peregr.de fideic. art. 51. num.
24. verſ primo itaque circa fin. Vaſq. de ſucceſſ. creat.
lib.2.§.18. requiſit.29. limit.1. num 38. Honded. conſ.
40.num.3.tom.1.Prat.ad Paſchal de Vir. Patr. Pot. p.
3.c.7.verſ.nos vero circa fin.& diſcept.for.c.12.num.8.
tom.1.latiſs.Nicol. Euerhard. Iun. conſ.11. num.5. lib.
2.Muſcul.vbi ſupra verſ. Succeſſio enim,Carolus de Ca-
là de ſucceſſ. per Pact.p.1.num.10.11.Beſold. conſ 190,
nu.2.& ſeqq.Rickius de vnion.prol. c.3. nu.4.

Altera, quia Pacta huiuſmodi ſucceſſoria liberā te 21
ſtandi facultatem impediunt, id quod eſt à legibus
vetitum, & numquàm admiſſum, l. Pactum quod dota- 22
le C.de Pact.Dec.conſ.308.num.8 Pereg.conſ.119.num.
7.vol.5.Menoch.conſ.1.num 140.Honded.conſ.49 num.
5.tom.1.Fuſar.de ſubſt.q.308 num.3.Tholoſan.d.cap.4.
num.12.Capon.de Pact. q.25. nu.3. Muſcul. vbi ſupra d.
concl.3.n 44 Val.Guilel.Forſter.de pact.c.6.n.9.add.ad
Paſchal.d.p.3.c.7.verſ.& pro tertia.

Et dupliciter contingere poteſt, vt libera teſtan-
tium impediatur facultas, nempè, directè, & indire- 23
ctè, dicit, Hartm.Piſtor.vbi ſupra verſ.idque vel: Di-
rectè, dumtaxat, quando de ſuccedendo verè agitur,
& hæreditas, ac ſucceſſio, in ſtipulationem deducitur,
& alteri promittitur; tunc enim, cum Pacta eius ſint
naturæ, vt nequeant reuocari, l. ſicut ff.de act.& oblig. 24
cum ſimil. quiſque omninò promiſſis ſtare neceſſe ha-
beret, Hinc eſt, quòd, ſi tibi, vel ſucceſſori meo promi-
ſerim hæreditatem, vel partem tantum, mihi non eſ-
ſet amplius pœnitentiæ locus, ſed omninò illam tibi
relinquere cogerer, atque adeò, hoc ipſo, libera te-
ſtandi facultas impediretur, nec, quem vellem, poſ-
ſem hæredem inſtituere, ſiue teſtatus, ſiue inteſtatus
decederem. Indirectè, verò, impeditur teſtandi libera 25
facultas, quando de ſucceſſione, quidem, non agitur,
nec per Pactum hæreditas, inter viuos, transfertur,
ſed tantùm omnia bona, per viam Contractus, in alium
transferuntur, vt Domino nihil amplius ſit, de quo
poſſit teſtari, & hanc etiam ob cauſam, licet Pacta
ſucceſſionem non reſpiciant, improbantur à legibus,
& non valent, vt concludunt DD. d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta,& l.fin.C.de Pact.plene Craſſ. §. ſucceſ-
ſio ab inteſtato q.9.in fine, Barr.de ſucceſſ.lib.2. tit.3. n.
3.Io:Dauth.de mutand.teſtam.poteſt.n.88.& nouiſſime
Iul.Capon.de Pact.q.25.nu.15.16.

Nec

Nec est necesse, vt omnes tres memoratæ ratio-
26 nes, insimul concurrant, in Pacto prædicto succes-
sionis futuræ, ad hoc, vt reddatur inualidum; nam,
sufficit, quòd possit in eo vnica tantum, ex prædictis,
ratio considerari, & singulæ separatæ, talis poten-
tiæ, & efficaciæ sunt, vt, vna sola interueniens, eum
reddat nullum, dato, quòd cessent rationes reliquæ,
vt perbellè docuerunt, præ cæteris, *Cagnol.d.l.fin.nu.
278. Alex.cons.28.vol.3.Gabr.cons.133. vol.1. Peregr.
cons.109.num.8.vers.tertia est vol.5. Alciat.d.l.pactum.
15.C.de Pact.num.30 Crass §.successio ab intestato q.9.
num.2. Hartm.Pistor.d.quæst.1.lib.4.nu.3.Giouagn.cons.
impress.post controu.Dulf.4.nu.5.Modestin.Pistor.consil.
8.quæst.2.num.1.*

Hæc, autem, successoria Pacta, iuxtà eorum pri-
27 mam, principalem, magisque accomodatam parti-
tionem, bifariam à DD. in materia benè versatis, di-
uiduntur, nempè, in Pactum, in quo duo, pluresuè,
inter se, paciscuntur, de hæreditate tertij, viuentis;
(Exempli gratia, inter me, & Titium, contractus
28 celebratur, vt quandocumque decedat Caius meus
consanguineus, cuius hæreditas mihi debetur, ea
Titio quæratur, ipsam habeat, & accipiat; Succedat
Titius, non ego, in hæreditate Caij) Et pactum, in
quo, de ipsorum mèt paciscentium hæreditate, &
successione, actum est (vt quando, ego Titio promit-
29 to, solemni stipulatione, vt, quando me mori con-
tingat, non possim nemini meam hæreditatem, vel
successionem relinquere, quàm illi, eumque nunc,
prout ex tunc hæredem facio, meam illi successio-
nem, bona, facultates, & Iura &c. relinquo, dono,
concedo &c.) Sic magistraliter Pactum nostrum diui-
ditur ab *Alberico ad l.fin.C.de Pact.nu.7. Bolognett. ad
d.l.fin.num.6.7.11.circa fin.& num.91.& seqq. Hartm.
Pistor.quæst.1.num.4.Seraph.de Priuil.Iuram. priuil.20.
num.2.* & elicitur ex traditis per *Io.Dauth.de testam.de
mutand.testam.potest.nu.85 Marcell.Marc.cons 14.nu.2.
3.tom.2. Hunn.de Pact.c.5.quæst.1.& quæst.4. Martin.
Monter. à Cneual.15.C. de Pact.nu.14.Hugo Donell. ad
l.vlt.C.de Pact.in principio.*

Scio, equidem, hanc partitionem, à multis ex DD.
non fuisse animaduersam, imo potius aliam fuisse ad-
30 missam, illam, nempè, vt Pacta successoria, quæ-
dam sint hæreditatis disponendæ, quædam hæredi-
tatis conseruandæ; nonnulla hæreditatis perdendæ,
vel, de non succedendo; alia hæreditatis acquiren-
dæ, vel, de succedendo, vt videre quilibet potest,
apud *Bartol.in l.fin.C.de Pact.à num.1. vsque ad nu.10.
Bald. ibidem nu.11. Angel. in principio, Roman.nu.17.
Alberic.num.7.Cagnol.num.134. vers.in fine, Gaddeus
de contrah.& commit.stipul.d. capit.6. concl.7. num.61.
Vuessembecc.ad l.fin.C.de Pact.num.11.Vasq.de success.
creat.§ 18.requisit.29.limit.1.numer.1. vers. hanc ergo,
Gamez. ad ll.Tauri 22. in principio, Cardin.Tusc.pract.
conclus.lit.P, concl.13.in principio, & concl.14 num.1.
nouissimè Donad.de renunc.c.2.num.17.*

31 At quantùm distent a veritate, DD. prædicti, con-
stat, ex dictis DD. superiùs citatorum, penès quos
familiarissima fuit hæc Pacti nostri materia, & præ-
cipuè, *Bolognett.in loco supra citato num. 6.* ibi, enim,
postquàm cognouit, quàm sit vtile, in materia, vti
hac prima, & principali distinctione, quod alia pa-
cta sint, de hæreditate ipsorummèt paciscentium,
alia, de alicuius tertij viuentis, in hæc verba descen-
dit, vbi traditur ratio, ob quam fiat hæc prima diui-
32 sio &c. *hæc materia habet duas partes principales, qua-
rum vnaquæque suas habet rationes diuisas, & separatas,
ac longè ab altera parte discrepantes (ex diuersis, enim
capitibus improbantur Pacta de futura successione, quan-
dò, super hæreditate vnius, ex paciscentibus, & quandò,
super successione alicuius tertij viuentis, qui non interue-
niat in stipulatione, sunt inita, vt inferius latius ostende-
mus) super quibus fundatur ius, & detegitur Iustitia, in-
ter collitigantes; & vnaquæque habet varias, & contra-
rias limitationes, propter diuersas rationes, super quibus
regulæ constituuntur, & ex quarum cessatione fundan-
tur fallentiæ, & limitationes, ob idque nisi prius separen-
tur istæ duæ partes vnicuique suas rationes assignando,
inducitur inextricabilis confusio, propter quam Doctores
omnes fatigati fuerunt.*

Et meliùs hoc inconueniens ostendit etiam inhæ-
rendo vestigijs Bolognetti, in loco nuper citato, 33
Harm. Pistor. quæst. Iur. lib.4. quæst. 1. num.4. ibi ait;
*Non me latet, interpretes communiter pacta hæc, aliter
atque ità distinguere, vt quædam sint de successione, vel
hæreditate conseruanda, quædam, de successione amitten-
da, quædam, de acquirenda, quædam, de hæreditate,
certo modo disponenda, qui tamen priores tres Pactorum
species, ad ea pacta, quibus, de propria paciscentium hæ-
reditate, agitur, tantum pertinent, & omnes, ex ijsdem,
definiuntur, rationibus. Postrema, verò, separatam pe-
nitus à reliquis habent rationem, neque etiam ea, quæ,
inter illas, & hanc subest diuersitas disponendi, verbo sa-
tis exprimitur, sed hæc potiùs in eo consistat, quòd hîc de
tertij ignorantis, illic de propria alterutrius paciscentium
hæreditate agitur (id quod multos non aduertentes in er-
rorem duxit, dum potiùs ad id vtrum, de diuidenda, vel
acquirenda, vel amittenda successione, quàm, vtrum, de
tertij, vel de propria hæreditate, agatur, respexerunt, di-
uersa hæc pactorum, hoc ipso, confundentes, vt apparet,
ex scriptis Iason.d.l.fin.)* cui Iasoni ab Hartm. Pistore
singulariter citato, ni fallor, adijci possunt, *Crass. §.* 34
*successio ab intestato quæst.9.per tot. Mart. sum. success.
legal.p.4.quæst.25.art.1.Vasq.de success.creat.§.18.lib.2.
Carol.Cala de success.per pact.* in toto tractatu se con-
fundente, qui licet pactum diuidat in successionis ac-
quirend, æ repudiandæ, diuidendæ &c. tamen, quia, al-
tera principali non vtuntur distinctione, potiùs laby-
rintum conficiunt, quàm veram viam ostendant, pro
cognitione veritatis, *Schelferdeg.ad Fabrum lib.1. tra.* 35
29. in principio, ac vt etiam cognouit Doctissimus
Dauth. de mut.testam. potest. num. 85. ibi enim in addi-
tionibus *lit.* Z. Vasquium repræhendit, eo quia in
manifestissimos incidat errores, propter confusio-
nem, quam facit, de pactis acquirendæ, & diuiden-
dæ successionis; Ideò nobis commodior visa fuit hæc
distinctio, vt primò omnia pacta, hisce duobus di-
uersis generibus, quorum altero de hæreditate tertij,
altero de hæreditate propria paciscentium, agatur,
generaliter comprahendamus, &c.

Firmato, igitur, quòd Pacta nostra diuiduntur in-
ter pacta inita super hæreditate vnius ex paciscenti-
bus, ac pacta conuenta, super hæreditate tertij vi-
uentis, rursùs Pactum, de futura successione, in quo 36
agitur, de ipsorummèt paciscentium hæreditate, di-
uiditur, in pactum, vel acquirendæ, vel conseruan-
dæ, vel amittendæ hæreditatis, cum *Bolognett.d.l.fin.
num.91.Hartm.Pistor.d.lib.4.q.1.num.4. in fine*

Aliud, verò, nempè Pactum, in quo, de alicuius 37
Tertij viuentis successione, tractatur, quia non potest
esse, de succedendo, ex parte vnius, nisi sit, de non
succedendo, ex parte alterius, & è contra, *vt Bolo-
gnett.* probauit, *vbi supra nu.11.ante primum versicu-
lum*, ibi non distinguit, an sit pactum, de succeden-
do, vel de non succedendo, quia non potest esse, de
succedendo in persona vnius, quin sit, de non succe-
dendo in persona alterius, & melius *Hartm. Pistor.
vbi supra num.6. per tot.* Non indiget partitione, sed
propriè dicitur Pactum, de futura successione diui- 38
denda, iuxtà Theoricam *Hartm. Pistor. loco citato*, in
quo comprahenditur Pactum affirmatiuum, & nega-
tiuum.

Quod Pactum negatiuum futuræ successionis,cum
39 hodie magis in vsu sit, & frequentius ad praxim reducatur, ad maiorem legentium facilitatem, & intelligentiam, de eo prolixius, & separatim agam.

40 Diuidam propterea hunc meum tractatum in tres libros.

In primo erit sermo, *de pactis futuræ successionis affirmatiuè conceptis*, & iuxtà mentem de qua supra *nu.* 37. agetur.

Primo de pactis futuræ successionis initis inter ipsosmet paciscentes.

Vlteriùs, de conuentionibus initis super hæreditate *Tertij* viuentis.

Et tandèm de pactis hæreditatis conseruandæ.

41 Secundum continebit, *Pacta omnia futuræ successionis negatiuè concepta*.

42 Tertium, *Comunia quædam, de pactis futuræ successionis*, siue nonnulla concernentia translationem successionis aliter, quam per testamentum.

CAPVT II.

Agitur, de Pacto futuræ successionis, initio, inter eos, de quorum hæreditate agitur traditur vera ratio, quare improbetur contrà sententiam nonnullorum, materiam, non benè, distinguentium.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, super hæreditate vnius ex paciscentibus non valet.*
2 *Hoc Pactum non valet, quia dicitur contra bonos mores.*
3 *Dicitur contrà bonos mores, quia liberam facultatem testandi impedit, nec non, quia, hæreditas, & successio, à Iure publico dependens, pactis non datur.*
4 *Ratio inductiua captandæ mortis, non adaptatur, ad hoc Pactū super hæreditate vnius ex paciscentibus.*
5 *Cessat ratio inductiua captandæ mortis, quandò interuenit cōsensus illius, de cuius agitur hæreditate, ergò multò magis, quandò fit Pactū, cum ipso Possessore,*
6 *In Pactis, non habet locum pœnitentia.*
7 *Contractus, à principio, sunt voluntatis, ex post facto, necessitatis.*
8 *Vltima voluntas, vsque ad mortem, ambulatoria, esse debet.*
9 *Pactum tollens facultatem testandi non valet.*
10 *Vuessembecc. cons. 74. n. 4. lib. 1. reprobatur.*
11 *Hæreditas, & successio, per pactum dari non potest.*
12 *Hoc Pactum, super hæreditate alicuius ex paciscentibus, quarè sit improbatum.*
13 *Materia Pacti futuræ successionis, est difficilis, quandò non traditur vera nullitatis ratio.*
14 *Pactum, de hæreditate vnius, ex paciscentibus diuiditur in plures partes,*

PActum, igitur, de futura successione, in quo, non, de alicuius tertij, sed, de propria ipsorum hæreditate, paciscentes conueniunt, in iure non
1 attendi, adeò clarum est *ex text. in l. fin. ff. de suis, & legitim. l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. Pactum, quod dotale 15. C. de Pact.* vt, hic opus non sit, maiori Doctorum copia idem comprobare, maximè, quia plerique, ex supra allegatis, *c. 1. nu. 10. & seqq.* de hoc pacto agunt.

Et ea quidem ratione, à legibus sunt improbata,
2 quia, contrà bonos mores existimantur, vt latè, *Bartol. ad l. pactum quod dotali C. de Pact. & l. fin. nu. 10. & seqq. C. eod. Vitalin. de Camban. in tract. clausular. §. renunciatio futurarum successionum nu. 27. pag. mihi 551. Mart. summ. success. legal p. 4. qu. 25. art. 1. in princ. Paschal. de vir patr. potest. p. 3. c. 7. num. 9. Nicol. Euer. Iun. cons. 11. nu. 24. circa fin. lib. 2. Iulius Capon. de pact. d. qu. 25. nu. 2. Hunn. eod. tract. de pact. cap. 5. q. 4.*

Dicuntur, autem, huiusmodi Pacta, bonis moribus aduersari, non, quia, votum captandæ mortis, inducant, & impium sit, de hæreditate viuentium, prematurè suscepta mortis cogitatione, disponere, vt putarunt, *Bartol. Angel. & Iason*, quos refert, non tamen sequitur, *Hartm. Pistor d. lib. 4. q. 2. nu. 1. vers. cauendum, Roman. d. l. fin. C de pact. nu. 71. Socc. d. l. 15. num. 23. C. eod. Paul. de Castr. ibid. in princ. Vitalin. de Camban. vbi supra num. 27. Hunn. de pact. c. 5. q. 4. vers. ideo autem, Donell. l. vlt. C. de pact. nu. 1. Peregr. cons. 119. nu. 8. vers. tertia est vol. 5. Honded. cons. 40. num. 5.
tom. 1. Michalor. de fratrib. p. 3. c. 12. num. 16. add. ad Pa- 3
schal. de vir. patr. pot. p. 3. cap. 7 nu. 3. 4. vers.* & pro tertia *Prat. discept. for. c. 11. n. 10. tom. 1.* hæc enim est ratio, ob quam annullantur ea Pacta, in quibus, de hæreditate tertij ignorantis, agitur, vt videbimus infrà; sed, ex cæteris duabus rationibus suprà connumeratis, nempè, Primò, quia liberam testandi facultatem impediunt; secondò, quia hæreditas, & successio, á iure publico, dependens, non pactis, sed legibus datur.

Et si verum amamus, quod Pactum, de hæreditate viuentis, quandò fit cum eo, de cuius hæreditate agitur, contrà bonos mores, dici non possit, quia inducat votum captandæ mortis, clarissimè constat, ex eo, quià, numquàm illa ratio potest adaptari,
nec locum sibi vindicare in casu, quod pactum fiat, 4
de consensu illius, de cuius agitur hæreditate, vt patet, *in d. l. fin. vers. nisi fortè C. de pact.* & nos infrà latissimè videbimus. Igitur, si cessat ratio, quandò Pactum fit inter aliquos, de consensu Domini, tantò
tò magis cessabit, quandò cum ipso Domino hære- 5
ditatis pacta fiunt, vt, in proposito optimè considerarunt *Alciat. l. 15. C. de pact. nu. 21. Bolognett. d. l. fin. nu. 7. ex n. 21. circa fin. Hartm. Pistor. d. lib. 4. q. 2. nu. 1.* ex latius, *Io: Dauth. de mutand. testam. potest. in add. ad num 85. lit. Z. Y. per tot.* nouissimè, *Iulius Capon. de pact. d. q 25. nu. 3.* & ostendit etiam *Io: Baptista de Luca in Theatr. Veritatis, & Iustitiæ lib. 10, de fideic. discurs. 141. nu. 43.*

Vltrà quàm quòd, ob solam captandæ mortis occasionem, actus hominum de iure non reprehendi, argumento sunt, legata, & fideicommissa, mortis causa, Donationes, & Institutiones omnes, & hæredum substitutiones, vt ex *textu in §. sin autem Instit. de pupill. subst. & l. de fideicommissa C. de transact. Antan. Guibert. p. q. memorab. 6. 7. Ricch. de vnion. prol. cap. 3. nu. 25. & seqq. Euerhard. Iun. cons. 7. nu. 6. 7. vol. 2.* ponderat *Musculus vbi supra concl. 3. lit. A, n. 44.*

Quod, verò, alia ratio prohibitionis, nempè, quia impedit testandi facultatem, huic pacto, rectè conueniat, in dubium à DD. non reuocatur; namquè, si quis promittit relinquere bona sua alteri vel promittit aliquem instituere, obligatur, ad illud faciendum, eò quià in Pactis non habet locum pœnitentia,
l. sicut C. de act. & oblig. Hartm. Pistor. d. q. 1. n. 2. circa 6
med. Hinc dicitur, quod Contractus à principio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis, *l. non ideirco C.
de contrah. empt. l. si mandauero §. sicuti ff. mandati,* 7
Barbos. axiom. 57. num. 4. Censal. decis. luc. 7. num. 15. 16. Sequitur, quòd ampliùs non potest tollere totam obligationem, & per consequens, sibi aufert liberam testandi facultatem, quod est reprobatum, *l. si quis in prima. ff. de leg. 3* plene *Hond. cons. 40. num. 6. tom. 1.* & contra bonos mores, videtur, quod vltima volun-
tas non sit ambulatoria, vsque ad mortem, *l. 3. 4 ff.* 8
de

de adim. legat. Honded. d. conf.40. num. 7. tom. 1. Menocch. conf. 329. nu.6. Hartm. Pistor. d. qu. 1. nu. 2. vers. vim tantùm, optimè, Muscul. vbi supra nu.44. versic. succedit, igitur, Hunn. de pact. vbi supra versic. Accedit insuper, Donad. de renunc. c.2. nu.18. Cyriac. contr. for.145. num.5. Pycchard. ad § posteriore Instit. tit. quib. mod. testam. infirment. Barbos. axiom. Iur. axiom. 230. in verbo voluntas nu.12. hinc est, quòd illud Pactum, auferens liberam facultatem testandi, tamquam,
9 contra bonos mores, non valet, vt suprà, visum fuit, ex d. l. Pactum quod dotali cum similibus Bolognett. d.l. fin. num.7. & 91. circa fin. & num.116 Roman. nu.91. Alciat. d.l.15. num. 11. Dec. ibid. num. 1. 4. vbi etiam Socein. num.2. & Paul. de Castr. in princ. C. eod. tit. Cephal. conf.44. num.12. tom.1. Peregr. conf.119. num.8. vol.5. Bombin. conf.3. num. 25. Nicol. Euerhard. Iun.d. conf.11. num.24. circa fin. lib.2. Vasq. de success. creat. d.§ 18. num.194. Raudens de Analog. lib.1. c.25. num. 32. Michal. de fratr. p.3. c. 12. num. 16. Paschal de vir. patr. potest. p.3. c.7. num.6. Donad. de Renunc. c.2. num. 20. & nouissimè Iul. Capon. de pact. d. qu. 25. num. 3. ex quibus apparet, minimè adaptari Pacto, de quo agitur, rationem impeditiuam facultatis testandi, & Vuessembeec. in conf. 71. num.8. lib.1. non benè sensisse, dum voluit, ab huiusmodi conuentionibus, causam nullitatis prædictam penitùs remouere, vt etiam
10 animaduertit, post hæc scripta, visus Io. Dauth. d. loco de mut. testam. potest. num.85. lit. Z. vers. contra hanc rationem, & multis argumentis eumdem de mendacio conuincit.

Eoquè magis, in consideratione secunda ratio est
11 habenda, quod hæreditas, & successio, à iure publico dependens, pactis dari non potest, l. hæreditas C. de pact. conuention. Bolognett. d.l. fin. num.116. circa med. Alciat. d.l.15. num.11. C. eod. ibi, quòd enim quis, post mortem, de Patrimonio suo disponat, specialis legis indulgentia, concessum, quia, in id tempus, dispositio procedit, quod res ampliùs sua non est, sed tantum lex hoc indulsit, dummodò certa forma fieret, nempè, via solemnis testamenti, aliter, enim, deferri non potest successio, quapropter, quotiès verba Contractus non obligationem præsentem respiciunt, sed, post mortem, futuram bonorum obuentionem, actus est nullus: Pacto enim hæreditas dari non potest. Quod, etiam, meliùs exornauit, omninò videndus, Menocch. conf. 1028. num. 8. & conf. 794. nu.9. & magis eruditè, Mencac. de success. creat. lib.2. §.18. requisit.29. limit. 1. num. 38. num. 194. & num.204. & seqq. Nicol. Euer. Iun. d. conf. 11. num.5. lib.2. Schefordeg. ad Fabr. lib.1. tract. 19. q.1. Dechern. differt. Iur. lib.1. differt. 1. num. 19. Honded. conf. 40. num. 2. & seqq. tom.1. Peregr. de fideicom. art.51. nu.4. vers. quia modus, Petr. eod. tract. qu.4. num. 8. versic. secundus casus pag. mihi 19. Rauden. de Analog. c.25 nu. 34. lib.1. ibi, quæ prauitas morum, etiam in eo consistit, quia videntur legis contemptores, dùm audent confundere virtutem Testamentorum, & Contractuum, ibid. Peregr. conf.119. nu. 8. vol.5. Rosenthal. de feud. c. 7. concl.25. lit.H. Graucc. ad Gail. obseru.126. nu.1. Ant. Fab. de error. pragm. decad.12. err. 4. num.2. 3. Besold. conf.147. num.57. & seqq. & conf. 190. nu. 2. & seqq. Schefordeg. d. tract. 29. qu.1. circa fin. Gædd. de contrah. & committ. stipul. c. 6. qu. 7. num. 62. Vuessembecc. d. conf.71. num. 8. lib. 1. vbi ait, talia Pacta nullius esse momenti, nè, scilicèt confundatur virtus, & discrimen Testamentorum, ac Contractuum, nàm, cùm agatur, de maiori præiudicio, in successione, & de eius Iure, cuius voluntas, qualis fuerit post mortem, ampliùs explorari non potest, ideo voluerunt Iura, hoc fieri, per actum magis solemnem, quàm sit Contractus, Bolognett. d. lib.4. q. 1. num.1. vers. primo quia hæreditas, Giouagn. in conf. impress. post contr. 4. Dulsi. num. 12. Osnald. ad Donell. lib.12. c.21. lit.G, Moccia in Silua Forensi cap.1. nu.11. 12. 13. Consiliarius Saxonicus Carpzouius in Iuris prudentia forensi p.2. cent 35. def.17. nu.4. & seqq. & comprobat etiam Robles de repræsent. lib.1. cap.16. nu.1.

Sit, igitur pro constanti, quòd Pactum futuræ successionis, in quo, de hæreditate, vel successione ipsorummet paciscentium agitur, à legibus est reprobatum, quia tollit liberam testandi facultatem; Item, & quia, cum hæreditates, Iure publico, deferantur, pactis dari non possunt; Non, verò, quia vo- 12
tum captandæ mortis inducat, & impium sit, de viuentis hæreditate nimis anxiè cogitare.

Nec est dubium, quin, ope distinctionis præfatæ, materia reddatur facilis, & plana, quamuis aliàs difficilis, & ardua videatur, pænès illos Interpraetes, apud quos, distinctio à nobis supra tradita, locum non habuit, vt optimè, de more, Bolognest. d. l. fin. 13
num.6.7. quem etiam laudat, & sequitur, Dauth. de mutand. testam. potest. in addit. ad d. nu 85 lit. Z. vers. hac verè cum seqq. Schefordeg. ad Fabr. lib.1. tract.29 in princ. & melius Hartm. Pistor. d. lib.4. q.1. nu. 1. vers. cæterum, vbi ait, quod, quia non obseruarunt Interpraetes, quæ ratio cuilibet Pacto sit consentanea, sed, omnibus Pactis, in quibus, de futura successione agitur, sinè discrimine singulas accomodarunt rationes prædictas; materiam difficilem, & intricatam reddiderunt, cùm, alioquin, si cuiuslibet Pacti ratio, ob quam istud Iure improbatur, distinctum consideretur, res explicata, facilis, & plana esset.

Verùm, quia, non vno modo, etiam de sua hæreditate conuenire solent paciscentes, neque etiam, omnibus Pactis, ambæ rationes æquè conueniunt, Hartm. Pistor. d. quæst.2. num. 1. vers cum autem, ideoque, iuxtà partitionem, suprà traditam, singillatim, de omnibus dispiciamus, & priùs, de Pactis, in quibus 14
agitur, de successione acquirenda, siuè, de succedendo videamus, postmodùm nonnulla, de cæteris, nempè, de conseruanda, & disponenda, dicemus.

CAPVT III.

Agitur, de Pacto, de succedendo vni ex paciscentibus: Probatur non valere, quouis modo, sit conceptum, siuè contineat Pactum, siue Donationem, vel aliam quamlibet obligationem. Nec promissori aliquod Ius competit, siue decedat testatus, siue intestatus promittens.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, de succedendo vni, ex paciscentibus, nō valēt.*
2 *Exempla huius Pacti referuntur.*
3 *Improbantur etiamsi ità sint concepta, vt alter ab intestato ei succedat.*
4 *Non valent etiamsi fiant cum eo, qui ab intestato est successurus.*
5 *Neque substinetur, quamuis non Pacto simplici, sed solemni stipulatione, firmata sint.*
6 *Hæc Pacta non improbantur, ob vitium obligationis, sed ob rem in obligationem deductam.*
7 *Sunt nulla non sola Pacta, sed qualibet alia conuentio, super hæreditate viuentis.*
8 *Et generaliter omnia Pacta, & Contractus omnes improbantur.*
9 *Etiamsi paciscens decedat intestatus, nihilominùs non valent.*
10 *Pacta futuræ successionis non habent vim vltimæ voluntatis.*

11 Nec,

11 *Nec, eo caſu, relictum poteſt peti, ratione legati, vel fideicommiſſi.*

12 *Neque in vim donationis cauſa mortis.*

1 DE Pactis, de ſuccedendo vni, ex paciſcentibus, hæc indubitata, & infallibilis eſt tenenda concluſio, illa planè non valere, vt eſt *textus in d.l.15.C. de pact.* vbi DD. & præcipuè *Alciat. in principio, Socc. & Bartol. Bald. ad d.l. fin. nu.17. & Bolognett. num.116. C. eodem, Cephal. conſ.44. num.12. tom.2. Peregr. conſil. 119. vol.5. Fachin. conſ.58. in princip. lib.2. Menoch. conſ. 1. num.139. & ſeqq. Bombin conſ.3. num.24. Tob. Non. conſ.43. in principio, Port. conſ.36. num.1 Riminald. Iun. conſ.600. nu 8. & ſeqq. Giouagn conſ.34. nu.4. lib.2. Fuſar. conſ.150. num.1. Bellon. Iun. conſ. 22. in principio, Hartm. Piſtor. d. quæſt.2. lib.4. in principio, Petrus Gilkenius, Monter. à Cueua, Chriſtophorus Philippus Rychter. ad l.15. C. de pact. ſuper allegat. Gomez. ad ll. Tauri 22. num.17. Cutell. de donat. tract.2. diſcur.1. ſpecul.1. num. 2. tom.2. Greueu. ad Gayl concl.126. lib.2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4 gloſſ.9. quæſt.4. nu.3. Cancer. var. c.7. de pact. num.133. tom.3. Morl. in empor. Iur. p.1. tit.3. de pact. num.48. verſ. ſed huic, Melchior. de Valent. tract.3. cap.2. num.9. tom.1. Paſſerin. ad cap. quamuis pactum de pact. in 6. num.4. Rot. deciſ.106. num.11. par.9.*

2 Huius exempla ſunt, veluti, ſi dictum ſit, promitto te hæredem facere, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* & in ſimili caſu, conſuluit, *Bellon. Iun. conſ.22* Vel, te in ſucceſſione præponere, vt eſt *text.* & ibi *gloſ. in l. ſi fratres 53. §. idē reſpondit il primo ff. pro ſocio,* & in terminis reſpondit *Port. in conſ.36. per tot.* Vel, quòd pro æquali parte filia, cum filijs, vel filia vnius, cum filijs alterius, ſuccedet, *text. apert. in l.15. C. de pact.* & videre eſt penès, *Decian. conſ.184. per tot. Dauth. vbi ſupra nu.102. verſ. ampliatio* quoque nona, *Fuſar. conſ.150.* Vel quod ſuperuiuens, rebus prædefuncti potiatur, *l. licet inter priuatos, C. de pact.; Bartol. conſ.212. Peregr. conſ.119. numer 6. vol.5. Cancer. lib.3. var. de pact. numer.137. Greuæ ad Gayl. concl.126. lib.2.* Aut, ſi quis relinquere promittat bona ſua, vel partem, *l. res, §. licet quæ vbi gloſſ. lit. H, ff de Iure Fiſc. Cancer. var. lib.3. c.7. de pact. num.134.* Aut, ſi quis hæreditatem ſuam, vel quotam hæreditatis, dare ſpondeat, *l. cum donationis, C. de tranſact. Peregr. d. conſ.19. num.6. verſ. ſecundus per tom.5. Riminald. Iun. conſ.600* Vel promittat, quòd poſt mortem ſuam eius Bona pertinebunt, ſeu peruenient in paciſcentem *l. hæreditas C. de pact. conuent.* tam ſuper Dotem, &c. *Peregr. conſ.119. nu.6. verſ. primo per vol.5. Tob. Non. conſ.43.*

3 Imò improbatur, etiamſi ita conceptum ſit, quod alter, ab inteſtato ei ſuccedat, *Socc. d.l.15. C. de pact. in principio, Dauth. de mut. teſt. poteſt. nu.103. verſ. tum tertio;* namque, ſiuè, ab inteſtato, ſiuè, ex teſtamento promittatur ſucceſſio, ait, *Hartm. Piſtor. d. lib 4. qu. 2. nu.2. vtrique hæc magis ex Pacto, quàm, ex lege defertur, quod Iura nentiquam admittunt.*

4 Et pariter non valet, etiamſi cum eo factum ſit, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus *Dec. d. l.15. C. de pact. num.4 verſ. tertio ampliatur.*

5 Et ſuperiùs firmata, circa huiuſmodi Pacti inualiditatem, non ſolum locum ſibi vindicant, in Pacto ſimplici, ſed etiam, in ſtipulatione, vt notatur in textu *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Cacher. deciſ.100. n.18. Dec. ad d.l.15. C. de pact. n.4.* vbi ait, eamdem ob cauſam, hoc contingere, quia ratio, quæ allegatur, in Pacto, locum habet, etiam, in ſtipulatione, *Vueſſembecc. ad l.15. C. de pact. num.5.* & meliùs poſt *Iulium Capon. nouiter impreſſū, in tract. de pact. quæſt.33. nu.3. Hartm. Piſtor. d. quæſt.2. num.91.* & rationem aſſignat, quia non propter vitium obligationis huiuſmodi Pacta minùs valent, ſed, ob vitium, quod rei, in obligationem deductæ, ineſt; Sic 6
etiam, quòd, non ſolum nullitas procedat in Pacto, ſed, in omni alia conuentione, donatione, & obligatione, quia hæreditas, & ſucceſſio non poteſt da- 7
ri, niſi per teſtamentum, firmauit, *Tuſc. pract. concl. lit. P, concl.14. num.3.* & optimè, *Donad. de renunc. c.2. num.29. Connan. comment. Iur. lib.5. c.5. num.7. verſ. Iubemus etenim,* & quod improbetur, etiamſi conceptum ſit, per modum promiſſionis, vel donationis, dixit etiam *Barry. de ſucceſſ. lib.2. tit.3. num.1. verſ. idem etſi.*

Sicut generaliter, quòd omnia Pacta, & Contractus omnes, de futura ſucceſſione, regulariter improbentur pleniſſimè etiam, *Melchior. de Valent. tract. 3. cap.2. num.9. tom.1. Caldaſ. conſ.50. nu.5.* vbi, quòd, nec etiam indirectè quis poteſt paciſci ſuper hæreditate futura.

Nec quicquam operatur, ad validitatem huius Pacti, quod decedat inteſtatus paciſcens, quidquid con- 9
trarium aſſerat, *Iul. Capon. de pact. quæſt.33. num.4. & Carolus Cala de ſucceſſ. per pact. par.1. numer.47.* ac alij lato calamo adducti, per *Martin. Monter à Cueua l.15. C. de pact. num.16.* Siquidem, vtroque caſu, vel condito teſtamento, vel non, inutile eſt, nec peti poteſt
ſucceſſio, propterea, quòd vim non habet vltimæ 10
voluntatis, *Caſtrenſ. in d. l. pactum in principio,* quem refert, & ſequitur, *Vueſſembecc. conſ.71. num.6. verſ. quod cum ita,* & ſubiungit, quód, non ſolùm vltimæ voluntatis vim non habeat, imò, nequidem relicti, vel fideicommiſſi, ita vt, tamquam legatum, vel fidei-
commiſſum nihil, ratione huius Pacti peti poſſit, 11
text. ſingul. in l. licet 19. vbi hoc notat, *Iaſon. num.4. C. de pact. poſt gl. & DD.* quos refert idem *Vueſſembecc. d. loco;* Id etiam meliùs oſtendit poſt *Hyeron. Schurf.* quem allegat *Nicol. Euerhard. Iun. conſ.11. nu.22. lib.2.* Et rationem aſſignat, quód, quamuis, inteſtato decedente promiſſore, videatur ceſſare ratio impediendæ libertatis teſtandi; tamen hic non quòd poſtea ſecutum eſt, ſed initium conuentionis ſpectari debet, quo conſiderato, ablata fuiſſet libertas, teſtandi ipſi promiſſori, ſi diceremus conuentionem eiuſmodi voluiſſe &c. quod comprobat etiam doctiſſimus, & nunquàm ſatis laudatus *Hartm. Piſt. d. lib.4. q.2. num. 34.* ibi, *ſiuè condito teſtamento, ſiuè non, decedat paciſcens, huiuſmodi Pacta nulla ſunt,* & paulò infra, *cum huiuſmodi Pacta, per ſe nulla ſint, neq; etiam Iuramento firmentur, quem quæſo poterunt ſortiri effectum?* & nouiſſimè eiuſdem ſententiæ fuit etiam omninò videndus, *Donat. Anton. de Marin. reſol. quot. lib.2. c.162. num.4. & ſeqq.* vbi refutat, quæ in contrarium poſſent adduci, ac *Herennius Zoeſius ſuper ff. de Pact. num. 21. Modeſtin. Piſtor. d. conſ.8. q.2. num.24. tom.1.* Et omnium meliùs idem declarauit, *Vueſſembecc. ad l. licet 19. C. de Pact. num.5.6.* vbi firmat, quòd quia non valet Pactum, tamquàm vltima voluntas, neque poteſt valere in vim donationis cauſa mortis, & hoc, quia apparet contrahentes noluiſſe hanc conuentionem inire donationis cauſa mortis, ſed ſimplex Pactum, de obuentione Bonorum, poſt mortem, qua propter, tàm, ex defectu poteſtatis, quàm, voluntatis, inualida ſunt, & nullius momenti; qua de cauſa nec debetur hæreditas, ratione fideicommiſſi, vel
legati, vel alterius vltimæ diſpoſitionis, latiſſimè 12
Martin. Monter à Cueua l. pactum quod dotali, C. de Pact. num.17. quod probat *per text. in l. ex eo, C. de inutil. ſtipul.* ibi, *conuentionem de futura ſucceſſione, quaſi quòd contrà bonos mores ſit nullius momenti, textus eſſe dixit; nam, ſi Pactum valuiſſet, incautè Imperatores, per illa verba, nullius momenti, loquuti fuiſſent &c.*

CAPVT

CAPVT IV.

Traditur modus cognoscendi, quando Pacta verè dicantur futuræ successionis, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Promissio successionis, vel bonorum, post mortem, non semper dicitur pactum futuræ successionis.*
2 *Donatio, vel promissio, de bonis post mortem, non est pactum futuræ successionis, secundum Petr. de fideicom.*
3 *Valet contractus, in quo aliquid promittitur, vt obligatio incipiat ab hærede.*
4 *Pactum, semper valet, quando non fuit promissa hæreditas, vel successio.*
5 *Non valet pactum, quando fuit dictum; Hæreditas ad te perueniat, vel: talis succedat.*
6 *Valet pactum, quando fuit dictum; promitto tibi bona mea, post mortem meam.*
7 *Pactum hæreditatis viuentis, tunc est improbatum, quando obligatio non incipit, in persona hæredis, sed immediatè defertur, absque vllo hæredis facto; vt, si dictum sit; Promitto tibi, quod, post mortem meam bona mea ad te deuenient.*
8 *Alij dicunt, valere pacta successoria, quando non tota successio, sed particularia bona fuerunt promissa.*
9 *Verba sunt attendenda, ad dignoscendum; An pacta sint futuræ successionis, nec ne.*
10 *Verba, in qualibet dispositione, totum faciunt.*
11 *Valet conuentio, quando bona transferuntur, iure contractus, secus, si, iure obuentionis, vel successionis.*
12 *Quando verbo,* Hæreditas, *paciscentes vsi sunt, est pactum futuræ successionis.*
13 *Vel, quando successionis mentio facta fuit.*
14 *Et tunc non refert, an alia inueniantur verba contractibus propria, quia nihilominùs non valent.*
15 *Hæreditatis vocabulum est accipiendum, pro bonis.*
16 *Actus interpretatur, vt potiùs valeat, quàm pereat.*
17 *Hæreditas propriè non dicitur viuentis.*
18 *Hæreditas comprahendit omnia bona, iura, & actiones.*
19 *Donatio hæreditatis non valet.*
20 *Neque valet donatio partis hæreditatis.*
21 *Quando præcipuè fuerunt donata bona præsentia, & futura.*
22 *Verbum* Hæreditas, *nunquàm accipi potest, pro bonis quando de futuris fuit facta mentio.*
23 *Quando constat, de mente contrahentium, voluisse inire pacta successoria, non est curandum, de verbis, quibus concepta sunt.*
24 *Quando apparet contrahentes voluisse inire pacta, inter viuos, valent, licet essent concepta, per verba, denotantia successionem.*
25 *Verba non attenduntur, quando contrariantur menti, cui inseruiunt.*
26 *Mens potiùs inspicienda, quàm verba, in contractibus.*
27 *Pacta substinentur, quando fuit facta promissio, post mortem promissoris.*
28 *Quando bona dantur, per donationem, censentur data, per contractum, non per vltimam voluntatem.*
29 *Testamentum supponit, pro subiecto, hæreditatem.*
30 *Pactum censetur, de futura successione, & est inualidum, quando bona ipsa, post mortem promissoris, nullo hæredis facto, ad aliquem deuenire debent.*
31 *Hæreditates dari non possunt, nisi per testamentum.*
32 *Actio hodie potest incipere in persona testatoris, & in persona hæredis.*
33 *Facchinæi dictum in cap 85. lib. 5. perpenditur.*
34 *Textus in l. hæreditas C. de pact. Conuent. explicatur.*
35 *Vis annullatiua pacti futuræ successionis, non consistit, in hoc, vtrum hæres promittentis obligetur, sed, vtrum is, cui bona promissa sunt, ex contractu, ab hærede obligato, consequatur, absque vllo succedendi iure; An, verò, ob pactum initum, iure successionis.*
36 *Textus in l. hæreditas C. de pactis Conuentis, loquitur in casu claro, quod fuit actum, de successione, & propterea, ibi improbatur Conuentio.*
37 *Contractus, & testamenta, valdè differunt, inter se.*
38 *Pactum semper valet, quando bona sine succedendi iure, post mortem promittuntur.*
39 Relinquere *verbum, denotat bonorum obuentionem, & hæreditatem.*
40 *Verba* Deueniant, Pertineant, Remaneant, *sunt indicatiua successionis.*
41 *Verbum,* Deuenerint, *significat, tam bona præsentia, quàm futura.*
42 *Verbum* Bona, *totam respicit hæreditatem, & bona tempore hæreditatis.*
43 *Quando verbum* Bona, *est additum verbis denotantibus obuentionem, hæreditatem significat.*
44 *Secus verò, quando non est additum tali verbo, quia minùs continet, quam iura, & actiones.*
45 *Duo specialia non possunt concurrere, circa idem, & in eodem subiecto.*
46 *Pactum, in quo promittitur,* tutto quello, che di mobili &c. si trouerà nel suo dominio *est nullum, vti pactum futuræ successionis.*
47 *Pactum, in quo dictum fuit,* Voglio che la robba, che io hò sia della Taddea, *approbat Marcabrun. sed non transit sine difficultate.*
48 *Eadem procedit ratio, de parte, quoad partem, quæ, de toto, quoad totum.*
49 *Pactum, per viam Obuentionis bonorum, non valet, neque de quota hæreditatis.*
50 *Quod valeant pacta, super quota bonorum, multi tenent.*
51 *Sed reprahenduntur ab Hartman Pistor.*
52 *Quod valeant pacta, quando, de bonis fuit actum, nonnulli tenent, quia intelligitur, de præsentibus tantùm.*
53 *Sed eorum opinio refellitur.*
54 *Valent, tamen, quando de bonis præsentibus, dumtaxat, fuit initum pactum.*
55 *Mobilium, & immobilium appellatione, non veniunt nomina debitorum.*
56 *Valet pactum, licet de obuentione bonorum actum sit, quando agitur, de re particulari.*
57 *Improbatur pactum, de re particulari, quando constat verè inter partes, de successione actum fuisse.*
58 *Andreolus fuit vagus, & inconstans, circa validitatem pacti, futuræ successionis, initi super re particulari.*
59 *Nonnulli tenent, valere pacta successoria, de certis bonis licet expressè de successione actum sit.*
60 *Sed hæc sententia reijcitur.*

PRiusquàm progrediamur ad alia, videre necesse
est, quando dici possint, futuræ successionis, pa-
cta, de quibus est disputandum, in hoc tractatu; non, 1
enim semper, quod promittitur successio, post mor-
tem, vel bona, dicuntur pacta successionis futuræ, sed
solùm, in aliquibus casibus, vt infrà apparebit, de qua
re, plura, à Doctoribus afferuntur.

Inter alios, quatuor ponit opiniones, *Petra de fideicom.*

comm. quæſt. 4. *n.* 4. *verſ. quod vero attinet, pag. mihi* 18. quas ſectati fuerunt Doctores noſtri, inter ſe diſſidentes, in aſſignandis formulis, & verbis aptis, ad dignoſcendum; An pacta cenſeantur ſucceſſoria, nec ne.

2 Primam opinionem ipſemet Petr. originaliter *Oldrado* aſcribit *in conſ.* 139. *in princ.* vbi vult, quod ſit animaduertendum; An quis donet, vel promittat bona ſua, poſt mortem; An, verò, promiſſio ſit hæreditatis, vel futuræ ſucceſſionis; primo caſu, valere affirmat, cum pactum futuræ ſucceſſionis, dici non poſſit, ſed potiùs contractus, inter viuos dirigens actiones ſuas contra hæredes promiſſoris, quod, quidem, poteſt contingere *per tex. in l.* 1. *C. vt act. ab hæ-*
3 *red. & cont. hæred.* & latiùs quod defuncti obligatio valeat, quod initium ſumat ab hærede, *Honded. conſ.* 40. *num.* 12. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicom. artic.* 51. *nu.* 32. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 308. *num.* 38. cum alijs adductis per *Rot. in Vrbinaten. Pecuniaria* 5. *Maij* 1660. *coram Do: meo Veroſpio*, §. *neque viſum, poſt tractat. deciſ.* 191.

Secundo caſu, non quia verè ſit pactum ſucceſſorium, tradendo hæreditatem, vt habemus textum
4 apertum, *in l. hæreditas, C. de pact. conu. &c.* In ſumma dicit Oldrad. quod, vel dirigantur verba, in perſonam hæredis, vel alterius, vel non dirigantur, ſed res promiſſa deueniat, ipſo iure, in promiſſorem, ſemper pactum ſuſtinetur, quando non fuit promiſſa hæreditas, vel ſucceſſio: E contra infirmetur, quando, de hæreditate, vel ſucceſſione mentio fuit habita, & Oldrad. in hoc defendit, *Poſt. conſ.* 80. *num.* 7. & vidi ego, quod huic opinioni ſe etiam ſubſcribit, *Bary. de ſucceſſ. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 3. *in fine*.

Secunda opinio fuit *Decij in d. l. pactum quod dotale,*
5 *C. de collat. num.* 3. vbi legitur, quod, vel dictum fuit, talis ſuccedat, vel, hæreditas ad eum perueniat; Et hæc conuentio, vel pactum, non valeat. Valeat tamen ſi quis, verbo, donationis vtatur; Vt, *Promitto*
6 *tibi donare bona mea, poſt mortem meam, &c.* Et ſic, Decius validitatem, ex eo elicit; An verbum, *Donare*, ſit in contractu adhibitus aliter, quàm faciat Oldrad. qui ſe in verbo, *hæreditat*, vel *ſucceſſionis*, fundat, ad quod videtur adſtipulari, quicquid affirat *Crauett. conſ.* 139. *nu.* 2. *poſt med.* quod verba pacti, ad hoc, vt valeant, debent per viam donationis concipi.

Tertia deducitur ex *Curt. Iunior. conſ.* 15. *num.* 18. vbi ait, verè excogitaſſe propriam, & perfectam intelligentiam, in hac materia. Et conſiſtit, diſtinguendo; an verba promiſſionis fundentur in perſona promittentis, ſub conditione extitura, poſt mortem promiſſoris, itaut, eueniente conditione, obligatio incipere debeat, in perſona eius hæredum. v. g. ſi dictum ſit; *Promitto tibi bona mea poſt mortem meam*; & tunc valet conuentio.

Aut, verò, promiſſio, non reſpicit perſonam promiſſoris, vel eius hæredis, itaut obligatio incipere debeat, in perſona hæredis: Sed potiùs tangit bona, itaut, ipſo iure, abſque vllo hæredis facto, tranſeant
7 in eum, cui ſunt promiſſa, vt ſi dictum ſit: *Promitto tibi, vt, poſt mortem meam, bona mea, ad te deueniant*: Et non valeat, tamquam verè ſit pactum ſucceſſoriũ reprobatum: Et ſic apparet, quòd hæc opinio differt à præcedentibus, quia omne facit fundamentũ, in hoc: An bona reſpiciant promiſſorem, vel hæredem, vt naſcatur, contra eum, obligatio, vel, potiùs deueniant, abſque vllo hæredis facto &c. hancque opinionem fuiſſe, *Bartol. in conſ.* 212. & aliorum iuris Interpretum oſtendit per integram columnam allegando *Crauett. Marzar. Bero. Gabriel. Alciat.* alioſue; Et, non obſtante, quod hæc ſit cõmuniſſima opinio, eam impugnat ipſemet Petr. & valdè laborat, in affignandis argumentis, pro conſternatione huiuſce ſententiæ, de qua nos inferiùs plura adducemus.

Quarta, & vltima opinio, à Petra allata, illa eſt, quam ſequitur, & refert *Pariſ. conſ.* 26. *num.* 116. *vol.* 2. quòd, ad dignoſcendum; an pactum ſit, de futura 8
ſucceſſione, reprobatum, necne, non, quidem, eſt diſpiciendum: An bona ſint promiſſa, iure contractus, vel iure ſucceſſionis, vt placuit Oldrad: An dictum ſit, *Iure donationis, promitto*, vt ſcripſit Decius: An verba fundentur, in perſonã paciſcentis, & executio differatur, poſt mortem, &c. vt voluit Curt. Iun., ſed tantum oportere animaduertere; An tota ſucceſſio, vel aliqua particularia bona, in pactum deducta ſint, &, primo caſu, non valeat pactum: ſecundo caſu ſuſtineatur contractus, & in hoc Pariſium ſecuti fuerunt, *Honded. conſ.* 40. *nu.* 55. *lib.* 1. *Io: Franciſc. Marcian. diſput.* 87. *num.* 5. 6. 7. *lib.* 2. ac alij infra citandi.

De his quatuor ſupra relatis opinionibus, vnam tantum amplectitur Petra, nempè, primam Oldradi, cęteras reijcit, tanquam vanas, & nullius roboris, aut nullius momenti: Sed, malè, quidem, meo iudicio: quia, etſi verum ſit, vt non omnes indiſtinctè, poſſint adaptari, ad materiam pacti noſtri, nihilominus, ex varietate caſuum, qui poſſunt effingi, contingit, vt altera opinio, vni caſui conueniat, altera alij, & ſic conſideratæ, iuxta varias poſitiones, ſtipulationes omnes verificentur, & poſſint, ad concordiã reduci, vt melius, ex infra dicendis planũ fiet.

Ad dignoſcendum, igitur, an pacta ſint futuræ ſucceſſionis, improbata, necne, ante omnia, ſunt 9
verba paciſcentium attendenda: Namque, ſicuti, in qualibet diſpoſitione, hæc totum faciunt; Inquit, 10
enim, *Iuriſconſult. in vulg. l. ſi quis ſtipulatus, de verb. obligat.* reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis, & in *l. ſi ita ſtipulatus*, §. *Chriſogonus, ff. eodem.* Verba, ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt, & latè oſtẽdit, *Rot. deciſ.* 567. *nu.* 6. *par.* 3. *recent.* Id præcipuè, in caſu noſtro, procedit, in quo, tota difficultas, in conceptione verborum conſiſtit, vt optimè habemus, *ex Cagnol. in l. fin. C. de Pact. num.* 213. *Bolognett. ibidem num.* 116. *Vrceol. conſult. for.* 98. *num.* 1. *Pariſ. conſ.* 26. *num.* 69. *lib.* 2. *Simon. de Prꝫt. conſ.* 199. *num.* 11. *Gabr. conſ.* 137. *nu.* 16. *lib.* 1. *Cyriac. controu.* 88. *in princ. Hartm. Piſtor. d. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 2.

Igitur, ſi, de mente contrahentium, apparet, ex conceptione verborum, voluiſſe facere pacta prohibita, nempè, bona, vel hæreditatem transferre voluiſſe, iure ſucceſſionis, ac per teſtamentum, non, autem, iure contractus, pactum eſt inutile, & nullius momenti. Et è contra, ſi, ex verbis apparet, & aper- 11
tè colligitur, pacta inita eſſe, iure contractus, valent, & ſubſtinentur, *Siluan. conſ.* 90. *num* 4. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 225. *num.* 4. *Gabriel. conſ.* 137. *num.* 11. *vol.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 34. *num.* 13. *Barꝫ. deciſ. Bonon.* 14. *num.* 4. *Raudenſ. de Analog. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 31. *& ſeqq. Peregr. de Fideicom. art.* 51. *num.* 25. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 308. *nu.* 1. *Andreol. controu.* 312. *num.* 5. 6. *Benedict. Carpzou. in Iuriſprud. Forenſ. par.* 2. *conſtit.* 35. *definit.* 21. *num.* 8.

Verba autem clara ex quibus colligitur, paciſcentes voluiſſe intelligere, bona promiſſa, eſſe, ex teſtamento, ſunt, quando, de hæreditate fuit habita mentio, in inſtrumento: Puta ſi dictum ſit: *Tibi promitto, quod eris meus hæres*; Vel, *Te meum hære-* 12
dem inſtituam, & tunc abſque dubio; minimè valere, dixerunt, communiter omnes, &, in ſpecie, *Cagnol. d. l. final. C. de pact. num.* 13. *Bolognett. ibidem num.* 9. *& num.* 116. *Dec. d. conſ.* 225. *num.* 4. *vſque ad finem, & conſ.* 300. *num.* 3. *&* 4. *Pariſ. d. conſ.* 24. *n.* 55. *Petra de Fideic. d. quæſt.* 4. *num.* 8. *verſ. primum igitur*,

pag.

pag. mihi 20. & in his terminis responderunt, *Bero.*
*conʃ.30. num.28. lib. 3. Cyriac. controu.*88. *num.* 7.8.9.
10. *Rot. Rom. impreʃʃa poʃt Marin. resol. quotid. lib.* 2.
cap. 169.*num.*9. *&* 10. *eʃt eadem cum deciʃ.* 390. *par.*9.
rec. Hartm. Piʃt. in conʃ. impreʃʃ. poʃt dictam quæʃtionem
3. *num.*24.

Vel, quando quis ʃucceʃʃionem promiʃit, vel, de
ʃucceʃʃione mentio fuit habita; vt, ʃi dictum ʃit: *Vnus*
alteri decedenti ʃine libertis ʃuccedat: optimè, *Deker.*
diʃʃert. iur. lib. 2. *diʃʃert.* 11. *num.*10. *& ʃeqq. Petr. de fi-*
*deicom. d. q.*4. *pag.*20, *verʃ. Tertium ʃit, Cephal. conʃ.*44.
*num.*30. *Riminald. Iun. conʃ.*580. *num.*2. *Marcell. Mar-*
*cian. conʃ.*35. *num.*8. *Simon. de Pret. conʃ.*523. *num.*10.
& in terminis terminantibus deciʃum fuit per *Rot. de-*
ciʃ. 106. *& deciʃ.* 154. *par.*9. *recent.*

Vel, quis inʃtituerit, vel ʃubʃtituerit quempiam
in ʃua hæreditate, vt habemus *in deciʃ. Cacheran.* 100.

Idque inuenit ʃibi locum, quamuis aliqua vʃur-
pata ʃint contractui magis, quam vltimæ voluntati,
conʃentanea; vt, ʃi dictum ʃit: *Dono hæreditatem*
*meam, Petra de fideicomm. d. quæʃt.*4. *verʃ. Quarto am-*
*pliatur, Cacheran. deciʃ.*100. *nu.*25. *Peregrin. de fideic.*
*d. art.*51. *num.*32. *circa medium, Hartman. Piʃtor. d.*
*lib.*4. *quæʃt.*3. *num.*3.

15 Quia, licet multi, hoc caʃu, arbitrati ʃint, hære-
ditatis vocabulum, pro bonis eʃʃe accipiendum,
Bartol. in l. quæritur, §. ʃi mihi de legat. 1. *Alciat. d. l. fi-*
*nal. num.*81. *& ibidem Dec. & Purpurat. num.* 2. 3. 4.
*C. de pact. Crauett. conʃ.*139. *num.*6. *Gozadin. conʃ.*87.
*num.*17. *Ruin. conʃ.*7. *num.*5 *lib.*3. *Raudenʃ. de Analog.*
cap. 25. *num.* 53. *& ʃeqq. lib.* 1. *Io: Franciʃc. Marcian.*
16 *diʃput.*87. *nu.*19. vt actus potiùs valeat, quam pereat,
iuxta *l. quoties, ff. de reb. dub. Ciarlin controu. for. cap.*
19. *num.*9. *Merl. Pignatell. controu. for. cap.*81. *num.*26.
cent. 2. ob id valere affirment, præ ceteris, *Gabr. d.*
conʃ 137. *num.*21. *Raudenʃ. vbi ʃupra num.*53. *Marcian.*
*d. diʃp.*87. *num.*20.

17 Tamen, quia aduerʃatur huic opinioni, proprie-
tas verbi, *Hæreditas*, quæ, viuentis non eʃt, *l. prima*,
ff. de hæred. vel act. vend. & comprehendit omnia iura,
& actiones, & quidquid habet is, de cuius hæreditate
agitur, *l. hæreditas* 62. *ff. de regul. Iur. l. nihil eʃt*, 24. *ff.*
*de verb. ʃignif. Honded. conʃil.*40. *num.* 31. *in fine lib.*1.
Cyriac. controu. for. 88. *n* 8. & firmauit *Rot. deciʃ* 166.
*num.*4. *par.*11. *rec.* vbi diʃtinguit, inter ceʃʃionem hæ-
reditatis, quæ eʃt, ius vniuerʃale, & ceʃʃionem om-
nium bonorum, eadem, *Rot. in Med o. anen. Iuriʃpa-*
tronatus 28. *Martij* 1661. *coram Eminentiʃs. Cardinali*
Cerro in fine operis deciʃ. vbi, quòd hæreditas, tan-
quàm quid vniuerʃale capit iuʃpatronatum, huic
dictioni ʃtandum eʃt, donec, de contrahentium men-
18 te appareat, *l. non aliter, ff. de leg.*2.

Vnde, verior, & receptior eorum eʃt ʃententia,
qui dixerunt, verè, de hæreditate, vel ʃucceʃʃione,
eo caʃu actum eʃʃe, & propterea, donationem non
valere, vt dixerunt Doctores ʃuperius citati, qui-
19 bus addo *Fachin. lib.*6. *controu. cap.*94. *Siluan. conʃ* 90.
*num.*6.7. *Menoch. conʃ.*794. *num.*7. *Euerard. Iun. conʃ.*
11. *num.*27. *volum.*2. *Fontanell. de pact. nuptial. clauʃ.*4.
*gloʃʃ.*9. *par.*4. *num.*44. *Hartm. Piʃt. d. quæʃt.* 3. *num.*3.
*verʃ. Quia, Melch. de Valent. controu. Illuʃt. tract.*3. *cap.*
2. *num.* 9. *Ceuall. commun. contra commun. quæʃt.*140.
Io: Dauth. de mutand. teʃtam. poteʃt. num. 100. *verʃic.*
ʃubamplia 2.

Eademque eʃt regula tenenda, quando certa hæ-
reditatis pars, donata, vel aliàs, de ea, conuentum
20 fuit, vt poʃt *Cagnol. in d. l. fin. num.* 277. *Peregrin. de*
*fideic. art.*51. *nu.*26. quos allegat, & ʃequitur. *Hartm.*
Piʃt. vbi ʃupra num. 4. latè firmant, *Rauden de Ana-*
*log. d. cap.*25. *num.*45. *Marcell. Marcian. d. conʃ.*35. *n.*8.
Præcipuè, ʃi appareat, fuiʃʃe promiʃʃa, tam bona præ-
ʃentia, quàm futura, quia, eo caʃu etiamʃi, de certis
bonis eʃʃet ʃermo, pactum eʃt improbatum. Nam, 21
licet, quandoque appellatio hæreditatis, capiatur, pro
bonis, tamen, vbi fit mentio, de futuris non poteʃt in-
ficiari, quin, in effectu ʃit pactum ʃucceʃʃorium repro-
batum, *Siluan. d. conʃ.*9. *num.*7. *Viuius com. opin. lit. P,* 22
*opin.*233. *part.*1. *verʃ. & habet locum, Cacheran d. deciʃ.*
100. *Rot. d. deciʃ.*106. *& deciʃ.* 154. *part.*9. *rec. Hartm.*
*Piʃt. d. quæʃt.*3. *num.*5.

Et omnia ʃupranarrata procedunt, non tantùm,
quando expreʃsè, de ʃucceʃʃione, & hæreditate di-
ctum fuit, ʃed etiam, quando, ex alijs circumʃtantijs, 23
de mente contrahentium apparet, quod, de ʃucce-
dendo agere voluerint, tunc enim, quibuʃcumq; ver-
bis, vʃi fuerint, non eʃt curandum, dummodò appa-
reat, quod partes voluerint, vt bona deueniant, iure
ʃucceʃʃionis, optimè *Siluan. d. conʃ.*90. *num.*4 *lib.*2. *&*
*latius Gabriel d conʃ.*137. *num.*22. *Hartm. Piʃt. vbi ʃu-*
*pra num.*6. *Rauden. de Anal. d. cap.*25. *num.*31. *& latius*
num 64.

Sic pariter, quando appareat voluiʃʃe contrahen- 24
tes inire contractum, inter viuos, non promittere, iu-
re ʃucceʃʃionis, forma, vel figura verborum non inʃpi-
citur, vt optimè, *Gabr. d. conʃ.*137. *num.*23. ac heredem
facere, donare ʃignificat, *Crauett conʃ.*19. *num.*27. *Me-*
*noch. de præʃumpt. lib.*4. *præʃumpt.*70. *num.*7. *Fontanell,*
*de Pact. nupt. clauʃ.*4. *gloʃʃ.*9. *p.*4. *num.*4. *Cancer. Variar.*
cap. 8. *de donat. num.* 87. Et ratio eʃt, quia verba non
attenduntur, quando contrariantur menti, cui inʃer- 25
uiunt, *Merlin. deciʃ.*172. *num.*4. *Ottob. deciʃ.*14. *nu.*17.
Et propterea valent, eo caʃu, quamquam, per ver-
bum, *ʃuccedant*, bona promiʃʃa ʃint, *Thob. Non. conʃ.*
44. *num.*6. *Pariʃ. d. conʃ.*22. *num.*86. *lib.*2. *Gabr. d. conʃ.*
137. *num.*21. *Bellon. Iun d. conʃ.*22. *num.*12. Et dicunt,
promiʃʃionem valere, quia, cum, in contractibus mens
potiùs ʃit inʃpicienda, quàm verba, *l. vlt. C. quæ res* 26
pign. oblig. poʃʃ. l. non omnis in princ. ff. ʃi cert. pet. Surd.
*conʃ.*431. *num.*35. *Io: Franc. Marcian. diʃput.*87. *num.*16.
& mens contrahentium, non ʃit, vt ʃentiant, de ʃucceʃ-
ʃione vniuerʃali, debemus interpretari, quaʃi volue-
rint dicere bona, *Gabriel d. conʃ.*137. *num.*21. *Crauett,*
*conʃil.*19. *num.*3. & non infringitur conuentio.

Prout, etiam ʃubʃtinet, quando promiʃʃio, de do-
nando, vel dando, facta fuit, poʃt mortem promiʃʃo- 27
ris, vt latè, *Oldrad. d. conʃ.*139. *in princ. Petra vbi ʃupra*
*pag.*23. *verʃ. tertius caʃus eʃt, Marcabr. conʃ.*6. *num.*28.
*& ʃeqq. Peregr. d. art.*51. *num.*32. *verʃ. & dum, Marta.*
*Summ. ʃucceʃʃ. legal. p.*4. *q.*25. *art.*1. *nu.*24. *Carpzou. d.*
*defin.*21. *nu.*9. cum ʃimilibus.

Et ex his apparet, optimam fuiʃʃe opinionem Ol-
dradi, ʃupra primo loco poʃitam, in qua fuit ʃcri-
ptum, eʃʃe inʃpiciendum; An verè, de ʃucceʃʃione,
actum fuerit, nec ne: Ac, aliam Decij, in ordine ʃe-
cundam, in qua fuit animaduerʃum; An bona dentur,
per viam donationis, nec ne: quia, ʃi per donationem 28
dantur bona, cenʃentur dari per contractum, non per
vltimam voluntatem, *Rot. deciʃ.*10. *nu.*15. *& ʃeqq. p.*10.
recent.

Quando verò, non expreʃsè, neque de hæreditate,
neque de ʃucceʃʃione, dictum fuit, ac pariter, ex ver-
bis contrahentium, non dignoʃcitur; An verè volue-
rint, per contractum promittere, vel per vltimam vo-
luntatem relinquere, ac proinde dubia res ʃit; tunc in-
ʃpiciendum eʃt, an pactum, per quod conferuntur bo-
na alicuius, poʃt mortem in alium, fundetur in perʃo-
na paciʃcentis, vel quia, de præʃenti promittat, &
oriatur obligatio, ʃed executio differatur, poʃt mor-
tem promiʃʃoris, per hæredem, conʃumanda, *iuxtà*
tex. in l. centeʃimis 46. *ff. de verb. oblig. & in l. Iulianus*
ʃcribit 20. *ff. de Iur. dot.* Vel quia paciʃcens conferat
natiuitatem obligationis in hæredes, promittendo,
poʃt

poſt mortem ſuam, quo caſu, incipit deberi res promiſſa, ab hæredibus, & ab eis præſtanda eſt iuxtà *tex. in l. 1. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. l. ſcrupuloſam* 11. *& l. fin. C. de committ. ſtipulat. §. poſt mortem Inſtitut. de legat. & §. poſt mortem Inſtit. de inutil. ſtipulat.* & tunc promiſſio, & pactum valent, quando actum non fuit, de omnibus bonis præſentibus, & futuris: quia, licet, hoc caſu, per talem donationem, non auferatur libera teſtandi facultas, quia non promittit aliquem inſtituere hæredem, tamen, per indirectum, tollit facultatem teſtandi, faciendo, quod ipſe non habeat ſubiectum, de quo poſſit teſtari, teſtamentum enim præſupponit hæreditatem, pro
29 ſubiecto, *Bolognett. d. l. final. num. 116. in fine Petr. vbi ſupra pag. 20. verſ. duodecimum ſit exemplum, Peregr. de fideic. d. art. 51. num. 32. poſt medium*; Sed de his plura, ſuo loco dicemus.

An verò verba, ita ſunt concepta, vt non tam, ad obligationis effectum, qui ab hærede incipere debet, quàm, eò quod bona ipſa, poſt obitum promiſſoris,
30 ipſo iure, & ſine hæredis facto, ad aliquem deuenire debeant, habitus fuit reſpectus, vt, ſi quis promiſerit alteri, vt bona ſua, poſt mortem, ad ipſum, peruenire debeant; & tunc, quia huiuſmodi conuentio ſucceſſionem continere videtur, pactum de futura ſucceſſione cenſetur inualidum, & infirmum, ob idque minimè valet, vt expreſſa ſunt iura, in *d. l. hæreditas*, ibi, *vt poſt mortem, bona eius, ad te pertineant, & l. licet*, ibi, *alterius rebus potiatur, C. de pact.* Et hæc diſtinctio eſt cõmuniſſima, inter Doctores, ita, enim ſcripſit, *Bart. d. conſ. 212. & in l. final. C. de pact. num. 10. Alex. conſ. 28. num. 8 lib. 3. Dec. d. l. pactum quod dotale num. 3. C. de pact.* & latiùs explicauit *Bolognett. d. l. fin. num. 116.* ibi, *Poſtquam dictum fuit, quod quando verba reſpiciunt ipſa bona, vel diſpoſitionem bonorum, (vt ſi dictum ſit: Promitto tibi bona mea, poſt mortem meam) tunc, pactum valeat; quando, verò, reſpiciunt ſucceſſionem nempè bonorum obuentionem. v. g. (ſi ita concipiatur, volo, vt poſt mortem meam, ſis hæres) non valeat*, rationem differentiæ aſſignat, quia, quando verba denotant ſucceſſionem, & bonorum obuentionem, teſtator promittit eum facere hæredem, & cogitur, ex natura diſpoſitionis, inter viuos, eum inſtituere, nec poteſt pęnitere. Vnde ſibi aufertur libera teſtandi facultas, quod à lege non eſt permiſſum, & pacto
31 dat hæreditatem, contra iurium aſſerta, quæ mandãt, hæreditates, non poſſe dari, niſi per teſtamentum.

Quando, verò, diſponit ſuper bonis, & verba dirigantur ad bona, non ad obuentionem bonorum, tunc, non promittit eum facere hæredem, ſed obligat ſe, & hæredem ſuum, ad tradenda ſua bona donatario, quæ obligatio non impedit, quod ipſe non poſſit hæredem facere, imò ſupponit, quod alius erit efficiendus hæres, qui conueniatur pro tali obligatione, & actio hodie poteſt incipere, & in perſona teſtato-
32 tis, & in perſona hæredis *l. 1. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred.* & per conſequens non tollitur facultas teſtandi, nec eſt contrà bonos mores &c. & optimè pariter id declarant, *Bero. conſ. 30. num. 27. & 28. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 81. num. 1. & 2. & conſ. 15. num. 3. & per tot. Gabriel. d. conſ. 137. num. 8. lib. 1. & conſ. 138. numer. 71.* pariter *lib. 1. Pariſ. conſ. 24. num. 55. & 56. lib. 2. Alciat. d. l. pactum quod dotali, & conſ. 135 per tot. Siluan. d. conſ. 90. per tot. maximè num. 3. Barz. deciſ. Bonon. 14. num. 1. & per tot. Raudens de Analog. d. cap. 25. num. 70. & ſeqq. lib. 1. Cacheran. d. deciſ. 100. num. 25. Marcabrun. d. conſ. 6. num. 1. 2. 3. & ſeqq. Peregrin. de fideicom. art. 51. num. 32. verſ. Bartolus Portius conſ. 80. num. 3. Menoch. conſ. 794. n. 3. & ſeqq. & conſ. 1028. num. 2. Riminald. Iun. conſ. 580. num. 1. & latiùs num. 10. & 11. & conſ. 771. num. 25. & conſ. 600. per tot. & maximè num. 10. & 11. Bellon. Iun. conſ. 22. num. 9. & ſeqq. Giouagnon. conſ. impreſſ. poſt controu. 4. Florian. Dulſ. num. 13. & 14. Hartm Piſt d. lib. 4. quæſt. 3. num 8. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 9. num. 18. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. num. 18. Honded. conſ. 40. num. 55. lib. 1. Marta ſum. ſucceſſ. leg p. 4. quæſt. 25. art. 1. num. 24. Cancer. Variar. cap. 7 de pact. lib. 3. num. 132. & 133. latiſſimè Andreol. controu. for. 27. num. 3. & ſeqq. Simon de Præt conſ. 123. num. 10 & ſeqq. & conſ. 199. num. 12. Mart. Medic. deciſ. 36. in fine, doctiſſimè Cyriac. controu. 88. per tot. Barri de ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. num. 3. Io: Franc. Marcian. diſp. 87. num. 3. lib. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 692. in princ. Carpzou. Iuriſp. for. p. 2. conſtit. 35. defin. 31. per tot. Cenſal. ad legem vnic. C. ſi quis Imperat. maledix. §. 22. nu. 13. & ſeqq. Dcker. diſſert. Iur. lib. 1. diſſert. 4. num. 4. & ſeqq.* & quare plures alios adducit, *Io: Dauth. de mutan. teſtam. poteſt. n. 84. verſ. aut enim ſumus*.

Qui omnes, vt diximus, ſunt intelligendi, vt hanc præſumptionem, à verborum conceptione dependentem, voluerint admittere, in caſu dubio, & quando non ſatis conſtat; an, de ſucceſſione actum fuerit, necne, vt poſt *Gabr. d. conſ. 137.* quæ affert, tenet, *Piſtor vbi ſupra num. 8. circa finem*.

Hanc receptiſſimam, & communiſſimam opinionem nemo ex Doctoribus, quem viderim, impugna- 33
re auſus fuit, excepto *Fachinæo, in vna ſuarum controuerſ. lib. 5. cap. 85.* vbi, *verſ. ſed vt liberè*, intrepidè valere negat pacta noſtra, etiam, ſi verba, ad bona diriguntur, & obligatio ab hærede incipiat; quod probat, obſeruando, legibus improbari illud etiam pactum, quo, non immediatè hæreditas datur, ſed hæres promiſſoris incipit, ex pacto, obligari; Idque optimè deduci poteſt, ex textu aperto *in d. l. hæreditas, C. de pact. conuent.* vbi ait, *tex. Hæreditas extraneis ex teſta-* 34
mento datur: Cum igitur adfirmes dotali inſtrumento pactum interpoſitum eſſe vice teſtamenti, vt poſt mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quæ, dotis titulo, tibi non ſunt obligata, intelligis, nulla, te, actione poſſe conuenire hæredes, ſeu ſucceſſione eius, vt tibi reſtituantur, quæ nullo modo debentur.

Si igitur pactum valeret, eo caſu, quo bona quis promittit, poſt mortem ſuam, itaut promiſſio fundetur in perſona eius; obligatio, autem, ſiue actio contra hæredes, incipiat, deberet etiam valere, in ea ſpecie, de qua noſter loquitur Imperator, in verbis ſupra recenſitis; quia ibi etiam obligatio, & actio incipit, contra hæredes, ſed ſic eſt, quod, in noſtra lege, non valet, ergo, neque, in caſu ſupra poſito.

Maior propoſitio, quod etiam, in noſtra lege, actiones, ab hærede incipiant, eſt euidens, ex illis verbis; *Intellige, nulla te actione poſſe conuenire hæredes vt tibi reſtituantur, quæ, nullo modo debentur*. His, enim, verbis, perſpicuum eſt, paciſcentem voluiſſe, quidem, ſuum hæredem obligare, in ea ſpecie, & tamen pactum non valet; ſi, autem, voluiſſet paciſcens ſuum hæredem obligare, ſed immediatè ſua bona, ad eum peruenire, cui promiſerat, non erat, cur dubium eſſet, an hæres promiſſoris conueniri poſſet, ſed quia hæc erat vis pactionis, vt etiam hæredem obligaret, ideò quæſitum eſt, an hæres conueniri poſſet, & negat poſſe conueniri, quia, quæ promiſſa ſunt, nõ debentur, & ratio eſt, quia pactum non valet.

Vlteriùs, ſecundo loco, animaduertit nullum adeſſe diſcrimen, quoad rei ſubſtantiam, vtrùm quis dicat, *Promitto tibi bona mea, poſt mortem*, vel, *Promitto quod bona mea, poſt mortem meam, ad te pertinebunt, vel deuenient*; Vtroque, enim, caſu, promiſſor videtur obligaſſe ſuum hæredem, ad bona ſtipulatori tradenda, & non valet hoc pactum, quia, effectu inſpecto, nil aliud facit, quam tradere ſucceſſionem, & hæreditatem.

Et ſi

Et si perpendamus verba, *l. 1. C. vt act. ab hæred. & cont. hæred.* non ibi statuit Iustinianus, vt generaliter, & absolutè valeat, & seruandum sit, ab hærede promissoris, omne pactum, & præsertim nostrum, de quo disceptatur, sed hoc voluit, vt licet olim actio, nec contra hæredem, nec ab hærede, incipere posset, quia stipulationes, & obligationes, & contractus, post mortem compositas antiqui respuebant, nunc actio incipere ab hærede, & contra hæredes possit, quia tales contractus, & obligationes receptæ sunt.

Et hæc in summa, sunt argumentorum tela, contra communissimam opinionem à Facchinæo illata, quæ vt retorqueri valeant.

Opere pretium est, animaduertere, quæ supra, à me fuere tradita; nempè, quando liquido apparet, inter contrahentes inita esse pacta successoria, & bona, in stipulationem deducta, fuisse iure successionis, tanquā hæreditas, non esse inspiciendum, quibus verbis, vsi sint contrahentes, in dispositione; Nam siue obligatio incipiat ab ipso testatore, vel hæres ad dandum obligetur, pacta sunt nulla, & nullius auctoritatis: Ideoque vis annullandi huiusmodi pacta, non consistit, in hoc, vtrùm hæres promittentis obligetur, & ab ipso effectum capiat obligatio; sed vtrùm is, cui bona promissa sunt, illa, ex contractu, ab hærede obligato, conse-
35 quatur, absque vllo succedendi iure: An, verò ob pactum initum, successionis iure, ea obtineat.

Et quoties successionis habita fuit ratio, etiam si obligatio, ad hęredes transire, & ab ijs incipere, sui natura possit; quia tamen de futura successione, conuentum fuit pactum istud minus valet, vt optimè fundat, *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 3. num* 10. & latiùs *Cacher. d. decis.* 100. *num.* 25. *circa finem*, ibi, *Non est facienda vis, quod obligatio fundetur, in persona promittentis, sub conditione, extitura post mortem, itaut obligatio incipiat ab hærede, seu contra hæredem, sed tantùm est considerandum; An ex dispositione, siue sit fundata in persona promittentis, siue non, tollatur libera facultas testandi, & pacto detur hæreditas, contra regulas iuris communis; quia tunc etiam si promissiones haberent radices, in persona promittentis, ita quod inciperent habere effectum, contra hæredes, nullius sunt momenti &c. quicquid in contrarium dicat Marcabrun. d. cons. 6. num. 21. & seqq.*

Illud verò, quod fuit traditum, de bonorum obuentione, & promissione, ex contractu, tantùm admittitur, in casu dubio, & quatenus, alias non constaret, de mente disponentium, vt nullatenus possit locum sibi inuenire conuentio, nisi quando obligatio fundatur, in personis hæredum, contra quos datur actio.

Redeundo, modo ad argumentum Fachin. minimè possunt allegari, contra nostram distinctionem, verba
36 *tex. in d. l. hæreditas*; etiam si demus, ibidem ad hæredes promittentis obligationes transire, & ab hærede incipere posse.

Nam textus, non loquitur, in casu dubio, & incerto. An partes voluerint inire contractum, vel relinquere bona per testamentum, vt per nos fuit præsuppositū, semper ac dictum fuit, locum esse regulæ prædictæ, sed in casu, in quo liquido constabat, contrahentes egisse, de successione futura, & bona ex testamento fuisse promissa, quod euincitur, non solùm ex principio legis, sed ex illis verbis *Vice testamenti*; Quapropter nihil indè desumi potest, quod communem nostram distinctionem impugnet: Quia illa, vt sæpè dictum fuit, in eum, tantum, finem, tradita est ab interpretibus, vt indè, in casu dubio colligatur, vtrum de successione actum sit, necne: & dispositio legis supradictæ, tantum, in casu loquitur, vbi liquido constabat de testamento, vel successione actum esse, quo casu, meritò conclusum fuit, *Nulla te actione posse conuenire hæredes, vt tibi restituantur, quæ nullo modo debentur*; quia, tunc nil refert, an obligatio ad hęredes transeat, necne, sed pactum istud in se nullum est, vt sat superque supra à nobis fuit demonstratum.

Quinimò animaduertit *Pist. d. nu.* 10. *vers quinimò* quod, cum *tex. in d. l. hæreditas*, disertè, de pacto futuræ successionis loquatur, atque inde pactum his verbis, fuisse conceptum, ponat, vt post mortem mulieris, bona ad te pertinerent, hoc ipso satis probant, quoties ad bonorum obuentionem respectus fuit habitus, quod tunc de successione actum esse intelligatur.

Ad id, quod secundo loco, fuit dictum, nullum esse discrimen; vtrum quis dicat; *Promitto tibi omnia bona mea, post mortem meam*; Et, *Promitto, quod omnia bona mea, ad te peruenient*; Facillimè respondetur, quod licet, non sit, inter hęc differentia, quoad obligationem, quæ vtroque casu, nascitur post mortem, tamen plurimum distant, an quis bona, ex contractu, absque vlla succedendi ratione, percipiat ab hærede; An verò, successionis iure, in contractu, deducto consequatur, & certè, ita distant, prout à contractu testamenta differunt, & quidem in multis differunt, vt probat, *Dauth.* 37
de testam. de mutand. test. im. potest. nu. 81. Et huic posteriori casui longè magis esse consentanea verba, in bonorum obuentionem directa, quam quibus bona simpliciter, post mortem promissa sunt, & ad hanc differentiam potissimum respexerunt interpretes, dum inter hos duos casus distinguunt.

Nec verum est, quod quando bona promissa sunt, per contractum, pariter non valeant, ac si essent promissa, per vltimam voluntatem; id enim legibus aduersatur, quæ inter succedendi ius, & contractū manifestè distinguunt, & tātùm illa pacta improbant, in quibus, de succedendo actū fuit, non alia in quibus, post mortem suam, absq; succedendi iure aliquid promittitur, vt ex scriptis omnium Doctorum supra *nu.* 32. allegatorum, euidentissimè patet, idque latissimè probauit, *Dauth. de mutand. test. pot. nu.* 84. *vers. aut enim sumus*, & suadent rationes, ob quas regulariter pacta successoria minùs valent, quæ nullatenus adaptantur ad casum in quo, quis absq; successione, post mortem suam, bona alteri promittit, vt passim à nobis, in tractatu dictum fuit, & alias dicetur.

Quapropter concludendū, frustrà Fachin. laborasse, ad ostendendam inualiditatem distinctionis nostræ, & eo magis est firmandum, ea tantum pacta, quibus post mortem suam quis bona alteri promittit, non valere, quando simul de successione actum fuit, & è contra omnia illa valere, quibus bona sine succedendi
iure alteri, post mortem promittuntur, vt de more 38
plura alia argumenta, contra Fachin. adducens firmat, *Pist. d. lib. 4. qu. 3. nu.* 10. *per tot.*

Igitur admissa, pro vera distinctione, de qua supra videndum est, quæ sint verba denotantia bonorum obuentionem, & hæreditatem.

Et in primis, id certè denotat verbum *Relinquere*,
quod propriè, & frequentiùs intelligitur, de hęredita- 39
te, *l. diuus ff. de test. milit. §. plane, Instit. eod. l. 1. in fin. ff. de Tab. exhib. Dec. cons.* 496. *nu.* 14. *Mantic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *nu.* 22. *& facit gloss. in Clement.* 2. *verbo relicti, de Iurepat. Cyriac. contr.* 437. *nu.* 2. *& seqq.* vbi disputat: An statutum prohibens relinquere, prohibeat donare, & idem probat *Grat. discept. for. cap.* 124.

Vel si dictum sit; *Bona deueniant, pertineant, remaneant, sint, habeant &c.* de qua re, *Petr. de fideic. vbi sup.* 40
vers. quartum exemplum, Cacheran. d. decis. 100. *nu.* 25. *Bickius de vnion. Rol. lib. 1. cap. 3. nu. 36. Simon de Prat. cons.* 199. *n.* 11. *Port. cons.* 80. *n.* 3. plura scribunt, & asserunt denotare successionē, (quicquid dicat, *Randen. de Anal. d. cap* 25. *num.* 71. quod verba *succedant, perueniant &c.* sint verba apta, ad ostendendum, voluisse

contractum inire)cum alijs, plena manu, cumulatis,
per *Cyriac.d.controu.88.num.2.*

Sic in ſpecie, quando dictum fuit *Res ſuperſtitis ſit*,
conſuluerunt, *Bartol d.conſ.212. Dec. conſ.300.num.3.
& 4.Menoch. conſ.794 num.4.benè Sim. de Præt. conſ.
123.num.11 & 12.*non valere voluit,quia dictum fue-
rat;*Che li detti beni ſiano di Nicolò*, In caſu, vbi verba
erant appoſita *Poſt mortem meam, mea bona perue-
nient,& ſuperſtites liberi bona habeant*, inualidarunt
conuentiones, *Curt.Iun. conſ.15. numer.3. & 4. Dec.
d. conſ. 225. Andreol. d. controu. 27.* In terminis, vbi
erat ſpecificatum, quod filij haberent tertiam par-
tem bonorum, *Alciat. conſ. 114. Siluan. d. conſ. 90.*
nulla eſſe pacta reſpondit, Cætera vide penes, *Cyriac.
d. controu. 88. & Vrceol. conſ.ult. 98. numer. 1. & 23.*

Maximè, quia talia verba ſubiunctiui temporis,
41 vti, *deueniant &c.* ſignificant, tam præſens, quam fu-
turum,ita vt veniant, tam bona præſentia, quam fu-
tura, *Bartol.l.9 ff. de Iuſt. & iur. Bald. in l. cum in
ſecundo ff. de Iniuſt. rupt. &c.* cum alijs adductis, *per
Rot. in Bononien Quintæ ſeu aſſociationis 5. Iulij 1660.
coram R. P. D. Taia § quia dicta verba,poſt tractatum
deciſ.153.num.6.*

Hæc, autem diſtinctio magis locum habet, quan-
do de bonis vniuerſalibus, vel generalibus, ita con-
uentum fuit, vt iura etiam ſimul comprehendat, vt
pura,ſi de bonis,in genere,dictum fuit; Nam, tali ca-
ſu, *Bona*, important hæreditatem,quia d. verbum reſ-
picit bona,de tempore mortis, *Mer.in de Pignor.lib.
42 2.tit.1.quæſt.29.num.42.Mantic.de Tacit.lib.13. tit.29.
numer.7.Cranett.conſ.11 numer.7.* vbi, quod bonorum
nomine,veniat ius ſucceſſionis, & vniuerſa hæreditas,
& quod veniant bona poſtea quæſita eadem *Rot. d.
deciſ.poſt tractatum 153. numer.6.* & in terminis, *Al-
ciat.conſ.14.num 8.& num.12.*quem refert,& ſequitur,
Cyriac.d.controu.88.num.9. & plurimum refert; An,
quis bona ſua, poſt mortem ſimpliciter promiſerit,
vel de bonorum obuentione fuerit dictum: Nam,cum
hoc ſecundo caſu, verbum *Obuenire*, denotet ſucceſ-
ſionem, *Bartol.d.conſ.212.Marcabrun.d.conſ.6.num.32.*
& pariter generalitas vocabuli illi ſit conſentanea,
nam ſimul etiam iura, & actiones continet, *l. nam
43 quod §. fin. ff. ad Trebell. Bartol. in l.Quintus ſecundo §.
argento de aur.& argen. leg. Piſt. d. lib.4.q. 3. num.11.
Surd.conſ.42.numer.19. Grat. conſ.25. numer.21. l.b.1.
Menoch.præſumpt.54.num.26.lib.4 Seſſ. deciſ. Aragon.
52.num.35.tom.1. Seraphin.deciſ.384. num.3. Rot.deciſ.
390 num.4. par. 9. rec.* Colligitur mentem diſponen-
tis fuiſſe, de ſucceſſione cogitare, & non valent, vt
probat, *Gabr.d.conſ.137.num.16.*quem ſequitur *Hartm.
Piſt.d.quæſt.3.num.11. circa finem, Rauden. de Analog.
d.cap.25.num.46.Marcabrun.conſ.6.nu.32. Rot. d.deciſ.
44 390.num.5.par.9.rec.* quicquid ſit, quando hoc ver-
bum, *Bona*, non eſt additum dictionibus, obuentio-
nem denotantibus, quia eo caſu, non diceretur, tam
vniuerſale, nec comprehenderet iura, & actiones, vt
firmat latè *Rot.deciſ.104.nu.11.par.12.rec.*

Vlterius, animaduertit *Marcabrun. d. conſ.6. nu.33.*
quod ſi valeret,hoc caſu,pactum noſtrum,ſubſtinere-
tur,contra expreſſam diſpoſitionem, *l.cum poſt § ge-
45 ner,ff.de Iur.dot.l.1.ff.de dot.prom.*quam aſſerunt, *Me-
noch.conſ.336.nu.3.Cyriac.d.contr.88.nu.12.Merlin.Pi-
gnat. contr.4.n.4.cent.2.* qua habetur, vt duo ſpecialia
non poſſint concurrere, circa idem, & in eodem ſu-
biecto.

Concurrerent, inquam, duæ ſpecialitates; vna,
quia ſubaudiretur titulus particularis, videlicet do-
natio, altera, quod qualitas adiecta verbo, non intel-
ligeretur ſecundùm tempus verbi.

Nec intereſt, an de bonis, ſiue de rebus dictum fue-
rit, vt habetur, *in d.l.licet C.de Pact. l. hæreditas, C.de
pact. Conuent. Gabriel.* quem ſequitur, *Piſt. d. num.11.
in fine.*

Quapropter pactum reprobat, *Riminal.Iun. d.conſ.
600.num.11.* quia dictum fuerat, quod promittebat,
Tutto quello,che di mobile,ò ſemouente,ò di ſtabili,ò de- 46
*nari,e crediti,ſi trouerà nel ſuo dominio,e poſſeſſione, nel
tempo della ſua morte;*Et ni fallor, nunquam potuiſſet
ſubſtineri pactum, in caſu *Marcabrun.* vbi dictum fue-
rat. *Voglio, che la robba,che io hò ſia della Taddea,e de'* 47
*ſuoi figliuoli d.conſ 6.*niſi cõfugiſſet ad Anchoram,quod
voluit promiſſor intelligere,de bonis tantùm præſen-
tibus quod, ædepol,apud me, ſi iudicis fungerer mu-
nere,ſine difficultate non tranſiret.

Et certum eſt, quod omnia ſuperiùs firmata obti-
nent locum, etiam ſi, non de omnibus, ſed de aliqua
parte quotatiua bonorum generaliter actum ſit, vt de
tertia,quarta &c.nam tunc etiam rectè accomodatur
illa communis diſtinctio; & quando per verba obuen-
tionem denotantia, fuere promiſſa, non valet, eadem 48
enim eſt ratio, de pacto, quoad partem, quæ de toto,
quoad totum, *l.quæ de tota ff de rei vendic.*& omnes ra-
tiones,quæ concurrunt, in caſu quo, de omnibus bonis 49
actum fuit, hic applicantur, vt de ſucceſſione, actum
videatur, quare meritò erunt nulla, *Dec.d.conſ.225. nu.
5.& conſ.300.nu.3 Soccin.Iun.conſ.44.nu.12.vol.2.Tor-
mol.conſ.81.n.7 Cranett.conſ.19.n.7.Menoch.conſ.1028.
n.4.*ac alij relati ab *Hartm.Piſt.d.quæſt.3.nu.12.*

Nec turbat, quod aliqui contrarium ſentiant, affir-
mantes, quod quando de quota bonorum actum fuit,
nihil referat, quibuſcumq; verbis, vſi ſint paciſcentes;
quia ſemper indiſtinctè, pro validis habenda ſunt, *Iaſ.* 50
*conſ.173.nu 4. vol.4.Cranett.conſ.19.nu.7.circa fin. Viu.
com.opin.p.1.opin.233.lit.P, verſ. limitatur ſecundo, Io:
Franc.Marcian.diſp.87.nu.26.& 27. Marcell.Marcian.
conſ.35. numer.8. circa med. vol. 2.* ipſis, enim optimè
reſpondet *Piſt.d.nu.12.verſ. hi tamen*, vbi eos redar-
guit de ignorantia terminorũ, eo quia ab eis, adaptan- 51
tur huic pacto rationes, cui nunquam conueniunt; ad
quem Piſtorem, nunc me remitto, maximè, quia de hac
re, alias in cap. ſeparato diſceptare iam ſtatui.

Nonnulli pariter, licet affirment, quod etiamſi ge-
neraliter, de bonis conuentum ſit, tamen de præſenti-
bus, tantùm ſunt intelligendi, & propterea, licet de ob-
uentione bonorum ſit actum, nunquam ſit præſumen- 52
dum, niſi quod agatur de re particulari, & fiat validus
contractus, vt *Pariſ.d.conſ.26.n.102. lib.2. Rimin. Iun.*
plures allegans *conſ 580.nu.18.& conſ 771.nu.29.*

Tamen in conſideratione habendi non ſunt, quia
hæc procedunt, quando per viam contractus, facta eſt 53
promiſſio, & tunc, quia aliter nõ valeret actus, niſi ali-
quid ad teſtandum ſupereſſet, vt ſubſiſtat cõuentio ad
præſentia, tantũ reſtringitur, non vero quando de ſuc-
ceſſione, actum fuiſſe, verè conſtat: Nam huiuſmodi
pactum, ipſo iure, nullum eſt, etiam ſi aliquid ſuperſit
ad teſtandum; quia verborum, *Obuentionis*, natura de-
notat, quod mortis tempus ſit inſpiciendum; ob id, ad
bona præſentia minimè reſtringi valet, ſed ad omnia
bona, quæ tempore mortis extant referendum eſt, vt
Gabriel oſtendit *d.conſ.137. nu.20.* & latius explicauit,
Piſt.vbi ſup.nu.12.in fine.

In illo tamen caſu, poteſt regula limitationem reci-
pere, quando expreſſe, de præſentium, tantum bono-
rum obuentione, dictum fuit; tunc enim, quod non vi-
deantur bona eſſe relicta iure teſtamenti, præſumen-
dum eſt, quippè cum alienum ſit à ſucceſſionis natura,
vt quis potius ad bona præſentia, quæ dũ in viuis eſt, 54
habet, quam ad bona futura, tempore mortis, exiſten-
tia reſpiciat, nulla, vel augumenti, vel diminutionis,
habita ratione, præſumptio illa, quæ intrat per verbũ
Obuentionis, tollitur per aliam in qua tantũ, de bonis
præſentibus, actũ fuit, vel ſaltem reddit dubiã mentẽ
diſpo-

dispontentis, ob idque optimè hic regula adaptatur, quòd, in dubio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, fit interpretatio facienda, &c, in his terminis, loquitur, *Oldrad.* in sæpè memorato *conf.*139. vt ostendit, *Marzar. in loco allegato ab Hartm.Pist. vbi supra n.*13.

55 Etiamsi, de mobilibus, & immobilibus, actum sit, *Rauden. vbi suprà nu.*56. quo casu, non veniunt nomine debitorum, *Bartol.in l.centurio, secunda quæst.vers. item quid si testator de Verb.Oblig. Clar.§.donatio,q* 19. *vers. pariter, Gabriel. lib.6. com. opin. de verb.signific. concl.7.& 8. Surd.conf.450.num.48. & seqq. Andreol. controu.2.num.7. Merlin.de pignor.lib.2.tit.1.quæst.29. num.62. & seqq.*

Quæ dicta sint satis, pro nunc, quando vniuersaliter, vel generaliter, de bonis, vel parte bonorum, fuit contractus initus.

Quando, verò, de aliquibus particularibus bonis, quæ, iura non præseferunt, nec vniuersali successioni conueniunt, vt puta, de domo aliqua, fundo, castro,
56 &c. vel, de bonis immobilibus, seu feudalibus, sermo fit: quia, tunc vniuersale ius succedendi considerari non valet, ibidem illa non attenditur distinctio, vtrum verba denotent obuentionem bonorum, vel promissionem fundatam, in persona promittentis; quia, vtroque casu, nequaquam, de successione actum esse intelligitur, *Barz latissimè decis. Bonon.*13. *num.3.Port.conf.80.num.7.Gabr.conf.240.num.1.* plures adducit, *Rauden.de Anal.cap.25. nu.48. & seqq. Cacheran. d.decis.100. nu.26.* vsque ad nauseam, *Marcabr.d.conf.6.num.33. & 34.& per tot. conf.Peregr. de fideic. d. artic.51. num.* 32. & alij per integram paginam à me citati, *cap.6. Hartm.Pist.in conf. post d. quæstionem 3. num.9. & seqq.*

Et tantum improbatur, de re particulari, successorium pactum, quando expresse constat, ex verbis di-
57 sponentis, verè, de successione actum esse, *Marcabr. d.conf.6.num.62.* ibi, *Idem etiam, quando quis promitteret, per viam vltimę voluntatis relinquere etiam rem. quia, cum hoc sit liberæ voluntatis, quis, pacto astringi non potest*, plenè *Giouagn. post controu. 4. Dulph. n.19. Greue ad Gaill. lib.2. obseru.126. n.33. & seqq.Decker, dissert.iur. lib.1. dissert.1. num.20. vers. defendunt quidem*, & meliùs, *lib.2. dissert.11. num.12. Sim.de Pret. conf.123.num.14. & conf.199.pariter num.14.* In quibus terminis est intelligenda longa Doctorũ catena, ab *Andreol.contr.27.num.4.* adducta, & alij, de quibus inferiùs, *cap.5.* dicemus: non verò, quando opus est coniecturis, quia tunc præsumptio, ad fauorem actus, militat, vt potiùs valeat, quàm pereat.

Quam distinctionem, si percepisset Andreol. co-
58 actus non esset Palinodiam cantare: nam, *in d.controu.* 27. postquam *num.4. & per tot.* desudauerat, in probando, pacta successoria, neque posse subsistere, in re particulari, tandem *num.*11. fatetur, post redditum consilium, mutasse opinionem, eo quia inuenerat, quod magis communiter tenent Doctores, quod talia pacta, super certis bonis, non sint futuræ successionis, & valeant; Et inferiùs, in sua opinione vagus, & mutabilis, *in controu.240. n.5.* denuò primam reassumit opinionem, quòd sint inutilia, & per dictum 27. Doctorum firmat.

Cauendum est, itaque, ab illis, qui id, quod, de rebus particularibus, communiter tradunt, etiam ad eum casum accomodarunt, in quo expresse de succes-
59 sione actum fuit, inter quos antesignanus allegatur, *Paris.d.conf.26.n.100. lib.2. d Petra de fideicom. in loco supracit. in quarta opinione, Gabriel. d.conf.137. nu.17.* Vbi, quòd verba etiam successionem denotantia, interpretantur, vt obligationem inducant, nec putatur contrahens, de faciendo hęredem cogitasse, ad saturitatem *Peregr. de fideicomm. d. art. 51. num.29.* cum alijs ibi congestis, *Andreol.* semper, in hac opinione, vagus, *controu.312. num.8.*

Quia, vt benè concludit, *Hartm.Pist.d.qu.3,nu.16.* 60
doctrina ista, ad casum tantum dubium, pertinet, & quando non satis constat, an, de successione actum sit, necne, vt, ex verborum conceptione deprehendi non possit: At, quando expresse, de succedendo actum fuit, quia versamur, in claro, huic doctrinæ locus ampliùs esse non potest, sed, siue de rei particularis, siue vniuersalis successione, actum sit, non valet conuentio, quicquid, in contrarium, dicant mox suprà citati; Et egomet obseruaui, quod idem Paris. licet acerrimus contrariæ partis defensor, non potuit hanc opinionē non fateri, quia quicquid asserat *n.100. & 111.* effatur in hæc verba, *Quando pars aliqua conceditur, per viam vltimæ voluntatis, non valet, secùs, quando res particulares, per actus inter viuos relinquuntur.*

His præmissis redeamus, vnde digressi sumus, scilicet, ad pacta nostra futuræ successionis affirmatiua: &, in primis, quæramus; An saltem valeant Iuramento firmata,

CAPVT V.

Disputatur, an valeat pactum futuræ successionis, acquisitiuum, quando est iuratum. Multa adducuntur pro negatiua, & multa pro affirmatiua sententia. Et tandem firmatur, quod Iuramentum ea non possit validare, ex rationibus ibi deductis. Qua occasione, latè exornatur materia, quando actus à lege reprobatus, ob iuramentum subsistat, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Pactum futuræ successionis acquisitiuum, an valeat, iuramento accedente.*
2 *Contractus nullus non firmatur iuramento.*
3 *Contractus, contra legem initus, non firmatur iuramento.*
4 *Contractus, à iure communi, reprobatus, non valet.*
5 *Iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret.*
6 *Iuramentum comparatur herbæ Bethonicæ, & alijs.*
7 *Dum actus corruit, corruit & iuramentum, super eo appositum.*
8 *Nemo potest sibi legem dicere, vt quis, non possit recedere ab actu libero, & variabili, ex natura.*
9 *Iurans non reuocare testamentum, potest nihilominus reuocare.*
10 *Licet nonnulli contrarium sentiant.*
11 *Iurans non reuocare procuratorem, non astringitur.*
12 *Et procedit, etiam in quolibet administratore.*
13 *Voluntas hominis est ambulatoria, vsque ad mortem.*
14 *Nullo potest caueri remedio, quod testamentum, vt testamentum, sit irreuocabile.*
15 *Iuramentum non ligat pacta, contra bonos mores.*
16 *Doctores tenentes, non valere pacta futuræ successionis, affirmatiua, cum iuramento.*
17 *Doctores, contra tenentes, valere, accedente iuramento.*
18 *Differentia, inter bonos mores, de iure Naturæ, & de iure Ciuili.*
19 *Iuramentum valet, quando est, contra bonos mores, de iure Ciuili.*

20 *Iuramentum, ſemper eſt ſeruandum, quando, ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruari poteſt.*
21 *Hæreditatem, pacto, relinquere, non pertinet ad animarum ſalutem.*
22 *Pactum non poteſt eſſe, de ſuccedendo, ex parte vnius, quin ſit, de non ſuccedendo, ex parte alterius,*
23 *Iuramentum facit actum valere, omni meliori modo, quo poteſt.*
24 *Contractus, licet ſit nullus, attamen aliquando firmatur iuramento.*
25 *Ad hoc, vt iuramentum non valeat, neceſſe eſt, vt periclitetur ſalus Spiritualis, vel temporalis.*
26 *Pactum futuræ ſucceſſionis, non reſpicit animarum ſalutem,*
27 *Iurans, non reuocare teſtamentum, ſi reuocat, incidit in periurium.*
28 *Iuramentum non conualidat contractum, de iure Naturæ, & Gentium nullum, conualidat tamen contractus, de iure ciuili, reprobatos.*
29 *Donatio, inter virum, & vxorem, eſt prohibita.*
30 *Eadem donatio firmatur iuramento.*
31 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, iurata, valet.*
32 *Eadem donatio, abſque iuramento eſt nulla.*
33 *Iuramentum, contra bonos mores non valet, etiam ſi agatur de bonis moribus ciuiliter.*
34 *Indefinitum æquipollet vniuerſali.*
35 *Regula ſumitur, in pluribus, in iure traditis.*
36 *Regula dicitur, plurium rerum compendioſa traditio.*
37 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
38 *Poteſtas teſtandi prouenit à iure gentium.*
39 *Pactum, de non ſuccedendo, non eſt contra bonos mores.*
40 *Donatio, inter virum, & vxorem, licet iurata, non valet,*
41 *Et eſt prohibita, non quia, ſit contra bonos mores, ſed quia ita lex ſtatuit.*
42 *Donatio omnium bonorum iuramento non validatur.*
43 *Nec improbatur, quia tollit libertatem teſtandi.*
44 *Quod valeat iurata.*
45 *Iuramentum, quando valere faciat actum omni meliori modo, quo poteſt.*
46 *Voluntas, & poteſtas, in quolibet actu, debet interuenire, ad hoc, vt valeat.*
47 *Iuramentum non ſupplet defectum conſenſus, nec ad incogitata trahitur.*
48 *Iuramentum, actum non confirmat, qui principaliter tendat, ad publicum fauorem.*
49 *Per iuramentum, non poſſumus iuri publico derogare.*
50 *Leges loquentes, de pactis futuræ ſucceſſionis, reſpiciunt bonum commune.*
51 *Vtile eſt Reipublicæ, ne iura teſtamentorum ſubuertantur.*
52 *Materia teſtamentorum, eſt periculoſa, & fraudibus obnoxia.*
53 *Teſtamento grauius, nil eſt in actibus priuatis.*
54 *Priuati non poſſunt legibus teſtamentorum derogare,*
55 *Succeſſio eſt iuris publici.*
56 *Iuramentum non poteſt ſupplere iuris publici formam.*
57 *Præcipuè, quando tractatur, de forma ſubſtantiali.*
58 *Vel, de ſolemnitate formali.*
59 *Pactum, de ſuccedendo, non firmatur, neque reuocabiliter.*
60 *Neque valet pactum, aliquid relinquendi in ſuo teſtamento.*
61 *Contraueniens pacto iurato futuræ ſucceſſionis, an ſit periurus.*
62 *Contractus nullus, ob publicam vtilitatem, iuratus, an indigeat relaxatione.*
63 *Quod indigeat.*
64 *Quod non indigeat.*
65 *Quando non efficiatur periurus, reuocans teſtamentum iuratum.*
66 *Iuramentum eſt perſonale, & non egreditur perſonam ipſius iurantis.*

QVæſtio eſt non leuis ponderis: an pactum, de
quo agitur, in præſenti, valeat, iuramento acce- 1
dente.

Pro negatiua, facit Primò, quod, quando contra-
ctus eſt omninò nullus, iuramentum illum firmare
non poteſt, plenè, *Soccin. Iun. conſ. 44. num. 17. lib. 2.* vbi
allegat *Angelum in conſ. 160.* dicentem, quod, quando 2
contractus eſt ipſo iure nullus, non poteſt firmari iu-
ramento, quia dicitur impoſſibilis confirmatio, niſi
præſupponatur aliquod ſubiectum confirmabile,
quod *per tex. in l. non dubium in fine ff. de leg. 1.* litma-
uit etiam, *Hyppol. de Marſil. conſ. Crimin. 125.* itſile eo-
demmet, *Soccin. d. conſ. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
308. num. 20. Prat. Diſcept. for. cap. 17. num. 119. & cap.
25. num. 81, tom. 1. Valenz. conſ. 148. num. 41. lib. 2 Craſſ.
de Exception. except. 20. num. 33. Iacob. Gall. conſ. 68.
num. 47 Sabell. conſ. 87. num. 40. Tort ad ſtat. Pap. Rub. 1.
numer. 26. Bartol. Muſc. de ſucceſſ. conuent. & Anomal.
memb. 1. clauſ. 1. concl. 3. lit. B. num. 48. Thomat. dec. 3. n.
5. Rot. dec. 98. num. 5. par. 11. rec.* vbi de contractu facto,
ſine ſolemnitatibus; Et latiùs, quod per iuramentum,
non validetur contractus à lege prohibitus, firmauit 3
eruditiſſimè, & ſubtiliſſimè, *Merend. controu. iur. lib. 1.
cap. 1. per tot. Merlin. Pignatell. controu. cent. 1. cap. 56. n.
15. & cent. 2. cap. 27. num. 21.*

Præcipuè, quando contractus, ex iure communi,
non verò, ex ſpeciali alicuius Ciuitatis, ſanctione, an- 4
nullatur, vt poſt, *Bald, Salyc. Iaſ.* quos allegat, firmat,
Soccin. Iun. vbi ſupra num. 21. & pleniſſimè oſten-
dunt *Sperell. deciſ. 46. & 47. per totum, Seraphin.
de priuil. iuram. priuil. 61. num. 11. Craſſ. d. except. 20.
num. 34.*

Et ratio, quare actus, contra legem, celebratus
minimè ſubſiſtat, ea aſſignatur, quia iuramentum ſe-
quitur naturam actus, cui adhæret, *l. fin. C. de non nu* 5
*mer. pecun. Caphal. conſ. 34. num. 37. Ludouic. deciſ. Pe-
ruſ. 64. num. 15. Hartm. P. ſt. d. lib. 4. quæſt. 12. nu. 2. Vueſ-
ſemb. conſ. 71. num. 6. verſ. cum autem, Prat diſcept. for.
d. cap. 17. numer. 122. tom. 1. & d. cap. 25. numer. 79. 80.
pariter tom. 1. Franc. Anton Acoſt. conſ. 24. numer. 39.
Valenzuel. conſ. 62. num. 95. tom. 1. Baraellon. conſ. 120.
num. 121. tom. 2. Craſſ. de Except. d. except. 20. numer.
33.* pleniſſimè, *Germon. de Sacror. Immunit. lib. 3.
cap. 21. num. 71. & ſeqq.* vbi, quomodo intelligatur
hæc concluſio, & plura ſcitu digna, *Rube. reſol. pract.
de teſtam. cap. 96. numer. 214. & in adnot. ad deciſ. 56.
numer. 33. part. 9 rec. Carleual. de Iudic. lib. 1 tit. 1.
diſp. 2. quæſt. 8. ſect. 2. numer. 1033. Pycchard. in princ.
tit. Inſtit. de Adempt. leg. numer. 18. Formoſin. ad cap.
primum de Iudic. quæſt. 19. numer. 3.* late *Martin. Ma-
ger. de Aduocat. armat. cap. 13. numer. 39.* latius, *Fon-
tanell. de Pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 21. part. 1. numer.
83.* latiſſimè, *Oſuald. ad Donell. lib. 21. cap. 13. lit. K,
verſic. quia enim,* ibi, *Iuramentum Herbæ Bethonicæ* 6
*comparatur, nec non Mercurio, qualitates ſuas, pro na-
tura Stellæ, cui coniungitur, mutanti, & Polypo colorem
rei, cui adhæret, aſſumenti,*

Igitur, cum pactum, ſuper quo apponitur, à lege an-
nulletur, iuramentum inutile euadet, quia, dum cor-
ruit

ruit actus,super quo interponetur, corruit quoque,
7 & ipsum iuramentum, Roland. à Vall.cons.57.numer.
56.lib.3.Morott.cons.57. numer.5. Valenzuel. d.cons.62.
num.96.Rubeus de Testam. cap.96. numer.216. Martin.
Mager. vbi supra num.40.ibi,si contractus sit,contrà bo
nos mores, contrà leges, contrà disciplinam, & sic planè
inutilis,& nullius momenti, interpositum quoque iura-
mentum,inutile reputatur. Bussembau. Medull. Theolog.
Moral.dub.5.de iuram. vers. respondeo; Et consequen-
ter actus, eius vigore, conualescere minimè poterit,
Vuesemb.d.cons.71.nu.6.vers.cum autem,Rub.in adnot.
ad d.dec.56.nu.33.par.9.rec.

Sed sic est, quod, à nullo controuertitur, quin pa-
ctum nostrum, à iure Cæsareo, sit reprobatum, ergo
liquidò constat, neque accedente iuramento, vali-
dari.

Secundò,quia in actis liberis,& de eorum natura,
variabilibus,ex mero arbitrio disponentis, nemo po-
8 test sibi legem præscribere,à qua recedere non liceat,
l.si quis in principio testamenti,ff.de leg.3.& ibi Docto-
res,Soccin.Iun.cons.44.num.23.lib.2. Vuessemb. d. cons.
71.num.6.vers.secundò enim, Fusar. de subst. quæst.308.
num.21.

Hinc videmus, quod si quis, condito testamento,
iurauerit illud non reuocare, non propterea impedi-
tur,quandocumque voluerit,ab ea dispositione, rece-
9 dere Bald.cons.22.nu.3.lib.1.Paul.de Cast.cons.122.Soc-
cin.Iun.d.cons.43.num.25.Gabr.com.opin.de Iur.iur.con-
cl.1.num.8.Crass.§.testamentum quæst.87.num.1. Surd.
cons.264.num.40.Carleual.de Iudic.lib.1.tit.1. disput.2.
quæst.8.sect.2.numer.1033. Barbos.cap.vltima voluntas
caus.13.quæst.2.Dauth.de Testam.de mutan. test.potest.
num.89. Pycchard. in princ.tit. Instit. de adempt. legat.
Formosin.ad cap.1.de Iudic. quæst.9. num.2. Quæ con-
clusio est communissima; licet ab ea malè recedant,
10 nonnulli Doctores,quos referunt, non tamen collau-
dant; Dauth. vbi supra num. 90. Pycchard. loco citato
num.12. Anast.Germon.de Sacror.Immun.lib.3.cap.21.
num.103.

Similiter, iurans, se non reuocaturum procurato
rem,non idcircò iuramento adstringitur, sed ad libi-
tum, reuocare potest, & alterum constituere, vt benè
11 docent, Angel.cons.225.Soccin.Iun.cons.43. numer.26.
superiùs memorato,Surd.cons.264.num.41. (quicquid
dicat,in cons.420. num. 68. vbi contrarium videtur fir-
mare,)Gabriel.vbi suprà de Iureiur lib. 2.numer.9.Spe
rell.dec.180.num.12.Layman.Theol.Moral. lib.4. tract.
3.cap.8.num.2.vers. restat quæstio, Barbos. in cap. vlti-
mo num.9.de Procurat.in 6.Mancin.de iuram.p.4.effect.
22.num.22. & latissimè Rot. in Romana Economiæ 14.
Ianuarij 1669. coram Eminentissimo Cerro, post tract.
12 decis... vbi loquitur, etiam in quolibet administra-
tore.

At dubium non est, quod habere quem successo-
rem,pendet, ex mero arbitrio disponentis, qui potest,
in testamento,quemcumque voluerit,instituere, & in
eo quandocumque variare, cum ambulatoria sit, vs-
13 que ad mortem,voluntas hominis, l.quod si iter, ff. de
adim.leg. l.1.C.de Sacros.Eccles. Menoch. cons.329. nu-
mer.6. Cyriac.contr.145.numer.5. Pycchard.ad §.poste-
riori num.9.Instit.quib.mod.testam.infirm. & princ. tit.
instit.de Adempt.leg.num. 17. Barbos. axiom. Iur. 230.
verbo voluntas num.9. Formosin. de Iudic. cap.1. quæst.
14 19.num.4.Et nullo remedio caueri possit, quod testa-
mentum,vt testamentum,irreuocabile fiat, Dilect.de
act.testan.tit.10.caut.1. num.4. cum alijs traditis, per
Dauth. vbi suprà nu.89.Vuessembecc. d. cons.71. num.6.
vers.nemo enim.

Ergo sequitur, quod nemo, in hoc, sibi legem
imponere potest, etiam, cum iuramento, à qua
non liceat recedere, & promissionem relinquen-
dæ hæreditatis illudere.

Tertiò, quia nemo potest sibimetipsi persuadere,
quin pactum,de quo agimus,contra bonos mores,di-
ci non possit, vt omnes, de materia loquentes, Iuris-
periti, vno ore,affirmant & per nos,superiùs latissimè
ostensum fuit; sed pacta, contra bonos mores, inita,
etiam iurata, non ligant, nec ad eorum obseruan- 15
tiam,contrahentes astringunt, tex. clarus in cap. non
est obligatorium de Reg. Iur. in 6. Seraph. de priuil. iu-
ram.priuil.61.num.12.Fusar.de substit.quæst.308. n.22.
latissimè Bolognett.in l.stipulatio hoc modo concepta nu-
mer.48.49.ff.de verb.oblig. Cenc.de cens.quæst.52.num.
9.vers.nec est facienda,Rub.de Testam.cap.96. nu.356.
Pycchard. ad §.stipulatio 24. Instit. de inutil.stipul. nu.
2. & meliùs, de Adempt. leg. princ. tit. d.numer. 17.
Vuessembecc.d.cons.71.num.6. Rot. in terminis dec.390.
num.13.par.9.rec.Mager.de Aduoc. armat. cap.13. nu-
mer.164.

Ergo patet consequentia, quod frustra, pacto de
futura successione, iuramentum apponitur; cum tan-
quam,contra bonos mores,nunquam possit,iuramen-
to conualidari.

Adducitur, vltimo loco, pro comprobatione ne-
gatiuæ sententiæ, Doctorum multitudo ferè innume- 16
rabilis, quorum scriptis proditum est, nunquam va-
lere,neque etiam iuratum hoc pactum, qui omnes,de
receptissima,& communissima opinione,testantur, &
sunt (relicta columna veterum, non tamen infimæ
scholæ Iurisprudentum, allegatorum à Socin. Iun.
cons.44.num.15.& 16.lib.2.) ipsemet Socin. d. cons.
per tot. Bartol.ad l. 15. C. de pact. & ad l. stipulatio hoc
modo concepta, ff. de verb. oblig. num.3. circa fin. Abb.
cons.48. circa finem, ibi, illud iuramentum, cum sis,
contra bonos mores, non habuit ligare iurantes, est
contra bonos mores, vt quis perdat testamenti factio-
nem Alex.cons.28. lib.3. num.9. Alciat. cons.74. num.
6. lib.8. Paris.cons.24.num.55. & cons.26. num.59. lib.
2.Gabriel.cons.137.num.7.& 26. vol.1. Bursatt. consil.
136.num.21.lib.2.Dec.cons.578.num.5.& cons.63. cir-
ca finem,& cons.236.num.20. & cons. 608. num.8. Ti-
raquell.de Iur.primog.quæst.6. numer.18. optimè Curt.
Iun.cons.15.num.3. & meliùs, cons.25.num.5. vbi re-
probat Corneum in cons.252. lib.3. ibi, Et ideò non
possum non mirari quod Corn. in d.cons. non fuerit me-
mor illius opinionis Bartoli, prout fuit memor alibi,
nam idem Corn. in cons. 60. in secunda columna 2. vol.
expressè tenet quod iuramentum non validat dispositio-
nem impedientem liberam testamenti factionem, alle-
gat Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, & subdit
se reperire, quod alij scribentes communiter tran-
seant cum Bartol. ex quo cum non impugnant, prout
impugnare solent, quando eius dictum non placet, &
subdit, quod alias requisitus ab intimo amico, vt con-
suleret, quod huiusmodi pacta tollentia liberam pote-
statem testandi cum iuramento essent valida, noluit vn-
quam pro illa parte consulere ex quo possumus non in-
coloratè dicere, quod dictum cons.252. non sit eius
consi.ium, vt eum à mendacio defendamus: Hæc ille.
Et hanc posteà sequuti sunt opinionem, Boer. decis.
204. num.8. Viui. com. opin. 233. lib.1. alijque multi
relati per Pasc. decis. 100. numer. 31. Villalob. comm.
opin. littera P, numer. 1. Crass. §. successio ab intestato
quæst.60. numer. 7. vers. contrarium Petr. de fideicom.
quæst.4.numer. 8. vers. secundo declaratur pag. mihi 21.
Bombin.cons.3.num.25.latissimè,alijs cumulatis,Rimi-
nald. Iun.cons.600. num. 10.& seqq. & de veriori opi-
nione testatur, Gionagnon. cons. 34. numer. 4. lib. 2.
Formosin. ad tex. in cap.eum contingat de Iure iur.quæst.
16.numer.27.& 28. Fusar. cons. 150. numer.3. Bellon.
Iun.cons.22. numer.5. Viui.decis.507. numer.9. Peregr.
cons.64.num.4.lib.1.Vuessemb. cons.7. num. 5. post me-

dium, Muscul. de success. comment. & anom. concl. 3. litt. B, num. 48 Schrader. cons. 19. numer. 19. Ficchard. cons. 35. nu. 8. Melchior. Fab. dec. 102. nu. 5. Valentin. Gulielm. cap. 6. num. 37. vers. an autem, Schiforderg. ad Fabr. lib. 1. tract. 29. quæst. 2. circa finem, Rosent. de Feud. cap. 7. concl. 25. num. 11. vbi *litt. I,* plures congerit, *Borgnin. de Tutor. & Curat. num. 302. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 20. num. 2. Danth. de testam. de mutan. testam. potest. nu. 100. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. num. 30. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 12. tit. 34 num. 14.* doctissimè, *Nicol. Euerard. Iun. cons. 11. num. 8. & seqq. vol. 2. Andreol. controu. 27. num. 2. Henn. Boer. super ff. ad tit. de pact. num. 23. Barry de success. lib. 2. tit. 3. nu. 1. Græn. ad Gail. concl. 126. nu. 2. lib. 3. Giouagnon. cons. impresso post controu. Dulph. 4. num. 12. vers. nec etiam,* plenè, *Fusar. de substit. quæst. 308. num. 18. & seqq.* & omnibus contrarijs respondet, *Laym. Theol. mor. tract. 3. cap. 8 num. 4. lib. 4. Cyriac. controu. for. 88. num. 15. Paschal. de Vir. Patr. potest. p. 3. cap. 7. numer. 4 Barbos. in l. pactum quod dotale 15. C. de pact. Boccolten. de Pact. cap. 5. num. 66. & seqq. Anton. Faber de Error. pragm. decad. 14. error. 1. per tot. Marcell. Marcian. cons. 35. num. 3. & 4. tom. 2. Franc. Salern. cons. 10. num. 19. tom. 1. Thor. compend. decis. p. 3. sect. 2. verb. pactum futuræ successionis post princ. Cald. de empt. & vendit. cap. 30. num. 4. Vulchern. Ludouel. in Exercitat. Instit. disp. 17. num. 127. Gaddæ. de contrah. & comm. stipul. cap. 6. concl. 7. num. 102. Petr. Gilkenius ad l. 15. C. de pact. numer. 2. vers. sextò,* vbi alios cumulat, *Christoph Philip. Ricchter. d. l. 15. C. de pact. num. 48. Kellembet. de renunciat. success. qu. 1. num. 2. Iul. Capon. de pact. qu. 65. num. 23. Passerin. ad cap. quamuis pactum de pact. in 6. n. 7. Rot. dec. 40. p. 4. to. 2. decis. 33. p. 6. & decis. 390. nu. 19. p. 9. rec.*

17 Sed licet hæc negatiua sententia, argumentorum copię, doctorumque auctoritatibus, subnixa sit, contrariam nihilominùs defendunt, *Bald. in cap. 1. §. si moribus ff. si de feud. &c. Corn. cons. 257. lit. G, & H, lib. 3. Cæpoll. caut. 112. n. 4. Aretin. cons. 74. in fine, Ruff. in addit. ad Cappell. Tholos. quæst. 452. Cranett. cons. 139. num. 8. & seqq. Guid. Pap. cons. 31. col. 3. Io: Campeg. de Dot. in vltim. parte quæst. 74. col. 2. Aquen. in l. fin. col. fin. C. de pact. Dec. in l. pactum quod dotali num. 2. & 3. C. de pact. & cons. 516. num. 5. & cons. 655. num 12.* qui omnes afferuntur per *Cacheran. decis. Pedem. 100. num. 10. vers. & sextò firmatur,* quam etiam opinionem, alijs citatis, defendunt, pariter, *Gutier. de Iuram. confirmatorio part. 1 cap. 59. num. 6. & 7.* vbi concordantes allegat, *Palac. Rub. & Couarr. Menoch. cons. 923. num. 14. & cons. 815. num. 13. Honded. cons 40. num. 44. & 61. Fachin. cons. 58. num. 9. lib. 2.* qui de communi testatur, quibus addo *Roman. ad l. fin. C. de Pact. num. 78. Carol. Calà de success. per pact. par. 1. num. 38 & 39. & seqq.* & videtur admittere, *Io: Bapt. de Luc. in Theat. Verit. & Iustit. lib. 10. de fideic. discurs. 141. nu. 32. & seqq.* eorum autem opinio ex infrascriptis argumentis robur accipit.

Et primò, ex illa distinctione, quam afferunt, inter bonos mores, de iure Ciuili, & de iure Canonico, asse-
18 rendo, quod pluribus modis, quid dicitur fieri, contrà bonos mores, vno modo, quando est contrà bonos mores naturales, hoc est, contrà instinctum naturalem, siue, contrà ius naturale, vt, non alere parentes, vel liberos; Alio modo, quando continet aliquid turpe, vt, occidere hominem, vel præbet ansam, ad delinquendum, vel furandum, vel alioquin, contrà præcepta moralia, quæ sunt immutabilia, aut contrà legem, publicam vtilitatem, principaliter respicientem, seu habentem causam prohibitionis perpetuam, & hæc omnia, si fiant, gesta dicuntur, tam contrà bonos mores Ciuiles, quàm contrà bonos mores, iure Canonico attento.

Altero modo, quid dicitur esse, contrà bonos mores Ciuiles, quando prohibitio prouenit, ex Cæsarea censura, nec in se continet peccatum, contrauentio, & exemplificant Doctores, in pacto, de non succedendo, quod, licet, ciuili iure irritum fiat; nihilominus, iuramento accedente, conualidatur, ità docent, præ ceteris, *Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20. n. 4 Rub. ad decis. 56. n. 197. & seqq. par. 9. Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 32. n. 1. Valent. Gulielm. Foster. de Pact. cap. 6. n. 33.* latissimè & doctissimè *Anastas. Germon. de Sacror. Immunit. lib. 3. cap. 21. nu. 110. vsque ad 120.*

Hac distinctione firmata, dignoscitur, nos versari, in pacto, contra bonos mores, de iure Ciuili, non verò, de iure Canonico, eo quia, per Imperatorum Sanctiones, non per Constitutiones Pontificum, huiusmo- 19
di pacta successionis futuræ, sunt interdicta; At, certum est, quod iuramentum seruari debet, semper, ac contra bonos mores non est, secundùm Canones licet sit, contrà bonos mores, de iure Ciuili, vt scribunt *Corn. cons. 294. vol. 4.* relatus à *Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20. num. 19. in fine,* alijque multi infrà allegandi, *num. 31.* ergo venit in consequentiam, validari, cum iuramento, conuentiones, de futura successione, quamquam nullæ sint, & inualidæ, absque iuramento.

Secundò, quia indubitata est regula, quòd iuramentum semper est seruandum, quando, sine interitu
salutis æternæ, seruari potest, *Barz. decis. Bonon. 25. nu.* 20
59. & decis. 56. num. 23. in fine, & decis. 74. nu. 7. & dec. 103. num. 12. Rot. post Pic. de contract. dec. 55. num. 5. Marescott. var. cap. 27. num. 5. lib. 2. Ciarlin. controu. for. cap. 35. num. 28. Io: Bapt. Spad. cons. 139. num. 24. to. 3. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. num. 28. latissimè *Ioseph. Vel. dissert. 11. num. 74. Carlenal de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 2. num. 1032. circa finem, Pyccbard. princ. tit. Instit. de adempt. legat. Mager. de Aduocat. Arm. cap. 13. num. 415. Rot. dec. 58. num. 7. & dec. 188. par. 6. & dec. 56. nu. 8 par. 9. rec.* Sed sic est, quod relinquere hæreditatem,
pacto, non pertinet, ad animarum salutem *Seraphin.* 21
de priuil. Iuram. priuil. 20. num. 10. circa med. & inferiùs latiùs ostendetur, ergo iuramentum, super contractu, in quo promittitur successio, seruandum est.

Tertiò, eadem ratio inualiditatis viget, in pacto, de non succedendo, ac in pacto, de succedendo, cum, non
possit esse conuentio, de non succedendo, ex parte 22
vnius, quin, de succedendo non fit, ex parte alterius, sed valet, cum iuramento, pactum, vt filia patri non succedat, *tex.* expressus *in cap. quamuis pactum de pact. in 6.* Ergo pariter valebit pactum de succedendo, iuramento accedente, vt expressè firmauit, *Bald. in d. §. moribus. ff. si de feud. sub controu. &c.*

Quartò, quia eiusdem qualitatis est, iuramentum, vt actum valere faciat, omni meliori modo, quo potest, *l. cum pater §. filius matrem, ff. de leg. 2. Cacheran.*
dec. 100. num. 14. Bell. cons. 185. num. 36. & cons. 128 nu. 23
12. Ansald. de Iurisd. par. 2. tit. 10. cap. 6 num. 45. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4 tit. 30. num. 2 tom. 1. Cigal. de act. §. 10. num. 29 pag mihi 96. Hyeronim. Pantzchm. pract. quæst. quæst. 16. num. 28. tom. 2. & quæst. 10. nu. 33. tom. 1. ad saturitatem *Fontanell. de pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 21. par. 1. num. 69. Barz. dec. Bonon. 56. num 22. & 24. Riminald. Iun. cons. 568. num. 7 Casanatt cons. 9. num. 27. Rot. dec. 56. num. 8 par. 9. rec. Barbos. in cap. dicens nu. 4. de iureiur. Merlin. Pignatt. controu. for. cap. 42. num. 9. cent. 1.* Ideoque, si non valebit conuentio, vt pactum, de succedendo, valebit, vt donatio, seu promissio bonorum, post mortem, vt, præ ceteris, latissimè ostendit *Cranett. cons. 139. num. 10.*

Neque obstant ea, quæ, pro contraria adducta fuerunt. Ad primum, enim, respondent, quod regula non est absolutè vera, vt quando contractus est omninò nullus,

24 nullus, iuramento firmari non possit, cum nonnulli
contrarium tenuerint, vt credere est penes; *Honded.
cons.42.num.18.19.lib.1.Seraphin.de Priuil.Iuram.pri-
uil.61.in princ.Sperell.dec.For.Eccles.46.tom.1.Sanch.
in decal.lib.3.cap.11.num.11. & per tot. & de Matrim.
lib.1.disp.31.num.3.& seqq.Molin.de Contract.tract.2.
disput 149.num.150.tom.1. Laym.Theol. Moral lib.4.
tract.3.cap.8.Paschal.de Virib.patr.potest. part.2.cap.
1.num.49.& seqq.Formosin.in cap.si diligent. 12.de for.
compet.quæst.2.per tot.Osuald.ad Donell.lib.21.cap.23.
Parlador.rerum quotid.lib.2.cap.4. per tot.*

Et dato etiam, quod contraria opinio esset magis
communis, tamen est intelligenda, de contractibus an-
nullatis ob vitium nutritiuum peccati, quod vergat,
in dispendium salutis æternæ; Namque, ad hoc, vt di-
catur illicitum iuramentum, & seruari non debeat, re-
quiritur, vt periclitetur vtraque salus, Spiritualis scili-
cet, & temporalis, aut, saltem altera, vt ostendit, *Ol-*
25 *drad.cons.90.*allegatus à *Crauett.cons.139.nu.9.Dauth.
de testam.de mutand.testam.potest.num.91.vers.ve-
rum hæc;*doctissimè *Merend.controu.for.lib.1.cap.11.in
princ.Anast.Germon.lib.3.cap.21.de Sacr.Immun.nu-
mer.109.*

Pactum autem, in casu nostro, animarum saluti,
minimè repugnat, cum relinquere, vel non relinquere
hæreditatem, vni, vel alteri, & super ea pacisci, nil per-
26 tineat, ad forum animæ internum, vt vidimus *num.21.*
& ostendit *Seraphin.de priuil.iuram.d.priuil.20.num.8.
circa med.& Cranett.cons.139.num.9.* cum alijs cumu-
latis per *Fontanell.de pact.nuptial.gloss.2.part.1.claus.
4.num.55.& seqq.Merend.controu.lib.1.cap.11.num.4.*
ergo &c.

Nec exemplum, de iurante non reuocare valet, quia
opinio magis communis est, quod contraueniens in-
27 cidit, in periurium, reuocando, vt affirmant omnes
Canonistæ *in cap.cum contingat de iureiur.Falin.in cap.
si diligent.de for.compet.Crass.§.testamentum quæst.87.
num.2.Vasq.de success.d.§.1.num.1.vers.contrariam,
Anastas.Germon.de Sacror.Immunit.lib.3.cap.21.num.*
108.*Dauth.de Testam.de mutan.test.potest.num.92.Se-
raph.de priuil.iuram.priuil.75.num.23.Sard.cons.264.
num.41.Prat.discept.for.cap.25.num.81, circa finem.to.
1.Hartm.Pist.d.lib.4.quæst.2.n.29.Pyccbard princ.tit.in-
stit.de Adempt.legat.n.20.Rub.ad decis.56.num.206.p.
9.rec.Barbos.ad cap.vltima voluntas 4.caus.3.quæst.2.
num.3.*

Eodem modo tollitur tertium obiectum, quod pa-
ctum, contra bonos mores, non valeat, quia regula,
procedit, quando aduersatur bonis moribus naturali-
28 bus, non ciuilibus, vt firmant supra allegati *num.18.*
quibus addo, *Soccin Iun.d.cons.44.num.5.& 6.Cacher.
dec.100.num.13.Seraphin.de Priuil.iuram.d.priuil.20.
num.10.Dauth.de testam.de mutan.testam.potest.num.
91.vers.verum hæc,Sanch.in decal.lib.3.cap.9.nu.30.
& de Matrim.lib.1.disp.32, in princ.Gutier.de iuram.
confirmat.par.1.cap.59.num.6.Ciarlin controu.for.cap.
122.num.38.to.2.Hartm.Pist.d.lib.4.quæst.2.num.27.
post med.Merend.lib.1.controu.cap.11.per tot.Rub.in
adnot.ad decis.56.nu.211.par.9.* Quicquid dicat *Didac.
d cap.quamuis secunda partis vers.1.* reprehensus, à
*Sanch.de Matrim.lib.1.disp.32.vers.ità tenet, Hartm.
Pist.d.lib.4.cap 2.num.28.Merend.lib.1.controu.cap.11.
num 18.*

Prædicta pariter confirmantur, exemplo donatio-
nis, inter virum & vxorem, quæ licet, regulariter sit
prohibita, tanquam, contra bonos mores, iuxta *tex.in*
29 *l.1.ff.de donat.inter vir.& vxor.*tamen, quia turpitudi-
nem, aut peccatum, non continet, iuramento firma-
tur, *Aretin.cons.84.*quem refert *Socin.Iun.d.cons.44.n.
6.Andreol.controu.49.nu.5.Rot.coram Pen.dec.1100,*
30 *num.1.& dec.55.nu.14.par.6.rec.& in Imolen.Dotis 16.
Martij 1665.coram bo.me.Verospio,§.tum etiam post
tract.decis.181.*

Et similiter contingit, in donatione omnium bono-
rum præsentium, & futurorum, quæ iuramento con-
ualidatur, *Corn.cons.252.vol.3.Fachin.controu.lib.6.cap.
88.per tot.Vasq.controu.Illustri cap.82.num.2.cum seqq.*
latissimè *Fontanell.de Pact.Nuptial.claus.5.gloss.21.p.* 31
*1.num.23.*licet alias nulla sit, & inualida, quando iura-
mento roborata non est, vt, ad saturitatem demon-
strant Doctores congesti per *Fontanell.d.loco num.2.&
seqq.Rub.in adnot.ad dec.86.num.1.& seqq.* & nos pro- 32
babimus *lib.3.*

Doctores, verò, qui contrariam sententiam tuen-
tur, hanc distinctionem impugnant, & præcipuè, *Ni-
col.Euerard.Iun.d.cons.11.num.15.& 16.lib.2.* & vide-
tur etiam admittere *Cald.cons.30.num.8.* auctoritate
textus, in *cap non est obligatorium de Reg iur.in 6.* vbi,
verbis rotundis, habetur, non esse obligatorium, con-
tra bonos mores, iuramētum, quod est intelligendum,
generaliter, de omnibus moribus, siue naturales sint, 33
siue ciuiles; Tum quia, indefinitè loquitur, & vniuersali
æquipollet, *l.pluribus 44.ff.de leg.2.l.si plures 98.ff.de* 34
*leg.3.Menoch.cons.97.num.154.*latissimè *Barbos.axiom.
iur.123.num.1.*tum, etiam, quia, cum sit regula, non
potest verificari in bonis moribus tantùm, de iure na- 35
turali, quia regula sumitur, ex pluribus, in iure, tradi-
tis, *l.1.ff.de Reg.iur.* dicitur enim compēdiosa plurium
rerum facta traditio, *Seraphin.d.priuil.20.nu.27.* Tum, 36
pariter, quia, vbi lex non distinguit, nec nos distingue- 37
re debemus, *l.præses,ff.de Offic.Præsid.l 2.§.conuenire,ff.
de iudic.l.quos probibet, ff.de postul.Barbos.axiom.136.
num.1.*

Et in omnem casum, cum potestas testandi, non
quidem proueniat, à iure Ciuili, vt multi arbitrantur;
sed, ex iure gentium, vt in terminis nostris ostendit, 38
*Bolognet.in sæpè memorata l.stipulatio,hoc modo,conce-
pta num.14.70.& num.98.& seqq.Cacheran.dec 100.n.
38.Seraphin.de Priuil.iuram.priuil.75.nu.41.Pyccbard.
princ.tit.instit.de Testam.ordin.num.7.*præcipue, quod à
iure gentium originem ducant testamenta, licet eo-
rum solemnia, à iure Ciuili, proueniant, eruditè, osten-
dit, *Io:Dauth.de mutand.test.potest.num.191.Hartm.Pist.
lib.4.quæst.2.num.27.Gasp.Manf.de Testam lib.1.cap.1.
num.10.Fragos.de Regim.Reip.Christ.p.3.lib.5.disp.8.§.1.
num.1 & 2.D.Io:Bapt.de Luc.in Theatr.Verit.& instit.
de fideic.lib.10.discurs.41.nu.36.* non potest dici, quod
pactum restrictiuum facultatis testandi, contra bonos
mores sit, de iure ciuili, ob id validari iuramento oon
poterit.

Et similiter, non admittunt illationem desumptam
ex tex.in cap.quamuis pactum: Namque eadem ratio,
non militat, in pacto, de non succedendo, ac in pacto,
de succedendo, quia pactum de non succedendo, con- 39
tra bonos mores, non dicitur, namque per eum, non
tollitur libera testamenti factio, cum pater possit, eo
casu, filiam illam instituere, & illa, ex testamento, suc-
cedere non prohibeatur, vt latius apparet ex *Soccin.
Iun.d.cons.64.num.31.Vueffembecc.d.cons.71.num.6.to.
1.Cacheran.d.dec.100.num.34.Hartm.Pist.d.lib.4.quæst.
2.num.52.& seqq.Nicol.Euerard.Iun.d.cons.11.numer.
17.lib 2.*optimè de more *Valentin.Gulielm.Forster.de
Pact.cap.6.num.37.vers.an autem pactum,* doctissimè
& perbellè *Borchlten de pact.cap.5.n.67.& 68.*

Neque approbant argumentum donationis, inter
virum, & vxorem, non solum, quia in contrarium,
quod etiam iurata, nullius sit roboris, & valoris, mul-
ti tenent, vt *Bartol.in l.1.ff.de donat.inter virum &
vxor.Bald.cons.398.vol.1.Paul.de Castr.cons.61.lib.2.*
quos refert, & sequitur, *Soccin.Iun.d.cons.44 numer.33.
Andreol.contr.384.num.4.& seqq.Baratt.dec.421.num.
11.Romana Census 24.Maij 1660.coram Eminentiss.*

Cerro

Cerro post tract.dec.95. vbi quod, eo casu, iuramentum
dicitur metu extortum. Sed etiam, quia dato, quod
substineretur, id contingeret, ex eo, quod, contra bo
nos mores, hæc donatio non dicitur, dum nullibi re-
peritur, vt ea de causa, improbetur, *tex.* namque *in d.l.*
1.ff.de donat.inter vir.& vxor. hoc non exprimit, nec,
41 vllo pacto, dicit, vt forsan nonnulli autumant, sed, tan-
tum ibidem asserit, quod moribus, apud nos, rece-
ptum est, non valere, id verò intelligi debet, moribus,
idest consuetudini, & iuri non scripto, vt optimè ra-
tiocinatur, post alios, quos sequitur, *Socin.Iun.d.cons.*
64.num.34.lib.2.

Sicuti parui facimus illud, quod eliciunt à donatio-
ne omnium bonorum, quia est magis communis, ma-
gisque approbata sententia, vt neque iuramento ac-
42 cedente, validetur, vt considerauit, allegatis *Bartol.*
Alex.& Paul.Castren. Soccin. Iun. d.cons.64. num 36.
& post eum *Clar. §. donatio quæst. 20. per tot. Didac. in*
Rubr.de testam.2.par.num.5.Rolan à Vall.cons.62.num.
5.lib.1. Fontanell. cum ibidem congestis *de Pact. nupt.*
claus.19.par.1.num.50.& 68. vbi testatur, de magis
communi, quibus addi possunt, cęteri allegati à *Rube.*
in adnot.ad dec.56.num.32.par.9.rec.Iul.Capon.de pact.
quæst.65.nu.24.vers.sic donatio, & alijs inferius *lib.3* ci-
tandis.

Et quatenus contraria opinio verior esset, quam
sequuntur, *Panorm.Corn.Dec. Capoll.Aym Soccin.Iun.*
Bald.Didac.Riminald.Facchin.Vasq. Molin. & Less. al-
43 legati à *Fontanell.de Pact. Nuptial. d. claus.4.gloss.21.*
par.1.num.53. nihilominus nostræ intentioni, non op-
ponitur, quia non viget eadem nullitatis ratio, in do-
natione omnium bonorum, ac in pacto successionis
futuræ, neque in illa, sicuti in hoc, impeditur libera te-
standi facultas, vt doctissimè, *Fontanell.d.claus.4.gloss.*
21.par.1.num.10.

Hinc est, quod aliqui Doctores firmarunt, donatio-
nem omnium bonorum, etiam sine iuramento, valere,
44 vt *Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta vers.& aliam*
sententiam,ff.de Verb.oblig.Ias. ibidem col.10. vers. &
aliam opinionem Socin. Iun. cons.64. n.36. vltra allega-
tos, à *Fontanell.vbi sup. nu.4.*

Et tandem non officit, quod iuramentum faciat
valere actum, omni meliori modo, quo potest; Siqui-
dem tunc procedit conclusio, quando virtute iura-
menti, in aliam contractus formam incidere potest
45 dispositio, vt tenet, *Io:Dauth.de testam.ce mut.test.po-*
test.nu.89.in notis marginalibus, vers. neque subsistit alio
modo. Id verò accidere non potest, nisi interueniat, in
46 disponente, voluntas, & potestas *Socin. Iun. d.cons.44.*
num.49.& 50 lib.2.Seraphin de Priuileg. Iuram.priuil.
75.num.32.33.& seqq. optimè, *Gutier.de iuram.confir-*
mat.p.2.cap.2.nu.8. & melius ad propositum nostrum
Io: Dauth.vbi sup. nu.89. ergo &c.

Quod deficiat potestas, patet, non enim potest trā-
sire, in donatione, causa mortis, vel inter viuos, cum
deficiant donationis solemnia, quod non adsit con-
sensus, dignoscitur, quia in hisce pactis successorijs,
apertè demonstrant contrahentes animum relinquen-
di propriam hæreditatem, per successionem, non per
donationem, inter viuos, vt considerat, *Socin. Iun. vbi*
supra num.51.

Et prædicta confirmantur etiam, per ea, quæ dixit
Roman.in cons.517.num.24.vers sed certè, Iuramentum
nunquam effectum operare, eo modo, quo potest, nisi
quando actui adijcitur, in quo, adsit defectus solem-
nitatis, non autem, quando adijcitur actui, qui non
potest valere, ex defectu substantiæ, vel deficientis cō-
sensus, quoniam, tunc non facit actum valere, vt po-
47 test, sed standum est regulæ, *l. si ego ff. si cert.pet.* volen-
tis vnam conuentionis speciem, non posse transire, in
aliam, ex se ipsa, & post eum latissimè comprobauit,
non solum *Mantic.de tacit.& ambig.lib.4.tit.32.num.*
88. sed etiam communis scribentium schola, ex qui-
bus passim habetur, iuramentum, nunquam supplere
defectum consensus, nec trahi ad incogitata, ita *Mo-*
rott.cons.24.in fine, Eugen.cons.7.num.61.Valenz. cons. 48
11.num.27.lib.1.& cons.174. num.39. lib.2. Seraph. de
priuil.iuram.priuil 61.num.6.Riminald.Iun cons.447. n.
61.& cons.738.num.31.Michalor.de Fratrib.par.3.cap.
41.num.36.Cancer.var.lib.2.cap.8.numer.97.de iuram.
Mantic.de tacit.lib.13.tit.7.num.24.tom.2. Sperell.dec.
150.num.56.Possent.singul.Ciuil.centur.1.sing.71.num.
13.Sabell.cons.87.num.40.Rub.de testam. cap.96. num.
212. latissimè *Castill.contrOu.cap.116. num.18. & seqq.*
Mager.de Aduoc.Armat.cap.13.nu 413.& 414. Pant-
schm.pract.qu.10.nu.17.10.1. Osuald. ad Bonell. lib.21.
cap.13.lit.F.

In hac opinionum varietate, primam amplector,
quod non valeant pacta nostra iurata, non solum, ex
supra ponderatis, quæ valdè vrgent, sed etiam ex alijs
duabus rationibus.

Primo ex eo, quia in illa celebri, & famigerata quæ-
stione, inter Vltramontanos, & Nostrates, nempè, Bul-
garum, & Martinum, iam diu exortam; An contractus,
a lege annullati, firmentur iuramento, necne, illa com-
muniter, à Doctoribus, amplectitur distinctio, vt quo-
ties actus, in fauorem publicum principaliter prohi- 49
betur, non confirmetur iuramento, secus, verò, quan-
do principaliter prohibetur, ob priuatam vtilitatem,
quamuis secundariò, & minùs principaliter respiciant
vtilitatem publicam, ita tenent quamplures Docto-
res, allegati à *Sperell.dec.for.Eccles.46. numer.6.& 7.*
Sanch.in decal.lib.3.cap.12.num.43.& de Matrim.lib.1,
disp.31.num.8.Parlador.rerum quotid.lib.2.cap.4. num.
34.Seraph.de priuil.iuram.priuil.61.nu.13.Laym.Theo-
log.moral.lib 4.tract.3.cap.8.de iuram.Osuald.ad Donell.
lib 21.cap.13. vbi per tot. Cap. plura de materia scitu
digna, inueniuntur, *Anastas. Germon.d.cap.21.nu.145.*
& seqq. vbi latissimè, quando leges dicantur respicere
publicam, & quando priuatam vtilitatem, *Formosin.*
in cap.si diligenti.12.de For.compet.in princ. & ad cap.
cum contingat 18.de Iureiur.quæst.1.per tot. & præcipuè
num.11.& seqq.Cald.de empt.& vendit cap.30. nu.31.
vbi latè, optimè, & doctissimè, *Fagund.de instit. & con-*
tract. lib.1.cap. 26. num. 16. & seqq. & rationem assi-
gnat.

Primò, quia nulla lex est siue Canonica, siue Ciui-
lis, quæ statuat, huiusmodi contractus, ipso iure, nul-
los, adhibito iuramento, fieri validos, ergo, si antea
erant irriti, apposito, postea, iuramento, manent, &
irriti.

Secundò, quia etiamsi, per iuramentum, nostro pri-
uato iuri renunciare possimus, non tamen possumus
renunciare, iuri publico *c. si diligenti de for. compet. l.*
ius publicum, l.inter debitorem, l. iure gentium, §. si pa- 50
ciscar, ff.de pact.l.neque pactum §.priuatorum, ff.de reg.
iur.Germon.vbi supra cap.21.nu.143.lib.3. Ergo, con-
tra leges Ciuiles, quæ primariò bonum publicum re-
spiciunt, non valent priuatorum pacta, etiam iu-
rata.

At certum, & indubitatum existit, quod Leges, seu
Constitutiones æditæ, in materia pacti futuræ succes-
sionis, publicam vtilitatem, & commune bonum, re- 51
spiciunt, ergo frustra, super his conuentionibus, iura-
menta apponuntur, quia nullum ei addunt robur, &
validitatem.

Minor propositio probatur auctoritate, *tex. in l.*
3.ff.de testam. & latè explicat *Gasp. Mansius de testam.*
tit.1.cap.1.nu.11. vbi citat *Matthæum Stephan.de arte*
Iur.cap.7.num.6. vbi, quod testamenti factio, est iuris
publici, non vtilitate, sed auctoritate, quia non est, in
arbitrio, priuatorum, positum, qui & quomodo, testa-

menta

menta facere, & quos hæredes instituere velint, & tra-
dit, in terminis terminantibus, *Fachin. lib. 2. controu.*
for. cap. 101. vers. mihi sententia, vbi habetur, quod,
iure publico ita constitutum est, vt libera sit testamenti
factio, & solemnis, quod, quidem, ius priuatorum, pa-
ctis, mutari non potest, mutaretur autem, si huiuscemodi
pacta valerent, quia, & libera testandi facultas impedi-
retur, & hæreditatem quis, ex pacto, consequeretur,
citra vlla testamentorum solemnia, quæ omnia publico
iuri aduersantur.

Et vtile, quidem est, & proficuum humanæ reipu-
blicæ, ne iura testamentorum subuertantur, prout, de
52 facto, subuerterentur, si daremus, quod quis pacto
simplici, hæredes sibi posset adinuenire. Tractatur
enim de materia adeò periculosa, & fraudibus, & ca-
53 ptionibus obnoxia, vt ait *tex. in l. iubemus 29. §. si enim*
C. de testam. §. sed cum paulatim, Instit. de testam. vbi
Pichard. num. 4. Rub. in cap. 32. nu. 75. de testam. quan-
do de vltimis voluntatibus sermo est, & vt effatur,
54 *Cicer. Philipp. 2.* relatus à *Pycchard. vbi supra num. 3.*
nihil fit in actibus priuatis, testamento grauius; Vt non
immeritò cauti legislatores, voluerunt, ne adulteri-
nis, & falsis testamentis, locus relinquatur, tot solem-
nia, in testamento, adhiberi quot sunt 7. testes, scri-
ptura, sigilli &c. quæ omnia, iure publico, fuisse intro-
ducta, nec esse in potestate disponentium eis deroga-
55 re, clarè præcipiunt, *text. in l. iubemus, C. de testam. l. vel*
negare 5. ff. quemadmod. test. aperiant. exornati a stre-
nuo, doctissimoque Iurisperito, *Anton. Pycchard.*
d. §. sed cum paulatim num. 4. Instit. de test. ordin.

Hinc est, quod in proposito, exclamauit *Randen. de*
Analog. lib. 1. cap. 25. num. 35. Bone Deus, quæ turbæ es-
sent, si petitiones, responsiones, pacta conuenta, stipulatio-
nes, testamenta, iudicia nullis cancellis continentur? An
non hoc esset homines reuocare ad syluas; Vndè dicimus,
cum Horatio; Est modus in rebus sunt certi denique fines.
Et ego in hoc probando latiùs non insisto, cum om-
nibus notissimum sit.

Altera ratio, ob quam non validantur, iuramento,
pacta nostra futuræ successionis, ea assignatur, quia
certum est, successionem esse iuris publici, atque adeò
neminem succedere posse, nisi a lege vocetur, vel te-
56 stamento instituatur, *l. fin. ff. de suis & legit. hæred.*
hæc verò iuris publici ratio immutaretur, & nouus,
ex pacto, introduceretur succedendi modus, si pa-
ctum, iuramento firmaretur.

Non igitur eò iuramenti vires se extendere potue-
runt, cum iuramentum non possit supplere iuris pu-
57 blici formam, *l. ius publicum, ff. de pact. Bart. in l. si pro eo*
ff. de fideiuss. Alciat. in l. fin. C. de pact. num. 15 & cons. 74.
num. 6. lib. 8. Gabriel in terminis cons. 137. num. 27. Vues-
semb. ad l. 15. C. de pact. num. 6. Formosin de Iudir. cap. 1.
quæst. 19. num. 4 Mart. cons. 175 num. 17. Mantic. de ta-
58 *cit. & ambig. lib. 26. tit. 3. num. 29.* præsertim, quando
tractatur de forma substantiali, Doctores *in l. stipulandum*
de verb. oblig. Seraphin. de Priuil. iuram priuil. 130. num.
6. quem allegat *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. numer.*
32. vel de solemnitate formali, vt, allegatis, *Bartol.*
Abb. Corn. tenent, *Seraph. priuil. 129. num. 4 Hartm. Pist.*
59 *d. loco*, & subiungit, vlteriùs, pro confirmatione præ-
dictorum, quod patet, cur nihilominus pactum, de
non succedendo, firmetur iuramento; *Non enim, eo*
casu, necesse est, vt nouum aliquod succedendi ius à legis
tantum dispositione dependens introducatur, sed renun-
cians tantum iure suo, se abdicat, & succedendi ius apud
illos remanet, quibus alicui lege illud defertur.

Hinc fit, quod meritò eodem loco, repræhenditur
ab *Hartm. Pistor. Thesaur. dec. Pedem. 225. num. 6.* dum
asseruit, eatenus, iuramento, firmari pactum de succe-
60 dendo, vt tantùm reuocari possit; Namque, vt benè
ipse animaduertit, hæc consideratio, licet tollat vnam
prohibitionis rationem, liberam testandi facultatem
respicientem, tamen, vltra quam quod, irreuocabili
contractus naturæ aduersatur, ita firmari pactum, vt
reuocari nihilominus possit, minimè satisfacit alteri,
quæ prohibet, ne pactis, noua succedendi introduca-
tur ratio.

Et hæc omnia locum sibi vindicant, non solùm, in
pacto simplici, de succedendo, sed etiam in conuentio-
ne, in qua quis alteri promisisset aliquid, in suo testa-
mento, relinquere, vt optimis rationibus, & argumen-
tis, probat idem *Pist. d. num. 32. vers. ad alterum casum* 61
vsque ad finem, hic verò eadem non repeto, cum com-
modè legentes videre possint, apud eundem aucto-
rem.

Restat tandem, adnotare, pro coronide huius quæ-
stionis, an periurus efficiatur, qui reuocat, vel contra-
uenit huic pacto iurato; In hoc dubio, breuiter agen-
do, existimo, contra *Herenn. Loesium in compilat. ff. tit.*
de pact. num. 25. periurum non esse, neque indigere re-
laxatione, eum, qui huiusmodi conuentiones non ob- 62
seruat, licet *Vuessemb. ad l. 15. C. de Pact.* ausus non sit
id assertiuè affirmare, ne esset auctor periurij, fretus
auctoritate *Nicol. Euerard. Iun. cons. 11. num. 10. lib. 2.*
idem affirmantis, quem sequitur, *Muscul. in suo tract.*
de conuent. succeß. & anom. gloss. 1. concl. 3. lit. A, nu. 48.
in fine, siue loquamur, de ipsomet paciscente, siue de
eius hæredibus.

Siquidem, quoad ipsummet paciscentem, licet sit
maxima controuersia, inter Doctores, an iuramentum
appositum contractui prohibito, ob publicam vtilita-
tem, principaliter relaxatione indigeat, vel potius, ità 63
omninò inefficax sit, vt, absq; dispensatione, sine per-
iurio violari possit, & quod absque relaxatione mini-
mè valeant contrauenire iurantes, tenuerint, *Bartol. in* 64
l. si quis ff. de fideiuss. Corn. in auth. sacramenta puberum
nu. 48. Molin. de Iust. & iur. disput. 149. nu. 15 1 to. 1. Less.
eodem tract. lib. 2. cap. 17. nu. 36. quos refert *Fagund. de*
Iustit. & contract. d. lib. 1. cap. 26. nu. 17. tamen contra-
ria opinio hodie magis communis a scribentibus ap-
pellatur, eamque tanquam veriorem Canonizant mo-
derni Decretalistæ, inter ceteros, Doctissimus *Sanch.* 65
de Matrim d. lib. 1 disp. 31. nu. 9. quem sequitur & lau-
dat *Formosin. ad tex. in cap. si diligent. 12. de For. Compet.*
num. 4. quæst. 2. optimè, *Anastas. Germon. de Sacr. immu-*
nit. lib. 3. cap. 21. nu. 136. & seqq. vbi respondet, *ad cap.*
cum quidam de Iureiur. §. vlt. à contrarijs allatum,
Thomas. dec. 3. nu. 15. neque ab hac discessit, licet dicat
vtramque opinionem, esse probabilem, *Fagund. de Iust.*
& contract. d. lib. 1, cap. 26. num. 18 Igitur, si in hoc casu,
relaxatione non indiget iuramentum, certò certius
est, non fieri periurum eum, qui pacta huiusmodi vio-
lare, & contraria dispositione, reuocare studet.

Quod etiam optimè comprobatur, ex adductis per
Io: Dauth. in loco supracit. de mutan. testam. potest. nu 95.
vers. at si testator, ibi, enim post exaratas plures limi-
tationes, & diuisiones, in materia, in qua habetur; an
periurus efficiatur reuocans testamentum iuratum, 66
vel non, vnà adducit limitationem, quæ optimè casui
nostro adaptatur, & est, quod si testator iuret, de non
reuocando testamentum hærede paciscente, tunc le-
gistarum sententiam, (quod periurus non fiat,) in pun-
cto iuris, veriorem esse, arbitratur, & rationem assi-
gnat, quia pactum hoc, contra bonos mores est, & iu-
ramentum, contra substantiam actus, adiectum, atque
ad ampliandum veniens, vitiatur, non vitiat, cum te-
stamentum, in aliam actus speciem, transire nequeat,
per prædicta.

Quò verò, ad hæredes ipsorum paciscentium, quod
sine timore periurij contrauenire possint dispositis ab
eorum auctoribus, in materia pacti futuræ successio-
nis iurati, nec minimam præsefert difficultatem. Est
enim

enim iuramentum, vinculum adeò perſonale, vt nullo
67 modo, egredi poſſit perſonam eius, qui iurauit, ita te-
nent Doctores, quos allegant *Merend. contron. lib. 1. cap. 1. num. 8. & cap. 2. pariter num. 8. Giurb. dec. 103. nu. 24. Hartm. Piſt. lib. 4. quæſt. 2. num. 35. Leotard. de vſur. quæſt. 99. num.* 10. Ideoque, cum agitur, de obſeruantia iuramenti, quatenùs iuramentum eſt, nunquam egreditur iurantis perſonam, nec afficit eius hæredes, quapropter dato etiam, non tamen admiſſo, quod in periurum inciderent ipſimet contrahentes, non ex hoc inferri poſſet; ad eorum hæredes, quod & ipſi fierent periurij, optimè *Merend. d. lib. 1. contron. cap. 2. nu. 8. & per tot.*

CAPVT VI.

Diſputatur materia: An valeat pactum noſtrum, quando non eſt de tota ſucceſſione, ſed, de quota, vel de re particulari. Probatur, quod voluntas teſtandi reſtringitur, etiam ſi promittatur res particularis, ac Doctores reprobantur, qui voluerunt, pacta noſtra, ſuper re particulari, eſſe valida.

S V M M A R I V M.

1 *Pacta futuræ ſucceſſionis ſunt nulla etiam, ſuper quota hæreditatis, vel ſucceſſionis.*
2 *Totius, & partis idem eſt iudicium.*
3 *Rationes inualiditatis, quæ applicantur, in tota, conſiderantur etiam in quota hæreditatis.*
4 *Nonnulli tenent valere pacta noſtra, ſuper quota hæreditatis.*
5 *Sed eorum opinio reijcitur.*
6 *Cenſal. in addit. ad Peregr. art. 51. nu. 6. intelligitur, & reprehendit Fachin.*
7 *Sed malè, cum ipſe potiùs poſſit redargui.*
8 *Pacta futuræ ſucceſſionis, ſuper re particulari, ſunt valida.*
9 *Pactum, ſuper re particulari, dici non poteſt pactum futuræ ſucceſſionis.*
10 *Pactum non dicitur futuræ ſucceſſionis, vbi hæredum non ſit mentio.*
11 *Per promiſſionem certæ rei, nunquam dicitur ablata facultas teſtandi.*
12 *Quod pacta futuræ ſucceſſionis, etiam ſuper re particulari, non valeant.*
13 *Ratio eadem vbi eſt, ibi eſſe debet eadem iuris diſpoſitio.*
14 *Facultas teſtandi pariter impeditur, reſpectu rei particularis, ac ſuper tota hæreditate.*
15 *Societas rei particularis poſt mortem non valet.*
16 *Promiſſio facta, legati nomine, non valet.*
17 *Etiam in pacto futuræ ſucceſſionis ſuper re particulari, verificatur quod daretur hæreditas pacto.*
18 *Doctores tenentes pro validitate pacti futuræ ſucceſſionis ſuper re particulari, in quibus terminis loquantur.*
19 *Valet contractus, & pactum futuræ ſucceſſionis, reſeruata facultate reuocandi.*
20 *Quando teſtator grauat grauatum ad bona reſtituenda, & in eodem actu eidem dat facultatem diſponendi, fideicommiſſum intelligitur ordinatum in caſu non factæ diſpoſitionis.*
21 *Doctorum dicta ſunt intelligenda ſecundum auctoritatem quam allegant.*
22 *Firmatur concluſio, quod pacta noſtra, de futura ſucceſſione, ſunt nulla, quamuis, ſuper re particulari auctoritate Bolognett. & Hartm. Piſtor.*
23 *Succeſſio poteſt conſiderari, etiam ſuper re particulari.*
24 *Pactum, ſuper re certa, quandoque ſucceſſorium dicitur.*
25 *Inſtitutus, in re certa, habetur loco hæredis.*
26 *Ei competit immiſſio vigore l. fin.*
27 *Poteſt, propria auctoritate, capere poſſeſſionem rerum relictarum.*
28 *In eum tanquam verum hæredem continuatur poſſeſſio, ex forma ſtatuti.*
29 *Succedens, in re particulari, dato hærede vniuerſali habetur pro legatario.*
30 *Legatarius, in rebus legatis, eſt propriè hæres.*
31 *An legata, per pactum, dari poſſint.*
32 *Quando per ſucceſſionem, in re particulari, non impeditur teſtandi facultas.*
33 *Libera teſtandi facultas, non ſolum tolli non poteſt, ſed nec etiam reſtringi.*
34 *Pacto non datur ſucceſſio.*
35 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
36 *Fallit, quando effectus non eſt perfectus.*
37 *Vſusfructus conceditur per pacta ſucceſſoria.*
38 *Ratio, quod valeant pacta ſucceſſoria, quia paciſcentes habent aliquid ad teſtandum, non ſubſiſtit.*

DVo in hoc capite, veniunt diſcutienda; primum: an valeat, quando ſuper quota hæreditatis, verſatur pactum; Alterum verò, quando non tota hæreditas, nec quota, ſed certæ res, & bona particularia, in ſtipulationem deducta fuerunt.

Quoad primum, magis communis, & ferè, ab omnibus comprobata eſt opinio, quod ſicuti reprobantur pacta ſucceſſoria, quando totam amplectuntur hæreditatem, ita nulla ſunt, & inualida, in caſu, quo de parte aliqua, ſeu quota, vt tertia, quarta &c. à con-
trahentibus actum ſit, & probatur diſertè, *in d. l. pa-* 1
ctum C. de pact. & l. ſi fratres. §. idem reſpondit ff. pro ſoc. & in l. ſi quis in princ. teſtamenti 22. de leg. 3. & notant DD. *in d. l. pactum C. de pact. Bolognett. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. num. 23. Bartol. conſ. 252. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 44. num. 12. lib. 2. Dec. conſ. 613. nu. 2. & conſ. 300. num. 3. Crauett. conſ. 19. nu. 7. lib. 1 Gabr. conſ. 137. Cæphal. conſ. 44. nu. 12. lib. 1. Honded. conſ. 40. num. 9. lib. 1. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 12. tit. 34. n. 15. idem Gabriel. lib. 3. de pact. concluſ. 1. num. 7. Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 2. num. 3. Menoch. conſ. 485. numer. 7. Mart. ſumma. ſucc. leg. p. 4. quæſt. 25. art. 1. num. 20. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. num. 61. Burſatt. conſ. 130. num. 17. & ſeqq. Peregr. de fideic. art. 51. nu. 26. & ſeqq. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 3. cap. 7. nu. 5. Barry de ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. nu. 2. Melchior. Fab. dec. 102. nu. 19. Mocc. in Sylu. for. cap. 1. num. 27.*

Et ratio eſt, quia ſi tota ſucceſſio, pactis dari non
poteſt, per conſequens, non dabitur, nec quota, nam- 2
que regulariter totius, & partis idem eſt iudicium, *l. quæ de tota ff. de rei vendic.* cum concordantibus.

Item & quia, eadem ratio inualiditatis militat tam in tota, quam in quota; vtroque enim caſu, libera im-
peditur teſtandi facultas, nec non, pacto potiùs, quam 3
lege, transfertur ſucceſſio, vt inter cæteros, optimis rationibus comprobat, *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 2. num. 3 Nicol. Euerard. Iun. conſ. 11. num. 6. lib. 2.*

Quæ licet veriſſima ſint, tamen non defuerunt contradictores, affirmantes, valida eſſe, ſi non ſuper tota,
ſaltem, ſuper quota hæreditatis pacta ſucceſſoria, vt 4
Petr. Cin. Bald. relat. à Iaſon. col. 211. col. 13. circa medium, verſ. imò fortius. & conſ. 173. nu. 4. circa medium lib. 4. Theſaur. quæſt. For. lib. 2. quæſt. 79. nu. 12. Io. Franc.

Marcian.

Marcian.disp.87.numer.3. verſ. nihilominùs lib.2.Carol. Cal.de ſucceſſ.per pactum par.1.num.34.& ſeqq. ea tantùm ratione, vt ſufficiat, quod illis libera ſuperſit facultas teſtandi,ſuper reliqua portione, putantes, iſto caſu,ceſſare rationem legis,cùm non auferatur teſtan-
5 di facultas,ſed tantummodo reſtringatur.

Sed hæc opinio non eſt amplectenda, quia ratio ab ipſis allata,vt eo caſu,ſuperſit aliquid ad teſtandum, non habetur hic principaliter in conſideratione, ſed in caſu duntaxat, quod transferantur bona, per contractum, inter viuos, vt optimè *Piſt. vbi ſuprà num.3. Bolognett. d. l, ſtipulatio hoc modo concepta nu.62.*

Hinc eſt,quod immeritò reprehenditur, *Fachin. d*
6 *Cenſal.in addit.ad Peregr.art.51.verſ.6.intelligitur*, eò, quod, *in d.cap.84.lib.5.* aſſerat, quod; *non inde etiam ſi detur pars hæreditatis, vel bonorum, quo caſu remanet libera teſtandi facultas, in cæteris, inferri non poteſt, ad validitatem pacti, namque non ea de cauſa improbatur, ſed quia hæreditas pacto dari non poteſt.*

Siquidem,quicquid dicat *Cenſal.*non vnica eſt ratio
7 inualiditatis,ab eo aſſignata,ob impedimentum libertatis teſtandi, ſed duplex, nempè, quia teſtandi facultas non poteſt reſtringi,& magis,ac magis,quia hæreditates,cum iure publico deferantur, pactis,neque dari,neque adimi poſſunt,vt vidimus.

Quoad ſecundum articulum, in hoc capite, diſcutiendum,nempè; an idem obtineat, quando non de quota,vt ſuprà fuit præſuppoſitum, ſed de re particulari actum fuit, vt puta, ſi promiſero, me in certa aliqua re,vel domo,te hæredem inſtituturum, maior inſurgit difficultas, imò potiùs, ex Doctoribus noſtris, contrarium videtur eſſe magis conforme, & iuri, & æquitati,quod ſcilicet pacta futuræ ſucceſſionis,dummodò non ſuper tota,vel quota hæreditatis,ſed ſuper re aliqua particulari,conſiſtant valida ſint, nec à legi-
8 bus improbata,vt tradunt *Bartol. conſ.72.num.2.lib.1. Oldrad.conſ.139.numer.1. & per tot.Iaſ.conſ.211.col.3. vol.2.Dec.conſ.578.numer.9.& 10.& conſ.625. num.2. lit.A,& conſ.225. num.4. lit.D, Alex.conſ.59. num.34. lib.5. Abb.conſ.18. num.3.lib.1. Grat. conſ. 19. num 13. lib.1.Guid,Pap.quæſt.267.Campegg.de Dot.part.vlt. qu. 79.Gozadin.conſ.87.num.17.Pariſ.conſ.26. num.84. lib. 2.& conſ.1.num.115.lib.3.Curt. Iun. conſ.1. num.16.& conſ.81.num.4 Crauett.conſ.19. num.7. Natt. conſ. 484. num.2.& ſeqq. Viuius comm. opin.233. lib.1. verbo Pactum circa medium, Villalob. com. opin.in verb.pactum num.3.Oſaſch. dec.Pedem.100. numer.26. Gabriel conſ. 137.num.17.vol.1. & com. concl. de pact. lib.3. concl.1. Gulielm.de Benedict.in cap.Raynutius verb.duas habens num.217.Odd conſ.39. num. 14. & 20. Peregr. de fideic. art.51.num.28.& ſeqq.& conſ.43.num.13.verſ.ſed tantum,tom.1.Marcabr. de Anguill. conſ.6.num.31. vſque ad finem,*vbi reprobat contrarium tenentes , *Menoch. conſ.1.num.150.Honded.conſ.40.num.55.& ſeqq.lib.1. Thob.Non.conſ.43.per tot.Decian.reſp.31.num.44.lib.1. Port. conſ.36. num.11.& inter conſil. eiuſdem* latiſſimè diſputatò artic.*Matthæus Gribald.inter dict. conſ.Port. conſ.80.num.89.*necnon *Tornell.in conſ.ſeq.81. num.7. & ſeqq.Mantic.de tacit.& ambig.lib.12.tit.34. nu.16. Io.Dauth.de teſtam.de mutan. teſt. poteſt. num.84. verſ. hoc tamen & num.110. verſ.ad ſecundum Barz.dec.Bonon.14.num.3. Rauden.de Anal. cap.25. num. 48. Gaſp. Klocb.de Contribut. cap. 12. num.203.* & allegat inter cæteros,quorum ſcripta, apud me non ſunt, *Schrader conſ.19.num.5.Bacz.de Pact.fam.Illuſtr.cap.5.fol.103.* ſicuti alij duo Vltramontani,à me nunquam viſi, *Ernest.Cothman conſ.8.nu.106.& Petr. Anchar.l.3.quæſt. 32.per tot,*allegati *add.ad Harim.Piſt.d. lib.4. quæſt.2. lit.C,Craſſ.ſententiarum, §.ſucceſſio ab inteſtato quæſt.9. num.10.verſ.contrariam, Durant.de art.teſt. tit.2.caut. 10.num.2.Roſental.de Feud.cap.7.concl.25.num.20.& ſeqq.Gall.pract.obſer.obſ.126.num.8 Surd conſ.20.num. 22.& conſ.247.num.4.Barry de ſucceſſ.lib.2.tit.3. nu.4. Vueſſemb conſ.38. num.52. circa medium lib. 1. Cancer. var.lib.3.cap.7.de pact.num.151 & 152. Theſaur. dec. Pedem.225.num.11.Cenſal.ad Peregr.art.51.verſ decimo primo declaratur pag.525. & pag.527 verſ.6. intelligitur, Piſchal.de Vir.patr.pot.par.3.cap.7 nu.13.Theſaur.Iur.quæſt.for.lib.2. quæſt. 79. num.12. Fontanell. de Pact.Nupt.clauſ.4 gloſſ.9.par.4 num.118. Donat. Antou de Marin,reſol.quotid.lib.2.cap.162.num.6. Rot. coram Put.dec. Rom. 103. lib.2.* & iuxta hanc receptiſſimam opinionem,murando ſententiam,poſt redditum conſilium,in contrarium,conſuluit, *Andreol.contr.27. num.11,& contr.312.num.7.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.308. num.68.Reuerter. dec.5. num.7. vbi addens de Marinis num 2 & dec.318.num.2. vbi pariter addens num.1.* latiſſimè,*Carol.Cal.de ſucceſſ.per pact.par 1.numer.33.& ſeqq. Io:Sand.dec.Friſ. lib.4. tit.5 .def.19. cap. 1. verſ. quod Doctores,Cenc.de Cenſ.quæſt.10 nu.22 Roderic. de Ann.reddit.lib 1.qu.5.num.5. verſ. nec attenditur,Rot. dec.154.par 9 rec.*

Validantur,autem hæc pacta,iuxtà opinionem Doctorum ſuprà allegatorum:quia pactum,de ſuccedendo,in certis rebus, vel certo genere bonorum , non eſt pactum , de futura ſucceſſione , quia non eſt, de iure hæreditario,in tota,vel quota,vt optimè,*Fuſar.de ſub-* 9
ſtit.d.quæſt.308.num.69.& latiùs *Peregr.de fideic.d.art. 51.num 30.*vbi habetur,quod ex communi traditione, colligitur toties eſſe pactum futuræ ſucceſſionis,quoties,quis in iure hæreditario repræſentatiuo iuris actiui, & paſſiui perſonæ defunctæ habeat ſucceſſorem , in tota,vel in quota, ſecus ſi in certis rebus,ac in certo genere bonorum ; Nam, per hanc ſucceſſionem,quia non eſt vniuerſalis, nec de tota, nec de quota , non inducitur , neque conſtituitur repræſentatio de perſona defuncti,& clariùs quod pactum,de re particulari, differt à iure ſucceſſionis , & cum eo , nihil habeat commune,quia non poteſt dici pactum , de futura ſucceſſione vbi hæredum non fit mentio , dixit nouiſſimè, *Gaſp.Klocb.d.tract.de Contribut.cap.12.nu.204.* 10

Item,& quia per promiſſionem certæ rei , in pacto ſucceſſorio,nunquam dicitur ablata teſtandi facultas; 11
quia, licet, per pactum, ait *Peregr. vbi ſuprà num.30.* quem ſequitur,*Klocb.d.cap.12.num.206.* actum ſit,de ſuccedendo,in certis bonis, cum tamen in alijs ſuperſit teſtandi facultas, pactum illud, de futura ſucceſſione,non cenſebitur,nec quia,de iſtis teſtari non poſſit, dicetur ſublata libertas teſtandi , quod vt diximus libera teſtamenti factio conſideratur,reſpectu perſonæ hæredis,non reſpectu bonorum .

Contrarium,quod non valeat, nec de re particulari,pactum,quando denotat ſucceſſionem,nec dubium eſt,quod inter contrahentes actum fuit,de re particulari poſt mortem , iore ſucceſſionis relinquenda , vt ſemper à nobis præſuppoſitum fuit, in hucuſque examinatis articulis,defendunt præ cæteris,*Petrus de Anchar.& Imol.in rub.de teſtam in fine,Purpurat. in l. licet* 12
num.43.C.de pact.& l.fin.num.208.C.eod.Cagnol.in d.l. fin.num.277.C.de pact. Bolognett.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta num.23.& 254.poſt medium, Alciat.d.l.15. C.de pact.num.19.& 31.& conſ.30.num.9. lib.8. & latiùs conſ.74. num.7. pariter lib.8. Butriel. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.11.ff.de verb. oblig. Alex. conſ. 28.num. 11.lib.3.Pariſ.conſ.26. num. 64. & ſeqq. lib. 2. Dec.conſ.300.num.2.& ſeqq.Angel.conſ.66. num. 5. & 6. And. Alyas in d. l. pactum quod dotali poſt medium , quem allegat *Soccin.Iun.conſ.44. num.14. tom.2. Bero. conſ.30.num.14 34.lib.3. Siluan.conſ.90.num 3,* vbi ait; *Virtus igitur ſtat ; An quis paciſcatur, quod eius bona, ſi deceſſerit ſine filijs,ſint alterius,& è contrà, iure ſucceſſionis , & iſto caſu non tenet etiam in re particulari &c.*

quia

quia eſt contra formam iuris, Simon de Prat. conſ.123.
num.14 & conſ.199. pariter num. 14. Tiraquell. de Iur.
Primogen.quæſt.6.num.14. Caſſan. ſibi contrarius conſ.
63.num.36.in fine, Franc. Anton.Coſt.conſ.53.num.17.
& de communi teſtatur, Menoch.conſ.794 numer.8. &
ſeqq. & dicit numer. 11. hanc eſſe veram,& receptam
ſententiam,& latiùs diſputato articulo, conſ.1028.nu.
7.Seraphin.de Priuil. Iuram. priuil. 20. num.7. Decian.
conſ.48.num.12.vol.2.Mart.Summ.ſucceſſ.legal.par.4.
quæſt.25.art.1.num.20.Fachin.controu.cap.84. per tot.
benè & latè.Nicol.Euerard.Iun.conſ.11. numer.25. &
ſeqq.lib.2.vbi de receptiſſima,& apertiſſimis legibus,
fundata opinione,doctiſſimè, & eruditiſſimè, Hartm.
Piſt.lib.4.quæſt.2.num.4. vſque ad 11. Giouagnon. conſ.
34. numer. 7. lib.2. & latius in conſ impreſſo poſt contr.
Dulſ.4.num.14 Andreol.contr.for.240. num.5. Ciroccb.
diſcept.68.num.12. & alij allegati per Schrad. conſ. 19.
num.50.Sande.deciſ.Friſ.lib.4.tit.5.defin.19.cap.1.verſ.
hæc ſententia, licet dicat contrarium ſtatuiſſe Senatum,
quem ſequitur,Valent.Guil.Forſter.de Pact.cap.6.
num.20.Ricchiu.de Vnion. Rol. cap.3.nu.31. Modeſtin.
Piſt.conſ.8.quæſt.2.num.20. Io.Deccher.diſſert.iur.lib.1.
diſſert.1.num.19.& 20.

Et ratio eſt,quia militat,etiam in caſu præſenti, ratio
inualiditatis, conſiderata in ceteris caſibus, quod
aufertur,vel ſaltem reſtringitur, libera teſtamenti factio,
tam quando agitur, ſuper tota, vel quota hæreditatis,
quam ſi loquamur, de re particulari in pacto
ſucceſſorio, promiſſa;ſed ſic eſt, quod vbi eſt eadem
13 ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, Barboſ.
axiom.iur.197.num.3. ergo inutiliter, ſuper re particulari,
pacta ſucceſſoria fiunt.

Maior propoſitio, nempè, quod etiam in re particulari,
ita auferatur, vel reſtringatur libera teſtandi
14 poteſtas, vt inualidentur contractus ſucceſſorij, ex
pluribus probatur,& præcipuè.

Primò ex textu,in l. ſi quis in principio teſtamenti ff.
de leg.3. vbi habetur, quod nemo poteſt,etiam reſpectu
rei particularis legatæ, eam ſibi legem dicere, ne
liceat voluntatem mutare,ergo leges voluerunt,quod
facultas teſtandi, tam remaneret impedita, quando
agitur, de tota, vel quota hæreditatis, quam cum de
rebus particularibus,vt fatentur etiam fundati,in tex.
ſupradicto Purpurat.in l.fin.num.218.de pact.Dec. conſ.
184.num.10.verſ.ſucceſſiuè non obſtat,Matthæus Cunon
de pact.lib.1.cap.16.num.23.Bolognett.in l.ſtipulatio hoc
modo concepta,ff.de verbor.oblig. ibi, ampliatur procedere,
etiam quod in illa inſtitutione, reſtrinxiſſet ſe ad
certam rem dicendo, quod promittit eum inſtituere, in
illa domo,vel fundo, nam etiam promiſſio, non valebit,
quia in illa re, abſtulit ſibi liberam poteſtatem diſponendi,
per tex.in d.l.ſi quis in principio teſtamenti,& melius
Hartm.Piſt.d.lib.4.quæſt.2.num 4. Nicol.Euerard.Iun.
lib.2.conſ.11.nu.25.Giouagn. in conſ. impreſſo poſt contr.
Dulſ.4.nu.17.

Secundò ex l.ſi fratres 53.§.idem reſpondit il 1.ff.pro
Soc.vbi rei particularis ſocietas perpetua,& poſt mor-
15 tem ſe extendens, non valet, eo, quod auferret liberam
teſtandi facultatem, circa illam rem particularem,
quod fieri non debet,vt demonſtrat Iuriſconſ. in
illis verbis;libertates ſupremi iudicij conſtringi non poſſe,
quod idem ſignificat, quod imminui, hinc bene fundat,
Nicol.Euer.Iun.d.conſ.11.num.25.verſ.adeò, quod
ita debet eſſe libera teſtandi facultas, vt ne circa
partem, quidem hæreditatis, aut certam rem aliquam,
conſtringi queat, conſtricta, enim, ampliùs
dici non poteſt libera facultas, per ea quæ dicit
Alex. in l. ſi profundo C. de tranſact. dum ibi notat,
illud dici liberum, quod neque pro parte alterius
eſt, nec alteri obligatum, prout etiam argumentatur,
Menoch. in terminis noſtris conſ.794. numer.
19. Giouagnon. poſt d. controu. Dulſ.4. numer. 18.

Tertio adducitur tex.in l. ſtipulatio hoc modo concepta
ff.de verb. oblig. vbi ſtipulatio iſta; ſi me hæredem
non feceris,centum dare ſpondes?inutilis eſt vtpotè contra
bonos mores,auferens liberam facultatem teſtandi,
qui textus, cum loquatur generaliter, verificatur
etiam in parte hæreditatis,vt ſi me, in quadrante hæredem
non feceris,centū dabis &c.& tamen hoc caſu,
etiam inutilis eſt, licet in dodrante, ſuperſit teſtandi
facultas; nec nos poſſumus reſtringere illum textum,
in caſu,quod tantum, de tota hæreditate, ſit actum;
nam proponitur ibi,ſtipulationem ſic conceptam, ſi
me hæredem non feceris, tantum dabis? quia hoc caſu,
poſſet promiſſor euitare pœnam ſtipulatorum, in
vna vncia hæredem inſtituendo;(Verum eſſet enim cū
a promiſſore hæredem inſtitutum, ſicque conditio ſtipulationis
defeciſſet) & tunc promiſſori libera remaneret
facultas,de reliquis diſponendi,pro ſuo arbitrio,
& tamen his non obſtantibus Iuriſconſ. ſimpliciter dicit
hanc ſtipulationem eſſe inutilem,tanquam,contra
bonos mores, alicui auferentem liberam poteſtatem
teſtandi,ex quo Euerard.Iun. vbi ſupra verſ.ex quo,niſi
fallor,inducit ad ſui fauorem concluſionem noſtram,
quod non poſſit, nec in re particulari adimi libera teſtandi
facultas.

Quod magis, ac magis comprobatur auctoritate
eorum,qui ſcripſerunt, promiſſionem, legati nomine
factam, vtpotè liberam mutandi poteſtatem tollentem,
non valere, vt habetur, ex Doctoribus allegatis
per Hartm.Piſt.d.lib.4.quæſt.2.num.4. in fine, Fuſar. de 16
Subſtit.quæſt.308. num.73. nec etiam in caſu fortiori,
vtpotè ſi dictum eſſet, in caſu reuocationis, ex nunc,
prout ex tunc rem illam,ad te peruenire volo,iure donationis,
vel ſimilis promiſſionis,vt Fuſar.& Piſt.in locis
ſupracitatis teſtantur.

Tandem conualidatur principalis concluſio, ſupra
firmata,ex illo irrefragabili fundamento, quod dato,
citra veritatis præiudicium,quod non tolleretur libera
teſtandi facultas,in caſu quod pars hæreditatis,vel
certa res,in pacto ſucceſſorio promittitur, nihilominus,
cum militet alia ratio, nempè quod per pactum,
hæreditas non datur, adhuc dici debet, huiuſmodi
conuentiones non eſſe validas, ſed reprobatas,ita poſt
Schurf.in conſ.50.num.12.& ſeqq.cent.3 quem adducit,
tenet,Euerard in d.conſ.11.num.26.verſ. ſed ponamus,
Dec.conſ.309.num.3. Menoch. optimè conſ.875. num.9. 17
ibi, & ea quidem ſententia, optima ratione fundatur,
quod lex diſtinxit,atque conſtituit modos,& formas contrahendi,
& acquirendi inter viuos, à modis, & formis
relinquendi,& acquirendi, in vltimis voluntatibus, nec
patitur lex,quod vnus,pro altero vſurpetur, etiam in re
certa,& particulari, & id etiam repetit, d. conſ. 1028.
num.15.latè,Simon de Præt.conſ.199. numer.14. Mart.
ſumm.ſucceſſ.leg.par.4.quæſt.25.art.1. num.14. Fachin.
controu.for.lib.5.cap 84.verſ.nullam iuris, Giouagn. poſt
Dulſ.d.controu.4.num.15. Andreol.cit. contr.27. num.9.
verſ.nullam,& meliùs,controu.240.num.7.vbi ait, licet
in huiuſmodi pactis non militet ratio,quod per ea, quis ſibi
auferat facultatem teſtandi,ſicuti militat,quando pacta
futura ſucceſſionis continent totam,vel quotam hæreditatis,
tamen militat ratio,quod per pacta non poteſt dari
ſucceſſio,& quod cum certi ſint modi ſolemniter introducti,
ex quibus bona poſt mortem conferantur,teſtamentum,
ſcilicet,& Codicillus,donatio cauſa mortis,legatum
& ſimilia,iuris ratio poſtulat, vt alios propria auctoritate,
non fingamus, cum ſatis multi, ac ſolemnes, à iure,
ſubminiſtrentur, quæ ratio militat etiam ſuper certis
bonis.

Sed hæc opinio procedit,quando expreſsè conſtat,
ex verbis diſpoſitionis, contrahentes voluiſſe transferre
hæreditatem, pacto,in quibus terminis loquun-
tur

tur Doctores supraallegati, & præcipuè, *Bolognett.d.l.*
stipulatio hoc modo concepta num.151. & 154. Menoch.
d.cons.794. & cons.1028. Nicol.Euerard.Iun. d.cons.11.
18 *num.27. Hartm.Pist.d.lib.4. quæst.2. num. 10. Siluan.d.*
cons.90. Decian.cons.48.num.22.vol.2. Andreol.contron.
for.240.num.5. & 8. vt ex eorum lectura fit manifestum. Quando, verò, est dubium, vel clarè constat, de voluntate transferendi bona, per contractum, aliter, res sic habet, & hoc casu, à prima opinione recedendum non est.

Et sic non obstant Doctores supracitati; quia, vel loquuntur, in casu, in quo, manifestum erat, contrahentes, per viam contractus, bona promisisse, non iure successionis, vel in casu, vbi dubium erat, an voluerint pacisci, siue successionis, necne, quo casu, cùm coniecturis locus sit, docent Doctores, consideranda esse verba, vtrum, de obuentione, an verò, obligatione, fuerit dictum, plurimumque refert, pro pacti confirmatione. An, de vniuersalibus, vel particularibus actum fuerit, vt probauimus *cap.4.nu.56. & seqq.*

Ita, inquam, supponunt, *Oldrad. Bartol. Abb. Alex. Ias. Guid. Pap. Paris, Dec. Caßan. Curt. Iun. Gulielm. de Bened. Durant. Cranett. Gozadin. Honded.* quos recenset, & refutat, *Menoch. cons. 1028. videndus.*

Vlteriùs, non merentur allegari, *Grat.in d. cons.19.*
nu.13.lib.1. quia, in casu longè diuerso loquitur, nempè, quando, quis facultatem recedendi à pacto, per te-
stamentum reseruauit: quo casu, certè pactum erit va-
19 lidum; nam, quis potest facere donationem inter vi-
uos, & alium quemcumque contractum, & in eo reseruare sibi facultatem reuocandi, recedendi, & mutandi, per testamentum, *Natt.cons.118.num.3. Caphal. cons.440.nu.59. Giurb.cons.54.nu.41. Mantic. de Tacit. & Ambig.lib.13.tit.47.nu.4. Fontanell. de Pact. Nupt. claus.4.gloss.26.nu.2. Dexart.dec.Sardin.23.num.2. Rot. coram Buratt.dec.582.nu.1. & dec.456.nu.26.par.4.to.2. & dec.440.nu.15. & 16.par.9.rec.*

Sicuti non est inconueniens, quod quis faciat fidei-
20 commissarium, & grauet, ad restituenda bona, & in
eodem actu, det grauato liberam facultatem disponendi, quia intelligitur fideicommissarium, in casu, non factæ dispositionis, vt fuit dictum, *in Romana Locorum Montium 5. Martij 1660. coram R. P. D. Priolo* confirmata eodem anno 10. *Decembris coram Taia, post tract.dec.162.*

Soccin.Iun cons.143.lib.1. ponit casum, quod, inter paciscentes, non fuit hæreditas considerata, sed tantum voluerunt, bona sua, ex causa donationis, inter viuos irreuocabilis, inuicem donare, vt apparet *ex num.12.* & melius *num.42.*

Hieronymus Gabriel.d.cons.137. num.17. vol.1. non obstat; namque falsò supponit, vt verba, etiam successionem importantia, interpretentur, eo casu, vt obligationem inducant, nec putatur contrahens de hærede faciendo cogitasse; Nec *Anton.Gabr.in lib.3.de pact. concl.1.* resistit, afferendo tantum, pro vtraque parte, Doctores, sine eo, quod illos examinaret, & distingueret, sicuti facere opportunum erat, ad hoc, vt eius dictum, in consideratione haberi deberet.

Marcab.d.cons.6. iuxta tradita per *Menoch.* reprobatur, quia motus fuit, auctoritate multorum, qui hoc non affirmant, & certè non obstat; quia *nu.62.* videtur assentire nostræ distinctioni, dum effatur, non valere, quod quis promitteret, per viam vltimæ voluntatis relinquere, etiam rem, quia, cum hoc sit liberæ voluntatis, quis pacto adstringi non potest.

Thob. Non similiter non tangit punctum *in cons.43.* quia, si benè perpendantur eius dicta, *num.6.* apparebit, ab eo fuisse suppositum, verba, in personam promittentium, concepta esse, & similiter.

Port.d.cons.36. num.11. & inter cons. eiusdem *Mattheus Gribald.d.cons.80.nu.7.circa finem*, iam loquitur, in casu, quod facta fuit promissio, de re particulari, cuius actio incipiebat contra hæredes ipsius D. Baptistæ.

Fontanell.d.par.4.nu.118. perfunctoriè loquitur articulo non discusso, citato tantùm *Thesaur.dec.225.*

Rauden.de Anal. d.cap.25. nu.48. vsque ad num.61. plures casus dinumerat, sed nunquam, ad hanc venit distinctionem, prout etiam indistinctè loquuti sunt, *Vin.Villalob.Odd.Dant.de testam.Paschal.de Vir. Patr. potest.Torniell.inter cons.Port. & Donat. Anton.de Marin.* vt ex contextu eorundem patet clarissimè, itaque eis credendum non est, nec tanta fides adhibenda, quanta præstari debet, pro nostra parte cumulatis Auctoribus, qui, vti distinguentes articulum, maiorem fidem merentur, latissimè *Riminald.Iun.cons. 112.num.241.vol.2. Caualer.dec.23.num.20.*

Natt. verò, *Rosent. & Mantic.* in casu dissimili loquuti sunt, nempè, in pacto, de non succedendo, vt pariter, ità firmauit, *Decian.d.cons.31.num.64.* qui etiam, eò magis, nostræ intentioni non repugnat, namque disputato articulo, nostræ distinctioni se subscribit; *in cons.48.num.12.vol.2.*

Schrader loquitur, quando deferuntur, per viam obligationis, non verò, per viam successionis, vt clarè demonstrat *num.91. Betzius, Cotlmon, Pet. Anchar.* à me non confutantur, quia eorum scripta non reperij; Vltrà quod me non latet, auctoritates Doctorum, quorum scripta, in fonte videri non possunt, nihil facere, vt per *Menoch. cons.204. num 86. vol.2.* & alij Doctores, pro contraria parte allegati patiuntur easdem exceptiones, quas adnotauimus, in supradictis.

Hinc notum fit, quod licet aliqui, ex modernis, voluerint, quod quibuscumque verbis, pacta concepta fuerint, vel successionem denotantibus, vel non, semper valida esse, & ex eis contrahentes obligari, & præcipuè *Peregr.tam in d.cons.42.* quam *in tract. de Fideic. d.art.51.num. Barz.Crass.Kloch. Barry Vuessemb.Thes. tam in dec.Pedem.* quam *in quæst.Surd.Gail.Fusar.Censal. Andreol.* nihilominùs eorum dictis assentiendum non est, non solum, quia ex dinumeratione Doctorum, pro contrariâ allegatorum, apparet, magis communem opinionem, secundum nostram distinctionem esse in contrarium, sed etiam, quia omnes se fundant in auctoritatibus *Oldrad.* & aliorum veterum Iurisconsultorum, qui tale quid non asserunt, vt supra visum fuit, & vt etiam animaduertit *Menocch.d. cons. 1028. Giouagn.in d.cons.post contr.Dulf 4 num.16.vers. & hoc*
modo, præcipuè cum dicta Doctorum, semper sint in-
telligenda, secundùm auctoritates quas allegant,
Surd.cons.9.num.50.lib.1. Gratian.discept.for.cap.891. 21
num 48. Ventur.cons.2.num.131. Altograd. cons.69. nu.
22.to.1.

Quapropter veritatem huius distinctionis benè co-
gnoscens *Bolognett in d.l. stipulatio hoc modo conce-*
pta num.154. post medium, insurgit contra Doctores
se se opponentes veritati huius conclusionis, affirmat-
que, eos, in materia, æquiuocasse; nam, vt istæ conuen-
tiones valeant, oportet, quod fiant inter actus merè
inter viuos, & *Hartm. Pist.* vir, quidem, profundissi- 22
ma præditus eruditione, & doctrina, id etiam comprobauit, *d.lib.4 quæst.2. num.10. vers. vnde simul*, ibi, *Vndè simul patet eos, qui doctrinam istam, ad conclusionem nostram accomodarunt, atq; indè eam restrinxerunt, vt locum non habeat, quando de successione rei particularis, actum fuit &c. hasce inter se diuersissimas materias confundisse, vnde illis non assentiendum.*

Neque obstant rationes, in contrarium adductæ,

& præcipuè, quod in re particulari successio conside-
rari non soleat, namque, tunc quidem procedit, quan-
do de successione, actum non fuit, in dispositione, non
23 verò, quando expressè paciscentes, de successione lo-
quuti sunt, vt benè *Pist.* in sæpè sæpius memorata
quæst. 2. nu.6. vers. nec quicquam.

Nec valet assertio, quod pactum, super re certa in-
terpositum, successorium dici non possit, quando cla-
ris verbis, successionem, denotantibus, conceptum
fuit; Siquidem respondetur cum *Alciat. cons. 114. n.3.*
quod pariter pactum, super tota, vel quota hæredita-
tis, ac super certa re non valet, cum vbique ratio, de
24 hæreditate, pacto, tradita, prohibita vigeat, & licet
non sit, super tota, vel quota, tamen negari nõ potest,
quin successio sit, legesque prohibentes, pacto, hæredi-
tatem dari, indistinctè, & generaliter sint intelligendæ,
quod contineant pacta successoria tam, super tota,
quam super quota, & re particulari.

Vndè videmus, institutum in re certa, loco hæredis,
25 haberi, *l. 1. §. si ex fundo l. quoties 9. §. si duo ff. de hæred.
instit. Cephal. cons. 436. num. 66. Bellon. de Iur. Accresc.
cap. 7. quæst. 7. num. 2. Castill. quotid. controu. lib. 3. cap.
17. num. 6. Cyriac. contr. for. 499. num. 24.* & ei competit
26 immissio vigore *l. fin. Rot. coram Buratt. dec. 257. nu. 4.
Seraphin. dec. 584. num. 6.* & in Tiburtina Castrorum
10. Februarij 1660. *coram R.P. D. Beuilaqua post tract.
dec. 53. nu. 9.* Et in terminis nostris, post *Bart. & Alex.*
quos allegat, tenet, *Andreol. d. contr. 27. nu. 7.* & hæres
institutus, in re certa, æquiparatur hæredi vniuersali,
quia potest, propria auctoritate, accipere possessio-
27 nem rerum relictarum, *Paris. cons. 97. nu. 2. Castren. cons.
459. lib. 2. Hodiern. cont. for. 19. per tot. & in l. hac edi-
ctali quæst. 29. Andreol. d. contr. 27.* cum ibidem allega-
tis; In eumque, tanquam verum hæredem, continua-
28 tur possessio, ex forma statuti, vt latè ostendit *Rede-
nasc. cons. 12. per tot.*

Et quamqoam, in re particulari, succedens, dato
cohærede vniuersali, pro legatario habendus sit, *l. quo-
29 ties, C. de hæred. Instit. Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 33.
Honded. cons. 83. lib. 1. Iacob. Gall. cons. 12. nu. 11. Ceuall.
Com. contrà com. qu. 214. nu. 8. Gratian. discept. for. 272.
nu. 2. Ronit. cons. 97. nu. 7. Castill. quotid. contr. lib. 3. cap.
17. num. 6.*

Tamen, vt ait *Andreol. d. contr. 27. nu. 7. in fine*, adhuc
venit, appellatione hæredis, quia legatarius, in rebus
legatis, est propriè hæres, &, sub nomine hæredis, com-
30 præhenditur, *l. in conuentionibus, ff. de verb. signif. Curt.
Iun. in l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.*

Et firmat *Hartm. Pist. d. quæst. 2. numer. 6. ad finem*,
quod etiam legatis relinquendis, certa sunt legibus
præscripta solemnia; ideoque, pactis, noo magis, dari
possunt, quam ipsa successio; vsque adeò, vt quando
legatorum solemnia obseruata non fueruot, illa, oeq;
in vim contractus, substineri queant.

Licèt contrarium, quod legata, per pactum, & in
31 contractu fieri possint, probet *Marescot. var. lib. 1. cap.
38. nu. 2. Surd. dec. 149.* vbi disputat quando reuocaro
testamento, possit fieri pactum, vt valeat legatum, per
contractũ, & in vim contractus, *Rot. in Roman. Seutorũ
30. mil. 9. Aprilis 1660. cor. Albergato post tract. decis. 8.*

Tandem non officit, qnod per rei particularis suc-
cessionem, non impediatur libera testandi facultas.

Siquidem regula procedit, quando, per contractũ
inter viuos, res alteri conceditur, non verò, quando
32 per pactum, de succedeodo, vt apertis verbis demon-
strant Doctores allegati per *Hartm. Pist. d. lib. 4. qu. 2.
nu. 10. vers. nam hoc*, & præcipuè *Bolognett. d. l. fin. num.
154.* omninò videndus.

Vlteriùs sufficit, vt io aliqua parte restringatur,
quamquam non, in totum, ad effectum, vt pactum di-
33 catur nullum, *Pist. d. qu. 2. nu. 4 vers. idque confirmatur*,
plures allegat, *Sebrader. d. cons. 19. nu. 31. vers. & quod
pactum, Cagnol. in l. fin. C. de pact. num. 277. Alciat. d. l. 15.
num. 31. C. eodem*, & ità etiam tenet, *Nicol. Euerard.
Iun. cons. 11. num. 25. lib. 2.*

Vltraquam quod, cum huiusmodi pacta, ea etiam
de causa, nulla sint, quia hæreditas, pacto, non datur,
vt pluries vidimus, & firmant à me superiùs allegati, 34
nu 17. quibus addo *Fachin. d. lib. 5. cap. 84. circa fin.* quę
sequitur, *Andreol. d. contr. 27. nu. 9. in fine*, nunquam di-
ci potest, esse firma, quando per ea, non tollitur, testa-
menti factio, namq; hinc inferri non potest, ad regulã,
causa cessante, cessat effectus, *cap. cum quia de reg. Iur.* 35
*in 6. l. si pater de hæred. instit. l. generaliter de Episc. &
Cler.* Regula, enim, hæc procedit, quando causa finalis,
& potissima, non altera causa, deficiat, vt plures alle-
gando tenet, *Barbos. axiom. iur. 40. nu. 5.* & dixerunt 36
*Arias de Mes. var. cap. 25. nu. 12. & 36. lib. 2. Marcian.
cons. 30 nu. 6.* quod cessante causa, non cessat effectus,
quando effectus non est perfectus.

Et ad exemplum eorum, quæ supradicta sunt, erit
pariter nulla promissio, de vsufructu facta, in similibus 37
pactis, quicquid dicat *Barz. dec. 14.*

Nec conuentio erit valida, licet paciscens aliquid
reseruauerit ad testandum, vt voluerunt *Gabr.* & alij 38
ab eodem allegati *cons. 137. num. 19. Rauden. de Anal.
lib. 1. cap. 25. num. 48. Fachin. cons. 58 num. 18. lib. 2. Mart.
Medic. dec. Senen. 36. per tot. Fusar. de Substit. quæst. 308.
num. 87. Kloeb. de Contrib. cap. 12. num. 20.* quia, vt sæpè
sæpiùs fuit animaduersum, causa præcipua annullan-
di hos actus, ea non fuit, quia tollatur testandi facul-
tas, sed quia non solum hæreditates, vel quotas, sed
oec etiam particularia bona promittere valemus in-
ter viuos, per modum successionis, vt latissimè *Bolo-
gnett. in d. l. stipulatio hoc modo de Verb. oblig. nu. 62. &
meliùs num. 153.*

CAPVT VII.

Quæritur, An valeant pacta futuræ successionis, fauore dotis, & matrimonij. Afferuntur multæ distinctiones, in materia. Disputatur: an, vti lex, sit obseruanda dispositio Nouellæ Leonis Imperatoris 19. sub titulo de pacto paterno &c. Et tandem, nonnulla afferuntur, de pacto reciproco succedendi, inter virum, & vxorem, & de meliorando vnum ex filijs.

SVMMARIVM.

1 *Respicit publicam vtilitatem, vt ciuitates liberis hominibus repleantur.*
2 *Nulla res est tam priuilegiata, quam dos, & matrimonium.*
3 *Pacta futuræ successionis valent, fauore matrimonij.*
4 *Matrimonij fauore multa specialia sunt adinuenta,*
5 *Pacta futuræ successionis non valent, neque etiam fauore matrimonij.*
6 *Fauor dotis non potest impedire liberam facultatem testantis.*
7 *Liberi arbitrij libertas est fauorabilior, quam matrimonium.*
8 *Valent, fauore matrimonij, quando non fiunt, de tota hæreditate.*
9 *Vel, quando fiunt, de re particulari.*

10 *Et quando est iuratum.*
11 *Et quando fit inter Socerum, & Generum.*
12 *Non valet quando fit promissio vltra dotem, secus in ipsa dote.*
13 *Valent pacta futuræ successionis, in contractu matrimonij, sed reuocabiliter.*
14 *Quando pacta futuræ successionis non sunt reuocata, valent in contractibus matrimonij.*
15 *Voluntas patris inter liberos est seruanda.*
16 *Quocumque modo pater declarat suam voluntatem inter liberos est seruanda.*
17 *Valet pactum futuræ successionis, quando non est plus in pacto, quam in successione.*
18 *Contrà, quod valeat etiam hoc casu.*
19 *Masculi & fœmina æqualiter succedunt de iure communi.*
20 *Fauorabilis est interpretatio per quam reuertimur ad ius commune.*
21 *Quomodo sit intelligenda conclusio, quod valeat pactum futuræ successionis in contractu matrimonij appositum, etiamsi promittatur successio excedens successionem ei debitam de iure.*
22 *Aliud est successionem dare, aliud promittere.*
23 *Quando non constat de voluntate, testamentum etiam inter liberos corruit.*
24 *Valet pactum futuræ successionis causa dotis, quando fuit facta promissio æqualiter instituendi filios.*
25 *Æqualitas inter fratres semper est seruanda.*
26 *Pacta futuræ successionis in capitulis matrimonij, initis inter socerum & generum, vel patrem & filiam non valent.*
27 *Etiam si pater inducat dolose generum ad accipiendam vxorem.*
28 *Matrimonium consistit in simplici viri, & mulieris consensu.*
29 *Mendacium inductiuum ad matrimonium contrahendum non dirimit matrimonium.*
30 *Gener non potest agere ad interesse quando dolo fuit à Socero inductus ad accipiendam vxorem sine dote, sub spe pacti futuræ successionis.*
31 *Contrarium, quod ad interesse agere non possit.*
32 *Si quis dat pecuniam, vt instituatur hæres non potest pecuniam repetere si non instituatur.*
33 *Conclusio, quod gener malitiosè inductus ad ducendam vxorem sub spe pacti futuræ successionis, non possit agere ad interesse, procedit, contrà eum qui non tenebatur, non verò contrà patrem vel alium, qui dotare tenebatur.*
34 *Quando agitur contrà eum qui tenebatur dotare non datur actio de dolo, sed prima actio qua competit nomine dotis.*
35 *Quando prima actio fuit remissa, amplius agi non potest.*
36 *Nouellæ Leonis Imperatoris non valent abrogare leges Iustiniani.*
37 *Leo Imperator harum Nouellarum promulgator, quis fuerit.*
38 *Imperatores Orientales amiserunt iura, & potestatem Imperij.*
39 *Nouellæ Leonis Imperatoris non habuerunt vim legis neque etiam tempore, quo fuerunt editæ.*
40 *Pactum futuræ successionis non valet fauore matrimonij etiam voluntate non mutata per promittentem.*
41 *Pacta futuræ successionis naturalem obligationem non inducunt.*
42 *Pacta futuræ successionis nec etiam iurata valent fauore matrimonij.*
43 *Pactum futuræ successionis est nullum non obstante quod fiat in ipsa dote.*
44 *Explicatur tex. in l. hæreditas C. de Pact. Conuent.*
45 *Explicatur tex. in l. Diui Constantini C. de Natur. liber.*
46 *Defenditur Fachin. & explicatur.*
47 *Causa & causati idem est iudicium.*
48 *Pacta futuræ successionis inter virum, & vxorem sunt valida, quando de dote agitur non de alijs bonis.*
49 *Pacta futuræ successionis reciproca inter virum, & vxorem non valent.*
50 *Pactum inter virum & vxorem, vt primogenitus succedat, an valeat.*
51 *Doctores, qui tenent valere.*
52 *Doctores, qui tenent non valere.*
53 *Sed conciliantur, quod valeant de dote, & donationibus propter nuptias non verò de alijs bonis.*
54 *Vel quando non per modum successionis, sed per contractum inter viuos promitteret.*

Sicuti verum est, publicam respicere vtilitatem, & omnium gentium commodum, præferre, quod liberis hominibus, ciuitates repleantur, vt præ cæteris, agnouit, *Pomponiu l. t. ff. solut. matrim.* quæ sequuntur communiter interpretes, vt *Alciat. de Præsumpt. reg. 1. quæst. 37. num. 2. Amaya. obseru. iur. lib. 2. cap. 4. num. 4. Surd. dec. 123. num. 5. Gargiar. cons. 61. nu. 6. lib. 1. Kloeb. de Contrib. sess. 3. num. 100. cap. 13.* ita nulla, in amplissimis voluminibus, iuris reperitur res, tot priuilegijs, & prælationibus, condecorata, quam, quę, ad hoc tendit, vt faciliores reddantur homines, ad nuptias contrahendas, quarum ope, ad commodum totius Orbis, libera Soboles procreatur, vt manifestè colligitur, ex *Pompon. in l. 1. ff. solut. matrim.* & obseruant *Doctores*, ibidem, & præcipuè, *Barbos. Bald. Nouell. Campeg.* & quos plena manu, allegat *Amay. lib. 2. cap. 4. num. 5. & 6.*

1

2

Igitur agnoscentes Doctores nostri, quam præcipuus sit dotis fauor, & quanta, in gratiam matrimonij, sint obseruanda, quæ alias, extra causam dotis, minimè obseruarentur, valdè dubitarunt; an d. fauor dotis, & matrimonij, in hoc etiam esset priuilegiatus, vt nostra pacta successionis futurę valida redderet quando in capitulis matrimonii, & causa dotis essent adiecta.

In quo articulo, verè, quidem, controuerso, & dubio, multi multa dixerunt, alii negantes, alii affirmantes, & nonnulli distinguentes, ne dicam, confundentes materiam.

Sententiam affirmatiuam, pro pacti nostri validitate, initi in contractu matrimonii, substinuerunt, præ cæteris, *Crauett. cons. 256. num. 2. Menoch. cons. 1. num. 162. & cons. 92. num. 49. & 51. Boer. dec. 204. num. 6. & 7. Guid. Pap. dec. 287. Cutell. de donat. tom. 1. disc. 3. par. 6. num 125. Prat. discept. for. cap. 12. num. 13. to. 1. Gratian. Discept. for. cap. 692. num. 9. Crinell. dec. Dolan. 147. num. 1. Censal. ad Peregr. art. 51. vers. 4. declaratur pag. 524. Marcabr. cons. 6. per tot. Bellon. Iun. cons. 22 num. 7* cum aliis latè cumulatis per *Io: Franc. Marcian. disp. 87. nu. 8. tom 2. Carol. Calà de success. per pact. par. 4. nu. 121. & seqq. Andr. Censal. l. vnic. C. si quis Imperat. maledixer. §. 22. nu. 17. & seqq. & n. 22.* vbi, quod valeant, & si non accesserit iuramentum.

3

Et rationem desumunt, ex hoc, quod matrimoniũ sit valde fauorabile, ideoque, in gratiam illius multa specialia constituta sunt, vt per Doctores *in d. l. 1 ff. solut. matr.* cum igitur illi adhæreat huiusmodi conuentio, ea certè, licet alias, per se, inefficax, transit in naturam eius rei, cui adiungitur, valetque, secundùm naturam actus, cui adhæret. & accedit, per *l. si tibi rem ff. de præscript. verb. & l. 1. C. de pact. Tiraquell. de Iur. Primog. quæst. 6. num. 7. in fine.*

4

Pro contraria sententia, quod nequaquam huius-
modi conuentiones successionis futuræ, substineantur,
nec in tabulis nuptialibus, nec in contractibus
matrimonij, allegatur *tex.* expressus *in l. pactum quod*
5 *dotali 15. C. de pact.* vbi decisum fuit, quod si pater, in
instrumento dotali, promittat instituere filiam, in
æqua portione, cum filijs, conuentio nulla sit, neque
vllam obligationem contrahat, *l. hæreditas C. de pact.
Conuent Bald. d. l. 15. in princ. num. 1.* vbi *Dec. num. 6. &
7. & Alciat. num. 1.* qui ait, *huiusmodi ex pacto nullam
obligationem, & consequenter, nec naturalem, quidem
oriri, propter legis prohibitionem, nec patrem impediri,
quò minus, arbitratu suo, quem velit instituat*, & ampliat,
*siue filia sit, sub potestate, vel emancipata, cum
ipsa, an, cum genere, præsente, vel absente fratre, pactum
esset, an rei traditione, vel cohærentia contractus
dotalis, (qui hodie nominatus est) vel etiam stipulatione
munitum. omni enim casu verum est pactum id non valere
&c. Riminald. Iun. cons. 600. num. 8. & seqq Tusc.
pract. concl. lit. P, concl. 94. numer. 2. Aluar. Valasc. in
prax. partit. cap. 21. num. 5. Radelant. in dec. Tracent.
decis. 93. numer. 1. Petr. Pecch. de testam. Coniug. lib 1.
cap 7. num. 8. Tiraquell. de Iur. Primog. quæst. 6. num.
17. Gutier. de Iuram. confirm. cap. 59. in princ. Vuesemb.
ad l. 15. C. de Pact. & ibi Petr. Gilken. & Martin.
Monter. à Cucu. numer. 22.* nouissimè *Christoph
Philipp. Richter. per totam illius legis explanationem,
Anton. Faber. de Error. Pragm. decad 14. error. 1. in
princ. & in Cod. lib. 5. tit. 9 def. 9. Fusar. de Subslit
quæst. 308. num. 6. & 7. Hartm. P st. d. lib 4. quæst. 2.
num. 14. Molin. de Iustit. & Iur. tom. 3. tract. 2. disp.
579. num. 1 Barry de success. lib. 2. tit. 3. num. 1. vers. sic
accipies, Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 2. tit. 34 num.
4. Vuesemb. cons. 63. num 9. & cons. 71. numer. 5 & 6.
Cost. cons. 53 numer. 11. & seqq. Thesaur. Iun. quæst. for.
79. num. 1. lib 2. Dauth. de Testam. de mut. test. pot. numer.
101. vers. 5. ampliatio, Marcell. Marcian. cons. 35.
num. 9. lib. 2 & Io: Franc. filius cons. 87. num 8. pariter
tom. 2. Bellon. Iun. cons. 22. num. 4. Fontanell. de Pact.
Nuptial. claus. 4. gloss 9 par. 4. Cyriac. controu. for. 88.
num. 12. August. Barbos. in l. pactum quod dotali C. de
pact. num. 4 Donad de Renunciat. cap. 2. numer. 26. &
31. Cancer. Var. lib 3. de pact. num. 143. Hodiern. controu.
cap. 28 numer. 22. Bottiglier. de success. cap. 2.
Theor. 42. num. 21.* & seclusa consuetudine hanc latè
defendit, *Paul. Christ. næ. dec. Belg. dec. 133. nu. 5. Mocc.
Syl u. for. lib. 1. cap. 1. numer 11. & seqq. Rodulph. Fab.
Sistem. Iur. lib. 3. tit. 14. pag. mihi 194. circa finem, Melch.
Feb dec. 102. num. 2. Fichard. cons 35. num. 6. tom 1.
Cirocch. discept. 68. num. 8. Valent. Guifort. de pact cap.
6. num. 20. Ricch de Vnion. Prol. cap 3. numer. 31. Andr.
Censal. ad l. si quis Imperatori maledix. §. 22. numer. 8.
Donat. Anton. de Mariu. resol. quotid. lib. 2. cap 163. num,
16. & 17. Iul. Capon. de Pact quæst 33. numer. 6. Rot. dec.
390. num. 25. part. 9. rec.* Omnesque se fundant in eo,
quod fauor dotis, vel matrimonij, adeò priuilegia-
6 tus non sit, quod possit liberam testantium facultatem
impedire, vel restringere; Et est vulgatum axioma,
quod humani arbitrij libertas, potior sit, quam
7 fauor matrimonij, *Bald. d. l. 15. in princ. Gutier. de Iuram.
part. 1. cap. 59. num. 2. Tiraquell. de Iur. Primog.
quæst 6. num. 20. circa finem, Marcell. Marcian. cons. 35,
nu. 10. pariter circa finem, Acost. cons. 53. nu. 12. Mical.
de Fratr. part. 3 cap 12. num. 19. Fusar. de Substit. quæst.
150. numer. 8 Bellon. Iun. d. cons. 22. numer. 3. Mantic.
d. lib. 12. tit. 34. numer. 2. Fontanell. de Pact. Nuptial.
claus. 4 gloss. 4. part. 4. numer. 13. Viu. dec. 507. numer.
4 Donad de Renunc. d. cap. 2. numer. 26. vers. ea ratione,
Hodiern. controu. lib. 1. cap. 28. num. 22. Barbos. d. l.
pactum num. 4. Rot. d. dec. 390. num. 26. par. 9. rec.* & nouissimè,
*Andr. Censal. ad text. in l. vnic. C. si quis Imper.
maled. d. §. 22. numer. 8. Capon. vbi suprà numer. 9.*

Opiniones, ex diametro contrariæ, conciliantur secundùm,
aliquos, vt prima procedat, quando, in contractu
matrimonij, vel causa dotis, promissa fuit pars,
seu quota hæreditatis, secunda vero opinio, tunc procedat,
quando, super tota hæreditate, pacta inita fuerunt,
ita docuerunt, *Crauett. præ ceteris cons. 256. nu. 2.* 8
quem sequitur *Menoch. cons. 92. nu. 50.* cum alijs adductis
*ab Andr. Censal. in d. l. vn. C. si quis Imper maled. §.
22. nu. 19.* & alij cumulati per *Carol. Calà de success. per
pact. p. 4. nu. 120. Mocc. Syl u. for. cap. 1. num. 7.*

Nonnulli aliam tradere solent limitationem, quod,
tunc, in contractu matrimonij, valeant pacta nostra,
quando, non super quota hæreditatis, sed super aliqua
bonorum parte stipulata fuerunt, vt videre est, penès
Thesaur. Iun. quæst. 79. lib. 2. Censal. ad d. l. vnic. C. si quis 9
Imperat. §. 22. num. 17. vers. hinc fauore, vbi, ad satietatem
concordantes adducit, *Donat. Anton. de Marin. ad dec. Reuerter. 5. numer. 2. circa finem, & ad decis.
318. num. 1. Carol. Calà, de success. per pactum d. par. 4.
num. 119.*

Alij arbitrati fuerunt, tunc substineri, quando, iuramento
munita sunt, vt in terminis ostendit, *Thesaur.* 10
d. quæst. 79. num. 5. vbi testatur, de opinione Senatus,
qui pro hac parte, iudicauit, in quadam causa de
Auogadris, de anno 1586. à qua sententia, cum fuerit,
per partem aduersam, appellatum, non solum fuit ad
fauorem pacti iudicatum, sed etiam appellans in expensis
condemnatus, quod etiam, optimis fundamentis,
comprobatur à *Gutier. de iuram. confirm. cap. 59.
par. 1. num. 5.*

Aliam fingit etiam limitationem, *Thesaur. Iun. d. q.
79. nu* 8. nempè, constituendam esse differentiam, inter 11
pactum factum, cum filia, & pactum cum genero, initum,
haut, primo casu, non subsistat, fortè illa ratione,
quia non placuit legi contractus, de futura successione,
inter patrem, & filium; secundo verò casu, reddatur
validum, ob fauorem matrimonij.

Ita pariter, ad concordandas sententias diffidentes,
in materia, alia solet, ab aliquibus afferri distinctio,
quod, post promissas, constitutasque dotes viternis, fa- 12
uore matrimonij, & vt maritus, liberalis promissionis
intuitu, facilius ad matrimonium inuitetur, insuper
promittitur, successio futura, in parte hæreditatis ipsius
dotantis, & tunc admittunt huiusmodi promissionem,
vel pactum, in instrumento dotali, contentū, licet
fauore matrimonii emissū, nullatenus valere, & prorsus
inutile esse, & in his terminis loqui existimant textum
allegatū in *l. pactum quod dotali*, cuius verba sunt,
*Pactum quod dotali instrumento comprehensum est, vt si
pater vita fungeretur, ex æqua portione, ea qua nubebat
cum fratre hæres patri suo esset, neque vllam obligationem
contrahere &c.* Ex quibus verbis, clarum fit, pactum
hoc fuisse, quidem, in dotali instrumēto adhibitum,
sed non ad computum dotis, & pro dote, aut cōpensatione
dotis, sed benè, fauore matrimonii, vnde
glossa ponendo casum inquit, *Filiam tuam cuidam filio
tradidisti, & pro ea dotem tradidisti, sed cum ea conuenisti,
vt tibi, cum fratre tuo, ex æquali portione, succederet,*
clarè igitur docet anteà fuisse propriæ filiæ constitutā
dotem, postea verò in eodem instrumento dotali pactū
futuræ successionis adiectum fuisse, & fortius, euidentiusque
conuincitur, quia supponit dotem iā viro
fuisse constitutam; pactū, autem, cum ipsa filia, intercessisse,
si enim, pro dotibus incidisset hoc pactum, cū
genero, non autem, cum filia illud stipulari oportebat,
& eò magis roboratur hæc consideratio, per aliū *tex.
in l. hæreditas C. de pact. conuent.* cuius verba ita cantant;
*Cum igitur adfirmes, dotali instrumento, pactum interpositum
esse, iure testamenti, vt post mortem mulie-*

ris

ris bona eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo tibi non
sunt obligata, intelligis nulla te actione posse conuenire
hæredes; Patet igitur, pactum futuræ successionis, in
dotali instrumento, fuisse appositum, ibi *affirmes in*
dotali instrumento appositum pactum &c. Elicitur,
enim, pactum adiectum esse, præter bona, quæ, dotis
titulo, fuere tradita, vt ibi, *quæ dotis titulo non sunt obli-*
gata &c. Præter dotes igitur in eodem instrumento
dotali promissa fuerat successio mulieris viro, vt faci-
liùs ad matrimonium contrahendum inuitaretur, &
sic fauore matrimonij, qui solus fauor non est tanti
ponderis, vt pactum regulariter inutile validum red-
dat.

Secus, autem, quando pactum, seu promissio futuræ
successionis, in parte, vel quota aliqua hæreditatis pa-
ternæ, non modò in instrumenro dotali, describitur,
verum etiam, ad computum, & nomine dotis conuen-
tum fuit; quia tunc promissionem futuræ successionis
saltem, in quota hæreditatis valere, dotis fauore, ar-
bitrantur, quæ alias, fauore tantum matrimonij re-
maneret inualida, cuius distinctionis auctor, præ cæte-
ris, allegatur *Fachin. controu. Iur. lib. 5. cap. 87. per tot.*
vbi dotis fauore, in terminis alios duos textus addu-
cit, nempè, *in l. Diui Constantini ff. de natur. liber. & in l.*
si inter 24. ff. de pact. dotal. & in terminis dictorum tex-
tuum inquit; *nemo autem negat ea pacta valere, sed*
nostra quæstio est, an valeant extra dotis, & donationis
propter nuptias causam, & Fachin. sequitur *Fusar. de*
substit. quæst. 308. num. 67. Carol. Cald de success. per pa-
ctum par. 4. num. 118. & antè eum optimè firmauerat
distinctionem, *Marcabr. cons. 6. num.* 18. & nouissimè
ab hac non discessit, *Andr. Censal. in d. declarat. ad tex.*
in l. si quis Imperat. maledix. §. 22. num. 17. vbi asse-
rit, Doctores non intellexisse textuum supradicto-
rum dispositiones, ibi, *præfati tamen Doctores dicto-*
rum textuum dispositionem adhuc in promissionibus, fa-
uore dotis, vel matrimonij, initis, extendentes, salua eo-
rum pace fallunt; Nam textus illi, benè perpensi, lo-
quuntur in promissione extrà dotem, ibique in vita pa-
rentis supponebatur, solummodo, alimenta ipsis coniugi-
bus data fuisse, vt conuenerat inter eum, & patrem, se-
cus, verò, erit dicendum, intercedente promissione, pro
dote, seu eius nomine, quod mihi probat tex. in d. l. hære-
ditas ibi, quæ dotis titulo, tibi non sunt obligata, vndè si
dotis vicem conuentio successionis induceret, de inualidi-
tate illa, ex eiusdem textus dispositione minimè redargui
posset, sicuti aduertit Fachin.

Volunt alij, hanc nostram conclusionem, (quod inu-
tiles sint conuentiones successionis futuræ, etiam in
contractu matrimonij) procedere, quando promissor,
13 contraria dispositione reuocat, in pacto disposita,
cum enim indubitatum sit, quod pacta, per quæ inui-
tantur successores ab intestato, vim habent vltimæ
voluntatis, vt colligitur ex Doctoribus latissimè cu-
mulatis per *Andr. Censal. d. §. 22. nu.* 24. semper possunt
reuocari per paciscentes contrarium disponendo,
quicquid contrarium dicat, *Carol. Cald de success. per*
pactum par. 4. num. 131. & seqq. ac Doctores allegati
per *Hieronym. Palm. cons. 19. num. 4.* quos sequitur, &
laudat, *Censal. vbi supra num.* 27. vltrà nonnullos fusis-
simè relatos per *Rot. in Romana coram Meltio 14. Maij*
1657. *impressa post Censal. d. §. 22. num.* 86. vt reiectis
antiquioribus, benè firmarunt, *Franc. Anton. Cost. cons.*
53. num. 24. & seqq Thesaur. dec. 225. num. 6. Thesaur.
filius quæst. for. lib. 2. quæst. 79. Anton. Faber. de error.
pragm. decad. 14. error. 1. num. 10. & nouissimè *Rot. dec.*
390. num. 27. & seqq. par. 9. rec. quæ vlterius *num.* 4. re-
spondet nonnullis decisionibus, in contrarium allatis,
& meliùs, eadem *Rot. in dicta Romana coram Meltio*
14. *Maij* 1657. *post Censal. d. §. 22. numer.* 27. ibi, *In hac*
controuersia, re vera, fateri oportet, veriorem senten-

tiam stare, pro reuocabilitate cum nullatenus calumniari
valeant verba textus in l. pactum quod dotali C. de
Pact.

Secus autem si pater promittens decedat non mu-
tata voluntate, neque testamento condito, tunc, siqui-
dem, valere dotalia pacta, de viuentis hæreditate, fir-
mauit, allegatis *Iason. in l. pactum quod dotali num. 3. C.*
de pact. Bartol. in l. tale pactum §. fin. num. 3. ff. de Pact. 14
Vuessemb. cons. 71. num. 25. to. 1. Mant. de Tac. lib. 12. tit.
34. nu. 5. Barry de success. lib 2. tit. 3. num. 4. vers. quarta
fallentia, & rationem assignant, quia hæc videtur, quę-
dam patris inter liberos voluntas, quæ seruanda est, *l.*
hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam. non, enim, 15
refert, quomodo pater inter filios, per epistolam, vel
aliter suam voluntatem declarauerit, *l. vltima C. famil.*
Ercisc. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 34. nu. 8. Quapropter 16
hac eadem ratione moti conclusionem suis dictis
comprobarunt, vltrà superiùs adductos, *Alex. in d. l.*
pactum quod dotali nu. 5. Alciat. ibidem num. 6. nec non
Dec. pariter *ibidem nu. 10. vers. tertia limitatur.*

Et hæc opinio faciliùs defendi potest, ex mente *Al-*
ciat. d. nu. 6. cum in pacto non amplius deductum est,
quam ex successione ad eam deferretur, vbi verò, pa-
ctum successioni ad eam deuolutæ non concordat, vt 17
stante statuto. quod extantibus masculis, fęmina non
succedat, difficilior est extricatio, *Alex.* autem & *Ias.*
quos refert, & sequitur *Mantic. de tacit. & ambig. d. tit.*
34. num. 8. affirmant pactum, hoc casu, valere etiam si
extet statutum prædictum, quod fęmina propter ma- 18
sculos excludatur, ea ratione, quia per eiusmodi pactũ
tollitur obstaculum statuti, & ius commune obserua-
tur, vt masculi, & fęminæ pariter succedant, *l. lege 12* 19
tabularum C. de suis & legit. l. maximum vitium de li- 20
ber. præter. nam fauorabilis est illa interpretatio per
quam reuertitur ad ius commune, *Mantic. vbi supra*
num. 8.

Quod, quia negat *Paul. Castren.* fœdere distinctionis
conciliat *Alciat.* vbi supra, quem sequitur etiam *Barry*
de success. lib. 2. tit. 3 num. 4. vers. quarta fallentia, opi-
niones contrà se pugnantes, quod, vel pater pacto
egit, vt filia sibi succederet, & tunc opinioni *Alexan-* 21
dri, se subscribit, quia inter filios sufficit quoquomodo
declarata vltima voluntas, etiam si imperfecta sit, &
portionem egrediatur, quæ ab intestato defertur, nec
consensus masculorum existimat, quod sit necessarius,
hoc casu, contrà *Alexandrum, & Salicet.* quem sequi-
tur, *Mantic. d. lib 12. tit. 34. num.* 10. quia viuente patre,
nullum ius in eius bonis habet filius.

Quando, verò, pater non detulit successionem, sed
promisit, quod institueret, veriorem *Pauli* sententiam 22
appellat; quia aliud est, successionem dare, alind pro-
mittere se daturum, *Mart. sum. success. leg. par. 4. quæst.*
25. art. 4. nu. 8. & seqq. Bottiglier. de success. claus. 4. gloss.
9. par. 4. num. 20 & seqq. Fontanell. d. par. 4. num. 22. &
seqq. Itaque cum non constet, quod dederit, pactum
libertatem restringens, inutile erit, & ipso iure nullum,
vt per *Alciat. d. loco num. 10. & 11.* quod etiam com-
probatur, per aliam rationem, nempè, quia, hoc casu,
non constat, de voluntate patris, & quando de eadem
voluntate non constat, testamentum etiam, inter libe- 23
ros, non subsistit *Mart. summ. success. leg. d. par. 4. quæst.*
25. art. 4. nu. 15. & 16.

Alij ex Doctoribus admittũt, quod regulariter pa-
ctum in casu *l. 15. C. de Pact.* valere non possit, tanquã
contrà prohibitionem legis celebratum, sed limitant
communem sententiam, in casu, quod pater promit-
tat filiam, vel filium, in tabulis matrimonij æqualiter
instituere, cum ceteris filijs, hoc autem priuilegio vti
posse, hoc casu paciscentes existimarunt, eo, quia ser- 24
uatur ita æqualitas inter fratres, quod semper fuit à 25
legibus commendatum, vt in §. *illud quoque in fine*

auth. de Nupt. l. cum pater §. sequutis ff. de leg. 2. l. vltima C. com. vtri. iudic. l. vt liberis C. de Collat. Carol. Calà de success. per pact. par. 1. num. 44. & de hac re plura congerit eruditissimus Tiraquell. de Iur. primog. quæst. 4. nu. 3. & seqq. ad quod confirmandum adducit pulcherrimum tex. in nouella Leonis Imperatoris Const. 19. sub tit. de pact. pat. ex æq. hæred. futur. &c. vbi, disertissimis verbis, derogatur legi pactum, supramemoratæ, propter fauorem conuentionis, qua pater promittit, in nuptialibus instrumentis, ex æquo futurum sibi hæredem filium, quem matrimonio collocat, qui textus optimè exornatur, & defenditur à doctissimo Anton. Fab. de error. pragmatic. decad. 14. error. 1. num. 5. & per tot. Thesaur. dec. 225. num. 10. quos etiam sequitur Castill. quotid. controu. lib. 5. cap. 150. numer. 47. vers. vide etiam, nec non Carol. Calà de success. per pact. par. 2. per tot. & videtur etiam admittere, Rot. penes Buratt. dec. 752. per tot. vbi, quod non valent hæc pacta, quando sunt inæqualia, vnde supponunt valere, quando fuerunt æqualia.

Sed his reiectis limitationibus, & distinctionibus, mihi videtur verior distinctio allata à Dauth in d. tract. de testam. sub tit. de mutand. testam. potest. numer. 101. vers. in hac tamen materia; nempè, quod huiusmodi pacta, vel fiunt inter socerum, & generum, aut patrem, & filiam, vel filium; aut fiunt inter ipsosmet sponsos, & iugales.

Si fiunt, inter socerum, & generum, vel patrem & filium; vt si pater promittat æqualiter filiam, cum alijs filijs instituere, ad hoc vt facilius virum inueniat mulier, vel si ad generum inuitandum, ad eius filiam in vxorem ducendam eidem promittat, vel totam, vel

26 partem suæ hæreditatis, indubitatum est, huiusmodi pacta non valere, vt clarè decidit tex. in d. l. pactum quod dotali C. de pact. ibi, pactum quod dotali instrumento comprehensum est, vt si pater vita fungeretur ex æqua portione ea quæ habebat cum fratre hæres patri suo esset, neque vllam obligationem contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre, quem textum exornant, & sequuntur in proposito, omnes Doctores à me adducti superius.

Quod, adeo verum est, vt si pater, dolo me induxe-

27 rit, ad accipiendam filiam, in vxorem, sub spe pacti, de faciendo illam hæredem, licet postea hoc non faciat, nihilominus ego maritus, conqueri non possum, quia pactum non valet per d. textum, licet quantum ad matrimonium dirimi minimè possit, namque dolus iste non respicit essentiam matrimonij, quod in con-

28 sensu simplici viri & mulieris consistit vt Bald. in l. cum Artemidoram C. vt in possess. legat. & ad hoc facit Dec.

29 d. l. pactum quod dotali num. 10. & 11. quia mendacium mulieris inductiuum ad matrimonium contrahendũ, substantiam matrimonij non impedit, cap. cùm ab Apostolica vbi Abb. in princ. de sponsal. & error Diuitiarum matrimonium non dirimit, vt notatur in cap. proposuisti vbi Abb. de coniug. seru. Quod igitur, maritus, hoc casu conqueri non possit, sed sibi debeat imputare, eo quod scire debebat egisse pactum reprobatum, & nullum admiserunt interpretes omnes, & præcipuè Bald. d. l. 15. num. 1. C. de Pact. & melius in l. cum Artemidoram C. vt in possess. legat. Ias. in d. l. pactum 15. num. 2. in fine vbi etiam Alex. & Alciat. num. 2. & Dec. num. 9. Durant. de Art. testan. tit. 2. num. 2. Viuius in suis opin. opin. 233. vers. vbi inter cetera Martin. Monter. à Cuen. d. l. 15. num. 22. vers. neque remotè, Tiraquell. de Iur. Primog. quæst. 6. num. 20. in fine, Gabr. cons. 137. num. 1. lib. 1. Petr. Pecch. de testam. coniug. lib. 1. cap. 7. num. 7. 8 Peregr. dec. 50. num. 7. 8. & seqq. Borgnin. de Tutor. num. 304. Viu. dec. 507. num. 4. Thesaur. Inn. quæst. for. 79. num. 9. lib. 2. Melchi. Feb. dec. 102. numer. 21. Fichard. cons. 35. num. 6. tom. 1. Cirocch. discept. 68. num. 8. Strbrad. cons. 67. num. 8. licet postea contrarium in numeris seqq. decidat, per rationes ibidem adductas, quod non agebatur de pacto successorio, Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 12. tit. 34. num. 27. vsque ad finem, Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. num. 23. Dauth. de Testam. de mutan. testam. potest. num. 101. vers. huic pacto Ial. Capon. de Pact. quæst. 33. num. 6. & seqq. Barry de success. lib. 2. tit. 3. num. 1. vers. sic accipiens, Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 9. par. 4 numer. 15. & seqq. Franc. Anton. Cost. cons. 53. num. 13. Fusar. cons. 150. num. 8. Cancer. Var. lib. 3. de pact. cap. 3. num. 145. Cyriac. controu. 88. num. 13. tom. 1. Marcell. Marcian. cons. 35. num. 11. tom 2. Hodiern. contr. lib. 1. cap. 28. num. 27. Rot. dec. 390. num. 31. & 32. par. 9. rec. Censal. ad d. tex. si quis Imperatori maled. d. §. 22. num. 31. & seqq. August. Barbos. ad l. fin. C. de Pact. num. 6. circa medium, & hæc indistinctè procedunt, in casu legis supradictæ, pactum quod dotali, siue dotem minorem accepisset, siue nullam.

Sed maior adest difficultas, in casu, quo soror, vel dotans, maliciosè, & dolo inductus, his fraudibus, decepisset generum, aut sponsum, qui tali spe illectus, vxorem sine dote, vel coniugem minus dotatam duxisset.

Tunc enim nonnulli volunt, vt Martin. Monter. à Cuena, ac alij ab eo allegati d. l. 15. num. 22. circa med. quod nihilominus actio ad interesse ei competat, licet pactum sit nullum, ad quod allegantur tex. in l. & eleganter §. si seruus pactioni ff. de dol. vbi habetur, quod qui pactum non seruat, ad quod si non ciuiliter, saltem naturaliter tenebatur tenetur læso, actione de dolo, si aliud deficit remedium, & in l. si quis affirmauerit §. 1. & l. qui venditor §. 1. ff. eodem, vbi datur actio de dolo contra eum, qui affirmauit mendacium, animo decipiendi per Dec. in d. l. pactum, quod dotali num. 9. & 10. ad quod, etiam magis conterunt adducta per postillatorem ad eundem, quem citat, non tamen sequitur Dauth. vbi supra num. 102. vers. sed quæritur, qui ait, vt licet verè sit Baldi sententia, tamen addit; si hac ratione, quis inductus esset ad ducendam indotatam, vel minùs dotatam, posset agere, contra decipientes, vel eius hæredes ad dotem, vel congrua dotis supplementum, & sic ille deceptor, alias non teneretur dotare; & optimè etiam hanc tuetur opinionem Bald. Nouell. de Dot. priuil. 43. par. 6. num. 3 post med. vsque ad finem, quem sequitur, Gabr. cons. 137. num. 2. lib. 1. vbi habetur, quod semper, vt fit ex causa onerosa, consulatur deluso, Gratian disc. for. cap. 692. num. 44. Vnde Hartm. Pist. d. qu. 2. num. 23. vers. facit huic; dixit, ad hoc plurimum facere, quicquid etiam scriptum reliquit Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 54. num. 7. iustissimum esse huiusmodi promissiones, ex causa onerosa factas seruari, & Marcell. Marcian. cons. 35. num. 11. tom. 2. postquam firmauerat, huiusmodi pacta nulla esse, nec generum, licet deceptum, posse conqueri de socero, qui dolo malo, eum induxit ad filiam in vxorem accipiendam, sub hac spe, quia scire debebat pactum à iure esse improbatum, paulo inferiùs admittit, quod possit agere ad interesse, si vir fuisset inductus ad ducendam vxorem indotatam, & cum parua dote, quo casu posset agere ad supplementum, vt latius firmauit pariter Cardin. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 12. tit. 34. num. 30. cum alijs allegatis ab Andr. Censal. d. §. 22. num. 31. & nouissimè etiam ab hac opinione non discessit Iul. Capon. de pact. quæst. 3. num. 6. & 7. sicuti pariter hanc secutus fuit Carol. Cal. de success. per pact. part. 4. num. 135.

Contrarium, quod neque ad interesse agere possit affirmat, Bald. in d. l. cum Artemidoram C. vt in poss. legat. num. 11. & 12. Alciat. in d. l. pactum, quod dotali, num. 2. ibi, nec quod gener, hac fiducia conduxisset minusque dotis accepisset, qui alias spe omni falsus deceptus 31

esset,

esset, sua, enim, facilitati imputet, qui scire debuit huiusmodi pacta a legibus improbari. Tiraquell. de Iur. Primog. quæst.6. num.4. in fin. Danth. de mutan. test. potest. num 102. Hartm. Pist. d. quæst. 2. numer.23. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus.4. gloss.9. par 4. nu.15. Hodiern. contr. lib.1. cap.28. num.24. Barbos. d. l.15. C. de pact. nu. 5. circa med. optimè *Thesaur. quæst. for.79. lib.2. num.10.* vbi, quod si ad istud interesse ratio esset habenda, omnes contractus, quos leges annullant, in quibus promissio est subsecuta, per istam rationem sustinerentur, & per indirectum fieret, quod directo iure, prohibetur, & contra ipsarum legum sanctionem, quem refert, & sequitur *Rot. d. decis.390. num.32. & seqq. par.9. rec.*

Ratio est aperta, dicit *Danth. d. num.102. vers. sed quæritur*, quia interesse præsupponit obligationem, at ex talibus pactis, nulla neque Ciuilis, neque naturalis oritur obligatio, vt nos infra demonstrabimus, ergo &c.

Et pro maiori confirmatione adducitur per *d. Danth. vers. ego licet*, de quo etiam, in proposito, mentionem facit, *Hartm. Pist. d. quæst.2. num.23. vers. sed huic pulcherrimus tex. in l. cum donationibus 34. C. de transact.* vbi frater, fratrum pupillorum tutelam administrauerat, illi verò maiores facti actionem tutelæ contra fratrem suum proponere volebant, vt tutelæ administratæ rationem redderet; Inuicem tamen, per transactionem conuenerunt, vt frater tutor relinqueret eis hæreditatem propriam, fratres, autem, eidem remitterent actionem tutelæ, eumque ab onere reddendi rationem releuarent; defuncto fratre maiori, alijs inscriptis hæredibus, minores Imperatorem adierunt, & de fratris dolo conquesti sunt, quod ipsius mendacijs inducti fuissent, vt suam actionem tutelæ remitterent, Imperator respondit, frustrà illos de dolo queri, nec ad implendum promissum hæreditatis, quemquam pollicitatione astringi; Ex qua serie facti, notum est, quod non tantùm Imperatores pactum esse inutile dixerunt, sed eo amplius addiderunt *frustrà de dolo queri &c.* quod benè obseruandum esse, subiungit *Danth. d. loco*, posset, enim, aliquis excipere, fateor, quod hoc pactum inutile sit, sed hoc quæritur; An saltem ratione doli remedium aliquod decepto competat contra decipientem. Nam hoc quoq; quæsitum clarè textus decidit, *frustrà*, inquit, *de dolo quærimini*, idest nulla doli actio, nulla doli obligatio locum obtinet, funditus nulla omnia sunt: Aut, enim, illi remittentes sciuerunt pactum de succedendo esse inutile, & non decepti sunt, sed ipsi se ipsos deceperunt, aut ignorarunt & ne hoc quidem illos iuuat, quia scire debuerunt propter huiusmodi pollicitationem neminem adstringi.

Sic pariter per *tex.* præfatum docet *Bolognett. d. l.*
stipulatio hoc modo num.35. quem sequitur *Pist. d. lib.4.*
quæst.2. num.23. vers. si aliquis, vt si aliquis pecuniam
32 dederit, vt instituatur, quod pecuniam repetere non
possit, si non instituitur, & *Lup. in loco cit.* quem pari-
ter affert *Bolognett. vbi supra*, ad hoc, vt quis pactis
hisce ex causa onerosa factis, teneatur, legem nouam
desiderat sentiens alioquin illa inualida iudicatum
in propter doctrinam *Bald. in d. l. cum Artemidoram*.

Et per claram dispositionem *d. textus in l. cum donationis*, respondet etiam *Danth. ad textus* ex aduerso allegatos, dicendo, eos limitari, vt non procedant, vbi affirmatio nullorum de iure iurium est, vt in materia pacti successiui; nam, in proposito dixit Imperator *in d. l. cum donationis*, frustrà de dolo querimini, idest actio doli cessat, cum pactum inutile sit, & nullam obligationem de se producat.

Verùm tamen est, quod plurimum facit apud Doctores supracitatos, nempè *Danth & Pist.* An mendax promissor sit Pater, vel extraneus, adeout, si pater sit,
vtpote qui ad dotandum tenetur, si nullam dotem de-
derit, non potest testari, nisi filiam instituat, aut de-
dit dotem, sed incongruam, & voluit ita generum de-
cipere, tamen rectè aget contra illum ad dotis supple-
mentum, etiam si in eo quod accepit institutus sit,
cum dos loco legitimæ succedat. Si autem extraneus
ille sit, vel ad dotandum tenetur, vel non, si ad do-
tandum tenetur, & ita sponsum decipiat contra eum 33
ad interesse potest agere deceptus, siue nullam dede-
rit dotem siue incongruam; si vero ille tertius non te-
neretur dotare, nunquam ad pacti obseruantiam, ne-
que vsque ad interesse posset adstringi, vt refutato
postillatore ad *Dec.* optimè decidit *Danth. vbi supra*
vers. hoc tamen in fine.

Et ratio est in promptu, nempè quia, in casibus præ-
dictis, in quibus datur decepto actio ad interesse, ei-
dem non datur actio, vigore pacti nulli, sed ex alio
fundamento, idest ex primæua actione sibi competen-
te, contra eum, qui tenebatur dotare, vt aduertunt
Doctores præfati; quapropter existimauit *Hartm.* 34
Pist. d. loco num.23. circa finem, In quæstione; An possit
necnè deceptus a Socero, per pactum nostrum, agere
ad interesse: inspiciendum esse, vtrum actionem, quæ
priùs nomine dotis competebat, ob spem ex tali pa-
cto conceptam penitus remiserit gener transigendo,
nec nè; Primo casu, nullā ei amplius competere actio-
nem, putat, quantumuis ex causa onerosa remissio fa- 35
cta sit, vt euenit in casu *d. l. cum donationis*: Non verò,
si simpliciter acquiescendo, actionem distulerit; tunc,
enim, vigore primæuæ actionis, (licet pacti ratione
nulla detur actio) ad interesse aget.

Nec verum est, vt ratione æqualitatis pactum sustineri possit, in casu, quo pater promittat æqualiter filiam cum cæteris filijs instituere, vt per *Nouellam Leonis Imperatoris 19. sub titulo de pacto paterno &c.* diximus *num.24.*

Siquidem nouella præfata non est, nec vnquam fuit
tantæ auctoritatis, vt valeat derogare iuribus a Iusti-
niano prolatis, ea ratione, quia ab Imperatore pro-
mulgata fuerat, penes quem auctoritas condendi leges 36
non aderat.

Nouellæ enim fuerunt conditæ, & promulgatæ ab
Imperatore *Leone VI.* qui anno 886. sceptrum acce-
pit, & obijt 911. & ob eius virtutes Philosophus fuit
appellatus, vt videre est apud *Baronium in Annal. tom.*
11. pag.672. ibi, *extant eiusdem Imperatoris 113. nouel-*
la Constitutiones diuersorum argumentorum, & inter
alia ab eo scripta, plura composuit, in honorem Dei-
paræ Virginis Latinitate donata, & notis illustrata à
Doctissimo *P. Hyppolito Monaco Congregationis Ma-*
tris Dei, in tractatu, cuius titulus *Mariale Leonis Impe-*
ratoris, Romæ impresso, qui Imperator pariter Philo-
sophus appellatur ab *Eumundo Merillo inter 50. deci-*
siones Iustiniani in dec.25. §. vbi autem num.13. de quo 37
etiam plura congerit, sicut de alijs Imperatoribus hu-
ius nominis Leonis, *Marcell. Marcian. cons.35. num.16.*
& seqq. tom. 2.

Non possunt haberi, inquam, in consideratione, nec
vim legis obtinere eius edicta, Constitutiones, & De-
creta, eo, quia post translatum Imperium à Pontifice
in Carolum Magnum quod euenit anno 800. circiter,
vt probatur ex *Baron. Torsellin.* Imperatores Orienta- 38
les amiserunt iura, & potestatem Imperij, vt post
Bellarmin. quem allegat, tenet *Marcian. d. cons.35. num.*
21. quod, quidem, iure merito, Pontifices facere po-
tuerunt, ait, *Baron. in Annal. d. anni 800. pag.490. to.9.*
dum iacebant absque possessore titulus, & iura Occi-
dentalis Imperij, a Græcis ob Hæreses, quibus perti-
naciùs inhæsissent iustè Pontificia auctoritate sublata;
Meritò igitur, quod Nouella præfata Leonis Impera-
toris, quia iuri nostro, & Codici Iustiniani inserta non
est

est, vim legis non habeat, imò quia contraria *d. l. pactum quod dotali*, nulla illius prorsus ratio sit habenda, voluit *Fachin. lib. 2. cont. cap. 101. in fine*, *Iul. Capon. de Pact. quæst. 50. num. 5. vers. respondeo*, *Cal. de success. per pactum par. 2. num. 59. & seqq.* latissimè, & doctissimè, *Valentin. Gulielm. Forster de Pact. cap. 6. num. 26. vers. non obstat Gentil. lib. 1. de Nupt. cap. 6.* optimè, *Hunn. de Pact. cap. 5. quæst. 5. vers. solutio contrariorum*, *Gædd. de contrah. & committ. stipul. cap. 6. conf. 7. num. 74.* vbi allegat *Cuiacc. obseru. 31. lib. 17.* minimi sibi contrarium *in l. 26. de Pact.* vt malè nonnulli sunt arbitrati, vt probat idem *Gedd. Thes. Iun. quæst. 79. num. 1. vers. sed cum istud*, vbi quod hæc Constitutio est Apocripha, licet Sancta, & melius, quod Nouellæ Leonis non probent. contra leges Iustiniani, sed tantùm possint ad comprobationem allegari ea ratione, quia Leo plenum non habuit Imperium, nec ex eius ætate, aut post receptæ fuerunt, absolutè dixit *Beruard. Scotan. In Exam. Iurid. Pandect. par. 1.* vbi tractatur de libris Iuris Ciuilis *pag. mihi* 12. & post *Borcholten de Pact. cap. 5. num. 70.* quem allegat *Hart. Pist. d. quæst. 2. nu. 14. in fine*, & disertissimis verbis, quod non solùm vim non habeant, præsenti tempore, sed nec ea ætate, qua æditæ fuerunt vim legis obtinuerint, affirmat *Cuiacc. lib. 17. obser. cap. 31.* ibi; *Nouellarum Constitutionum Leonis Sophi multa corrigant ex Iustiniano iure, quod sequimur, tantùm abest, vt aliqua sit apud nos auctoritas, vt nec ætate eius vnquam obtinuerint; nam quod nostris*
39 *hodie idem etiam sæpè Populi Romani Principibus eueniebat, vt quæ constituerant iudicio Populi non reciperentur*; dicit, tamen, paulò inferiùs, quod ex tot Constitutionibus Leonis, ea tantùm obtinuerunt, quæ his de rebus sunt, de quibus nihil est antè constitutum, & comprobat etiam *Cuiacc. Marcell. Marcian. d. cons. 35. num. 15. tom. 2.* vbi latissimè de materia per plures numeros.

Ex quibus apparet haud substineri posse limitationem traditam superiùs *num.* 24. vbi dictum fuit posse substineri pactum nostrum, dum Pater promittit æqualiter instituere filiam cum cæteris filiis; Ideoque, contra eam latè scripsit *Dec. in d. l. pactum quod dotali num 7. vers. 9. ampliatur, & cons. 184. per tot.* quem sequitur *Danth. de Testam. de mut. test. potest. numer. 101. vers. ampliatio quoque*, *Michal. de Fratr. par. 3. cap. 12. num. 20. & 21. Fusar. cons. 150. Bellou. Iun. cons. 22. Molin. de Iust. & Iur. disp. 579. num. 1. Rosent. de Feud. cap. 7. concl. 25. nu. 12. Gutier. de Iuram. Confirm. par. 1. cap. 59. nu. 1. Castill. quotid. contr. lib 5. cap. 150 num. 38.* licet de iure Hispano contrarium sit statutum, vt dicunt *Molin. Gutier. & Castill.* suprà adducti.

Quæ omnia, indistinctè, sunt accipienda, siue paciscens decedat testatus, siue intestatus, quicquid dictum sit *num.* 14. quia animaduertere oportet, nos
40 non esse, in casu, quod pactum sit initum inter duos paciscentes de hæreditate tertii cum eius voluntate, quia tunc militat consideratio præfata, & in his terminis loquuntur ferè omnes ex aduerso allegati, sed, in casu, quod pactum de ipsorummet paciscentium hæreditate fuit stipulatum, quo casu, cum conuentio à principio nulla dicatur, (non solùm, quia restringitur testandi facultas, sed etiam, quia, cùm hæreditates, iure publico, deferantur, pactis dari non possunt,) tractu temporis conualescere non poterit vulgatis iuribus, præcipuè, cum huiusmodi pacta nec naturalem
41 obligationem inducant, vt textus ait *in d. l. 15. C. de Pact.* ibi, *neque vllam obligationem contrahere*, vbi Doctores omnes, & nos etiam inferiùs aliquid dicemus.

Quod etiam meliùs ostendit *Vuessemb. cons. 75. nu. 6. circa fin. Fachin. contr. 101. num 2. lit. D*, vbi ait, quod, si hæreditatem patris filia vindicare potest, rectè obligationem tale pactum induceret contrà textum expressum, *Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 2. num. 34.* ibi, *cum huiusmodi pacta per se, nulla sint, neque etiam iuramento firmentur, quem quæso poterunt sortiri effectum?* & nouissimè, *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 162. num. 4.* post *Castren.* quem allegat, clariùs decidit nullatenus substineri posse pactum hoc, siue pater testatus, siue intestatus decedat.

Nec aliquod robur, siue firmitatem virtute iuramenti sibi acquirunt pacta nostra, licet nonnulli contrarium tenuerint, vt latiùs à me fuit ostensum in *cap.* 5. vbi multi ex Doctoribus ibidem allegatis, loquuntur
in terminis terminantibus pacti successorij initi in ta- 42
bulis matrimonij, quibus adijcio nunc *Fachin. controu. cap. 101. vers. mihi sententia lib. 2. Anton. Fab. de Error. Pragmat. decad. 14. err. 1. num. 6. & 7. Melch. Feb. dec. 102. num. 15. Croch. discept. 68. num. 8.* nec non *Gutier. de Iuram. cap 59. par. 1.* qui, licet pro contraria soleat allegari, nihilominus in fine capituli nostram sententiã non impugnat, sed dicit ab eo exarata, procedere iure Hispano, non verò, iure communi, quo, etiam, iuramento accedente, nulla sunt, & inualida.

Sicut nec, eo casu potest regula limitari, quando tota, sed quota, vel pars aliqua hæreditatis, aut quid certum promissum fuit, vt latissimè fuit ostensum in *cap. antecedenti*, ad quem me remitto.

Nec valet distinctio, quod vel successio, & hęreditas in ipsomet instrumento dotali, dote iam constituta, & assignata promittitur, & tunc pactum inutile sit per *tex. in d. l. pactum quod dotali*.

Aut, verò, pactum, seu promissio, in instrumento pariter dotali, sed pro dote, aut nomine dotis apponitur, & tũc pactum substineatur, fauore dotis, quamuis alias, fauore matrimonij redderetur inualidum per *tex. in l. hæreditas C. de Pact. Conuent. l. diui Constantini C. de natur. liber. l. si inter ff. de Pact. dotal.* quam distinctionem sequuntur, præ cæteris, *Fach. lib. 5. cap. 87. per tot.* & alij à me adducti *num.* 12.

Namque, si verum amamus, *text.* tàm in *d. l. Diui* 43
Constantini, quàm in *d. l. hæreditas, & l. si inter*, suprà allegati, nunquam feriunt casum nostrum, vbi tractatur de dote, in actu Constitutionis à Socero genero promissa, sed tantùm de dote loquuntur à muliere post eius obitum, vel viro, vel liberis relinquenda, vt obseruauit etiam, post hæc scripta, visus, *Val. Gulliel. Forster. de pact. cap. 6. vers. quod autem si non hæreditas in fine*; Hinc est, quod de vno casu ad alium inferri non potest vulgata *l. Papinianus ff. de Minor.*

Et in specie *tex. in d. l. hæreditas*, nil aliud disponit nisi quod, si, inter virum, & vxorem stipulatio intercesserit, quod, vno præmoriente, alter succedat, promissio inutilis sit, exceptis ijs, quæ pro dote sunt obligata, vt eiusdem textus verba apertè demonstrant ibi *Hæreditas extraneis testamento datur, cum igitur affirmes, dotali instrumento, pactum interpositum esse, vice testamenti, vt post mortem mulieris bona eius ad te per-*
tinerent, quæ dotis titulo, tibi non sunt obligata, intelligis, 44
nulla actione, te posse conuenire hæredes, seù successores eius, vt tibi restituantur quæ, nullo modo debentur.

Ratio verò differentiæ inter dotem, & reliquum hæreditatis, cur prima, nempè dos, possit etiam per pactum successorium transferri, non autem cætera bona, ea potest assignari, quia dos est quid certum, & ab hæreditate separatum, ita vt dotis promissio dici non possit promissio hæreditatis; Vnde valet, tanquam promissio rei particularis, vt vidimus &c. & benè, ad propositum, *Marcabr. cons. 6. num 40.* Et dato, quod diceretur, Imperator hac lege lata dotes hoc priuilegio honorauit.

Similiter, tam *tex. in d. l. Diui Constantini C. de natur. lib.* quam *tex. in d. l. si inter C. de Pact. dotal.* malè alle-

allegantur à *Fachin.* pro sua distinctione roboranda,
vt quando successio, pro dote, promittitur, pactum
non sit improbatum, eò quia nil aliud iubet *Imperat.*
in l. Diui Constantini, nisi, quod liberi, per subsequens
matrimonium legitimati pariter cum cæteris filiis
45 succedant; Et verba, *tàm ex testamento valentibus pa-*
tribus ex integro succedere, quàm ab intestato petere
hæreditatem paternam, pactis, quæ matrimonij tempore
super dotibus, vel antè nuptias donationis rebus subsecu-
ta fuerint etiam ad ipsorum personas pertinentibus, nil
aliud disponunt, (ni mea me fallit opinio) nisi quod,
si inter virum, & vxorem pactum iam esset interposi-
tum, quod dos, vel donatio propter nuptias morte
mulieris, vel mariti, ad filios perueniat ratum debeat
haberi etiam ad fauorem dictorum legitimatorum, vt
clarum est.

Ità pariter alter *tex. in l. si inter*, non tangit pun-
ctum, sed tantùm versatur circa pactum initum, inter
virum, & vxorem, de dote reddenda vni, vel pluribus
liberis interuenientibus, vt patet ex verbis *tex.* meritò
malè allegatur.

Sed malim Fachineum virum vndequaque doctissi-
mum potius obscuritatis quam ignorantiæ redargue-
46 re; Namque, si attentè considerentur verba finalia d.
controuersiæ apparebit, eundem intellexisse, non
quod pacta futuræ successionis, circa, dotem, & do-
nationem inter nuptias, valeant, inter socerum, & ge-
nerum, tempore constitutionis dotis; sed pacta inter
virum, & vxorem firma esse circa distractionem, &
promissionem dotis, per modum successionis in vita,
ibi, enim, postquam superiùs firmauerat pacta inter
virum, & vxorem, quod primogenitus succedat in hæ-
reditate vnius, vel alterius inita in contractu matri-
monii, inutilia esse, contrarijs respondet, & dicit, quod
leges, in contrarium allatæ, loquuntur circa dotem, &
donationes propter nuptias, quo casu, nemo negat
pacta valere, & licet non explicet claris verbis, tamen
intelligendum est, de dotibus, & donationibus propter
nuptias, à muliere in vita peractis, relinquendis, vt ti-
tulus controuersiæ suadet, & meliùs demonstrant ver-
ba, *pacta huiusmodi, circa dotem & donationes propter*
nuptias inter coniuges valere, & seruanda esse; ergo si
inter coniuges, non inter socerum, & generum.

Igitur in dubium reuocari non potest, quod indi-
stinctè, siue futura successio promittatur pro dote, si-
ue contemplatione matrimonij, pactum substineri nõ
posset, vt de communi testantes, firmarunt tot Do-
ctores, relati superiùs *num.* 26. & præcipuè *tex. in l. pa-*
ctum quod dotali, vbi Doctores & præcipuè *Bald. in* 2.
notabili, ibi: *Item nota, quod hæreditas viuentis non po-*
test in dotem dari, nec tota, nec quota, Petra de Fideic.
quæst. 4. *num.* 8. *vers. verùm tamen pag. mihi* 24. *à tergo*,
ibi, *etiam ex causa dotis hæreditatis portio dari non po-*
test. Aluar. Valasc. in prax. partit. cap. 20. *num.* 5. ibi, *hoc*
pactum non valet, etiam si concurrat fauor dotis &c. Ex
quibus apparet Doctores indistinctè fuisse loquutos,
imò, in specie non solùm fauore matrimonii, sed ex
causa dotis.

Quod meliùs comprobari poterit ex traditis per
Melch. Feb. dec. 102. *num.* 21. *Modestin. Pist. cons.* 51. *nu.*
2. *tom.* 2. *Cyriac. controu.* 88 *per tot.* vbi, in terminis ter-
minantibus per totam allegationem, & præcipuè *nu.*
11. *& seqq.* firmat promissionem propriæ hæreditatis
minimè subsistere, quamuis pro dote, & nomine dotis
facta fuerit; Atque ex deductis per *Riminald. Iun. cons.*
600. qui in terminis, consuluit non valere promissio-
nem factam à Socero genero pro dote filiæ etiam in
quota hæreditatis.

Imò si verùm est, quod causæ & causati idem est
iudicium, *Barbos. axiom. Iur.* 40. *lit. C, num.* 26. cum dos
47 propter matrimonium sit adinuenta, dici non potest,
pacta huiusmodi non valere propter causam, nempè
dotem, valere tamen fauore matrimonii, quod est
causarum.

Vnde est cauendum à *Censal. d.* §. 22. *num.* 17. quia
non falluntur Doctores ab eo in num. antecedenti al-
legati, sed ipse non benè examinauit vim legum de
materia loquentium.

Firmato igitur, quod pacta nostra inita inter pa-
trem, & filium, vel filiam, aut generum, indistinctè nul-
la sint, siue de tota, siue de quota aut parte aliqua hæ-
reditatis, vel bonorum agatur, nec firmari iuramento,
siue pater decedat testatus, siue intestatus, vel promit-
tatur dotis nomine, vel dote iam constituta fauore
matrimonii hæreditas, & etiam si æqualiter promis-
sum sit instituere filiam cum cęteris filiis, vt metho-
dum iam inceptam prosequamur, videndum rema-
net, quid sit firmandum, in casu, quod pacta futuræ
successionis inter virum, & vxorem, fauore dotis sint
stipulata.

Quod, vt meliùs intelligatur, præmittendum est,
quod pacta nostra, in contractu matrimonii, duplici-
ter à iugalibus fieri solent; nempè, vel ad fauorem ip-
sorummet paciscentium, vt v.g. vno præmoriente, al-
ter succedat, vel in gratiam filiorum nascitur0rum, vt
primogenitus succedat in hæreditate.

Primo casu, quando, inter sponsos, conuentum fuit,
vt vno præmoriente sinę liberis, alter succedat, pro in-
dubirato habeo, non valere, vno tantùm excepto casu, 48
nempè, quod inter sponsos, de hæreditate actum non
sit, sed solummodò de iis bonis pro dote obligatis, &
promissis; hoc, enim, casu, validum est pactum, vt alte-
ro ex coniugibus, sine filiis decedente, dos vadat alte-
ri, & nemo ex eis disponere poterit, vt fuit dictum *in*
Asculana dotis 24 *Martij* 1662. *coram bo: me: Verospio*
post tract. dec. 169. *num.* quod mihi probat claris lite-
ris *textus*, qui cauillari non potest, *in l. hæreditas, C. de*
pact. conuent. ibi, *Hæreditas extraneis testamento datur,*
cum igitur adfirmes dotali instrumento pactum interpo-
situm esse, vice testamenti, vt post mortem mulieris bo-
na eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo tibi non sunt
obligata, intelligis te nulla actione posse conuenire hære-
des, seù successores eius, vt tibi restituantur quæ, nullo
modo, debentur, quem sequuntur, præ cæteris, *Mantic.*
de Tacit. lib. 12. *tit.* 34. *num.* 1. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.*
7. *num.* 143. *Rosent. de Feud. cap.* 7. *concl.* 25. *lit. G*, plures
allegar, *Schiforder. ad Fabr. lib.* 1. *tract.* 29. *quæst.* 5. *Pa-*
schal. de Patr. pot par. 3. *cap.* 7. *nu.* 16. 17 *Marc. Salon. de*
Pac. cons 2. *num.* 43. *Hodiern. in l. hac edictali quæst.* 36.
num. 19. *C. de secund. Nupt.* omnes affirmantes nullius
esse momenti hæc pacta inter virum, & vxorem, quod 49
vno decedente, bona alterius ad superstitem perueni-
re debeant.

Et in fortioribus terminis, quod nullatenus substi-
neantur, etiam quod sint reciproca, contra aliquos re-
gulam limitantes, scripserunt *Cancer.* plures allegans
vbi supra nu. 5. *Petr. Pecch. de testam. coniug. lib.* 1. *cap.*
7. *nu.* 6. *& seqq Vasq. de success. creat. lib.* 2. §. 18. *nu.* 237.
Hart. Pist. d. lib 4. *quæst.* 2. *nu.* 17. *Anton Faber. de Error.*
Pragm. decad. 14. *error.* 1.

Nec obstat, quod aliqui contrarium voluerint,
nempè quod pacta, inter virum, & vxorem possint va-
lidè fieri, quando præcipuè sunt reciproca, vt *Petr. de*
Fideic. quæst. 4. *num.* 8. *vers. quartum exemplum pag. mi-*
bi 24. *Barry de success. lib.* 2. *tit.* 3. *num* 4. *in fine*, *Mart. in*
summ. success. leg. par. 4. *quæst.* 15. *art.* 2. *num.* 7. *Facchin.*
cons. 13. *num* 1 *lib.* 1. *Barbos. d. l. pactum quod dotali num.*
6 *in fine*, *Carol. Cald de success. per pact. par.* 2. *num.* 85.
Namque nonnulli ex ipsis loquuntur in loco, vbi adest
consuetudo faciendi huiusmodi pacta, & cæteri sunt
intelligendi secundùm distinctionem, de qua supra,
nempè, quod valeant circa dotem, & bona dotalia,

non

non verò quoad reliquum hæreditatis, vt conciliat pariter opiniones, *Berlinch. concl. Iur. par. 2. concl. 51. nu. 2. & Schiforderg. in loco supracit.*

Secundò vero casu, quando ad inuicem conuenerunt parentes, tempore matrimonij, vt primogenitus succederet, vel in aliqua parte hæreditatis, vel in ali-
50 qua re, puta Castro, Palatio &c. aliqui ex Doctoribus nostris valere pactum autumarunt, inter quos, *Menoch. cons. 92. num. 49. & cons. 1. n. 162. Guid. Pap. quæst. 267. & 505. Mantic. d. lib. 12. tit. 34. num. 16. & seqq.*
51 *Rosental. de Feud. concl. 25. lit. D, Mart. sum. success. leg. par 4 quæst. 25. art. 4. nu. 3. Cunon. de Pact. lib. 1. cap. 15. nu. 126* latissimè, *Petr. Gregor. Tholos. Sintagm. Iur. vniuers. lib. 41 cap. 7.*

Sed meliùs, quod hæc pacta, in capitulis matrimonialibus, ad fauorem primogeniti non valeant, fuit opinio *Dec cons. 225. num. 4 vers. & pro clariori, Barry de success. lib. 2. tit. 3. num. 1. vers. item extenditur, vt non valeat, Donad. de Renunc. cap. 2. num. 33.* & aliorum ibidem allegatorum; Ideoque nulla esse, quando stipulatio fuit interposita, vt qui primogenitus foret, ex eo matrimonio, is integram coniugum hæreditatem, aut aliquam eius partem reciperet, firmarunt Doctores relati per *Gutierez*, cum quibus ipse etiam pertransit *de Iuram. cap. 59. num. 3. vers. ex quibus*, & ad partes, articulo disputato, reiectisque contrariis *Tira-*
55 *quell. de Iur. primog. quæst. 6. per tot.* vbi *num. 22.* plures affert concordantes, *Fachin. contr. Iur. cap. 87. per tot. lib. 5. Grat. cons. 25. lib. 1. per tot. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. nu. 15. Donad. vbi supra d. cap. 2. nu. 33.*

Quæ, quidem, ego existimo accipienda esse cum distinctione superiùs tradita, nempè, quod non valeant, quando promissa sunt bona propria viri, & mulieris, non autem, vbi pactum esset interpositum de dotibus, & donationibus propter nuptias, tunc, enim, fauore dotis, conuentiones prædictæ minimè posse confirmari, semper arbitratus fui, quod mihi probat *tex. in l. Diui Constantini C. de Natur. liber.* vbi Imperator, postquam æquiparauit filios legitimos, & natu-
53 rales, cæteris per subsequens matrimonium legitimatis, hos pariter ad successionem cum illis inuitat, *tam ex testamento volentibus patribus, ex integro succedere, quàm ab intestato petere hæreditatem paternam pactis, quæ, matrimonij tempore, super dotibus, vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint*, præsupponit, igitur, ibi textus, quod fauore dotis, & matrimonii, possit dos, vel propter nuptias donatio, etiam per pacta successoria in filios transferri, licet, quoad alia bona, inualida sint, & nullius momenti.

Sicut pariter firma manerent, quando certa bona, non per viam successionis, sed per modum contractus, inter viuos in alios transferrentur, vt distinguit
54 *Dec. d. cons. 225. num. 4 circa medium, Cunon. de pact. d. cap. 15. num. 126.*

CAPVT VIII.

Piæ causæ fauore, sintnè valida Pacta futuræ successionis. Afferuntur ex vtraque parte Doctores, & argumenta; Et negatiua, vti communior recipitur; vbi plura, de solemnitatibus requisitis in testamento ad pias causas, ac in testamento Militis.

SVMMARIVM.

1 *Valet argumentum de dote, ad piam causam. & è contra.*
2 *Fauor filiorum est pariter habendus in consideratione ac piæ causæ.*
3 *Magis est attendendus fauor filiorum, quam piæ causæ.*
4 *Pactum futuræ successionis sustinetur inter milites.*
5 *Ecclesia non potest inire pacta reciproca, quia nunquam moritur.*
6 *Doctores, qui negant, valere pacta successoria, fauore piæ causæ.*
7 *Doctores qui tenent valere pacta nostra fauore piæ causæ.*
8 *Fauor piæ causæ maior est, quam Militiæ.*
9 *Sicut Miles potest inire pacta futuræ successionis, ita & pia causa.*
10 *Milites non tenentur seruare in vltima voluntate solemnitates iuris Ciuilis.*
11 *Testamentum ad pias causas nullam requirit, de iure ciuili, solemnitatem.*
12 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet fauore piæ causæ.*
13 *Fauor filiorum est præcipuus quam piæ causæ, quando agitur de legitima filiorum tantum, non de alijs bonis.*
14 *Promittens piæ causæ videtur Deo promittere.*
15 *In dubio, pro pia causa est iudicandum.*
16 *Leges magis fauent Militibus, quam causis Pijs.*
17 *In testamento ad piam causam non sunt remissæ solemnitates de iure gentium introductæ.*
18 *Ad hoc vt valeat dispositio ad piam causam debet plenè constare de voluntate disponentis.*
19 *Testamentum Militis valet, nulla adhibita solemnitate, vel testibus.*
20 *Militibus in actu præliandi, datur, vt testentur, in vagina, puluere, Clipeo &c. loco papirij & tabulæ.*
21 *Quare in testamento Militis nulla solemnitas requiratur.*
25 *Milites arma potiùs, quam leges scire dicuntur.*
23 *Militibus datum fuit, vt possint testari, eo modo quo libet, quia multis periculis se supponunt, & non possunt cogitare ad leges Ciuiles de testamentis loquentes.*
24 *Donatio omnium bonorum non improbatur per se, sed quia aufert testandi facultatem.*
25 *A diuersis non fit illatio.*
26 *Fauor filij est anteponendus piæ causæ, etiam si non sit sermo de legitima, sed de alijs bonis.*
27 *Si de quo magis videbatur inesse, & non inest, ergo & de quo minus.*
28 *Fauore piæ causæ ea non sunt admittenda, quæ bonis moribus aduersantur.*
29 *Ecclesia debet esse Iustitiæ cultrix, & non iniquitatis.*
30 *Specialia multiplicanda non sunt.*
31 *In materia vltimæ voluntatis, quando pia causa expressè non est priuilegiata non attenditur.*
32 *Dispositio dicitur pia, quando expressè respicit opus pium, non verò quando pia causa non trahit tanquam priuatus.*
33 *Pia causa non habetur in consideratione, quando directè non est instituta, sed sub conditione quæ potest esse, & non esse.*
34 *Trebellianica non detrahitur de fideicommisso ad piam causam.*
35 *Detrahitur tamen, quando pia causa est instituta sub conditione.*

IN iure est notum, piam causam, & dotem æquiparari, & ab vna ad aliam rectè argumentum desumi, *Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de donat. Euerard. in sua Topic.* 1
in loco à dote ad piam causam, Gratian. discept. for. cap. 700. num. 11. Surd. dec. 298. num. 9. cum alijs latissimè cumu-

cumulatis per *Rub.resol.Pract.de testam.cap.23.n.130.*
& Fenzon.ad stat.Vrb.cap.122.nu.27.
Et propterea, cum in præcedenti capitulo proba-
tum sit, pacta successoria inutilia esse in tabulis nu-
ptialibus, fauore dotis, vel matrimonij, euidentissima
consequentia resultare videtur, quod pariter inutilia
sint censenda fauore piæ causæ.
Vlteriùs certum est, quod fauor filiorum pariter
est habendus in consideratione ac piæ causæ, vt tra-
2 dunt, præ cæteris, *Facbin. controu. par.1.lib.4.cap 3.in*
tertio dubio, Mart.summ.succ.leg. quæst.8. art.1. num 3.
Ramon.cons.95.num.46.Laym.Theol.moral.tom.1.lib.3.
sect.5.tract.5.cap.2.num.11.Merlin.de Legit.lib.5.tit.2.
quæst.3.num.4.Rub.resol.pract.de testam.cap.21.n.105.
Merlin.Pignattell.Cent.2.cap.5.num.6. Altograd.cons.
65.num.5.lib.2.Capyc.Latr.cons 93.nu.36.to.2.Fontanel.
dec.51.num.7.to.1.& de Pact.Nuptial.claus.5.gloss.8.
par.2.num.21.22.
Imò magis filiorum fauor est attendendus, quàm
3 fauor piæ causæ, iuxtà illud *Augustin.in cap. fin. quæst.*
4 quem refert *gloss.in l. si quis ad declinandum, C. de*
Episc. & Cleric. & plures circà hoc, adducit concor-
dantes, *Fontanell.de Pact.Nupt.claus.5. gloss.8.par.12.*
nu.17.circa finem, quibus addo *Merlin. Pignatell. cent.*
2.cap.5.num.2.
Sed sic est, quod pactum nostrum, minimè, fauore
filiorum substineri potest, vt inferiùs ostendetur, meri-
tò, & minùs piæ causæ.
Nec releuat dicere, quod hoc pactum substinetur
4 inter milites, per *tex.in l.licet, C.de Pact.* ergo pariter
fauore piæ causæ; Namque faciliter respondetur, quod
pactum inter milites tantum valet, quando est reci-
procum, sed veritas suadet, quod in casu, quod pa-
ctum fiat, ad fauorem piæ causæ, non potest fieri reci-
proca successionis conuentio, quia Ecclesia numquam
moritur, *Bartolom.Muscul.de success. conuent. & anom.*
5 *membr.1. concl.3. lit.M, num.69. Gulielm. de Benedict.*
in cap.Raynutius verb. duas habens filias, num.26.in fine
ergo &c.
Quapropter hanc opinionem, quod pacta nostra
minimè valere possint, fauore Ecclesiæ, & piæ causæ
6 constanter defendunt, *Socin.add. l. pactum quod dotali,*
nu.3. in fine, Dec.nu 7.& num fin.vers.quinto fallit, Al-
ciat.l.licet 19.C.de pact.num.25. Angel. cons.179.nu.5.
circa medium, Roman.d.l.fin.num 67.& seqq. quem se-
quitur, *Vitalin.de Cambar. in tract. de claus. verbo Re-*
nunciatio successionum futurarum num.30.& 31. pag.
mihi 552.Tiraquell.de Priuil.pia caus. priuil. 105. vers.
contrarium vsque ad finem, & de Iur. primog. quæst. 6.
num.16.Menoch.cons.92.numer.11. Hartm.Pist.d.lib.4.
quæst.2.num.43.Petr.Gregor.lib.41.cap.5.num.7. quem
sequitur, *Barry de success. lib.2. tit.3. num.4. circa med.*
Mart.summ.success.leg.par.4.quæst.25. art.1. num.6. &
7.Gratia.discept.for.cap.692.num.57. Barbos.d.l.pactum
quod dotali numer 6. Donad. de Renunc. cap. 2. num.26.
Prat.Discept.for.cap.47.num.19.tom.2. Muscul. vbi su-
pra num.69.Schrader.cons.19.num.18.Gædd.de contrah.
& committ.stipul.cap.6.concl.7.num 87. in fine, latissi-
mè *Vuessemb.ad l.15.C.de Pact.nu.11.Martin.Monter.*
à Cuen.ad l.19.C.de Pact.num.6.Gomez.ad ll.Taur.22.
num.21.
Contrariam, tamen, sententiam, quod pacta futuræ
7 successionis valeant, fauore piæ causæ tuentur quam-
plurimi, quorum antesignanus est, *Bald.ad d.l. fin. C.de*
Pact.num.17. quem sequitur *Socin. Sen. cons. 49. col.2.*
vol.4.Calcan.cons.13.num.4.in fine, Alex. cons.152. nu.
14.lib.6.Euerard.in Topic.argum.à milite ad Ecclesiam
num.4. Duenn.reg.152.num.4.tom.2.Marcabr.cons.6.nu.
*12.*cum alijs cumulatis per *Tiraquell. de Priuil. Piæ*
causæ priuil.105.in princ. Nauarr. in comment.1. de re-
gul. numer.27. & hanc opinionem amplectitur etiam
Gulielm.de Bened.d.cap.Raynutius, verbo duas habens fi-
lias num.212.Capreol.de success. ab intest. quem allegat
Barry de success.lib.2.tit.3.nu.4.post med. Fusar. de sub-
stit.quæst.308.num.45, cum alijs, plena manu, adductis
per *Sanch.in decal.lib.7. cap.2. num.51. per tot. Censal.*
in obseru.ad Pereg. art. 51. vers. quintò intelligitur pag.
mihi 526.Iul.Capon.de Pact.quæst.37.nu.7.& seqq.
Mouentur autem ex eo, quia maior piæ causæ fa-
uor est, quàm militiæ, vt allegato *Iason, l. licet num.6.* 8
& 7.C.de Pact. tenent *Sanch.vbi supra num. 51. Capon.*
vbi supra, num.8. Sed sic est, quod Militibus datum est,
vt possint validè contrahere, de successione futura,
vulgatus *textus in d.l.licet*, ergo & piæ causæ, & hoc
argumento, præ cæteris, vtuntur *Bartol. d.l.fin.num.17.* 9
Sanch. vbi supra num. 51. & Gulielm. de Bened. num.
206.
Quod etiam confirmatur, ea ratione, quia, ideò va-
let fauore Militum, quia Milites non tenentur seruare
in vltima voluntate solemnitates iuris Ciuilis, *l.1.cum*
ibi notatis ff.de testam l.milites, C.de testam. milit. cum 10
similibus, *Sanch.vbi supra num.50.Capon, d.loco num.8.*
Eadem prorsus ratio militat in dispositione ad pias
causas, quippè ad eius valorem non exigitur solemni-
tas aliqua, iure ciuili inducta, sed sola iuris gentium, &
Canonica, vt est *tex.in cap.relatum de testam.* vbi scri-
bentes omnes, & optimè relatis plusquàm 100. Do-
ctoribus firmat *Rub. de testam. cap.1. num.33. & seqq.* 11
ergo rectè infertur, quod eadem pariter iuris disposi-
tio, sit in pia causa, ac in milite, ex vulgatis.
Et eò magis caret dubitatione præfata conclusio
quia, apud nostros, est approbata sententia, quod fa-
uore piæ causæ, valet donatio omnium bonorum præ-
sentium & futurorum, quamuis, alias, quia liberam fa-
cultatem testandi impedit, prohibita sit, *Bart. d.l.fin.* 12
col.pen. quem sequuntur alij relati à *Dec.ad d.l. fin. nu.*
31.Gulielm.de Bened.d. cap. Raynutius num. 206. vers.
videmus.
Neque in contrarium facit, quod causa filiorum sit
præcipua, & magis fauorabilis, quam causa pia. Re-
spondetur enim id verum esse quoad legitimam filio-
rum, quæ tanquam naturaliter debita, præfertur om-
nibus alijs causis priuilegiatis, vt alijs congestis, pro-
bat *Rub.vbi supra num.108.* Non verò, quando salua 13
legitima, Ecclesia est instituta, *Pignatell.viden.d.cent.*
2. cap.5. num.12. quæ conclusio communis est penès
omnes Doctores, vt videre quilibet potest apud *Ro-*
tam coram Buratt.dec.471.num.2.Rub. d. cap.21. num.
106.Altograd.cons.65. nu.67. Capyc. Latro consult. 93.
nu.37.tom.2.Camill.de Larath. cons.70. num.45. Capyc.
Latr.dec.140.num.8.
Videtur autem fundari sententia præfata in hoc,
quia promittens aliquid ad fauorem piæ causæ, vide-
tur Deo, qui vbique est præsenti, & acceptanti pro-
mittere, *Abb.in proem.decret.in 2.parte in princ.Tira-* 14
quell.in tract.pia causa Priuil. 115. per tot. Mascard. de
Probat.concl.347.nu.93.Surd.de Alim. tit.8. priuil.73.
num.5.vers.fauore pia causa, Ludouic. dec. Perus.29. nu.
12.Mantic.de tacit.& ambig.lib.13.cap.7. nu.15. Gra-
tian.discept.for.cap.358. num. 34. Sanleg. quæst. benef.
cap.83.num.10.tom 1. cum alijs ibidem cumulatis; er-
go, quanto magis, obseruanda sunt, quæ Deo promit-
tuntur, quam, quæ hominibus, eò minùs fauorabilis
erit censenda causa liberorum, quàm piæ causæ?
Et in omnem casum, ab hac opinione nunquam re-
cedendum esse videtur, quia, quando sumus in dubio,
semper pro pia causa iudicandum est, *Tiraqu.de Priu.* 15
piæ caus priuil.148.Fenzon.ad stat.Vrb. cap.122.nu.25.
Sanleg.qu.benef.cap.90.n.4.& 5.to.1.Fontanell.de pact.
Nupt.claus.5 gloss.8.par.12.num.27.& 28.
Mihi, verò, verior videtur, his non obstantibus, pri-
ma opinio.

Moueor

Moueor autem, ex eo, quia argumentum funda-
mentale partis aduersæ,in eo consistens, quod, quia,
fanore militis,pactum nostrum substinetur,debet etiã
censeri validum pro pia causa,cum vna, & eadem ra-
tio sit militiæ, & piæ causæ, vacillat, ni fallor, vtpotè
innitens falso supposito; non enim potest admitti,
16 quod eadem sint concessa militibus, & piæ causæ pri-
uilegia,vt per sectatores contrariæ opinionis, suppo-
situm fuit;sed potiùs fateri oportet, quod magis fa-
ueant leges, præcipuè in materia vltimarum volunta-
tum illis,quàm huic;Hinc videmus quod licet solem-
17 nitates iuris Ciuilis fuerint remissæ, in testamento
condito,ad pias causas, non tamen remissæ censentur
eæ, quæ ex iure gentinm prouenerunt; Vnde saltem
duo, vel tres testes in huiusmodi dispositionibus pijs
requiruntur,ad hoc vt nè efficiantur inualidæ; Et de-
bet etiam constare semper plenè de voluntate,ad hoc
18 vt substineantur,vt latissimè, *Donat. Anton. de Marin.*
resol.cap. 224.nu.8.lib.2.Rot.dec.96.par.8. rec. & quod
dispositio ad piam causam debeat esse omninò per-
fecta,ad hoc,vt haberi possit in consideratione tradit
optimè *Rot. in Romana Hæreditatis 14. Ianuarij* 1661.
§.posset enim coram bo:me. Verospio post tract. dec.186.
Quod, quidem, opus non est, vt obseruetur in testa-
mento Militis, qui sine testibus, vel alijs solemnitati-
19 bus etiam iure gentium requisitis testari valet, *tex.*
expressus *in §.quoquo modo Instit.de Milit.test.* vbi op-
timè *Arnold. Vinn.nu.4. & Ottoman.vers.quoquo enim*
modo,latissimè *Donat. Anton.de Marin.in alleg. diuers.*
cap.67.lib.3.Tondut.quæst.Ciuil.par.2.cap.137.Rot.dec.
150.par.12.rec.Osuald.ad Donell.lib.6. cap.18. circa fi-
nem,vbi disertis verbis,habetur, quod nulli testes, ad
formam,& solemnitatem necessarij sunt,in testamen-
to militis,nisi ad probationem,ob id, vbi nulla potest
cadere falsitatis suspicio,sola scriptura,sine vllis testi-
bus vim testamenti sibi assumit: Imò,in hoc, milites
talibus priuilegijs fruuntur, vt quando reperiuntur in
procinctu præliandi,vt superiùs dixi,vagina,clypeus,
puluis, humus, chartæ, vel tabulæ loco esse possunt,
20 necnon notæ pro literis Sanguis pro atramento, pro
stylo,aut calamo,Ensis,vel hasta,sic ait pulcherrimus
*tex.in l.Miles.5.C.de testam.milit.*ibi,*si quid in vagina,*
aut clypeo, literis sanguine suo rutilantibus adnotaue-
rint, aut in puluere scripserint gladio, sub ipso tempore,
quo in periculo vitæ sortem derelinquunt huiusmodi vo-
luntatem stabilem esse oportere &c. qui tex. optimè
exornatur à *Vinn. d.tit. de Milit.test.in princ.nu 4.*

Sicuti pariter verum non est, (quicquid, pro con-
fesso,admittant contrarij) quod valeat fauore Militis
testamentum imperfectum, quia illis sunt remissæ so-
lemnitates iuris Ciuilis,vt post *Camban. in tract. clausf.*
21 *verbo renunciatio futuræ successionis num.31.* optimè
ponderat,*Arnold.d.tit.de Milit test.vers.neque aliam.*
Porrò autem non in eo dumtaxat, ait, *consistit priuile-*
gium militum, quod testamenta eorum non sint adstricta
legibus, quæ ad externas illas solemnitates, numerum,
rogationem, subscriptionem, obsignationem testium per-
tinent,sed in cæteris etiam partibus, siue illæ ad constru-
ctionem testamentorum pertineant, siue ad infirmatio-
nem &c. Sed tot, tantisque priuilegiis vtuntur in mi-
litia degentes propter eorum imperitiam, vel saltem
22 à lege præsumptam,cum milites dicantur arma, ma-
gis,quàm leges scire,*tex.*apertus *in princ. tit. Instit. de*
*Milit.testam.*vbi *Ottoman verb.propter nimiam imperi-*
tiam, & latiùs *Vinn. & Picchard.Alciat.l.licet, C. de*
*Pact.num.25.*optimè *adden.ad Clar.lib.3.§. testamen-*
tum quæst.15.num.22.& 23. omnium latissimè, & do-
ctissimè *Vuessemb.ad l.19.C.de Pact.num.11.* ibi; *non,*
enim,fauore Militiæ hoc in militibus placuit,sed propter
occupationes militares, quibus sæpè implicati testamen-
torum solemnitates adhibere non possunt, & quia iura
ignorant &c. vltra *Merend.controu.lib.5.cap.8.num.17.*
Osuald.ad Donell.lib.6. cap.28. lit. A, Et ob periculum
manifestum,cui se subiiciunt,dum in expeditionibus,
& Castris sunt:quo tempore,armorum cogitatio, di-
scrimen propriæ vitæ, & se se tuendi necessitas, om-
nem aliam cogitationem admittunt, quàm legis in
qua tradita est forma testandi,*Hottoman.vbi sup.verb.*
propter nimiam circa finem, quem sequitur *Osuald. ad* 23
Donell.d.lib.6.cap.28.lit.A, Picchard. ad princ. tit. de
Milit.testam.num.8.9.Arnold.Vinn.num.1.antè primum
versum.

Cum igitur,hæc ratio specialis imperitiæ,& mortis
suspicionis,quæ vindicat sibi locum in milite,non mi-
litet in pia causa, eiusdem legis dispositio in conside-
ratione haberi non poterit, vt argumentatur, *Vital.*
de Camban. in d.tract. verbo renunciatio futuræ succes-
sionis num.31.& Alciat.in l.licet 19.C.de Pact.num.26.
& 27.

Ad illationem desumptam, ex donatione omnium
bonorum, quod substineatur, fauore piæ causæ, licèt
alias sit inualida,quia tollit facultatem testandi,egre-
giè respondet,*Pist.d.lib.4.quæst.2.nu 43.vers. nec quic-*
quam;quod præter quam quod id satis controuersum
est,vt patet ex traditis per *Bolognet.in d.l.stipulatio hoc*
*modo num.*144. & inferiùs videbimus *lib. 3.* Donatio 24
omnium bonorum per se non improbatur, sed eate-
nus tantùm, quatenus facultatem testandi, licet non
directè,saltem per indirectum aufert; Pacta, verò, de
successione iuris auctoritate planè sunt improbata,
non igitur, de huiusmodi pactis ad donationem illa-
tio fieri valet,tanquam à diuersis, vulgata *l. Papinia-* 25
nus ff.de Minor.

Nec vis aliqua fieri potest super eo, quod fauor fi-
liorum non sit præferendus piæ causæ, præcipuè in
quantitate excedente legitimam; Namque verior est
opinio, quod indistinctè siue loquamur de legitima,
siue de alia parte hæreditatis, fauor filii est antepo-
nendus,& in concursu piæ causæ anteire debet,vt op-
timè discurrunt, *Dec.in l. licet 19. num.5.in fine C. de* 26
Pact.& testantur *Alciat. d.l. licet circa finem num.28.*
vbi etiam *Vuessemb.num.12.* & testantur de communi
opinione *Ramon.consf.45.num.46.* & omninò videndus
Mart.summ.success.leg.par.4.qu.8. art.5. nu.4. & seqq. 27
Merlin.Pignatell.cent.2.contr.5. nu.22. Rub. d.cap.21.
de testam.à num.110.vsque ad 130.

Et quamquam promittens pro pia causa videatur
Deo promittere,non ideò potest inferri ad casum no-
strum, vtpotè qui est expresè prohibitus à lege, tan-
quam contrà bonos mores, & regula stat pro nobis,
quod piæ causæ fauore,ea non sunt admittenda, quæ 28
bonis moribus aduersantur, cum Ecclesia cultrix sit
Iustitiæ non iniquitatis ad latè tradita per *Rub.vbi su-*
prà cap.50. num. 58. Vltra quàm quod piæ causæ fa-
uendum non est contrà expressas iuris regulas *cap.ex* 29
tenore vers.nos attendentes de for.compet. Mart. summ.
success.leg.par.4.qu.8.art.3.num.11.& 12. Rub. de Test.
cap.54.num.246.

Non enim priuilegia, & specialia multiplicanda
sunt,vt in proposito,firmat *Merlin. Pignatell. cent.2.* 30
controu.cap.5.num.3. & num.17. & præcipuè in mate-
ria piæ causæ in qua versamur, vbi quando sumus in
specie vltimarum voluntatum, nec expresè reperitur 31
priuilegiata, semper contrà illam est facienda inter-
pretatio latissimè videndus *Mart.d.par.4.quæst.8. art.*
3.num.14.

Est tamen,indubitatum, quod tunc procedunt, su-
prà, de dispositione ad piam causam, allata, quando
versamur in dispositione, quæ verè sit pia, idest, quod 32
sit ad opera Pietatis directa. Si verò facta sit disposi-
tio cum Ecclesia, vel pio loco, tanquam cum priuata
persona,tunc, causa pia non est in consideratione ha-
benda,

benda, neque priuilegia, quæ competunt piæ causæ, militant in hisce dispositionibus, vt per *Cancer. var. lib. 2. cap. 1. n. 117. Cæsar. Manent. dec. 6. per tot.* quam refert & sequitur *Rot. in Romana Census 17. Martij* 1664. *§. non subsistit coram R. P. D Beualaqua post tract. decis. 43. confirmata 2. Maij 1665. coram R. P. D. Bourlemont §. quia cessat, pariter post tract. decis. 60. num.*

Et similiter pia causa non habetur in consideratione, quando non est directè instituta pia causa sed, sub
33 conditione, vt, E. g. est in iure indubitatum, quod ex fideicommisso vniuersali restituendo piæ causæ, non detrahitur trebellianica, vt latè *Tiraquell. de priuil. pia*
34 *causa priuil. 27. Crass. in §. trebellianica par. 6. vers. contrariam partem*, latissimè *Viu. dec. 419. nu. 10.* cum alijs allatis à *Rot. in Mediolanen Bonorum 27. Aprilis 1668. coram Eminentiss. D. Cardinali Carpineo, §. sed maior post tract. decis. 76.*

Nihilominùs, si fuerit conditionaliter instituta pia
35 causa, ità vt possit conditio existere, & non existere, trebellianica detrahitur, vt per *Soccin. Sen. cons. 144. nu. 7. Roman. cons. 206. in fin. Castren. cons. 321. n. 2. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 30. nu. 65.* quos sequitur *Rot. in d. Mediolanen Bonorum post tract. dec. 76. num....*

CAPVT IX.

Pacta futuræ successionis, an valeant fauore Militiæ, qua occasione multa afferuntur circa priuilegia militibus competentia, quoad testamenti factionem. Quæritur, an priuilegia militis competant illis, qui non sunt in expeditione. Et an eadem priuilegia extendantur ad milites nostri temporis, ac ad Doctores & Aduocatos.

SVMMARIVM.

1 *Pacta futuræ successionis valent inter milites.*
2 *Valent, quia eorum pacta successoria sonant in testamentum.*
3 *Et interpretantur, vt testamentum, quia milites nesciunt verum sensum verborum proferre.*
4 *Pactum hoc inter milites assumit naturam testamenti, & potest quandocumque reuocari.*
5 *Succedens, eo casu, dicitur succedere ex testamento, & tenetur ad debita.*
6 *Hoc pactum, inter milites est propriè testamentum.*
7 *Sed, quod non sit propriè testamentum, sed voluntas innominata.*
8 *De modo non curamus, dummodò habeamus effectũ.*
9 *Hoc pactum inter milites valet, tanquàm testamentum, non verò tanquàm donatio, causa mortis.*
10 *Quando in dispositione facta est mentio mortis, dicitur donatio causa mortis.*
11 *Et aliquando donatio inter viuos.*
12 *Donatio causa mortis, potiùs accedit ad contractum, quam ad vltimam voluntatem.*
13 *In donatione causa mortis, requiruntur quinq; testes.*
14 *In donatione causa mortis debet interuenire obligatio, vel traditio.*
15 *Si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest.*
16 *Valet inter milites hoc pactum, licet non sit reciprocum.*
17 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
18 *Sufficit, vt promittẽs sit miles, licet alter sit paganus.*
19 *Militia vel est Palatina, vel Aulica, vel est Armata.*
20 *Pacta futuræ successionis valent tantum inter milites armata militia.*
21 *Item restringitur ad milites actualiter bella gerẽtes.*
22 *Pacta nostra, inter milites valent, quando sunt in actu præliandi, non verò si sunt in Castris, absque eo, quod actu pugnent.*
23 *Contrà, quod sufficiat, vt sint in Castris.*
24 *Priuilegia militaria competunt etiam militibus existentibus ad custodiam Principis.*
25 *Competunt etiã militibus veteranis à bello dimissis.*
26 *Sed intelligitur de priuilegijs ob personam, non verò de ipsis ob periculum imminens mortis.*
27 *Valent pacta extrà militiam, dummodò ratificentur in militia.*
28 *Dummodò ratificentur in expeditione, vel in actu præliandi, non verò in proprijs domibus.*
29 *Si verò miles existat extra Castra animo curandi infirmitatem, & habeat animum redeundi, potest vti militaribus priuilegijs.*
30 *Milites nostri temporis non gaudent priuilegijs militum.*
31 *Contrà quod gaudeant priuilegijs militum, est magis verum.*
32 *Ratio, ob quam olim fuerunt concessa militibus priuilegia, etiam nunc viget.*
33 *Priuilegia, quæ competunt militibus, Doctoribus, & Aduocatis competunt.*
34 *Scholaribus competunt priuilegia Doctorum.*
35 *Valet argumentum à milite ad Scholarem.*
36 *Miles non potest carcerari, & habet priuilegium, deducto nè egeat.*
37 *Doctor non potest carcerari pro debito Ciuili.*
38 *Doctor non potest carcerari, etiam, stante statuto, vt omnes carcerentur reiecto quocumque priuilegio, quia non intelligitur de priuilegio clauso in corpore iuris.*
39 *Milites torqueri non possunt.*
40 *Doctor non torquetur.*
41 *Statutum mandans, quod Doctor torqueri possit non valet.*
42 *Ex consuetudine Doctores & milites torquentur.*
43 *Militaris disciplina potest exerceri diebus festiuis.*
44 *Ita etiam legalis disciplina.*
45 *Doctores non possunt inire pacta futuræ successionis valida licet habeant priuilegia militis.*
46 *Quia in Doctoribus, cessat causa, in militibus considerata.*

IN præcedenti *Capite*, suppositum fuit, pacta futuræ successionis acquirendę valere fauore militum, & hoc quidem, iure merito, namq; à nullo reuocatur in dubium, quin substineantur inter milites, vt probat, disertis verbis *tex.* expressus *in l. licet inter priuatos 19. C.* 1
pact. vbi Doctores omnes, & præcipuè *Bald. n. 1. Bartol. in princ.* vbi etiam *Angel. de Perus. Salicet. Roman. Paul. de Castr. Dec. & Alciat. Vital. del Camban. in tract. claus. verbo renunciatio successionum futurarũ nu. 30. pag. mihi 552. Euerard. in Top. argumentorum à Milite ad Ecclesiã vers. 5. istud; Dec. cons. 578. nu. 5. Alex. cons. 28. n. 5. lib. 3. Menoch. cons. 1. nu. 151. & cons. 923. nu. 12. Iul. Ferrett. de Fid. seruan. n. 40. pag. mihi 507. Mencac. de success. creat. lib. 2. §. 18. requis. 29. lim. 1. num. 233. circa finem, Vrceol. consult. for. cap. 98. nu. 64. Franc. Conn. com. Iur. ciu. lib. 5. cap. 5. n. 8. Randen. de Anal. lib. 1. cap. 25. nu. 19. Hunn. de pact. cap. 5. quæst. 4. vers. ac quid, Monter. à Cueu. d. l. licet num. 1. & seqq. Petr. de fideic. quæst. 4. num. 8. pag. 22. in princ. Peregr. eod. tract. art. 51. nu. 33. Borell. summ. decis. tit. 10. numer. 369. Dauth. de Testam. de mutand. testam. potest, num. 85. vers. vt proindè Sanch. in decal. lib. 7. cap.*

2.numer.45. Donell. ad l.19.per tot. C.de Pact. Fuſar.de ſubſtit.quaeſt.308.numer.42. Cancer.var. lib.3.cap.7. de pact.num.147.Gomez ad ll.Tauri 22. num.18. Barry de ſucceſſ lib.2.tit.3.num.4.circa medium, Barboſ.d.l.pactū quod dotali 15.C.de Pact.num.6.& l.licet 19. num.5. C. eodem Muſcul.de ſucceſſ Conuent.& anomal. lit. G, nu. 68.Gaida.de contrah.& committ. ſtipul. cap.6. concl.7. num.86.Vueſſembecc.ad d.l.licet 19.C.de pact. nu.1. & ſeqq.Petr.Gilken.pariter ibidem, vbi etiam nouiſſimè *Chriſtoph.Ruther.Hart.Piſt.ſæpè cit.lib.4 quaeſt.2. n.36. Carpzou.defin.for.par.2.conſt.35.defin.20.nu.2. & diſp. de pact.confratern.Saxon.cap.3.§.42.nu.74 Iul.Capon. de pact.quaeſt.37.nu.2.Vulken Luennel. in exercit. Inſtit.diſp.17.num.127.*

Ratio vero, cur valeat pactum ſucceſſionis futuræ
2 inter milites, non verò inter priuatas perſonas ea eſt, quia, vigore diſpoſitionum Imperatorum Diocletiani, & Maximiani *in d. l. licet C. de pact.* verba in huiuſmodi conuentionibus prolata à Militibus, ità interpretantur, vt ſonent in teſtamentum, non verò, in pactum, quod quidem in milite eſt ſpeciale ait *Bald. d. l. licet num.2.Franc.Connan.comm.Iur.lib.5. cap.5. num. 8.Hugo Donell.ad l.19.C.de pact.num.2.*

Quia pactum interpretatur eſſe teſtamentum propter ſimplicitatem militum, qui neſciuot verba pro-
3 pria, & à iuribus aſſignata proferre *Salicet. ibidem nu. 3.Roman.num.8.* ibi, *Nam cùm non dent operam literis toleratur in eis literarum imperitia & defectus*, & melius idem *Bald.l.fin.C.eodem*, vbi ait; *pactum de futura ſucceſſione non valet nec in milite, nec in Pagano, ſed fauore militum pactum diſgreditur ad ſpeciem vltimæ voluntatis, in pagano verò non valet vllo modo*, quem ſequitur, *Bartol.d.l.licet in princ. Sanch. in decal. lib.7. cap.2.nu.45.Petr.de Fidere. d. pag.22. in princ. Hartm. Piſt. d. lib.4. quaeſt.2. numer.36. Barboſ. d. l. licet C. de pact.num.37. Carpzou. Iuriſpr. for. par. 2. conſt.35. defin.20. n.6.& 7. Muſcul.vbi ſupra n.68.verſ.hoc tamen.*

Quapropter animaduertit *Donell.d.l.19. C. de pact. nu.2.* quod, licet huiuſmodi pacta, reprobata ſint inter paganos, vtpotè contra bonos mores nihilominus inter milites ſubſtinentur, non quidem, quia ea, quæ ſunt contra bonos mores valeant, fauore militiæ, cum hoc ſit falſum, ſed quia, reſpectu militum, non poſſunt dici contra bonos mores pacta huiuſmodi, quæ valent, tanquàm teſtamentum priuilegio militari.

Vndè prouenit, quod huiuſmodi conuentio, inter milites aſſumit naturam teſtamenti, & poteſt quando-
4 cumque placuerit reuocari à paciſcentibus, vt eſt cõmuniſſima Doctorum opinio, præcipuè *Honded. conſ. 40.nu.9.lib.1. Fuſar.de ſubſtit.quaeſt.308. nu 42. in fine, Cancer.d.lib.3.cap.7.nu.149.Barboſ d.l.licet num.6.Gomez.ad ll.Taur.22.numer.18. Dauth vbi ſupra verſ. vt proindè Franc.Connan.Com.Iur.lib.5. cap.50. nu.8. Iul. Capon.de Pact.q.37. n.5.Monter. à Cuen.ad d.l.19.nu.1.*

Et quamquam *Bart.ad d.licet*, eiuſdem ſit ſententię, quod ille, cuius fauore pactum initum fuit, bona acquirat, non vti hæres, ſed tanquam ex pacto, ea, quidem, ratione, quia ipſemet tex. ait, quod habet vim poſtremi iudicij, non verò, quod ſit poſtremum iudicium; Nihilominùs fatetur ibidem, quod pactum li-
5 cet pactum ſit, vim habet poſtremi iudicij ob ſingularitatem à lege fauore militis inductam; Vndè ſequitur, quod tenetur ad debita, tanquam hæres ex teſtamento inſtitutus, licet non ſuccedat in aliquo, per pactum, vel alium contractum.

Ex quo etiam occaſionē quærendi Doctores ſumpſerunt: an illa conuentio propriè teſtamentum ſit, nec nè; quidam eſſe teſtamentum affirmant, cum ex ea hæreditas adeatur, vt eſt *gloſſ.* quam ſequuntur *Pet.
6 Cin Fulgoſ.* allegati per *Alexand.d.l.licet n 5.* vbi etiam *Alciat.nu.23.in fine*, cum alijs relatis per *Dauth. vbi ſupra verſ.& proinde lit.C, in fine, & per Petr. Gilken. ad l.19.C.de Pact.n.1.* Et rationem aſſignant, quia, pro teſtamento Militis, ſufficit, vt quoquomodo conſtet, in quem ſupremum iudicium direxerit.

Alij vero tenent, eſſe vltimam voluntatem innominatam, quæ reperitur tantum, in caſu huius legis, & 7
non alibi, *Accurt.d.l. licet*, & ibi etiam *Bald.n.5.6.Salicet.nu.5.verſ.quæro quartò, Alex.n.15.& ſeqq. Monter à Cuen.vbi ſupra proximè n.19.*

Verum, inter has opiniones, parum diſcriminis eſt, ait *Dauth. vbi ſupra lit. C, circa fin.* Siquidem, ſiue ſit
propriè teſtamentum, ſiue non, non curandum eſt, de 8
nomine, cum habeamus effectum, & antè eum iiſdem ferè verbis quæſtionem reſoluerunt, *Bald. d.l.19. n.7.8. Dec.nu.12. Alex.nu.5 Iaſ.nu.15.Petr.Gilken.* cum ibidem allegatis *nu.1.*

Occaſione quæſtionis ſupra formatæ vlteriùs quærunt interpretes, cur potiùs pacta noſtra, in militibus non aſſumant naturam donationis, cauſa mortis. Verum eſt enim, quod valent, tanquam teſtamentũ, non tamen tanquam donatio cauſa mortis, & in hoc nulla
adeſt controuerſia, quicquid dicat *Ioh. Rama. in cap.* 9
quamuis de Pact. in 6. refutatus à *Gadda. de contrah. ſtipul.cap.6.concl.7.n.86.Donell.d.l.15.C.de Pact. nu.1.* Videbatur, enim, accedere potiùs ad donationē cauſa mortis, quàm ad teſtamentum; Namq; in noſtra *lege*
fuit facta mẽtio mortis, vt omnes animaduertunt hu- 10
ius *legis* explanatores. Imò etiam donatio inter viuos;
quia regulariter diſpoſitio, potiùs præſumitur dona- 11
tio inter viuos, licet ſit facta mentio mortis quando eſt irreuocabilis, *add.ad Buratt.dec.581.nu.18.& ſeqq. Merlin.dec.664.& dec.9.part.7.rec.*

Multi multa dicunt; *Gloſſ.* ait, quam refert *Monter.à Cuen.d.l.licet C.de Pact.n.15.* quia, in donatione cauſa mortis, donatarius præfertur hæredi; Nàm donatio
cauſa mortis, potiùs accedit ad contractũ, quã vltimã 12
voluntatē, *Abb.conſ.40.lib.2.Mart.Medic.exam.52. & dec.83.Arias de Meſ.var.lib.2.cap.39.Hodiern.controu. cap.35.* hic autem, conſiderari non poteſt iſta prælatio, imò, dum ipſe eſt hæres, meritò dici non poteſt, quod aſſumat naturam donationis cauſa mortis.

Petr. quem refert *Bald.d.l.licet n.4.* refert aliam rationem, nempè, quod, in donatione cauſa mortis, re-
quiruntur quinq; teſtes, qui hìc non interfuerunt. 13

Bartol. quem allegat *Bald d.n.4.* dicit, quod non eſt donatio cauſa mortis, quia, per eam, grauatur hæres, ſed hìc nõ grauatur heres, imò honoratur, meritò &c.

Sed opinio propria *Bald.* mihi magis arridet, ſicuti *Alexandr* placuit *in d.l.n.4.circa fin.* nec ab ea videtur diſcedere Doctiſs. *Donell.ad l.19.C.de Pact. n.1. & per tot.* nempè, quod dici non poſſit donatio cauſa mortis, ſed teſtamentũ, quia in hiſce conuentionibus deficiũt ſubſtantialia donationis prædictæ, nempè forma; quæ
donatio cauſa mortis, cum habeat, reſpectu formæ, ſi- 14
militudinē, cum contractu, debet ibi interuenire obligatio, vel traditio *l.inter mortis, ff.de donat. cauſ. mort.* cum igitur, hic non interueniat, neque obligatio, neq; traditio, dici nõn poteſt, quod actus ille tendat ad ſpeciem donationis cauſa mortis.

Ni velimus amplecti *Dec.* de more doctiſſimū, (quē ſequitur magnus Iuriſconſ. *Vueſſemb.l.19.n.5.& 9 C.de Pact.*) *in d.l.licet n.2.* qui, ideò excludit, in noſtro caſu, donationē cauſa mortis, quia, per verba legis dignoſcitur inter partes non id actũ fuiſſe, quod tenderet ad cõtractũ donationis cauſa mortis, ſed potiùs ad teſta-
mentũ, vt videntur indicare verba; *qui ſuperuixerit al-* 15
terius verbis potiatur. Ideoq; nõ ex eo ſit ſumēda interpretatio excluſiua donationis cauſa mortis, quia partes non potuiſſent inire contractum donationis cauſa mortis, ſed quia noluerũt; ità, vt ſit potius defectus voluntatis, quàm poteſtatis, & poſſit hic illa adaptari

regu-

regula,de qua meminit, *Bartol.in l.1.§.si quis itâ,ff.de verb.oblig.* si non valet, quod ago,vt ago, valeat, vt valere potest: Nec ratio defectus numeri testium potest adaptari ad casum,de quo agitur, vt *Petr.Cin.* & alij supraallegati dixerunt, (sequitur *Dec. num.* 10. *vers.sed ista ratio*) quia textus noster considerat validitatem donationis,in se implicitè,& intrinsecè,quod verba non adaptantur ad donationem, non verò defectum numeri testium, qui venit extrinsecè, & quia hic dubitabatur de qualitate verborum, quæ non conueniunt donationi, causa mortis, præsupponendū est,quod alia, quæ sunt necessaria in donatione causa mortis interueuissent, argumento, *l. qui testamento in princ ff.de testam.*

Viso,itaque, quod pactum, fauore militis valet, & assumit testamenti naturam, non verò donationis causa mortis, non inutile erit ad alias descendere quæstiones,in materia, valdè vtiles, quarum prima potest esse; An ad hoc,vt validum sit,debeat esse reciprocum, nempè, vt milites, inter se se, paciscantur, quod vno præmoriente, succedat alter.

16 Et cum *Pistor.& Capon.de Pact.d.quæst.37. num.* 13.
vltrà *Monter.à Cuen.d.l.19.num.*1.non est recedendum ab opinione, quod validè contrahatur, etiamsi reciprocum non sit,quicquid dicant in contrarium relati ab eodem *Hartm.d.lib.4.quæst.2.num.36.* ea de causa, quia ratio *d.l.licet*, cum sit generalis,omniaque pacta
17 æquè compræhendat,par est,vt omnibus etiam pactis accommodetur dispositio, vt est peruulgatum axioma iuristarum, quod vbi est eadem ratio,ibi eiusdem iuris dispositio esse debet.

Ità pariter necesse non est, quod ex vtraque conuentionis parte personæ ad pactum accedentes sint milites; Namque priuilegium non cessat, siue Paganus,siue Miles instituatur à milite; Attenditur enim
18 ait *Alciat.d.l.licet num.*23.quem sequitur, *Dauth. vbi supra vers. vt proindè litt. B*, ipsius testatoris fauor non eius, qui hæres institutus est; Et quamquam contrarium videatur decisum in textu nostræ legis, licèt, vbi miles fauore alterius militis disponat, nihilominus à communi opinione non est recedendum; quia ex sola facti contingentia, in textu nostro, dispositio collata fuit in alium militem, vt optimè ratiocinatur, *Ang. Barbos. in l.19. numer.7. in fine, C. de Pact. Iul. Capon. d. tract. de Pact. quæst. 37. numer.* 13.

An verò valeant huiusmodi pacta generaliter inter omnes milites, iam quæramus.

Tu autem negatiuè respondendo dicas, militiam à nostratibus considerari dupliciter, nempè quòd, vel militia est Palatina,& Aulica,quæ sonat in simplicem dignitatem,vt habetur in *Rubr. de Priuil. eorum qui in*
19 *Sacr. Palat. Milit. lib.* 12. *Cod.* & hi propriè vocantur Equites,de quibus fusè tractat,*Tiraquell. & Io: Garz. in tract.de Nobilit. Mastrill.dec.173. num.* 26. & nos inferiùs *in cap.*21.plura dicemus.

Vel est armata, quam exercent milites in bello, nullam dignitatem habentes, & de his, & non de alijs loquitur *tex.* noster, vt adnotant, *Cancer. Var. lib.3. cap.7.de Pact.num.146.& 147. Osuald. ad Donell.lib.6. cap.18.lit.H,Valasc.tom.2.cons.104. num.* 11.12. *Mon-*
20 *ter.à Cuen.vbi supra nu.3.vers.2. quæstio sit, Mastrill.d. dec.173 num.6.7.*

Imò non omnibus militibus indistinctè bella ge-
21 rentibus, hoc priuilegium fuit concessum, sed illis, qui actualiter bella gerunt, & in Castris degunt.

De quo etiam est maxima inter scribentes controuersia: An sufficiat,quod sint in Castris,vel potiùs necesse sit,quod in ipso actu præliandi paciscantur, *Angel.de Perus.d.l.licet num.*1. existimat, quod tantum, quando sunt in bello,& in vitæ discrimine, hoc priui-
legio vti possint,alias non,quod etiam *Salicet.* admit- 22
tit, ibi in fine, & ait quod ista *glossa* vult, quod tantum armati pergentes ad discrimen belli, tubarum sonitu intonante, gaudeant hoc priuilegio, non verò,quando pergunt inermes ad campum, vel quando sunt in campo,nec speratur de bello,cuius etiam opinionis sectatores fuerunt, *Natt. cap. quamuis pactum par.2.nu.79.de Pact.in 6. Cuiac. lib.16 .obseru. cap.39.* vt fatetur *Dauth d.loco vers. neque tamen Gomez.ad ll. Tauri 22.nu.18. & latiùs Diker. dissert. lib. 1. dissert.1. num.23.vers.igitur.*

Alex. autem *d.l.num* 8.quem sequuntur etiam *Dec.*
*ibidem num.6.*existimat,contra *Angel.& Salicet.* quod 23
sufficiat, vt sint in Castris, eo quia tunc etiam milites gaudent huiusmodi priuilegijs,in testando, ad quæ se remittit textus hic,verbo tantum, cum voluntas, &c. licet postea in recitatione facti dicat, quod ad bellum pergebant, quam etiam opinionem optimè defendit *Alciat.d.l.licet num.*20. paríterque ait,quod, vt militi faueant huiusmodi priuilegia satis est in expeditione, seù in exercitu degere,siue in limitibus, siue in hibernis sint, alioquin in ipso procinctu etiam priuatis in hostico testantibus competeret hoc priuilegium, &
Alciat. post *Ottoman.* quem refert, & sequitur, *Dauth.* 24
vbi suprà n.85. vers. neque tamen, vbi de magis communi, *Muscul. de success. conuent. & anomal. memb.1. litt.G, num 68.Vuessemb.ad d.l.licet 19. C. de Pact.nu. 10.Martin.Monter. à Cuen. pariter ibidem num.2. vers. ego tamen,Donat.Anton.de Marin.in alleg.diuers.alleg. 67.num.7.Marcian. cons.42.lib. 1. Rot coram Merlin. dec.806.num.7.& seqq Fusar.de substit.quæst.308.num. 42. Cancer. var. lib. 3. de Pact. cap. 7. num. 148. Vrceol. Consult. for. cap.98. num.64. Hartm. Pist. d. lib.4. quæst.2.nu.37. Carpzou. Iur. Prud. for. par.2. const.35. def.20.num.9.*

Imò,& hæc priuilegia,& alia, quæ competunt, de iure, militibus, competere etiam militibus existentibus ad custodiam Principis,latè firmauit, cum multis allegatis *Mastrill.d.dec.173.nu.18.& seqq. Donat.Anton.de Marin.d.alleg.67.num.8. Add. ad Capyc. Latro dec.*102.

Et pariter, quod priuilegiis alijs militibus concessis,vti possit, ille, qui, post longam seruitutem, honestam,vel causariam obtinuit missionem,& propriè di-
citur miles veteranus,latè probat *Donat. Ant.de Ma-* 25
rin.lib.2.cap.135.per tot.

Ego,tamen,admitto, hanc opinionem, in priuilegiis,militibus,concessis,ratione personæ,& officii,vtpotè in personalibus exemptionibus, & concernentibus restitutionem in integrum &c. in quibus terminis loquuntur Doctores citati,non verò in priuilegiis militibus concessis,ob periculum,cui se exponunt, dum pergunt ad bellum,& actu præliantur, vt sunt priuile-
gia, quod possint testari absque vlla solemnitate, & 26
quod possint inire pacta futuræ successionis, quia in huius generis priuilegijs,si cessat periculum,videlicet, quod non sint in Castris,& in actu præliandi, priuilegium quoque cessat,vt videtur etiam sentire *Rot.dec. 150.num.16 & seqq.par.12.rec.*

Valent tamen huiusmodi pacta, & testamenta sine solemnitatibus, licet extra militiam facta, dum ta-
men ratificentur in militia, vt est *tex.in §. sed etsi* 27
quis Instit. de Milit. testam. l. idemque 9. l. Tribunus 21.§.cum aliquis,& l.Titius 26. C.eodem, & alijs adductis, firmat *Rot. d. dec.150. num.* 11. & 12. *par. 12.rec.*

Dummodo inquam ratificentur, vel in expeditione, vel in ipso actu certaminis, vel à fronte inimico-
rum,non verò si in ciuitate, vel alio loco non hostili, 28
quo bellicæ occupationes,& pericula non immineant, vt latè probat eadem *Rot.d.dec.150.nu.13.par.12.rec.*

Subiungit tamen hoc priuilegium eſſe extenden-
dum, In illo dumtaxat caſu, quod miles degat extrà
Caſtra in proximiorem aliquem locum,non,vt diù ab
eis abſit, ſed curandæ valetudinis cauſa etiam, ſi ali-
quantiſper extrà tentoria ſe recipiat, habito com-
29 meatu,& opportuna licentia, paratuſque ſit reuerri,
ſanitate recuperata,ſolitis ſtipendijs,pro toto tempo.
re receptis,& hæc ampliatio adſcribitur *Vigl.in §. illis
autem temporibus num. 5. Inſtit. de Milit. teſtam. Vueſ-
ſemb. conſ. 17 nu. 40. par. 1.* & alijs allatis a *Rot. d. dec.
150. nu. 18. par. 11. rec.*

Tandem videndum ſupereſt; An milites noſtri tem-
poris poſſint veteribus militibus comparari, adeòvt
ipſis etiam priuilegium,de quo agitur, debeatur.

Aliqui opinati fuerunt priuilegio non gaudere, vt
videre quilibet poteſt apud *Gulielm. de Bened. cap.
Raynutius par. 1. verbo matrem nomine num. 10. & ver-
bo teſtamentum*, il primo *num. 21. vſque ad num. 46.* &
nouiſſimè dixerit, *Iul. Capon. d. tract. de Pact. quæſt. 27.
nu. 4.* ad alios huiuſce opinionis propagatores affert
30 *Monter. à Cucu. vbi ſupra num. 3.*

Sed opinio contra hos hodie præualet, & ferè ab
omnibus admittitur, quod milites huius ætatis poſ-
ſint militibus antiquorum comparari, præcipuè in
priuilegijs à legibus impartitis, ea præcipuè ratione,
31 quia,milites,qui,in tuẽda Repub. euidentiſſimo mor-
tis periculo ſe exponunt, tot ferunt incommoda, in
præliando, quot veteres Romani, & pariter tam hi,
quam illi antiqui ab inuaſionibus inimicorum nos,
bonaque noſtra tuentur,cur igitur ipſis priuilegia mi-
litaria adimi poterunt; Et quamquam nonnullæ ſo-
lemnitates, quæ antiquitus fiebant in creandis militi-
bus ab Aula receſſerint,nihilominùs magis neceſſariæ
etiam nunc ſeruantur (licet extrà pompam,& ſolem-
nitatem veterum Romanorum) hoc eſt profeſſio mi-
litiæ,iuramenti præſtatio, receptio in Albo ſeu Sche-
dulis, de qua re, plura ad fauorem militiæ modernæ
cumulat *Io: Danth in ſæpè memorato tit. de mutand. te-
ſtam. poteſt. nu. 85. circa finem.* Ex his igitur moti fue-
runt multi ex Doctoribus noſtris, ad arbitrandum,
priuilegia antiquorum competere Militibus, quibus
hodiè Principes vtuntur, ad hoſtes profligandos, &
inimicos arcendos,& præcipuè *Ludouic. Roman. conſ.
14. in 4. dub. Paul. & Alex. in l. Scriniarios nu. 7. C. de te-
ſtam. milit. Aluar. Valaſc. conſ. 104. nu. 30. to. 2. Gail. Pra-
ctic. obſeru. obſeru. 118. lib. 1. Sim. de Præt. de Interp. vlt.
vol. lib. 3. interp. 2. lib. 1. ſol. 8. Clar. §. teſtamentum quæſt.
15. nu. 16. ibique add. Oynot. in §. item & in milite n. 14.
Inſtit. de excuſat. tutor.* latiſſimè *Vin. dec. 491. nu. 1.* vbi
plures cumulat optimè *Oſuald. ad Donell. lib. 6. cap. 28.
lit. H*, & rationem aſſignat à nobis ſuprà memoratam:
*quia nec hodierna legendi recipiendique militis, planè
diuerſa ſit ratio, inſcribuntur enim matriculis, ſacramen-
to adſtringuntur &c. nec ritus illi certè cauſam huic pri-
32 uilegio dedere ſed vtilitas Reipub. Chriſtin. dec. Belg. dec.
149. vol. 5. Stephan. Nathon. Inſtit. vulner. tit. 2. cap. 13.
num. 1. par. 1. Capyc. Latr. dec. 102. per tot. Iul. Capon. de
Pact. quæſt. 37. num. 4. in fine, Maſtrill. dec. 173. nu. 5. Ca-
ſtill. dec. 105. num. 34 Rot. d. dec. 150. num. 1. par. 12. rec.*
cum alijs pluribus cumulatis per *Io: Danth. d. tit. de
mutan. teſt. poteſt. nu. 85. circa finem, verſ. ad hos enim*, &
multa etiam de materia ſcripſit *Gipt. in addit. ad Ca-
pyc. Lat. d. dec. 102. per tot.*

Militibus igitur armatæ militiæ datum fuit, vt vali-
dè poſſint, pacto, hæreditatem in alium transferre,
quid igitur erit dicendum de militibus Iuſtitiæ; ipſi
forſan hoc pariter priuilegio vti poterunt? nempè
Doctores,& Aduocati.

Prima fronte, videbatur reſpondendum affirmati-
uè, ea de ratione, quia, ea omnia, quæ militibus com-
petunt priuilegia, eadem etiam ſunt ampliata ad Do-
ctores,& Aduocatos,qui vocantur milites Iuſtitiæ, vel 33
literarij, vt eſt *gloſſ.* valdè notabilis *in l. miles in princ.
verb. facere poteſt*, vbi etiam Doctores, *ff. de re iudic. l.
fori, C. de Aduoc. diuerſ. Iudic.* vbi Imperatores aiunt
non ſolùm eos militare, qui gladijs, clypeis, & Thora-
cibus nituntur, ſed etiam aduocatos, cum laborantium
ſpem, vitam, & poſteros defendant, *Euerard. loci argu-
ment. argum. à milit. armata ad militem celeſtis militiæ
Farinacc. de Indit. & tortur. quæſt. 41. nu. 38. Gaſp. Kloch.
de contribut. cap. 15. nu. 15. Franc. Maria Prat. Practic.
obſeru 65. nu. 5. 6. tom. 1. Io: Caſtagn. de benef. deduct. ne
ægeat quæſt. 9 num. 4. & ſeqq.* vbi multorum auctori-
tate id comprobat, *Gratian. diſcept. for. cap. 111. num.
84. 85.* vbi, quod magis ſunt priuilegiati Doctores,
quam milites.

Et ea, quæ de Doctore, & Aduocato dicuntur com-
petunt etiam ſcholari, cum hic etiam militi ſoleat
æquiparari, ipſorumque arma, libris ſcholarium, *gloſſ.* 34
*in l. diuus, verb. militarem; ff. de ſer. & l. omnes in gloſſ. 1.
C. eodem, l. Nepos Proculo, ff. de verb. ſignif. Coler. de
Proceſſ. execut. par. 2. cap. nu. 146. & ſeqq* Vndè à mi-
lite ad Scholarem argumentum valet *Bald. in l. fin. in* 35
*fine C. ad Macedon. Poſt. Iuſtit. tit. per quas perſon. nob.
acquir. nu. 10. 11. Euerard. vbi ſuprà verb. æquiparantur
enim*, cum alijs latiſſimè cumulatis per *Horat. Lutium
in ſuo tract. de Priuil. ſcholar. par. 5. per tot. & per Caſta-
gn. d. quæſt. 9. ampliat. 3.*

Hinc eſt, quod, ſicuti miles non poteſt carcerari, pro
debito Ciuili, ſed habet priuilegium, ne conueniatur
vltrà quam facere poteſt, deducto ne ægeat, *Euerard.* 36
*vbi ſupra verbo & gratia, Coler. de Proceſſ. execut. par.
2. cap 3. num. 254. Caſtagn.* latiſſimè *in d. tract. ne ægeat.
quæſt. 8.* Ità Doctores, & Aduocati in carceres pro ci-
uili debito nequaquam detrudi poſſint, cum iiſdem 37
potiantur priuilegiis, pleniſſimè *Coler. d. par. 3. cap. 3.
num. 250. Altog. vbi ſuprà num. 17. Oſuald. ad Donell.
lib. 7. cap. 3. lit, G. G. Farinacc. de carcer. & carcerat.
quæſt. 27. num. 77. Hieron. Palm. conſ. 61. num. 1. Ca-
ſtagn. ad nauſeam vbi ſupra quæſt. 9. nu. 3. Merlin. deciſ.
10. per tot.* quicquid contrarium aſſerat *Cancer. var.
lib. 1. cap. 9. num. 117.*

Et extendunt Doctores priuilegium præfatum, etiã
ſtatuto dictante, vt omnes debitores poſſint capi, re-
iecto omni priuilegio, quia intelligitur de priuilegio
non clauſo in corpore iuris, *Euerard. vbi ſuprà verbo,* 38
*plus dicit, Coler. eodem tract. & cap. ſuprà recenſitis nu.
150 Caſtagn. d. loco mox citato num. 34.*

Sic quia militare priuilegium eſt, de iure, ne milites
torqueantur *l. deſertorem §. 1. ff. de re milit. l. milites, C.
de quæſt. Gomez. var. tom. 3. cap. 13. num. 3. Farinacc. de
Indit. & Tort. quæſt 41. num. 30. & ſeqq. Clar. lib. 5. ſen-* 39
*tent. §. fin. quæſt. 64. num. 18. Carpzou. par. 3. criminal. qu.
118. num. 72. Caſtagn. d. quæſt. 8.* ſæpe allegata *num. 79.
& ſeqq.*

Ita apud omnes eſt in confeſſo, quod pariter Do-
ctor, & Miles literariæ Palæſtræ torturæ ſubijci non
poſſit, *Euerard. vbi ſuprà verbo & item Boſſ. de Indit.* 40
*nu. 111. Coler. de Proceſſ. Execut. num. 175. Farinacc. de
Indit. & tortur quæſt. 41. nu. 37. Clar. ſentent. §. fin. quæſt.
64. nu. 16. & ibi add* plenè *Carpzou. in Pract. crimin. par.
3. quæſt. 118. nu. 80.* pleniſſimè de more *Caſtagn. d. quæſt.
9. num. 39.*

Stante etiam conſuetudine, vel ſtatuto in contra-
rium *Euerard. vbi ſup. verb. imò non valet & I. Boſſ. d. n.* 41
*111. in fin. Gomez. to. 2. var. cap. 13. nu. 3. Coler. de Proceſſ.
exec. par. 2. cap. 3. nu. 176. Farinacc. d. quæſt. 41. nu. 36. &
55. Carpzou. vbi ſupra nu. 83. Caſtagn. d. loco quæſt. 9. nu.
93.* Sed quicquid iſti dicant, hodie, ſpretis auctoritati-
bus, ferè in omnibus Italiæ, & Europæ tribunalibus,
conſuetudo inualuit, vt milites, & Doctores torqueã-
tur, vt de militibus latiſſimè habetur penès *Farinacc.
d. quæſt.*

d.quæst.41.nu.54. & de Doctoribus *Rebuff. in consuet. Regn.Franc.allatus à Coler.d.par.2.cap.3.nu.166. Farinacc.d.qu.41.nu.54.* & latissimè *Carpzou. vbi supra nu. 84.& seqq.Castagn.d.qu.9.num.41.*

43 Ità pariter, sicuti disciplina militaris potest exerceri diebus festiuis, *l.Diuus ff.de Fer.* sic disciplina legalis, cum æquiparentur, licitum est enim studere, & legere diebus festiuis, *gloß.in l.omnes, C.de Fer.Euerard. vbi supra vers.12.facit, Nathou.de Iustit. Vulner.par.2. tit.2.cap.6.num.11.in fine, Scacc.de Iudic.lib.2. cap.5.*
44 *de Ferijs nu.121.122.Prat.discept.for.obseru.69.per tot. & præcipuè num.12.& 13.lib.3.*

Si igitur hæc, & alia priuilegia militibus competentia, extendi valent ad milites literarios, nempè Doctores, & aduocatos, dicendum videtur, ad exemplum priuilegiorum supradictorum Doctores posse vti hoc etiam priuilegio, quod possint inire pacta futuræ successionis.

Sed, re vera, argumentum præfatum non stringit; Namque, licet, in cæteris, iisdem priuilegijs vti possint Doctores, quibus vtũtur milites, nihilominùs inire
45 non possunt successoria pacta; ratio verò est in prõptu. Quia militibus datum fuit, vt successiones per pactum in alios transferant, ob eorum imperitiam, vt latissimè à me suprà fuit ostensum: Hæc autem imperitia non potest considerari in Doctore, in quo potius
46 ignorare, turpe est, ergo, cessante causa, cessat effectus, quo argumento Doctores vtuntur, ad firmandum, solemnitates remissas in testamento militari haud intelligi remissas in testamento Doctoris, vel alterius vtentis priuilegio militari, vt *Alex.Socin Rip. Alciat.Ias.* & alij, *in l.Centurio, ff.de vulg.& pupill.substit.Vasq. de successſ.creat.§.24.numer.23. Vigl. ad princ.tit. Instit.de Milit.testam. nu.12.* alijque cumulati per *Harpreſt. in addit.ad Clar.lib.3.§.testamentum qu.16.nu.28.& seqq. Farinacc.cons.45.nu.5.lib.1.Castagn.d.tract.ne egeat d. quæst.9.num.15.*

CAPVT X.

Pacta futuræ successionis, an valeant inter Principes, & Magnates; Qua occasione, quæritur: An, & quando Princeps dicatur legibus solutus; Et quando possit tertio præiudicare. Et plura: An Principes possint inire contractus, non seruata legum forma.

SVMMARIVM.

1 *Valet inter Principes pactum futuræ successionis.*
2 *Principes exercitijs armorum sunt dediti, & ob id reputantur tanquam milites.*
3 *Valet pactum nostrum etiam inter Principes subordinatos, dummodò habeant facultatem legis condendæ in proprio territorio.*
4 *Principes sunt leges animatæ.*
5 *Intelligitur de Principe, non recognoscente Superiorem.*
6 *Quæstio, an Princeps sit legibus solutus, est subtilis & profunda.*
7 *Princeps dicitur solutus legibus, ex quibus oritur leue præiudicium, non verò his, quæ bonum publicum respiciunt.*
8 *Quod indirectè Princeps sit solutus legibus.*
9 *Quis eodem iure vti debet, quod statuit in alijs.*
10 *Princeps vti debet legibus per eum statutis.*
11 *Quod Princeps sit omnino solutus legibus.*
12 *Princeps legibus ligatur quoad vim directiuam non verò coactiuam.*
13 *Princeps nullum habet iudicem seu superiorem, à quo possit puniri.*
14 *Nemo in proprio facto est iudex.*
15 *Princeps licet sit legibus solutus, tamen leges obseruare debet.*
16 *Princeps non ligatur legibus, neque vi coactiua, neque directiua.*
17 *Quæ sit lex regia, qua mediante fuit translata omnis potestas in Principem.*
18 *Princeps, qui habet absolutam potestatem, nil supra se cernere potest, neque hominem, neque legem.*
19 *Princeps cum lex sit, in eum lex ferri non potest.*
20 *Turpe est legem viuam legi mortuæ subesse.*
22 *Omnia per Principem gesta sunt seruanda, etiam si contra leges sint.*
23 *Valet donatio facta per Principem vxori suæ.*
24 *Donatio facta à Principe filiofamilias, et quæritur etiam quoad vsumfructum.*
25 *Quæ sunt intelligenda de supremo Principe, non verò de inferiori.*
26 *Princeps aliquando tenetur obseruare leges, quia ità dictat prudentia, & ars ciuilis, non quia leges sunt.*
27 *Boni Imperatores semper professi sunt secundum leges viuere.*
28 *Princeps licet legibus solutus, ligatur naturali ratione.*
26 *Augustus veniam legis Voconiæ à Senatu impetrauit, vt posset eius vxorem instituere in triente.*
30 *Ratio naturalis dictas, vt quod quisque ius in alium dixit eodem vtatur.*
31 *Princeps id tantùm debet statuere suis legibus, quod in commune Reip. bonum redundat.*
32 *Placiti Principum leges dicuntur, quando sunt vtilia.*
33 *Princeps debet, priusquam alij, seruare leges.*
34 *Absoluta potestas in Principe non est.*
35 *Principes contrà ius nihil possunt, non magis ac priuati homines.*
36 *Potestatis nomen à Iuriscon. & ablegandum.*
37 *Potestas absoluta in Principe tendit ad Tyrannidem.*
38 *Principes vtentes absoluta potestate grauiter peccant.*
39 *Potestas absoluta non est Principis Christiani, sed Turcarum.*
40 *Potestas absoluta est protinùs arcenda ab Aulis regum.*
41 *Princeps potest, mediante absoluta potestate, tollere ius tertij sine causa.*
42 *Princeps potest, in præiudicium agnatorum, habilitare Clericum ad successionem feudi.*
43 *Princeps non potest, nisi iusta interueniente causa tollere ius tertio quæsitum.*
44 *Princeps neque etiam subditis Infidelibus potest sine iusta causa ius tollere.*
45 *Princeps potest tollere ius de iure gentium quærendo.*
46 *Princeps potest derogare iuribus loquentibus de alluuione.*
47 *Princeps potest præiudicare in iure quærendo.*
48 *Princeps, iusta interueniente causa potest ius tollere suis subditis.*
49 *Sed hæc necessitas debet publicum commodum respicere.*
50 *Princeps, auferendo ius priuatorum sine causa dicitur vti plenitudine tempestatis non potestatis.*
51 *Iusta causa regulariter in Principe præsumitur.*

52 *Quando agitur de tertij præiudicio hæc iuſta cauſa non præſumitur.*

53 *Princeps non poteſt tollere ius per contractum quæſitum.*

54 *Princeps, contrahendo, naturaliter obligatur, ex qua obligatione naturali oritur actio.*

55 *Imò non ſolùm tenetur, & obligatur naturaliter, ſed etiam ciuiliter.*

56 *Princeps non poteſt contractibus contrauenire, neque etiam vtendo contraria auctoritate.*

57 *Deus ſubmiſit leges Principibus, non verò contractus, & conuentiones.*

58 *Nec etiam, iuſta cauſa interueniente, poteſt Princeps contractibus derogare.*

59 *Contrà quod ex iuſta cauſa poſſit.*

60 *Sed conciliatur opinio diuerſa; quod, iuſta interueniente cauſa, poſſit, quando cauſa concernit intereſſe Reipub. iam periclitantem, non verò ob publicam vtilitatem promouendam.*

61 *Princeps poteſt contractum reuocare, etiam nullo dato excambio quando reſpub. periclitatur.*

62 *Regulariter Princeps non poteſt auferre ius tertij abſque recompenſatione illius quod abſtulit.*

63 *Poteſt Princeps demoliri facere domum priuati ad maniendam vrbem, nulla data compenſatione.*

64 *Damnum ſibi debet imputare qui ipſum ex propria culpa ſentit.*

65 *Princeps poteſt derogare leges de teſtamentis loquentes.*

66 *Principis teſtamentum valet abſque ſolemnitatibus.*

67 *Donatio inter virum, & vxorem Principes, valet.*

68 *Donata à Principe filiofamilias eidem acquiruntur, tam quoad proprietatem, quã quoad vſumfructum.*

69 *Quicquid facit Princeps contrà ius ciuile, iuſtum reputatur.*

70 *Valent pacta ſucceſſoria inter Principes, quando tertio non præiudicant.*

71 *Princeps non poteſt capere hæreditatem ex teſtamento non iure facto.*

72 *Princeps non dicitur legibus ligatus actiuè, ſed tantum paſſiuè.*

73 *Imperatores noluerunt acquirere ex diſpoſitione, non iure geſta.*

74 *Princeps poteſt in aliam transferre hæreditatem pacto, non tamen è contra poteſt quilibet inire pactum futuræ ſucceſſionis ad fauorem Principis.*

75 *Vxor Principis non dicitur legibus ſoluta.*

ARticulo ſuperiùs diſcuſſo, conſimilis eſt diſputatio; An ſicuti valet inter milites pactum noſtrum, ità poſſit ſuſtineri, quando fit inter Principes, & Magnates.

1 Affirmant, alijs antiquioribus omiſſis, *Menoch. conſ. 250. num. 76. 77. & conſ. 1. num. 253. Peregrin. de Fideicom. art. 51. num. 34. Danth. de Teſtam. de mut. teſtam. poteſt num. 86. Roſental. de Feud. cap. 7. concl. 25. numer. 15. Gail. pract. obſeru. 127. num. 2. & per tot. Grana. ad eundem concl. 127. per tot. Randen. de Analog. cap. 25. num. 16. lib. 1. Hartm. Piſt. lib. 4. quæſt. 2. num. 20. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. num. 40. Vrceol. conſult. for. cap. 98. nu. 65. Paſchal. de Virib. Patr. pot. par. 3. cap. 7. num. 12. Barry de ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. num. 4. circa medium, Rot. dec. 217. nu. 76 par. 9. rec.*

Et præcipuam huiuſce opinionis rationem, tradunt, quod ſicuti valent, inter milites, ità debent inter Principes ſuſtineri, qui ſunt dediti exercitijs armorum,
2 *Dec. conſ. 516. num. 3. Menoch. conſ. 1. num. 153. Gayl. obſeru. 127. num. 9 Danth. de Teſtam. de mutan. teſtam. poteſt. nu. 88. verſ. tum quarto, Carpzoa. diſp. tract. de Pact. Confratern. ſucceſſ. cap. 3. §. 42. num. 74. Paſchal. de Virib. patr. poteſt. par. 3. cap. 7. num. 12.*

Quod etiam nonnulli extendunt ad Principes etiam
ſubordinatos alteri Principi, dummodò habeãt facul-
tatem legis condendæ in proprio territorio, *Dec. conſ.* 3
515. num. 10. ſed impugnatur hoc à *Ruin. conſ. 23. num. 11. & ſeqq. vol. 2.*

Id tamen paſſim admittitur ab interpretibus, quod
licet Principes non ſint de ordine militari, nihilominùs validè poſſint huiuſmodi pacta contrahere, eò
quia tales in terris ſuis ſunt leges animatæ, ergo eorum conuentio eſt lex. Et debent obſeruari pacta ab
huiuſmodi Principibus inita, quamquam ſucceſſoria
ſint, *Alex. in l. Centurio num. 6. ff. de vulg. & pupill. Dec.* 4
d. conſ. 513. nu. 3. Menoch. conſ. 1. nu. 158. & ſeqq. Fuſar. d. quæſt. 308. num. 41.

Et prædicta extrà omnem difficultatem procedunt,
vbi agitur de Principe Superiorem non recognoſcente, quia eius placita leges animatæ ſunt, quicquid ſit
in Principe ſubordinato, & vaſſallatico, *Alex d. l. Cen-* 5
turio de vulg. & pupill. num. 6. Rain. conſ. 27. nu. 11. vol. 2. Peregr. de Fideic. art. 51. verbo Principibus, num. 34. Barry de ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. nu. 4. circa medium, Paſchal. de Virib patr. pot. par. 3. cap. 7. num. 12.

At, re vera, quæ hactenus dicta ſunt de validitate pacti noſtri à Principe initi apud me, parum ponderis habent, & auctoritatis, eo quia omnes ſupracitati Doctores loquuntur in terminis, vel pacti Confraternitatis ſucceſſoriæ, vel pacti taliter concepti, vt vno præmoriente, alter ſuccedat, de quibus omnibus latiùs agemus inferiùs; nec rationes, quæ adaptantur pactis, & conuentionibus ſupranarratis conueniunt pacto, de quo nunc agitur, nempè pacto de ſuccedendo, in bonis illius, de cuius agitur hæreditate; Igitur, cum ex illis, ad hoc inferri non poſſit, vtporè inter ſe valdè diuerſis, ex alio fonte, ni fallor, rationes ſunt quærendæ, pro confirmatione, vel nullitate pacti noſtri initi inter Principes,

Et meo iudicio, tota pendet negocij qualitas in
examinando priùs: Quomodò Princeps dicatur legi-
bus ſolutus. Quæſtio, quidem, ſubtilis, & quæ contor-
ſit ingenia variorum Interpretum, vt optimè demon- 6
ſtrant à ſcriptoribus enarrata in hac materia, & oſten-
dit *Donat. Anton. de Marin. reſol. lib. 2. cap. 46. nu. 7.*

In hac igitur controuerſia; An Princeps legibus ſit
ſolutus, plures apud ſcribentes reperiuntur ſententiæ;
Alij, enim, vt *Corraſ. Miſcell. cap. 25. Vaſq. contron. Illuſt.* 7
cap. 2. num 22. voluerunt iis tantùm legibus Principem eſſe ſolutum, quæ leuioris ſunt præiudicij, quales ſunt illæ, quæ pertinent ad ſolemnia iudiciorum, contractuum, teſtamentorum, aliarumque vltimarum voluntatum, non verò quoad pactionum obſeruantiam, ſiue illæ expreſſæ ſint, ſiue tacitæ, vel vniuerſales, neque his legibus ſolutum eſſe, quę bonum publicum reſpiciunt, & quæ ex naturali iure, vel gentium promanant; quod latiùs explicat, *Vaſq. d. lib. 1. contron. cap 3. num 3. in fin.* dum ait, *quoad omnes ſolemnitates, formas, vel obſeruationes, iudiciorum, contractuum, & vltimarum voluntatum legibus ſolutus Princeps dici poteſt, non quoad efficaciam, fidem, & effectum; ſic quoad modum ineundi, non quoad vim, & effectum, poſtquam ſunt in eſſe producta,* cum qua modificatione eſſe intelligendam *l. Princeps 31. ff. de leg. l. quod Principes 1. ff. de Conſtit. Princ. §. ſed & quod Principi Inſtit. de Iur. natur. gent. & Ciuil.* vbi habetur Principem nequaquam legibus ligari conſtanter affirmant.

Idem *Vaſq. in alio loco,* nempè *in cap. 45. num. 3. d. lib.*
primi, indiſtinctè tenet, Principem legibus obſtringi, 8
ea de cauſa, quia, de iure naturali, & ratione naturali
eſt, vt quod quiſque iuris in alio ſtatuat, eodem vti
debeat, vt *per tot. tit. ff. quod quiſq; iur.* ſic iuri naturæ 9

par

par eſt, & debitum, quod Princeps, qui leges fert, eis
vtatur, iiſque ſubijciatur, quod & idem videntur com-
10 probare, *l. digna vox C. de leg. l. ex imperfecto 23. ff. de
leg. 3. l. 3. C. de teſtam. l. ſi quis hæredem C. qui teſtam. fa-
cer. poſſ. l. 4. C. ad leg. Falcid. l. Papinianus 8. §. ſi Impera
tor, ff. de inoff. teſtam. §. vltim. Inſtit. quib. mod. teſtam.
infirm.*

Iacob. Cuiacc. lib. 15. obſeru. cap. 30. aliam tradens
11 explanationem *ad d. l. Princeps 31. ff. de legib.* voluit,
dictum commune, quo habetur, Principem legibus
non ligari, eſſe referendum tantùm, ad legem Iuliam,
& Papiam, vt demonſtrat Inſcriptio *d. l. 31. ab Vlpiano*
editæ, non verò eſſe extendendum ad ceteras leges, &
Conſtitutiones; Et dictum *Cuiac.* afferunt, non tamen
ſequuntur, *Fachin. controu. lib. 1. cap. 2. verſ. ſecunda
eſt, Franc. de Amay. obſeru. Iur. lib. 1. cap. 1. num. 100. &
ſeqq. Anaſt. Germon. in ſuis animad. lib. 1. cap. 1. in princ.*

Huic opinioni, ferè ex diametro pugnat aſſertio
Budæi in adnotat. ad Pandect. in applic. ad d. l. Princeps,
12 *ff. de leg. pag. mihi 180. circa finem*, vbi tam ampla da-
tur Principi facultas circa leges, quod non tantùm
affirmat Principes legibus eſſe ſolutos, ſed etiam le-
gibus non teneri.

Vltima ſententia eſt *D. Thomæ quæſt. 96. art. 5. part.
1.* quem ſequitur, *Anaſt. Germon. in ſuis animaduerſ. lib.
1. cap. 1. poſt princ. verſ. rem hanc*, & latè exornat *Illuſt.
D. Faguan. in cap. Canonum ſtatuta de Conſtit. num. 58. &
ſeqq. Sot. de Iuſtit. & Iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 17. Couarr. in
cap. Alma mater par. 1. §. 1. num. 4, Fachin. lib. 1. controu.
cap. 2. lit. D*, qui in propoſito firmant, Principem legi
bus non ligari, quoad vim coactiuam. Namque legem
13 non obſeruando, eum nemo punire poteſt; quia pœna
imponi debet, per iudicis ſententiam, etiam inuito;
Princeps autem ſuperiorem, vel iudicem nullum ha-
14 bet, à quo cogi, vel puniri poſſit; à ſe ipſo, autem, ne-
mo propriè cogitur, nec quiſquam, in proprio facto,
15 iudex eſt, ait, *Laym. de leg. lib. 1. tract. 4. cap. 9. verſ. tertio
conſentiunt in fine.* Obligari, tamen, ad obſeruantiam,
quantum ad vim directiuam, quia eas tenetur ſerua-
re; quod meliùs videtur comprobari ex *l. digna vox*
16 *C. de leg.* ibi, *digna vox maieſtate regnantis legibus alli
gatum ſe profiteri, & re vera maius imperio eſt ſubmit-
tere legibus principatum*; quæ verba denotant vim di-
rectiuam, vim verò coactiuam colligunt *ex ſupracita
ta l. Princeps, ff. de leg.*

Item probatur hæc opinio *ex l. ex imperfecto, ff. de
leg. 3.* ibi, *decet enim tantæ maieſtati eas ſeruare leges,
quibus ipſe ſolutus videtur, ex l. 3. C. de teſtam.* ibi, *nihil
tam magis proprium eſt Imperij, quam legibus viuere
ex §. vlt. quib. mod. teſtam. infirm. licet*, inquit, *legibus
ſoluti ſimus, legibus tamen viuimus &c.* ex quo latiſſi
mè videtur comprobari Principes, quoad vim dire-
ctiuam legibus eſſe alligatos, licet (cum deficiant, qui
poſſint contrà eoſdem ius dicere) vi coactiua cogi mi-
nimè poſſint ad legum obſeruantiam.

Ego autem, omnibus ſupradictis reiectis diſtinctio-
nibus, teneo Principem, (intelligo de Principibus nul-
lum alium ſuperiorem recognoſcentibus, præter Deũ,
non de illis Imperatori, & Regi ſubordinatis) nequa-
quam legibus alligari, prout leges ſunt, neque vi coa-
ctiua, neque directiua, loquendo tamen de legibus ci-
17 uilibus non naturalibus, & gentium, quia, cum hæ ſint
immutabiles non poſſunt, vel tolli, vel mutari à Prin-
cipe, nec contrà eaſdem ipſi Principes aliquid ſtatuere
valent, vt videre eſt penes, *Angel. in l. Princeps 30. nu.
3. ff. de legib Vaſq. contr. Illuſtr. cap. 26. num. 14. Connan.
lib. 1. cap. 16. num. 8 verſ. cùm enim, Arnold. Vinn. lib. 2.
Inſtit. tit. 17. num. 1. verſ. totum hoc. Solorzan. de Iur. In-
diar. lib. 3. cap. 3. nu. 10. Donat. Anton. de Mariu. reſol.
Iur. lib. 2. cap. 46. num. 7.*

Et quod Princeps legibus non ſit alligatus, neque
vi coactiua, neque directiua, probatur; Animaduer- 18
tendo à Populo Romano lege Regia, (quæ fuerit lex
Regia, vnde dicta, quando edita, & plura circa id no-
tat *Amays lib. 1. obſeru. cap. 1. num. 19. & ſeqq.*) in Prin-
cipem fuiſſe tranſlatam omnem poteſtatem ferendi,
interpretandi, vel addendi leges, in eodemmet popu-
lo, priùs reſidentem, omniaque iura maieſtatis, & po-
teſtatis eidemmet Principi abdicatiuè, quoad ipſum
Populum fuiſſe attributam, Vndè fatendum eſt, ipſum
Principem legibus ampliùs non obſtringi, vel alligari;
Etenim (ait *Arnol. Vinn. d. lib. 2. Inſtit. tit. 17. num. 1. ver-
bo etenim*) Princeps, qui abſoluta iura poteſtatis ha-
bet, nihil ſuprà ſe cernere poteſt, neque hominem, ne-
que legem, vt habetur etiam ex *Iuſtin. in auth. de Con-
ſulibus*, quæ eſt nouella 105. *circa finem; omnibus autem*
(ait tex.) *à nobis dictis Imperatoribus excipiatur fortu- 19
na, cui & ipſas Deus leges ſubiecit, legem animatam
committens hominibus*. Si igitur Princeps ſuprà leges
eſt, nec ei leges ſubiectæ ſunt, is neceſſariò legibus non
ſubijcitur, nec eiuſdem præceptis tenetur, alioquin
non illi leges, ſed ille legibus eſſet ſubiectus; Et quia
ipſe lex eſt, in eum lex ferri non poteſt, vt argumenta-
tur. *Vinn. vbi ſupra verb. iam verò*, & vt meliùs ani- 20
maduertit *Anton. Merend. lib. 2. controu. cap. 14. num. 7.*
cum tantum Regis eſſentia, in hoc conſiſtat, vt legum
defectum ſupplere valeat, id facere non poſſet, ſi à le-
gibus ſcriptis diſcedere minimè poſſet, & latiùs ex-
plicat paulò inferiùs *num. 8.* Vndè *Plin. in Panegyric.
Leges*, inquit, *Principi nemo ſcripſit*, & hoc tam quo-
ad vim coactiuam, quam directiuam, vt apertis
verbis, demonſtrant *Arnold. vbi ſupra verb. neque cum
hoc.*

Hinc eſt, quod optimè probat *Connan. Comm. Iur.
Ciuil. lib. 1. cap. 16. num. 8. verb. cum enim*, omnia à
Principe geſta etiam, ſi contra leges ſcriptas obſerua- 21
ri debere; Exempli gratia, ſeu Princeps donat vxori,
ſeu vxor ei, valebit donatio per *tex. in l. 26. ff. de donat.* 22
inter vir. & vxor. eo quia actus vim legis acquirit. 23
Ità, cum regulariter eorum, quæ dantur filijs familias
vſusfructus debeatur patri, fallit regula in Principe 24
filiofamilias donante, *tex. in l. cum multa, ff. de bon. quæ
liber.* Latè *Rot. dec. 54. num. 3. 4. par 10. rec.* Quoniam
videtur Princeps filiofamilias potiùs voluiſſe donare,
quam patri, quæ voluntas Principis pro lege eſt, quia
legem ipſam Princeps poteſt tollere, quod videtur fe-
ciſſe.

Sed hæc ſunt intelligenda, vt dixi, de Supremo Prin-
cipe, & habente regalia, & iuriſdictionem, non verò de 25
Principibus inferioribus, ipſi enim tenentur ſeruare
leges, & ſtatuta, in eorum contractibus, vt latè oſten-
dit *Rot. coram Merlin. dec. 748. num. 5. & 6. & in Rom.
Pecuniaria 16. Iunij 1662. coram Eminentiſs. D. Cardi-
nali Celſo §. turbiditas verò confirmata 7. Iunij 1666. co-
ram R. P. D. Taia poſt tract. dec. 163.*

Dixi, Principes legibus non ligari, prout leges ſunt;
aliquando tamen, ab eis erunt obſeruandæ; quia ars 26
Ciuilis ità dictat, & prudentia ſuadet ſecundum le-
gem huiuſmodi agi debere: Nam Princeps licet à legi-
bus non ligetur, ligatur tamen prudentia, & ratione,
vt latè oſtendit *Merend. controu. lib. 2. cap. 14.* Et ideò
apud Principem, cum aliquid, de quo lex extat, erit
decernendum, nulla differentia eſt, an lex ſcripta fue-
rit, vel non; ſi enim ars Ciuilis dictat, illud eſſe obſer-
uandum, quod in lege continetur, id erit obſer-
uandum etiam ſi nulla lex extet; ſi verò ſuadet aliud,
quam lex iubet, non erit obſeruanda.

Verùm tamen eſt, quod quia, plerumque leges ſcri-
ptæ, vtpotè conditæ ſecundum naturalia præcepta
prudentiæ, artiſque Ciuilis, Principes obligant, non
quia leges ſunt, ſed quia ità naturalis ratio, & pruden-
tia humana admonent, in hoc ſenſu ſunt intelligenda

verba

verba l.digna vox C. de leg. Maius Imperio eſſe ſubmit-
tere legibus Principatum. Et nun immeritò boni Im-
peratores ſemper profeſſi ſunt ſecundùm leges viuere
§.fin.Inſtit.quib.mod.teſtam. infirm. l.3. C. de Teſtam. l.
cum hæredes.C.qui teſtam.fac.poſſ.l.4.C.ad l.falcid.l.Pa-
pinianus §.ſi Imperator ff. de inoff. teſt. ideſt ſecundùm
28 æquitatem, & ratiunem naturalem, Gratian. diſcept.
for.cap.801.num.8.19.Fragoſ.de Regim. reip. par.1.lib.
1.diſp.2.§.1.num.100.& meliùs Pycchard. §. vlt.Inſtit.
quib.mod.teſtam.infirm.num.3.in fine, ibi, Imperat enim
Principibus lex, quæ omnium eſt regina, non quidem Ci-
uilis, aut ſcripta in communes vſus, ſed Diuina illa, &
naturalis ex rationis iudicio, & iuxtà hanc ſententiam
ſcripſit Illuſtriſs.D.Fagnan. in cap. Canonum ſtatuta de
Conſtit.num 58.& ſeqq. vbi,quod quantum ad Dei iu-
dicium, Princeps non eſt ſolutus à lege, quoad vim
directiuam eius,ſed debet voluntarius non coactus le-
gem implere,& inferiùs num.60.concludit,quod quã-
uis Papa nun conſtringatur lege poſitiua, adſtringi-
tur tamen mente legis, & æquitate naturali determi-
nante aliquid circà peccatum. Et latiùs, quod Prin-
ceps ſit ſolutus legibus humanis,& non lege naturali,
& Diuina,idem Fagnan. in cap. audiuimus de Reliq. &
Vener.Sanct.num.71. & ruſus in cap. ne pro dilatione
de Pænit. & remiſſ. pluribuſque cumulatis, ità etiam
firmat Chriſtin.dec.Belgic.53.vol.2. Amay. latiſſimè d.
lib.1.cap.92.

Et proptereà Auguſtus veniam legis Voconiæ à
29 Senatu impetrauit, vt puſſet ex triente Luciam vxo-
rem hæredem ſcribere,vt habetur ex Dione, quem al-
legat Pycchard. vbi ſupra verb. veniam etiam, & ex
Amay d.loco num.97. cum tamen ſupra quadrantem
ea lege non liceret inſtituere,vt tradunt Pycchard.vbi
ſupra,& relati ab Oſuald.ad Donell. lib.6. cap.17. lit. P,
Dictat enim ratio naturalis, vt quam quiſque legem
in alium dixit, ſibi etiam dicere non dedignetur tot.
30 tit.ff. quod quiſque iur. cap. iuſtum 9. diſtinct. cap. cum
omnes de Conſtit.l. ſed & partus 12. §. 1. ff. de eo quod
met.cauſ & latè tradit, Germon. lib.1. animad. cap.1.
vol.3.Connan.lib.1.Comm.cap.8.num.3.

Vndè patet veram nun eſſe aliquotum opiniunem
tenentium Principi omnia,& in omnes licere ex dicto
Vlpian.in d.l.& quod Principi, vt benè probant Con-
nan.Comm.Iur.Ciuil.lib.2.cap.16.num.9. Amay.contr.
lib.1.cap.1.num.9.

Nam Princeps id tantùm ſtatuere debet ſuis legi-
bus, quod in commune Reipub. commodum redun-
31 det,vt poſt Merl. in empor. tit. de leg. & Auguian. de
leg.controu.1. num.11. tenet Amay. d. obſeru. 1. cap.1.
num.6.Neque aliud Princeps,ſua poteſtate,gerere de-
bet,quàm quæ poteſtatis ſunt,hoc eſt iuſtè poteſt, ad
quod facit illud quod in Pittaci ſententijs reperitur,
pareto legi quiſquis legem ſanxeris,latè Pycchard. d.lib.
2.Inſtit.tit.17.§.vlt.num.3.verſ.princeps ergo.

Quapropter placita Principum dicuntur leges,
32 quando vtilia ſunt, & tanquam vtilia ſapientum con-
ſilia approbata, non verò quando eſſent irrationabi-
lia, quia tunc non haberent vim legis, optimè Vaſq.
contr.Illuſt.lib.1.cap.2.per tot. & præcipuè num.2.& 11.
latiſſimè Amay.vbi ſuprà num.11.

Ea verò,quæ ità condita fuerint non dedecet,quod
33 antè omnia ab ipſo Principe obſeruentur, vt optimè
demonſtrat Nathan de Inſtit.vulner.lib.1.tract.2. cap.
1.num.3.4.Amay.d.cap.1.num.49. Germon.d.lib.1.ani-
mad.cap.1.circa med. Vinn. ad d.tit. Inſtit. quibus mod.
teſtam.Infirm.§.vlt.

Ex quibus conſtat omninò falſam eſſe opinionem
Angel.in l.Princeps 30. circà fin. ff. de leg. eiuſque ſe-
ctatorum,tribuentium Principi duplicem poteſtatem,
vnam,ſcilicet,ordinatam,quæ a legibus dirigatur, al-
teram abſolutam, quæ nulla lege, nullaque ratione
poſſit limitari,& indiſtinctè, neque quoad vinculum,
neque quantum ad obſeruantiam ſub lege dici poſſit, 34
vt obſeruauit Vaſq.contr.Illuſtr.lib.1 cap.26.num.2. di-
cens non minùs ineptè,quàm noxiè vſurpatum id fuiſ-
ſe à Doctoribus, nam abſoluta poteſtas Principibus
non eſt,non magis quam priuatis hominibus. Princi-
pes enim contrà ius nihil poſſunt, non magis quidem 35
quam priuati homines, etiam ſi plenitudine poteſta-
tis, ac poteſtate abſoluta vti velint; quia nulla Princi-
pum, (ſiue illi Eccleſiaſtici ſint, ſiue profani) poteſtas
eſt ad malum, ſed tantùm ad bonum, non ad nocen-
dum,ſed ad conſulendum,iuuandum,proficiendum,&
denique ad meram Ciuium, ſeù ſubditorum vtilita-
tem,non ad ipſorum regentium commudum.

Quod etiam latiùs comprobat Pincll. de reſcind.
vendit.in par.1.Rubr.cap.2.num.24. vbi dicit hanc opi-
nionem verè inhumanam omninò reijciendam atque
exterminandam eſſe, & latiùs num.25. vbi innumeros
adducit concordantes, poteſtatis nomen verè contra-
rium, & omninò à Iuriſcon. ablegandum eſſe tenen-
tes,& præcipuè Couarr.lib.3.reſol.cap.6.col.8.Molin. ad
Dec.in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. lit.T, Alciat.
in l.cenſere 111.de verb.ſignif.Bartol. in l. fin. num.2. ad
fin.C.ſi cont.ius,Afflict.lib.1.Conſtit.Rubr.40.nu.5. Sonſ.
decis.Luſit.87.num.2.

Verùm eſt enim, quod Poteſtas abſoluta in Princi-
pe nunquam conſideratur,cum ea magis ad Tyranni-
dem tendat, quàm iuſti gubernationem Imperij. 37
Namque publicum non attendit commodum qui pro
arbitrio dominationem exercet, qui nullis ſubiacet
legibus,ſed violentia quadam, & furore omnia profa-
nat,Tyrannus erit,vt ex Ariſtot.& alijs obſeruat Petr.
Gregor.lib.6.de Repub.cap.18 num.9.quem refert, & ſe-
quitur Amay.d.cap.1.num.47.qua ratione non deſue-
tunt aſſerentes Principes tali vtentes poteſtate grani-
ter peccare, vt Bald.Innoc. & Capyc. in locis notatis 38
penès Pinell. vbi ſuprà antè primum verſic. Granæ ad
Gail.lib.2.concl.56. conſid.1. numer.2. & alij allegati à
Coſt.conſ.78.num.7. 8. & hanc poteſtatem abſolutam,
non Chriſtiani Principis, ſed Turcarum tyranni eſſe
tradit Sot.lib.4.de Iuſtit.& Iur. quæſt. 4. art.1. col.4. & 39
Rebuff.in prax.benef.tit.de non tollen.Iur. quæſt.gloſſ.6.
num. 35. Merl.in Empor.tit.de leg. quæſt.1. numer.7. &
hanc etiam,tanquàm Principi Chriſtiano indecoram,
protinùs eſſe arcendam ab Aulis Regum, alijs addu-
ctis,latiſſimè probant Sanch.de Matrim.lib.2. diſp.15. 40
num.3.verſ.ſed hanc diſtinctionem,Caſtill. quotid. Contr.
lib.3.cap.6.num.7.& ſeqq.idem Amay d.cap.1.num.49.
Valenzuel.Valaſc.conſ.69.num.113.tom.1. & num.118.
vbi latiſſimè, & alij de quibus apud Capyc. Galeott.
cont.lib.1.contr.50.

Quapropter licet nonnulli, pro comperto habue-
rint Principem, vi huiuſce poteſtatis abſolutæ poſſe
auferre ius tertio, nulla interueniente cauſa, ſed tan-
tùm arbitrio dominantis, vt anteſignanus eſt Angel. 41
in l.item ſi verberatum,§.1. ff. de rei vendic. cum alijs
cumulatis a Cenall. Comm. contrà comm. quæſt. 577. in
princ. Gabriel.lib.3.concl.de Iur.quæſit.non tollen. concl.
1.num.1. Vaſq. controu. Illuſt.quæſt.1. par. 2. numer.7.
Chriſtin.decis.Belgic.28.num.8.lib.5. quibus addo Bur-
ſat.conſ.291.num.20.Gratian.diſcept.for.cap.997. num.
10.cum alijs relatis per Caſtill. d. lib. 3. controu. cap. 6.
num.3.& 4.Nathan de Inſt.Vulner. par. 1. tit. 1. cap.5.
num.1.& ſeqq.& pluribus cumulatis, Donat.Anton. de
Marin.lib.2.cap.46.num.8.& ſeqq. vbi, quod poteſt
Princeps, in præiudicium agnatorum habilitare Cle-
ricum ad ſucceſſionem feudi, excluſum vigore Con- 42
ſtitutionis, & ſtatuti, vbi etiam plura,quando Prin-
ceps poſſit naturalem legitimare in præiudicium le-
gitimi.

Nihilominùs contraria opinio, magis eſt æqua,
magiſ-

43 magisque recepta, vt probat *Egid. Boss. de Princip. §. Princeps sol. potest auferre dominium, vers. de Plenitudine verò potestatis Gabriel. vbi supra concl. 1. num. 1. vers. contrarium tamen, Crauett. cons. 241. num. 12. & 20.* vbi scribit; quod in hac materia, *Angel.* non, vt Angelus, scripsit, sed vt homo mendax, *Gaua. ad Gail. lib. 2. concl. 56. consid. 1. per tot. Venturin. cons. 4. nu. 36. Paul. Christin. dec. Belgic. 27. numer. 11. Castill. lib. 3. controu. cap. 6. num. 47. & seqq. Arias de Mes. Var. lib. 2. cap. 50. num. 18. Solorzan. de Iur. Indiar. lib. 2. cap. 10. num. 45.* vbi quod Princeps Infidelium etiam sibi
44 subditorum non potest auferre bona sine iusta causa, & plures concordantes allegat.

Et latiùs quod Papa, vel alius Princeps supremus, non possit auferre dominia, iure Gentium, quæsita, sine iusta causa, tradit, multis adductis, *Solorzan. d. lib. 2. cap. 24. num. 3. & 4. Sous. d. decis. 87. num. 2.* vbi, quod etiam de Iure Ciuili.

Dixi, quod Princeps non potest tollere ius, de iure gentium, quæsitum, quia, si ageretur, de iure gentium quærendo, idem tolli potest à Principe, etiam si nulla subsistat causa: Vnde tenent communiter Doctores
45 posse Principem derogare iuribus loquentibus de Alluuionibus acquirendis possidentibus prædia vicina, vt est *tex. in l. in genere, ff. de acquir. rer. domin. l. prima*
46 *§. simili, vers. & si limitatus, ff. de Flumin. Bero. cons. 140. nu. 27. & seqq. lib. 3. Morott. cons. 10. nu. 11. & 12. Arias de Mes. Var. lib. 2 cap. 50. nu. 12. & seqq.*

Et in genere, quod Princeps possit præiudicare in iure nondum quæsito, late ostendit, multis cumulatis,
47 *Vrceol. consult. for. cap. 98. num. 65. Donat. Anton. de Marin. resol. lib. 2. cap. 46. num. 24. & seqq.* vbi, quod, hæreditate non adita, licet delata, potest Princeps auferre ius adeundi, *Cald. recept. sentent. lib. 2. quæst. 38. numer. 15.*

Et quamquam admittant passim scribentes, quod Princeps, iusta interueniente causa, & exigente necessitate,
48 possit auferre res priuatorum, vt latè tradunt allegati à *Vasq. controu. d. lib. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 26. num. 16. & 17. Gail. pract. obseru. lib. 2. obseru. 56. num. 1. Menoch. de Arbitrar. cas. 48. num. 9. Fachin. controu. lib. 8. cap. 63. vers. 5. quæstio*, plenissimè *Cenall. Commun. contr. commun. quæst. 578. per tot. Cyriac. controu. 110. num. 74. & seqq. Ventur. cons. 4. num. 23. Capyc. Latr. dec. 188. num. 70. & seqq. lib. 2. & dec. 199. num. 4. Illustriss. D. Fagnan. cap. quæ in Ecclesiarum num. 118. de Constit.*

Et hæc necessitas debet publicum commodum respi-
49 cere, vtilitatemque Reipub. præseferre, vt superiùs allegati probant, & latiùs *Peregr. de Fideic. art. 52. num. 127. & 128 Giouagn. cons. 60. num. 15. lib. 1. Solorzan. de Iur. Indiar. d. lib. 2. cap. 24. num. 4. in fin. Fagnan. d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 119. de Constit.* alias diceretur
50 potiùs dissipare, quàm dispensare, & magis diceretur, vti plenitudine tempestatis, quam potestatis, *Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 7. num. 31. Giouagnon. vbi supra num. 15.*

Hæc autem iusta causa regulariter in Principe so-
51 let præsumi, vt pluribus adductis, firmat *Cenall. Com. contr. com. quæst. 578. num. 8. & 21. Gabriel d. lib. 3 de iur. quæst. non toll. num. 4. Menoch. lib. 2. præsumpt. 10. nu. 55. & 56. Mascard. de Probat. concl. 276. Vasq. controu. Illust. lib. 1. cap. 8. num. 3. Castill. d. lib. 3. contrac. cap. 28. num. 3.* ibi, *Princeps aliquid faciens, vel concedens præsumitur iustis cum causis, eaque præsumptio non admittit probationem in contrarium, & dicitur loqui per os Dei*, & pleniùs *num. 15. Illustriss. D. Fagnan. d. cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. num. 121.* limitat tamen, multis modis, *num. 123. & seqq.* prout pariter multa adduxit *in cap. consultationibus num. 79. & seqq. de Cleric. Ægrotant.*

Cum hac tamen limitatione, quod quando agitur de tertij præiudicio, hæc iusta causa nequaquam, in 52
Principe, præsumatur, vt alijs adductis, optimè probat *Pinell. de Rescind. vendit. 1. part. Rub. d. cap. 2. num. 7. Valens. Valasc. d. cons. 69. num. 129. & seqq. Castill. d. lib. 3. contr. cap. 28. nu. 17.* vbi latissimè materiam pertractat, pluresque adducit limitationes idem *Fagnan. d. cap. quæ in Ecclesiarum nu. 121. & seqq. & d. cap. consultationibus num. 79. & seqq.*

Et quæ dicta sunt, de Principe, quod non possit tollere ius tertio quæsitum, eò magis locum habent, quando loquimur de re, super qua contractus fuit initus; Princeps enim nunquam potest vim contractuus 53
eneruare, nec contrà eosdem aliquid statuere, siue contractus ab eo cum priuato fuerit stipulatus, vel inter ipsos priuatos, plenissimè *Mart. cons. 117. nu. 13. Gurb. cons. 94. num. 5. & 6. Fuessemb cons. 109. numer. 7. lib. 3. Gratian. discept. for. cap. 891. num. 9. 10. Cyriac. controu. for. contr. 59 num. 15. & controu. 309 num 19. 20. Surd. cons. 262. num. 63. Venturin. cons. 4. num. 13. Valenzuel. cons. 2. num. 51 tom. 1. Capyc. Latro dec. 188. num. 5. Salgad. Labyr. Credit. part. 1. cap. 58. num. 17 Solorzan. de Iur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 19.* & pleniùs *Illustriss. Fagnan. in cap. ex Epistolæ de restit. spoliat. nu. 7.* latissimè *Altograd. cons. 70 num. 25. & seqq. lib. 2. Sous. decis. Lusit. 87. num. 3.* vbi, quod, eo casu, Princeps naturaliter obligatur, & ex hac naturali obligatione oritur contrà ipsum actio, licet contrà priuatum non nascatur; Principem enim non minùs, quàm priuatum, suis obligari contractibus, dixerunt, *Roland. cons. 45. num. 14. lib. 3. Menoch. cons. 201. num. 38. Gurb. d. cons. 94 num. 6. Christin. dec. 53. num. 5. & seqq. lib. 2. Ger Spinol. cons. 16. num. 46* plenissimè *Capyc. Latro dec. 188. num. 7. & seqq. lib. 2. Mager. de Aduocat. Armat. cap. 14. num. 122.*

Et non solùm tenetur naturaliter, vt diximus, & probat *Vasq. d. lib. 1. controu. cap. 3. num. 1.* Sed etiam ciuiliter, vt obseruat ipsemet *Vasq. d. cap. 53. num. 1. vers. sic ea tamen*, latissimè *Valenzuel Valasc. d. cons. 2. num. 53. tom. 1. Fragos. de Regim. Reip. d. disp. 2. num. 103.* Ideoq; 54
neque auctoritate suprema eis valet contrauenire, *Cephal. cons. 57. num. 78.* optimè *Valenzuel. d. cons. 2. num. 70. Hartm Pist. quæst. 25. num. 7. lib. 3.* Principibus 55
enim Deus leges submisit, non autem contractus, & conuentiones, *Cephal. cons. 168. num. 30. lib. 2. Mart. cons. 117. num. 13. Gratian. Discept. for. cap. 891. num. 12. Monac. dec. Bononien. 38. num. 17.* Licet, autem, aliqui 56
affirmauerint, vt neque etiam, iusta interueniente, & legitima causa possit Princeps contrauenire contractui à se cum subdito gesto, vt *Menoch. cons. 27. nu. 16.* quem refert, & sequitur *Venturin. cons. 15. num. 59.* aliqui negauerint, vt cum causa possit Princeps contractibus derogare, vt videre est penès *Capyc. Latr. d. dec. 188 Altograd. d. cons. 70. num. 6. 7. Cyriac. d. controu. 310. num. 68.* 57 58

Meo tamen iudicio opiniones possunt ad concordiam reduci, vt possit quidem Princeps contractibus contrauenire, propter causam ineuitabilem Reipub. 59
iam periclitaturæ, non verò ob publicam vtilitatem promouendam, seu augendam, *Aluar. Valasc. cons. 22. in fine tom. 1. Graua. ad Gail. pract. obseru. lib. 2. concl. 56. num. 5. 6. Altograd. cons. 102. num. 50. lib. 2.* Et primò ex supradictis casibus putarem cum *Capyc. Latro dec. 188. num. 61. & dec. 199. num. 21. lib. 2.* & alijs ibidem 60
cumulatis Principem posse contractum factum à se reformare, & detrahere iuri tertij etiam si damnum non resarciat, nec dato excambio: licet alias, nequaquam, etiam iusta interueniente causa, ius alterius à 61
Principe possit tolli sine legitima recompensa illius rei, aut iuris, quod auferetur illi, ad quem pertinebat, *Aluar. Valasc. d. cons. 22. num. 4 Pinell. de Rescind. vend. par. 1 Rubr. num. 14 Cyriac. contr. for. 310. nu. 26. Capyc.* 62
Latr.

*Latr.conſ.38.num.2.& dec.199.num.22 23 Cald. conſ.
9.num.68.69.Paſqualig.quæſt moral.46. num.1.* qui ta-
men *per tot.quæſt.* probat, etiam nullo ſoluto pretio,
63 poſſe Principem tollere domos priuatorum ædifica-
ras,circa mænia Ciuitatis, eaſque demoliri facere ob
muniendam Vrbem, quod etiam probatur *ex l.ſi eiu
loci C.de ædif.priuat.* vbi quod fabricans in his locis ſu-
beſt periculo deſtructionis,& *in l.ædificia, C.de public.
oper.* omnino prohibentur, & dirui præcipiuntur talia
ædificia. Vndè,cum lex ſemper loquatur,qui in huiuſ-
modi locis fabricat, ſe ſubiacet periculo,& ſibi impu
tare debet, quod damnum patiatur, quia tenebatur
præuidere caſum poſſe euenire; & ſic intrat regula
64 *cap.damnum de reg. Iur. in 6.* quod quiſque debet ſibi
imputare damnum quod ex propria culpa ſentit,
l. quod quis de Reg. Iur. & hanc etiam opinionem ſe-
quutus fuit *Paul.Chriſtin.dec.Belgic.27.num.16. & 17.
vol.5.*

Redeundo nunc ad materiam quæſtionis noſtræ
principalis, ſcilicet, an Princeps poſſit transferre hæ-
reditatem, per pactum, ſuppoſito, quod Princeps ſit
legibus ſolutus, ſed tantum ligetur quadam æquita-
te,& prudentia, quæ vincit omnes leges ſcriptas. Ego
exiſtimarem poſſe quidem eundem Principem hoc
idem facere, nempè, transferre per pactum hæredita-
tem;diximus,enim, eundem non eſſe ſuppoſitum legi-
bus ciuilibus,imò eaſdem poſſe immutare, ſupplere
65 &c. Igitur etiam poterit leges de teſtamentis lo-
quentes ex mero iure Ciuili deductas alterare, &
immutare, ac quemlibet contractum inire eum-
que validum efficere, licet alias nullus omninò
eſſet.

Sic videmus, quod Principis teſtamentum, ſolitis
haud adhibitis ſolemnitatibus neceſſarijs valet,& ſub-
ſtinetur, quamuis inter priuatos nullum omninò eſ-
66 ſet & infectum, vt *ex text in l.omnium 19.C.de teſtam.*
deducit *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib.3.§.26.limit.31.in
princ.Capyc.Galeott.controu.lib.1.controu.1.num.31.ad-
not. ad dec. 217. numer.75.par.9.rec.* ac alij relati per
Philipp.Knipſchilt de fideic.famil.nobil.num.19. & 20.
Quicquid ſit,de Principe Imperatori ſubordinato, vt
Comite,Marchione, &c. qui ſine ſolemnitatibus vali-
dè teſtari non poſſunt, vt latè oſtendit idem *Kni-
pſchilt.d.cap.6.num.21.*

Sic donatio facta ab Imperatore eius vxori ex re-
ſcripto *Iuſtin.in l.26.ff.de donat.inter vir & vxor.* non
67 vitiatur,quamquam alias inter alias perſonas nullius
ſit roboris.

Sic pariter donatio facta ab Imperatore alicui fi-
liofamil. eidem acquiritur in totum, tam quoad pro-
prietatem,quàm quoad vſumfructum, vt ſuprà dixi-
68 mus auctoritate *Rot.dec.50.par.10.rec.* non obſtante,
quod regulariter donata filio in patria poteſtate exi-
ſtenti, eadem quoad proprietatem quærantur filio,
quo verò ad vſumfructum commodo genitoris ce-
dant,vt eſt *tex.in l.cum multis,C.de bon.quæ liber.* quæ
omnia latiùs pertractat *Connan. comment. Iur. Ciuil.
lib.1.cap.fin.num.*8. Ratio verò prædictorum eſt, quia
quicquid facit Princeps contrà ius Ciuile iuſtum eſt,
69 quia iure Ciuili putatur derogaſſe eatenus, quatenus
fecit, cui iuri, vt derogare, contraria lege, ita, & pa-
cto poteſt & facto, dum id extrà res,& perſonas ſuas
non extendatur, neque repugnet naturæ, aut alteri
ſit perniciosum ait *Connan. vbi ſuprà verſ.quarè cum
dicitur.*

Quando verò eſſent in perniciem alicuius huiuſ-
modi pacta, neque etiam inter Principes eſſe valida
oſtendit in terminis *Menoch.conſ.250.num.103.*

Et prædicta locum ſibi vindicare non dubito,quan-
do ſumus in Principe, qui de propria hæreditate in
alium Principem vel priuatum deferenda paciſcitur.
Non autem quando ageremus de priuato promit-
rente hæreditatem alicui Principi. Tunc enim eſſet in- 70
conueniens, quod Princeps ratum habeat pactum,
exemplo,& auctoritate, probatur, quia à legibus eſt
conſtitutum,quod in actibus celebratis,per aliquem,
erga Principem debeant attendi Iuris ſolemnitates, 71
alias non valent,vt docet *Caſtren. in l.Princeps num.3.
& 4.ff.de legibus,*& alijs omiſſis, *Capyc. Galeott. lib.1.
controu.cap.1.num. 32. vbi quod Princeps actiuè diſpo-
nendo cenſetur ſupplere omnem defectum, iurimque
tollere obſtaculum eius diſpoſitioni repugnantium. Con* 72
*trarium tamen cum ſubditus, vel alius in Principem di-
ſponit, quia tunc ſunt omninò leges ſeruandæ, ac ſi in
quemlibet alium priuatum fieret diſpoſitio.* Exemplo,
quia Sacratiſſimi Imperatores nunquam voluerunt,
quod ex actu non iure geſto ſibi aliquod commodum
eueniret. Vnde videmus, quod ex imperfecto teſta- 73
mento Princeps renuit hæreditatem capere; *Ex im-
perfecto teſtamento nec Imperatorem hæreditatem vin-
dicare ſæpè conſtitutum eſt,* ait *tex. in l.ex imperfecto 3.
C.de Teſtam.* Sic legata, & fideicommiſſa acceptare
recuſat, quando eadem ex teſtamento minùs ſolemni
relicta ſunt, *l.ex Imperfecto 23.ff. de legat. & fideic.3.*
ibi. *Ex imperfecto teſtamento legata, & fideicommiſſa
Imperatorem vindicare verecundum eſt;* neque acce-
ptare contentie *in l.Imperatorem 91.ff.de Hæred.Inſtit.*
hæreditatem, quæ litis cauſa in eum eſſet tranſlata,
ait namque, *Imperatorem litis cauſa hæredem inſtitui
inuidioſum eſt; nec enim calumniæ facultatem ex prin-
cipali maieſtate capi oportet.* Hi autem fuerunt Impera-
toris Pertinacis, qui æqui, & boni fuit obſeruantiſſi-
mus,iuſtiſſimi ſenſus, vt habetur etiam *in §. fin. Inſtit.
quib mod. teſtam. infirm.* ibi, *eadem oratione expreſſit
nò admiſſurum,ſe hæreditatem eius,qui litis cauſa Prin-
cipem reliquerit hæredem, neque tabulas non legitimè
factas,in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat,
probaturum: neque ex nuda voce hæredis nomen admiſ-
ſurum, neque ex vlla ſcriptura,cui iuris auctoritas deſit,
adempturum.*

Et habemus de Auguſto apud Suetonium,quod *le-
gata,vel partes hæreditatum,& à quibuſcumque paren-
tibus relicta ſibi,aut ſtatim liberis eorum concedere, aut,
ſi in pupillari ætate eſſent die,virilis Togæ, vel Nuptia-
rum,cum incremento reſtituere, conſueuerat;* & latiùs
apud *Tacit.lib.2.Annal* habemus, quod Imperatores
non ſolum in gratiam filiorum,ſed & eorum, qui ſub
colore aliquo, ne communeros morientium quoquo-
modo contendebant eorum hæreditates ſpreuue-
runt,& maximè illorum,qui in agnatorum odium,ip-
ſius tegebant,vt plenius oſtendit *Capyc. Galeott.d.con-
tron.1.num.35.lib.1.* Ita pariter in caſu noſtro, dicen-
dum eſt, Principem non debere, ex pacto, non iure,
geſto,imò improbato hæreditatem ſibi quærere,licet
poſſit, diſponendo ad alterius fauorem in alium
transferre hæreditatem,per pactum. Hæc enim diſtin- 74
ctio,inter diſpoſitionem,quæ fit à Principe,& in Prin-
cipem eſt communiter approbata, vt per *Iaſ. in l.3. C.
de Teſtam. Peregr de Iur.fiſc.lib.4 tit.1.in princ.& tit.7.
num.3.Capyc.Galeott.d contr.1.num.32.lib.1.*

Et hæc, quæ dicta ſunt de Principe, quod non ſit
ſubiectus legibus, intelliguntur, de ipſius dumtaxat
perſona,non verò extenduntur ad eius vxorem, vt eſt
tex.in l.Princeps,ff.de legibus, quem refert,& ſequitur 75
*Illuſtriſs.D.Fagnan. in cap. ne pro dilatione de pænit. &
remiſ.* vbi ait, cum *Sarment.* quod quamquam ipſa
Auguſta irradietur radijs Auguſti, & gaudeat eius
priuilegijs,vt *in l.fiſcus § fin. ff. de Iur.fiſc.* nihilominùs
ſub generali legum vinculo comprænditur,niſi ſpe-
cialiter excipiatur &c.

CAPI.

CAPVT XI.

Pactum nostrum à Parentibus cum liberis celebratum an valeat. Negatiua opinio defenditur contrà opinionem Caroli Calà in tract. de Successf. per pactum. Ostenditur non esse in materia attendendam Nouellam Leonis Imperatoris in ordine 19. Et multa afferuntur circà æqualitatem seruandam, vel non, à parentibus inter filios.

S V M M A R I V M.

1 *Valet pactum futuræ successionis celebratum à parentibus inter filios.*
2 *Pacta conuenta sunt seruanda.*
3 *Cessante causa cessat effectus.*
4 *Votum captandæ mortis cessat inter parentes & filios.*
5 *Leges contrà Parricidas non fuerunt latæ, quia est facinus incredibile.*
6 *Pacta futuræ successionis inter patrem, & filios sunt valida sed reuocabiliter.*
7 *Pater ex contractu fiducia fit hæres filij.*
8 *Explicatur tex. in l. hæreditas, ff. de Pact. Conuent.*
9 *Valet Pactum futuræ successionis inter patrem, & filios, quando fuit promissum, eos æqualiter instituere.*
10 *Verba Nouellæ 19. Leonis Imperatoris referuntur.*
11 *Nouellæ Leonis Imperatoris non habent vim legis.*
12 *Nouellæ Leonis Imperatoris deseruiunt ad explicationem quorundam iurium habentium sensum obscurum.*
13 *Exclusio vnius est inclusio alterius.*
14 *Ex verbis dispositiuis in instrumento à patre prolatis datur hæreditas filio.*
15 *Nouella Leonis Imperatoris 19. est explicatiua l. fin. C. de Pact.*
16 *L. final. C. de Pact. procedit non tantùm in hæreditate vnius tertij, sed etiam in hæreditate vnius ex paciscentibus.*
17 *Qui non potest super hæreditate pacisci non potest etiam alteri paciscenti consentire.*
18 *Idem est pacisci, & paciscenti consentire, quando pactum sine illo consensu non valeret.*
19 *Traditur noua interpretatio l. 15. C. de Pact.*
20 *Verba d. l. 15. C. de Pact. referuntur.*
21 *Valet argumentum ab inelegantia sermonis.*
22 *Pater debet semper inter filios seruare æqualitatem.*
23 *Solon tantùm dedit testandi licentiam non habentibus liberos.*
24 *Hæc sola ratio æqualitatis inter filios sufficit ad conualidandum pactum futuræ successionis.*
25 *Hæc pacta semper sunt seruanda quando pater testamentum non fecit.*
26 *Dispositio Patris inter filios est attendenda, dummodò constet de voluntate.*
27 *Ex actu nullo voluntas colligitur.*
28 *Testamentum inter liberos nullam requirit solemnitatem.*
29 *Dispositio patris erga filios habet semper clausulam subintellectam, vt valeat omni meliori modo.*
30 *Pacta futuræ successionis inter patrem, & liberos non valent.*
31 *Eo quia hæreditas pacto dari non potest.*
32 *Item & quia impedit liberos parentum exhæredationem metuere.*
33 *Liberi potiùs meritis, quàm pactionibus ad paterna obsequia sunt prouocandi.*
34 *Broccardica non sunt allegandæ ad decisionem causarum.*
35 *Quod liberi sint potius prouocandi ad paterna officia beneficijs & pactionibus, quàm metu exhæredationis.*
36 *Pacta seruare est quid Diuinum.*
37 *Pacta contrà ius non sunt seruanda.*
38 *Iuris error excusat à mendacio.*
39 *Votum captandæ mortis habet locum etiam inter patrem & filium.*
40 *Parricidium fuit frequens in mundo.*
41 *Sufficit pro nullitate pacti futuræ successionis, vt vna tantùm adsit causa inualiditatis.*
42 *Pactum futuræ successionis non habet vim vltimæ voluntatis.*
43 *Explicatur l. 1. §. si parens, ff. si à parent. quis fuerit manumiss.*
44 *Explicatur l. hæreditas, C. de Pact. Conuent.*
45 *Argumentum à contrario sensu non valet quando inducitur legum correctio.*
46 *Inclusio vnius non dicitur exclusio alterius, quando militat diuersa ratio in vno ac in alio.*
47 *Iura comprobantia pacta futuræ successionis sunt adeò clara, vt nullatenus admittant dubitationem.*
48 *Valet contractus, in quo quis vocat filium eius hæredem.*
49 *Voluntas patris in actu licito ad fauorem filij est omninò seruanda.*
50 *Dictum Bart. in l. tale pactum explicatur.*
51 *L. vlt. C. de pact. non derogat l. 15. C. eodem.*
52 *Extensio legum non fit vbi militat eadem ratio.*
53 *Duo specialia non possunt concurrere circà idem, & in eodem subiecto.*
54 *Lex vna C. de Pact. est vna ex 50. quas Iustinianus edidit.*
55 *Idem est pacisci, & paciscenti consentire.*
56 *Explicatio tradita à Calà l. 15. improbatur.*
57 *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, non alienæ.*
58 *Promissio vnius non nocet alteri.*
59 *Alteri per alterum quis stipulari non valet.*
60 *Communis intellectus l. 15. C. de Pact. est verior.*
61 *Non valet pactum futuræ successionis inter patrem & filium, etsi fuerit facta promissio de æqualiter instituendo.*
62 *Leges disponentes esse seruandam æqualitatem inter filios, non ligant sed suadent.*
63 *Valet patris dispositio, in qua pluris relinquitur vni quàm alteri filio.*
64 *A lege non imponitur patri necessitas, quod æqualiter instituat filios.*
65 *Pater aliquando filios instituit inæqualiter, & valet dispositio.*
66 *Pater potest fideicommissa, & primogenia instituere.*
67 *Pater potest, iusta existente causa filios exhæredare.*
68 *Pactum futuræ successionis non valet neque in vim testamenti etiamsi haberet 7. testes.*
69 *Non valet argumentum à testamento militis ad testamentum inter liberos.*
70 *Multa sunt priuilegia militibus concessa in actu testandi, quæ non sunt concessa patri disponenti inter liberos.*
71 *L. fin. C. famil. ercisc. explicatur.*
72 *Qualibet dispositio est potiùs intelligenda de actu licito, quàm permisso.*
73 *Pactum & conuentio reprobata non potest dici vltima*

tima voluntas.

74 Non entis nulla sunt qualitates.

75 Clausula quantumuis ampla, & generales non operantur in actu nullo.

AN valeat pactum nostrum, initum, inter patrem, & filium, dispiciamus: In qua quæstione, non vna fuit scribentium opinio: Alij, enim, affirmatiuam, alij negatiuam, substinuerunt: vtramque suis rationibus munitam, oculis legentium subijciamus, ad hoc, vt dignoscatur, quæ validioribus iuris fundamentis subnixa sit.

In primis, pro affirmatiua afferuntur, Contius in l. fin. C. de Pact. quem refert, & non sequitur Hunn de pact. cap. 5. q. 5. Alex. Curt. Sen. Soccin. Iun. Iaf. Dec. Ri-
1 minald. tam in d. l. pactum quod dotali C. de Pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta de Verb. Oblig. Bart. in d. l. pactum § fin. ff. de Pact. Roman. in auth. similiter C. ad l. falcid. Gabriel conf. 137. nu. 13. 14. Burfatt. conf. 136. nu. 25. lib. 2. & alij relati per Thesaur. dec. 225. num. 8. vers. sed aduertas, illud commune axioma, quod pacta conuenta sunt obseruanda, vt est tex. in l. 1. ff. de Pact. &
2 l. 1. ff. de Constit. Pecun Bald. conf. 434. num. 1. vol. 1. Cyriac. contron. 453. num. 26. Monac. dec. Luc. 67. num. 23. Amat. dec. 7. num. 1. Rot. coram Merlin. dec. 579. num. 2. Nec conuenit, mendacium veritati præferri, & pacta per improbationem adulterari, sed potius decet, vt vnusquisque verbis suis fidem præstet.

Secundum argumentum desumunt nonnulli, & præcipuè Carol. Calà in tract. de success. per pact. par. 1. n. 23. a cessatione rationum, pro quibus pacta successoria alias annullantur, nempè, quia votum captandæ mortis inducunt, & liberam impediunt testandi voluntatem: Cum igitur, hæ duæ rationes cessent, in casu nostro, fateri adstringimur pacta esse valida, cessante
3 enim causa cessat effectus, cap. cum quia de Reg. Iur. in 6. l. si pater, ff. de hæred. instit. l. generaliter, C. de Episc. & Cleric. Barbos. axiom. Iur. 40. nu. 4. Cessat, inquam, ratio inductiua voti captandæ mortis; quia licet hæc possit inter extraneos considerari, nequaquam habebit locum inter patrem, & liberos, propter arctissimam sanguinis coniunctionem, quæ inest inter personas prædictas, ex qua omnis excluditur præsumptio, quod fi-
4 lius, spretis naturæ præceptis, velit insidiari vitæ, & honori ipsius parentis, vt est tex. in l. eum qui probabilem C. de Episc. & Cleric. & est communissima & verior opinio, quicquid dicat mendax Poeta

Filius antè diem patrios inquirit in annos.

Et semper præsumptio cessat captandæ mortis, quando inest inter contrahentes hæc pietatis coniectura l. scripto, ff. vndè liberis, l. isti quidem §. final. ff. quod met. caus. Ricch. de vnion. Prol. cap. 2. nu. 70. cum alijs cumulatis, à Calà vbi sup. n. 24. Vndè iure meritò legislatores laudantur, qui nullas in parricidas tulerunt leges, vt Romæ Quirinus, & Athenis Solon. Fuit enim ait Se-
5 nec. lib. 1. de Benef. cap. 23. non solùm infrequens, aut rarissimè contingens, sed incredibile facinus.

Et similiter non potest haberi in consideratione liberam restandi facultatem, & arbitrium restringi, vel impediri, quia fatentur quidem valida esse pacta successoria, inter patrem, & filios, sed tamen reuocabiliter, itaut quandocumque patet, vel promissor velit, possit à promissione recedere, & aliam sibi voluntatē
6 scribere, iuxta naturam supremorum Elogiorum, quæ vsque ad mortem penitentiam admittunt, l. si mihi & tibi §. in legatis, ff. de leg. 1. l. 3. § fin. ff. de adim. legat. Et propterea non possunt hæc pacta inducere impedimentum, nè voluntas hominis circa testamenta sit libera, & vsque ad mortem ambulatoria, & per consequens sub prætextu impedimenti prædicti inualidari minimè poterunt.

Tertium, ex dispositione tex. in l. 1. §. si parens, ff. si à paren. quis fuar. manumiss. & §. fin. Instit. de legit. agnat. 7
success. vbi legitur, apertis verbis, quod pater ex contractu fiduciæ fit hæres filij; ergo pacta successoria, & stipulationes de hæreditate inter patrem, & filium non sunt improbata.

Quartum ex l. hæreditas, C. de Pact. Conuent. argumento à contrario sensu desumpto, vbi legitur hæreditates extraneis testamento dari. Valet igitur consequentia, quam deducunt Gulielm. de Benedict. in cap. 8
Raynutius, verbo duas habens filias nu. 200. & Thesaur. dec. 225. n. 10. ergo inter non extraneos datur pacto. Et licet Faber. de Error. Pragmat. decad. 14. error. 1. nu. 6. videat hanc explicationem aliamq; rectiùs accommodari putet, nimirùm quod filijs, & agnatis hæreditas à lege detur; tamen contrà eū insurgit Car. Calà d. tract. de success. per pact. n. 66. & defendit Gulielm. & Thesaur. prælatos contra Fabr. asserens, ibi solummodò scriptum esse, quod extraneis hæredietas testamento datur, neque agi de causa testati, & intestati vt possit admitti explicatio Fabri quod filijs, & agnatis hæreditas detur, etiam si nullum testamentum factum sit, imò, subiungit, quod in textu opponuntur pactum, & testamentum his verbis, *Hæreditas extraneo testamento datur*, supple, non pacto, vt Anton. Cont. in gloss. margin. & Gothofred. in notis ad eum aduertunt, quod etiam hypothesis illius tex. certum esse ostendit; nam subdit. *Pactum interpositum vice testamenti, vt bona mulieris ad extraneum peruenirent inutile esse.*

Et hanc opinionem, quod pacta valeant inter liberos, & parentes nullam protinus præseferre difficultatem arbitrantur. Doctores superius citati num. 1. 9
quando sumus in casu, quod pater promittat instituere aliquem ex liberis æqualiter cum cœteris filijs, ad quod probandum adducunt clarissimam textus dispositionē in nouella Leonis 19. tit. de Pact. pater ex æquo, &c. cuius formalia hæc sunt verba omninò derogatoria aliarum legum, in materia promulgaratū.

Postquam in selecto Codice legem esse cognouimus; 10
(quæ propter euidentem absurditatem in hominum animis neutiquam locum inuenit, vt susciperetur, nedum vim aliquā & efficaciam habet, contraria enim statuit naturali quæ liberis debetur æquabilitati, aduersusque filium patri ad iniquitatem fenestram aperit, quin & parentem, vt illi morem gerat, obstrictum, mendacio, doloque obnoxium facit) postea quam, inquam, istiusmodi quandam esse legem animaduertimus, tametsi etiam antè nostram sanctionem ipsam, ne susciperetur excluserit communis hominum voluntas; tamen nos nihilominùs omnem illi prorsus functionem, & vsum decreto adimimus. Et quid dicit? Etiamsi, inquit, pater, cum in matrimonium collocaret filium illum post decessum suum ex æqua parte, cum alijs fratribus paternorum bonorum hæredem fore pacto promiserit, in potestate tamen illius, si velit, erit, vt pactum eiusmodi negligat, aliisque liberis amplius attribuat, & illi, cui æquam portionem in hæreditate pactum concedebat minorem assignet: Hoc itaque tanquam alioquin (quomodò diximus) in Republica nullum locum habeat, nostro etiam decreto, velut in exilium eiectum, omnibus modis in rempub. ingressu prohibemus: Statuimus verò vt parentum nemo circa filiorum, quibus cum reliquis liberis æqualem hæreditatis portionem seruatum iri in nuptialibus contractibus spoponderit, tunc ore tenent. At si quis pactiones suas aspernari, & illius cui tantundem quantum alij fratres habituri sunt promiserit, portioni detrahere compertus fuerit. Sciat is pœnitentia mutatam voluntatem inualidam, atque vanam habendam. Ex æquo eum cum alijs fratribus secundum initum pactum filius iu bona succedet &c. Neque verò mendacium veritati preferri vlla ratio patitur, nec æquū est, nec rationabili animali conuenit, pacta conuenta per impro-

improbationem adulterari; At ſi quid aliud hoc tertè
hominem decet, vt verbis ſuis fidem præſtet, niſi men-
dacijs veritatem corrumpendo, deſtitutus ratione eorum
albo, quæ ratione prædita ſunt, excedere velit, quia
imò, nec illud conſentaneum eſt, vt parentes ijs, qui pa-
riter, ex ipſis nati ſunt, non parem curam exhibeant
neque æquabiliter ipſorum vitæ proſpiciant, ſed alios qui-
dem vberiores facultates habere, alijs verò nihil po-
ſcere, neque illorum miſerijs; tamen ſi inopes in miſeria
victuri ſint, velint. Cæterum æquum eſt, vt quemad-
modum omnibus liberis ex æquo vitam impertiti ſunt,
ita etiam ad hanc facultates impertiantur, nequaquam
verò veluti ancipiti libra his leniores quiddam, illis verò
grauius pro inæqualitate animi attribuant.
Neque valet opponi nouellam prædictam nul-
lius eſſe auctoritatis tanquam latam ab Imperatore
Orientali, nullam, poſt translatum Imperium in Oc-
cidentem, iuriſdictionem habentem, ob idque non
poſſet allegari ad fundandum ius, & præcipuè ad de-
11 rogationem *l.15.C.de Pact.* latæ ab Imperatore legi-
timo, & habili ad ius ſtatuendum, vt in propoſito,
optimè ſcripſerunt *Fachin lib.2.controu.ca.101.in fine*
Theſaur.Iun.quæſt.79.nu.1. Borcholten de Pact.num.69.
in fine, Petr.Gilken ad l.15.Cod.de Pact.num 84.& *ſeqq.*
Deccher.diſſert.Iur.lib.1.diſſert.1.num.21.verſ.Leo Im-
perator. Valent.Guliel.Forſter.eod.tract.cap.6.num.26.
Hunn.eodem tract.c.5.quæſt.5.verſ. ſolutio contrariorū,
& alij quos pleno calamo retuli *in cap.7.n.36.& ſeqq.*
Huic enim difficultati ſatisfacit *Carol.Calà vbi ſup.*
num.58.& ſeqq. quod, licet verum ſit, vt huiuſmodi
Leonis Nouellæ non ſolum temporis ſucceſſu in de-
ſuetudinem abierunt vt placuit *Borcholten d.cap.5.nu.*
70. ſed nec etiam eius ætate, vim legis obtinere po-
tuerunt, vtpotè conditæ ab Imperatore Orientali, in
partibus noſtris iuriſdictionem non habente. Tamen
negari haud poteſt, quod deſeruiant ad explicatio-
nem quorundam iurium, quæ à præcedentibus Impe-
12 ratoribus. Orbis Romani latæ fuerunt, in his quæ
aut obſcura, aut, hiſce temporibus, ignota ſunt, &
ſic, ſi non legis auctoritatē obtineant, ſaltem de eis ra-
tio aliqua habēda ſit, circa iuris Ciuilis explicationē.
Quod verò hæc Nouella Leonis ſit explicatoria nō
correctoria *l.15.C.de Pact.* probatur ex mente *Calà*
vbi ſuprà n.42. hoc pacto. Nemo negat pacta ſucceſ-
ſoria eſſe inualida, neutiquam tamen ſunt reijcienda,
ſi pro partienda inter filios hęreditate fiant, vt pro-
batur ex *Coſtantino Harmen. in promptuar.Iur. lib. 1.*
rubr.de Pact.dotal.tit.9.Neque enim, ait ille, *fieri po-*
teſt, vt pacto de ijs ſtatuamus, quæ ad noſtram ſucceſſio-
nem pertinent. Siquidem externus homo abſque teſta-
mento alteri hæres eſſe nequaquam poteſt, teſtamento
verò externis hæreditas dari poteſt, & conſimilis *text.*
reperitur *in l.hæreditas C.de Pact.Conuent.*ibi *Hæredi-*
tas extraneis teſtamento datur. Itaque geminatè pro-
hibentes hæreditatem pacto externis dari, inter libe-
ros admittendum ſupponunt ex regula, qua habetur
13 excluſionem expreſſam vnius rei incluſionem quoque
expreſſam ſui contrarij continere, *l.cum prætor, ff. de*
Iudic.l.ex eo ff.de Teſtib. Id quod etiam ante omnes
docuit *Bartol.in l.tale pactum, §.fin.nu.3.ff.de Pact.* aſ-
ſerendo, quod, ſi quis, in actu inter viuos, nominauit
aliquem hæredem ſuum, videtur in eum ſupremum
iudicium contuliſſe, & quidquid ſit, ſi dictum eius re-
cipiendum eſt, quando enunciatiuè, & incidenter illa
verba proferuntur, tamen abſque dubio procedit,
quando diſpoſitiua ſunt, & inter filios, nam tunc ex
illo pacto, hæreditas benè potuit illis dari, quomodo
ſequuti *Bartol.* tradunt *Roman.in auth.ſimiliter nu.37.*
verſ.ſecundò in quantum dixi, C.ad l.Falcid. ac alij vi-
14 dendi penes ipſum Calà.
Dato igitur quod ex iuribus allegatis, ſi nō expreſ-
sè, ſaltē tacitè diſpoſitū ſit, pacta ſucceſſoria valere in-
ter patrē, & filiū, ad vberiorem explicationem dicta-
rum legum, fatendū eſt Nouellam Leonis fuiſſe latā.
Nec turbat, quod ipſemet Imperator Leo fateatur,
contrarium ſtatuiſſe, iure antiquo, dum ait, claris
verbis. *Poſtquam in ſelecto Codice legem eſſe cognoui-*
mus, & deinde noſtro etiam decreto, velut in exilium 15
eiectum omnibus modis in rempubl. ingreſſum prohibe-
mus, &c. Namque in Codice non reperitur prohibi-
tum pactum hoc inter patrem, & liberos, niſi ab Im-
peratoribus, *in l.pactum quod dotali 15.C.de Pact.* cuius
verba inferiùs referuntur. Sed quia contrarium, in
eleganti Iuſtiniani Conſtitutione ſancitum eſt, *in l.fin.*
eodem tit. ibi, *Niſi ipſe fortè, de cuius hæreditate pactum*
eſt, voluntatem ſuam eis accommodauerit, dici non po-
teſt, quod hæc Nouella ſit iuri communi aduerſa, ſed
potiùs ſecundùm præcepta legis Iuſtiniani, quam ſe-
quimur *in l.fin.* & hoc fortaſsè voluit dicere Leo, dum
ait, *propter euidentem abſurditatem in hominum animis*
neutiquam locum inuenit, vt ſuſciperetur, oſtendendo
ſic talem legem Codicis diſponentem pactum hoc de
futura ſucceſſione, etiam inter liberos, non valere, ne
quidem ante eius Nouellam obtinuiſſe, quod verè ne-
gari nō poteſt; Nā *Iuſtinianus in d.l.fin.* eius efficaciā,
& vsū ademerat, vtpotè quod abſurditatē contineret.
Et pariter idem auctor Calà non remouetur à ſu-
ſcepta defenſione ex eo, quod aliqui exiſtimēt *tex. in*
d.l.fin.C.de pact. eſſe intelligendū de conuentione inita
ab extraneis ſuper hæreditate alicuius tertij viuentis,
non autem de illa, in qua pater, vel alius hæreditatem
propriam promitteret, cuius diuerſitatis rationem
aſſignare fruſtrà laborant, *Petr.in d.l.fin.verſ.ſed quæ-*
ritur, Cyn.in prima col.num.4. Alber.col.fin.nu.7. Bald.
col.2. Nam reſpondetur rationem *d.l.fin.* non rectè re- 16
ſtringi ad ſolam illius hypotheſin: Proinde ſi lex illa
pactū admittit inter extraneos, aliaſque tertias per-
ſonas, quoties concurrit voluntas eiuſdem de cuius
agitur hæreditate, id multò magis eſt admittendum,
patre inter filios de ſucceſſione propria paciſcente: ſi-
ue agatur de ſucceſſione conſeruanda, admittendo in
virilē portionē filiū ſtatuto ſuccedere impeditā, cui,
ſublato impedimento ſtatuti poterit pater ius ſucce-
dendi reſeruare, ex allegatis per *Bartol.in l.fin.ſuprad.*
& in l.tale pactum, ff.eodem, (de qua re nos inferius)
ſiue pactum de ſuccedendo ſit, & acquiſitiuū, de quo
Ricch.de Vnion.prol.cap.2.num.65.Natt.de Pact.parte
2.n.61 Gabr.conſ.137.n.13.Theſau.dec.79.nu.7.
Et tandem parui faciendum eſt alterum obiectum,
quod *tex.in d.l.fin.* etiam ſi de patre loquatur, tamē ſit
intelligendus, in illo ſolo caſu, in quo, fratres paciſce-
rentur, inter ſe, patre conſentiēte, de ſucceſſione illius,
certo modo, diuidēda, non autē de illo pacto, in quo
ſtipulatur pater, cū vno ex filijs; Nā reſpōdet non eſſe,
cur Iuſtinianus vtrūq; non cōprehendat. Primus intel-
lectus eſt euidens & in Codice Theodoſiano concor-
dat, *tex.in l.2.tit.famil.Erciſ.lib.4.* vbi, ſi matre volēte,
bona ſua filij diuiſerint, placuit Imperatori diuiſionē
firmā eſſe, dūmodò volūtas matris vſq; ad extremū vi-
uēdi ſpatiū perſeuerauerit, ac DD. auctoritate firma-
tur, qui cōmuniter ità legem præfatā interpretantur,
vt, ſcilicet, procedat etiam in caſu, quod liberi paci-
ſcantur, de hæreditate patris, & cōſentiente, & in ſpe-
cie *Couarr.Gutier.Carlen.* allati per *Calà vbi ſup.nu.73.*
Secundus ęquè verus eſt, & ratione probatur. Quia ſi
pactio valida eſt inter tertios, vel filios, domino, vel
patre conſentiente, non verò citrà eius conſensū: Qua
ratione valere non debet, patre, vel domino principa-
liter, de bonis ſuis, paciſcente? Imò ſi hoc non admit-
teretur, illud eueniret abſurdum, vt qui paciſci de ſua
hæreditate non poſſet, ex *d.l. pactum quod dotali*, alijs
de ea paciſcentibus ad ipſius actus validitatem con-
ſentire valeret *ex d.l.fin.contrà tex.in l.ſi minor de verb.* 17
oblig.& in l.ſi fundus §.1. de Pignor.

Vltráquamquod iura volunt, quod idem sit pacisci,& paciscenti consentire, quando pactum sine illo consensu non valeret, de quo est *tex. singularis in l. ædibus §. quod si filius ff. de donat.* vbi, si filius, accedente patris voluntate, donat, perindè est, ac si pater donauerit. Ex quo elicitur, quod idem sit alienare, & alienanti consentire, quando consentiens, in effectu, alienat, vtpotè quia sine illo consensu non valeret, vel quia Dominus est rei, quæ donatur, *Bartol.cons. 70. Bald.in l.si vt proponis C.de seru.peg. dat. man. Tiraquell.in retract.lignag.§.1.gloss 9.nu.39 & l.16. Connub.gloss.5.num.149. & seqq. &* alij adducti *per Calà vbi suprà num.75.*

Ex quibus putat idem *Calà* rectè probasse *text. in d.l.fin.C.de Pact.* esse accipiendum vniuersaliter, scilicet siue agatur de patre propriam hæreditatẽ promittente filijs suis, siue de tertio stipulante, super hæreditate alterius, eo tamen consentiente.

Imò progreditur vlteriùs ostendendo *tex.in d.l.pa-*
ctum quod dotali 15.C.de Pact. non fuisse hactenus in-
tellectum à glossatore, neque à recentioribus inter-
pretibus, qui penitus ignorarunt, quod ea de ratione
19 in casu *d.l.pactum quod dotali*, pactum fuit improba-
tum, quia ibi non aderat consensus hæreditatem pro-
mittentis, vt erat necesse ad hoc, vt ne à iure impro-
baretur.

Inquit lex *Pactum, quod dotali instrumento compræ-*
20 *hensum est, vt, si pater vita fungeretur ex æqua portio-*
ne ea, quæ nubebat cum fratre hæres patris sui esset, ne-
que vllã obligationem contrahere, neque libertatem te-
stamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. Ex hoc
igitur contextu probatur, quod promissio nequa-
21 quam dici possit à patre filio facta vt vulgus existi-
mat, sed potiùs ab aliquo extraneo. Et deducitur
argumentum ab inelegantia sermonis. Siquidem, si
textus ibi de patre paciscente, cum filio, intelligeret
melius, & elegantius, *filia quæ nubebat*, dixisset, non
verò *ea quæ nubebat.* Rursus *hæres sua esset*, non au-
tem, *hæres patris esset*, sicuti cum subdit, *neque liber-*
tatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre,
rectiùs dixisset, *neque libertatem testamenti faciendi*
filiæ, sibi potuit auferre. Vndè cum certè certius ap-
pareat Imperatores in hac lege loquutos fuisse de ter-
tio promittente hæreditatem, non de patre ad fauo-
rem filiæ stipulante, mirum non est statuisse illam pro-
missionem, nullam inducere obligationem, neque
libertatem testandi patri auferre; Quod deinde sta-
tuit apertiùs *Iustin.in d.l fin.* generaliter improbando
pactiones omnes, quibus alij conueniunt inter se de
futura alterius successione, eo viuente & ignorante,
& hanc explicationem, vti nouam, & singularem ex-
tollit, eamque fuisse de mente *Decij* postea reperijt
in cons.183. numer.4. in fine vers.secundo visa prealle-
gata.

Hæc itaque, & alia sunt argumenta, quibus ostendit *Calà* dispositionem *tex.in d.l.pactum* non esse dissimilem dispositioni allatæ *in d.l.fin.Cod.de Pact.* cum quibus etiam, quia concordant verba *Leonis in d. nouella 19.* hæc eadem nouella (vt ipse putat) spernenda non est, sed pro lege obseruanda.

Quæ opinio ex eo solum deberet attendi, eo quia,
dum inducit inter filios æqualitatem, rem agit natu-
ræ præceptis consonam, & æquitati consentaneam:
liberi enim, & ab intestato, & ex testamento semper
pari fortuna parentibus suis succedere deberent, nec
meliorationes admittendæ sunt, inter eos, quos natu-
22 ra genuit æquales, vt dixit *Bellon.Iun.cons.15.n.18. &*
seqq. Buratt.dec.480.n.8. Valenzuel.cons.119.num. 124.
vbi, quod, vt seruetur receditur à proprietate verbo-
rum, & latè etiam ostendit *Post.resol.109.num.4.* vbi,
quòd ad eam inducendam, receditur à regulis iuris,
& dixit etiam *Io:Bapt.Spad.cons.138.num.13 lib.1*, &
voluit etiam *rot.in Auximana donationis 18.Iun.1668.* 23
post tract. dec.31.nu.5. Et iure meritò Solon, qui pri-
mus Athenis iura testamentorum constituit, testandi
licentiam non quibusuis, sed ijs tantum concessit, qui
liberos non haberent. Nec consentaneum est, vt pa-
rentes ijs, qui pariter ex ipsis nati sunt, non parem cu-
ram exhibeant, neque æquabiliter ipsorum vitæ pro-
spiciant, sed alios quidem vberiores facultates habe-
re, alijs verò nihil parare, neque illorum misereri.
Sed potiùs æquum est, vt quemadmodum omnibus
liberis ex æquo vitam impartiti sunt, ita æqualiter fa-
cultates impartiantur, lex enim naturæ id suadet, vt
parentes liberis suis omnia sedulò, & studiosè compa-
rẽt, comparata paterno, & æquali distribuant affectu
l.nam & si 15.ff de inoff.testam.l.scripto in fine ff. vnd. 24
liber.l.nihil interest §.sed nunquid il 2.ff.de bon.libert. l.
emancipatis vers.cum enim C.de legit.hæred. nisi lex ci-
uilis iuri naturali arridens æquale etiam succedendi
ius filijs tribuere voluit, *l.maximum vitium C.de liber.*
præter. cum similibus. Et ob hanc solam rationem
motus fuit *Cont.* ad approbanda pacta prædicta indu-
centia æqualitatem inter fratres, vt latissimè tradit in
eius *tract.de Pact.futur.successs.in decis.artic.*

Et supradicta de validitate pacti huiusmodi inter
parentes & liberos magis ac magis sunt admittenda
in casu, quod pater promittens aliud posteà testamẽ-
tum non faciat; etenim eo casu certum est, quod inter
filios debet seruari, ita tradunt *Alex.ad d.l.15.numer.* 25
11.C.de Pact. quem refert non tamen sequitur *Dec.*
ibidem n.11 Boer.dec.204 nu.10 & seqq. Molin. de Hi-
span Primog.lib.2.cap.3.nu.4 Fachin.cons.58.num 6.lib.
2. vltrà plures, quos refert *Hartm.P.stub 4 quæst.2.n.*
38. Vuessenbecc.l.15.C.de Pact.nu.13.

Huiusce rei argumentum desumitur *ex l.fin.C.fam.*
ercisc. vbi traditur, quod quæuis dispositio patris 26
quocumque modo, & quibusuis verbis inter liberos
facta, sit custodienda. Ex quo sequitur, quod etiam,
in casu nostro, licet alias patris promissio nulla esset
nihilominus, quia etiam ex actu nullo voluntatem
colligere licet *Donat.Anton.de Marin. cap.141. nu.14.* 27
lib. 1 Thomat.dec.50.nu.69. Penn.dec.85 nu.6. Merlin.
dec.447.nu.16. ab hac dispositione patris nequaquam
erit recedendum.

Ad quod adstipulatur quicquid dictum fuit supe-
riùs *cap.8.* quod pactum successorium inter milites va-
let, quia militum voluntas, quoquo modo, appareat,
vim habet postremi iudicij. At hæc ratio locum habet
etiam inter patrem, & liberos, *ex d.l.fin.C. famil.ercisc.*
& plenè fuit dictum *in Rom. Pecuniaria 7. Maij 1668.* 28
post tract. dec.164. vbi, quod testamentum inter libe-
ros, & ad piam causam non requirit solemnitates, &
sufficit, quod de voluntate constet, & concordat *dec.*
862. num. 11. coram Merlin. & coram Buratt. dec.475.
Tondut. Sanleger. quæst.Ciuil.par.2. cap 131. Meritò ex
eadem ratione idem ius est statuendum.

Hinc est, quod *Purpuratus in d.l. licet nu. 41. & 42.* dispositionem illius legis extendit ad omnes illos, quibus vti permissum est priuilegia militum, quod sine legum solemnitatibus testari possint, & *Bartol.* dicit *in l.tale pactum §.fin.* vt quando pater, in contractu celebrato, filium hæredem nominauit, eo ipso vltimum iudicium in eum contulisse, eumque hæredem fecisse censeatur, vt meminimus superiùs.

Adijcitur, tandem, quod vltimæ parentum inter liberos voluntates, semper illam continere solent subintellectam clausulam, vt valeant, omni meliori modo, quo possunt; Igitur quid magis admittendum videtur, quam, quod dispositio paterna, quæ in vim pacti valere non potuit, saltem in vim vltimæ voluntatis substineatur?

Sed

Sed quicquid dicat *Calà* & alij Doctores supra allegati, contraria sententia, quod pacta nostra non valeant inter patrem, & liberos magis est vera, & hanc, vltrà *l.15.C.de Pact.* quæ cauillari non potest, ample-
30 ctuntur. *Dec.in d.l.15.C.de Pact. vers. tertio limitatur in fine Paul.Castren.ibidem circa finem, & ibidem pariter Curt.Inn.& Purpurat, Paris.cons.24.n 61.lib.2 idem Dec.cons.184.& cons.475.nu.21.& nu. 26. Vasq. lib.2. de success.§.18.n.194.& latius nu.235. Magdal.in tract. de num. test.parte 1.ca.16. n.250. Fachin.cons.58.n.5.6. lib.2. Fusar.cons.150.n.4. Hartm.Pist.lib.4.q.2.num.12. & seqq.& nu.35.& seqq. Hunn.de Pact.lib.5.cap. 5.qu. 4.numer.4. Marcell.Marcian.cons.35.num.2.tom.2. Hodiern.controu.lib.1.cap.28.nu.34. Melch.Feb. dec. 102. nu.14.tom.2. Valent.Gulielm.Forster.de Pact.cap. 6. nu. 20. Matthaus Cuner.eodem tract.cap.16.nu. 13. Schisordeg ad Falc.lib.1.tract.29.quæst.5.in fine, Bartolom.Muscul.de tract.Conuent.& anom.cap.6.concl. 7. num. 64. Donell.ad d.l.15.C.de Pact. Riminald.Iun. cons. 771. nu. 14. Donat.Anton.de Marin.resol.quotid.lib.2. cap. 162. per tot. Gratian.discept.692.nume.58. Barry de success. lib.2.tit.3.n.1.circa med. Petr.Gregor.Tholos. Syntagm. Iur.vniu.lib.40.cap.4.nu.15.& lib.41.cap.6.num.1. Iul. Capon.de Pact.quæst.40.per tot.*

Et ratio præcipua inualiditatis, non est illa quam prædicant, Doctores, ex aduerso, nè votum captandæ mortis inducat; Nam superius ostendimus *cap. 2. nu. 4.* hanc rationem non posse accommodari pacto celebrato inter tertium, & propriam hæreditatem promittentem; sed tantum adaptari pacto inito inter paciscentes de hæreditate alicuius extranei auctoritate *Alciat.l.15.C.de Pact.num.11. Bolognett.l.fin.C. de Pact.nu.7.& num.91. Hartm. Pist.lib.4.quæst.2.num. 1. Danth.de Testam.de mutan.testam.potest.numer.85.litter. Z,* sed alia, nempè cum successiones, & hæreditates, iure publico, deferantur, pactis, neque dari, neque adimi possunt, de qua re superius fuit scriptum
31 *d.cap.2.nu.12.* vbi multi ex Doctoribus nostris allegantur, quibus addi potest *Valent.Gulielm.Forster.de Pact.cap.6.n.20.vers.imo ne quidem Gaddæ de committ. & contrah.stipul.cap.6.nu.105.concl.7. vers.negat enim* vbi refert aliquotum opinionem existimantium, per hanc tantum rationē, pacta successoria esse nulla, & inualida, non propter alias superius allatas. Et illa, ne restringatur testantium voluntas, quæ vsque ad mortem ambulatoria esse debet, quam ratione, post innumeros, quos adduxi suprà *d.cap.2. n.12.* latè explicat *Borcholten de Pact.cap.5.num.67.*

Item, & quia expedit liberos parentum vltionem & exhæredationem metuere, argumento *tex. in l. si vnus 27.§.pacta ff.de Pact.* & latè ostendit *Tholos.d.ca.*
32 *4.numer.16.17.* Et huiusmodi pacta, si subsisterent non amplius liberi metuerent exhæredationem, quia ex pacto scirent, se patri futuros hæredes, ergò talis pactio reuerentiam, & honorem parentibus debitum tollens, est improbanda, vt autumant *Marcell.Marcian. cons.35.numer.9.tom.2.Capon. de Pact. d. cap. 50. num.4. Hug. Donell.ad l.15.n.1.circa finem Cod.de Pact.*

Aliam nonnulli solent addere rationem desumptā *ex l.quando 35.§.1.C.de Inoff. test.* vbi habet, quod liberi potiùs meritis, quam pactionibus ad paterna officia sunt prouocandi, vt *Marcian.vbi suprà num.9.* & *Capon.num.3. Petr.Gregor.Tholos.Syntagm.iur.lib. 4. cap.4.in fine.*

Sed hæc ratio non admittitur à *Muscul. d. concl. 3.*
33 *litter. K, num.63.* eò quia, hæc lex obscurè loquatur & amphibologicè, nec broccardica sunt alleganda ad
34 decisionem causarum *Pacian. cons.92.nu.60.* & expedire consulentes per regulas generales officium est procuratorum & Doctorum, quos positiuos, *Felin. in cap.cum ordine num.3.vers.accedit enim de rescript.*

vocat. Vltràquamquod affirmat idem *Calà vbi suprà num.46.* vt inter varias multorum expositiones elegans est, & fortasse verior, quæ persuadet oppositum inductioni vulgatæ, de qua auctor est *Vterg. de success.progress.lib.2.§.18.requis.29.inuit. 1.num.37.* nempè quod beneficiorum paternorum exhortatione, magis quam paternarum opum metu filij sunt ad obsequia paterna prouocandi, cum qua explicatione
concordant exarata per *Senec.de Benef.lib.3.cap. 36.* 35
Hæc (nempè beneficia) *non destruunt parentum venerationē, nec deteriores illis liberos faciūt, imò etiā meliores, natura enim gloriosa est virtus, & anteire hos facit.*

Verum quia veritas huiusce opinionis melius in refutatione contrariorum effulgere poterit ad profliganda contrariorum argumenta accedamus.

Primum desumptum, ex communi axiomate, quod pacta sint obseruanda, parui est momenti,
quia ego quoque fateor pacta esse seruanda nam pa- 36
cta seruare est quid Diuinum, *Penn.dec.126.num.4.* & quicquid partes conuenerunt derogat legibus, vt plenè *Duran.dec.127.nu.2. Censal.dec.Luc.4.nu.34.* sed tūc pacta seruanda sunt, quando bonis moribus non aduersantur, nec legibus repugnant: ad hoc enim vt ob-
seruentur non debent esse cōtra iuris proportionem, 37
vt inquit *Gannaner.dec.21.nu.20. & 27.* Et est apud omnes in confesso, quod ex pacto à iure improbato, nulla nascitur obligatio *Rot.decis 107.num 8.parte 8. rec.* nec propterea qui tale pactum non seruat mendacij dicitur reus; tùm quia fieri potest, vt pater iuris errore lapsus, tale pactum fecerit contrà ius, & iuris error à mendacio excusat, *Gaddæ de contrab. & committ.stipul.cap.6.concl.7.num.76.circa finem.* Tum denique quia boni mores huic pacto resistunt, & leges non admittunt huiusmodi conuentiones: at si quis non facit, quæ facere boni mores & Ciuilis ratio non patitur, etiamsi id facere promiserit, nequaquam mendacij reus dicitur, meritò &c.

Secundum eneruatur obseruando, quod falsò supposuerunt cōtrarij, vt pacta nostra inter illos de quorum agitur hæreditate improbarentur, eo quia votū
captandæ mortis inducant; hoc enim falsum esse la- 38
tiùs ostendimus *cap.2.nu.12.* Cum hæc igitur non sit ratio annullatiua pacti prædicti, frustrà laborant, qui prolixè intendunt excludere hanc rationem inductiuam voti captandæ mortis à pacto inito inter parentes, & liberos ob affectionem, & amorem præsumptū à lege inter parentes, & eorum filios. Sed admisso, quod etiam prædicta ratio militaret, quis est adeò ignarus scelerum mortalium, vt non videat, quam facilè hodie detur in mundo facinus hoc? quot sunt exempla illorum qui execrandum parricidium perpetrarunt? Videatur *Petr.Gregor.Tholos.syntagm.iur. vniu.lib.41.cap.6.num.2.* vbi multa adducit exempla id comprobantia.

Vlteriùs si ipsemet Calà acerrimus huius opinionis defensor *in d.tract.de success.per pactum nu.71.* admittit, quod quia *l.fin.C.de Pact.* loquitur generaliter, improbando pacta quæ fiunt de hæreditate tertij, eo viuente, & ignorante, est etiam intelligenda, de pacto inter fratres conuento, de hæreditate paterna absque eiusdemmet genitoris consensu, diuidenda. Et hoc, ea quidem ratione, quia datur occasio captandæ mortis, cur hoc in loco admittit, quod lex non confidit de filijs, quando agitur de timore insidiandi vitæ proprij patris sed indistinctè vult pacta, vel inter extraneos, vel inter filios deducta, inutilia esse & alibi, nempè, in casu *d.legis pactum quod dotali*, sibi contrarius, mordicus defendit hanc promissionem insidiandæ vitæ promittentis, non posse attendi, quia agitur inter patres & liberos? cur hæc diuersitas? quæ ratio differentiæ inter vnum & alterum casum?

Et parum refert, quod non dicatur impedita testantium voluntas, eo quia pactum subsistit, sed reuocabiliter, vt fuit dictum, in secunda parte secundi argumenti; quia ea non fuit sola causa annullandi huiusmodi pacta, sed alia vnita; nempè quia hæreditates non possunt in alium transferri, nisi per vltimam solemnem voluntatem; & propterea licet cessaret ratio impeditiua facultatis testandi, nequaquam validarētur: quia alia non tollitur præcipua & finalis causa,
41 ne per pactum transferatur successio: Namque non est necesse, vt omnes rationes, quæ assignantur, pro inualiditate pacti, concurrant, insimul ad eum infirmandum, sed vnica tantum concurrens est sufficiens, dato quod reliquæ cessent, vt superius fuit probatum auctoritate *Cagnol.d.l.fin.n.278. Alex.conf.28.vol 3 Gabriel conf.133.vol.1. Alciat.d.l.pactum quod dotali nu.30 Crass.§.successio ab intestato quæst.9.n.2. Hartm. Pist.quæst.1 lib.4. Modestin. Pist. conf.8.quæst.2.nume.1.*

Et in omnem casum, in hoc fieri non potest fundamentum; quia condito, vel non condito testamento, semper pactum erit irritum, propterea quod vim non
42 habet vltimæ voluntatis. *Caster. d. l. pactum in princ.* quem refert & sequitur. *Vuessembecc.conf.71. num. 6. vers.sed cum ita*, vbi, quod non solum vltimæ voluntatis vim nō habet, imò, ne quidem, relicti, vel fideicommissi, optimè *Euerard.Iun.conf 11.numer.22. lib.2 ibi. quamuis intestato decedente promissore, videatur cessare ratio impediendæ libertatis testandi, tamen hic non, quod postea sequutum est, sed initium conuentionis spectari debet, quo considerato, ablata fuisset libertas testandi ipsi promissori, si diceremus conuentionem eiusmodi valuisse*, & melius *Hartm.Pist.d lib.4.quæst. 2.nume.34. Heren. Loez.super tit.ff.de Pact.nu.21. Modestin. Pist. d.conf.8. quæst.2.n.24.tom.1.* nouissimè *Donat. Anton. de Mariu. resol.quotid.lib.2.cap.162.num.4.*

Tertium, in quo fuit deducta *l.1.§. si parens ff. si à paren.quis fuer.manum.* pariter non meretur allegari,
43 contra nostram negatiuam opinionem; quia ibidem pater, ex contractu non succedit, sed ex manumissione, vt benè declarant, *Bortholten.de Pact d cap. 5. nu. 69. vers non obstat quod pater* & latiùs *Hug. Donell. ad l.fin.C.de Pact.nu.2.* vbi quod effectus *d.§.* non habet hanc significationem, quasi pater emanciparet ea lege, vt ipsi succederet, sed cum filius familias, in emancipatione manciparetur alij, atque ita traderetur in imaginariam quandam seruitutem, ne is in ea seruitute maneret, mancipabatur, contracta fiducia, idest, ea lege, vt pater ille nouus filium acceptum remanciparet, vt ad extremum receptum verus pater manumitteret, quæ conuentio ad potestatem filij pertinuit, non ad hæreditatem eius obtinendam. Vltrà quam quod, cum hodie, explosis veterum solemnitatibus, semper emancipati, contracta fiducia, emancipati dicantur *ex §.fin. Instit.de legit. agnat. success.* ex iuris dispositione potiùs, quam ex pacto, vel ex emancipatione, liberis ita emancipatis, succedunt patres naturales, vt benè etiam obseruat *Hodiern. controu.lib.1.cap.28.num.36.*

Quartum, leuis est ponderis & auctoritatis, namq; quicquid dicat *Calà*, opinio Fabri quod tex. *in l.hære-*
44 *ditas C.de Pact.conuent.* debeat intelligi; *extraneis testamento datur*, non extraneis ab intestato, verior est, & magis ad sensum adaptabilis sententia, vt latissimè tradit in proposito *Monter. à Cueu. d.l.15. C.de Pact.nu.18 circa finem*, & ita ea verba *gloss.* explicauit, in verbo, *extraneis*, dum dixit *extraneum appellat eum qui ab intestato non succedit*; Imò concesso, quod ibidem opponantur testamentum, & pactum, & cum Calà posset deduci consequentia, ratione contrariorum, quod extraneis testamento datur hæreditas, non extraneis, pacto; nihilominus falsò hæc deduceretur consequentia, nec contrariorum argumento vti valeremus, eò quia versamur in casu à lege prohibito, in *d.l.pactum quod dotali*; Argumentum enim à contrario sensu non valet, quando iuri repugnat expresso, & inducitur legum correctio, *Gregor. dec.293. num.7. D.* 45
Aloys.Mans conf.84.n.55.& 74. Altograd. conf.20. nu. 13.& 14.lib.2. Barbos.in cap. Alma mater nu.8.ad med. de Sent. excom. in 6. & de hac re plura etiam adducit idem *Barbos.in loc.argum.argum.27.nu.29.* & in his terminis *Monter. à Cueu. in loco proximè citato.*

Tum etiam, quia eadem ratio inualiditatis militat in extraneo, & in sanguine coniuncto, nè possint eludi iura testamentorum, & transferatur hæreditas, per 46
voluntatem minùs solemnem. Ex quo sequitur, quod, neque huic argumento adaptari possit, alia regula; Inclusio vnius est alterius exclusio, & è contra, vt est de mente *Menoch.conf.197.num 83.* & latiùs firmauit *Barbos.axiom.Iur.120.num.12.*

Et parum refert, quod æqualiter, vel inæqualiter filij sint instituti, in pacto prædicto; quia, vt superius fuit probatum, prædicta Leonis Imperatoris Nouella, licet sit in corpore iuris clausa, in nihilo attendi potest, ex causis deductis, hoc eodem *tit.num 11.& in cap.7. num. 36 & seqq.* & quamquam admitteremus cum nostro Calà, quod saltem deseruiat ad explicationem quorundam iurium, obscuritate, & ambiguitate laborantium, non per hoc, trahi potest consequētia filijs fauorabilis, quia minor argumenti propositio (quod iura prædicta prohibentia, nè liberis dentur hæreditates per conuentionem inter viuos sint indiga 47
explicationis, & debeant trahi ad sensum d. Nouellæ 19.) falsa est, penitusque reijcienda, imò potius adeò sunt clara, & luce ipsa nitidiora, vt qui ea obscura existimet, cæcutiat, fateri necesse sit.

Non enim verum est, quod pacta nostra non sint reijcienda, quando fuerunt inita inter filios: quicquid afferat *Calà d.num.42.* Imò potiùs contrarium, quod siue inter filios, vel inter extraneos concipiantur, semper inutiliter fiant, vt iā latè probauimus; Sicuti quod frustra affertur *l. hæreditas C. de pact. conuent.* ad contrarium ostendendum; non enim argumentū à contrario sensu militat, nec potest ad casum nostrū adaptari.

Quicquid, verò, vltimo loco, fuit deductum ex *Bartol. in l.tale pactum, § fin.num.3.ff.de Pact.* vt si quis, in actu, inter viuos, nominauit aliquem hæredem suum, videatur in eum, supremum iudicium cōtulisse, & præcipuè quando verba sunt dispositiua, & inter filios, nō est sufficiens ad nostram debilitandam sententiā Quia si benè perpendātur verba *Bartol.* videbimus, quod nō loquitur de instrumēto, in quo pater de hæreditate sua paciscitur, nec fatetur, quod, in vim vltimæ voluntatis 48
valeat hoc pactum, sed tantùm loquitur de contractu, cum alijs ità celebrato, vt in eo filiū hæredē appellauerit, quod à lege non reperitur prohibitū, sed permissum, ob id mirū esse haud debet, si voluntas patris, in actu licito quomodocumq; declarata per verba *l. fin. C.famil.ercisc.* sit attendenda, optimè *Hartm. Pist.d.lib.* 49
4.q.2.n.42. vbi inferiùs respōdet Doctoribus in cōtrarium allegatis, vel cū doctiss. *Monter. à Cueu.d.l.15 nu. 18.post med.* dicere possumus tex. à *Bart.* allatū, de quadam vltima voluntate in genere sumpta exaudiri debere, de cuius vltimæ voluntatis qualitate meminit *gloss.in d.l.licet*; quæ quidem in aliquo efficax non est. Ideoque quando in specie *d. §.fin.* non essent nati filii, nec instituti, non posset se frater fundare super aliqua vltima volūtate fratris, sed super stipulatione per quā frater sibi, tanquam hæredi, in posterum prospexerat iuxtà *l si pactum, ff.de probat.* quod intelligitur, si postmodum à fratre institutus fuisset, vel eidem ab intestato successisset; Nam ex sola denominatione in contractu hæres esse nō censetur, & ità prædicta Romanæ intelli-

intelligit *in auth.similiter col.4.verſ. ſexto quod Eccleſia C.ad l.Falcid.* quod latiùs comprobat *ad l.19.C. de Pact.num.10 verſ.in quantum autem*.

Ex quibus certo certius apparet, quod numquam leges nec tacitè, nec expreſsè admiſerunt pacta ſuccesſoria inita inter patrem & liberos, & in hoc Calà verum legum ſenſum non explicauit.

Sicut non valet aſſerere, quod per *l. vlt. C. de Pact.* ſit derogatum *l.15.C.eod.tit.* nam clariſſime patet *in d.l.15.* actum fuiſſe de hæreditate propria ab vno ex contrahentibus promiſſa filiæ, vel genero. In *l.* verò,
51 vltima fuiſſe improbata pacta, ſuper hæreditate alicuius tertij viuentis inducta, & inter vnum & alterum
caſum, quanta ſit differentia, pleniſſime à me fuit probatum *in cap.1.num.31.& ſeqq.*

Vlterius, ſi *d.l.vltima* non reprobata huiuſmodi conuentiones, quando conſenſus illius de cuius hæreditate agitur interuenit, ſi caſus *in l.15.* idem eſſet, ac caſus *in l.fin.* ſemper valerent pacta ſucceſſoria, ſiue inter patrem & filium, ſiue inter promittentē propriam hæreditatem, & extraneum: quia ſemper illius, de cuius agitur hæreditate, accedit conſeoſus, ſi ille eſt, qui promittit, neque differentia eſſet conſtituēda inter pactū patris, inter filios, vel extranei, inter extraneos, quod eſt abſurdū etiā ex mēte ipſiuſmet Calà

Nec verum eſt, quod ratione extenſionis poſſit *l. vlt.* ſupracitata *C.de Pact.* adaptari etiam ad caſum,
52 in quo promittitur à patre hæreditas filijs, quia
eadem non militat ratio, in vno ac in altero caſu, & non ſit legum extenſio ex vulgatis.

Item, & quia, ſi daretur, quod præfata *l.vlt.* militaret *in d.l.15.* duo ſpecialia concurrerent in eadem diſpoſitione contra expreſſum tex. *in l.cum poſt §. gener.ff.de Iur.dot.l.1.ff.de dot.promiſſ.Menocch.conſ.336 nu.3. Tuſc.pract.littera ſ. concl.260.per tot.Cyriac.contron.for.80.n.12.Merlin.contr.for.cent.2.cap.4.num. 4.* Concurrerent inquā, duo ſpecialia, quia cum *d.l.* non loquatur de hæreditate patris, ſed tantū de hæreditate
53 tertij viuētis, diuidēda, neceſſe eſt, quod extēdatur ad
caſū, quod liberi diuiderēt hæreditatē patris, eo viuēte.

Vlteriùs, cùm lex vltima præcitata loquatur de diuidenda hæreditate alicuius tertij non interuenientis in contractu promiſſionis, alio indigeret ſpeciali, nempè quod intelligeretur de hæreditate promiſſa, ab vno ex paciſcentibus meritò, &c.

Adijcitur, quod *lex vlt.C.de Pact.* vna ex 50. nouis deciſionibus, quas Iuſtin. ſecundæ Codicis æditioni inſeri iuſſit, de quo inter Interpretes non eſt controuerſia *Monter à Cueu.in l.fin.C.de Pact.in princ.* & plenè ibidem *Cagnol. nu.5.* vbi omnes enumerat conſtitutiones à Iuſtiniano adiunctas in Codice, vndè
54 ſtrictiſſimè, & in illa tantum ſpecie, in qua loquitur
eſt intelligenda, vt mihi probat *Borcholten de Pact. cap.5.nu.69.verſ.rurſus non*

Ad illationem deſumptam ex regula, quod idem eſt paciſci, & paciſcenti conſentire, reſpondetur ad caſum adaptari minimè poſſe, quia, vt animaduertit hic *Bartol.* quem refert & ſequitur. *Bolognett.d.l.fin.nu. 82.* hic dominus non conſentit pacto, quod ipſe det hæreditatem, ideſt pacto diſpoſitiuo de hæreditate & translatiuo hæreditatis, ſed ſolum pluribus paciſcen-
55 tibus conſentit, ſub conditione, ſi ad eos hæreditas de-
ueniat, ità vt dominus non obligetur eis dare hæreditatem, nec impeditur teſtari. Si verò, in pacto contineretur, quod ipſe dominus teneretur dare hæreditatem, tunc, equidem, ſicuti non poſſet obligare, nec valeret pactum, ita nec etiam paciſcenti conſentire, nec obligaretur per conſenſum præſtitum. Vltraquamquod multi dantur caſus, in quibus fallit prędicta regula, quos enumerat *Bolognet. vbi ſuprà*, quod quis non poſſit actus facere, benè tamen facienti conſentire valeat, meritò non obſtat, & de hac te vide etiam plura apud *Dec. d.l.fin. C.de Pact. nu.18. Cagnol.nu.137.& ſeqq.*

Quod vero dictum fuit *tex. in d. l.15.* non loqui de promiſſione facta à patre filiæ, ſed ab extraneo alicui perſonæ, dum nuberet, inſcio patre puellæ, eſt equidem ſubtilis indagatio, ſed non vera.

Ponamus, igitur, caſum, ſicuti ſentit Calà, qui ità non aliter effingi poteſt. Pater filiam nuptui tradebat, & quidā extraneus, in dotali inſtrumento, puellæ pro-
mittit, vt ſi pater, ex hac vita diſcedet, eandem puellā 56
hæredem faciet, in ęquali portione cum cęteris liberis.

Meritò caſu ità effecto, reſponderent Imperatores, neque vllam obligationem contrahere, neque libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuiſſe auferti. Siquidem quomodo tertius poteſt diſponere de re patris puellæ, in qua nil habet dominij? rei ſuæ quili-
bet eſt moderator & arbiter, ait *tex.in l.re mandata C.* 57
mandat. non autem rei alienæ.

Vlteriùs quid intereſt extranei promiſſoris, quod puella cum cæteris filijs æqualiter à patre inſtituatur? & quomodo tertius poteſt ſtipulationem contrahere & promittere pro patre puellæ ſine mandato, & citrà conſenſum eiuſdem, pro quo ſtipulatur? & habemus
optimum *tex.in l.inter ſtipulantem in princ ff.de verb.* 58
oblig. alius pro alio promittens, daturum facturumue eum, non obligatur, nam de ſe quemque promittere oportet tex.in §.18.& 19.Inſtit. de inutil. ſtipul. Et clarum
eſt, quod pacta, & conuentiones inter alios initæ ad 59
alios non extenduntur, nec alijs nocent *l ſi vnus §. antè omnia ff.de Pact.Neyǵſant.conſ.492. nu.62.*

Imò, ſi pater ipſe non nouit hanc promiſſionem quomodò diuinabit tempore, quo teſtatur, & relinquet æqualem portionem filiæ, ne ille tertius bonus vir mendacij ſit reus? ò vtinam Imperatores reſpondiſſent, *obligationem valere, & libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuiſſe auferre*; quam vellem libertatem diſponendi exercere de aliorum facultatibus &c.

Apparet igitur, quàm incongrua ſit explicatio, & ſenſus *d l.* intellectæ iuxta mentem prædictam, nec eſſe diſcedendum ab explicatione, quā illi accommodant *gloſſ.* quæ ita effatur. *Filiam tuam cuidam viro tradidiſti, ſed cum ea conueniſti, vt tibi cum fratre ſuo ex æquali portione ſuccederet: neque naturaliter te obligaſti Bartol. Bald. Alex. Cyn. Vueſſemb. ad l. pactum quod dotali in princ.C.de Pact.Petr.Gilken. ibidem in princ.* ac pariter
ibidem *Chriſtophor.Philipp. Richter. num.1.* ac omnes 60
huiuſce de materia loquuti Doctores.

Neque verum eſſe dignoſcitur, quod pacta ſucceſſoria ſubſtineantur inter parentes, & liberos, quando agitur de partienda inter liberos æqualiter hæreditate, vt in terminis noſtris firmarunt Doctores ſuperiùs allegati *cap.7.num.39.* quibus nunc addo loquentes de hæreditate promiſſa à patre pro æquali portione li-
beris *Dec.conſ.475.Pariſ.conſ.24. nu.66. lib.2. Marcell.* 61
Marcian.conſ.35.nu.2.tom.2.Hunn.de pact.lib.5. cap.5. Matthaeum Cuner.eodem tract.lib.1.cap.16.nu.13. Melchior.Fab.dec.102.n.14.tom.2.Valent.Gulielm.Fonſter. de pact.cap.6.nu.20.verſ.imò quidem Hartm.Piſt. lib.4. quaeſt.2.nu.12.Schifordeg.ad Fab.lib.1.tract.29. quaeſt.5. in fine, Borcholten.de Pact.cap.5.n.69 in fine, Gaddæ.de contrah & committ.ſtipul.cap.6. concl.7. num.73. Petr. Gilken.ſuper l.15.C.de Pact nu.68. & ſeqq. Richter pariter ibidem nu.16.

Et licet verum ſit, quod natura, & naturalis ratio ſuadet, quod inter filios æqualitas obſeruetur, tamen animaduertendum eſt, quod leges ſuadentes, vt pater
debeat æqualiter ſcribere filios hęredes, eos non ligāt, 62
ſed admonent, non præcipiunt, ſed ſuadent. Vndè approbāt etiam in contrarium factā diſpoſitionē *§.illud*

*quoquè auth.de Nupt. Dec.conf.19.n.3.Buratt.dec.*480. *num.*8. & 9. *Bellon. Inn conf.* 15. *num.*18. *&* 19 *Spada conf.*115.*tom.*3. Et verum est id quod ait idem *Gilken.* rectè & præclarè facit parens, si omnes liberos ex æquo, vt Iustinianus suadet, instituat; Cessabunt enim illæ absurditates, quæ consequi sententiam possent, si omnes testandi facultatem auferamus, quod illa adhùc salua sit, Accedit, quod alienum à ratione videatur, quem posse fidem, qua quis semel se obstrinxit, eludere, *l. in princ, ff, de Constit. pecun.* cùm tamen tam multa, quæ cogitatione non facilè complecti possimus, dies suppeditet, *l.* 2. §. *sed quia natura C.de veter.iur.enucl.* neque vllo ingenio, aut mentis acumine adsequi possimus *l.sed de damno* 41. *ff locat.l.*1 *C.commodati, l.contractus, ff.de Reg. Iur.* vt incomoda, quæ insidiantium calliditate minui possunt, vel fati lege impendent, discutiamus, non debet iniquum censeri, si mutata cōditione causarum, nonnihil de eo quod semel placuerat, reuocemus, *cap fin. distinct.*29. Quid enim si assidua valetudo, qua vnus ex filijs conflictatur *l.Pastor ait* 13. *ff.de vacat. muner.* numerus liberorū, quo vrgeatur *l.cum ratio* §.1.*ff.de Pæn. damnat.* æs alienum ab eo culpa grauioris fortunæ contractum, *l si arbitrio* 10.§.1.*ff.qui satisd.cog.l.si filia* 20.§.*Neratius ff.famil. Ercisc.* Indoles egregia, & spes promotionis, quam maiorem de se excitauit obsequia in parentem, *l. nec ea* 17 §.*prætereà, ff. de Adopt.* aut aliæ causæ, & circumstantiæ, quæ scripto compræhendi, vt infinitæ, nequeunt, eo consilij patrem compellant, ecquid illum filium fallere, an magis quæ rei conueniunt statuere dicemus? ad quod adstipulatur, quod pacta, & transactiones ad id quod cogitatum non est minimè referuntur &c. cuius sententiæ fuit etiam *Richter. vbi suprà num.*30. *& seqq.*

Hinc est, quod etiam lege naturæ datur quoddam
64 parenti in liberos imperium, adeò vt patri non imponatur necessitas, vt omnes habeat æquales successores liberos, alioquin ex inæqualibus partibus nunquam liceret liberos heredes facere *Gæddæ de contrah.*
65 *& committ.stipul.cap.*6.*concl.*7.*num* 75. *vbi plenissimè contrà iura allata per Gomez.ad ll.Taur.*22.*nu.* 21. *post medium Surd.conf.*185.*num* 29.*Cyriac. controu.* 72. *nu.* 15. *Barbos.ad l.parentib.n.*1.*& seqq.C.de inoff. testam.*

Fideicommissa, & primogenia institui minimè possent, & tamen contrarium suadēt *tex.in* §. 1. *ad finem*
66 *Instit.de Fideic.hæred.l.*2.§. *post ff. de orig.Iur.l. verbis legis ff.de verb signif Bartol.l.*1.*num.*4.*ff.de leg.* 1. *Peregrin.de fideic.art* 1.*num.*6.

Exhæredationes nequaquam practicari valerent, quamquam id permittant leges & Doctores, vt per *Bald.in l.cum ex filio ff. de vulg. & pupill. Alciat. præ-*
67. *sumpt.*2.*reg.*1.*nu.*3.*Oldrad.conf.*16.*Merend.controu.ca.* 13.*lib.*7.*Rot.dec.*285.*num.*32.*parte* 11.*rec.*

Nec propterea *d.l.*15. impedit quò minùs Pater æqualitatem inter liberos obseruet, sed solum ad istā obseruandam æqualitatem, non vult pacto patrem esse obstrictum, quia alias ipsi auferretur libertas testandi, & inæqualitatem ex iusta etiam causa inter liberos constituendi facultatem tollere quàm sit absurdum, & contrà præcepta legis Cæsareæ & Pontificiæ latè demonstrat *Gilken. vbi suprà nu.*77.*& seqq.*

Nequè vim facit, quod paciscens decedat, nullo condito testamento, vt pluries fuit superiùs probatū;
68 sic clarè decidit *Paul.de Castr.d.l.*15. ea ratione, quia istud pactum, sicuti non habet vim contractus, vt obliget patrem, ità non habet vim vltimæ voluntatis, nisi in milite, etiam si factum fuisset coram 7. testibus, quem sequuntur. *Dec.Purpurat. Fulgos.Ias.* vt ostendit *Hartm.Pist.d.lib.*4.*quæst.*2.*num.*38. Quæ sententia probatur per sepissimè replicatas leges, *pactum quod dotali,* 15.*C.de Pact.l.pactum dotali C.de Collat.& l.fin.ff.de suis, & legit.* vbi dispositum fuit de huiusmodi pactis inter patrem & liberos initis, & nihilominus illa non valere fuit conclusum; quod etiam optimè comprobat, in terminis nostris, nempè, pacti inter patrem, & filios *Martin.Monter.à Cueu.in repet.l.* 15. *C. de Pact.num.*17.

Nec valet asserere, quod in vim pacti non valeat conuentio, de qua est sermo, sed tantum sublimeatur in vim supremi iudicij, vt in milite. Verba enim textuum prædictorum clarè demonstrant, ibi de successione actum fuisse, & tamen nulla pacta dicuntur, vt latiùs explicat *P.st.d.numer.*38.*vers.& ne quis fortè* Vltraquamquod hanc æquiparationem militum minimè procedere, doctissimè in proposito ostendit
*Monter.à Cueu.in loco proximè citato num.*18. Nam in 69
militibus publicus est fauor cùm pro patria pugnent, in patre autem erga filios priuatus intercedit fauor, & quia circa milites, multa statuta sunt quia non tenentur iura scire propter simplicitatem armatæ mi-
litiæ, vt patet *in l.*1 *ff de milit.test.iuncta l.fin.C.de Iur.* 70
delib.in princ. & quod non omnia, quæ conceduntur militi ad patrem extendantur colligitur ex multis.

Miles pluribus testamentis decedere potest, & pro parte testatus, pro parte intestatus *l.quærebatur ff.de milit. test.* quod in patre cautum non reperitur.

In testamento militis falcidia & trebellianica cessat *l.in testamento C. ad leg. Falcid. l.* 1.§. *penult. ff. ad Trebell.* quod non procedit in patre.

Testamentum militis prætereuntis, vel exhæredantis querelæ non subijcitur. §. *penult. Instit.de Exhæred.liber.l.fin.C.de inoff.testam.* non sic in patre inter liberos testante.

Testamentum militis sortitur effectum, quoad omnia ibidem relicta, sed testamentum patris quoad relicta extraneis corruit *l.hac consultissima* §. *ex imperfecto C.de testam. Cum ergò &c.*

Nec potest opponi, quod iura prædicta loquantur de pacto amittendæ hæreditatis, cùm vno tantum ex liberis. At diuersimodè fit lletdettidum, quando de hæreditate inter liberos diuidenda actum fuit.

Siquidem facultas, quæ à legibus patri fuit impartita, disponendi de proprijs bonis inter liberos, non ità fuit restricta, vt necesse haberet disponere ad fauorem omnium filiorum, imò potiùs etiamsi vnius tantùm commodum, vel incommodum tangat, omnes obseruare tenentur à patre disposita, vt mox diximus, & est *tex.in d.l.fin. C.famil.Ercisc.*

Si igitur libertas ista, qua pater valet vnum ex filijs, præ cęteris, honorare, id non operatur, vt valeat pactum cum vno initum, contrà iuris prohibitionem, in vim vltimæ voluntatis, neque hoc præstare poterit; quando cum omnibus paciscitur, vt optimè, de more, ratiocinatur, *Hartm.Pist.d.lib.*4.*quæst.*2. *num.*38 *vers. neque est.*

Vlteriùs quoties pater, inæqualiter distribuendo hæreditatem, de successione cum liberis paciscitur, semper aliquid portioni alterius detrahit; atque ideò hoc ipso de amittenda hæreditate paciscitur, & nihilominùs adhùc locum inueniunt dicta iura de renunciatione hæreditatis disponentia.

Ad tex. in d. l. fin. C. famil. Ercisc. vel respondetur 71
cum *Dec.d.l.*15.*C.de Pact. vers.*3.*limitatur*, quod ibi *tex.* loquitur in testamento, seu codicillis, quæ vltimā voluntatem designant, *l.*1.*in fin.ff de Tabul.exhib.* quæ verba non videntur pacto adaptari *l. verba contraxerunt de verb. signif.* de qua quæstione optimè ratiocinatur, *Monter.à Cueu.l. pactum quod dotali nu.*16. *vers. præterea, ibi lex finalis* §.*ex imperfecto loquitur in dispositione testatoris de cuius voluntate certi sumus, voluisse vltimam voluntatem condere, quo casu licet testamenti solem-*

solemnia deficiant, quia tamen in tali voluntate conseruanda ius gentium consideratur, testamentum ipsum substineri potest, aliud tamen dicendum videtur, vbi ad pactum, vel stipulationem pater mentem voluntatemque suam retulisset, quo casu illa valere non possent d. l. ex eo, & quia actus contrahendi ad viam testandi extendi non possunt cum plurimum inter se differant l. verba contraxerunt de verb. signif. Vel cum *Pist.* vbi supra, quod iura, quibus pacta illa inter patrem, & liberos improbantur, admodum clara sunt, & aperta, vt quāuis verba illius *l. fin.* sint generalia tamen referri non possunt ad eam patris dispositionem, quam leges non admittunt, sed reprobant, & infirmant; Ob id *l. fin C. famil. Ercisc.* ad terminos habiles erit restringenda, sicuti quælibet dispositio de actu licito potius, quàm prohibito est regulariter intelligenda, *Castill. quotid.*

72 *contron. cap. 8. num. 13. lib. 7.* vbi, quod actus, qui ex vno capite est licitus, & ex alio non, semper gestus præsumitur ex capite licito, *Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 9 gloss. 2 par. 7. num. 61. Cyriac. contron. for. 560. num. 28.*

Maximè quia ex verbis d. legis dignoscitur Imperatorem solemnitates tantùm, quæ ad vltimas voluntates alioquin requirebantur, voluisse parentibus remittere, ibi *etiam si solemnitate legum eiusmodi dispo-*

73 *sitio fuerit destituta*, cum quibus nihil commune habent pacta nostra prohibita, *Hartm. Pist. d. num. 38 in fine.* Qui tandem concludit; *quo magis parentibus laxata sunt habenæ, & liberior est concessa testandi facultas, eò minùs permissum eis esse debet, vt per modum legis improbatum, vltimam suam voluntatem declarent.*

Quæ dicta fuerunt de clausulis subintellectis in hisce vltimis voluntatibus, haud merentur allegari, regula namque procedit, quando parentes per viam vltimæ voluntatis à legibus permissam disponunt, non verò, quando contrà iuris prohibitionem paciscuntur; Quod pactum, & conuentio reprobata, nequaquam dicitur vltima voluntas, *l. verba contraxerunt de verb. signif.* Sequitur ergo, quod hic non possit adaptari effectus clausulæ illius, quæ vltimis voluntatibus inesse solet, cum non eoeis nullæ sint qualitates, *l. eius*

74 *qui ff. si cert. pet. Buratt. dec. 293. num. 1. Royas dec. 377. num. 11.* Et regula est notissima, quod clausulæ quantumuis amplæ, & generales nihil operantur in actu, &

75 contractu alias nullo, & legibus improbato *Buratt. dec. 220. nu. 9. & 10. Mantic. de Tacit. lib. 1. tit. 13. nu. 27. Surd. dec. 7. num. 26.*

Vltraquamquod effectus illius clausulæ præsertim tacite subintellectæ, non potest ad id extendi, vt valeat dispositionem de vna in aliam speciem longè diuersam transferre, vt à nobis superiùs probatum fuit, in proposito iuramenti super hoc pacto præstiti.

Meritò concludendum est, quod pacta futuræ successionis inita inter patrem, & liberos nulla sunt, siuè agatur de Iostituendis liberis æqualiter siuè inæqualiter, siuè pater paciscens decedat testatus, siuè intestatus.

CAPVT XII.

An valeant pacta successoria, statuto, vel consuetudine, confirmata: Affirmatiua opinio admittitur; Qua occasione disputatur, an ius Ciuile possit iura testamentorum immutare. Et, an pacta nostra, statuto, vel consuetudine, confirmata, valeant irreuocabiliter: & tandem traditur, quod talis consuetudo non se extendit extrà territorium.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta, & consuetudines passu pari in iure ambulant.*
2 *Statuta, & consuetudines in idem recidunt.*
3 *Statuta, & consuetudines differunt tanquàm tacitum, & expressum.*
4 *Quod potest per statutum introduci potest & per consuetudinem.*
5 *Valet argumentum de statutis ad pacta.*
6 *Valet argumentum de consuetudine ad statutum.*
7 *Non valet pactum futuræ successionis, licet statuto vel consuetudine roboratum.*
8 *Statutum contrà bonos mores reprobatur.*
9 *Indecorum est, quod filij non meritis, sed pactionibus ad paterna obsequia inuitentur.*
10 *Statutum non potest legem dicere patri, vt non possit mutare pactum futuræ successionis.*
11 *Lex prohibet ne filius possit inquietare patrem de bonis aduentitijs per eum administratis.*
12 *Filius nihil potest prætendere super rebus ab eo quæsitis durante vita patris.*
13 *Legitima tolli non potest lege, consuetudine, vel statuto.*
14 *Renunciatio legitimæ etiam cum iuramento non valet.*
15 *Legitima portio est liberis relinquenda absque vllo onere, vel grauamine.*
16 *Quæ à iure naturali proueniunt non possunt tolli statuto, vel consuetudine.*
17 *Doctores tenentes non valere pacta futuræ successionis statuto, vel consuetudine roborata.*
18 *Contrà, quod valeat pactum futuræ successionis statuto, vel consuetudine extante.*
19 *Vales in feudis pactum futuræ successionis.*
20 *Statutum, vel consuetudo contra bonos mores turpitudinem, & peccatum inducentes non valet.*
21 *Consuetudo facit ius.*
22 *Consuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum.*
23 *Consuetudo est tanquàm ius commune.*
24 *Facit de permisso illicitum, & è contrà.*
25 *Statutum pro lege communi in ciuitate habetur.*
26 *Statutum prævalet iuri communi.*
27 *Sunt seruanda qualibet dispositione in contrarium extante.*
28 *Quamuis dura, & aspera videantur.*
29 *Vnum ius Ciuile tollit aliud.*
30 *Facultas testandi prouenit à iure Ciuili.*
31 *Testamentorum origo est antiquissima.*
32 *Nonnulli antiquitus testamenta ignorabant.*
33 *Leges, de testamentis loquentes, abrogari possunt contraria lege.*
34 *Deportatus testamentum condere non potest.*
35 *Doctores asserentes valere pacta futuræ successionis consuetudine, vel statuto firmata.*

36 Et

36 *Et præcipuè, quod valeant in contractu matrimonij nonnulli defendunt.*
37 *Mali mores sunt constituendi iuxtà consuetudinem Ciuitatis.*
38 *Vsuræ non sunt reprobatæ attenta consuetudine.*
39 *Sed contrarium, quod non possint per consuetudinem approbari.*
40 *Consuetudo eximit à pœna & culpa.*
41 *Per consuetudinem, & statutum potest immutari ius publicum.*
42 *Statutum vel consuetudo pacto fortior est.*
43 *Quicquid per pactum fieri potest, potest fieri per statutum, sed non è contra.*
44 *Pater familias qui se dedit in arrogationem testamenti factionem non habet.*
45 *Ingressi monasterium non habent ampliùs facultatem testandi.*
46 *Ius Ciuile tollit aliquando, vel restringit facultates testandi.*
47 *Non est contrà ius naturale, vt libertas testandi auferatur.*
48 *Valet argumentum à lege ad consuetudinem, tàm affirmatiuum, quàm negatiuum.*
49 *Statuta nonnulla prohibent aliquando testamenta condere.*
50 *Non omnis actus per quem facultas testandi amittitur reprobatur, sed ille dumtaxat, quem turpem leges existimant.*
51 *Par in parem non habet Imperium.*
52 *Per statutum, & consuetudinem abrogatur Ius Ciuile.*
53 *Adoptiuus & arrogatus habentur ac si essent veri filij.*
54 *Statutum & consuetudo, potest disponere, vt quis habeatur pro filio, etsi non sit.*
55 *Statutum potest augere, & minuere legitimam.*
56 *Non valet argumentum à iuramento ad statutum.*
57 *Iuramentum non potest derogare iuri publico.*
58 *An valeant pacta successoria statuto roborata reuocabiliter, vel irreuocabiliter.*
59 *Quod valeant reuocabiliter.*
60 *Pactum futuræ successionis naturam vltimæ voluntatis adsumit.*
61 *Donatio causa mortis tunc dicitur quando in dispositione fuit facta mentio mortis.*
62 *Testamentum reciprocum inter virum, & vxorem potest ab vno ex eis reuocari, non obstante, quod alter non consentiat.*
63 *Dispositio vel pactum non refertur ad incogitata, nec ad ea quæ posteà emergunt.*
64 *Consuetudo vel statutum pactum firmare non potest, in quod careret consensu paciscentis.*
65 *Dispositio qualibet intelligitur rebus sic stantibus.*
66 *Consuetudo, quæ approbat pacta futuræ successionis intelligitur quando non omninò tollitur testandi facultas.*
67 *Pacta futuræ successionis per consuetudinem valent irreuocabiliter.*
68 *Totius & partis idem est iudicium.*
69 *Eadem ratio militat in tota, ac in quota.*
70 *An statutum, vel consuetudo possint validare pacta successoria irreuocabiliter nec ne, dependet à verbis, quibus est conceptum pactum, vel à statuto ità disponente.*
71 *Actus qui non est reuocabilis testamentum esse non potest.*
72 *Statutum, & consuetudo potest non tantùm restringere, sed in totum tollere facultatem testantium.*
73 *Facultas testantium non prouenit à iure naturæ.*
74 *Quando verba statuti vel contractus sonant in vim dispositionis inter viuos, dispositio reuocari non potest.*
75 *Illatio non fit ex diuersis.*
76 *Consuetudo est probanda ab eo, qui eam allegat.*
77 *Qui se fundat in consuetudine eam probare debet.*
78 *Consuetudo non probata non releuat.*
79 *Consuetudo per Doctores non probatur.*
80 *Consuetudo non dicitur probata per actum metu gestum.*
81 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum.*
82 *Consuetudo non inducitur ex his, quæ vario modo fuerunt seruata.*
83 *Cons de Pact. futuræ success. reprobatur.*
84 *Doctori attestanti de consuetudine alterius Prouinciæ non creditur.*
85 *Non est præstanda fides homini etiam excellenti de consuetudine attestanti.*
86 *Etiam si attestans esset Doctor.*
87 *Hæreditates & successiones deferuntur secundùm consuetudinem illius loci, vbi bona sita sunt.*
88 *Imò requiritur vtraque subiectio, personarum scilicet & bonorum ad hoc vt statutum de successione locum habeat.*
89 *Statutum confirmans pacta futuræ successionis est odiosum & restringendum.*
90 *Statuere est actus Iurisdictionis, quæ exercetur circa administrationem rerum suarum.*
91 *Princeps extra proprium territorium se habet tanquàm priuatus.*
92 *Statuta excludentia fœminas propter masculos non se extendunt vltrà iurisdictionem statuentium.*

PAri passu ambulant in iure nostro statuta, & con- 1
suetudines, *tex.* clarus *in cap. Messanæ, 56. de Elect.*
in 6. Cranett. cons. 215. num. 3. Vuessemb. cons. 1. num. 56.
Euerard. Iun. cons. 6. n. 18. vol. 1. Et in idem reincidunt,
& conuertuntur, *Ias. in l. præscriptio num. 12. C. si contr.* 2
Ius vel vtil. publ. nihilque differunt, nisi vt tacitum, & 3
expressum, *Hartm. Pist. lib. 2. cap 41. num. 18. & seqq.*
Imò, quod potest, per statutum introduci idem & cõ-
suetudine valet admitti, *Minsing. resp. 49. num. 26. Eue-* 4
rard. in loc argum. in loco à pacto ad legem vel statutum
post medium Bartol. Muscul. de success. conuention. &
anom. membr. 1. concl. 1. claus. 1. lit. D, Et sicuti valet ar-
gumentum, de statutis ad pacta *l. fin.* vbi *Bald. C. de fi-* 5
deiuss. l. nec ex prætorio de Reg. Iur. Rot. coram Gregor.
dec. 204. n. 23. Ità valet de consuetudine ad statutum,
& consuetudo est altera lex *l. 3. C. quæ sit long. consuet.* 6
D. Aloys. Mars. cons. 6. nu. 13.

Meritò, in hoc capite, tractaturi de validitate pacti, per legem, vel statutum confirmati, eidem insimul adnectimus quæstionem, de consuetudine; omnia, enim, quæ, statuto adaptantur, consuetudini conueniunt, & quæ consuetudini, statuto sunt conuenientia. An valeant igitur pacta successoria, in loco, vbi per statutum, vel consuetudinem validantur, videamus.

Duas in hac quæstione ex diametro dissidentes reperio sententias, vnam affirmatiuam, negatiuam alteram.

Et à negatiua incipiendo, hanc defendit antesignanus *Alex. ad d. l. 15. C. de Pact.* ac alij infrà allegandi, ex 7
pluribus rationibus.

Primò quia, cum pactum nostrum improbetur, quia bonis moribus aduersatur, vtpotè tollens liberam facultatem testandi. Et quia votum captandæ mortis inducit. Sicuti pactum contrà bonos mores re-
probatur, ità, & statutum minimè valere poterit, *Crass.* 8
§. successio ab intestato quæst. 9. num. 8. in fine, Mantic. de Tacit. & Ambig lib. 12. tit. 34. nu. 12. Cacheran. dec. 100. n. 33. Modestin. Pist. cons. 8. quæst. 3. n. 3. lib. 1. Petr. Gilken. ad l. 15. C. de Pact. nu. 4.

Et

Et quod statutum, contrà bonos mores, & auferens
testandi facultatem liberam, non valeat dixerunt
etiam *Cornazan.dec.45.num.1.3. & 22.* vbi, quod non
potest tollere facultatem testandi in totum, sed benè
pro parte. Idque etiam probat *Fontanell.dec. 349.nu.
31.Rot.dec.9.nu.4. par.9.rec.* vbi quod solum ponere
potest formam super modu testandi.

Secundò, quia, quemadmodum inciuile est, & à de-
core abhorret, quod filij, non meritis, sed pactionibus,
9 ad paterna obsequia inuitentur *l. si quando C. de inoff.
testam.* & nos latiùs *in cap. antecedent.* Ità sanè longè
inhumanius est si parentum iusta moderatio lege, sta-
tuto, vel consuetudine, alligetur, *l.cum oportet §. non
autem C. de bon. quæ liber.* ibi, *non autem Hypothecam
10 filijfam.aduersus res patris viuentis adhuc, seu iam mor-
tui sperare audeant, nec ratiocinia ei super adminstra-
tione inferre, & per tot. §.* vbi disertissimis verbis præ-
11 cipitur, filio, ne audeat inquietare patrem, super bo-
nis aduentitijs, per eum, administratis, nec possit vn-
quam aliquid prætendere, de ijsdem bonis, per pa-
ctum, eo mediante, quæsitis, prout latiùs, quod filius
nihil prætendere possit, super re, ab eo quæsita, duran-
te patria potestate, quia quæsitum spectat omninò ad
12 patrem, nisi ipse pater consentiat, dixit *Boer. dec.7. per
tot. Donat. Anton. de Marin.cap.145.nu.45.lib.1. Olea de
Cess.Iur.tom 2.quæst.6.n.17. & 30. Eminentiss. Otthob.
dec.180.num.15.& dec.335.par.12.rec.& dixit Rot. in
Rom. Census 12. Feb. 1663. coram Reuerendiss. Alber-
gato post tract.dec.25.*

Ex quo elicitur, quod, si lex, tàm strictè vetat filio,
ne possit, de bonis aduentitijs à patre possessis, aliquid
prætendere, quid erit, de bonis patrimonialibus ipsius
patris? vt late ratiocinatur *Gilken.d.l.15. nu.4. vers.6.
quod*

Tertiò quia, sicuti non valent, iureiurando, confir-
mata, eadem ratione, neque statuto, nec consuetudi-
ne accedente, valebunt *Gomez.ad ll.Taur.22.num.21.*

Quartò, qua ratione legitima portio, lege, statuto
& consuetudine, aut etiam renunciatione iurata tolli
non potest, *l.iura sanguinis vbi Dec.num.7. Boer. dec.3.
num.10.Couarr.in repet.cap.quamuis de Pact.in 6.part.
cap.3. num.3.* Et in specie de statuto, quod non possit
13 legitimam tollere, *Hodiern.in l. hac edict. quæst. 6. Al-
tograd.cons.56.57.lib.2.Gratian. Discept.for.cap.30.Bar-
bos.reg.17. num.4. de Reg. Iur. in 6.* Et pariter quod ei
non possit, neque etiam cum iuramento renunciari,
14 adeout, volente patre, filius non succedat, tradidit la-
tissimè *Altograd.d.cons.41.num.52.& seqq. lib.2. Surd.
dec.114.* & ibi latè *Hodiern.Castill. quotid. contron. lib.
3.cap.9. num.11.* & plura habemus *in Perusina Succes-
sionis 14. Ianuarij 1664.coram Verospio post tract.a num.
dec. 157. & in Romana Supplementi legitimæ 1. Iulij
1669 coram R.P.D.Vicecomite*; Eadem ratione, pater
fraudari non debet, tota dispositione suæ substantiæ,
propter prauam alicuius loci consuetudinem, vel pa-
ctum incircumspectè à se interpositum, vt seruus po-
tiùs quam liber mori videatur, & instar Latini liberti;
in eius persona tempore mortis, & libertas, & serui-
tus concurrant, quod non immeritò detestatur Im-
perator *l. 1. C.de Latin.libert.toll.* Et cum pietas, à na-
turali dictamine, profecta, iubeat, liberis esse conue-
15 nientem portionem relinquendam, *l.cum ratio; ff. de
bon. damnat.* neque possint eis legitimam non relin-
quere ab omni onere liberam & expeditam, *l. omni-
modo, & l.scimus C.de inoff. testam. Mantic. de Conect.
vlt. volunt.lib.11.tit.18.num.12. Molin.de Primog. Hi-
span.lib 2.cap.13.num.4. Bardell.cons.3.num.4. Barbos.
ad d.l.scimus num.3.Gratian.discept.380. num. 37. Sal-
gad.Labyr.credit.par.2.cap.16. num.17. Thomat. dec.4.
Moccia Syl.for.cap 35.Rot.dec.239.num.7.par.5.rec.*
Eadem pietas, & naturalis ratio, etiam decernit pa-
rentibus, quod conuenit honoris, & timoris esse defe-
rendum, *l. vt patriæ ff de Iust. & Iur.* Quarè, cum hæc
prouenіant a iure naturali, quod est immutabile, *§ fin.* 16
Instit.de Iur.natur.gent.& Ciuil. per consuetudinem,
vel statutum non possunt infringi.

Quapropter, his, & similibus fundamentis, innixi,
non valere pactum nostrum, etiam in loco, vbi consi-
milis viget consuetudo, vel adest statutum, dixerunt
Alex.in loco superiùs citato l.15. ac pariter *ibidem Dec.* 17
num.10.& 11. vers. contrarium, & relictis *Bald. Iason.
Iacob.n.à S. Georg. Riminald. Iun. Bottiglier. & Natt.*
quos refert, & sequitur, *Menoch. cons. 456. numer.20.*
idem *Dec.cons.225.num.4 Villalob.com.opin.lit.P, nu.
2.Mantic.de Tacit.& ambig.lib.12.tit.34. num.12. Ca-
cher.dec.106.num.32.* quem refert, non tamen sequi-
tur, *Muscul.de Conuent.success.memb.1.class.1.concl.3.
lit.H, num.59.Crass.§.successio ab intestato quæst.9.num.
8.Modestin.Pist.cons.8.quæst.3.num 3.tom 1. Vuessemb.
cons.71.num.5 Hunn.de Pact.cap.5.quæst.4 vers.quin &
ipsa*, & nonnulli relati ab *Hartm.P st.lib.4.quæst.2. nu.
44.vers.& licet multi, Monter.à Cuen.l.15.C. de Pact.
nu.21.Petr.Gilken.ad d.l.15.num.4. & seqq.Gaddæ de
contrah.& commut.stipul.cap.6.concl.7.num.73.Donad.
de Renunc.cap.3.nu.33 & 34.Melch.Fab. dec. 102. nu.
19.Schrader.cons.19.nu.20.*

Contrariam affirmatiuam multi, ex Doctoribus
nostris, defendunt, præcipuè *Dec.* sibi contrarius *in d.* 18
*l.15.C de Pact.num. 11. Bald. in l.cum Archemidoram
vers.aunquid per consuetudinem, ff vt in possess.legat.* &
rationes desumunt.

Primam ex *textu in cap. 1. §. mulierem, si de feud.
fuer.controu.inter Dom.& agnat.* vbi valet pactum, vi-
gore consuetudinis, nè filij, de illo matrimonio succe-
dant, & ibidem notant feudistæ, vt *Bellon. Isern. Ran-
den. Alnarot. Afflict* & alij relati à *Petr.Gilken.vbi sup.* 19
nu.7.vers.quartò commendant.

Secundam, ex Doctrina Decij afferentis, plurimum
referre, an aliquid contrà bonos mores existimetur
sola prohibitione legis; an verò quod turpitudinem
habeat cohærentem, Primò casu, neque pactum, ne-
que iuramentum valere certum est, *cap.quinta vallis*, 20
cap. veniens de Iureiur. neque consuetudinem *cap. fin.
de consuetud.l.quod non ratione, ff.de leg.* neque legem,
l.2.ff.de leg.cap.1.distinct.4. & tradit *Illustriss. D.Fagn.
in cap.consuetudines, & cap.quantò num. 42. de consue-
tud. & cap.Irrefragabili num.3. de Offic. Ordin.* Alterò
vero casu, ratio inueniri non potest, cur statutis, aut
consuetudine non valeant. Nam, quoad consuetudi-
nem, certum est, quod facit ius *cap.consuetudo distinct.* 21
*1.§.3.& §.9 Instit.de Iur.natur gent. & Ciuil. Thesaur.
dec.225.num.13.* dicitur altera lex, *Gutier.Pract.lib.3.
quæst.29. num 2. & 22. Formosin.ad cap. cum venissent* 22
de Iudic. numer.39 dummodò non sit contrà Diuina
præcepta, facit licitum quod alias erat illicitum *The-
saur.d.dec.25.n.13.Fontanell.dec.483.Merend.controu.
for.cap 43.lib.11.Vela dissert.Iur.cap.3. nu 30. & seqq.
Speroil.dec.37.& dec.133.Buratt.dec.19.nu.7. & seqq.*
In loco vbi viget, ius Ciuile censetur *Ias.in l.2.num.15.* 23
C si contrà ius vel vtilit.public. eiusque est efficaciæ, vt
de permisso, prohibitum, & è contrà, de prohibito,
permissum, facere possit *cap.olim de Cleric.coniug.l.17.
§.apud Labeonem, ff. de Aedil. edict. l.9. ff. de pignorat.* 24
act.Cranett cons.228.num.6.

Quò, verò ad statutum, pariter, pro lege communi,
in ciuitate habetur, *Becc. cons.12. num.1.* Nam venit 25
nomine iuris, *Barbos.in Proem.Clement.num.2.* & in lo-
co vbi viget, eidem iuri communi præualet, & poten-
tius est, *Soccin.Iun.cons.67.numer.64. lib.2. Magon.dec.* 26
*Luc.37.num.9.Barbos.cap.licet de Constit.in 6. Gratian.
discept.for.cap.99.Ciarlin.controu.for.37.num.6. Franc.
Palm cons.46.Merlin.dec.38.& dec.16.nu.6.par.8. rec.*

omninò

omninò seruandum est non obstante quauis iuris cō-
37 munis dispositione in contrarium Bece. d.cons. 12. nu.
3. Surd.dec.138.nu.17. etiam si durum, & asperum vi-
deatur Magon.dec.Luc.94.num.10. Altograd.cons.9.nu.
28 77.lib.1. De validitate, igitur, ampliùs non est dubi-
tandum, cum certum sit, quòd vnum ius ciuile tollat
aliud, vt in terminis argumentantur Euerard.Iun.cons.
11.num.18. vol.2. & cons.25. num.2. Valent. Gulielm.
29 Fonter.de Pact.cap.6.nu.21. & latiùs Hartm. Pist. d.lib.
4 quæst.2.num.44.

Ad quod adstipulatur, quicquid dicit Gilken. vbi
suprà num.7. vers. præter hæc, illa quæ iure ciuili sunt
instituta, contrario iure, submoueri possunt. At bene-
ficio iuris Ciuilis testandi facultatem esse introdu-
30 ctam habemus in §.fin.Instit.de vsu.& habitat. l. obue-
nire 130.& l.verbis legis, ff.de verb.signif. ex tot. tit. ff.
de legit.hæred. & licet testamentorum origo fuerit an-
tiquissima, &, vt nonnulli asserunt, antè promulgatio-
31 nem 12.tabul. vt probatur, ex verbis, si pater familias
intestatus decesserit inquit l. 12. tabularum familia pe-
cuniaque eius agnatorum gentilitiumque esto, ergo te-
status mori poterat: Et in Veteri Testamento huius
rei nonnulla videmus exempla, vt in Genes. 27. Isaac
filium suum Iacob benedicendo hæredem instituit; Leuit.
25. Moyses dixit, hos habetis famulos & hæreditario
iure ad posteros transmittetis. Tamen non omnes gen-
32 tes, eodem tempore vsum testandi habuerunt, & rece-
perunt. Cornelius enim Tacit. loquens de Moribus Ger-
manorum. Hæredes successoresque sui cuique liberi in-
quit, vt nullum testamentum, si liberi non sint, proximus
gradus in successione fratris, patrui, auunculi &c. Sic
Athenis primus Solon de testamentis leges indixit, &
antè eum extrà cognationem hæredem sibi quemquā
instituere, non licebat. Cum igitur constet non statim
cum ipso Genere humano introducta fuisse testamē-
torum iura; sed posteà paulatim, vsu exigente, ad
commodum humani commercij certum est, quod po-
test contrarijs moribus abrogari, & in desuetudinem
33 abire, l.de quibus ff.de legib. cum alijs similibus, & latis-
simè habemus penès Hartm. Pist.d.lib.4.quæst.2. num.
27. Gomez ad ll.Taur.22. num.21. ante vers. ita etiam,
Ricch.de vnion.Prol.cap.3.num.43. & seqq. Gilken. d.l.
pactum quod dotali num.7. vbi etiam subiungit, huiusce
rei argumentum locuples fideicommissa præbere possunt,
quæ primum infirma cum essent, tandem auctoritate
Imperatorum vires, & effectum sortita sunt tot. tit. In-
stit.de fideic.hæreditatibus, & probatur etiam auctori-
tate Isidor.distinct.1.cap fin. in hæc verba. Ius quæsitum
est propriè Romanorum, quod nulli tenent nisi Quirites
hoc est Romani &c. In quo agitur de legitimis hæredita-
tibus, de tutelis, & de vsucapionibus, quæ iura apud nul-
lum populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum,
& in eosdem solos constituta.

Sic filiusfamilias, non potest testamentum condere,
vt sunt clari tex. in l.seruum l.penult. C. qui testam. fac.
poss. l.qui in potestate, ff. eodem vbi Doctores, & præci-
puè Cuman. in l.tam is qui §.1. vers. tam mihi, ff. de do-
nat.caus.mort. & latiùs inferiùs dicemus. Et deporta-
tus pariter caret testamenti factione l. eius §. 1. ff. qui
34 testam.fac.poss. cum tamen illorum sit capax, quæ iure
gentium alicui competunt. Concludendum est, igitur,
valere pacta successoria, accedente statuto, vel con-
suetudine, cum enim, tam statutum, quam consuetudo
vim habeant legis, imò faciant ipsum ius, possunt
aliam Ciuilem abrogare, & immutare.

Quibus, & similibus argumentis, vtentes multi, ex
Doctoribus nostris, pacta successoria valere in loco,
35 vbi viget statutum, vel adest consuetudo autumarunt,
vti Dec.d.l.15. C.de Pact. num.11. vbi etiam concor-
dantes allegat Bald.& Imol. & latiùs cons.516. num.6.
Soccin.d.l.15.num.5.C.eod. & alij relati à Menoch. cons.
456.num.23. Alciat.d.l.15.C.de Pact.circa finem, Tira-
quell.de Iur.Primog.quæst.6.num.23. Paris.cons.26. nu.
98.lib.2. Peregr.de Fideic.art.51.num.35.& seqq. Thes.
dec.225.num 12. Vasq.de success. creat. §. 18. num.231.
Mart.summ.success.leg.par.4.quæst.25. art.1. numer.26.
Graua.ad Gail.lib.2. concl.126. num. 10. Barbos. ad d.l.
pactum quod dotali 15.num.7. Randeu.de Anal. cap.25.
num.20.& seqq. Petr.Gregor.Tholos.Synt. Iur. vniu.lib.
41. cap.7. Bartol. Muscul. de success. conuent. & anom.
memb.1.class.1.concl.3.lit.H, Valent. Gulielm. Forster.
de Pact.cap.6.num.21. Hartm.Pist.d.lib.4.quæst.2.num.
4.& latiùs num.29. Rosental.de feud.cap.7. concl.25. lit.
V, & Y, Vuessembecc.cons.71. num. 26. lib.1. & ad d.l.
15.C.de Pact.num.7. Fusar.de substit. quæst. 308. nu.47.
Bellon.Iun.cons.22.num.7. Petr. Gilken. ad d.l.15. C.de
Pact.num.6.8. Barry de success.lib.2.tit.3. numer.8. Iul.
Capon.de Pact.quæst.23.nu.5. Io: Dauth. de mut. testam.
potest.num.86. vers.nam etsi, Facchin.controu.lib.2.cap.
101. Hnipschilt.de Fideic.famil.Nobil.cap.6.num.44.&
seqq.& n.75. Paul.Christin.dec.Belgic.277.n.5. & seqq.
lib.1.

Et præcipuè, in contractu matrimonij; tunc enim
posse subsistere pactum, statuto, vel consuetudine ac- 36
cedente, firmauit Faber.in Cod. tit 9. defin. 6. numer.4.
Thesaur.quæst.for.lib.2.quæst.79 num.7. Gratian.discept.
for.cap.692.num.12. Menoch.cons.1.numer.163. Carol.
Calà de success per pact.par.1.num.80. & seqq. Fachin.
cons 58.num.2.lib.2. Bellon.Iun.d.cons.22. num.7. Prat.
discept.for.cap.12.num.13.tom.1. latè Crinell. decis. Do-
lan.147.numer.2. & seqq. Petr.Gregor.Tholos.d.lib.41.
cap.7. Graua.ad Gaill.d.lib.2.concl.126.num.21. Ità in
specie de consuetudine Franciæ testatur Papon. Ar-
nest.1.lib.20.tit.2. Tiraquell.de Iur.Primog. quæst.7. nu.
7. Barry de success. lib. 2. tit.3. num.8. ac alij relati per
Gaddæ de contrah.& committ.stipul.cap.6.concl.7.num.
70.& Calà d.num.80.81. de consuetudine Belgij Chri-
stin.dec.133.lib.1. Germaniæ Minsinger.lib.2. obseru.22.
Schrader.cons.19.num.56. Valent. Gulielm. Forster. de
Pact.cap.6.num.22. Thesaur.decis. Pedem. d. dec. 225.
num.12. Muscul. de success. conuent. & anom. vbi supra
nu. 58. verbo de eadem consuetudine Hispaniæ, Gutier.
de Iuram.confirm.cap.52.nu.8. Gomez ad ll.Taur.22.nu.
20. Thesaur.dec. Pedem. d. decis. 225. num.13. cæteri-
que allati ab Hartm.Pist.d.lib.4.quæst.2. aptè nu.25.

Et hanc affirmatiuam opinionem puto veriorem
cum limitationibus, & distinctionibus tamen, de qui-
bus inferiùs.

Quo supposito obiecta pro contraria parte diluа-
mus.

Quoad primum, vbi fuit suppositum, non valere
pacta nostra, quia contrà bonos mores existimantur;
Respondetur, quod mali mores sunt constituendi, ex
opinione, & iudicio Ciuitatis, de cuius moribus est 37
controuersia l.15.§.quod adijcitur, ff.de Iniur. Cum igi-
tur eiusdem loci incolæ, in diuersa sint sententia, quod
facto declarant l.de quibus ff.de leg. consequens est sta-
tutum, vel consuetudinem contrà bonos mores non
esse, vt optimè Gilken. in loco supracit. vers. 6. ex his.
Dauth. vbi supra de mutan.test. potest. vers. nam vltra,
qui exemplificat in vsuris, quæ, licet reprobatæ sint,
tamen pro vsurario non habetur, qui in loco, vbi vsu- 38
ræ frequentantur, vsuras legales recipit: (hanc tamen
conclusionem quod vsuræ fieri possint licitæ, per con-
suetudinem, ego non admitto, vt eam reprobauit
Bald.& Tiraquell. relati à Rot. in Finarien Sauonen Dio- 39
cæsis Pecuniaria 31. Martij 1664. coram R. P. D. Taia
post tract.dec.154. num.8.) Hic enim consuetudinis est
effectus, vt idem operetur, quod priuilegium, & licet
ipsa sit mala, tamen id, quod per se illicitum est, & si
non quoad Deum, saltem in foro ciuili licitum repu- 40
tetur, & quem à pena, & culpa eximat, gloss. in cap.
cum

cum venerabilis de Consuetud. vbi Abb. Euerard. in Topic. in loco à solitis vers. hinc etiam est quod nedum, à dolo.

Neque valet asserere, quod, sicuti, per pactum fieri
non potest, ità nec per statutum pactum successoriũ,
ait, enim, *Danth. d. num. 86. circa finem*, maximam in-
ter pacta, & statuta, & consuetudines, quibus confir-
mantur pacta nostra, differentiam esse, cum pactis
priuatorum, ius publicum minimè immutetur, per le-
41 gem autem id fieri posse, pro comperto est, & nos su-
prà probauimus; Hinc est, quod statuta plùs operan-
tur, quàm pacta priuatorum, & quod consuetudo sit
eodem pacto fortior, ità *Coler. de Process. Execut. cap.*
42 *11 num. 136.* quem allegat *Muscul. de success. conuers. & anom. memb. 1. concl. 1. lit. D, Valent. Gulielm. Forster. de Pact. cap. 2. axiom. vlt. num. 55.* Et verum est, quod
quicquid potest fieri per pactum, potest etiam fieri
per statutum, non viceuersa, argumento *l. fin. C. de Fi-
deiuss. Euerard. à loco à Pacto ad legem num. 1. & seqq.*
43 *Rosental. de Feud. cap. 9. num. 58. Muscul. in loco mox ci-
tato, Valent. Gulielm. Forster. d. nu. 55.* & ferè semper
statuta à iure communi discedunt *l. omnes populi ff. de
Iust. & Iur. cap. fin. de consuet. Fachin. lib. 2. contr. cap.*
101. Becc. cons. 12. nu. 2. Surd. dec. 138. nu. 17. plenissimè
Cacher. dec. 100. num. 35.

Nec statuta, & ordinationes populorum, semper ac
adimunt facultatem testandi, bonis moribus repu-
gnare, turpitudinem, & inhonestatem continere, di
cuntur: Hinc videmus, à quamplurimis, lege ipsa, ab-
dicari, liberum hoc testandi mutandique testamenti
arbitrium. Nam paterfamilias, postquam se arrogari
44 permisit, non solùm, quod antè fecit testamentum,
ruptum irritumque est, *§ non tamen vers. nam si ideò
Instit. quib. mod. testam. infirm.* sed stante hoc vinculo
obligationis, nouum facere, vel antè factum mutare,
minimè potest, vt ex *d. §. non tamen* inferre, & collige-
re licet, & probatur *in l. qui potestate 6. ff. de testam. &
Instit. quibus non est permiss. fac. testam.*

Et latiùs, quod paterfamilias factus filiusfam: ne-
quidem de consensu arrogatoris, possit testamentum
condere optimè probauit *Merlin. Pignatell. cap. 99.
centur. 2. Arias de Mes. var. cap. 39 nu. 18. & seqq. lib. 2.
Donat. Anton. de Marin. cap. 145. n. 24. lib. 1.* quod etiam
fauore piæ causæ locum habet *Andreol. controu. 356
nu. 21. Spada cons. 308. lib. 2. Barbos. cap. licet patrem de
sepult. in 6.*

Item ingressi monasteria, ipso iure, se, ac bona Deo
dedicant, & quod habuerant testandi liberum amit-
tunt arbitrium, nec Domini rerum suarum sunt, *auth.*
45 *ingressi, C. de Sacros. Eccles.* & ideò non faciunt nec mu-
tant, nec renocant testamentum *Abb. in cap. in præsen-
tia nu. 61. de Probat Couarr. cap. 2, nu. 9. de Testam. The-
saur. quæst. for. lib. 2. qu. 56. num. 1.* cum alijs allatis per
*Barbos. ad Concil. sess. 25. cap. 16. de reg. Gratian. discept.
for. cap. 895. num. 38.*

Sic olim lege Aelia Sentia ius libertatum danda-
46 rum erat restrictum *Instit. quib. ex caus. manum. non lic.*
& lege Furia Caninia impediebantur patroni, ne quis
numerus illis placeret, frueretur libertate *Instit. de leg.
Fus. Canin. tollen.* quam tamen, vt inimicam libertati,
postea sustulit Iustinianus: Et apud Romanos, non-
nè variæ testamentorum formæ fuerunt inductæ, quæ
posteà, vel abrogatæ, aut immutatæ fuerunt: *tot. tit.
Instit. de testam. ordin. in princ.* vbi *Vigl.* inter cetera ea
testamenti forma, quæ, per imaginarias venditiones,
& emancipationes fiebat, & per æs, & libram diceba-
tur, nonnè progressu temporis est antiquata? Et iure,
quo vtimur de testamentis, loquente, testamentorum
libertates per *l. falcidiam, & Sen. Cons. Trebell.* non sunt
imminutæ?

Apparet igitur, & luce meridiana clariùs apparet
prohibitiones restringentes facultatem testandi, & li- 47
beri arbitrij moderationem inducentes non sunt à na-
turali ratione atque morum honestate seiunctæ, alias
nullatenus valerent supramemoratæ leges; Sed valet
argumentum à lege ad consuetudinem tam affirma-
tiuum, quàm negatiuum, *l. de quibus in fine, ff. de legi-* 48
bus, §. sed ius de Iur. natur. gent. & Ciuil. meritò non est
reprobanda lex, vel consuetudo, per quam testandi
facultas restringatur. Et videmus quotidiè, quod sta-
tuta particularia locorum prohibent de hæreditate
auita, vel in totum, vel in parte dispositionem. Sic
Ferron. in consuet. Burdegal. de testam. 22. §. 7. plerisque
locorum statutis receptum meminit, ibi, *nemini sit* 49
*concessum parentem gradu consanguinitatis proximio-
rem testamento exhæredare à bonis immobilibus, quæ
successione obuenerint*, & consimiles statutorum, & le-
gum dispositiones enumerat *Riccb. de Vnion. Prol. d.
cap. 3. nu. 48. & seqq.* quem sequitur *Carpzou. in tract.
de Pact. Confrater. successorio Saxon. cap. 3. §. 46. num.
114.*

Vndè concludendum est, non omnem actum, per
quem facultas testandi amittitur, à lege reprobari, sed
illum solùm, quem leges, tanquàm turpem, non ad-
mittunt, vt est casus *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de* 50
Verb. oblig. & l. ex eo 4 C. de Inutil. stipul. vbi, iure me-
ritò improbantur tales conuentiones, vtpotè, quæ
sunt contra bonus mores non solùm Ciuitatis, sed ho-
nestatis. Est enim illicitum, & contrà honestatem, pœ-
næ adiectione velle quemquam adstringere ad cer-
tam hæredis institutionem, nè inuito cuiquam hæres
suus agnoscatur, *§. sed si quis Instit. de Adoption.* Cer-
tum est igitur posse extra hos casus reprobatos, pa-
ctum, legem, statutum, & consuetudinem, restringere
testantium facultates, vt ait *Pereir. dec. 67. per tot.* vbi
pulchrè & latè; Alias enim cogeremur dicere, nec per
contractum onerosum, & inter viuos tales libertates
adimi posse.

Nec est asserendum, quod peccent contrà leges pu-
blicè introductas, consuetudines, & statuta fieri per-
mittentia pacta nostra successoria; quia, si verum ama-
mus, fateri adstringimur, consuetudines habere vim
legis, imò leges esse: Vndè ridiculum est, dicere, illas 51
contra leges peccare, nempè contrà se ipsas, cum par
in parem non habeat Imperium *l. nam magistratus 4.
ff. de recept. arbitr. l. per minorem 54. ff. de Iudic. l. ille à
quo 4. § tempestiuum, ff. ad Sen. Cons Trebel.* quod idem
de statutis potest dici, quæ in loco vbi vigent pro lege
habentur, imò per hæc & consuetudines iura Ciuilia
abrogantur *l. 1. ff. de leg. vt supra vidimus.* 52

Adijcitur, vt quemadmodum potest lex Romano-
rum per Ciuile figmentum, facere, vt quis sit filius &
succedat, licet verè non sit, vt in arrogatis, & adopta-
tis, qui habentur ac si essent verè filij, *Cyriac. controu.* 53
*504. nu. 67. Marchesan. par. 1. de Commiss. fol. 1088. num.
174. Rota de Priuil. mulier. cap. 3. special. 9 Seraphin.
dec. 1286. nu. 2.* Ità consuetudo, & statutum poterunt
similes inducere fictiones, vt benè *Rickius de Vnion.* 54
Prol. d. cap. 3. nu. 61.

Quicquid, verò, dictum fuit non posse subsistere,
quia votum captandæ mortis inducant, nullius est
momenti; quia consideratio præfata non cadit, super
pacto acquisitiuo, de quo nunc loquimur, sed de pa-
cto dispositiuo, vt vltrà deductos suprà *in cap. 2. nu. 4.*
firmat in proposito *Danth. de mutan. testam. potest.
num. 87.*

Ad secundam obiectionem, dicimus, non esse inci-
uile nec indecorum, vt in aliqua parte, restringantur
voluntates testantium, maximè per actus licitos, & à
iure non improbatos. Et quamquam *tex.* pro contra-
ria opinione allati liberam administrationem de bo-
nis liberorum concedant patri, prout pariter firmauit
Mastrill.

Maſtrill.dec.59.Reuerter.dec.310.Hodiern.in l.hac edi-ctali quæſt.3.Rot. dec. 103. num.15. par.6.rec. Et pater ipſe, tàm in vita, quàm in morte Dominus ſit ſuorum bonorum, nihilominus legitimam à iure taxatam relinquere tenetur liberis, quæ legitima licet non poſſit per ſtatutum in totum tolli, tamen angeri poſſe, &
55 minui non ambigitur, vt benè probant *Altograd. conſ. 56.& 57.per tot.lib.2.Gratian.diſcept.for.cap.300.Barboſ reg.17.nu.4.de Reg.Iur.in 6.*

Ad tertiam, reſpondemus, non poſſe fieri argumétum, à iuramento ad ſtatutum, vel conſuetudinem; quia, per Iuramentum, non poſſumus renunciare iuri
56 publico eidemque derogare, *cap. ſi diligenti de For. compet.l.Iuſpublicum,l.inter debitorem,l.iure gentium, ff.de Pact.l.neque pactum §.priuatorum, ff. de Reg. Iur.*
57 Sed ſtatuta, & conſuetudines contrà ius publicum ſuas exercent vires, & illi imperant, vt latè ſupra firmauimus.

Ad vltimam, quod pater non poſſit, per alicuius loci conſuetudinem prauam, vel ſtatutum iniquum, fraudari tota ſua materia &c.replicamus, quod quando ſuper tota hæreditate pacta ſunt inita, ſubſiſtunt quidem, ſed reuocabiliter, adeout non tollatur patri teſtamenti factio, ſi velit, contrà conuentionem teſtari; quando autem aliquam tantùm partem particularem reſpiciunt, irreuocabiliter ſubſiſtunt, pro parte in ſtipulationem deducta, ſed pro alia liberum habet diſponendi arbitrium, & voluntatem: de qua re mox in proximè exarandis numeris latè videbimus.

Diximus ſuprà valere ſtante conſuetudine, vel ſta-
58 tuto pacta noſtra, ſed reuocabiliter; An hoc verum ſit, videamus.

Quod poſſint quandocumque placuerit, iuſta in-
59 terueniente cauſa reuocari, tenent, præ ceteris, *Theſaur. dec.225. num.13. Græna ad Gall. lib. 2. concl.127. num.38.Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par.4. quæſt.25.art.1. nu.6 & poſt Curt.Iun.d.l.pactum quod dotali num.4.Tiraquell. de Primog. quæſt.7. num.7. Boer. dec.240. num. 11.Vueſſemb.conſ.71.num.24.& 40. lib.2.* ac alijs congeſtis, mordicus defendit hanc opinionem *Petr. Gilken. vbi ſuprà num.* 8. & his & ſimilibus vtitur argumentis,

Primò auctoritate *tex.in l.fin.C.de Pact.* Vbi valent huiuſmodi pacta, dummodò conſentiens perſeueret, vſque ad mortem, & licet, de conſuetudine nullum verbum, tamen rectè eo poteſt transferri, quod per rationem legis communiter obtinuiſſe videmus, vt etiam ſi conſenſus iureiurando ſit firmatus, poſſit tamen reuocari, *Burſatt.lib.2.conſ.26. nu.108. Gabr. conſ. 137.nu.30.Vaſq.lib.2.de ſucceſſ.§.18.nu.208.*

Secundò quia, ceſſant, hoc modo, rationes, quæ militant, pro ſententia illorum, qui, nec ſtatuto, aut conſuetudine accedente, valere contendunt, nam, ſi erit facultas reuocandi, non erit contra bonos mores, pietatem non lædet, votum captandæ mortis non inducet, liberam teſtantium facultatem non reſtringet.

Tertiò, quia tale pactum naturam vltimæ voluntatis adſumit, reuocabilis ex natura *l.ſi quis in princ. ff.*
60 *de leg.3.* aut ſaltem donationis cauſa mortis, quod indè elicitur, vt quotieſcumque, in tali conuentione mentio mortis incidit, intelligatur eſſe donatio cauſa mortis *l.Seiæ ff.de dot.præleg.Bartol.l.qua dotis, ff.ſolut.*
61 *matrim.& dixit etiam Marta Medic. exam.52.& dec. 83.D.Aloyſ.Manſ.conſ.20.21.22.per tot. Burat.dec.581. nu.18.& ſeqq.Rot.dec.664.nu.9.par.7.rec.*

Quartò auctoritate *l. tale pactum, ff. de Pact.* ibi, *Pater, qui dotem promiſit pactus eſt, vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia, portio dotis apud hæredem ſuum fratrem remaneret; ea conuentio liberis à ſocero poſteà ſuſceptis, & hæredibus teſtamento relictis per exceptionem doli proderit, cum inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus conſulatur, & illo tempore, quo pater alios filios non habuit in fratrem ſuum iudicium ſupremum contuliſſe videatur.* Ex quo euincitur quod, ſicuti, pacto non obſtante, filius hęres poteſt portionem promiſſam fratri vindicare, ex præſumpta teſtantis voluntate, ità magis, ac magis, in caſu noſtro valebit pacti reuocatio, dum expreſsè appaaret de voluntatis mutatione.

Quintò quia, ſicuti inter milites, leges ſtatuerunt, quod valerent pacta noſtra, in vim vltimæ voluntatis, ità à pari, eſt ſtatuendum, quod conſuetudo, quæ altera lex eſt, validetur, eadem pariter in vim vltimæ voluntatis reuocabilis.

Sextò, qua ratione, mutua coniugum teſtamenta poſſunt ab vno, altero inuito, reuocari, vt ſcripſerunt 62
Oldrad.conſ.174.Petr.Pecth.de teſtam.coniug.lib.1.cap. 18.Altograd.conſ.69.tom.1.D.Franc.Palm. conſ.21. eadem pariter, nempè, quia voluntas hominis circà teſtamenta eſt ambulatoria, vſque ad mortem, datum eſt, in noſtro caſu promiſſori, teſtamento ſubſecuto, promiſſionem remouere.

Septimò, confirmatur noſtra Concluſio *ex cap.cum in Ferrarienſis de Conſtit.* vbi cauetur, ſtatutum de non recipiendis Canonicis vltrà numerum deſignatum reſcindi poſſe, aut temperamentum recipere, ſi redditus Eccleſiæ haud mediocriter ſint aucti. Ità pluries in noſtro caſu poteſt euenire, vt qui ſatis tenues facultates habebat, interuallo temporis, fiat ditior, & multa poſſunt emergere, quæ tales liberos, vel perſonas, quibus ſucceſſio fuit promiſſa, longè proteruiores, & inhumaniores efficiant, quam vt ab initio, quis ſperarat, aut cogitare poterat, ob id non poſſit inconſtantiæ adſcribi, ſi liberalitatem modeletur, cum pacta & tranſactiones non poſſint referri ad ea, quæ cogitata non ſunt, vel poſteà emergunt *l. qui cum tutoribus in* 63
in princ.& §.fin.ff.de tranſact.Cyriac.controu.128.n.18. & ſeqq.Fontanell.dec.395.Buratt.dec.899.Rot.dec.166. par.9.dec.129.num.8.par.10. & dec. 21.par.21.rec. Et conſuetudo, vel ſtatutum non poſſunt pacta confirmare, quæ conſenſu carent, neque auctoritas Superioris huiuſmodi pactis vllum robur tribuere ſolet, vt 64
notatur *in cap.1.de Tranſact.* vbi *Panormit. num.5. & Imol.poſt gloſſ.in fine.* Et habemus regulam, quod diſpoſitio etiam iurata intelligitur, rebus ſic ſtantibus
l.fin. ff. qui ſatiſd. cog. cap. breui, & cap. quemadmodum 65
eodem tit.Spad.conſ.17.nu.17.lib.1.Cenſal.dec.Luc.14.n. 21.Rot.dec.345.nu.10.part.10.rec.

Vndè Licentiatus, qui iureiurando promiſit, ſe Doctoratus nomen, & inſignia, nullo alio in loco, niſi in quo licentia donatus ſit, petiturum, nihilominus poteſt aliter facere, ſi bello, aut peſte prohibeatur *Boer.dec.204.nu.241.* Per hæc itaque, & multa alia leuioris ponderis tenet *Gilken.vbi ſuprà num.17.* ſtatuta & conſuetudines validantes pacta ſucceſſoria debere intelligi, quod confirment eadem, ſed reuocabiliter, & ſecundum naturam vltimarum voluntatum.

Vlterius, opinionem, quod valida ſint pacta noſtra ſtatuto, vel conſuetudine roborata limitat idem *Gilken.vbi ſuprà num.21.* quando pactum ità fuit conceptum, de bonis inter filios æqualiter diuidendis, vt nulla parenti ſuperſit moderandi facultas; nam, eo caſu, 66
neque obligationem contrahere, nec poteſtatem teſtandi parenti poſſit auferre, quamuis ſtatuto diſertè caueatur, vel conſuetudine ſit introductum, arbitratur; Talis enim conſuetudo corruptela potiùs eſt dicenda, nam cum iure naturali pugnat, pietatem lædit, ac omnia affert incommoda ſuprememorata; Præcipuè ſi quid inopinatum veniat, quod probabilem repudiandi prioris deliberationis occaſionem præbeat.

Sed non omnibus placent prædictæ *Gilken.* limitationes.

Nam contrà primam, vbi asseritur valere irreuocabiliter pacta nostra, scribunt præ ceteris Doctores
67 Hispani, *ad l.22.Taur. vt Palac. Rub.n.18. Gomez n.21. Gutier. de Iuram. confirm. cap.59.n.7. Vasq. d.lib.2. §.18. nu.109.* qui asserunt, ità seruari in regno Castellæ, ità etiam *Castill. lib.3. controu. cap.9. nu.20.* & latiùs *tom.6. cap.150. num.24. & 25. Carr. dec.36. num.21. Valasc. in prax. partit. cap.20. nu.17.* quos refert, & sequitur *Cald. d. tract. de success. per pact. par.4. nu.151. & Rota in vna Romana 14. Maij 1657. coram Eminentiss. D. Cardinali Celso impressa post tract. Censal. si quis Imperat. maledix. num.89. & seqq.* vbi latissimè probatur statuta, & consuetudines confirmantes pacta successoria valere irreuocabiliter, & in Italia hoc absolutum ponit, multis congestis, *Menoch. cons.1. num.163. & cons.92. num.53.* Et sic in Senatu Pedemontano fuisse decisum refert *Thesaur. lib.2. quæst. for. cap.19. nu.5.* In Gallia probat *Marc. dec. Delfin. 132. nu.8. par.2. Annæus Robert. lib.1. rerum Iudicat. cap.15.* licet contrarium afferat extrà casum matrimonij *lib.3. cap.16.* In Lusitania plenè demonstrat *Valasc. d. prax. partit. cap.20. nu.17. & 18. Pereir. dec.167. per tot.*

Contrà secundam, sic potest argumentari; Totius,
68 & partis idem est iudiciũ *l. quæ de tota, ff. de rei vindic.* Sed sic est, quod non valet pactum, quando, super tota hæreditate, est initum, ergo, nec super quota. Et quod eadem ratio militet in tota, ac in quota, probant etiã,
69 in terminis nostris, *Hartm. Pist. d. lib.4. quæst.2. num.3. Euerard. Iun. cons.11. nu.6. lib.2. Bolognett. in l. stipulatio hoc modo concepta nu 62. & 152.*

In hac opinionum varietate, licet quicquid statui debeat, videatur arduum, & difficile; tamen, meam nõ possum non præferre sententiam, cuius ope mihi videntur enodari difficultates, & ad concordiam reduci opiniones hinc indè diuidentes, nec resistere iuris limitationes de quibus suprà per *Gilken.* allatæ.

Arbitror, inquam, esse attente consideranda statuti verba, ad hoc, vt possit dignosci; an legislatores voluerint, quod pacta prædicta valeant in vim vltimæ voluntatis, aut, in vim contractus, secundùm regulas suprapositas *in cap. 4.* vbi modus fuit traditus dignoscendi pacta successoria, à pactis in contractu initis;
70 Si ex statuti tenore, clarum sit statuentes voluisse, quod pactum magis accommodetur ad naturam vltimæ voluntatis, quam contractus inter viuos, sum in voto, quod valeant pacta, tam super tota, quam super quota successione, & hæreditate, vigore talis consuetudinis, vel statuti, sed reuocabiliter, ità vt paciscens possit, saltem interueniente noua causa ab ea discedere conuentione.

Si verò, eliciatur ex verbis ipsius statuti, vel consuetudinis, legislatores, vel instrumenta, super quibus fundatur consuetudo ità paciscendi, voluisse validari pacta præfata, vt contractus inter viuos, non vti vltimam testantis voluntatem, tunc certo certiùs est, valere irreuocabiliter, neque à contractu valent recedere contrahentes argumento *l. sicut C. de Action. & oblig.* & disertè *Purpur. in d. l. licet num.45. Paris. cons.26. num.77. & seqq. lib.2. Cephal. cons.301. nu.112. Gabr. d. cons.137. nu.30. Honded. d. cons.40. num.69.* nisi noua interueniente ingratitudinis, vel alia inopinata causa.

Quæ distinctio, licet non fuerit vsque adeò ab aliquo, quem viderim, animaduersa; nihilominùs mihi videtur niti validissimis fundamentis, ità, vt eam non possint non amplecti iusdicentes, maximè quia est optima conciliatrix omnium suprà dimicantium opinionum.

Et si verum amamus, si pactum sapit testamenti naturam, licet regulariter non valeat, quia hæreditates, non per pactum, sed per testamenta solemnia, in alios transferuntur, tamen, vigore statuti, vel consuetudinis, quæ est altera lex vim accipiet, & naturam induet vltimæ voluntatis, vt in militibus, nec eo casu, pactum poterit non esse reuocabile, quia, de natura testamenti, est, vt reuocetur ad libitum testantis, & si constringi posset, vltima voluntas non foret, & vt benè ait, *Dauth. vbi suprà num. 88.* fieri non potest, vt 71
actus aliquis, & testamentum, & inuariabilis sit. *Tetragonus habet tres angulos, impossibile tamen est, vt figura sit Tetragonus, & tamen tres angulos non habeat.*

Quando, verò, pactum habetur, ac si contractus inter viuos, esset initus; quia est de natura contractus, vt à principio sit voluntatis, ex post facto necessitatis, nunquam poterit immutari, nisi iusta interueniente causa, nec est necesse, vt aliquid ad testandum supersit promissori.

Nec turbat, quod incidamus in scopulum, vt promittens videatur mori tanquam seruus, & reddatur prorsùs intestabilis, quia, hoc quidem fieri potest, per 72
statutum, vel consuetudinem, quorum ope non tantum restringi testantium facultates, sed in totum tolli, & penitùs abrogari possunt. Et in hoc præualet statutum, vel consuetudo, & vt benè tradit *Ricchius de vnion. Prol. d. cap.3. num.54. quid peccant, quid turpiter egerunt illi, qui liberè, & animo benè deliberato semet, hoc arbitrio priuarunt? siquidem voluntatem humanam, & spem futuræ successionis plena intercedente donatoris voluntate transferri, vel auferri posse non immeritò placuit, l.3. C. de donat. cap. si religionis de Elect. in 6. ergo, nil vetat tàm pro parte, quàm in totum liberam testandi facultatem posse tolli à lege vel statuto.* Non enim à iure naturali prouenit, quod facultas testantium sit libera, vt plenè probat, à lijs cumulatis, doctissimus *Couarr. 2. par. rubr. de testam. num.5.* quapropter certum est à statuto tolli posse, vt post *Bald.* 73
Imol. & Dec. quem allegat tenet *Vigl. in §. accessit in fine Instit. de Testam. Didac. in loco mox citato numer.6. in fine.*

Et certè hac distinctione, reducuntur ad concordiã opiniones inter se pugnantes, quia euitantur turpes, & contrà bonos mores initi actus. Siquidem, si verba statuti, vel consuetudinis, sonant, in vim vltimæ voluntatis, dici non potest, quod hæreditas detur, per pactũ, cum per fictionem legis, vel statuti, habeatur, ac si in solemni testamento esset relicta, sic pariter restricta non dicitur testantis voluntas, in testamento; quia semper potest immutari, & alium hæredem scribere.

Nec obstat, quod multi ex nostris Doctoribus allegati superiùs, pro irreuocabilitate pacti, scribant, vt *Gomez ad l. Tauri 22. Palac. Rub. ibidem,* & alij Hispani, asserentes, *per d. l.22. Tauri,* esse inductum, vt pacta similia futuræ successionis, inter socerum, & generum 74
valeant, neque possint reuocari. Quia, si benè perpendantur eorum scripta, notum erit, quod verba statuti, per quæ pacta similia permittuntur, sonant potiùs, in vim contractus, quàm vltimæ voluntatis, vt benè ad propositũ ostendit *Castill. quotid. contron. Iur. lib.3. c.9. n.10. ibi, si verum amamus,* (loquens de hac l.22. Tauri) *negari non potest, quin pactum de succedendo, aut non succedendo propriè non sit, nec etiam propriè dicatur, eo casu, pacto hæreditatem dari, vel adimi, sed patris contractum onerosum super certa parte dumtaxat bonorum, non super tota hæreditate contrahi fatendum est, idcircò sustineri debebit, vt lex ipsa Taurina 22. exprimit, cuius decisionem in vtroque casu pluribus rationibus iustificat Gomez. ibidem num. 20. & 21. Iustificant etiam Telluz. Fernand. Auendan. ibidem, Matien. in l.6. tit.6. Gloss. 1. in princ. & ibidem Azeued. nu. 27. &c.* Vnde cum appareat Doctores Hispanos

loqui potiùs de contractu inter viuos, quàm de vltima voluntate, meritò firmarunt pactum eſſe irreuocabile, & potiùs noſtram conualidant diſtinctionem, quam eam impugnent: Sic *Valaſc.* loquitur pariter in contractu inter viuos, vt liquet ex *num.17.* & *18.* Sic *Pereir.* loquitur in donatione certæ partis bonorum valida non reprobata, & *Menoch.* & alij pro irreuocabilitate allegati ſunt intelligendi in ſimilibus terminis, aliàs in materia caligarent, & hallucinarentur.

Ad argumentum, in quo dictum fuit, ſicuti non valet pactum ſuper tota; ità nec ſuper quota; Reſpondetur falsò ſuppoſuiſſe *Gilken.* non valere pacta noſtra, quando per viam contractus promiſſionem continêt totius hæreditatis: Namque pluries oſtendimus non eſſe inconueniens, vt per ſtatutũ tollatur facultas teſtandi, & licet *Hartm. Piſt. Euerard. & Bolognett.* ibidē adducti affirment non valere, nec ſuper tota, nec ſuper quota, loquùtur in terminis, quod promiſſio ſit facta, per viã vltimæ voluntatis, & ſtatuto, vel conſuetudine ſemotis, meritò, cum loquantur in diuerſis terminis
75 non ſunt allegandi, vulgata *l. Papinianus, ff. de Minor.*

Firmato igitur valere pacta noſtra, accedente conſuetudine, vel ſtatuto, illud ſcire oportet, ab eo probã-
76 dam eſſe conſuetudinē, qui eam allegat *Alex. conſ. 67. lib. 7. Burſatt. conſ. 16. nu. 34. lib. 1. Rot. coram Merlin. dec. 5. nu. 4.* Et ſemper verum eſt, quod qui ſe fundat in cõ-
77 ſuetudine, debet eam probare, vt in terminis *Thomat. dec. 131. nu. 33. & ſeqq. Sperell. dec. 67. Rot. coram Royas dec. 96. nu. 5.* Sicuti enim conſuetudo non probata ni-
78 hil releuat *Buratt. dec. 174. num. 11. Maſcul. de ſucceſſ. conuent. & anom. memb. 1. claſſ. 1. concl. 1. lit. B, nu. 33. Hartm. Piſt. d. lib. 4 quæſt. 4. num. 32.*

Ità, in caſu noſtro, non perfectè probata à regula generali negatiua non eſt recedendũ, vt monent *Dec. & Tiraquell.* allegati *ab Hartm. Piſt. d. lib. 5. quæſt. 2. nu. 16. verſ. quamobrem*, vbi ſubiungit, *quod non ſatis dicitur probata in Germania hæc conſuetudo eò quia Zaſius in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 5. dicat, daram eße in Germania noſtra hoc obtinere quod in pactis dotalibus non contineantur promißores, vel coram hæredes ſucceßionem propriam, cùm vſque adeò notoriè contrarium ſeruetur &c.* non obſtante, quod *Mynſing. obſeru. 33. cent. 2. & Gail. obſeru. 125. lib. 2.* pariter hanc afferant conſuetudinem, vltraquãquod regulare eſt,
79 vt conſuetudo, per Doctores non probetur *Altograd. conſ. 13. nu. 9. & ſeqq. lib. 2. Spad. conſ. 60. numer. 5. lib. 3. Fontanell. dec. 488. num. 14. & ſeqq. Ottob. dec. 149. num. 14.* Nam Zaſius ſubiungit ea, quæ anteà dixerat, ita accipienda eſſe, vt de facto quidem, ità fiant, non propterea vt pacta pro validis habita, vel habenda ſint; Iure, igitur, meritò, per hæc, conſuetudo non dicitur probata, ſicuti nequaquam inducitur per actum
80 metu geſtum, *Mynſinger.* verò loquitur de mutua donatione inter coniuges matrimonij tempore facta, quã differre à pacto noſtro inferiùs dignoſcetur, *Gail.* verò conſuluit, in terminis vnionis prolis, de quo latè in progreſſu materiæ apparebit, nil habere commune, cum noſtro ſucceſſorio pacto, acquiſitiuo. Quapropter cauendum eſt à *Molin.* vt aſſerit *Hartm. conſ. 15. num. 14. & ſeqq.* ac à *Borcholten. de Pact. cap. 5. num. 71.* dicentibus valere, non iure ſcripto, ſed quadam interpretum ſententia.

Illi, verò, quorum auctoritate nituntur alij, qui pariter de conſuetudine Germaniæ fatentur, fundantur in auctoritate eorum, qui de peculiari Galliæ conſuetudine verba faciunt; Vndè nõ merentur attendi, quia conſuetudo non extēditur de loco ad locum, ſed pro-
81 banda eſt in loco præciſo *Anſald. conſ. 122. nu. 60. Altograd. conſil. 42. nu 50. & ſeqq. lib. 1. Fontanell. dec. 488. nu. 14. & ſeqq.* In Germania verò non ità eſt ſtatuendum, imò contrarium potiùs; Quod clarius euincitur ex Conſtitutione Electorali, exigente numerum 5. teſtium in huiuſmodi promiſſionibus, quod quidem non feciſſent, ſi generali conſuetudine, ei eſſet derogatum, vt latè *Piſt. d. num. 16. in fine. Gilken. d. l. pactum quod dotali n. 104.* qui pariter reprobat *Ricch. de vnion. Prol. cap. 3. num 42. Gulielm. Forſter. lib 4 de ſucceſſ. cap. 24. nu. 3.* ſcribentes de conſuetudine Germaniæ, ac oſtendit contrarium ſeruari, Spiræ, Friburgi, Tubingiæ, Francofordiæ, VVittembergiæ, Lipſiæ, & in alijs Germaniæ partibus, ad quod allegat *Hartm. pract. quæſt. lib. 2. tit. 38. Modeſtin. Piſt. conſil. 21. nu. 42. & 69. Ficchard. conſil. 7. nu. 6. 7. Schurf. conſ. 70. nu. 19. & conſ. 9. nu. 2. lib. 3.* Vnde dici non poteſt inductam fuiſſe conſuetudinem; nam nequaquam inducitur ex his, quæ vario modo fuerunt ſeruata, *Bald. in l. 2. ff. ſolut. matr.* 82
Craueтt. conſ. 69. num. 5. Rot. dec. 386. num. 3. par. 3. rec. & latius idem auctor *num. 91. & ſeqq.* firmat neque in Gallia adeſſe tales leges, & conſuetudines roborantes pacta noſtra. Et Doctores, qui ſolent pro hac allegari opinione, vel loquutos fuiſſe in terminis reſeruationis ſucceſſionis, vel alterius longè diuerſis, oſtendit.

Ex quibus apparet quod non ſit ſequendus *Contius* exiſtimans *in d. ſuo tract. de Pact. futura ſucceſſ.* vni- 83
uerſali locorum conſuetudine fuiſſe abrogatam *l. pactum, quod dotali* ſuprà ſæpiſſimè allatam, cum, de hac conſuetudine, atteſtantem, non habeat niſi Leonem in ſuprà tradita *Nouella 19.* vbi commemorat communem hominum voluntatem, *l. pactum quod dotali*, nè ſuſciperetur excluſiſſe.

Quanta verò ſit fides habenda in Occidentalibus Prouincijs Græco moderatori, dignoſcitur ex ſcriptis Iuriſperitorum affirmantium nulli niſi de Prouinciæ 84
ſuæ conſuetudine teſtanti, fidem eſſe præſtandam, *Alex. conſ. 5. nu. 11. & 12. lib. 3. Dec. conſ. 472. num. 14. Maſcard. concl. 426. num. 19.* cum alijs plena manu per *Gilken* cumulatis *num. 88.*

Imò non deſunt, qui indiſtinctè negent homini etiã Excellentis auctoritatis de conſuetudine aſſerenti fi- 85
dem accommodandam *Bald. in l. is qui § 1. in princ. ff. de Pignor. & l. conſentaneum, C. quomod. & quand. ind. nu. 16. Bertrand. conſ. 465. nu. 6. vol. 4. & conſ. 67. nu. 32. Pariſ. conſ. 31. num. 14.*

Itavt, nec etiam Doctori de conſuetudine atteſtanti ſit credendum, prout affirmat *Mynſing. lib 6. obſeru.* 86
cap. 68. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 17. num 8. Cenall. com. contr. com. quæſt 897. nu. 252. Amay. in l. vnic. C. de Theſaur. Rot. cor. Eminentiſs. Ottob. dec. 149. nu. 14 Spad. conſ. 60 nu. 5. tom. 3. & alij ſuprà adducti.

Accedit, quod Pontifex *in cap. 1. de Conſtit. in 6.* apertè profitetur conſuetudinem, cum ſit facti, ipſum ſæpè fallere; quod ſi locum habet in loco ſubiecto ipſius iuriſdictioni; quantò magis probabimus in illo qui nullum (ſi Græciam demas) in occidente veſtigium impreſſit?

Aduertendum eſt, tandem, pro Coronide huius quæſtionis, quod, in caſu, in quo, valere diximus, conſuetudine roborata pacta noſtra, nunquam vires poterunt extendere ad bona extrà territorium poſita, quia bona, & hæreditates deferuntur ſecundum leges 87
eius loci, ſub cuius iuriſdictione poſita ſunt, nullo habito reſpectu ad perſonam eius, qui petit hæreditatem, vt in propoſito ſolent allegari *l. 1. C. vbi de hæred. agitur, l. 1. C. vbi de poſſeß. agitur, Gail. lib. 2. obſeru. 124. nu. 11. Coler. de proceß. execut. par. 1. cap. 3. num. 225. & ſeqq. Honded. conſ. 11. lib. 1. & conſ. 10. lib. 2.* cum alijs latiſſimè cumulatis, per *Muſcul. de ſucceſſ. conuent. & anom. memb. 1. claſſ. 1. concl. 1. lit. B, num. 24. Gratian. ad Gail. lib. 2. concl. 127. num. 41. Rot. Rom. impreſſa poſt Marin. reſol. quotid. lib. 2. cap. 162. num. 19. in fine.*

Licet

Licet nonnulli existiment vtramque subiectionem,
88 scilicet, personarum, & bonorum esse necessariam ad
effectum, vt statuta & consuetudines afficiant *Spad. cons.321.lib.3. Redenasc. cons.90. & 91. per tot. Barbos. Vot. dec.126 nu.26. Merend. contr. cap.35 lib.4. Eminentiss. Ottob. dec.32. nu.4. Rot. dec.484. par.4. & dec. 146. num.10. par.10. rec.*

Item, & quia, cum consuetudo, & statuta præfata
89 sint odiosa, & strictè interpretanda, latè *Muscul. vbi supra lit. E, num.30. & per tot.* non possunt extrà territorium euagari, sed debent intrà fines sui districtus remanere. Nisi velimus dicere, quod statuere, est actus iurisdictionis, qui exercetur circà administrationem
90 rerum suarum *cap. fin. de Constit. in 6. l. fin. ff. & C. de Iurisd. omn. Iudic.* Sed extra proprium territorium Princeps, vel Populus, qui consuetudine vtitur, se ha-
91 bet, tanquam priuatus, *d. cap. fin. de Constit. in 6. c. quæ contrà 8. distinct.* ergo neque Princeps, neque Populus statuere possunt, & iurisdictionem exercere in alieno territorio, & afficere bona alibi sita, vt post *Roland. Castren. Bero, Peregrin. Bellon. Iun.* & alios quos allegat tenet *Rot. coram Merlin. dec.453. nu.11.*

Sic pariter ex rationibus ponderatis, in iure, dici
92 potest irrefragabile, quod statuta excludentia feminas propter masculos non possint vires extendere extrà ditionem statuentium, vt est magis commune scribentium votum, præcipuè, *Bartol. in l. cunctos populos num.32. Bald. ibidem num.9. Alex. cons.16. num.1. & seqq. & cons.128. lib.1. Roland. cons.80. per tot. lib.4. Bero cons.155. num.12. & seqq. lib.2. Ludouic. dec. Perus. 76. num.8. Peregr. dec.117. num.2. 3. & cons.7. num.8. lib.5. Menoch. cons.875. per tot. Fachin. cons 86. numer. 4. Polid. Rip. obseru.252. Carpan. ad Rubr. stat. Mediol. 278. num.4. Mascard. de General. stat. Interpret. concl. 6 num.103. Bursatt. cons.198. in fine, Osasch. cons. 76. num.19. & dec. Pedem. 100. in fine, Thesaur. quæst. for. 5. lib.2. nu.5. Caball. cons.11. num.1. & seqq. lib.2. Mart. Summ. success. leg. part.1. quæst.13. art.12. num.4. Merlin. de Legit. lib.3. tit.1. quæst.18. per tot. Sabell. cons.32. num.1. Gratian. discept. for. cap.431. num.25. & discept. 709. num.13. Michalor. de Fratribus par.3. cap.7. num. 1. & seqq. Bottiglier. de Success. par.1. cap. 13. num. 11. & alleg.52. num.17. Ventur. cons.13. numer.58. Ciarlin. controu. for.91. num.2. Altograd. cons.93. numer.12. & seqq. lib.1. Rot. coram Gregor. dec. 255. numer.1. coram Merlin. dec.353. num.3. & dec.68. num.8. par.6. & dec. 144. num. 9. par. 8. rec. Ferentill. ad Buratt. dec. 188. per tot.*

CAPVT XIII.

Pacta futuræ successionis, an valeant, quando sunt vicissitudinaria, videlicet, vt vno præmoriente, alter succedat. Et quid, inter virum, & vxorem. Et an quis possit inire pactum, cum alio, vt vno præmoriente, absque prole, succedat Primogenitus alterius, exclusis fæminis.

S V M M A R I V M.

1 *Pacta futuræ successionis vicissitudinaria, vel fiunt à priuato, vel à Magnatibus, & Principibus.*
2 *Inter priuatos, vel concipiuntur, vt vno præmoriente, alter succedat, vel inter virum, & vxorem, vel inter familias, vt primogenitus succedat exclusis fæminis.*

Liber I.

3 *Quod valeant pacta vicissitudinaria, vt vno præmoriente, alter succedat.*
4 *Quando pactum est reciprocum, tollitur occasio captandæ mortis.*
5 *Vicissitudo efficit, vt pactum substineatur.*
6 *Donatio quæ excedit 500. solidos absque insinuatione non valet.*
7 *Valet tamen, quando est mutua, vel vicissitudinaria.*
8 *Quando adest mutua traditio, quis tenetur de euictione, non obstante quod euictio promissa non sit.*
9 *Incertitudo facit licitum, quod aliàs esset illicitum.*
10 *Læsio non consideratur, vbi adest incertitudo vitæ alicuius in conuentione.*
11 *Mutua conuentio valet, quia non est pactum futuræ successionis, sed conditionalis obligatio.*
12 *Quod valeant pacta vicissitudinaria irreuocabiliter tenent nonnulli.*
13 *Valent pacta vicissitudinaria quando non fiunt super tota, sed super quota, vel re particulari.*
14 *Et præcipuè valent attenta consuetudine.*
15 *Contrà, quod non valeant pacta vicissitudinaria, vt vno præmoriente alter succedat.*
16 *L. licet C. de Pact. apertissimè ostendit pacta vicissitudinaria non valere.*
17 *Omnes rationes, ex quibus inualidantur pacta futuræ successionis procedunt in pacto vicissitudinario.*
18 *Doctores firmantes hæc pacta non valere referuntur.*
19 *Valent pacta reciproca futuræ successionis inter virum & vxorem.*
20 *Donatio inter virum & vxorem valet, quando est reciproca.*
21 *Donatio inter virum, & vxorem, licet non subsistat, tamen morte confirmatur.*
22 *Sed, eo casu, requiritur, vt vxori prædecedat donatarius, & interueniat traditio.*
23 *Sed eam iuramentum omninò conualidat, quamquam vir decedat post vxorem.*
24 *Et eo casu traditionis requisito supplecur per clausulam Constituti.*
25 *Votum captandæ mortis cessat in pacto inter virum & vxorem.*
26 *Valent pacta futuræ successionis inter virum, & vxorem sed reuocabiliter.*
27 *Non valent pacta reciproca inter virum, & vxorem, vt vno præmoriente alter succedat.*
28 *Vbi est casus legis, ibi nulla dubitatio.*
29 *Incertitudo, vel vicissitudo nihil operantur pro validitate pacti futuræ successionis.*
30 *Pacta hæc vicissitudinaria, neque in vim donationis, subsistunt.*
31 *Tex. in l. quod autem 8. §. si vir, & vxor non resistit inualiditati pactorum futuræ successionis inter virum, & vxorem, & quarè.*
32 *Doctores tenentes valere pacta futuræ successionis vicissitudinaria inter virum, & vxorem loquuntur in terminis, vbi adest statutum vel consuetudo, vel quando verè pactum non fuit futuræ successionis.*
33 *Illi possunt introducere consuetudinem, qui statuta & leges condere valent.*
34 *Lex & consuetudo æquiparantur.*
35 *Consuetudinis definitio.*
36 *Iurisdictio quid sit.*
37 *Priuata familia non potest introducere consuetudinem circà pacta successoria.*
38 *Contrà quod priuata familia id possit introducere.*

39 *Statuere non eſt actus iuriſdictionis.*

40 *Ciuitas & Populus iuriſdictione carentes non poſſunt condere ſtatuta pertinentia ad eorum negocia.*

41 *Reſponſa prudentum habent vim legis, licet non habeant iuriſdictionem.*

42 *Statuere non poteſt priuata familia ſuper dependentibus à iure publico.*

43 *Valet conuentio, vel pactum futuræ ſucceſſionis initum à priuata familia, quando adeſt confirmatio ſuperioris.*

PActa huiuſmodi viciſſitudinaria, nempè, ità concepta, vt alteri præmorienti abſque liberis alter
1 ſuccedat; vel à perſonis priuatis, vel à Principibus,
Dominis, & Magnatibus fieri ſolent; ideò, vt clariùs
procedamus, in hoc capite, de pacto inter priuatos
agemus; in ſequenti de Promiſſione Dominorum, &
familiarum illuſtrium erit ſermo.

Inter priuatos concipi ſolent; vel inter duos, pluresque, vt vnus alteri ſuccedat, in caſu deficientiæ alterius, ſiue prole maſculina.

Vel inter virum, & vxorem, vt vnus alterius præmortui habeat hæreditatem.

Vel inter priuatas familias, quædam fit conuentio,
2 vt quidam ordo ſeruetur, in ſucceſſione, vt fœminæ
non ſuccedant, vel quid ſimile. De quibus omnibus
diſpiciamus.

Et quoad primum modum, de quo frequenter in
iure noſtro diſceptatur, multi ſunt, qui autumant valere huiuſmodi reciproca pacta, in quibus duo, pluresue ſibi inuicem hæreditatem promittunt, in caſu
prædecedentiæ alterius ſine liberis, vt *Oldr. conſ. 139.*
3 *Marzar. ſingul. 333. Natt. conſ. 474. num. 2. Crauett. conſ.
19 num. 7. & conſ. 301. num. 13.* multos congerit *Tiraquell. de Iur. Primog quæſt 6. num. 5. & ſeqq. Minſinger.
cent. 2. obſeru. 33. Duenn. regul. 151. tom 2. in princ. Gail.
obſeru. 126. num. 2. lib. 2. Vin. com. opin. par. 1. opin 233.
verſ. limitatur 5 Honded. conſ. 40. num. 71. vol. 1. Bolognett. l. fin. C. de pact. nu. 41.* plures adducit *Fachin. controu. lib. 5. cap. 86 in princ. Menoch. conſ 1126. nu. 2. &
ſeqq. Formoſin. ad cap. cum contingat de Iureiur. quæſt.
12. nu. 5. & ſeqq. Paul. Chriſtin dec. Belg 277. nu. 2. lib 1.
Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt 25. art. 2. Rauden.
de Anal lib. 1 cap. 25. num. 16. & ſeqq* ceteros cumulant, *Hartm. Piſt. in conſ. impreſſ. poſt quæſt. 3 lib. 4. nu. 3.
Donad. de Renunc. cap. 2. nu. 63. Carol. Cald de ſucceſſ. per
pact. par. 2. num. 86.*

Et rationes deſumunt: primam, cum mutuum, &
4 reciprocum ſit, tollit ſiniſtram ſuſpicionem deſiderandi alterius mortem, *Bartol. conſ. 240. par. 1. Mart.
ſumm. ſucceſſ. leg. par 4. quæſt. 25. art. 2. in princ. Gail. d.
controu 126. nu. 2.*

Secundò, ratione viciſſitudinis, quæ efficit, vt pa-
5 ctum debeat ſubſtineri, *Mart. ſum. ſucceſſ. leg. d. quæſt.
25. num. 1. Gail. vbi ſupra, Donad. de Renunc. d. cap. 2.
numer. 65.*

Sic videmus, quod, licet donatio, quæ excedit ſum-
6 mam quingentorum aureorum, ſine inſinuatione non
valeat, *l. ſancimus, C. de donat. Merend. contr. lib. 1. cap. 12.
Buratt. dec. 7. nu. 6.* tamen donatio mutua, ſeù viciſsitu-
7 dinaria valet ſine hac ſolemnitate, *Angel. conſ. 167.
Oldrad. conſ. 139. Buratt. d. dec. 7. num. 8. & ſeqq. Duran.
dec. 183. nu. 1. & dec. 155. nu. 2.* vbi quod eſt inſinuanda
pro ea ſumma, quæ excedit reciprocam.

Sicuti quando fuit conuentum, ne quis teneatur de
euictione, nihilominùs tenetur, re euicta, ad præſtatio-
8 nem precij, *l. emptor. §. fin. ff. de act. empt.* quia adeſt mutua traditio *Surd conſ. 36. nu. 22. Natt. conſ. 181. nu. 7.
Grat. diſcept. for. cap 566. nu. 3. Buratt. dec. 399. n. 4. Maſtril. dec. 36 nu. 13. Rot. dec. 190. n. 8. par. 9. rec.*

Tertiam, quia, cum in incerto ſit, quis priùs moriatur, ratione incertitudinis ſit licitum, quod erat illici-
tum, vt in terminis pecuniæ promiſſæ ad vitam alicu- 9
ius, ob dubietatem, & incertitudinem, nulla conſideretur læſio, ſed dicatur licitus contractus, qui aliàs eſſet
illicitus, ſunt *tex. in l. nec emptio ff. de contrah. empt. l.* 10
nam hoc modo, ff. de pact. l. 1. C. eodem, l. ſi ea lege, vbi optimè *gloſſ.* & alij ſcribentes præcipuè *Bald. num. 9. 10.
C. de vſur. Menoch. conſ. 1. num. 353. & conſ. 844 numer.
43. Crauett. conſ. 142. num. 8. Bald. conſ. 292. lib. 1. Barboſ. l. de fideicommiſſo num. 5. C. de Tranſact. Cyriac. contr.
for. 662. num. 67. Nognerol. alleg. 37. numer. 72. Paitell.
cauſ. Ciuit aduot. 5. num. 42. & dixit Rot. dec. 582. num.
18. par. 4. tom. 3. rec. & in Aſſiſien. Oblationum 15. Iunij
1663. §. reſponſio coram Reuerendiſſ. Albergato poſt
tract. dec. 19.* & in terminis allegando *tex. in l. ſi ea pactione, C. de vſur.* firmat *Gail. in loco mox cit. num. 5. in
fine, Mart. in ſumm. ſucceſſ. leg. d. quæſt. 25. num. 2. Fontanell. de Pact. Napt. clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 3. nu. 110. Donad de Renunc. d. cap. 2. nu. 65. Rich. de vnion. prol. cap.
3. num. 33.*

Vltimo loco poteſt adnecti quicquid ſcribit *Gail.
vbi ſupra nu. 3. & Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. num. 2.* quod
ideò valet mutua conuentio, quia non eſt pactum futuræ ſucceſſionis; nam bona non promittuntur, vt futura ſucceſſio, ſed eſt conditionalis obligatio, ſi alte- 11
rutrer ſine liberis præmoriatur, quæ obligatio, ad tempus conuentionis retrotrahitur, & pro pura habetur,
vt habemos *tex. in l. neceſſariò §. 1. ff. de Priuil. & commod. rei vend.* Hinc bona ſtatim ex obligatione, &
ex cauſa donationis inter viuos debentur, ſed exactio
ob conditionem appoſitam ad tempus differtur, &
ſuſpenditur, quibus adſtipulantur ſcripta per *Hellembet. de renunciat. ſucceſſ. quæſt. 2. num. 30. verſ. ſuperſtiti
namque.*

Quapropter adeò firma eſſe huiuſmodi pacta ſubiungit *Gail. vbi ſupra num. 5.* vt reuocari nequeant, ne- 12
que ob ingratitudinem, quia vim habent permutationis, imo magis venditioni, quàm donationi comparantur.

Et eo magis valent, quia fieri non ſolent ſuper tota hæreditate, ſed ſuper quota, vel certa re particulari, vel ſaltem ad teſtandum ſibi paciſcentes aliquid
reſeruant; quo caſu, nemo dubitat, quin ſubſtineantur, vt, innumeris ex antiqua ſchola adductis, fir-
mat *Gabr. comm. opin. lib. 3. concl. 3 num. 1. Mart. ſumm.* 13
*ſucceſſ. leg. d. quæſt. 25. num. 11. Dauth de teſtam. de mut.
teſtam. poteſt. num. 84. Hellembet. de renunc. ſucceſſ.
quæſt. 2. num. 30. circa finem,* qui alios citant, *Grauæ. d. concl. 120. num. 25. Neguſant. reſp. 275. per tot.*
cum multis cumulatis per *Ioan: Baptiſta de Luca in
Theatr. Verit. & Iuſt. lib. 10. de Fideic. diſcept. 141.
num. 30.*

Et dato, (citrà veri præiudicium) quod non valerent de iure, ex conſuetudine, Interpretumque ſenten-
tia; nemo aufugere poteſt, quin ſubſtineantur, vt aper- 14
tiſſimè habetur *ex Salicet. d. l. fin. C. de Pact. Iaſ. d. l. licet
nu. 15. Minſing. reſp 49. num 3. cum ſeqq.* & vltrà adductos a *Rauden. de Anal. d. cap 25. nu. 20. & ſeqq. Roſental. de feud. lib. 7 cap 25. lit. T.* Hanc tenet *Borcholten de
Pact cap. 5. num. 71.* ac alij per *Hellemb. de renunciat.
ſucceſſ. d. cap. 2. nu. 30.* adducti a *Chriſtin. vbi ſuprà num.
12. & ſeqq.*

His, tamen, minimè refragantibus, contrariam ſententiam exiſtimo veriorem, quod pacta inter duos ini-
ta, vt vno præmoriente, alter ſuccedat, inter priuatos 15
nequaquam poſſit ſubſtineri.

Quod probatur ex apertiſſima diſpoſitione *d. l. licet
19. C. de Pact.* vbi diſponitur pacta hæc viciſſitudinaria 16
valere, inter milites, non autem inter priuatos, ibi, *licet inter priuatos huiuſmodi ſcriptum, quo comprahenditur,*

ditur, vt is qui superuixerit alterius rebus potiatur ne donationis quidem mortis causa gesta efficaciter speciem ostendat; tamen cum voluntas militum, qua super vltimo vitæ spiritu, deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortem in scripturam deduxitur, vim postremi iudicij obtineat, vt benè etiam, præ ceteris, animaduertit *Hunn. de Pact. cap. 5. quæst. 4. vers. ac quid, ac Io: Dauth. d. tit. de mutan. testam. potest. num. 44.* vbi postquàm non valere firmauit huiusmodi pactum, effatur; *Et qui contrarium in terminis iuris communis affirmant, aperto tex. in l. licet, C. de Pact. refelluntur*, ibi, *pactum successorium reciprocum fuit, neque tamen illa dispositio aliter quam iure speciali subsistit*.

Vlteriùs omnes infra citandi Doctores animaduer-
17 tunt, quod omnia, per quæ diximus, aliàs improbari pacta nostra, hic concurrunt, & præcipuè ademptio libertatis testandi, & quod hæreditas, hoc casu, daretur, per pactum, contrà iura expressa, & nonnulli huic etiam aliam adnectunt, quod sit contrà bonos mores, & occasionem præbeat sperandi mortem alterius, & præcipuè *Hunn. in loco supracit.* vbi, *quod verisimile est, vtrumque, maximè, si auaritia, quæ mater omnium malorum est, detineatur, anxiè expectare, & optare, vt hæres scriptus sine liberis moriatur, aut quàm primum è viuo, ex hac vita tollatur*.

Quapropter, his & similibus, innixi, rationibus, pactum huiusmodi penitùs reprobarunt magis commu-
18 niter Doctores, & præcipuè *Paris. cons. 26. nu. 60. lib. 2. Alex. cons. 28. vol. 3. Petr. Peech. de testam. Coniug. lib. 1. cap. 7. per tot. Dec. cons. 225. nu. 5. ad finem, & cons. 236. nu. 20. & seqq. & cons. 613. nu. 2. & cons. 655. num. 7. 8. Bero. cons. 157. nu. 13. vol. 2. & cons. 30. num. 12. & 25. lib. 2. Afin. de Execut. §. 9. cap. 143. Petr. de fideic. quæst. 4. num. 4. vers. secundus casus est pag. 19.* optimè *Simon de Prat. cons. 123. per tot. Osasch. dec. Pedem. 100. num. 22. Rauden de Anal. d. cap. 25. num. 31. & seqq. Tiraquell. de Iur. Primog. quæst. 6. num. 24. Peregr. cons. 119. num. 6. & latiùs cons. 143. lib. 5. Crass. §. successio ab intestato quæst. 9. num. 9. Cancer. Var. lib. 3. cap. 7. de Pact. num. 137. & seqq. Hunn. de Pact. d. cap. 5. quæst. 4. vers. at quid, Fachin. controu. Iur. cap. 86. lib. 5. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. num. 17. Io: Dauth. de mutan. testam. potest. nu. 84. vers. at sumus, Sebrad. cons. 19. num. 17. vers. vsque tale, Museul. de success. Conuent. & anom. memb. 1. clas. 1. concl. 3. lit. M, numer. 72. Decker. dissert. iur. lib. 1. dissert. 1. num. 23. Berliech. Iur. concl. part. 2. concl. 51. num. 2.* & alijs allatis *Io: Baptista de Luca in Theatr. Verit. & Iustit. lib. 10. cap. 141. num. 26.* Et seclusa consuetudine, hanc opinionem admittit, *Christin. d. dec. 272. num. 11. lib. 1.*

Et quia tàm argumenta, pro affirmatiua, quàm pro negatiua opinione, adaptantur ad casum, in quo pactum fuit initum, inter virum & vxorem, vt vno præmoriente, alter succedat, antequam obiecta contrariorum diluamus, intempestiuum, vt arbitror, non erit, hic præponere nonnulla de hac iugalium conuentione.

Sciendum est, igitur, fuisse opinionem nonnullorū
19 pacta huiusmodi reciproca, inter virum, & vxorem, posse subsistere, vt docent omnes quos allegat, non tamen sequitur *Petr. Peeck de Testam. coniug. d. lib. 1. cap. 7. nu. 1.* quos cumulat *Barz. dec. 14. nu. 8. Mart. sum. success. leg. par. 4. quæst. 25. art. 2. nu. 7. Borcholten de Pact. cap. 5. num. 71. & seqq.* quos refert non tamen laudat *Graua. ad Gaill. d. concl. 116. nu. 4. Rosental. de feud. cap. 7. concl. 25. lit. L, Donat. de renunc. cap. 2. num. 96. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 18. par. 3. num. 110. Berold. cons. 168. num. 16. Euerard. Bronchorst. in suis Miscell. contron. cent. 1. assert. 16. per tot. Christin. dec. Belg. 92. num. 3. & 4.* & alibi, fundatur tamen in consuetudine, *Fragos. de Regim. Reip. Christ. par. 3. lib. 4. disp. 7. §. 1. num. 12. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Iur. Vniu. lib. 41. cap. 7.* vbi numer. 12. & seqq. quod sunt irreuocabiliter. Nec super bonis in pactum deductis potest pater aliquod onus imponere, admittit tamen, quod possit aliquod honestum grauamen ipsis filijs iniungere, vt puta, substituendo secundogenitos primogenitis.

Et omnes fundatur, in rationibus suprà *n. 4. & seqq.* 20
allatis, & præcipuè *in tex. l. quod autem. 8. §. si vir, & vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi habetur, quod, licet donatio inter virum & vxorem, improbetur à legibus, tamen quando est reciproca sustinetur, & valet, vt etiam sensit *Caeher. dec. 100. nu. 2. Surd. dec. 166. nu. 20.* & latissimè *Hodiern. in l. hac edictali quæst. 36. nu. 1. & seqq.*

Animaduertit pariter *Gedda.* infrà allegandus *de contrah. & comm. stipul.* quod, si non valet, vi pacti, valet, tamen, vi donationis mortis causa. Nam, etsi solus vir, ità pactus est, cum vxore, in die sponsalium, vel posteà, vt sibi ea succederet, defunctō sine liberis, non etiam vicissim ipsa vxor, consisteret donatio, tanquàm mortis causa, vt si non reuocaretur à
viro, tandem morte confirmaretur, *l. donationes, C. de* 21
donat. inter vir. & vxor. l. si eum, §. vltim. l. sequenti, l. cum hic status, ff. eod. Gail. obser. 91. num. 1. lib. 2. Minsing. obseru. 33. cent. 2. Vuessemb. cons. 163. in fine, latissimè *Rot. in Imolen. Dotis 16. Martij 1665. coram bo: me: Verospio post tract. dec. 182.* Dùm tamen vir vxori præ- 22
decedat, & interueniat traditio, vt limitat alijs adductis *Rot. in Senogallien. Hæreditatis seu Dotis 26. Martij 1664. coram R. P. D. Priolo post tract. dec. 148.*

Sed ea limitatio habet locum, quando donatio non est iurata, quia aliàs iuramentum ipsam donationem, inter virum, & vxorem, conualidat, licet prædecedat
vir, vt latè ostendit *Rot. in Ciuitatis Castelli Dotis 28.* 23
Aprilis 1662. coram bo: me: Emerix post tract. dec. 113. & pariter traditionis requisitum suppletur per clau-
sulam Constituti, vt per *Rot. dec. 1. n. 8. de donat. int. vir.* 24
& vxor. in antiq. quam refert, & sequitur eadem *dec. 182. post tract. nu. 6.*

Dicit vlteriùs ipse *Gedda.* quod neque captandæ
mortis votum habere censetur; cum nihil coniuga- 25
lem vincat amorem, & affectum, & cùm sub conditione, si sine liberis, decedat, altero superstite, concipiatur, omnes autem, cupiditate ducamur numerandi prolem, & longo ordine nepotes: Neque liberam adimit testandi facultatem, vtrique enim coniugum, liberum est à voluntate recedere, altera parte etiam inuita. Siue hæc successoria donatio fit tra-
ditione, vel stipulatione confirmata *Mart. sum. suc-* 26
cess. leg. par. 4. quæst. 25. art. 2. numer. 8. Gutier. de Iuram. cap. 59. num. 4. & sequentib. Gilken. d. l. licet, numer. 4. Cod. de Pact. Museul. de success. conuent. clas. 1. membr. 1. conclus. 3. numer. 74. Graua. ad Gail. d. concl. 126. numer. 16. 17. Gedda. vbi suprà de contrah. & comm. stipul. capit. 7. concl. 7. numer. 84. vbi reprobat *Gail. d. concl. 126. num. 15. & seqq. lib. 2.* qui sibi ipsi in *obseru. 51. libr. 2.* contrarius est.

Alij meliùs quidem sentientes, huiusmodi reciprocum pactum inter iugales, penitus reprobarunt, quandò verè pactum de futura successione fuit initum, nec
consuetudinem habemus, vel statuta ea validantia, 27
vt ferè omnes allegati *num. 15.* plenè probant, parificantes pacta inter sponsos vicissitudinaria, & pacta inter ceteros, ità concepta, vt vno præmoriente alter succedat, & magis enixè hanc tuentur opinionem *Petr. Peech. de testam. coniug. d. lib. 1. capit. 7. per tot.* vbi plures adducit concordantes, *Hunn. de Pact. d. cap. 5. quæst. 4. vers. at quid, Fachin. contr.*

d.cap.86.per tot.Grauæ ad Gayl.d lib.2.concl.126.num. 7. Deccher. dissert. Iur. lib.1. dissert.7. à num. 1. ad 16. Pro inualiditate quorum pactorum, omnia afferunt argumenta suprà à me ponderata in primo casu.

Neque ea, quæ ex aduerso adducta fuerunt, me ab hac veriori opinione remouent; Siquidem, parum facit, quod hic timor non interueniat captandi alterius mortem; Nam supra satis abundè probauimus, per hanc rationem nequaquam inualidari pacta, de quibus agitur, in præsenti, sed tantùm illa, quæ fiunt inter aliquos, de hæreditate alicuius tertij viuentis, & in hoc multi ex Doctoribus nostris æquiuocant: quapropter superfluum est, quærere, an in hoc casu adsit timor insidiandæ vitæ, necnè.

Secundum, quod, ratione vicissitudinis, debeat substineri, reprobat optimis rationibus *Petr. Pecch. in loco supracit.* & in summa concludit, quod reciprocatio non potest infringere iura adducta *in d. l. licet C. de Pact.* vbi habemus casum, & nihilominùs contrarium
28 fuit statutum, dum igitur casum legis habemus, nulla de re, ampliùs potest esse disputatio.

Sic tertium irridet *Fachin.d.controu.86.circa finem*, & omnibus exemplis, quæ in contrarium possunt ad-
29 duci, vnico verbo, respondet, quod longè dissimilia sunt, nec ad hanc speciem applicantur narrata ex aduerso, præcipuè, vt valeant infringere leges apertissimè de materia disponentes, & ob id neque incertitudo, neque vicissitudó nihil operantur.

Quod verò dictum fuit *num.* 20. 21. vt valeant in
30 vim donationis, nequaquam admittit *Gaddæ vbi supra num.*84. quia, si fortè, consisterent, nullam aliam haberent vim nisi, quam habet donatio causa mortis, imò allegat *obseru. Gail.*91. vbi claris verbis indicat, valere huiusmodi donationes, inter coniuges, & morte confirmari & vim relicti, siue legati sibi adsumere, si non appareat de tacita, siuè expressa reuocatione. Quapropter eò minùs est assentiendum dicto *Gail.* dum in *d. obseru.* 126. quod coniugum conuentiones, de mutua successione, adeò firma sint, vt reuocari nequeant, ne quidem ob ingratitudinem, cùm sint quædam permutationes, & venditiones.

Nam, si valerent, iure contractus, ait *Vuessemb.cons. 63.in fine*, nonnisi, mutuo consensu, reuocari possent, quæ, verò, iure vltimæ voluntatis, quatenus, scilicet, de futura successione disponunt; (& ideò quinque testibus opus habent, vt confirmat etiam idem, *Vuessemb.in Paratitl. ff.de Pact. dot*, quem sequitur *Grauæ ad Gail.d.concl.126.num.16.Berold.cons.190. num.14. Berlich par.2.concl.51.num.5.*) possunt ab eo reuocari, cuius de successione tractatur.

Sed, in hoc moneo legentes, & deprecor, nè discedant ab ijs, quæ fuerunt à me exarata suprà, *cap. 12. num.58.& seqq.* vbi firmatum fuit, quando sint reuocabilia necne, pacta nostra; Et benè hic possunt adaptari, quæ ibi fuere scripta; quia, vt inferius dicam, pacta hæc de mutua successione inter coniuges, tantùm valent, consuetudine, vel statuto, roborata, alias secùs.

Exemplum, quod fuit desumptum ex texto in *l. quod autem 8.§.si vir & vxor, ff.de donat. inter vir. &*
31 *vxor.* in nihilo potest nostram debilitare sententiam; Nom solùm quia, cum inter viuos fiat donatio reciproca, nemo ex coniugibus censetur grauatus, neque alter sit ditior, aut pauperior, vt ex *Bald. ad l. si pater puellæ num.2.C.de inoff.testam.* deducit *Gadda. de contrab.& committ.stipul.num.*83. id quod non contingit in nostra facti specie, nam vterque non accipit successionem, sed superstes tantum. Sed etiam quia, si consisteret, quia donatio fit inter viuos, talisque iure non improbatur, eueniret, vt omni casu, & inter omnes personas, vbi, & inter quas locum sortitur donatio inter viuos, posset quoque pactio de successione fieri, maximè reciproca; Nam, vbi est eadem ratio &c. Sed sic est, quod licet huiusmodi donationes substineãtur, pacta nihilominùs improbantur, meritò &c.

Adijcitur, quod in *d.l.licet 15.C.de Pact.* apertis verbis Imperator disponit, quod neque vult quod possint in vim donationis substineri, meritò, cum habeamus verba clara tex. cessat dubietas, & non potest dici, quod substineantur ad exemplum donationis &c.

Quod verò dictum fuit, saltem valere super re particulari, non retracto, imò potiùs confirmo, dummodò requisita concurrant, quæ suprà in *cap.* 4. tradita fuerunt.

Et sic quod substineantur, vigore consuetudinis, pariter firmaui in *cap.10. num.35.* dummodò tamen obseruentur, quæ ibi pro regula sunt adnotata.

Quapropter non obstant Doctores suprà *num.* 18. pro parte affirmatiua allegati; quia, vel loquuntur, in pactis, statuto roboratis, vel in conuentionibus initis, in loco, vbi viget huiusmodi consuetudo, vel in ceteris pactis initis tantùm, super re particulari, nec per viam vltimæ voluntatis expresè relictis, vt apparet ex
lectura eorundem. Et si aliqui mentionem non fa- 32
ciunt, de huiusmodi requisitis, vel hallucinati sunt in materia, vel, vt *Gail.d.obseru.126.num.6. Alciat. l.15. C.de Pact.num.26.Menocch.cons.1126.nu.8. Tiraquell. de Iur.Primog.quæst.6 num.*24. non loquuntur in terminis pactorum, per viam vltimæ voluntatis, relictorum, sed per viam contractus, inter viuos, quo casu, omnibus est notum, quod valeant, imò cùm iam non sint, neque dici possint pacta successoria, sed contractus inter viuos, eorum tractatio non pertinet ad materiam, quam præ manibus habemus, vt etiam obseruat *De Luca d.disc.141.num.26. in medio.*

Videamus modò; an priuati possint inire pacta vicissitudinaria, in quibus sit introductus nouus succedendi modus, in eorum descendentibus, nempè, vt maior pars deueniat ad primogenitum, & fœminæ sint exclusæ, vel quid simile,

Negarunt aliqui id posse fieri à priuata familia; 33
quia hi tantùm possunt consuetudinem introducere, qui, & statuere, & legem condere possunt, secundùm *Bart.in l.1.in fine,ff.de legib.* quia lex, & consuetudo
æquiparantur *l.de quibus.ff.eodem*, quod etiam pro- 34
batur ex definitione consuetudinis, quæ definitur, vt sit ius quoddam illius moribus institutum, qui auctoritate publica ius condere potest. Sed sic est, quod po- 35
testas statuendi illis tantùm concessa est, quibus & Iu-
risdictionis ius est, vt apertè colligitur ex definitione 36
Iurisdictionis posita à glossa, quam sequuntur omnes *ff.de Iurisd. omn. Iudic.* Meritò, cum priuata familia non habeat iurisdictionem, hæc introducere haud poterit, vt latissimè probat *Tiraquell. de Iur. Primog. qu. 16.num.1.& 2.* vbi affert concordantes in *l. vlt. col.2.*
C.de Testam. Alex.in l. si non speciali vers. sed an illud 37
C.eodem Ruin.cons.228.lib.1. quibus *add. Gabr. comm. opin.d.tit.de Pact.num.3. Carpzou.Iur.quotid.for.par.2. Constit.35.def.25.in fine Peregr. de Fideic. art. 51. num. 36.Rosental.de Feud.cap.7.concl.25.num.16. lit.P*, qui omnes affirmant, valere pacta inter Principes, & illustres personas, penès quas inhæreat iurisdictio, non verò, inter priuatos, & nobiles Iurisdictione carentes.

Affirmarunt, è contrà nonnulli huiusmodi statuta,
& consuetudines posse fieri à priuatis vt *Io: Andreas* 38
in add.ad speculat. tit.de Aedit. Instrum. §. compendiosè verbo, sed nunquid dicemus num. 15. & alij permulti cumulati per *Tiraquell.d.quæst.16.num.3.Ias. in l.omnes populi num.42.ff.de Iust. & Iur.* vbi dicit ità consuluisse in familia de Siccis, *Rosent.de Feud.d.cap.7.concl. 25. num. 9. Peregr. de Fideic. art.51. num. 36. Add.ad Thesaur.dec.225. Rauden. de Anal. cap.25 numer.27.*

latissimè

latissimè *Ricch.de Vnion.cap.3.per tot.Barry de success.*
lib.2.tit.3.num 9. Quia non est verum, quod statuta
sint iurisdictionis, vt latè habetur ex *Tiraquell.d.quæst.*
39 *16.num.4.Rosental.de feud.d.num.16.lit.P*, Nàm vide-
mus, quod omnis populus, omnisque vniuersitas po-
test statuere circà negocia, ad curam eius pertinentia
per *d.l.omnes populi*, & ibi *Bartol.* & alij, & tamen non
40 omnis populus, aut ciuitas habet iurisdictionem *l. si*
dines §.est autem in verbo decet, ff. de excusat. tut. &
notat *Bartol.in d.l.omnes populi, & l. 1. ff. de damn. in-*
fect. Item prudentum responsa vim legis obtinent *l.*
ius autem Ciuile, ff.de Instit.& Iur. §. responsa Instic. de
41 *Iur. Natur.Gent.& Ciuil.* & tamen Iurisconsulti non
habent iurisdictionem.

Sed quicquid dicant isti, à prima opinione receden-
dum non est: Quia, licet verum sit, quod omnis popu-
lus, omnisque familia, & vniuersitas possit statuere, &
consuetudinem inducere, de his quę pertinent, ad mo-
dos expediendi ea, quæ incumbunt domui aut proge-
niei, aut circà onera inter eos diuidenda, tamen non
possunt os ponere, & statuere super dependentibus à
42 publico iure, & decisione causarum. Quapropter ne-
mo potest asserere, quod huiusmodi conuentiones
substineantur, vtpotè dependentes à iure Ciuili, vt te-
nent, præ ceteris *Bartol.in d.l.omnes populi*, quem se-
quitur *Tiraquell.de Iur. Primog. quæst.16. numer.5. in*
fine, Peregr.de Fideic.art.51. num.36. circà med. Myn-
sing. resp.3. num. 142. Graua. ad Gaill. d. concl. 116.
num.11.

Quòd accipe cum hac limitatione, vt tantùm vali-
da fiant huiusmodi pacta inter priuatos, quando sunt
à Principe, & Superiore confirmata, de qua re plura
43 *Peregr.de Fideic.d.art.51.num.36.post medium Graua.*
ad Gail.d.obseru.127.consid.1.nu.7. & hæc sufficiant de
hoc capit.

CAPVT XIV.

Pacta vicissitudinaria futuræ successionis inter Principes, & Illustres familias, an valeant: Substinetur affirmatiua opinio, & disputatur; An valeant irreuocabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Argumenta ex quibus videbatur pactum nostrum inter Principes non valere.*
2 *Pacta inita, super bonis feudalibus, alijs agnatis non nocent.*
3 *Feudalis natura non potest immutari per pactum, & conuentionem agnatorum.*
4 *Valet pactum futuræ successionis inter Principes, & Magnates, ac illustres familias.*
5 *Huiusmodi pactum in Italia fuit approbatum.*
6 *In Gallia.*
7 *In Germania.*
8 *In Pomerania, & Brandenburgi.*
9 *In Boemia, & Austria.*
10 *In Vngaria, & Polonia.*
11 *Et valent talia pacta vigore antiquæ consuetudinis.*
12 *Item valent, quæ solent concipi de re particulari.*
13 *Item valent, quæ à Principe confirmantur.*
14 *Cæsaris auctoritas facit cessare Votum captandæ mortis.*
15 *Quod ex iusta sententia Principis factum est, in dubium reuocari non potest.*
16 *Iusta causa semper præsumitur in Principe, vtente plenitudine potestatis.*
17 *Princeps potest efficere, vt paciscentes loco fratrum habeantur.*
18 *Licet pacto id effici non possit.*
19 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.*
20 *Cæsaris confirmatio est necessaria pro confirmatione pactorum futuræ successionis, & inter Principes, & Magnates.*
21 *Iuramentum conualidat Pacta successoria inter Principes, & Magnates.*
22 *Verba Principis plus operantur, quàm plures testes.*
23 *Potiùs est fides adhibenda Principi iniurato, quàm alij iurato.*
24 *Princeps debet Iuramentum adhibere, ad hoc vt valeant pacta futuræ successionis.*
25 *Iuramentum facit actum valere omni meliori modo.*
26 *Specialem consensum demonstrat.*
27 *Exprimit vim Veritatis.*
28 *Pœnitentiam excludit.*
29 *Et efficit, vt cum Deo contractum censeatur.*
30 *Interpositio Fidei Principis æquiparatur Iuramento.*
31 *Quidam dicunt valere renunciationes interposita fide Principis.*
32 *Vbi corporale iuramentum requiritur, non sufficit interpositio fides Principis.*
33 *Iuramentum non perficitur sine solemnitatibus necessarijs.*
34 *Iuramentum, vt obliget, requirit intentionem in foro interno, & signa, & verba in foro externo.*
35 *Formalia per æquipollentia non adimplentur.*
36 *Principes dediti exercitijs armorum, militare dicuntur.*
37 *Princeps inferior habet facultatem legis condendæ in suo territorio.*
38 *Pacta futuræ successionis valent inter Principes, quia ob iustam causam sunt inita.*
39 *Quæ facta sunt ob iustam causam habentur, ac si benè essent facta, quamquam aliàs sint contra leges.*
40 *Pacta, & statuta successoria inter Principes sunt fauorabilia.*
41 *Pacta nostra inter Principes, an valeant respectu bonorum acquirendorum.*
42 *Pacta sunt ab hæredibus promissoris seruanda.*
43 *Successor non impugnat actum antecessoris.*
44 *Hæres non potest contradicere facto sui antecessoris.*
45 *Omnis obligatio transit ad hæredes.*
46 *Pactum inter Principes valet in vim contractus, legis & statuti.*
47 *Portio debita per contractum, vel statutum, nulla pactione est auferenda.*
48 *Mulier vllo pacto potest disponere de portione reseruata à statuto venientibus ab intestato.*
50 *Etiam fauore piæ causæ.*
51 *Mulier dici non potest Domina, de portione à statuto venientibus ab intestato reseruata.*
52 *Bona à statuto reseruata dicuntur deuenire ad personas vocatas non iure hæreditario, nec ex voluntate personæ defunctæ, sed à lege, iure proprio.*
53 *Fœmina non potest disponere inter viuos de portione, à statuto alteri post eius mortem reseruata.*
54 *Portio à statuto reseruata, licèt non adita transmittitur.*
55 *Neque potest mulier alium substituere in dicta portione.*
56 *Ecclesia non capit bona aliena.*
57 *Pacta successoria inter Principes operantur, vt interuenientes in pacto dicantur inter sese confœderati.*
58 *Factio testamenti potest à Principe tolli.*
59 *Pacta futuræ successionis inter Principes non dantur iure testamenti, sed contractus, & statuti.*

60 Sta-

60 *Statutum venit appellatione pacti.*

61 *Hæres, qui ſuccedit per pactum futuræ ſucceſſionis, non eſt propriè hæres, ſed ſucceſſor anomalus.*

62 *Approbatio Cæſaris efficit, vt ſemper valeat, & ſubſiſtat pactum inter Vaſſallos initum de re feudali.*

SIcuti, inter priuatos, dictum fuit, ita inter Principes, & Dominos, vel fiunt pacta, vt, vno, abſq; liberis præmoriente, alter ſuccedat, vel, vt, vno deficiente, abſque prole, ſuccedant alij alterius familiæ, filia defuncti, ſi quæ eſſet, interim excluſa, modo congruè dotata ſit, vel, de legitima prouiſa, & hæc pacta communiter vocantur Confraternitatis ſucceſſoria, vel ſucceſſio extraordinaria anomala, & conuentionalis. Et quoad eſſentiam vnus ab altero caſu non diſtat, quicquid dicat *Graua ad Gail. d. concl. 127. per tot.* Et omnia, quæ, pro affirmatiua, vel negatiua opinione afferuntur, vtriſque æquè conueniunt: Ideoque nec nos eos differre faciemus, ſed indiſtinctè loquendo, videamus; An hæc futuræ ſucceſſionis pacta de iure, ſubſtineantur inter Principes, & Illuſtres familias.

Et licèt, in iure, certò certiùs ſit; quod ſubſtineantur, nihilominus, vt clariùs eluceſcat veritas; videamus, in primis; quæ ſint argumenta; Ex quibus videbatur reſpondendum, quod non valeant.

1 Et ſunt eadem Tela, iam contra alia huiuſmodi ſucceſſoria pacta, iniecta; quod conuentiones huiuſmodi, de hæreditate adhuc viuentium, iure improbentur, ne quis de hæreditate adhuc viuentis, ſollicitus ſit *l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pupill. l. 15. & l. vlt. C. de Pact. l. 3. C. de collat.*

Ne liberam teſtandi facultatem paciſcentibus auferant *d. l. 15. C. de Pact.*

Et ne hæreditates videantur per pactum transferri, & iura teſtamentorum eludantur, de quibus omnibus latè loquuti fuimus alibi, & præcipuè hoc eodem Libro *cap. 1. num. 18. & ſequentib.*

Vlteriùs, cùm plerumque bona illuſtrium familiarum conſiſtant in feudis, non valebunt certè quoad
2 hæc bona; eò quia pacta inita ab vno ex familia ſuper feudalibus, agnatis non nocent, optimè *Deker. diſſert. Iur. lib. 1. diſſert. 1. num. 26. Landeu. in cap. 1. §. Titius, num. 1. 19. 21. Si de feud. defunct. Bald. in l. ſi conſtante in fine, C. de Donat. ant. nupt. Cagnol. Aretin. Dec. Curt. Zaz.* & alij referuntur à *Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt. 25. art. 2. num. 12.* vbi de ratione: quia, per pacta, & conuentiones agnatorum natura feudalis im-
3 mutari non poteſt, quòd, exemplis Georgij Ducis Saxoniæ, Georgij Bauariæ Ducis, quorum hæredes nequaquam paruerunt diſpoſitis ab eorum maioribus in feudis; illuſtrat *Carpzou. in ſuis diſput. in tract. de Pacto Confrat. ſucceſſor. cap. 3. §. 35. num. 8. & ſeqq.* vbi tandem concludit *num. 13.* vt ne quidem ex confirmatione Cęſaris, eiuſmodi diſpoſitio de Feudis robur accipiat, ſine electorum conſenſu, meritò, &c.

4 Nihilominùs his parum mouentibus, verior, & communior eſt opinio, quod valeant Principum, Ducum, aliarumque Nobilium familiarum, conuentiones, vel initæ, vt, vno, abſque liberis, præmoriente de familia, ſuccedat alter, vel deſcendens alterius familiæ.

Vel, ſi concipiantur, vt, vna familia, quoad hæredes maſculos extincta, alteri bona, & Principatus eius certa ſucceſſionis lege deferantur, vt, antiquioribus relictis, firmat *Dec. conſ. 513. num. 3. & ſeqq. & conſ. 655. Hottoman. conſ. 72. num. 34 Vneſſemb. conſ. 71. Gaill. obſeru. lib. 2. obſeru. 127. in princ. Peregr. de Fideic. artic. 51. num. 34. & ſeqq. Randen. de Anal. d. lib. 1. cap. 25. num. 16. & ſeqq. Hartman. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 2. nu. 20. Io: Dauth. de Teſtam. de mut. teſtam. poteſt. n. 86. Roſental. de Feud. d. cap. 7. concl. 25. lit. N, O; Kinpſchilt. de Fideic. Famil. Nobil. cap. 6. nu. 44. & ſeqq. & nu. 75. Decker. Iur. diſſert. lib. 1. diſſert. 4. num. 5. Paul. Chriſtin. dec. Belgic. 177. num. 4. lib. 4. & dec. 92. num. 5. 6. lib. 2. & dec. 135. num. 7. lib. 3.* quibus addo *Schrader. conſ. 19. num. 55. lib. 1. Ficchard. conſ. 23. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Graua ad Gail. d. lib. 2. concl. 127. conſid. 1. num. 2.* alioſue, vt *Dom. Arum. in diſſert. 6. ad A, B, concl. 6. Ioh Cimn. lib. 4. Iur. Publ. cap. 8. num. 126. & ſeqq. Theodor. Beinthing. de Regim. Sacul. & Eccleſiaſt. lib. 1. claſſ. 4. cap. 18. Varem. ad Eremberg. de Fęder. lib. 1. cap. 2. nu. 36. Bartol. Muſcul. in diſput. de pact. ſucceſſor. Famil. Illuſtr. Remigh. Feſch. de Fęder. concl. 24. litt. B, Andreas Knichen de Saxon. non Prou. Iur. verbo electorum, cap. 2. num. 92. & ſeqq.* quos nunquam vidi, refert tamen, & ſequitur *Benedict. Carpzou. in ſuis diſp. de Pact. Confrat. ſucceſſ. cap. 3. num. 2. & in Iuriſprud. for. par. 2. Conſtit. 35. defin. 25. per tot. Formoſin. ad cap. cum contingat, quæſt. 12. nu. 8. de Iureiur. Barry de ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. num. 3. Calà de ſucceſſ. per pact. par. 4. num. 121.*

Quod omnium ferè Europæ partium conſuetudine approbatum videmus. Vt in Italia.

Nam, de conuentionibus ſimilibus inter familias 5
Solimorum, habemus, *Gozadin. conſ. 87. per tot.* quem memorat, *Peregrin. de Fideic. art. 51. num. 34. Bartol. conſ. 72. lib. 1.* in ſimili cauſa aliquorum Dominorum de Romania reſponſum dedit. Pro Scarapanis, & Aſinarijs plura reperiuntur penès *Iaſ. conſ. 211. lib. 2. Natt. conſ. 474.* Pro Principibus S. Seuerini, & Saponariæ Neapolitanis plura commemorat *Menoch. conſ. 815. per tot.* & prius in ſimili cauſa ſcripſerat *Aretin. conſ. 162.* & meminit etiam *Carol. Calà de ſucceſſ. per pact. par. 4. num. 121. circa finem.*

In Gallia, quod ita obſeruetur, teſtatur *Roſental.* 6
de Feud. d. cap. 25. litt. O, vbi plures cumulat.

In Germania ſatis ſunt nota pacta ſimilia inter 7
Principes Saxoniæ, & Haſſiæ, ſuper quæ ſcripſerunt *Ruin. conſ. 40. & conſ. 99. lib. 1. Dec. conſ. 516. & conſ. 655. Socin. Iun. conſ. 65. nu. 44. lib. 1. & conſ. 143. n. 15. eodem lib. 1. & conſ. 80. num. 1. lib. 2.* de quibus etiam conuentionibus mentionem facit *Barry de ſucceſſ. d. lib. 2. tit. 3. num. 9. Mager. de Aduoc. armat. cap. 15. nu. 122. & ſeqq. Carpzou. Iuriſp. for. par. 2. controu. 35. defin. 25. num. 7. & ſeqq. & in tract. de Pact. confrat. ſucceſſ.* peculiariter ſuper conuentionibus dictorum Principum compoſito *Dauth. de mutan. teſtam. poteſt. num. 86.* vbi habetur Molineum reſpondiſſe in Illuſtri cauſa Lantgrauij Haſſiæ captiui contra Comites Naſſouienſes, in qua eadem cauſa ad fauorem Haſſiæ reſponderunt Collegium iuridicum *Lipſienſe, Tubingenſe, Colonienſe, Heidelburgenſe, Ingolſtordienſe, Friburgenſe, Louanienſe, Patauinum, Aurelianenſe, Bituricenſe, Alciat. Dec. &c.* Dum eſſet in vinculis Caroli V. Verum nihil in illa cauſa profuerunt tot inſignium virorum, & Collegiorum reſponſa, ſed aliquoties contra Lantgrauium eſt ſententiatum; Tandē anno 1555. Vormatiæ, coram duobus Electoribus, & duobus Ducibus arbitris cauſa reuiſionis denuò, & ex integro acta *Carol. Molin. conſ. 22.* pro Lantgrauio propter aduerſariorum potentiam ſine nomine edidit, quo tempore, Electores, & Duces reuiſores pro Lantgrauio contra Comites Naſſouiæ, & Principes Auriaci pronunciauerunt.

De conuentionibus Ducum Pomeraniæ, & Mar- 8
chionum Brandenburgenſiū, ſatis loquitur *Carpzou. d. tract. de Pact. Confrat. ſucceſſ. §. 37. num. 24. & ſeqq. & d. defin. 25. num. 5. & Mager. vbi ſupra de Aduoc. armat. cap. 15. num. 123. & ſeqq.* vbi aliorum Principum etiam numerantur.

De pactis initis inter Principes Pomeraniæ, & 9
Han-

Hannoniæ habemus longam dissertationem apud
Decker.dissert.1. per tot. & notabile dicit *num.* 13. esse
pactum successorium reciprocæ inter reges Bohemiæ,
& Archiduces Austriæ non semel renouatum, nempè,
vt altera stirpe extincta, ad aliam familiam Regnum
Bohemiæ, aut Archiducatus Austriæ iure pleno, &
integro totaliter deuoluatur, cuius iure Bohemiam
Austriæ accreuisse tradunt historici à *Carpzou.* ibidem
allegati, *Mager. vbi suprà num.* 126. *&* 128.
10 Et habemus Regnum Hungariæ, & Poloniæ. in pa-
ctum hoc reciprocæ successionis venisse, eiusque vi-
gore Carolum V. Imperatorem Regem Hispaniarũ,
Archiducem Austriæ, sibi titulum Regis Hungariæ as-
sumpsisse, vnde prouenit, vt, se Regem Hungariæ,
Dalmatiæ, Croatiæ scripserit, quamquam nullum
Regnorum illorum vnquam adeptus fuisset, *Mager.*
vbi suprà nu. 128. *Carpzou. nu.* 38. *& seqq.*
11 Et non tantum huiusmodi pacta, vigore immemo-
rabilis consuetudinis fiunt valida, vt, præ ceteris, ob-
seruat *Gail. obseru.* 137. *per tot. Decian. cons.* 516. *num.* 7.
Hottoman. cons. 72. *num.* 35. *& seqq. Thesaur. dec.* 225.
num. 12. *Io: Dauth. vbi suprà num.* 86. *vers. Tum septi-
mo, Carpzou. disput. d. cap. de Pact. Confrat. success.* § 39.
num. 49.
Sed etiam, de iure communi, remoto consuetudi-
nis fulcimento, non merentur improbari, ex pluribus.
12 Sed præcipuè, quia, ita solent concipi, vt semper ali-
quid ad testandum remaneat promissori, & nunquam
de omnibus bonis fiunt, sed potiùs de certa re, &
particulari, vt obseruat *Gail. dict. concl.* 127. *numer.* 3.
Reusner. cons. 3. *num.* 45. *&* 46. quem refert, & sequi-
tur *Græue ad eundem Gail. d. concl.* 127. *nu.* 6. *Dec. cons.*
516. *num.* 16. *&* 655. *num.* 9. *Hottoman. cons.* 72. *n.* 34.
Io. Dauth. vbi suprà, versic. Tum primò; & nonnulli
sunt in voto, quod, quando, super tota fiunt hæredi-
tate, & successione, minus valeant, vt *Fab. de Ann.
consil.* 52. *nu.* 3. allatus à *Græue vbi supra nu.* 6.
Secundò, quia auctoritas, & confirmatio Principis
13 semper solet interponi in huiusmodi conuentionibus,
Gail. d. obseru. 127. *num.* 5 *Dec. d. consil.* 516. *num.* 7. 8. *&
cons.* 655. *num.* 9. *& seqq. Peregr. de Fideic. art.* 51. *n.* 36.
*circa finem, Dauth. vbi suprà, vers. Tum secundo, Ro-
sent. de Feud. d. cap.* 25. *litt. Q. Carpzou. de Pact. Confrat.
success.* §. 33. *cap.* 2. *num.* 155. *& seqq. & in Iurisp. for.
Constit.* 35. *defin.* 25. *num.* 13. *& seqq. par.* 2.
Quapropter, de eius validitate nemo valet dubita-
14 re, vt *argum. l.* 25. *C. de leg. lib.* 10. *l.* 1. 2. *C. vt dignit.
Ord.* probat optimè *Carpzou. vbi proximè* §. 43. *nu* 88.
Cesaris enim auctoritate, & absoluta potestate suf-
fulta malorum morum reprehensione carent, & af-
fectatæ mortis votum arcent, *Dauth. vbi suprà, vers.
Tum secundò*, maximè si fuerit inserta illa clausula,
ex certa scientia, & legitima causa; Nam quod factum
15 est, ex certa scientia Principis in dubium auocari non
potest, *Bart. in l. conficiuntur, §. Codicilli, ff. de Codicill.*
plura *Dec. d. consil.* 516. *num.* 8. & semper iusta causa
præsumitur, & omnem suspicionem tollit, *Mynsing.*
16 *centu.* 4. *obseru.* 8. *num.* 8. præcipuè, si de plenitudine
potestatis fiat confirmatio, quo casu, dici non potest
Principi, cur ita facis, *Dec. d. cons.* 116. *num.* 8. *in fine*,
17 & plenitudinis arbitrio effici, vt paciscentes fratrum
loco habeantur, *Zaz. consil.* 1. *num.* 34. quem sequitur
Gail. vbi suprà num. 5. *in fine*, licet pacto, vel statuto id
18 effici non possit, cum iura sanguinis sint immutabi-
lia, *l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. l. ius agnationis, ff. de
Pact.* Et tantum operatur fictio in casu ficto, quan-
19 tum veritas in casu vero, *l. cum ex oratione, ff. de ex-
cusat. tutor.*
Et huiusmodi Cesaris confirmatio est omnimodò
20 necessaria, præcipuè quoad feuda Imperij, Vt causa
cognita perspicuum fiat; An statuta Imperio futura
sint nocumento, *Mynsing. consil.* 10. *num.* 59. *& seqq.
Reusner. cons.* 3. *num.* 59. quem affert *Græue ad Gail.
d. concl.* 127. *num.* 4. *Thesaur. dec.* 225. ac alij, lato cala-
mo, adducti à *Carpzou. d. tract. de Pact. Confrat. success.
d.* §. 34. *num.* 160 *Christin. dec. Belg.* 92. *num.* 14. *&* 15.
lib. 2. *Petr. Herg. quæst.* 23. *num.* 42. *Ficchard. consil.* 8.
lib. 1. *numer.* 7. *&* 11. quod refert, & sequitur idem
Carpzou. in Iurisprud. for. d. Const. 35. *def.* 25. *circa fin.
lib.* 2. adeò vt sine ea vires sibi comparare non possint.
Tertiò propter iuramentum interpositum *Dec. cons.*
516. *num.* 5. *& d. consil.* 655. *num* 12. *& in d. l. pactum* 21
quod dotali, num 3. *C de Pact. Dauth. vbi suprà, versic.
Tum tertio*, quod ex necessitate semper debet corpo-
raliter adhiberi in his conuentionibus, *Carpzou. d.* §.
29. *in princ.* Et quamuis videatur stultatorium iura- 22
mentum, cum nuda Principum promissio longè suffi-
ciens sit, quorum verba multorum instar testium sunt
cap. cum à nobis de Testib. Mynsing. cent. 5. *obseru.* 34.
num. 1. & iniurato potiùs Principi, quàm alij iurato 23
fides est habenda, *Cassan. in Catal. Glor. Mund. par.* 5.
consid. 4. & quis vnquam à Principibus Sacramentum
exegit? quis eorum verba absque nota sacrilegij in
dubium, & suspicionem reuocabit? *l.* 2. *C. de Crimin.
Sacril.* Nihilominus non frustrà apponitur, quia cum
Principes ad promissionem iuratam spontè se offe-
rant, non habent, quod alijs imputent, vel de vlla sus-
picione conquerantur, cùm ex sola eorum voluntate
hoc euenit, vt pacta ipsorum successoria iuramento 24
corporali confirmentur, & absque maiori solemnita-
te illustrentur *Petr. Richer. de Confrat. concl.* 4. *litt. A,
penès Arum. de Iur. Publ. vol.* 1. *discurs.* 22. allegati à
Carpzou. de Pact. Confrat. success. d. §. 28. *num.* 96. 97.
Vlterius operatur Iuramentum, vt actum faciat omni 25
meliori modo, quo potest, valere, *l. cum pater.* 77 §. *si
filius matrem*, & ibi *Bart. ff. de leg.* 2. *Honded. lib.* 2. *cons.*
47. *num.* 31. *Cacheran. dec.* 75. *nu.* 7. omnem læsionem 26
excludit, *l.* 3. §. 1. vbi Doctores *de Iureiur.* consensum
specialem, & expressum demonstrat *cap. ex rescripto
de Iureiur.* Animum deliberatum, *Alex. cons.* 102. *lib.* 5.
imò deliberatissimum, ostendit, *Socin. Iun. consil* 66. 27
num. 33. vim veritatis exprimit *Petr. Fab. in l. res iudi-
cata, num.* 10 *de reg. iur.* pœnitentiam, si vllo in casu,
de iure locum haberet, excludit, *gloss. in l. si pecunia, in
princ. verbo necesse habeas, ff. de condit. caus. dat. caus.* 28
non secut. & tamen animæ frænum injicit *Paris. lib.* 1.
consil. 69. *num.* 31. & efficit, vt cum Deo contractum
censeatur, *cap. Debitores, de iureiur. Natt. consil.* 506. 29
num. 14. cum similibus.
An verò sit sufficiens interpositio fidei Principis,
vel sit necesse, vt actualiter iuretur, quærit *Carpzou.
vbi suprà num.* 105. & negatiuam tuetur.
Quia, licet sit certum, vt interpositio Fidei Prin-
cipis non modicæ auctoritatis, & efficaciæ sit, & so-
leat à Doctoribus æquiparari corporali iuramento, 30
cap. ad aures 10. *quod met. caus cap. peruenit de Fideiuss.
cap. peruenit de iureiur. Coler. de Process. execut. part.* 1.
cap. 10. *num.* 246. *& seqq. Vnesemb. cons.* 23. *num.* 56.
Pacian. de probat. lib. 1. *cap* 48. *num.* 62. *Cyriac. contron.*
13. *num.* 37. *Add. ad Gregor. dec.* 214. *Add. ad Buratt.
dec.* 114. *num.* 37. qua opinione, (vt verbis ipsius
Carpzou. vbi suprà num. 112. vtar) quidam taliter 31
sunt inebriati, vt etiam renunciationibus filiarum
Magnatum, & Nobilium iuramenti vim attribuant
Sichard. in l. vlt. num. 13. *versic. Quartus casus est, C. de
Edict. D. Adr. toll.* tamen prædicta sint intelligenda,
quoad obligationem promittentis, quæ ex religiosa
hac assertione non parum roboratur, adeout omnia,
ad quæ quis ex contractu iurato tenetur, sint adim- 32
plenda, non verò ad substantiam, & soliditatem actus
inferre licet, vbi corporale requiritur iuramentum
promissoris, vt optimè *Carpzou. d* §. 29. *n.* 114. *& seqq.*
quam

quam opinionem sequutus fuit etiam videndus omninò *Decker. dissert. Iur. lib. 1. dissert. 1. num. 33.* vbi plura de materia, & alij de quibus à me inferiùs *lib. 2.*

Nec dici potest, quod promissio sub fide Principis
33 verum, ac proprium corporale sit iuramentum, quippè, quod non possit perfici, nisi concurrant certa solemnia, & verba, vt *Vuessemb. in Paratitl. ff. de Iureiur. num. 6.* Verum est enim, quod iuramentum, vt obliget, in foro interno, requirit intentionem iurandi, & in foro externo requirit verba, & signa externa,
34 alias non obligat, *Leander oper. Moral. de Iuram. tract. 1. disp. 1. quæst. 6. 7. Couarr. de Pact. quæst. 1. §. 1. num. 1. Suar. de Religion. lib. 1. tit. 2. cap. 1. nu. 4. Sanch. in præcept. Decal. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 2. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 44. Tamburin. lib. 3. in Decal. cap. 1. §. 1. nu. 2. Bonacin. in Decal. disp. 4. quæst. 1. punct. 2. nu. 1.* Et quotiescumque actus aliquis, iuramento corporali, est confirmandus, non possunt ista solemnia omitti, quia formalia non adimplentur per æquipollentia,
35 *l. 33.* vbi Doctores, *ff. de Iureiur. Vuessemb. consil. 23. num. 56.* cętera require à præfato *Carpzou. vbi supra num. 116. & pluribus seqq.* vbi optimus probat argumentis non posse validari, sub fide Principis, actus requirentes pro forma corporale iuramentum.

Quartò, nonnulli, pro validitate illud addunt,
36 huiusmodi reciproca pacta valent iure speciali inter milites, ergo etiam inter Principes, quia ipsi etiam, vti exercitijs armorum dediti militare dicuntur, *Dec. d. cons. 516. num. 4. Hottoman. d. cons. 72. num. 41. & 42. Gail. d. obseru. 127. num. 9. Menoch. consil. 351. num. 9. Dauth. vbi suprà d. n. 86. vers. Tum quartò,* & alij adducti ab *Hartm. Pist. in consil. impress. post quæst. 3. lib. 4. var. Iur. quæst. num. 5.*

Hoc autem fundamentum mihi non satisfacit, sicuti in eo inuenit scrupulum etiam *Carpzou. vbi suprà de Pact. Confrat. cap. 3. §. 42. n. 80. & seqq. ac Hartm. Pist. in loco proximè præcedenti num. 28. Decker. lib. 1.*
37 *dissert. 1. num. 23. vers. At inquiunt*, vbi plura videnda de materia, ob restrictionem priuilegij, quod ijs tantum militibus indultum est, qui in expeditione sunt, armaque actualiter ferunt; non verò alijs, qui domi, alijsque in locis extra territoria, seu castra militum commorantur, vt latè vidimus *cap. 9. num. 22.* Malè ergo hoc accomodabitur, ad Principes, qui licèt sint in Matricula Vassallorum adscripti, & milites sint, tamen actu non militant, nec in expeditione, vel Castris degunt, quidquid in contrarium dicat *Limna. lib. 4. Iur. Publ. cap. 8. num. 140. & seqq.* reprobatus validissimis obiectis à *Carpzou. in loco mox cit. num. 83. 84. vsque ad finem §. 42.*

Quintò, quia huiusmodi Principes in terris suis le-
38 ges condendi facultatem habent, *Dec. cons. 516. num. 3. 4. Gail. vbi suprà d. obseru. 127. nu. 8.* plura *Carpzou. de Pact. Confrat. d. cap. 3. num. 47. & seqq. Io: Dauth. vbi suprà, versic. Tum quintò.* Vnde conuentiones de quibus est sermo, Ex eo tantùm vim legum obtinent, quod sint ab ijsdem Principibus initæ, & in ijsdem contrahentibus validæ redduntur, vt, pluribus adductis firmant *Gail. Carpzou. & Io: Dauth. in locis mox adductis.*

Tandem affertur vltimo loco, quod, cum tendant huiusmodi pacta, ad familiæ, & agnationis conseruationem, tanquam, ob iustam, & probabilem cau-
39 sam gesta, valent. *Bartol. consil. 72. vol. 1. Boer. dec. 155. Hondcd. consil. 40. num. 41. Vuessemb. consil. 81. volum. 1.* quem sequitur *Hartm. Pist. vbi suprà proximè num. 4. Hottoman. consil. 72. num. 43. Dauth. vbi suprà, versic. Tum sexto;* quia quæ sunt huiusmodi, pro benefactis habentur, etsi contra ius facta fuerint, vt ex *Bald. in tit. de Pac. Constant. §. hoc nos quoque, in fine, Zaz. consil. 1. num. 29. vol. 2.* firmat *Carpzou. d. tract. cap. 3.*
§. 41. num. 72. & tantus publicæ vtilitatis fauor est, vt 40
ea, quæ publicè vtilia sunt, non includantur in ijs, quæ à lege prohibentur *l. si quis in grau. §. vtrumque ff. ad Syll. l. hoc modo, ff. de condit. & demonst.* plura *Rauden. de Anal. lib. 1. cap. 25. num. 39. Carpzou. in loco suprà allato num. 73.*

Atque adeò huiusmodi pacta, & statuta generaliter fauorabilia sunt, quia ad pacem, & tranquillitatem Imperij, & defensionem subditorum spectant,
quorum interest, nè alienis, & ignotis Dominis subij- 41
ciantur *tex. notabilis in l. inuitus, ff. de Fideic. Vasq. controu. Illust. lib. 1. cap. 5. nu. 5. Gail. d. obseru. 127. nu. 2. 3.* de qua re latissimè discurrit *Carpzou. d. tract. de Pact. Confrat. success. §. 6. nu. 39. & seqq. & cap. 3. §. 41. num. 66. & seqq. & cap. 6. §. 60. num. 1. & seqq.*

Ego autem illam, ex ipsis rationibus approbo, quod talia pacta sint ab Imperatore confirmata, qui cum habeat potestatem condendi leges, valet derogare iuri Ciuili.

Nec non quia, dum à Principibus sunt inita iura Imperij habentibus in proprio territorio, sicuti legibus non ligantur, ità possunt pro libitu talia pacta inire, *vt suprà in cap. 10.* de Principe fuit dictum *num. 74.*

Firmato, itaque, quod valida sint inter Principes huiusmodi pacta, nonnulla pro coronide sunt adnotanda, & præcipuè an respectu bonorum acquirendorum possint sustineri, quando de voluntate paci-
scentium apparet, & affirmatiuam intrepidè teneo 42
sententiam.

Nam quoad ipsos contrahentes dubium non est, quod teneant, & debeant obseruari, quia nihil tàm congruum habetur fidei humanæ, quàm ea, quæ semel placuerunt, seruari *l. 1. ff. de Pact.* præcipuè inter Principes, apud quos fides rerum promissarum omninò, & inconcussè rata, & firma esse debet, *Petr. Gregor. de Republ. cap. 8. sect. 10.* quem sequitur *Carpzou. d. tract. cap. 4. §. 68. num. 3. Menoch. cons. 815. num. 17.* Est enim de iure Naturæ, vt pacta seruentur, maximè à Principibus *l. 1. ff. de Pact. l. naturales, ff. de act. & oblig. Altograd. cons. 102. num. 21. tom. 1. Querad. Iur. dissert. 7. num. 19.*

Quoad hæredes pariter in confesso est, quod non
possint retractari, vt alijs adductis, firmat *Menoch. d.* 43
cons. 815. num. 17. Carpzou. vbi supra d. cap. 4. §. 48. num. 4. & latiùs plures concordantes refert *§. 50. num. 19.* & est in omni materia satis notum, quod successor non
impugnat actum ab antecessore factum, & approba- 44
tum, *Altograd. cons. 71. num. 5. & seqq. lib. 1. Caualer. dec. 22. num. 4.*

Ea autem est ratio, quia habemus ex regula quod si quis vtitur adminiculo ex persona alterius cum sua causa, suisque qualitatibus, vti debet *l. Pomponius §. cum quis, ff. de acquir. possess. & in l. ex qua persona ff. de Reg. Iur.* scripta sunt verba, ex qua persona, quis lucrum capit, eius factum præstare debet, & confert *l. cum à matre C. de rei vendic.* qua dicimus hæredem, & successorem non posse contradicere facto sui ante-
cessoris, & concordat *l. 10. C. de solut. l. 7. C. de liber.* 45
caus. l. 14. C. de euict. & est axioma satis notum, quod hæres tenetur præstare factum defuncti *d. l. cum à matre C. de rei vendicat. Rot. coram Royas dec. 245. num. 3. & dec. 430. num. 9. par. 9. rec.*

Ac regula iuris communis, qua omnis obligatio
actiuè, & passiuè in hæredes transit *l. fideiussoris 24.* 46
l. ex contractibus 49. ff. de action. & obligat. l. 1. C. vt act. ab hæred. & cont. hæred. l. hæreditas 62. l. hæredem 59. ff. de Reg. Iur.

Hinc fit, quod dicunt Doctores, quod vtrique familiæ, in bonis alterius ius ità irreuocabiliter sit quæsitum, vt nec per testamentum, nec aliam vltimam

dispo-

dispositionem,minui & inuerti possit,vt post *Menoch. d.cons.*816 *num.*49. *& seqq.* tenet *Carpzou.d.tract.cap. vlt.* §. 63. & iure quidem, namque, sicuti verum est,
quod pactum nostrum valet, in vim contractus *Dec. cons.*655. *num.*11. *Dauth. de Testam. de mutan. testam. potest.num.*87. Vndè ostendit valdè differre, hoc pa-
ctum ab eo, quod fit à militibus, ibi enim valet iure
47 testamenti, hic, iure contractus,legis,& statuti, *Gail. obseru.* 127. *num.* 8. *Carpzou. vbi suprà proximè* §. 63.
*num.*32.ita de irreuocabilitate,ac diminutione frustrà
dubitaretur. Nam portio ex contractu, vel iure sta-
tutario debita, nulla alia pactione, seu ordinatione
est auferenda *l. si arrogatur* 22. §.1. *ff. de Adopt. l. Pa-*
48 *pinianus* 8. §. *si quis impubes, ff. de Inoff. testam. l. cum Patronus* 28. *ff. de testam. Thesaur. dec.* 34. *nu.*3. Vnde
prouenit illa conclusio indubitata, qua habetur,
quod portione statutaria ex bonis defuncti coniugis
sibi debita superstes priuari non possit, *Gail. lib.*2. *ob seru.*86. *num.*17. *Abb.cons.*63. *num.*4 *par.*1. *Bartol. ad l.*
49 *primam, C. de Sacros. Eccles.nu.*22. *Add. ad Abb. consil.* 8. *litt. B, Tusc. Practic. conclus. litt. T, concl.*104. *nu.*35.
Carpzou.d.§.63. *num.*34. & latè ostendit *Rot in Ferra-rien. Pecuniaria* 27. *Nouembris* 1662. *coram R. P. D. Beuilaqua, post tract. dec.*35. *num.*18. *&* 19.

Idque esse extendendum, etiamsi pia causa sit insti-
tuta, indubitanter affirmo, vt, alias, in terminis por-
tionis reseruatæ hæredibus ab intestato venientibus,
in bonis mulieris testantis à nostro statuto Lucano
50 *cap.*22. *lib.*2. responsum edidi, contra quendam Theo-
logum affirmantem, mulierem posse de tota sua hæ-
reditate, etiam de parte reseruata à statuto, in piam
causam disponere: Et, alijs relictis argumentis, ex
hoc præcipuè probaui.

Quia statutum, reseruando aliquam portionem
51 venientibus ab intestato, illam ita diuidit, & seiungit
à patrimonio mulieris, vt de hac parte fœmina dici
non possit domina, nisi in vita, ad instar vsufructua-
riæ, vt benè *Paul. Castren. consil.*441. *num.*2. *Io: Bapt. Spad. consil.*365. *num* 3. *tom.*2. *Monter. ad Stat. Bonon. lib.*4. *sub rubr. de dotib. restit.* §. *& si decesserit, in verbo relinquere, pag. mihi* 259.

Sic, quando bona à statuto reseruata transferuntur
in personas à statuto vocatas, nunquam ea dicuntur
deuenisse, iure hæreditario, & ex voluntate personæ
defunctæ, sed ex dispositione statuti, iure proprio,
& singulari, absque facto, & voluntate defuncti, *Paul. Castren. d.consil.*441. *num.* 2. *litt. A, volum.*2. *Afflict.*
52 *dec.* 310. *in fine, Rot. Bonon. Diuers. dec.* 4. *num.* 5.6.
*Monteren. vbi suprà, Surd. consil.*81. *num.* 11. *& seqq. Mart. summ. success. leg. par.*2. *quæst.*3. *art.*12. *num.* 25.
*Altograd. cons.*94. *nu.*104. *lib.*1. *Spada cons.*365. *num.*2.
*tom.*2.

De ea verò portione, non tantùm mulier, non po-
test in vltima voluntate, disponere, sed nec etiam in-
ter viuos illam donare, vel alio lucratiuo titulo alie-
53 nare, *Alex. cons.*55. *lib.*1. *Rot. Bononien. diuers. dec.*4. *nu.* 3.4. *& dec.*5. *num.* 8. *& seqq. Gratian. discept. for. cap.* 120. *num.*1. *Merlin. de Legit. lib.*3. *tit.* 1. *quæst.*24. *nu.*13.
Barz. dec 83. *num.*2. *& seqq.* & ità inhæret personæ à
statuto reuocatæ hæc portio, vt licet ab ea non fuerit
adita, transmittitur nihilominùs ad hæredes, vt pro-
54 bant *Capyc. Latro dec.* 17. *per tot. Bottiglier. de success. cap.*1. *Theor.*8. *num.*15. nec in ea mulier habet aliquod
ius proprietatis; quia nec etiam potest in casu, quod
persona vocata à statuto, sine filijs decedat alium
55 substituere in ea portione *Soccin. Iun. cons.*103. *nu.* 26. *lib.*1. *Rouit. dec.*100. *num.*4. *Staiban. Iur. resol.*16. *per tot.*
Fatendum igitur est cum *Camill. de Medic. cons.*161. *num.*4. *Bottiglier. vbi suprà num.*15. *Staib. Iun. d. resol.* 16. *num.*2. mulierem in hac parte prorsus intestabi-
lem esse, & cum *Rouit. dec.*100. *num.*3. *Capyc. Latro dec.* 127. *num.*18. *tom.*1. *Medic. d. cons.*161. *num.*5. *Staib. Iun. d. resol.*16. *num.*2. in hac parte habere, siuè inter viuos,
siuè in vltima voluntate, labia clausa, manus ligatas,
& arbitrium refrænatum.

Cum igitur Domina non sit mulier huiusce portio- 56
nis, non potest eam in alium transferre maximè in Ec-
clesiam, quia caperet bona aliena, quod nequaquam
est ferendum, vt in terminis, disputato articulo, respõ-
derunt *Anchar. d. cons.*25. *per tot. Panormit. cons.*64. *par.* 1. *Castren. cons. vlt. nu.* 3. *vol.*2. *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit. num.*90.91. *Mart. summ. success. leg. par.*2. *quæst.*3. *art.*12. *Præs. de Franch. dec.*411. *num.*4.
*Carol. de Graß. de Eff. Cleric. eff.*2. *num.* 319. *Caball. cons.* 64. *num.*4. *lib.* 2. *Peregr. dec.*109. *nu.*12. *Afflict. dec.*310.
*nu.*3. *Visill. ad eundem nu.*3.4. *Giurb. ad Consuet. Messan. cap.*6. *gloß.*9. *par.*1. *n.*6. *Menoch. cons.*456. *n.*25. *Hodiern. ad Surd. dec.*20. *nu.*10. *vers. & proindè*.

Et est etiam effectus nostrarum conuentionum, vt
interuenientes in pacto, censeantur simul, tanquam
confæderati, vt vnus alteri teneatur, in casu indigen-
tiæ auxilium præstare, ita, alijs cumulatis, firmat *Car-* 57
pzou. d. cap. vlt. §.65. *per tot. & Mager. de Aduoc. arm. cap.*15. *num.*129. vbi plura de materia.

Restat modo obiecta contrariorum refellere, in
quo breuissimè me expediam, cum sint difficultates
leues, & nullius momenti, præcipuè in conuentione
inita inter Magnates, quicquid sit inter priuatos.

Ad primam difficultatem, iam pluries vidimus,
quod captandæ mortis votum non cadit, in hisce pa-
ctis, initis, cum illis, de quorum agitur hæreditate, & si
locum haberent in huiusmodi conuentionibus tan-
tùm inter priuatos, procederet regula, non inter Prin-
cipes; Præcipuè accedente Imperatoris confirmatio-
ne, vt latè probarunt, superiùs *num.* 13. allati, quibus
addo *Carpzou. d. tract. de Pact. Confrat. succ.* §. 45.
per tot.

Quod, verò, impediatur libera testandi facultas per
hanc conuentionem, non attenditur; nam confirmatio
Cæsaris abrogat leges de materia disponentes, quod
quidem posse facere nemo debet in dubium reuocare.
Si enim factio testamenti à Principe, & iure publico
dependet *l.*35. *in princ. C. de Inoff. testam. l.* 3. *ff. qui te-* 58
stam. fac. poss. ab eodem tolli poterit, vel saltem li-
mitari, maximè ob publicam, & euidentem vtilita-
tem, de qua re multa adduximus *suprà cap.*12. *num.*41.
& alibi.

Quod dentur hæreditates per pacta, non per testa-
menta, non verificatur: quia, vt latiùs disseruimus, non
in vim vltimæ voluntatis, per pacta successoria hære-
ditates ab Illustribus personis transferuntur, sed vi
contractus mutuæ obligationis, legis, & statuti, ex Cę- 59
sarea confirmatione, & auctoritate subsistunt, *Gail. d. obseru.*127. *num.*9. *& obseru.*126. *num.* 2. *Carpzou. vbi suprà* §. 61. *num* 9. *& seqq.* & licet pacta successoria
vocentur, non tamen vocula illa, *pactum*, nos debet de
mendacio redarguere, quasi euidentissimè appareat
hæreditates deuenire in promissores; nam, vt optimè
habemus per eundem *Carpzou. vbi suprà num.* 12. no-
uum non est, vt appellatione pacti, statutum veniat,
cap. quæ contrà in fine distinct. 8. vbi generale dicitur 60
pactum societatis humanæ regibus obtemperare,
quod tamen non pacto, sed statuto tribuendum; Et
conferunt ea, quæ in veteri testamento reperiuntur, in
quo, quæ Deus statuit, vocabulo pacti, sæpènumero
ædita sunt, & latiùs, quod pacta cum statutis sint con-
uertibilia, *Signorol. cons.*245. *Zaz. cons.*1. *num.*31.

Et ex his tandem colligere licet, qui vigore talis cõ-
uentionis hæreditates accipiunt, licet vulgo hæredes
appellentur, tamen propriè tales non esse, neque legi-
timos, neque testamentarios, sed ab vtrisque differre,
& anomalos irregulares, siuè pactitios haberi; *Dauth.*

de te-

de testam.d. num. 86. vers.nam etsi Graua. ad Gail. d.
61 *concl.127.Crauett.cons.19.num.*11.cum alijs congestis à *Carpzon.d.cap.6.§.61. in fine* , & verificatur in hisce conuentionibus tertium hæredum genus, fuisse à Neothericis inuentum, antiquioribus penitùs ignotum, & incogitatum latè *Hottoman. cons.71. per tot. Dauth.de testam.vbi supra de mut.testam. pot. num.86. vers.nam etsi,Rosental.de feud.d.cap.7.concl.25. nu.15. lit.P,in fine,Calà de success.per pactum par.1.nu.3. Musenl.de success.Conuent.& anom.membr.1.class.1.concl. 1.lit.B,nu.13.vers.quia verò* , vt diximus supra *cap. 1. num.5.6.*

De rebus pariter feudalibus,quæ dicta fuerunt,non est facienda mentio in præsenti; quia dum adest Imperatoris confirmatio,omnis iuris defectus suppletur; Et,sicuti diximos,haud subsistere, quando non interuenit auctoritas Cæsarea, ità fateri debemus omninò esse valida, post eiusdem Cæsaris approbationem,
62 quæ operatur, vt semper ordinatio Vassalli de feudis subsistat *cap.1.de Probib. feud. alienat. per Frider. cap. Titius vers.quod si consensit tit.si de feud. def. cont. cap. 1.versic.nisi consentientibus de alien.feud.Pater.Rosental.de Feud.cap.7.concl.45.Hartm.Pist.par.2.qu.6.num. 71.Carpzon.vbi supra d.§.47.num.*118.

Hæc de quæstione nostra dicta sint satis,cetera minùs releuantia omitto, quia materia non est adeò frequens,in nostris ditionibus,vt in Germania.

CAPVT XV.

De Pacto futuræ successionis Tertij viuentis: An valeat. Plura afferuntur argumenta pro vtraque parte. Et negatiua approbata, contrariorum argumenta refelluntur. Affertur vera ratio quare sint nulla. Et vlteriùs latè probatur omnia pacta, & contractus indistinctè esse nullos, quibusuis verbis concepti sint: Qua occasione disputatur etiam; An, & quando spes succedendi sit vana, & nullius momenti, vt non possit in contractum deduci.

SVMMARIVM.

1 *Pacta Hæreditatis tertij viuentis non valent.*
2 *Promissio hæreditatis tertij viuentis fit sub duabus conditionibus,nempè si ille moriatur, de cuius agitur hæreditate, & hæreditas ad paciscentes perueniat.*
3 *Stipulatio valet purè,& sub conditione.*
4 *Et præcipuè valet stipulatio sub conditione mortis alterius.*
5 *Valet stipulatio rei alienæ, si promissoris esse cæperit.*
6 *Stipulatio rei propriæ non valet.*
7 *Impossibile est, vt quod nostrum est ampliùs nostrum efficiatur.*
8 *Valet stipulatio rei propriæ sub conditione, si mea esse desierit.*
9 *Ius quærendum non potest in stipulationem deduci.*
10 *Spes iuris quærendi potest in contractum deduci.*
11 *Spes rerum appellatione continetur.*
12 *Spes emi,& vendi potest licet sit incerta.*
13 *Dictio,* maximè,*est ampliatiua.*
14 *Iactus retis vendi potest.*
15 *Pacta super viuentis hæreditate valida sunt.*
16 *Valet stipulatio inter socios, vt si qua hæreditas superueniat communis sit.*
17 *Pactum de successione tertij viuentis nullatenus valet.*
18 *Quia contrà bonos mores est.*
19 *Mali mores dupliciter considerantur, vel quatenus inducunt votum captandæ mortis; Vndè plena sunt tristissimi,& periculosi euentus.*
20 *Cogitare de seruitute alterius est tristis euentus.*
21 *Item considerantur mali mores,quia turpe, & indecorum est, de bonis alterius viuentis præmaturæ mortis cogitatione suscepta disponere.*
22 *Mors est euentus naturalis,& in omnibus certa.*
23 *Omnes boni esse præsumuntur.*
24 *Hominem homini insidiari nefas est.*
25 *Bonus in dubio præsumitur homo non verò vbi ex actibus contrarium apparet.*
26 *Quare per fideicommissa,& substitutiones non inducatur votum captandæ mortis.*
27 *Votum captandæ mortis non semper facit actum contrà bonos mores, & reprobatum, sed tantum, quando inducitur votum,ex facto ipsius,qui sperat succedere.*
28 *Hæres acceptando onus dicitur consentire grauamini.*
29 *Talia pacta non improbantur, quia tollunt liberam testandi facultatem.*
30 *Vel quia per pactum succedi non potest.*
31 *An principalis ratio annullatiua pacti nostri sit,quia inducit votum captandæ mortis, vel quia improbum est cogitare de morte proximi.*
32 *Quod sit principalior prima ratio firmant nonnulli.*
33 *Sed quod sit secunda ratio probatur.*
34 *Non improbantur omnia pacta ax quibus inducitur votum captandæ mortis.*
35 *Propter quod vnumquodque tale,& illud magis.*
36 *Ius dicitur potentius in causante, quàm in causato.*
37 *Conditio retrotrahitur ad tempus quo facta fuit.*
38 *Conditio turpis,& improba minimè substinetur.*
39 *Spes quando non possit in contractum deduci.*
40 *Tex. in l.2. §. 2. ff. de hared. vel act. vend. explicatur.*
41 *Dictio,*maximè,*quando non sit implicatiua.*
42 *Aliquando significat* interdum.
43 *Plerumque significat vtique.*
44 *Hæreditas delata vendi potest, & super ea pacisci.*
45 *L.si quis seruum,ff.de act.empt.explicatur.*
49 *Pactum futuræ successionis valet in necessitatem præcedentis contractus.*
47 *Valet pactum, super re mihi per fideicommissum debita.*
48 *Tex.in l.quidam cum filium, ff. de Verb. Oblig. explicatur.*
49 *Tacitè multa fieri permittuntur, quæ expressè prohibentur.*
50 *Valet pactum nostrum super hæreditate hominis incerti.*
51 *Non valet pactum de hæreditate tertij viuentis,siuè agatur de diuidenda, siuè de conseruanda, siuè de perdenda hæreditate.*
52 *Pactum esse non potest de non succedendo ex parte vnius,quin sit de succedendo ex parte alterius.*
53 *Pactum super hæreditate tertij viuentis potest fieri dupliciter, vel inter sperantes succedere, vel inter sperantem succedere, & tertium.*
54 *Et vtroque casu est inualidum.*
55 *Non solùm de iure Ciuili, sed etiam de iure Canonico.*
56 *Et nullum est, quocumque modo quis speret succedere*

dere siuè per agnationem, siuè cognationem.

57 *Dictio,* Fortè, *denotat contingentiam facti.*

58 *Dictio,* quæ, *ponitur gratia exempli, & non restringit regulam.*

59 *Imò sunt nulla talia pacta de hæreditate tertij, etiam si agatur de hæreditate personæ penitus extraneæ,*

60 *Omnes contractus indistinctè sunt nulli super hæreditate tertij viuentis, vt donatio, obligatio, hypotheca vendita &c.*

61 *Etiam si fiat promissio per verba denotantia promissionem inter viuos, iure contractus, non iure vltimæ voluntatis.*

62 *Et etiam in quasi contractibus locum habet.*

63 *Nemo potest specialiter hypothecare hæreditatem futuram.*

64 *Nec etiam in testamento quis potest disponere de hæreditate quam sperat.*

65 *A testamentis ad contractus valet argumentum, & èconträ.*

66 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

67 *Spes de hæreditate viuentis non est in rerum natura.*

68 *Et quatenus est, spes dicitur acerbissima, & immatura, & illegitima.*

69 *Spes succedendi in hæreditatibus parentum pariter dicitur spes vana.*

70 *Filius viuente patre nulla bona possidet.*

71 *Hæreditas, quæ pendet à futuro euentu propriè non dicitur hæreditas.*

72 *Hæc spes appellatur à Platone, somnium vigilantium.*

73 *Parentes donec viuent sunt verè Domini bonorum suorum, ità vt ea possint in mare proycere.*

74 *Nihil habent filij in bonis patris eo viuente, nec ratione legitimæ.*

75 *Spes legitimæ improbabilis dicitur.*

76 *Si maritus inter viuos prohibetur aliquid relinquere vxori, non tamen ei prohibetur donare inter viuos.*

77 *Princeps potest illegitimum legitimare in legitimorum præiudicium agnatorum, sed antequam pater moriatur, non verò post eius mortem.*

78 *Statutum requirens insinuationem in contractibus non habet locum in contractu, in quo agitur de iure quærendo.*

79 *Renuncians bonis vel iuribus, quæ sperat, vel habebit in futurum, non censetur renunciasse his, quæ ex spe priori sperat, sed illis quæ sperat in spe posteriori.*

80 *Quando spes succedendi possit deduci in contractu.*

81 *Similiter quando probabilis dicatur, & ad quem effectum spes filij in legitima succedendi.*

82 *Spes succedendi potest deduci in contractu, quando ex ea non inducitur votum captandæ mortis.*

83 *Etiam si agatur de re particulari alicuius tertij non valet pactum.*

84 *Quia etiam eo casu habet locum improba cogitatio de morte alterius.*

85 *Imò etiam de re minima tale pactum non valet.*

DIuidi pacta successionis futuræ, in conuentiones initas inter duos, pluresuè, de hæreditate ipsorummet paciscentium, vel vnius ex eis: Ac in pactum, vel stipulationem initam inter contrahentes, de tertij viuentis hæreditate, iam superiùs abundè fuit ostensū. Verùm, quia satis, superque, de prima partitione pacti nostri, nempè de conuētionibus successorijs, in quibus hæreditas vnius, ex paciscentibus promittitur huc vsque verba fecimus; descendamus iam ad alterā speciem, quam diximus versari circa pacta, & promissio-

nes hæreditatis alicuius tertij viuentis, in pacto nō in- 1
teruenientis: de qua cōuentione textum habemus *in l.*
fin. C. de pact. vbi deciditur per Imperatorem, pacta hu-
iusmodi non valere, ibi *Sancimus huiusmodi pacta, quæ*
contrà bonos mores inita sunt repelli, & nihil ex his pa-
ctionibus obseruari. Nihilominus, quia contra tex. no-
strum, multa possunt opponi, ad ostendendam huius-
modi pacti validitatem, ea hic proferam, vnicuiq; ex
argumentis contrariorum assignando responsiones,
ad hoc, vt, explosis difficultatibus, nil remaneat super
hoc dubitandum.

Primum itaq; argumentum, pro subsistentia, & va-
liditate pacti nostri, initi super hæreditate tertij viuen-
tis, contrà decisionem *d. l. finalis,* vbi non valere fuit di-
spositum, desumitur ex eo, quod, quando promittitur
hæreditas alicuius viuentis, ea sub duabus conditioni- 2
bus concipitur, nempè, si ille moriatur, de cuius agi-
tur hæreditate, & hæreditas ad paciscentes perueniat;
At nullum ius videtur obstare, quod huiusmodi stipu-
lationes fieri non possint, meritò &c.

Non resistit, inquam, ius; nam, non minùs purè, quā
sub conditione valet stipulatio, *tex.* habemus *in l. sub*
conditione, §. stipulatio Instit. de verb. oblig. Et specificè,
quod valeat stipulatio delata sub conditione mortis 3
alterius, sunt clarissima verba *tex. in §. item post mor-*
tem 15. Instit. de Inut. stipul. ibi, *post mortem alterius re-*
ctè stipulamur Imperator ait. Insuper certum est, quod
res aliena in stipulationem deduci potest, sicuti ven- 4
ditur, pignoratur, comodatur, transfertur pacto, vsu-
capione acquiritur *l. si in emptione §. omnium ff. de con.*
trah. empt. §. singulorum, & §. si quis à non domino cum
§. seqq. Instit. de rerum diuis. l. aliena 20. ff. de pignorat.
act. l. accomodare 15. cum ll. seqq. ff. comodati.

Et præcipuè valet, de re aliena stipulatio in casu
quo stipuletur, si promissoris esse cęperit, vt euenit in 5
casu nostræ legis, vbi promittitur hæreditas tertij, si
ad paciscentem peruenerit, *l. stipulatio 38. § si quis for-*
tè vers. quæsitum de verb. oblig.

Quapropter, arguendo à simili, videmus, vt licet
stipulatio rei propriæ non valeat §. 2. *Instit. de Inutil.* 6
stipul. l. nemo 82. de verb. oblig. l. 1. §. nec minùs de action.
& oblig. Arias de Mes. var. lib. 1. cap. 33. n. 6. quia est im-
possibile, vt quod nostrum est, ampliùs nostrū efficia-
tur *l. 4. §. laxa, ff. de vsucap. §. sic itaque Instit. de action.* 7
Tamen valet sub ea conditione, si mea esse desierit, *l. si*
rem meam 31. de verb. oblig. l. existimo 61. de contrah. 8
empt. l. cetera 43. §. tractari, ff. de leg. 1.

Si igitur stipulatio valet, sub conditione mortis al-
terius, nec improbatur, etiā si de re aliena fiat, præci-
puè sub conditione, si nostra erit, malè *in d. l. fin.* deci-
ditur contrà pactum de quo agimus, cum sit sub hisce
conditionibus à legibus approbatis concæptum.

Secundò probatur, animaduertēdo, quod dū super
tertij viuentis paciscitur hæreditate, de iure quęrendo 9
fit pactum, quod licet consideratum, vt ipsum ius non
possit in stipulationem deduci *tex. in l. si filio, & l. con-*
stante, C. de donat. quos adducit *Bolognett. d. l. fin. C. de*
pact. num. 3. & latiùs *l. 1. nu. 20. C. eodem;* tamen conside-
ratum, vt spes, qua speramus acquirere (cum hæc spes
in bonis nostris sit, & de præsenti competat) potest
deduci in contractum licet sit incertum *l. spem 3. C. de* 10
donat. l. ex conditionib. vbi Picchard. nu. 1. Instit. de verb.
oblig. Bolognett. d. l. 1. n. 20. & l. fin. n. 3. C. de Pact. Ioseph.
Vel. dissert. Iur. diss. 11. n. 4. to. 1. Quia spes appellatione
rerum continetur, *Ias. in l. bis post num 50. ff. de acquir.*
hæred. Schrader. Instit. de rerum diuis. §. 1. nu. 8. pag. mihi
nu. 11. Et quamquam Samnio apud Terentium dicat: 11
spem precio non emo tamen legibus ciuilibus est cantū,
spē, sicuti aliā rē, emi, & vendi posse *l. nec emptio. C. de* 12
contrah. empt. cū similibus, & dixit etiā *Cyriac. contr. 1.*
n. 14. & 19. Leotard. de vsur. q. 26. n. 23. Olea de Ceff. tit. 3.

quæſt.10.num.14.Rot.dec.292.num.23.& ſeqq.& dec.
320.num.18 & ſeqq.par.6.rec.& in Romana Fideicom-
miſſi 24.Maij 1662. coram R. P. D. Taia poſt tract. dec.
160.nu.14.& ſeqq Et textus eſt apertus in l. 2. §. illud
poteſt,ff.de Hæred,vel act. vend. vbi ſcribit Vlpian. ſub-
ſtitutum impuberis rectè vendere hæreditatem impube-
13 ris,& maximè ſi iam delata ſit. Et cum hæc dictio , ma-
ximè, ſit implicatiua, vt in l. pro hærede §. ſi quid tan-
tum vbi Iaſ.in princ.ff.de acquir. poſſ. pleniſſimè Barboſ.
de diction. dict. 197. nu.1.& per tot. rectè concluditur
valere hanc venditionem , ſiuè hæreditas Impuberis
delata ſit, ſiuè non ſit.
Quapropter iactus retis, licet ſit incertus, vendi po-
14 teſt l.ſi iactum retis,ff.de action.empt. Caſtren. conſ.229.
lib.1.Tiraquell.l. ſi vnquam C.donat.larg. num. 114 Ca-
rocc.dec. 130. num. 11. & ſeqq. & habemus totum ti-
tul. de hæred. vel act. vend, vbi , ſi ità concipiatur pa-
ctum, ſi qua eſt hæreditas, erit tibi empta , valere non
ambigitur . Fit igitur clarum etiam in caſu noſtri tex-
tus valida eſſe noſtra pacta , cum eiuſdem ſint na-
turæ, & tantum in promiſſione hæreditatis conſi
ſtant.
Tertiò, quod in iure nouum non ſit , vt de viuentis
hæreditate pacta valida fiant,probant tex. in l. ſi quis
ſeruum,ff.de Act.empt. vbi valet ſtipulatio, qua à ven-
ditore qui ſeruum,quem vendiderat manumiſerit, ſti
15 pulatur emptori , ſe reſtituturum , quicquid ex ſuc-
ceſſione liberti ad eum peruenerit . Pariter tex. in §.
3.Inſtit.de Adopt. & l.non aliter ff.eod. vbi illi , qui ad
Impuberis arrogati hæreditatem vocantur , rectè ab
arrogatore ſtipulantur,quicquid ex hæreditate Impu-
beris huius ad eum peruenerit ſibi reſtitui. Nec non
alter tex.in l.16.cum proponas, C.de Pact. & l.11.C. de
Tranſact. vbi valet pactum duorum , ſuper fideicom-
miſſaria teſtatoris adhuc viuentis hæreditate .
Quartò facit tex.in l.quidam cum filius 32.ff.de verb.
oblig in quo Titius,cum filium alienum ſuſciperet,tra-
denti promiſit , certam pecuniæ quantitatem , ſi eum
aliter quam,vt filius obſeruaſſet : Ex quibus verbis, ſi-
cuti innuitur, vt filius debeat inſtitui, vel exhæredari ,
ità certum eſt , quod interponitur ſtipulatio ſuper vi-
uentis hæreditate,& tamen valet.
Quintò confert l.3.§.de illo quæritur,ff.pro ſocio,vbi,
valet ſtipulatio inter ſocios interpoſita ſi qua iuſta hære-
ditas ſuperuenerit, communis ſit , & faciunt tradita per
16 Milanen lib.1.dec.18.Tomat. dec.124. Ideò dictæ legis
verba, quæ cauillari non poſſunt , remouent omnem
ſcrupulum , & clare oſtendunt hæreditatem viuentis
in ſtipulationem deduci poſſe.
Et tamen his, aut ſimilibus non obſtantibus , con-
17 trarium eſt de iure verum, vt indicant verba d.l. fin. C.
de Pact. ſancitum fuit : huiuſmodi pacta repelli, & nihil
ex his obſeruari , cui concordat l. quidam in iure 30. §.
fin. ff. de donat. ibi , Donationes quidem partis bonorum
proximæ cognatæ viuentis nullas fuiſſe conſtabat, l.oneri-
bus 2. §.interdum, verſ. ceterum ſi adhuc viuat, impro-
bum eſſe Iulianus exiſtimat, eum qui ſollicitus eſt de vi-
uentis hæreditate, ff.de vulg. & pupill. l. ſi quis mihi 25.
§ ſed vtrum,ff de acquir. vel amitt.hæred.ibi, An nomi-
natim de viui hæreditate mandari poſſit , quæritur , ſed
ego non puto recipiendum , vt de viui hæreditate man-
detur l. ex eo 4 C. de Inutil. ſtipul. Ex eo inſtrumento
nullam res habere actionem , quo contrà bonos mores ſti-
pulatio interpoſita fuit de ſucceſſione futura manifeſtum
eſt, cum omnia contrà bonos mores , cum in pacto vel ſti-
pulatione deducuntur nullius momenti ſint .
Et hanc negatiuam opinionem tenent communiter
Doctores , vt firmant ad tex. d. l.fin. Bart. & Bald. in
princ. Angel.hic. C. Salicet. pariter in princ. Roman. nu.
3.& 89 Alber. & Alex. in initio repetit. & alijs anti-
quioribus omiſſis Cagnol.d.l.fin. num. 28. Bolognett.nu.
11.Vueſſemb.in princ.Hunn.de Pact.cap.5.in princ.Ged-
da.de contrab.& commiſſ.ſtipul.cap.6.concl.7. num.99.
Petr.Gilken. l.fin. C. de Pact. in princ.& pariter ibidem
in princ.Chriſtoph. Philipp. Rickter. Hartm. Piſt. lib. 4.
quæſt.1.num.5.Euerard. Borcholten. cent.1.aſſert.30.per
tot. Donell. ad l.fin. C. de Pact. numer. 3. Petr. Gregor.
Tholoſ.Syntagm.Iur.vniu.lib.40.cap.4. num.41. Auton.
Faber ration. in Pandect. l.de illa , ff. pro ſocio , Merlin.
de Pignor. & Hypothec. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. per tot.
Add.ad Buratt. deciſ.894. in fine , Merend. controu. lib.
1.cap.17.18.19.Caſtill.quotid.controu.lib.3. cap.9. num.
1. & ſeqq. Hodiern. controu. lib.1. cap. 28. numer. 2.
Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 9. num. 6. Carleual.
in Apolog.ad dec.87. Rouit. numer.13. & ſeqq. impreſſa
poſt tract.de Iudic. Ricchius de Vnion. Prol. cap.3. num.
3.Hellembet.de Renunc. ſucceſſ. quæſt.15 in princ. De-
cian.reſp.48. num.11. lib.2. Surd. conſ. 133. num.17. &
480.num.21.& ſeqq.& 351. num. 1. Peregrin. conſ.32.
per tot. lib. 5. præcipuè num. 4. Io: Bell. conſ. 156. in
princ. Fuſar. conſ. 63. Sanch. conſil. moral. lib. 4. cap. 1.
dub 34. num. 55. & ſeqq. Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7.
quæſt.74. num.22. & ſeqq. Argel. de acquir. poſſ. quæſt.
8. num. 763. Rip. in ſuis obſeru. obſeru. 222. Peregrin.
dec.107. Mart.Vot.Piſan.55. num.1.Gomez ad ll. Taur.
22. num.30.Paſchal.de Virib. patr. poteſt. par.3.cap.7.
num.18.& ſeqq. Sanch. in Decalog. lib.7. cap.2. numer.
2. Molin. de Hiſpan. Primog.lib.2. cap.2. num.34. Add.
ad eundem ibidem num.2. Amat. dec. March. 46. num.
26 & ſeqq. Aluar. Valaſc. in prax. cap. 16. numer. 41.
& ſeqq. Didac. à Spino in ſpecul. teſtam. gloſſ 4. princ.
num.102. & ſeqq. Auguſtin.Barboſ. ſuper d. l. fin. C. de
Pact. num.2. & per tot. Seraphin. de Priuil.Iuram pri-
uil 20.num.1.& 5.Iul. Capon. de Pact. quæſt.29. num.2.
& latiùs quæſt. 47. num. 1. & ſeqq. Pract. diſcept for.
cap. 12. numer. 8. Formoſin. ad cap. cum contingat de
Iureiur. quæſt. 10. & ſeqq. & nouiſſimè Doctiſſimus
De Luca in Theatr. Verit. & Iuſtit. de Fideic. lib. 10.
diſcept. 141. numer. 2. Rot. dec. 40. par. 4. tom. 2.
recent.
Ratio verò, quare huiuſmodi conuentiones im-
probantur, illa aſſignatur , quia contrà bonos mores
ſunt , tex d. l. ex eo 4. C. de Inutil. ſtipul. Nullam nos
habere actionem, quia contrà bonos mores , & l. quidam 18
in iure, §.fin. ff.de Donat. quoniam aduerſus bonos mores ,
&c. Alciat.d.l fin.C.de Pact.num.16.Dec ibidem nu. 2.
Cagnol nu.28. Borcholten d. aſſert. 30. in princ. Caſtill.
quotid.controu.lib.3.cap 9.num 3.Decian.reſp.48. num.
13 lib.2.Peregr. conſ. 32. num.8. circà med. Io: Bellon.
conſ.156.in princ.Rot.dec.40 num.6.par.4.tom.2.Mart.
ſumm.ſucceſſ.leg.par.4.quæſt.25.art.1.num.2. Barboſ.ſu-
per d.l fin.num.3. Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil.20.
num.3.
Et dupliciter hi mali mores conſiderantur , vel ,
quatenus inducunt votum captandæ mortis alterius ,
vndè, plena ſunt triſtiſſimi, & periculoſi euentus , vt ha-
betur ex tex.d.l.fin. verſ.ſed nobis, C.de Pact. huiuſmo-
di pactiones odioſæ videntur , & plenæ triſtiſſimi 19
euentus Bolognett.d.l.fin.n.11.& 23.vbi, quod eſt triſtis
euentus cogitare de morte, quia licet naturaliter, & om-
nibus accidat l.1.ff.de condit & demoſtr. tamen eſt hor-
ribilis, & ſecundum Philoſophum, vltimum terribilium.
Hunn.de Pact cap.5.in princ.Gadda.de contrab.& com-
miſſ.ſtipul.d.cap.6.concl.7.nu 99.Vueſſemb.d.l.fin. nu.7.
Gilken.ibidem in princ.Cagnol.pariter ibid. n.28. & nu.
32.Hartm.Piſt.lib.4 quæſt.1.n.5. Borcholten d.aſſert.30.
in princ.Dicker.Iur.diſſert.1.nu.21.lib.1.Ricch.de vnion.
Prol.cap.3.nu.3.Bellon.de Iur. accreſc. cap.7. quæſt. 54.
nu.25.Peregr.dec.106.nu.14.Gomez ad ll.Taur.22. nu.
30.Mart.ſumm.ſucceſſ.leg.par.4.quæſt.25.art.1.num.2.
Sanch.in decal.lib.7.cap.2 nu.2. Barboſ. vbi ſuprà nu.3.
Iul.Capon.de Pact.quæſt.47. nu.2.

Sicuti

Sicuti etiam cogitare de seruitute alterius est tristis
euentus, vt obseruat ex *l. inter stipulantem 83. §. sa-
cram, ff. de verb. oblig. Bolognett. d. l. fin. num. 23. Pereg.
dec. 106. n. 13. in fine*.
Vel contra bonos mores existimantur, quia turpe,
21 & indecorum est, de bonis alterius viuentis præma-
turè, mortis cogitatione suscepta, disponere, vt est
*tex. in dict. l. morib. ff. de vulg. & pupill. si ad huc vinat
improbum esse Iulianus existimat eum, qui sollicitus
est de vini hareditate, & l. quidã in iure 30. §. fin. de do-
nat. quoniam aduersus bonos mores, & ius gentium festi-
nasset Pereg. d. dec. 106. n. 13. Mart. summ. success. l. d. p. 4
q. 25. art. 1. in princ. Hartm. Pist. vbi sup. n. 5. Decker. dict.
lib. 1. d. dissert. prima. n. 21. Castill. quotidie contr. lib. 3. c. 9
n. 4. Bellon. de Iur. accresc. c. 7. q. 54. n. 25. 26. Formosin. ad
cap. cum contingat de Iuretur. q. 12. n. 17.*
Sed contra rationem annullatiuam huiusmodi pa-
cti nonnulla obijci possunt, &
Primò mors est euentus naturalis, & certa in omni-
22 bus *d. l. 1. ff. de condit. & demonst.* & humanitus contin-
git *§. 1. Instit. de donat. & in l. vulgari §. fin. ff. de verb.
signif.* ergò potiùs secundum naturam est, non contra
bonos mores eam expectare, & de ea cogitare, sicuti
nec bonis moribus aduersatur spes, qua quis capitur,
vt fructus nascantur, vel vt deficiant.
Tollitur autem obiectum faciliter, nam verum est,
quod expectare mortem simpliciter cõtra bonos mo-
res non est, sed expectare mortem, vt quis habeat eius
bona, hoc est quod sapit improbitatem, & malitiam,
quia dignoscitur, vt quis magis bona diligat, quam
hominem, benè *Cagnol. d. l. fin. n. 3 a. C. de pact.*
Replicatur contra hanc responsionem auctoritate
*tex. §. illa autem stipulatio Instit. de Inut. stipul. & §. post
mortem*, in quibus disponitur, vt valeat stipulatio,
cum morietur, vel *morieris*, & tamen certum est, quod
propter bona expectatur mors alterius.
At non stringit argumentum, quia in terminis lon-
gè diuersis loquuntur *textus* suprà notati; nempè,
quando stipulatio non est facta, de bonis illius, in cu-
ius mortem confertur stipulatio, sed de hæreditate
ipsorummet stipulantium, quo casu nõ adest suspicio,
quod procuretur mors alterius; In casu, verò, nostro
conuentio est facta de bonis tertij, & collata in mortẽ
ipsius tertij domini, & oportet expectare eius mor-
tẽ, vt bona habeantur; Ideoque stipulatio indistinctè
cum morieris, vel *cum moritur*, valet, quia cessat acer-
bissima spes, si est facta de bonis stipulantium, vel de
bonis tertij, & collata in mortem stipulantis, si verò
fiat de bonis tertij, & collata in eius mortem, *cum ille
morietur* tunc non valet, vt in nostra *l. fin.*
Nihilominus vlterius opponitur, quod nemo po-
test præsumere, vt quis velit alterius vitæ insidiari: Nã
23 cum omnes probi esse videantur *l. penult. C. de euict. l.
meritò § 31. ff. de loc. l. quoties 18. §. qui dolo, ff. de prob.* cũ
cõcordantibus, in dubio potius remouetur, quam ad-
mittatur, hæc fraudis suspicio *cap. vlt. de præs. l. omni-
modò 30. C. de inoff. test. l. cum pater 77. §. rogo, 25. ff. de
leg.* maximè, quia hominẽ insidiari homini nefas est, &
24 natura ipsa abhorret *l. vt vim 3. ff. de Iust. & Iur. l. ser-
uus 7. ff. de seru. expert. l. non tantum 6. ff. de Appell.*
Quapropter videmus non reijci in iure nostro le-
gata, fideicommissa, substitutiones, successiones ab
intestato, donationes causa mortis, sed approbari, &
admitti, quamquam periculum sit, vt legatarius fidei-
commissarius substitutus, successor ab intestato, &
causa mortis donatarius, vitæ eorum insidientur, quo-
rum mors sibi bona, in quę sperãt, & debent succedere
est allatura, de qua re plura non iniucunda habemus
penes *Ricch. de Vnion. prol. c. 3. n. 25. & 62. & seqq.*
Respondetur tamen, quòd licèt verum sit, quòd
25 quisque bonus præsumitur, vt, alijs congestis, habetur
per *Barbos. axiom. iur. 37. n. 4.* tamẽ hoc procedit in du-
bio, & quando de contraria voluntate non apparet,
non vero vbi ex actibus contrarium demonstratur: Nã
semper veritas præualet existimationi, seu opinioni
Barbos. axiom. 224. n. 4. In casu autem nostro, quia dis-
ponens, paciscendo de hæreditate tertij viuentis, ni-
mis citò cogitãs, & auidè exoptans alterius mortem,
ostendit eius malum animum, & auaritiam intrinse-
cam, capiendi bona illius viuentis, de cuius agitur hę-
reditate, leges non possunt de hoc bonum, sed malum
præsumere, nempè quod faciliter possit induci ad pa-
randas insidias vitæ illius, cuius hæreditatem sperat,
quia per extrinseca cognoscuntur intrinseca *§. Pauonũ
Instit. de rerum diuis.*
Ex quo dimanat responsio ad illationem deductam
ex legatis, fideicommissis, substitutionibus, donatio-
nibus, &c. quod ibi detur occasio captandi mortem,
& nihilominus admittãtur in nostris legibus. Admit-
tuntur, inquam, actus, & dispositiones prædictæ licèt
pręseferre videãtur occasionẽ captandę mortis; Quia,
cum illud votum inducatur ex dispositione, vel facto 26
alterius, nõ illius, qui vult acquirere, reprobari nõ po-
terant: Nam quisque probus præsumitur non malus,
vt vidimus, & firmat etiam *Ludonic. dec. Luc. 13. n. 3. 4.
Censal. pariter dec. Luc. 64. n. 3.* Nec de actis extrinse-
cis apparet, de malo animo, nec aliquod signum de-
monstratur, vt velit insidiari vitæ illius, ad cuius suc-
cessionem inuitatur. Secus verò, quando votũ induci-
tur, ex dispositione illius, qui viuenti succedere inten-
dit: Nam tunc disponens demonstrat animum malũ,
& prauam voluntatem optandi mortem tertij viuen-
tis, per quam voluntatem apparẽtem, & manifestam,
excluditur præsumptio bonitatis, & leges de eo non
possunt non præsumere omnia mala, vt optimè com-
probat, *Bologn. d. l. fin. n. 25. vers. vndè quarto, Pist. dict.
lib. 4. q. 2. num. 5. circà finem, Borcholten. de pact. cap. 5.
num. 69.* Igitur non mirum si *in §. fin autem formidolo-
sus, Inst. de pupill. subst. & in l. Fideicommisso 11. Cod. de
Transact.* nõ curent legislatores, vt quis possit capta-
re alterius mortem: Nam licèt honoratus habeat
causam desiderandi mortem grauati, cùm, per eius
mortem ipse sit consecuturus hæreditatem, vel alias
res, tamen votum non fuit inductum, ex dispositione
ipsius grauati, qui sperat succedere, sed ex dispositio-
ne testatoris, qui vult sibi, & alijs succedi certo mo-
do, & propterea ibi actus valet, & sustinetur, vt per-
bellè ratiocinatur etiam *Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. n. 33.
Fachin. cons. 31. nu. 15. vers. quintum argumentum cum
tribus vers. seqq.*
Et ex his tradi potest regula generalis, quod votũ
captandæ mortis, non semper faciat actum, contra
bonos mores, & reprobatũ, sed tantùm quando indu- 27
citur votum ex facto ipsius, qui vult acquirere.
Vltra quam quod alia ratio tradi potest, quod ibi
valeant dispositiones, licèt inducant votum captandę
mortis, quia interuenit consensus illius, de cuius agi-
tur hæreditate, quia hæres, vel aliter grauatus à testa-
tore dicitur consentire grauamini, acceptando onus,
argumento desumpto *ex §. hæres quoque inst. de oblig.
quæ ex quas. contract. nascuntur Bolognett. dict. leg. fin.* 28
num. 25. circà finem.
Firmato igitur non valere conuentiones, in quibus
de hæreditate tertij viuentis actũ fuit, ac pariter viso,
quòd optima sit ratio annullatiua huiusmodi pacti,
illa dumtaxat, quod sint cõtra bonos mores, ob votũ,
quod præseferunt inductiuũ captandæ alterius mor-
tis, nec non ob malitiam, quam ostendunt paciscẽtes,
cogitando de morte proximi, ante tẽpus. Refutanda
est nonnullorũ opinio existimantium, hæc pacta im-
probari, quia tollunt liberam testandi facultatem 29
vt *Decian. resp. 48. numer. 10. lib. 2.* Vel quia duo

tantum sunt modi succedendi à iure nostro introducti, nempè, vel testamentum, vel secundum leges ab intestato, non autem potest succedi per pactum, vt exi
30 stimauit *Decian.d.resp.48.n.23.lib.2.* ac alij à me adducti supra *cap.2.*

Neutra enim harum rationum subsistit, vt obseruat *Hartm. Pist. lib.4.q.1.n.5. vers. neque enim.* Non illa, quòd duo sint modi succedendi, &c. quia, cum pactū, de quo agimus in eum euentum concipiatur, quo hæreditas ad vtrumque, vel alterutrum paciscentium peruentura est, vtiquè, hoc casu, contingente, non pacto, sed lege ipsa, vel ex testamento, vel ab intestato transfertur hæreditas, sic pariter docet, *Hunn.de Pact. cap.5.quæst.2. vers. non refragatur.* Non altera, quod impediatur, per has conuentiones libera testandi facultas: Nam pactum inter tertios factum non impedit, quo minus Dominus rei pro libito, de bonis testari possit, *Hunn. vbi suprà d.versicul. non refragatur, Hartm.Pist.d.nu.5. vers. cum multò, Bolognett. d.l.fin. n.11.l.de Pact.* cetera vide superius *d.cap.1.& 2.*

Sit igitur pro constanti, annullari pacta de hæreditate tertij viuentis, ex duobus. Primò, quia inducunt votum captandæ mortis. Secundò, quia improbum est, de bonis viuentis præmaturè de ipsius morte cogitando disponere.

Quæ ratio, vel causa ex his sit principalior, quæri-
31 tur à Doctoribus. Primam extollit *Decia. dict. §. fin. num.15. vers. sed tamen aduertendum*, vbi monet aduertendum, quod ratio, quæ ponderatur in fine legis, non est ratio principalis, quia illa verba dicta sunt, retento eodem Themate, quod in pacto esset votum captandæ mortis, illa, enim, verba ad supradicta referuntur; Nam, remoto voto captandæ mortis, pactum deberet valere: quia de rebus alienis licet paci-
32 sci absque Domini voluntate *l. rem alienam ff. de contrah. empt.* Et quia dispositio confertur in tempus habile, post mortem, ideò deberet valere *l. in tempus, ff.de hæredit. Inst.* Sed solum vitiatur, quia à principio continet votum captandæ mortis, &c. quem sequitur, *Bolognett. d.l. fin. Cod. de Pact.num.23.vers. tertia ratio*: vbi, quod hæc est principalior, & substantialior ratio, quia alij sunt effectus istius rationis.

Sed alteram potiorem, & principaliorem indicauit *Didac. in rub. de Testam.p.2.num.15.vers. secunda opinio*, ac alijs in locis relatis per *Hartm. Pist. dict.lib.4. quæst.2.num.5.versic. quia imò*, quibus addo *Carleual.*
33 *in apolog. ad decis.87. Rouit. numer. 13. circa finem* vbi, quod principalior ratio, cur prohibeatur pactum super patrimonio viuentis, non est præsumptio voti captandæ mortis, sed turpitudo eius, qui nimirum auidè, præmatura cogitatione sollicitus est, vt disponat de bonis, ad quæ nullum ius habere potest nisi post mortem alterius. Et ab hac opinione nequaquam ego discederem, ex pluribus.

Primò, quia hanc tantum rationem considerarunt I.C. in eorum responsis, nulla facta mentione periculi captandæ mortis, vt legitur, *in l. quidam in iure §. fin. ff. de donat. leg. 2. §. interdum ff. de vulg. & pupill.* quas affert *Pist. vbi suprà nu.5. vers. tum quia*, quibus addo *l.ita tamen 27. §. à patre, ff.ad Sen.Cons. Trebell.* ibi, *cogendus non est viuo pupillo patris hæreditatem adire; primum quia sub fideicommissi conditione datum est, deindè quia non probè de hæreditate viuentis pueri agitur.* Et si hæc causa, tamquam principalior à Iuris Cons. in eorum responsis assignatur, eo magis erit attendenda, quia dubium non est, quod accuratius iura perpenderint I.C. in eorum responsis, quam Cæsares in rescriptis. Vbi pro libito, & quauis occasione moti iura promulgabant, quo argumento vtitur *Hartm.Pist.in mox citato num.& vers.*

Secundò, quia non omnia pacta, in quibus subesse potest periculum captandæ mortis, improbantur, vt ostendit, *Did.in d.par.2.de test.nu.15. relatus à Pist. vbi* 34
supra vers.tum quia non, & latiùs *Ricch. de Vnion. prol. d.cap.3.nu.25.alias*, vt ipse effatur, *Ricch.* tota materia testamentorum, fideicommissorum, legatorum, substitutionum, successionum ab intestato, donationum causa mortis vnico quasi ictu præcisa cōciderent; Sed illa tantum, quæ cum ista turpitudine sunt coniuncta, vt supra satis probauimus.

Vlteriùs, quia huiusmodi periculum captandæ mortis, ex eo eliciunt leges, quod quis non vereatur spem, tam improbam, de bonis alterius viuentis, & ignorantis adeò præmaturè cōcipere, vt probant verba *d.l.fin.vers.sed nobis. Huiusmodi pactiones odiosæ videntur, & plenæ tristissimi, & periculosi euentus.* Et tradens rationem ait. *Quare enim quodam viuente, & ignorante de rebus eius quidam paciscentes conueniunt?* Sequitur ergo hanc turpitudinis obseruationem alterа potiorem esse, attenta regula. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis *Hart, Pist. vbi supra antè* 35
nu.6. & quod ius potentius dicitur in causante, quam in causato *l.digna vox C.de leg.Castren. cons.421. lib.2.* 36
vers.non obstat, vbi quod disposita in causante magis procedunt in causato, *Tusc.lit.C.concl.138.num.1.Barbos.axiom.Iur.41.num.28.circa finem.*

Tandem, quia etiam in casibus, in quibus non cadit huius periculi consideratio pacta ista ob turpitudinem, quam in re habent improbantur, vt in progressu materiæ notum erit.

Probauimus igitur minimè valere pacta super tertij viuentis inita hæreditate, eò quia contra bonos mores existimantur, tam propter votum captandæ mortis, quod inest, in hisce conuentionibus, quam ob malam præsumptionem, quam capiunt leges, de illo, qui audet nimis citò cogitare de morte alterius, pro consequendis bonis, & hæreditate eiusdem. Et vidimus insuper hanc vltimam rationem potiorem principalioremque esse altera.

Quapropter his præcognitis, faciliùs argumenta pro validitate pacti, in initio capitis relata diluere poterimus, ad ea prosternenda descendamus.

Ad primum, vbi dictum fuit hanc non esse conuentionem de hæreditate viuentis, cum differatur ad casum mortis: Respondetur; imò dici conuentionem super hæreditate viuentis, attento, quod, existente conditione, conuentio retrotrahitur, ad tempus vitæ ipsius, quo tempore facta fuit, & ad illud reducitur, *l.qui* 37
Balneum, & l.potior, ff qui pot.in pignor.habeat. & l.quæ sub conditione, ff.de solut. & non potest negari, quin, in tali conuentione cogitauerit, de morte viuentis, & eam desiderauerit, atque adeò, quin causetur votum captandæ mortis, & quædam suspicio insidiandæ eius vitæ, contra bonos mores, vt ponderant *Vuessembecc. in repet.d.l.fin.num.9. & Bolognett.pariter ibidem num. 16.vers.non obstat*; Et licet conditionaliter, quis possit promittere bona, hoc, tamen, contingit, quando conditio nihil habet turpitudinis, nec bonis moribus aduersatur, sed hic ipsa conditio improba est, de morte viuentis, concepta, nam naturaliter, & non interuenientibus insidijs diutiùs viuere possent illi, quorum bona promittuntur, quam ipsi contrahentes, quare meritò conditio turpis, & improba pactum sustinere 38
non debet *l.inter 83.§.sacrum, ff.de verb.oblig.*

Et per hanc rationem remouetur aliud obiectum, quod valet stipulatio, & conuentio de re aliena in casu, quo possit effici sua, per cōtractus inter viuos; quia licet vera sit hæc regula, tamen locum habet, quando non inducitur spes tristis euentus, quia, si induceretur, adhuc esset reprobata conuentio vt *ex d.§.sacrum*: arguit *Bolognett.vbi supra*, meritò non obstat.

Secundum tollitur animaduertendo, quòd licet spes possit

possit deduci in contractum, id tamen, vt *Bolognett.*
39 monet *d.l.fin.nu.5.* restringitur, quando, per eam speratur aliquid odiosum, vel tristis euentus, nam tunc conuentio reprobatur, & exemplificat in eo, qui deducit in contractum spem, quod homo liber efficiatur seruus, vel res sacra efficiatur prosana, vel quid simile *d.l.inter stipulantem, §. sacram, & §. 1. Instit. de Inutil. stipul. & §. non solùm Instit. de leg.* quod meliùs ostendit etiam Doctissimus *Melch. de Valent. tract. 3. cap. 2. de Fid. Hæred. num. 7. & 8.* vbi ait, quod, *licet futuræ res, & quæ licet, non sint, esse tamen sperantur vendi, pignorari, legari, promitti q; possint, veluti fructus & partus futuri, item captus piscium, vel auium; tamen in ijs omnibus speciebus tacitè ea inest conditio, quæ si æstimatur nihil aduersus bonos mores contineat, veluti si nascentur, si fuerint l. 1. §. vlt. ff. de condit. & demonstrat. l. cum illud 25. §. 1. ff. quand. ius leg. ced. At in hæreditatis venditione, vel in alio contractu conditio quæ inesse videtur contrà bonos mores est, cum mortis spem, & votum contineat; nefas autem sit huiusmodi casus expectare l. si in emptione 34. §. liberum, ff. de contrah. empt. aduersamque fortunam sperare hominis liberi nec ciuile, nec naturale sit, ideò contractus de futura successione improbantur, non cæteri.*

40 Ad tex. in *d.l. 2. §. 2. ff. de hæred. vel act. vend.* vbi videmus eum, qui pupillo substitutus est posse vendere hæreditatem pupilli, etiam viuo eo, pondetando dictionem, *Maximè*, si iam delata sit, quæ eius naturæ est, vt exprimendo casum minùs dubitabilem eum includat, de quo maior erat dubitatio; Respondet *Bartol. ad d.l. fin.* quem sequitur *Bolognett. num. 90.* ideò ibi permitti venditionem hæreditatis pupilli, quoniam principaliter hæreditas testatoris defuncti vendita erat, & in consequentiam tantùm, siuè accessoriè de pupilli etiam hæreditate vendenda, actum fuerit: Indè limitans prohibitionem *d.l. fin.* vt locum non habeat, quando accessoriè tantùm de hæreditate viuentis actum fuerit. Sed hæc solutio non placet *Hartm. Pist. d. quæst. 1. num. 17.* Quia aduersatur, ex diametro verbis *d. §.* dum ibi disertè dicitur aliam esse pupilli hæreditatem, aliam testatoris defuncti; Nam ex his verbis saltem dignoscitur minimè hanc pupilli hæreditatem, pro accessoria haberi, sed vtramque æquè principaliter considerari, vt cognouit etiam *Curt. Iun. d.l. fin. num. 27.* Nec est credibile eum, qui hæreditatem defuncti vendidit, sub eodē verborum inuolucro etiam pupilli viuentis, ità hæreditatem vendidisse, vt hæc accessoriè tantùm vēdita censeri possit, vt animaduertit *Alciat.*

Quapropter aliam *Fulgos. & Aretin.* in explanatione *d. §.* amplectitur, quod ex verbis illius §. minimè appareat, viuente pupillo hæreditatem venditam fuisse, sed eo defuncto. Neque, enim, dictio, *Maximè*, necessariò viuere pupillum denotat, sed non esse delatam hæreditatem, quod, mortuo pupillo, potest varijs casibus contingere *l. is qui hæres, ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. delata de verb. signif.* idque etiam probare asserit *Curt. Iun. num. 28. & Alciat. d. l. fin,* quibus adiungit, *Hartm. filius in addit. lit. M, Dauth. d. l. fin. num. 118.* necnon *Morl. in Empor. iur. tit. 3. in princ. num. 50. Vnn. de Pact. cap. 5. vers. ad primum, Capon. de Pact. qu. 47. num. 4. post med.* vbi ait, *etiamsi dictio* (Maximè) *habeat vim implicandi, non per hoc sequitur de hæreditate viuentis nondum delata, sed futura, pactum esse factū; Siquidem etiam impuberis defuncti hæreditas licet nondum sit delata, vendi potest, puta si vendatur pendente conditione, super qua hæres substitutus est impuberi.*

Et in omnem euentum, quatenus *Fulgosij* intellectus, & sequacium non subsisteret, multa possent, pro responsione accommodari, videlicet, quod licet dictio *Maximè*, sit de sui natura implicatiua, nihilominùs nō
41 habet vim implicandi, quoties ex implicatione aliquod absurdum sequeretur, *Hunn. de Pact. d. cap. 5. vers. ad primum, Capon. eodem tract. d. quæst. 47. nu. 4.*

Vel, quod non semper denotat implicantiam, sed aliquando, *Interdum*, significat, vt placuit *Hunn. in loco proximè cit. & Capon. d. n. 4. circa med. Barbos. de dict. dict. 197. circa finem.* 42

Et plerumque significat alias idem non esse, quasi quod idem valeat, ac *vtique*, *Brisson de verb. signif. in verb. maximè*, quem affert & sequitur *Hartm. Pist. vbi supra num. 18.* & nonnunquam ponitur, pro taxatiuā *tantum*, vt congestis auctoritatibus scribit *Barbos. d. dict. 197. num. 7.* 43

Meritò concludit *Bolognett. d. nu. 18.* quod hoc non voluit Iurisc. vt non delata hæreditate pupilli illa vendi potuisset, sed tum demū si delata fuerit, & omnium meliùs comprobat assumptum *Borcholt. de Pact. cap. 5. num. 69. vers. hoc ampliùs non obstat*, cuius verba non pigeat perlegere. *Non obstat*, inquit, *l. 2. §. illud potest quæri de hæred. vel act. vend. Nam cum Vlpianus ibi docet in venditione hæreditatis etiam venire hæreditatem Impuberis cui venditor substitutus erat, si hoc actum sit maximè si iam delata impuberis hæreditate venierit hæreditas, particulā, maximè, non ità accipere oportet, quasi aliàs & non delata impuberis hæreditate, idem non sit, sed quæri aliàs idem non sit, vt, maximè, tantundem valeat quod vtique, & sensus hic erit; Vendita hæreditate venit in venditionem etiam impuberis hæreditas si hoc actum sit; maximè, hoc est, vtique, si iam delata fuerit hæreditas.*

Ad titulum, *de hæreditate vel act. vend.* dicimus ibidem tractari de hæreditate iam delata, non de futura successione, delata verò vendi potest, quia, per eam, occasio non datur insidiādi vitæ, cum præsupponatur mortuus ille, de cuius agitur hæreditate. *Hunn. de Pact. d. cap. 5. vers. ad tertium, Borcholt. eodem tract. n. 69. vers. non obstat similiter, Capon. de Pact. d. q. 47. nu. 5.* 44

Sicuti idem responderi potest *ad tex. in l. nam hoc*, dum ibi agebatur de hæreditate iam delata viri defuncti, de cuius tamen hæreditatis viribus nihil certi constabat, & talis emptio dicitur valere, adeout, si multū sit in hæreditate, cedat commodo emptoris, si parū, aut nihil emptoris est detrimentum, ipse enim vires hæreditatis ignorat, & quasi spem hæreditatis emit, hoc est, emit hæreditatem, sperans in ea multum esse.

Et consimilis responsio accōmodatur *ad l. si iactum retis*, nam vt diximus, suprà non est prohibitum deducere in stipulationem, spem, quā super aliqua re habemus, nisi quatenus ex ipsa conuentione nascātur mali mores, aliàs secus, vt optimè *Bolognett. d. l. fin. nu. 3. & seqq. & meliùs n. 21. vers. sed tamen,* vbi dicit quod multis casibus spes ista potest deduci in contractum, & quod pactum de hæreditate viuentis valet, & tenet ex natura rei deductæ in conuentionem, nec ipsa res prohibetur ex se deduci in contractum, sed solū per accidens, vt quando inducitur votum captandæ mortis.

Ad tertium argumentum desumptū *ex l. si quis seruum, ff. de act. empt.* vbi venditor stipulatur emptori, se restiturum, quicquid ex successione ad eū perueneritt &c. vel potest responderi cū *Capon. d. tract. de Pact. q. 47. n. 7.* quod ibi pactio ideò valet, quia est de hæreditate non acquirenda, sed conseruanda; Tales enim pactiones, de iure, valent, quia fiunt super iure paciscentis proprio, non verò super iure alieno, qui, enim, paciscitur hæreditatem eandem sibi restitui, quæ, de iure, remoto pacto, deberetur de iure proprio sibi cōpetente, paciscitur, & ob id non potest dici promissa hæreditas, contrà bonos mores, quia iam per se, iure debetur. Hæc tamen responsio mihi nō satisfacit, quia vt inferiùs dicemus; pacta huiusmodi minimè valent, neque de hæreditate conseruanda; nec dicatur hic paciści, super iure proprio non alieno, quia imò potiùs,

quod ſuper alieno paciſcatur, mihi videtur in confeſſo; Nam ſtatim atque ſeruus venditus fuit, hæreditates, quæ ipſi in poſterum debentur, ſpectant emptori, non venditori.

Quarè mihi magis arridet alia ſolutio, ad hanc *legem, ſi quis ſeruum*, vt ibi valeat pactum, quia fit ex neceſſitate præcedentis contractus venditionis, contrà
46 cuius fidem venditor fecit ſeruum manutenendo, & ideò meritò dictam cautionem præſtat *Borcholten de Pact. d. cap. 5. nu. 69. verſ. non obſtat, l. ſi quis ſeruum*; hic maritus, qui ſeruum dotalem manumittit, cauet vxori, ſe reſtituturum quicquid ex bonis liberti ad eum peruenerit *l. ſi conſtante*, §. *ſi vir, ff. ſolut. matrim.* quia licet ſeruus dotalis, in bonis mariti ſit, mulieris tamen eſt *l. quamuis de Iur. dot.* Et clarius id explicat *Bolognett. d. l. fin. nu. 16. circa finem*, dum ait, quod *in d. l. ſi quis ſeruum*, præceſſerat conuentio, propter quam tenebatur facere illud pactum: vndè non videntur inducti ad paciſcendum, propter votum, ſed propter obſeruantiam promiſſorum.

Lex verò 16. *de Pact. & 11. de Tranſact.* diſponunt valere ibi conuentiones, quia potius in hypotheſi, de qua agitur, tollitur occaſio captandæ mortis, quàm interueniat; Nam, de hæreditate fideicommiſſaria, quæ non abſolutè, & ſimpliciter relicta eſt, tractatur, ſed de ſub cōditione, ſi hæres rogatus, ſinè liberis moreretur, aut, ſi priùs è rebus humanis excideret, quā is, cui fideicommiſſaria hæreditas relicta erat. Cùm igitur daretur occaſio fideicommiſſario mortem hæredis ſcripti, optandi, expectandi, vel captandi, pacto contrario, quo hæres cum fideicommiſſario paciſcitur, vt accepto ſextante, hæreditatis fideicommiſſum non proſequeretur, ſi fortè ipſe heres ſine liberis mor-
47 tuus fuerit, vel priùs è vita decederet; ea propter, cum non detur occaſio captandæ mortis alterius, ſed potiùs tollatur, eas valere pronunciarunt tranſactiones, & alios contractus, vt benè perpendit *Hunn. vbi ſuprà verſ. ad quintum*, quem tranſcribit, eo tamen non citato, *Capon. de Pact. d. quæſt. 47. num. 20.*

48 Quod verò, quarto loco, fuit deductum ex *l. quidam cum filium de Verb Oblig.* non facit ad rem, quia ibi non apertè agitur de ſucceſſione hæreditatis, nam Titius non promiſit eum hæredem ſcripturū, & quamuis ex ſtipulatione tacitè contineatur; non turbat; quia ſufficit, vt apertè de hæreditate actum non ſit. Nam in iure multa tacitè fieri permittuntur, quæ expreſsè prohibentur *l. nonnumquam contingit, ff. de con dit. & demonſtr. Capon. in loco mox cit. num. 10. circa fi*
49 *nem, Borcholt. vbi ſuprà cent. 1. aſſert. 30. verſ. quartò opponit.*

Præterea loquitur illa *Lex*, extra terminos propoſitæ quæſtionis, nempè ſuper hæreditate illius, cum quo fit pactum, & nos de ea pactione loquimur, quæ fit inter duos ſuper hæreditate alicuius tertij.

Tandem ad vltimum argumentum deſumptum ex
50 *l. 3. §. de illo quæritur, ff. pro Socio*: reſpondet *Vnn. & Borcholten vbi ſuprà, ille verſ. ad 7. reſpondetur, hic d. aſſert. 30. verſ. opponitur*, illic agi de hominis incerti hæreditate, adeoque valere, cum non detur occaſio captandæ mortis, & id denotant verba, *ſi qua iuſta hæreditas*, de qua re inferiùs.

Non obſtantibus igitur oppoſitis, in contrarium remanet indubitata ſupraposita concluſio, quod pacta de hæreditate tertij viuentis non valeant iuxtà diſpoſita *in d. l. fin. C. de Pact.*

Et nihil refert, ſiuè de conſeruanda, ſiuè de diuidenda, vel amittenda hæreditate tertij agatur, nam, quocumque caſu conuentiones reprobantur à legibus,
51 quia de hæreditate viuentis, adhùc eo ignorante, improbè ſolieiti ſunt paciſcentes; ob idque, cum eadem ſubſit prohibitionis ratio, eadem, & iuris, debet eſſe diſpoſitio, optimè *Bolognett. d. l. fin. nu. 11. verſ. & ideò*, & meliùs *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. nu. 6. Barboſ. ſuper d. l. fin. nu. 6. verſ. pacta itaque.*

Et licet in caſu, vbi de amittenda hæreditate tertij, non poſſit illi, qui renunciat, captandæ mortis votum imputari; alter tamen, cum quo paciſcitur, incidit in eandem prohibitionis rationem, optimè, *Hartm. Piſt. vbi ſuprà num. 6. verſ. nam etſi*, latiùs *Hodiern. contron. lib. 1. cap. 28. nu. 10. Capon d. tract. de Pact. cap. 49. nu. 6.* Et non poteſt eſſe, de non ſuccedendo, ex parte vnius, quod non ſit de ſuccedendo, ex parte alterius *Bologn. d. l. ſin Fulgoſ. conſ. 177. nu. 2.* quos refert *Hodiern. d. cap. 28. nu. 10. Surd. conſ. 480. num. 21.* Imò ex parte ipſius, qui renunciauit etiam ſubeſſe turpitudinem obſeruat *Bolognett. vbi ſuprà*, ex eo quod ipſe donans, ſeù renuncians, tanquam ab indigno hæreditate priuatur *l. 2. ff. de his quib vt Indign.* & obſeruauit etiam, *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. nu. 52.* *Neque ſane mirum*, (vt loquar cum *Hartm. vbi ſuprà*) *cum de bonis adhùc viuentis præmaturè diſponendo non ſatis probam ſuſcipiat curam*, quam potiorem huius prohibitionis rationem eſſe diximus, & de his ſatis, nam alibi de eadem materia differere ſtatui. 52

Inſuper ſciendum eſt, quod, duobus modis fieri poteſt pactum, de quo agimus, nempè, vel inter eos fieri poteſt, qui ſperant ſuccedere, inuicem conueniendo, de modo ſuccedendi, vel diuidendi hæreditatem, vel res hæreditarias eius, in cuius bonis ſuccedere ſperant, vt v. g. Titius, & Sempronius ſuccedere ſperant, in hæreditate Caij, inuicem conueniunt, quod licet Caius aliquem eorum inſtituat, in maiori portione, nihilominùs hæreditas inter eos æqualiter diuidatur, vel quid ſimile. Vel ille, qui ſperat ſuccedere diſponit, de rebus hæreditarijs, vendendo, vel donando hæreditatem, in totum, vel in partem, vel res hæreditarias, vt v. g. Titius ſperat ſuccedere, in hæreditate Caij, & promittit Sempronio eidem reſtituere hæreditatem Caij, quandocumque decedet, eumue Titium hæredem inſtituat, & idem eſt, ſi Titij hæreditatem vendat, vel donet &c. 53

Et, vtroque caſu, pactum regulariter non valet, quia ſemper militat ratio ſuperiùs adducta, quod ſit contrà bonos mores, *Bolognett. d. l. fin. num. 11. verſ. etſi duobus*, & non ſolùm de iure Ciuili reprobatum eſt, ſed etiam de iure Pontificio *cap. nè captanda de conceſſ. Præb. in 6. & cap. 1. & 2. de conceſſ. Præb. in antiquis.* 54 55

Et quocumque modo, quis ſperet ſuccedere alteri pacta nulla ſunt, ſiuè per cognationem, ſiuè per agnationem, ſiuè filiationem ex teſtamento, vel ab inteſtato &c. *Bolognett. d. l. fin. nu. 15.* & latiùs *nu. 22.* Non obſtante quod *d. l. vlt C. de Pact.* loquatur in caſu, quod contrahentes ſuccedere ſperabant per cognationem; nam textus ibidem loquitur per dictionem (*Fortè*) ibi, *hæreditatis ex cognatione fortè ad eos deuoluendæ*, ideò alios caſus non excludit, nam hic, dictio *fortè* denotat contingentiam facti, *Bolognett. d. l. fin. nu. 22. Barboſ. de dict. dict. 127. nu. 10.* & gratia exempli eſt poſita, ideòque regulam non reſtringit §. *hactenus Inſtit. de grad. cognat. Dec. vbi ſuprà l. ſin. nu. 5. Sanch. in Decal. vbi infrà nu. 13.* latè *Barboſ. axiom. 86. num. 2.* Neque finalem cauſam deſignat, ſed impulſiuam *Dec. vbi ſuprà d. l. fin. in princ. Tiraquell. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 10. nu. 1. Menoch. conſ. 272. nu. 55. Barboſ. de dict. dict. 128. nu. 9.* 56 57 58

Quapropter generaliter eſt dicendum, quod quocumque caſu, vel quocumque modo poſſent plures ſperare alienam hæreditatem etiam alicuius extranei, ſi de tali ſpe paciſcantur, & hæreditatem alterius, vel res hæreditarias promittant, talia pacta ſunt nulla, *Bolognett. d. l. fin. numer. 15. & 22.* ibi, *Notandum eſt ibi fortè, quod iſte tex. non ſe reſtringit ad* 59

ſperan-

sperantes succedere ex causa cognationis sed generaliter
intelligitur de omnibus sperantibus succedere ex qua-
cumque causa, vel propinqua, vel remota, ex testa-
mento, vel ab intestato vel qualibet alia causa, propter
quam quis ex morte vnius persuadet sibi posse acquiri
eius bona, quia dictio, fortè, denotat contingentiam fa-
cti, non causam fiaalem &c. Dec. ibidem in principio, Ca-
gnol. num. 26. 27. ibi, Nimirum si idem est in conuentione
facta de hæreditate extranei, ea propter Imperator re-
ctè vsus est aduerbio, Fortè, innuens idem esse in extra-
neis, propterea Imperator hic loquitur de cognatis ra-
tione maioris frequentiæ, ideò non excludit casus minùs
frequentes de extraneis ex regula l. vnica cum gloss. in
verbo sponsam, C. de Rapt. Virg. quod vbi lex ad vnum se
refert gratia maioris frequentiæ non excludit casus mi-
nus frequentes. Hartm. Pist. vbi suprà num. 15. idem
obtinet etiam in pactis extraneis; nam etsi nullam
spem succedendi habeant, nisi tamen sperassent forè vt
instituerentur, vel aliquo casu hæreditas ad eos perueni-
ret sub ea conditione non contraxissent l. si quis locuples
de manum. testam. & cum euenerit ex posteriori euentu
spes præcedens conijcitur. §. sed si Iulianus §. proindè, ff.
ad Sen. cons. Macedon. In quibus ferè verbis descendunt
etiam Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 13. Barbos. d. l. fin.
num. 6. Capon. de Pact. quæst. 50. num. 12.

Sic pariter hæc generalitas militat, ex parte ipsius
conuentionis, vel pacti: quia, quocumque modo,
60 verba concipiantur, vel pactum fiat, est nullum,
quando super re viuentis fit, ità, vt quilibet contra-
ctus, nemine excluso, nullus sit, vt donatio, obliga-
tio, hypotheca venditio, & quid simile, ità iubente
d. l. vlt. C. de Pact. circa finem, Iubemus etenim, ait, ne-
que donationes taliam rerum, neque hypothecas pactus
esse admittendas, neque alium quemcumque contractum
d. l. quidam in iure §. fin. ff. de donat. Bald. d. l. fin. in princ.
de hæreditate tertij viuentis, diuidenda, donanda, hy-
pothecanda, distrahenda, vel alio modo disponenda,
non valet & cæteris omissis antiquioribus. Bolognett.
61 d. l. fin. num. 16. vers. igitur. quæsitum in fine & num. 33.
vers. nemo ampliatur, Dec. ibidem num. 9. Cagnol. num.
12. & seqq. optimè Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 9. ibi idem
obtinere etiam, si inter contrahentes ipsos, non de suc-
cessione agatur, sed contractus aliquis inter viuos cele-
bretur, & propterea, hoc loco, nullam esse faciendam
vim in verbis; an successionem, an verò contractum
inter viuos respiciant, modo de re aliqua, quam ex suc-
cessione in bonis tertij viuentis alteruter percepturus est,
paciscantur &c. Merl. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1.
quæst. 40. latissimè Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 4.
& seqq. Barbos. d. l. fin. num. 15. Capon. de Pact. d. cap.
47. num. 14. Imò quod non tantum in quolibet con-
tractu locum habeat, sed etiam in quasi contractibus
62 optimè Petr. Gilken. d. l. final. num. 18. & latissimè, For-
mosin. ad cap. cum contingat 18. de Iureiur. quæst. 11.
circa finem.

Hinc est, quod licet aliquis possit obligare genera-
liter omnia sua bona præsentia & futura, atque in ge-
nerali hypotheca contineantur, quæ ex viuentis hæ-
reditate, ad se inde peruenerint, non potest tamen
63 specialiter hæreditatem futuram hypothecæ subijce-
re. Et ratio est, quia, quando generaliter hypothe-
cantur omnia bona præsentia, & futura est pactum,
super hæreditate incertæ personæ, quod valet, vt in-
frà apparebit, secus verò, quando specialiter obli-
gantur, latè Bolognett. vbi suprà num. 64. Cagnol. d. loco
num. 66. Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. numer. 5. quem se-
quitur. August. Barbos. super C. d. l. fin. numer. 5. Iul.
Capon. d. tract. de Pact. cap. 47. num. 15.

Tandem, pro coronide, est obseruandum, vt neque
in testamento, quis disponere potest, de hæreditate,
quam sperat, quod probant Sanch. in Decal. d. lib. 7.
cap. 2. num. 8 Capon. vbi suprà quæst. 49. num. 7. ex gene-
ralitate verborum d. l. fin. ibi, cum in alienis rebus con- 64
tra Domini voluntatem aliquid fieri vel pacisci secta
temporum nostrorum non patiatur. Buratt. dec. 639.
num. 16.

Tum etiam, quia à contractibus ad testamenta, &
è contrà valet argumentum, quando in vtrisque est
eadem ratio l. pactum inter hæredes ff. de Pact. l. eum qui
ità in princ. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de leg. Gabriel. cons. 65
85. num. 9 lib. 2 Fusar. de substit. quæst. 379. nu. 14. Man-
tic. de tacit. tom. 1. lib 2. tit. 15. nu. 1. Euerard. loc. argum.
36. ad saturitatem Barbos. ad loca argument. loco 26. à
contractibus num. 3. sed in testamento militat eadem
ratio, cum disponatur de re aliena, absque consensu
Domini, cui succedendum est, & subsit periculum ne
institutus in eo testamento insidietur vitæ illius, in cu-
ius hæreditate successurus est, virtute huius testamen-
ti, ergo &c.

Vlterius nemo potest, de viuentis hæreditate, quam
sperat in suo testamento, vel aliter in contractu dispo- 66
nere, vt tenent nonnulli, quia spes de hæreditate alte-
tius nulla est, dicitur vana, & nullius considerationis,
& non entis nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouin-
cia vers. quoniam, ff. si cert. pet. l. 4. § condemnatum,
ff. de re iudic. Monach. dec. Flor. 56. num. 5. Gratian. di-
scept. 767. num. 7. & 34. Barbos. axiom. iur. axiom. 162. in
princ, cum similibus.

Et quod spes de hæreditate viuentis, non sit in re-
rum natura est tex. in l. post emancipationem 7. §. 1. ff. 67
de liberat. legat. Bartol. in d. l. fin. C. de Pact. Castren. cons.
394. lib. 1. num. 5. vers. præterea, Mantic. de Tacit. lib. 13.
tit. 5. num. 16. Tiraquell. de leg. Connub. gloss. 2. numer. 38.
Gabr. de donat. concl. 1. nu. 76. Hodiern. contron. cap. 31.
num. 28. vbi quod sit quædam potentia, quæ non est
ens, adeout eam præmaturam vocet Iurisconf. in l. fin. ff.
de liber. agnosc. l. lex Cornelia vers. qui nulla bona, ff. de
Vulg. & pupill. optimè Buratt. dec. 233. num. 2. & seqq.
& quatenus diceretur spes, reputatur acerbissima, 68
immatura, vana, non legitima, & improba, l. 2. §. inter-
dum, ff. de vulg. & pupill. Larr. dec. 39. num. 29. Bertaz-
zol. cons. 57. nu. 16. optimè Altograd. cons. 40. tom. 2. nu.
15. vbi allegat Bartol. qui dicit non esse habendam ra-
tionem æstimationis spei successionis in bonis viuen-
tis, quia licet appelletur spes, tamen non est legitima,
ea ratione, quia nullum ius est fundatum, aut radica-
tum in successore sperante &c. & nõ modò talis appel-
latur spes succedendi, in hæreditate cuiuscumque vi- 69
uentis, sed etiam spes succedendi in hæreditate pa-
rentum l. 2. in fine ff. de his quibus vt indign. l. quidam 30.
§. fin. ff. de donat. Vasq. Illustr. quæst. lib. 1. cap. 48. num. 24.
Bertazzol. cons. 57. nu. 4. 5. & seqq. Sanch. in decal. lib. 7.
cap. 2. num. 11. Buratt. dec. 639. numer. 16. Donat. Anton.
de Marin. cap. 43. per tot. lib. 1. Arias de mes. var. cap. 27.
num. 22. lib. 2. Vnde dicitur, quod filius, viuente pa-
tre, nulla bona habeat, benè Hodiern. contron. cap. 31. 70
num. 31. Altograd. cons. 40 num. 16. vbi allegat Bart. in l.
sciendum 15. nu. 12. ff. qui satisd. cog. qui ait, Istam spem
successionis non esse probabilem nec attendendam, & di-
sputato articulo, Ias. in l. is potest num. 14. & seqq. ff. de
acquir. hæred. Gramat. dec. 101. num. 65. 66. Soccin. Iun.
cons. 51. lib. 1. Guid. Pap. dec. 486. Menocch. cons. 77. nu.
5. & seqq. Rot. dec. 241. num 5. part. 5. & dec. 355. num.
2. & seqq. part. 6. & dec. 176. numer. 6. 7. part. 7. rec. Et 71
quod hæreditas, & successio, quæ pendet à futuro
euentu, non sit propriè hæreditas, neque in conside-
ratione habenda sit, tanquam incerta, & variabilis,
l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bonorum l. pretia rerum ad
l. Falcid. cum similibus, & ideò Plato solet appellare
huiusmodi spem somnium vigilantium vt refert Mo- 72
lin. de Hispan primog. lib. 1 cap. 13. numer. 32. & 33. &
cap. 14. nu. 10. lib. 1. quod alij tribuunt Pindaro, & alij.

Ari-

Aristoteli, vt monet *Merlin. Pignattell. cent. 1. cont. cap. 6. nu. 6. & Capon. de Pact. d. cap. 49. num. 7. vers. confirmatur.*

Et ratio est, quia parentes donec viuunt sunt verè Domini bonorum suorum, quæ etiam possunt in ma-
73 re proijcere *Vasq. contr. Illustr. lib. 1. cap. 37. nu. 6. 7. Rot. dec. 355. num. 10. par. 6. rec. Altograd. d. cons. 40. num. 41. Arias de Mes. var. lib. 2. cap. 27. num. 22. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. nu. 8. Becc. consil. 34. nu. 17. Rot. coram Royas dec. 316. nu. 20. & dec. 305. par. 3. rec.*

Vndè, in lege satis est notum, quod, nec etiam, ratione legitimæ, filij, in bonis patris, aliquod ius habere
74 dicantur, *Bald. in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupill. Riminald. Iun. cons. 164. nu. 21. Donat. Anton. de Marin. ref. quotid. lib. 1. cap. 143. nu. 1. Altograd. cons. 43. nu. 4. lib. 2. Faber de Error. pragmat. decad. 12. nu. 8. in fine, Rot. dec. 755. nu. 9. par. 6. rec.* cum similibus; Vndè *Pacian. consil.*
75 *69. tom. 1.* appellat, *spem legitimæ, improbabilem*, & ità docet, *nec re, nec tempore probabilem deberi*, *Capon. de Pact. d. cap. 49. nu. 7. circà medium*, vbi asserit non obstare textum *in l. spem. C. de donat.* vbi habetur, spem futuræ acquisitionis, posse donari. Quia intelligitur de spe probabili, & in iure considerabili, quæ fundatur, in causa de præsenti, vel de præterito, nec pendet ex alterius voluntate, cuius bona sperantur, sed ex futuro euentu fortuito, vt si fiat promissio sub conditione, vel in diem.

Et ideò tenet *Merend. controu. cap. 15. num. 8. lib. 4. Gratian. discept. for. cap. 124. Arias de Mes. d. lib. 2. cap. 27. nu. 23.* quod, si maritus, per statutum, prohibeatur aliquid vxori relinquere, non tamen prohibetur inter viuos ei donare, & ratio differentiæ est, quia donatio
76 inter viuos, fit, eo tempore, quo filius nullum ius in bonis patris habet, quod secùs est, in relictis in vltima voluntate, quæ nonnisi post mortem testatoris effectum suum sortiuntur, quo tempore, ius quæritur descendentibus; Et licet Princeps possit illegitimum legitimare in preiudicium agnatorum, non tamen idem
77 permittitur, post mortem patris, & postquam eis est ius quæsitum *Dec. cons. 269. nu. 8. Gaill. lib. 2. obseru. cap. 142. nu. 16. Arias de Mes. vbi supra nu. 24. Menoch. cons. 442. nu. 7. Rot. coram Merlin. dec. 389.* & latè *in Bononien Fideicommissi de Cæsareis 24. Ianuarij 1663. coram Reuerendiss. Albergato.*

Sic statutum, requirens insinuationem in contra-
78 ctibus mulierum, non habet locum, in renunciatione iuris quærendi, *Buratt. dec. 333. & in Firmana Donationis 7. Iunij 1662. cor. Eminentiss. D. Cardinali Cerro post tract. dec. 88. num. 9.* & de alijs solemnitatibus statutarijs, firmauit *Gratian. disc. for. cap. 132. num. 20. Pignattell. centur. 1. contr. cap. 6. num. 4. Rot. dec. 149. num. 5. part. 12. rec.* licet contrarium teneat, *Franc. Palma cons. 60. & Rot. in Ariminen. Bonorum 22. Iunij 1662. coram R. P. D. Benilaqua post tract. dec. 28. per tot.* de qua re inferiùs plura dicemus, in sequenti libro. Et renuncians omnibus bonis, & iuribus, quæ sperat, vel habebit in futurum, non censetur renunciare his, quæ ex spe priori, quam vanam, & improbabilem appellamus, sperat; sed illis solis, quæ sperat ex spe posterio-
79 ri *Pacian. cons. 132. num. 70. & seqq. Capon. de Pact. d. quæst. 49. nu. 7. circa finem*, sed de his, & similibus quæstionibus commodiori loco agemus.

Et hæc, quæ dicta sunt, vt spes hæreditatis futuræ non possit deduci in contractum, neque in testamentis, de ea quicquam disponere valeat testator, habent
80 locum, in eo, dumtaxat, casu, quod non interueniat consensus illius, de cuius agitur hæreditate, non verò, quando eius interuenit consensus, quia tunc non dicitur spes vana, quæ in commercium cadere non possit, vt latissimè videbimus in sequenti libro.

Hinc est, quod notabiliter dicunt nonnulli, quod licet aliquando dicatur probabilis spes succedendi respectu filij in legitima, talis dicetur non eo respectu, vt de ea possit filius disponere, dum parentes viuunt,
nec consentiunt, sed dicitur probabilis, & approbata 81
à iure, ad eum effectum nè tolli, vel diminui possit illud ius *Alciat. l. fin. num. 41. Barbos. l. post dotem 41. nu. 7. ff. solut. matrim.* quos allegat & sequitur *Capon. vbi supra nu. 8.* & latiùs *Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 9.* Vel quod ea spes succedendi, tantum improbabilis dicatur, quatenus inducat captandæ mortis votum,
aliàs non, quia catenùs solum reprobatur à iure, ab ip- 82
soque interdicitur eius dispositio quatenùs inducitur illud votum, nam aliàs non dubitatur posse vendi, & transferri spem cuiuscumque futuræ successionis; quia eius pretium æstimabile est, nec vllo iure vendi prohibetur, vt in sequenti libro multa ad propositum adducemus.

Probato igitur, quod hæc spes succedendi, non interueniente consensu illius, de cuius agitur hæreditate, nulla, & vana sit, venit in consequentiam, quod non possit, neque in contractum deduci, neque in vltima voluntate, super ea quicquam disponi.

Et hæc omnia verificantur, & locum habent non solùm in vniuersa hæreditate, & successione, aut in
quota, sed etiam in re particulari, vt clara sunt textus 83
verba *d. l. fin. in fine*, ibi, *talium rerum, & alienis rebus.* Et Doctores omnes in explanatione eiusdem loci, & præcipuè *Bolognett. nu. 34.* & latiùs *nu. 67. Cagnol. n. 43. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. nu. 227.* plenè *Hartm. Pist. vbi supra nu. 7. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæst. 40. nu. 14. Rot. dec. 40. nu. 13. par. 4. tom. 2. rec. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. nu. 3. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 20. nu. 7.* Et ratio est in promptu, quia etiam hoc casu, habet locum illa improba sollicitatio vitæ illius, cuius bona sunt *Rot. dec. 40. nu. 13. par. 4. to. 2. rec. Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. nu. 3. Capon. de Pact. d. quæst. 47. n. 13.* vbi latè respondet contrarijs, & contrarium tenen-
tes refellit, latissimè *Formosin. ad cap. cum contingat de* 84
Iureiur. quæst. 12. nu. 2. vbi plures allegat.

Imò etiam, si de re minima actum fuerit, pactum non validatur secundum *Vasq.* quem refert, & sequitur
Hartm. Pist. vbi supra num. 8. quia iura non solum rem 85
in pactionem deductam considerant, sed vitium paciscentis, quod etiam in re parua inspicitur.

CAPVT XVI.

Bona tertij viuentis, super quibus fuerunt inita pacta futuræ successionis, à fisco vindicari possunt. Et non solùm pars in contractum deducta, sed tota hæreditas. Qua occasione quæritur, an, & quando, ex actu nullo pæna incurratur. An in contractu donationis, vel in omnibus alijs conuentionibus habeat locum eadem pæna; Et an procedat contrà minorem 25. annis. Et disputatur vlterius; An fiscus, vel sequentes in gradu succedant in bonis, tanquam ab indigno ablatis: Et an aliquo pacto possit euitari hæc pæna.

SVMMARIVM.

1 *Bona deducta in pactum vbi agitur de hæreditate viuentis pertinent ad fiscum.*
2 *Etiam si agatur de re particulari.*

3 *Pœna non debet esse delicto maior.*
4 *Pactum super vna re non trahitur ad aliam.*
5 *In his quæ legibus prohibentur, non committitur pœna nisi quatenus aduersus eam factum sit.*
6 *Alienare prohibitus si partem alienat non cadit à toto.*
7 *Emphyteuta alienans partem non cadit à toto.*
8 *An hæc conclusio vera sit remissiuè.*
9 *Alienans partem rerum in quibus quis habet vsumfructum, non cadit à toto.*
10 *Sed alij contrarium tenent.*
11 *Alienans partem rei fideicommisso subiectæ non cadit à tota hæreditate.*
12 *Pro delicto circa rem commisso eatenus perditur res quatenus in ea peccatur.*
13 *Paciscens super portione aliqua hæreditatis tertij viuentis cadit à tota hæreditate.*
14 *Rationes ex quibus deducitur talis conclusio.*
15 *Quando aliquid fieri prohibetur, quia contra bonos mores non habenda ratio de fisco.*
16 *Ex actu nullo non oritur pœna.*
17 *Nullum quod est, nullum producit iuris effectum.*
18 *Ex pacto licet nullo, in quo agitur de hæreditate tertij viuentis oritur actio ad fauorem fisci.*
19 *Tex. in l. 1. C. de secund. nupt. explicatur.*
20 *Ex pacto nullo quando oriatur pœna.*
21 *Clericus habens beneficium, si vxorem ducat, priuatur d. beneficio neque ad illud redit, quamuis matrimonium sit nullum.*
22 *Beneficium resignans, eo priuatur, quamquam nulla sit resignatio.*
23 *An pœna indignationis habeat locum in omni contractu, vel potiùs in contractu donationis tantum.*
24 *Quod tantum procedat in contractu donationis.*
25 *Extensio non admittitur in odiosis & pœnalibus.*
26 *Grauius peccat, qui donat res viuentis, quam qui alia pacta facit, vtputà diuisionis, venditionis, &c.*
27 *Causa discordiæ euitandæ excusat à pœna.*
28 *In pœnalibus non fit extensio de casu ad casum neq; etiam ex identitate rationis.*
29 *Nisi sit ob publicam vtilitatem.*
30 *Nequaquam fit extensio, vbi viget diuersa ratio.*
31 *Pœna contrà ineuntes pacta futuræ successionis habet locum in quocumque contractu.*
32 *Vbi viget eadem ratio non fit extensio, sed comprehensio.*
33 *Qualibet dispositio regulatur à causa finali.*
34 *Extensio ex maioritate rationis semper fit.*
35 *Doctores tenentes pœnam indignationis procedere in quocumque contractu, non verò in donatione tantum.*
36 *Huiusmodi pœna non habet locum contrà minorem 25. annis.*
37 *Quod pupillus teneatur ad pœnam indignationis.*
38 *Minores non excusantur pro delictis, quando delictum est contrà ius naturale.*
39 *Quando lex aliquem priuat, tanquam ab indigno eundem non efficit incapacem, sed sibi promissionem acquirit.*
40 *Tertius non potest de indignitate excipere.*
41 *Pacta futuræ successionis non valent in præiudicium fisci, quia fiscus eadem bona in pactum deducta aufert.*
42 *Fisco non opponente sustinentur inter partes secundum aliquos pacta futuræ successionis.*
43 *Bald. ad l. fin. num. 7. & Cagnol. ibidem num. 48. explicantur.*
44 *Pactum futuræ successionis non valet ad fauorem paciscentium, sed in eorum præiudicium, quia fiscus bona in pactum deducta aufert.*
45 *Actus licet nullus, & factus contrà legem valet quoad incurrendam pœnam.*
46 *Io: Bapt. Spada cons. 317. num. 3. tom. 3. reprobatur.*
47 *Non solum fiscus potest opponere de nullitate pacti nostri, sed etiam ipsimet paciscentes.*
48 *Exceptio nullitatis potest à quocumq; opponi, quando nullitas prouenit ipso iure.*
49 *Semel hæres non desinit esse hæres.*
50 *In bonis à paciscentibus, tanquam ab indignis ablatis, non succedunt sequentes in gradu, sed fiscus.*
51 *Nemo debet ex suo flagitio commodum reportare.*
52 *Nemo hæreditatem habere debet, quam scelere acquisiuit.*
53 *Priuatio præsupponit habitum.*
54 *Transmissioni non est locus quando hæreditas non est adita.*
55 *Occidens agnatum succedit in eius hæreditate, sed statim efficitur indignus, adeò vt ipsam teneatur restituere fisco.*
56 *Quando statutum efficit homicidam incapacem successionis occisi succedunt sequentes in gradu, fisco excluso.*
57 *Et pariter fiscus non succedit, sed filius, vel agnatus, quando veniunt ex propria persona non tanquam successores interfectoris.*
58 *Item fiscus succedit, licet adsint pares in gradu.*
59 *Contrà quod pares in gradu fiscum excludant.*
60 *Sed quod eligatur media via est opinio magis vera.*
61 *Pœna indignationis an possit euitari à paciscentibus.*
62 *Quod possit euitari recedendo à contractu antè quam ille de cuius hæreditate agitur decedat.*
63 *Sed à nonnullis impugnatur hæc conclusio.*
64 *Quando dolus est præsumptus semper tollitur præsumptio ex sequenti pœnitentia.*
65 *Pœnitentia admittitur quando delictum non est consumatum.*
66 *Pœnitentia non excusat post delictum commissum.*
67 *Alienans fideicommissum contrà testatoris prohibitionem non potest in præiudicium substituti reuocare alienata.*
68 *Alienans emphyteusin cadit à iure suo licet recuperet alienata.*
69 *Pœnitentia excusat in delictis in quibus post consumationem quis potest deduci in integrum statum.*
70 *Pœnitentia filij ob ingratitudinem à patre exhæredati, efficit, vt exhæredatio non habeat locum.*
71 *Emphyteuta si recuperat alienata, caducitatem euitare potest.*
72 *Præcipuè si res est integra nec fuit præuentus.*
73 *Quod euitari non possit hæc indignationis pœna etiam si paciscentes à contractu recedant.*
74 *Principium cuiusque rei est spectandum.*
75 *Actus nullus rescindi non potest.*
76 *Actus nullus non dicitur actus.*
77 *An possit aliquo pacto euitari pœna indignationis.*
78 *Qui se defert fisco quam partem lucrari possit.*
79 *Defferre quid significet.*
80 *Quæ sit portio quæ competit delatoribus.*
81 *Alij tenent esse tertiam partem.*
82 *Alij dimidiam.*
83 *In casu nostro nullam portionem consequitur, qui se deferat.*

NOn tantum à legibus annullantur pacta, de quibus est sermo, inita super hæreditate tertij viuentis, & ignorantis; sed quod plus est, adeò leges has conuentiones abhorrent, vt quasi verè, & propriè ille, de cuius hæreditate agitur, esset ab eo, qui sperat hæredita-

reditatem, & ſuper ea pacta init, interfectus, eidem
promiſſori rem promiſſam auferunt, tanquam, ab
1 Indigno, & fiſco applicant, ex clara diſpoſitione tex.
in l.auſertur 2.circa finem,ff.de his quibus,vt indign.ibi,
idem erit, ſi quis viui ignorantis bona, vel partem bono-
rum alicuius cognati donauit, nam quaſi indigno aufer-
tur,& concordat tex.optimus in l. quidam 30. & l. ſe-
quenti,ff.de donat.gloſſ.in l.fin. C.de Pact. in verbo Et ni-
hil,vbi Bald.d.l.fin.num.17.Salicet.num.3.Alciat.num.
18.Dec.num.15.Cagnol.num.48.& num.121. Bolognett.
num.40.& num.52.& 74.Fachin.contron. lib.8.cap.72.
in fine,& conſ.31.num.4.& ſeqq.vol.1.Boſſ. in tit.de his
quib.vt indign.num.2.Cancer.variar.reſol.lib.1.cap.6.de
his quib.vt indign. num.16. & ſeqq. Mencac. de ſucceſſ.
creat.§.18.lib.2.num.227. Bellon. de Iur. accreſc. cap.7.
quæſt.54.num.22.& ſeqq.Larath. de Feud. par.11. dilu-
cid.59.num.7.8.Peregrin.conſ.32. num.9. & ſeqq. vol.6.
& de Iure fiſc.lib.2.tit.10.num.2.& ſeqq.Merend.contr.
lib.1.cap.19.num.2.Molin.de Iuſtit. & Iur.tom.3.diſp.
579.num.38.lit.B,Gomez.ad ll. Taur. 22. num. 30. circa
finem,Capon.de Pact.quæſt.29.num.2.Formoſin. ad cap.
cum contingat de Iurciur.quæſt.10. nu.25. Petr. Gregor.
Toloſ.ſintagm.Iur.vniu.lib.41.cap.5.nu.25.

Quod,non ſolum procedit,quando,ſuper tota hæ-
reditate,pacta fiunt,ſed etiam, ſi ſuper re particulari,
2 vt indicant textus ſupracitati verba, inquit enim,
l.quidem, §.1. ff. de donat. Donationes quidem partis bo-
norum proximæ cognatæ viuentis,& l.ſi in fine, ff. de his
quib.vt indign.idem erit,ſi quis viui ignorantis bona, vel
partem bonorum,&c.quod tenent communiter DD.vt
Bartol.Iaſ. Paul. Caſtren. quos refert Bolognett. d. num.
40,circa medium,Dec.nu.5.circa finem, Cagnol. nu.120.
Mencac.d.§.18.nu.223.Pereg.de Iur.Fiſc.d.lib.3. tit.10.
num.2.

Et,hoc caſu,an ſola portio, in ſtipulationem dedu-
cta,amittatur,& fiſco deuoluatur, vel potiùs hæredi-
3 tatem vniuerſam perdat paciſcens,quæri poteſt. Et li-
cet, primo aſpectu, videbatur reſpondendum, quod
tantum portio promiſſa cedat fiſco, non verò hæredi-
tas vniuerſa, nè pęna delicto maior ſit,contrà tex. in
l.reſcriptum,ff.de his quib.vt indign.l.ſancimus 22.C. de
Pæn. vbi habetur,quod pęna ex culpa,& delicto com-
menſurari debet,Mencac.Illuſt.quæſt.cap.8.num.51.Fa-
rinacc.quæſt.par.1.quæſt.4.num.10.Surd.conſ.250. num.
4 10.cum ſimilibus, & ne pactum ſuper vna re ad aliam
trahatur,l.ſi vnus §.antè omnia, ff.de Pact. Et quia, in
his,quæ legibus prohibentur, non committitur pęna,
niſi quatenus aduerſus eam factum ſit l.in depoſiti cum
5 l.ſequenti,ff.depoſiti;Et propterea alienare prohibitus,
6 ſi partem alienet, non cadit à toto, latè Andreol. con-
trou.116.num.1.Caualer.dec.167.num.5.dec.593. num.
6.par.2.& dec.587.num.7.& dec.763.per tot.par.3. rec.
Niſi tamen aliter appareat de voluntate diſponentis
Andreol.d.contron.116.Spad.conſ.232. nu.7. lib.3. Ciar-
lin.contr.43.

Et in terminis emphyteuſis, ſi emphyteuta partem
vtilis dominij alienat, non tamen à toto iure ſuo ca-
7 dit,ſed ſolum à parte alienata Gram.dec.49. num.1. &
ſeqq.Carocc.de locat. Emphyt. quæſt. 4. fol. 92. Honded.
conſ.51.num.34. Mantic. de Tacit. & ambig.tit.28. lib.
22.num.13.Ludouiſ.dec.219.vbi add.cum alijs cumula-
tis per Fulgin.de emphyt.tit.de alienat. quæſt.1. nu.137.
138.& de hac quæſtione;an alienans partem liuelli ca-
dat à toto, plura ſcripſerunt Corbul. de cauſ. priuat. ob
8 alienat.ampliat.42.num.6.Cephal.conſ.139.Gamm.dec.
421.num.2.Mantic.de tacit.lib.22.tit.28.nu.31. Reuert.
dec.326.Hodiern.controu.1.nu.5. Andreol. contr.47. nu.
19.Mart.Medic.exam.55.nu.1.

Sic vſufructuarius amittit vſumfructum illarum re-
9 rum,quas deteriorauit,non totum,& integrum vſum-
fructum Pariſ.conſ.37.num.13.vol.3.Ruin.conſ.48.num.
12.vol.2.Fulgin.de emphyt.de var.caduc. quæſt.2. num.
5.Mart.Medic.exam.55. num.8. alij tamen contrà ſen-
tiunt, vt videre eſt penès Andreol. contr.47. per tot. Ca- 10
ſtil.de Vſuf.cap.24.nu.10.& ſeqq.

Et, per alienationem vnius rei fideicommiſſo ſubie-
ctæ,& alienari prohibitę,alienans,à tota non cadit hę-
reditate,ſed à re tantum alienata,Ludouiſ.d.dec.219.vbi 11
add.Fulgin in loco mox cit.nu.7.

Et facit regula,quod pro delicto circa rem commiſ-
ſo, eatenus perditur res, quatenus, in ea peccatur d. l. 12
reſcriptum,ff.de his quibus, vt indign. l. Paulus, & l.be-
neficios ff.ad leg. Falcid. Rot. d. dec. 219. coram Gregor.
num.3.

Nihilominùs, his minimè obſtantibus, contrarium
fuit reſolutum à Iuriſperitis, quod paciſcens cadat à
tota hæreditate,in qua fiſcus ſuccedit,vt Alciat.d.l fin. 13
C.de Pact.num.34.& Cagnol.num.120. ea ratione quia
d.l.quidam,§.fin.de donat. ei, qui partem bonorum vi-
uentis donauerat, denegandas actiones hæreditarias 14
in totum,ait;neque hæc pęna contemplatione rei irro-
gatur,vt Alciat. obſeruat, ſed ex indignitate eius,qui
contrà bonos mores feſtinauit,& periculoſum teſtato-
ris ſaluti contractum celebrauit, & aliam rationem
aſſignaut Bartol.& Alber.citati à Cagnol. in loco pro-
ximè præcedenti, quod ideò indignitas reſpicit totam
hæreditatem, quia cauſatur ab offenſa perſonæ illius,
ſuper cuius hæreditate eſt factum pactum, à quo tota
hæreditas prouenit, & quæ perſona non potuit, pro
parte offendi, quin tota offenderetur l. vulgaris poſt
princ.ff.de Furt.

Licet ſuprà firmatum ſit hæreditates initas in pacto
ſucceſſorio,de quo agimus, à paciſcentibus, tanquam
ab indignis, auferri, & fiſco applicari, tamen hoc du-
rum videbatur, nam aliàs Imperator, quando aliquid
fieri prohibuit, quia contrà bonos mores fiſci, ratio-
nem non eſſe habendam,ſtatuit, vt eſt tex.in l. 1. C. de 15
ſecund.nupt. ratione adiecta, nè in his, in quibus corre-
ctionem morum inducimus fiſci videamur habere ratio-
nem; ergo pariter dicendum eſt in caſu vbi pactiones
tantummodo prohibentur, quia moribus aduerſan-
tur, vt eſt noſtrum, de quo agitur in præſenti, & pęna
ceſſare debet, nè fiſcus capiat, dum agitur de corre-
ctione morum.

Vlteriùs,ex actu nullo, leges nunquam pęnas irro-
gant contrafacientibus, Bald.l.2. C.de Epiſc.& Cleric. 16
Bartol.in l.filius §.ſi quis bonorum,ff.de leg.præſt.& mul-
tis cumulatis,firmat Olea de Ceſſ.iur.tit.2.quæſt.5.num.
21.& ſeqq.Gratian.diſcept.for.cap.213.num.5.6. Nam,
quod eſt nullum,nullum producit effectum, l.cum pa- 17
ter §.curatoris,ff.de leg.2.l.4.§.condemnatum,ff de iudic.
l.non putauit, §.non quæuis, ff. de bonor. poſſ. contr. tab.
Surd. dec.40. num. 8. Barboſ.axiom. iur.axiom. 164. in
princ.Olea d.tit.2.quæſt.5.num.30. Sed pacta,de quibus
nunc agitur,ſunt, ipſo iure, nulla, & inualida, vt patet
ex textu d.l.fin.in fine, dum dicit, omninò huiuſmodi pa-
cta refelli,ergo ex talibus pactis nullis, & inualidis pę-
na priuationis incurri non debet.

Quicquid tamen opponatur, vera eſt contraria ſen-
tentia, quod ex hiſce inutilibus ſtipulationibus, ori- 18
tur actio,ad fauorem fiſci, qua vtitur ad vindicanda
bona à paciſcentibus,tanquam ab indignis, vt dictum
fuit.

Nec turbat tex.in d.l.1.C.de ſecund.nupt.quia,omiſ-
ſis reſponſionibus huic legi accommodatis ab Aretin.
& Dec.allatis per Cagnol.d.l.fin.num.121. verſ. Areti-
nus, hic (non tamen ab eodem Cagnolo approbatis) 19
ac à Peregr. de Iur. Fiſc. d. lib. 3. tit.10. numer. 4. circa
finem.

Dici poteſt, cum eodemmet Cagnol. quod quia hu-
iuſmodi conuentiones, non ſolum veniunt contrà bo-
nos mores, ſed etiam contrà ius gentium, vt ait tex.
d.l.qui-

d.l.quidam in fine, & tales pactiones sint valdè odiosę,
cum liberi hominis expectetur mors, inducatur vo-
tum captandæ mortis, & disponatur de bonis alienis,
sub spe futuræ successionis, contra Domini volunta-
tem, contineantque quandoque occasionaliter pec-
catum, & detur materia delinquendi, propterea, se-
uerius agendo, voluit lex hæreditatem,& bona, super
quibus facta sunt talia pacta, per fiscum vindicari
posse; & quamuis vtrobique agatur de correctione
morum, termini pares non sunt, sed dispares, &
maius odium versatur hic, quàm ibi, ideò non est mi-
rum, si diuersum ius constituatur. Quod etiam voluit
ostendere *Fachin. d.cons 31. num. 14. lib. 1.* vbi ait ca-
sum *d.l.prima, C.de secund.nupt.* specialem esse, & lon-
gè ab hoc nostro diuersum, vt declarat *Bartol.ad l.pri-
mam, ff.de his,quib. vt indign.* & scribit *Dec.ad l.vlt. C.
de Pact.* etiam in casu *d. l. prima, C. de secund. Nupt.*
futurum esse locum confiscationi, nisi Imperator vl-
teriùs processisset, prohibendo, scilicet, confisca-
tionem.
Nec dicatur, quod ex actu nullo non infligitur pœ-
na, quia hæc conclusio procedit, quando actus est
nullus, ratione formæ, vel alterius omissæ solemnita-
tis: quo casu, licet pactum non sustineatur, tamen
20 paciscentes non puniuntur; Non verò, quando actus
est nullus ratione turpitudinis, vel quia contra leges
factum fuit, quia eo casu, licet pactum sit nullum,
quatenus concernit commodum eorum, qui id gesse-
runt, tamen quatenus ad eorum incommodum, &
præiudicium, vt puniantur, valet, *Roman. consil.483.
num.5. & seqq.* latissimè *Tiraquell. de Retract. lignag.
§. 26.gloß.2. num.8.9. Gratian. Discept. for. d. cap.213.
num.8. & seqq.* & optimè etiam distinguit in materia
*Olea de Ceff.iur.& act.d.tit.2.quæst.5. num.36. Ciarlin.
contron. lib.1.cap.43. num.35. & seqq.* exemplum tra-
ditur de Clerico, qui, si (in minoribus constitutus,
& beneficium obtinens) contraxerit matrimonium,
quod postea comperta consanguinitate in gradu
prohibito, aut alia ratione appareat nullum esse, non
potest redire ad suum beneficium *Anchar.cons.34.nu.
10.Innocent.in cap.cum in nostris de Concess. Præb. Cra-
21 uett.cons.191.num.7.Paris.de resign.benef. lib.3. quæst.
14.num.2.Garz.de benef.par.11.cap.8. num.14. Donat.
Anton.de Marin.cap.60. lib.1. Gratian. discept. cap.5.
num.29.Ricciull.de Iur.Person.cap.72. num.32. Barbos.
in cap.si quis de Cleric.coniug.nu.8.Olea d.tit.2. quæst.5.
num.9.*
Et licet non valeat renunciatio beneficij si in ma-
22 nibus superioris non sit facta; tamen renuncians be-
neficium non potest repetere. Et quamquam renun-
ciatio beneficij simoniacè facta nulla sit, *cap. super
hoc de renunciat.* valet tamen in præiudicium renun-
ciantis, vt de his omnibus plenè *Donat. Anton.de Ma-
rin.cap.308.num.4.lib.1.Olea d.tit.2.quæst.5.num.3. &
seqq.dec.322.par.11.& dec.177. num.8. & seqq. eadem
par.11.rec.* Et ad propositum nostrum, quod valeat, in
præiudicium paciscentis, pactum nostrum, licet nul-
lum sit in se, ea tantum ratione, quia à principio est
nullum, & reprobatum à lege *Bolognett. d.l.fin. nu. 40.
circà med.Cagnol.ibidem nu.49.& nu.122.post medium,*
& optimè *Fachin.cons.31.nu.15.vers.respondemus enim
lib.1.*
Sed, admisso, ex supranarratis, quod hæc pęna mi-
litet contrà eum, qui de tertij viuentis hæreditate
stipulatur; tamen non idem est iudicandum, de om-
23 nibus pactis, & conuentionibus, super viuentis hære-
ditate initis, sed tantum, de contractu donationis, non
item aliorum, vt permutationis, venditionis, partitio-
nis &c.
Quod probant tex. suprà pro hac parte allegati in
24 quibus, (nempè *in l.quidam §.1.cum l.si in fine, ff. de his
quib. vt indign.l.quidam §.1.cum l.sequenti, ff.de donat.*)
tantùm disponitur, quod hæreditates, tanquam ab in-
digno donatori auferantur; Vndè loquentes tantùm
de donatione, leges de materia tractantes extendi non
debent, ad alios contractus, præcipuè, quia versamur
in odiosis, & pęnalibus, in quibus non est permittenda
extensio de donationibus viuentis hæreditatis, ad
eos, qui alias paciscuntur *cap.odia de reg.iur.in 6.l. in-
terpretatione, ff.de leg. Dec.cons.414.num.11. Surd.dec.* 25
*56.num.4.Merlin.Pignatell.controu.for. cent. 1. cap.47.
num.7.& seqq.* Quapropter hanc opinionem, quod
tantum in donatione, pęna, de qua loquitur, proce-
dat, non in alijs contractibus, firmauit *Merend. contr.
for.lib.1. cap.19. num.4. & seqq.* Qui vlterius animad-
uertit, quod, quando Iustinianus, ex professo, legem
de hisce conuentionibus condidit, vt rem ab antiquis
non satis expositam dilucidè explicaret, nè verbum,
quidem, de huiusmodi pęnis fecit, quod certè non prę-
termisisset, si voluisset huiusmodi pęnis subijci omnia
pacta, in genere; nam in legibus antiquis minimè con-
tinebatur, licet de huiusmodi re tractaretur, proindè
necessarium erat, vt particulari sanctione constituere-
tur, in pęnis enim constituendis, quando actus per se
non est dignus tanta pęna, lege opus est, quæ pęnam
decernat.
Eoque minùs ab hac opinione est recedendum,
quia, vt monet ipse *Merend. vbi suprà num. 6.* grauius 26
peccat, qui donat res viui, eo inscio, quam faciat is,
qui pacta conscribit, super diuisione, vel permutatio-
ne eorum, & licet causam non assignet huius diuersi-
tatis, tamen forsan illa potest esse quæ affertur á *Ca-
gnol.d.l.fin.num.48.vers.quidam dicunt*; quia, quod do-
netur alicui extraneo hæreditas cognati viuentis, nul-
la ratione videtur tolerabile. Sed pactum, de quo in
nostra *l.vlt. C. de Pact.* colorata saltem ratione pote- 27
rat excusari, puta causa euitandæ discordiæ, quæ, qui-
dem, causa, licet pacta non conualidet, excusat tamen
à pęna *l.igitur, §.post, ff.de liber.caus.* Vndè, si nec etiam
ex identitate rationis fit in pęnalibus extensio dispo-
sitionis de casu ad casum *Gail.lib.2.Pract.cap.124. nu.* 28
*8.Boss.tit.de Pan.num.15.Farinacc. quæst. 135. nu.133.
Pignattell.cent.1.controu.cap.47.nu.9. 10. Palma cons.
76.num.6.Merlin.dec.800.nu.4.Penn. dec.51. num.8.9.*
Nisi sit ob publicam vtilitatem *Merl. Pignattell. cap.* 29
26.nu.12.cent.2. Multò minùs fieri poterit, vbi viget
diuersa ratio *Roland.à Vall.cons.32.n.55.to.2. Merend.* 30
contron.tom.3.cap.22. nu.11. cum similibus allatis per
Fontanell.dec.347.nu.7.
Quicquid tamen asserat *Merend.* contrarium puto
verius de iure, nimirum, quod, in quolibet contractu
de hæreditate tertij viuentis inito, habeat locum pęna
indignationis, de qua loquimur in præsenti, vt ex pro-
fesso tractantes materiam firmarunt *Cagnol. d.l. fin. C.
de Pact.num.48.Fachin.d.cons.30.num.13. vers.respon-* 31
demus, lib.1. ea solida ratione, quia eadem militat pro-
hibitionis ratio in hæreditatem promittente, venden-
te, diuidente, & quid simile, ac in donante; illa videli-
cet, quia paciscens contra bonos mores, & ius gen-
tium, festinauit: Vndè cum eadem subsit ratio prohi-
bitionis, optimè quidem fit extensio de vno ad alium
casum: imo, eo casu, extensio non dicitur, sed comprę-
hensio *Amon.cons.118.num.15.Surd. cons.302. nu.22.* 32
*Spad.cons.25.num.18.& 19.lib.2.& cons. 236. nu 6. lib.
2.Nathon.de Inst.t.Vulner.par.2.tit.8.cap.5.num,3. cir-
ca medium, Buratt.dec.253.num.6.Osuald.ad Donell.lib.
1.cap.14.lit.A, Post.resol.120.num 34. Cyriac. contron.
479.num.12, Andreol. contron. 193. Merlin. dec. 437.
num.13.*
Cùm igitur causa finalis, & generalis, tùm in vno,
quàm in alio casu sit eadem, generalis quoque in om-
nibus casibus censeri debet dispositio *Crauett. d. cons.*

192.

192.*num.*21. *Spad.d.conſ.*25.*num.*4.*lib.*2. nam regula-
re eſt, vt quælibet diſpoſitio reguletur, ac etiam am-
33 plietur ab eius cauſa finali, *Cranett.conſil.*227. *num.*3.
*& ſeqq. Rot.dec.*298.*num.*2.*part.*2.*diuerſ. Spad.d.conſ.*
25.*num.* 5.*lib.*2. *Redenaſc. conſ.*7. *num.*12. *& ſeqq. Io:
Franc. Mareian. diſput.*31.*num.*10. *Burat.dec.*106.*n.*5.
*& dec.*110.*num* 17. *& ſeqq.*

Et tantùm abeſt, quod maior ratio prohibitionis
vigeat in donante, quam in aliter paciſcentibus, quod
imò potiùs, vt optimè ratiocinatur *Cagnol.d.l.fin.nu.*
48. *verſ.imò magis*, videatur puniendus acriùs paci-
ſcens, quam donans, qui liberalitatis actum exercuit,
legi amicum, & fauorabilem *cap. cum dilecti de donat.*
Quapropter ſicuti fit extenſio ex identitate rationis,
34 multò magis fieri debet ex maioritate, *Surd.dec.*139.
*in fine, Spad.conſ.*236.*nu.*6 *tom.*2.*Nathon.de Iuſt.vuln.
par.*2.*tit.*8.*cap.*5.*num.*1.*&* 2.

Quod latius comprobauit *Fachin. d. conſ.* 30. *num.*
13. vbi obſeruat, quod *Iuſtinianus in l.vlt.C.de Pact.* nil
noui ſtatuit, ſed ius antiquum confirmauit, quo hu-
iuſmodi pactiones prohibitæ olim fuerunt, pęna illa
conſtituta amiſſionis hæreditatis: Nullæ autem erant
aliæ pactiones prohibitæ, quam donationis hæredita-
tis viuentis: Cùm igitur poſteà Iuſtinianus, noua eius
conſtitutione, inſerta in *l.vlt.C.de Pact.* voluerit, quod
ad ſimilitudinem donationis hæreditatis, pariter nul-
la eſſent omnia pacta, ſuper ea deducta, vt ſtipulatio-
nes, venditiones, hypothecæ, diuiſiones &c. hoc au-
tem ſecundùm antiquas regulas: his verbis: *Secundùm
veteres itaque regulas ſancimus huiuſmodi pacta, quæ
contrà bonos mores, inita ſunt, repelli, & nihil ex his pa-
ctionibus obſeruari*; Et inferiùs; *Iubemus etenim, neque
donationes talium rerum, neque hypothecas penitùs eſſe
admittendas, nec alium quemquam contractum*, liquidò
conſtat Iuſtinianum æquiparaſſe, donationes, pactio-
nes, & omnes alios contractus, & quidem ſecundùm
antiquas regulas: ergo ſicut pęna in donatione conſti-
tuta eſt, ità etiam cenſeri debet cõſtituta, quoad alios
paciſcentes, & ſicut nullam Iuſtinianus mentionem
fecit pœnæ conſtitutæ in donationibus, ibi nominatim
expreſſis, & tamen nemo negat illam pęnam eſſe cõ-
ſtitutam, vt donator tanquam ab indigno excludatur
ab hæreditate, ita etiam dicendum eſt, eandem pęnam
locum habere aduerſus aliter paciſcentes, quia non
minùs, quam donationes prohibentur à Iuſtiniano
omnes pactiones ſuper viuentis hæreditate, & quidem
eiſdem rationibus, quia videlicet, vt ipſe Iuſtinianus
dicit, omnes huiuſmodi pactiones odioſæ ſunt, & ple-
næ triſtiſſimi, & periculoſi euentus.

Ex quibus fortiſſimis rationibus moti Doctores
communiter tenent, opinionem, quod indiſtinctè his
pęnis ſubiaceant ſuper hæreditate tertij paciſcentes,
35 in quolibet contractu, & præcipuè *Boſſ. de his quibus,
vt indign.num.*2. *Fachin. d. conſ.*30. *num.*4. *& controu.
lib.*8.*quæſt.*77.*in fine, Mencac.de ſucceſſ.creat.* §.18. *lib.*
2.*Bellon.de Iur. Accreſc.cap.*7.*quæſt.*54. *nu.*22. *& ſeqq.
Larath.de feud.par.*11.*diluc.*59.*n.*7.8 *Cancer.var.lib.*1.
*cap.*6.*de his quibus, vt indign.nu.*18.*Peregr.de Iur.Fiſc.
lib.*2.*tit.*10. *nu.*2.3.4.

Vidimus, igitur, quod tanquam ab indigno aufera-
tur paciſcenti hæreditas in quocumque contractu,
non tantum in donatione: quid, verò, dicendum erit
36 in minore 25. annis? excuſabitur nè ille, adeovt hanc
pęnam non incurrat? & aliquibus videbatur excuſari
ex *tex.in l.*1.*C.de his quib.vt indign.* vbi habetur, quod
pupillus, qui non vendicat defuncti necem, hæreditate
non priuatur latè *Peregr.de Iur.Fiſc.lib.*2. *tit.*5. *nu.*15.
ergo pariter eſt dicendum in caſu noſtræ legis.

37 Sed nihilominus contrarium tenent *Dec.d.l. fin. nu.*
15.*circa medium, Cagnol.pariter ibidem nu.*74. *& Bolo-
gnett. num.* 75. vbi docemus illum textum non benè
concludere, quia loquitur de delicto, quod conſiſtit in
omittendo, hic verò in delicto, in committendo, quod
grauius eſt, vt per *gloſſ. in l. ſi moram, ff. ſolut. matrim.*
adeovt nec remedio in integrum reſtitutionis minori
tunc ſuccurratur *l.auxilium*, §. *in delictis, ff. de minor.
Capye.Latro conſult.*127. *num.*7. *& ſeqq.* de qua mate-
ria; an minor reſtituatur pro delicto, & controuentio-
ne latè *Surd.dec.*216.*Cephal.conſ.*355.*num.*3.*lib.*3. *Cy-
riac.contr911.*451.*num.*127.*& ſeqq. Fontanell. dec.*120.
& ſeqq.

Nec obſtat, quod pro pupillo, vel minore ſtet *Al-
ciat.d.l.fin.C.de Pact.* vbi ait, hanc opinionem, tanquã
mitiorem eſſe ſequendam, & reſpondet argumento
ſuprà pro contraria ponderato, vt licet delictum con-
ſiſtat in committendo, nihilominus, quia verſamur in
delicto præſumpto, non vero; veretur enim lex, nè pe-
riculoſi euentus indè ſequantur, ideò ſuccurrendum
minori ſit, nè in damnum incidat *l.*1. §. *accuſatione in
fine ad Turpil. Bart. l.*1. §. *nunciatio, ff.de non.op.nunc.
quos allegat Alciat.d.loco num.*33.

Nam nihilominùs ab ea opinione, quod pupillus
pęnæ indignationis ſubiaceat, non eſſe recedendum,
monent, præ ceteris, *Cagnol. & Bolognett. locis ſupraci-* 38
tatis, quia hoc delictum eſt naturale per *l. & vim, ff.
de Iuſt. & Iur.* & hæc lex eſt notoria, & continet factũ
reprobatum notoriè, & præſumptio delicti, quæ na-
ſcitur naturalis eſt, & naſcitur ex facto reprobato, ideò
minores non poſſunt excuſari, *Alex. conſ.* 174. *verſ.
nam differt vol.* 1.

Illud tamen aduertendum eſt, quod in caſu, quod
lex aliquem priuat, tanquam indignum, eundem non
efficit incapacem, ſed ſibi poſſeſſionem acquirit, &
dominium rei, donec fiſcus illam auferat *l.* 1. *C. de In-* 39
dign. l. his conſequentur §.1.*ff. famil. erciſc. Peregr. de
Iur fiſc.lib.*2.*tit.*2 *nu.*7.

Ideò tertius non poteſt de indignitate excipere, ad
illum excludendum, nè interim ſibi acquirat, quia ſoli
fiſco competit actio, & exceptio *Boer. dec.*25. *in fine*, 40
*Cagnol.in l fin.C.de Pact.num.*123.*Carpzou.pract. crim.
par.*3.*quæſt.*135.*num.*35.*poſt gloſſ.Bart.Soccin. & Corn.*
quos allegat, ità firmat *Peregr.de Iur fiſc.d.loco num.*8.
vbi monet, quod hæres, à quo aufertur hæreditas, non
deſinit habere titulum, & nomen hæredis, de qua re,
plura *Cancer.var.lib.*1.*cap.*6.*num.*10.

Ex quibus videbatur argui poſſe, quod pacta no-
ſtra de hæreditate tertij viuentis licet non valeant in
præiudicium fiſci, quia fiſcus eadem bona in pactum 41
deducta auferat, tamen valeant, in præiudicium paci-
ſcentium, adeout, fiſco non opponente, ſubſtineantur,
quoad contrahentes, vt oſtendit *Bald.in l.fin.num.*7. *C.
de Pact.* ibi, *concedo quod non vi pacti præiudicatur, ſed* 42
vi delicti, nec inter ſe, ſed quoad fiſcum; maximè, quia,
vt ſuprà proximè vidimus, nemo poteſt vti hac exce-
ptione præter quam fiſcus, ad quod adſtipulantur ad-
notata per *Soccin.Sen.conſ.*84.*num.*4.*lib.*4. ibi, *conclu-
do, quod ſi fiſcus non vult dicta bona auferre, quod dictæ
partes contrahentes teneantur conſeruare conuentiones
inter eos factas*, & inferiùs; *eo maximè quia nulla dicta-
rum partium videtur, quod opponere poſſit de iure fiſci*,
& pariter pro hac opinione adduci poteſt *Cagnol. d.l.
fin.C.de Pact.num.*48. vbi apertè dicit, hanc conuen-
tionem valere in damnum paciſcentium, & latiùs
*num.*224. *quod exceptio nullitatis non poteſt opponi niſi
à fiſco*, & clariùs id oſtendit *Spad.conſ.*317.*num.*3. *to.*3.
vbi, in terminis noſtris, *quod paciſcentes non poſſunt
dare de nullitate huiuſmodi renunciationis, quia in eo-
rum damnum, & præiudicium valet*. Et infrà. *Eſt enim
hæc exceptio de iure tertij, hoc eſt de iure fiſci, quæ ab
alio opponi non poteſt*.

Huiuſmodi obiectum, quod, prima fronte, videtur
validum, ſi de iure ſubſiſteret, omnem prauam mate-

riam

riam pacti nostri destrueret,& confunderet ; Nam to-
ta penderet validitas , & inualiditas pacti futuræ suc-
cessionis ab exceptione , quam proponeret , vel non
proponeret fiscus contrà paciscentem , & propterea
frustrà interim disputaretur de eius validitate,& inua-
liditate .

Sed,re vera,mihi videtur fallaciam continere argu-
43 mentum,de quo suprà,nam dum *Bald.d.num.7.& Ca-*
*gnol.d,num.*48. affirmant valere, in præiudicium paci-
scentium,eorum assertum est intelligendũ , non quod
paciscentes inter se teneantur pacta seruare,sed quod
valeat in eorum præiudicium,vt scilicet,quod non so-
lùm promittens hæreditatẽ , non teneatur seruare pa-
ctum,sed vlteriùs ea bona ad fiscũ perueniant,& quã-
quam pactum sit nullum , & propterea ex hoc actu
nullo, videretur non posse oriri indignationis pęnam:
Nihilominùs,ad hunc effectum, censetur validum , in
44 præiudicium dumtaxat paciscentiũ. Et quoad incur-
rendam indignationis pęnam , vt latiùs obseruaui su-
periùs *nu.*22.& dicit etiam *Petr.Greg.Tholos.syntagm.*
*iur.vniu.lib.*41.*cap.*5.*nu.*25 vt refutat dictũ *Bald.*& ità
etiam sentit,in similibus terminis *Olea de Ceß.iur.tit.*2.
*quæst.*5.*num.*13.vbi *quod ea quæ contrà legem sunt,licet*
nulla sint , & pro infectis habeantur, intelligendum est ,
45 *vt non valeant in facientium fauorem,secùs autem,quod*
ad ipsorum odium , seù ad hoc , vt ipsi incidant in pę-
nam .

Nec fieri potest fundamentum , super opinione
Spadæ,& aliorum ab eo allegatorum *in d.conf.*317.*nu.*
3.*lib.*3. quia explicant dictum *Bald. & Cagnol.* quod
valeant , in præiudicium paciscentium , vt scilicet va-
leant inter se,& tamen eadem verba sunt intelligenda,
quod valeant ad fauorem fisci , & per consequens in
46 ipsorum paciscentium præiudicium , nec aliter ea do-
ctrina procedere potest ; nam , si omnes consentiunt
eadem pacta esse nulla,adeout, nè quidem naturalem
obligationem producant,vt vidimus *cap.*15. *num.*17.
& est textus rotundus *d.l.fin.C.de Pact.*quomodo pos-
sunt valere, fisco non opponente ?

Et eò minùs est assentiendum , iisdem auctoritati-
bus, quia paciscentes non possint excipere de nullita-
47 te,de qua solus fiscus opponit,nam idest verum, quo-
ad incurrendam pęnam indignationis, non verò quo-
ad elucidandam nullitatem pacti , quia hæc exceptio
potest à quocumque opponi,ex quo pactum est, ipso
iure nullum, & expressè reprobatum à iure , *Gratian.*
48 *discept.for.cap.*691 *num.*9. *Censal.dec. Luc.*87 *num.*21.
*Thomat.dec.*102. *num.*17. *Dominus meus Aloys. Mans.*
*cons.*32.*nu.*55.Textus verò *l.*1.*C.de indign. l. his conse-*
quenter,§.1.*ff .famil.ercisc.*firmantes,quod quando ali-
cui aufertur hæreditas,tanquam ab indigno,non ideò
efficitur incapax,procedunt , quando prouenit indi-
gnitas, ab actu valido , non verò quando opponitur
procedere ab actu nullo, & reprobato , vt in casu no-
stro .

In eadem conclusione,de qua *suprà nu.*39.quod hę-
res nõ desinat esse hæres, (de qua te latè per *Andreol.*
49 *contron.*291.*nu.*5.*Capyc.Latro dec.*137.*num.*16. *Buratt.*
*dec.*847.*nu.*10 *& dec.*495.*nu.*7.*par.*1. *& dec.*19. *nu.*9.
*par.*11.*rec.*) fundatur consequens necessarium, quod
in bonis à paciscentibus,tanquam ab indignis ablatis
non succedant sequentes,in gradu,sed ipsemet fiscus,
50 vt in terminis illius,qui eum interfecit,cuius hęreditas
interfectori debeatur , habemus plura per *Peregr. de*
*iur.Fisc.d lib.*2.*tit.*3 *in princ.Farinacc.de homic. q.*120.
*n.*38.*Barbat.cons.*8.*lib.*3.*Corn.cons.*222.*nu.*4. *lib.*4. *Fub.*
*de Aan.cons.*128.*num.*13. *Boer. dec.*25 *Rolland.à Vall.*
*cons.*56.*tom.*1.*Barbos.in l.si ab hostibus* §.*fin.nu.*22.*ff.so-*
*lut.matr.Cyriac.contron.*217.*nu.*4.*& seqq.* vbi limitat,
quando occisor habet anteriorem in gradu , *Mastrill.*
*dec.*123. vbi quando fiscus succedat se ipsum occiden-
ti,*Caball.resol.crim.cas.*10.*lib.*1.*nu.*2. *Cancer. var. lib.*1.
*cap.*6.*de his quibus,vt indign.num.*9.

Quid autem sit tenendum,quando statutum priuat
occisorem,vide *Soce.Sen.cons.*124.*n.*3.*lib.*3.*Capra cons.*
42.*Anguiss.cons.*76.*lib.*6.*Cyriac.contr.*217. *nu.*12. & do
conclusione supra firmata,quod succedat fiscus in bo-
nis occisi,optimè *Carpzou.pract.crim.p.*3.*q.*135 *nu.*35.
& seqq. vbi postquam latè firmauit hæreditatem ab 51
indigno ablatã fisco applicari debere, præcipuè, quia
pudendum sit,& exemplo perniciosum,vt quis ex suo
flagitio commodum,& lucrum reportet,& sic hęredi-
tatem habeat,quam scribere acquisiuit contrà *l. si ab* 52
hostibus 10.§.1.*ff.solut.matr.l.hæredem* 5.*ff.de Calumn. l.*
cum falsis 12.*ff ad leg.Cornel.de fals.l.relegantur in fine,*
ff.de interd.

Sequitur vlteriùs,remouendo absurdum quod ma-
nare videtur ex hac sententia,dũ impossibile est,quod
hæreditas non adita ad fiscum deuoluatur , cũ priua-
tio,semper habitũ præsupponat *l.decẽ* 117. *ff.de verb.* 53
*oblig.l.*4.§.*condemnatum,ff.de re iudic. l. nec vtilem* 20.
*ff.ex quibus caus.maioris &c.*latè *Barbos.axio.Iur. axio.*
189.*in princ.* & transmissioni,nisi hæreditate adita,lo-
cus non sit *l si ex pluribus,ff.de suis,& legit.l.quomodo,*
C.de Iur.delib.l.vnica,§.*in nouissimis,C.de caduc. tollen.* 54
*Noal.de transmiß.cas.*8.*nu.*8.*Grat.discept.for.*78.*nu.*15.
*Camill.de Medic.cons.*99.*nu.*41.*Altograd.cons.*91. *n.*58.
*lib.*1.*Mantic.de coniect.lib.*11.*tit.*20. *Trentac. de subsłit.*
*qu.*4.*nu.*14. *Magon.dec. Luc.*82.*nu.*17.

Remouet inquam absurdum , animaduertendo, fi-
lium occidentem patrem, vel agnatum testatorem, nõ
quidem illicò inhabilem,& incapacẽ esse successionis,
sed de facto,se indignum facere successione,ità vt suc-
cedere quidem dicatur in bonis,& hæreditatẽ capere, 55
sed sine effectu,dum eã retinere nequit , sed statim fi-
sco relinquere tenetur *l.Lucius* 9.*ff.de Iur.fisc.l.cum ra-*
tio 7. §. *præterea* 4. *ff. de bon. damnat. l. si non militabat*
78.§.*vlt.ff.de hæred.instit.l.si is* 11. *ff. de vul. & pupill.*
*substit.l.*15.*consequenter* 18.§.1.*ff.fam. ercisc.* cum alijs
suprà allegatis,quibus addo , *Farinacc. de homic.d.qu.*
120.*nu.*36.*Spad.cons.*245.*nu.*5.6.*lib.*7.

Quapropter videmus , quod quando homicida re-
pellitur ab hæreditate tertij , vel filius ab hæreditate
patris,vel alterius,quẽ interfecit,non transfert succes-
sionem ad fiscũ,sed ad sequentes in gradu,vt in termi-
nis statuti deponentis, vt occisor non possit succedere
occiso,nec ex testamento,nec ab intestato , habemus
ex *Baiard.ad Clar.lib.*5.*sententiarum,* §. *homicidium nu.* 56
68.*Peregr.de Iur.fisc.lib.*2.*tit.*3.*nu.*3.*Farinacc.d.q.*120.
*nu.*36.cum alijs ibi cumulatis;*Cyriac.d.contr.*217.*num.*
12.& alij supra relati *nu.*50.*vers.quicquid autem.*

Sicuti pater delinquens non transfert fisco hæredi-
tatem,sed filio , vel sequenti in gradu , quando pater
possidebat,cum onere restituendi,nam, eo casu , filius
capit,quia non succedit ex persona patris, sed ex per-
sona propria,tanquam vocatus in testamento aui, vel 57
alterius testatoris,vt optimè *Peregr. de Iur. fisc. lib.*2.
*tit.*2.*num.*4.& pleniùs *Spad.d.cons.*245.*num.*5.*vsque ad*
*finem,lib.*3. *Cancer. vbi supra num.* 13. *Censal. dec. Luc.*
47.*per tot.Cyriac.contron.for.*168.*nu.*30 *Surd. dec.*167.
*& dec.*254.*Reuerter.dec.*336. *Royas. dec.*390. *Altogr.*
*cons.*36.*num.*11.*lib.*1. *Donat. Anton. de Marin.cap.*95.
*lib.*2.

Et supradicta de exclusione sequentis in gradu , &
admissione fisci procedunt , quando nullus est par in
gradu,cum eo,qui repellitur,vt indignus,

Quando verò sumus in casu,quod alter sit in gradu
æquali,cum indigno , vt si alter ex fratribus occidat
patrem,& alij fratres supersint , in pari gradu , cum 58
occisore , res non transit sine difficultate ; nam *Bart.*
in l. 1. *numer.*1. *ff. si quis aliq. test. prohib.* existima-
uit quod , eo casu , admitti debeant alij fratres ,

& fiſcus nihil poſſit prætendere ex perſona interfecto-
ris, vbi ait, quod frater occidens fratrem, nocet omni-
bus ſequentibus in gradu; ſed exiſtentibus in eodem,
cum eo, vel proximiori gradu non præjudicat, quam
opinionem, multi ex Doctoribus noſtris ſequuti ſunt,
vt latiſſimè pertractant *Caball. reſol. crim, cent. 1. caſ, 6.
nu. 1. Farinacc. de homic. d. quaeſt, 120. nu. 41.*

Contrariam, quod pares in gradu, cum ſucceſſore
59 excludant penitus fiſcum, tenuerunt *Alberic. Bart.
Pancirol.* & alij allati à *Peregr. de Iur. fiſc. d. lib. 2. tit. 3.
circa finem.*

Sed vtramque opinionem minùs legitimam eſſe ar-
bitror, quia verior eſt opinio, quod, eo caſu, eligitur
60 media via, per quam nec tota hæreditas fiſco appli-
catur, nec tota pari in gradu cum indigno, ſed in por-
tione, in qua deberet ſuccedere, & ſuccedit indignus,
fiſcus potiora habet iura, ideò in ea tantùm parte ſuc-
cedit; illa verò portio, ad quam, de iure, ſunt vocati
pares in gradu, eis nequaquam poteſt auferri, & fiſco
applicari, ſed pares in gradu ſuccedunt, & hanc opi-
nionem amplectuntur communiter Scribentes, vt poſt
habitis antiquioribus, firmant, *Boſſ. de his quibus, vt
indign. num. 16. Alber, conſ. 7. num. 10. Bayard. ad Clar.
d. lib. 5. ſentent. §. homicidium num 63.* prolixè *Caball.
reſol. crimin. d. caſ. 10 num. 2.* magis diffusè *Farinacc. d.
quaeſt. 120. num. 42. Peregr. de Iure fiſc. d. lib. 2. tit 3. num.
2. Cancer. var. reſol. cap. 6. lib. 1, de his quibus vt indign.
num. 9. in fine.*

Vlteriùs, quæri poteſt; an aliquo modo poſſit evi-
61 tari hæc pena indignationis à paciſcentibus ſuper hæ-
reditate tertij viuentis.

Aliqui affirmant effugi penam, recedendo à con-
tractu, antequam ille, de cuius agitur patrimonio, fa-
62 cto cedat: aliqui negent; & ſemper ac conuentum fuit
de hæreditate tertij penæ locum eſſe exiſtimant, non
obſtante, quod penitentia ductus, quis recedat à con-
tractu.

Pro affirmatiua ſtat *Alciat. d. l. fin. C. de Pact. & ibi-
dem Cagnol. num.* 119. Pro negatiua *Dec, d. l. fin,* quem
63 referunt omnes ſupracitati necnon *Bolognett. pariter
ad d. l. fin. C. de Pact. nu. 77.*

Argumenta primæ opinionis relata ab *Alciato*,
ſunt, quia dolus eſt præſumptus in noſtro caſu, & ſem-
64 per præſumptio tollitur ex ſequenti penitentia *l. 1. C.
de crim. ſtellion.*

Vlteriùs res eſt integra, quando hæreditas nondum
eſt delata, & delictum nondum conſummatum, ergo
penitentia erit admittenda prout ſemper admittitur,
65 quando delictum conſummatum non eſt, *Cyn. in l. is
qui cum ſolo nu. 5. C. ad l. Cornel. de Sicar.* vbi etiam *Sa-
licet. num. 3. in fine, Clar. pract. crimin. §. fin. quaeſt. 60. nu.
21. Farinacc. quaeſt. 124. nu. 150. Marſil. conſ. crim. 185. n.
1. & ſeqq. Carpzou. in prax. crim. par, 1. quaeſt. 18. nu, 23,
& quaeſt. 39. nu. 4.*

Nec videtur ius fiſco quæſitum, replicat *Alciat*,
quem ſequitur *Cagnol. d. l. fin, num. 119. verſ, dic meliùs,*
antequam reus poſtulatus ſit, & teſtator deceſſerit;
66 Vndè humanius eſt, vt aboleri crimen penitentia cre-
damus; quia, licet verum ſit, quod poſt commiſſum
delictum perfectum, penitentia regulariter delinquen-
tem non excuſet *l, qui ea mente 65. ff. de furt.* Vndè vi-
demus, quod alienans fideicommiſſum non poteſt in
præiudicium ſubſtituti, cui fuit ius quæſitum aliena-
67 tionem reuocare *Gratian. diſcept. for. cap. 43. nu. 24. Cy-
riac. contr. 289. Ciarlin. controu. 43. nu. 10. & 84. Gamm.
deciſ. Luſit. 111. Arias de Meſ. var. cap. 26. n. 19. & ſeqq.
lib. 3.* Et de alienante emphyteuſim, quod cadat à iure
68 ſuo, licet recuperet alienata, tradunt allati per *Ho-
diern. contr. 1. nu. 7.* tamen fallit in illis delictis, vbi res
in integrum ſtatū poſt conſummationem reſtitui po-
69 teſt, vt poſt *Bart. & Bald.* quos allegat, tenet *Cagnol.
vbi ſupra d. nu. 119. verſ. dic meliùs, Carpzou. pract. cri-
min. par. 1 quaeſt. 37. nu. 39. Farinacc. d. quaeſt, 124. num.
176.*

Vndè, & traditum eſt, ſi viuo patre filium exhære-
datum ingratitudinis pæniteat, non obeſſe ei exhære-
dationem, vt per Doctores *in auth. non licet C. de lib.* 70
*præter. Alciat. d. loco n. 36. Poſt. reſol. 56. per tot. Merend,
cap. 13. lib. 7, Marcian, conſ. 30. tom. 1.* & quicquid di-
cant allati ab *Hodiern. d. controu. 1. num. 7.* ſi emphyteu- 71
ta alienatum recuperat, caducitatem poteſt euitare,
vt tenet *Dec. conſ. 88. num 2. Gabriel conſ, 66. num. 46,
lib. 3. Spad. conſ, 121. num. 4. lib. 2.* præcipuè ſi à Domi-
no directo non fuit præuentus, vt latè oſtendit *Donat,* 72
*Anton. de Marin. in alleg. diuerſ. alleg. 134. num. 7,
lib. 3.*

Hæc tamen reijcit *Bolognett. vbi ſuprà num. 77. verſ.
ſed iſta*, affirmans, quod iſtæ rationes non ſunt con-
cludentes; quia, ſi admittimus, quod res ſit integra,
ſemper habebit locum penitentia, etiam poſt mor- 73
tem illius, de cuius agitur hæreditate, antequam pa-
ctum ſit executioni mandatum, cum nullum præiudi-
cium indè ſit ſecutum, neque in vita, neque poſt mor-
tem domini bonorum, neque fuerint inſidiæ paratæ
ejus vitæ, vel bona damnificata: quod tamen eſt con-
trà textum ſuprà allegatum, qui vult, quod, ſi inſti-
tuatur, vel aliquo alio modo efficiatur hæres, quod
ei in totum denegentur actiones. Quapropter appa-
ret, quod lex conſiderauit malum animum paciſcen-
tis, & improbat feſtinationem de hæreditate tertij
à principio, non tantum effectum indè ſequutum,
ſicuti in quolibet actu principium rei eſt ſemper ſpe-
ctandum, *l, Pomponius, ff. de Negot, geſt. ſi procurato-
rem, ff. mandat. l. nam origo, ff. quod cum, aut clam, l. ſi
tamen, ff. ad Macedon.* cum ſimilibus allatis per *Rot,* 74
*Genuen. deciſ. 1. numer. 13. Cyriac, controu. for. 311,
num. 14.*

Igitur, cum iſtud factum ſtatim ſit conſummatum,
& actus ſtatim ſit contrà bonos mores, nil mirum ſi
ſtatim ſucceſſit pena legis, quæ annullat ipſum actum,
& facit, quod paciſcentes incurrant penam priuatio-
nis, quæ pena mittitur executioni, poſtquam indignus
ſucceſſit in hæreditate, *l. qui ea mente, ff. de Furt.* cum
ſimilibus allegatis per *Bolognett. d. loco,* & tanto magis
quia reuocatio nihil facit, cum actus iā eſſet nullus, &
vulgatū eſt axioma, quod actus, qui eſt nullus reſcindi
non poteſt *l, nam etſi ſub conditione, ff. de Inceſt. nupt. l.* 75
*obligare, §, tutor, ff. de auctorit. tutor. Barboſ, axiom. 164.
nu. 8.* & nullum producit effectum *l. 4. §. condemnatum,* 76
*ff. de re iudic. cap. ad præſentiam de appell. Seraphin. dec.
229. nu. 2 Barboſ. vbi ſuprà axiom. 25.*

Hinc eſt, quod ceſſat aſſertio *Alciati*, tendens ad
demonſtrandum, quod fiſco, nondum ſit ius quæſitū,
nec poſſit poſtulari de delicto, niſi poſt mortem, Quia
verum eſt, quod executio re ipſa fieri non poteſt niſi
poſt mortem; ſed tamen à principio delictum fuit
commiſſum, & antè mortem ille eſt obligatus ad pe-
nam priuationis, & forſan alia opinio ſaluari poſſet, ſi
pactum fuiſſet interpoſitum, non tamen in ſcriptis re-
dactum, & ſic non habuiſſet formā perfectam. Vndè
concludit *Bolognett.* quod licet videatur dictum nimis
fiſco propitiū, tamen in puncto iuris putat eſſe verius,

Quod ſi quis velit contrariam amplecti ſententiam
nullo modo poteſt ſaluari, niſi aſſerendo, iſtud pactū
non videri perfectum, antè ſecutam mortem illius, de
cuius agitur hæreditate, & ſicuti, quando interuenit
conſenſus Domini, ſtat in ſuſpenſo conuentio antè
mortem illius Domini, nec interim ius dicitur paci-
ſcentibus quæſitum, *Gratian. diſc. 524. Spad. conſ. 321.
lib. 2. Rot. deciſ. 307. par. 4. tom. 2, rec.* Ita, in hoc
caſu, videatur ſtare in pendenti pactum, quoad hoc,
vt quis poſſit penitere, ſi vult. Sed nihilominùs
etiam

A.

etiam hæc ratio parum stringit, iuxtà *Bolognett. vbi suprà num. 77. in fine*, quia non interueniente consensu Domini statim pactum annullatur, sine spe conualescentiæ; cogita tu igitur Lector, & mox opinionem sequere, quæ magis probabitur.

Restat tandem, pro coronide huius capituli, adnotare, an aliquod possit remediū excogitari per quod euitantur huiusmodi pęnæ indignitatis; Et multi
77 consulunt, vt fisco se deferant paciscentes, quo casu, si non totam hæreditatem lucrari poterunt, saltem partem habebunt, vt *Soccin. cons. 84. col. 4. lib. 1.* allatus à *Bolognett. d. l. fin. C. de Pact.* & commemorat etiam *Cagnol. pariter ibidem num. 126.* discordant tamen interpretes circà quantitatem, quia *Soccinus* voluit, quod si quis se prodat, lucretur medietatem, iuxtà *l. Senatus, §. Senatus, ff. de Iur. fisc. Bolognett.* autem
78 tertiam duntaxat partem concedit delatori hoc casu, & mouetur ex dispositione *l. prima, C. de his qui se defer. lib. 10.* vbi hæres, qui accommodauit fidem, & sic deliquit habet tertiam partem, si se deferat &c. *Cagnol.* verò, neutram ex his opinionibus amplectitur, sed dicit paciscentem nullam partem posse lucrari etiam se deferendo; vter autem ex his punctum veritatis attingat, inquiramus.

Est præmittendum, antè omnia, quod deferre idem est, ac nunciare fisco, bona esse vacantia, aut caduca, & delictum denuntiare, est accusare reum de crimine,
79 vt probatur in *l. 4. C. ad l. Iuliam repetund. l. tum patrono 10. ff. de Iure patr. l. deferre 18. ff. de accusat. Decian. lib. 3. crimin. cap. 2. num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 2. cas. v98. Peregr. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 1.* & alij adducti per *Amaij in lib. 10. Cod. tit. 11. de delat. Osuald. ad Donell. lib. 18. cap. 7. lit. O, par. 2.* Propriè autem in materia nostra ille dicitur deferre, qui aut se ipsum, aut alium accusat, & præcipuè se ipsum ad effectum, vt ex ea re, quam ex legibus retinere nequit, & quæ ad fiscum spectat, portionem legibus definitam in præmium delationis assequatur, vt exempla extant *in l. edicto, in l. Senatus, ff. de delat.* & plura scribit *Peregr. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 1. num. 1.* & potest verificari in nostro paciscente.

Quanta autem sit hæc portio à legibus taxata quę-
80 rit *Amay. d. lib. 10. tit. 11. de delat. num. 57.* & in substantia residet in hoc, quod leges adsint in hac materia diffidentes. Nàm, in aliquibus bonis, si hæres, qui aliquam fidem tacitam dedit, fisco se ipsum detulerit, pro præmio denunciationis reportat tertiam partem eius, quod restituere tacitè se obligauerat, vt habemus
81 *tex in l. vnica, C. de his, qui se defer. l. 1. in princ. l. edicto 13. l. Senatus, 15. §. Senatus, cum l. sequenti, l. status 48. l. cum tacitum 49. ff. de Iur. fisc. Gomez ad l. 9. Taur. num. 31. Cuiac. in d. l. edicto §. 40.* cum allegatis à *d. Amaya*
82 *d. nu. 57. in l. autem edicto, ff. de Iur. fisc.* delatori dimidia applicatur.

Differentiam nonnulli ad errorem manifestum impressoris trāstulerunt, vt *Accurs. in d. l. vnica. sed Cuiac. Luc. de Penn. Valenz.* & alij adducti ab *Amay vbi sup. nu. 58.* existimant, prouenire hanc differentiam ex eo, quod leges loquantur, in diuersis terminis, nempè, vel in terminis illius, qui se detulit, cū esset rogatus, vt *in d. l. vnica, C. de his qui se defer.* vel in terminis illius, qui erat incapax vt *in d. l. edicto*; primo casu, consequatur tertiam, secundo, dimidiam: ratio, verò, differentiæ est, quia, quo faciliùs quisque se ipsum defert, eo maiori pretio debet inuitari: Vndè, cum hæres se defert, qui debet restituere, non tantum defert se ipsum, quam incapacem, cui restituturus est, ideò minorē assequitur portionē, nempè tertiā: Incapax verò fideicommissarius maiorē, quia se priuat re, quā habet, cum quilibet magis se diligat, quā alium, & minùs sit rē, quam non habet præstare, quàm à se abijcere iam quæsitam,

Quamobrem, cum in nostro casu videatur nos esse in secundo capite distinctionis, quia certum est, quod paciscens succedit, vt latè ostensum fuit; licet postea fiscus, tanquam ab indigno auferat ei, & sibi hæreditatem applicet, per consequens paciscens, qui se defert, dimidiam partem lucrari debet,

At existimo, quod si magis diligenter scrutari velimus iura, de materia loquentia, nihil acquirat in nostro casu paciscens, etiamsi se deferat; nam licet bona sit distinctio tradita ab *Amaya vbi suprà*, tamen vlteriùs est progrediendum, & subdistinguendum; quod, quando defert is, cui fuit relictum, quia in effectu sit incapax, quia indignus, (vt propriè est casus noster) tunc animaduertendum est; an ipse indignus sit pro- 83
prio suo facto, & culpa, & tunc nihil lucretur, etiamsi se ipsum detulerit *l. edicto, §. eos qui, & l. post legatum, §. fin. ff. de indign.* Aut verò non erat, indignus facto proprio, sed quia testator illum indignum reputauerat, & hoc casu, se ipsum deferendo lucrum pro dimidia consequatur *d. l. edicto in princ.* & optimè distinguit *Peregr. de Iur. fisci d. lib. 2. tit. 1. nu. 16. in princ.* Vndè, cum certum sit nos versari in primo casu subdistinctionis; Nam paciscens proprio facto efficitur indignus, contrahendo domtaxat super viuentis hæreditate improbè, & præmaturè, certò certius est nihil lucrari, etiam si se deferat, vt etiam obseruauit Doctissimus *Cagnol. d. l. fin. num. 127.* à qua opinione non recederem.

CAPVT XVII.

Pacta futuræ successionis de bonis Tertij viuentis, an subsistant iuramento roborata. Negatiua sententia defenditur. Et hac occasione, quæritur: An pacta nostra dicantur contrà bonos mores de iure naturali, vel de iure Ciuili. Et an sit periurus contraueniens huic pacto.

S V M M A R I V M.

1 *Pacta futuræ successionis de bonis tertij viuentis valent, secundum aliquos iuramento vallata.*

2 *Pacta minimè subsistunt, licet iurata, quando habent legis resistentiam, & sunt contrà bonos mores.*

3 *Ad hoc vt Iuramentum non conualidet pacta futuræ successionis, debent esse contrà bonos mores naturales non ciuiles.*

4 *Pactum de hæreditate tertij viuentis dicitur contrà bonos mores de iure Ciuili, non verò de iure naturæ, & num. 10.*

5 *Pacta de hæreditate tertij viuentis aliquando possunt esse non solùm valida, sed etiam laudabilia.*

6 *Pacta videntur odiosa, quando fiunt ab improbis hominibus, non verò à probis, & cum aliqua causa.*

7 *Prauitas contrahentium non vitiat de iure naturæ contractum modis consuetis factum.*

8 *Valet contractus in quo venditur res aliena.*

9 *Non valet argumentum, improbus est, qui facit pactum, ergo non valet conuentio.*

11 *Valet argumentum à pacto affirmatiuo futuræ successionis ad negatiuum.*

12 *Iuramentum semper est seruandum, quando non vergit in dispendium salutis æternæ.*

13 *Doctores tenentes pacta nostra esse valida, accedente iuramento.*
14 *Pactum futuræ successionis est adeò nullum, vt ex eo, neque naturalis oritur obligatio.*
15 *Iuramentum non confirmat contractum ex quo non narratur obligatio naturalis, & quando resistit iuri.*
16 *Obligatorium non est iuramentum præstitum contra bonos mores.*
17 *Pacta futuræ successionis tertij viuentis sunt contra bonos mores.*
18 *Imò etiam de iure Canonico sunt contra bonos mores, vnde iuramento non firmantur.*
19 *Quando contractus firmatur iuramento, manet eo ipso irreuocabilis.*
20 *Iuramentum non valet in tertij præiudicium.*
21 *Quod pacta futuræ successionis tertij viuentis non conualidentur iuramento est opinio verior, & receptior.*
22 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentiùs non rarò accidunt.*
23 *Laudabile dici non potest quicquid fit contrà legem.*
24 *Auxilium legis frustrà inuocat, qui peccat in legem.*
25 *Mala non sunt facienda, vt eueniat bonum.*
26 *Quilibet suæ rei est moderator, & arbiter.*
27 *Accidens est, quod potest esse, & abesse præter subiecti corruptionem.*
28 *Quæ accidentaliter eueniunt rei conditionem non mutant.*
29 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
30 *Cessante causa, cessat effectus.*
31 *Finis dispositionis est attendendus in quolibet actu.*
32 *Res aliena aufertur à Domino de manu possessoris.*
33 *Quando plures causæ concurrunt in dispositione, vna cessante non cessat dispositio.*
34 *Iuramentum non valet, quando continet peccatum, etiam si agatur de peccato veniali.*
35 *Peccat mortaliter qui seruat iuramentum de re peccaminosa etiam venialiter.*
36 *Iudicialia veteris testamenti non adstringunt nisi in quantum sunt approbata.*
37 *In primogenitura non cadit votum captandæ mortis.*
38 *An sit periurus contraueniens huic iuramento.*
39 *Doctores affirmatiuam tenentes.*
40 *Doctores, qui negatiuam amplectuntur.*
41 *Negatiua sententia, vti verior approbatur.*
42 *Doctores afferuntur tractantes de iuramento præstito contrà bonos mores, & contrà leges Ciuiles, Canonicas, naturales &c.*

ACerrimè de hac quæstione Iurisprudentes digladiantur, prout etiam vidimus *in cap. 5.* vbi contigit dubitare; an valerent iurata pacta successoria inita super bonis vnius ex paciscentibus, & sicuti ibi negatiuam probauimus sententiam, ità hic opinionem contra validitatem pacti esse sequendam existimamus: Nihilominus, quia, disputando, magis veritas elucescit, vtriusque opinionis argumenta adducere non erit incongruum.

Quod valeant igitur pacta successoria, quando iu-
1 ramento vallata sunt, suadere videntur.

Primò, quod licet verum sit, quod pacta, & contractus etiam iurata minimè subsistant, quando habent legis resistentiam, & contra bonos mores sunt, vt ex *tex. in cap. non est obligatorium de reg. iur. in 6.* ad satu-
2 ritatem probauimus suprà *d. cap. 5. nu. 3.* Tamen hæc regula est accipienda, vt procedat, quando pactũ, vel contractus repugnat legibus naturalibus, non verò ciuilibus tantum, & sic dispositionem d. textus procedere solummodò, quando contrà bonos mores taliter sunt, quam sola iuris Ciuilis consideratione attenta; vt si à iure naturæ, vel gentium sint reprobata, nõ verò quando iure Ciuili inspecto, non possunt attendi,
communiter tenent *Socin. Iun. cons. 44. nu. 5. 6. Cacher.* 3
dec. 100. nu. 13. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20. nu. 10. Sanch. in decal. lib. 3. cap. 9. nu. 30 & de matrim. disp. 32. in princ. Gutier. de Iuram. par. 1 cap 59. num. 6. Clarin. controu. for. cap. 122. num. 30. Henric. Canis. in reg. Iur.
lib. 6. decret. reg. 58. circà finem. Sed sic est, quod pactum 4
nostrum non quidem reprobatur, quia iuri naturæ, vel gentium contrariatur, sed quia leges Ciuiles illud non admittunt, ergo iuramento validum reddi debet. Maior propositio patet ex supradictis; minor verò probatur ex traditis per *Merend. lib. 1. controu. cap. 16. per tot.* vbi probat has conuentiones annullari de iure Ciuili, vel Romanorum, non autem de iure naturali, prout etiam id ostendit *Passerin. in cap. quamuis pactum nu. 83. de Pact. in 6.*

Secundò, quia aliquando possunt fieri huiusmodi pacta, vt vndequaque laudabilia sint, puta quando hæredes antè mortem defuncti inuicem paciscuntur, super diuisione hæreditatis ad concordiam, & mutuũ
amorem conseruandum, vel quando quis hæreditatẽ, 5
quam sperat alicui dat, vel promittit, vt rebus suis cõsulat, vel vt alteri prosit, & certè laudabiliter fieri possunt, cum nihil sit, quod obsit, eo casu, conuentioni; nam quicquid dubitent Doctores, eos auaritiæ labe notari, qui de hæreditate nondum delata aliquid statuunt, & de periculo captandæ mortis illius, de cuius agitur bonis: id non quidem prouenit ex natura conuentionis, sed ex praua quandoq; aliquorum contrahentium intentione accidentali, quarè, si à viris probis fiant huiusmodi pacta, auaritiæ, & improbitatis cessabit suspicio, cum non absque legitima causa ab
eis fiant, sed, vt diximus, vel ob amorem conseruandũ, 6
vel propter aliquod bonum, ad fauorem tertij; at vbi cum causa fiunt, non videntur ab Imperatore annullari, sed tantum, quando sine causa, vt indicant verba Iustiniani *in d. l. fin. sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ videantur &c. quare enim quodam viuente, & ignorante de rebus eius, quidam paciscentes conueniunt?*

Tertiò, quia prauitas contrahentium, dummodo
res sit in commertio, non vitiat de iure naturæ con- 7
tractum, modis consuetis, factum, vt videmus in eo, qui rem distrahit, vt ex pretio vxorẽ proximi sui corrumpat, vel in eo, qui venenum comparat, vt innocentem interimat, nam vtroque casu subsistit venditio; ergo pacta nostra nec erunt inutilia, ex eo quia aliquam in se prauitatem inuoluant.

Quartò, quia argumenta, quæ solent afferri ab illis, qui contrarium defendunt, nequaquam subsistunt. Primum nempè, quod contractus de re aliena factus inutilis videatur de iure naturæ, vt indicat Imperator his verbis; *nam in alienis rebus contrà Domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci secta temporum nostrorum non patiatur &c.* non meretur, attendi, quia iura dictant valere contractum, in quo res aliena venditur,
vt est *tex.* rotundus *in l. rem alienam 28. ff. de contrah.* 8
empt. Secundum desumptum ex *l. 2. ff. de vulg. & pupil. subst. §. interdum*, vbi dicitur, improbum eum existimari, qui de viui hæreditate sollicitus est &c. parui est faciendum: Nam, vt suprà diximus, iusta ex causa fieri possunt conuentiones huiusmodi, eo inscio, de cuius agitur patrimonio, quo casu improbus paciscens dici non poterit. Et vlteriùs dictum Iuris Consulti referri debet ad mores Romanorum, apud quos turpe erat tractare de hæreditate viuentis, & nescientis, vel debet intelligi, quando quis magis est sollicitus, de viuentis hæreditate, quam vt bono viro conueniat. Prætereà non valet

conse-

consequentia, improbus est, qui sic contrahit, ergo contractus est inualidus; quia etiam is, qui rem alte-
9 rius scienter distrahit, improbitate laborat, & nihilominus contractus substinetur, vt diximus; Tertium in quo allegatur *tex.* Canonicus *in cap. 2. de concess. præb.* minimè refragatur, quia licet ibi legantur huiusmodi verba. *Cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium inueniatur inhibitum turpe esse, Diuinique plenum animaduersione iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio locum habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curauerunt &c.* Tamen si benè perpendantur huiusmodi verba, dignoscetur non quidem ibi statui, quod iure naturæ sint improbata, sed potiùs, quod iure positiuo, vt probant verba, *cum enim in ipsis &c.* & verba *etiam Gentiles &c.* Vlteriùs, ex eo quia ibi Pontifex statuat, non esse ferendum, vt pacta futuræ successionis fiant, non est trahendum in consequentiam, quod iure naturæ sint improbata: nam, toto Cęlo, distat, quærere; An pacta, de quibus agitur sint iure naturali, & per se inualida; &, an Princeps debeat illa permittere, vt enim per se valeant, satis est illa, posse fieri sine vitio: vt verò non debeat Princeps eadem permittere, satis est malos homines occasionem indè arripere posse aucupandi mortem innocentis.

Et ex his, & similibus argumentis, concludit *Merend. d. lib. 1. cap. 17. per tot.* & præcipuè *num. 11.* de iure naturali valida esse huiusmodi pacta, licet iure Ci-
10 uili sint nulla; ergo, si iure naturali substinentur, valebunt iuramento accedente, non obstante, quod Ciuilia iura ea infitment ex supradictis.

Secundò loco argumentatur *Merend.* à paritate rationis ducta ex *tex. in cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* vbi valet iuramento vallatum pactum futuræ
11 successionis renunciatiuum, licet absque iuramento non substineatur; ità pariter est dicendum in nostro pacto affirmatiuo, vt licet sit inualidum, absque iuramento, tamen accedente eo subsistat.

Tertiò semper iuramentum est seruandum, quando non vergit in dispendium salutis æternæ, vt latissimè à me fuit dictum *d. cap. 5. num. 2.* sed sic est, quod no-
12 strum non concernit peccatum, præcipuè quando probi viri super hæreditate tertij ex aliqua iusta accedente causa paciscuntur, meritò &c.

Vlterius dici non potest, quod aliquod peccatum contineant, eò quia inducant votum captandæ mortis; nam aliàs etiam in substitutionibus, & primogenijs hæc ratio assignari posset, & tamen subsistunt, vt latissimè ostendit *P. Passerin. in cap. quamuis pactum de Pact. in 6. numer. 83.* & ab aliquibus afferri solet exemplum Esaù, qui, vt habetur ex *cap. 25. Genes.* vendidit primogenium Iacob, & valida fuit venditio propter iuramentum, vt ex *Tiraquell. de Iur. primog. quæst. 29.*

Quapropter ex his, & similibus argumentis valida-
13 ri pacta nostra iurata, firmarunt, *Bald. in cap. 1. §. moribus si de feud. fuer. controu. Dec. cons. 516. num. 5. Corn. cons. 257. lib. 3. Socin. Iun. cons. 65. nu. 49. lib. 1. Menoch. cons. 1. num. 168.* cum alijs allatis à *Fachin. controu. Iur. lib. 8. cap. 82. num. 1.* & pluribus alijs, de quibus testatur *Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 31.* quibus addo *Merend. controu. d. lib. 1. cap. 19. num. 9.* cum alijs cumulatis per *Formosin. ad cap. cum contingat 28. de Iureiur. quæst. 10. nu. 2.* & latiùs *Passerin. ad d. cap. quamuis pactum nu. 83. de Pact. in 6.*

Sed quicquid dicant isti, contraria sententia semper mihi visa fuit verior, & receptior, quæ probatur

Primò, quia huiusmodi conuentiones adeò inefficaces sunt, vt ex eis nec naturalis oriatur obligatio, vt eleganter demonstrat, *Merend. lib. 1. controu. cap. 18. nu.*

2. & seqq. & id ostendunt clara verba *tex. Sancimus* 14
omninò huiusmodi quæ sunt contrà bonos mores repelli, & nihil ex his pactionibus obseruari. Et alia sanctio, vbi habetur, *neque donationes talium rerum neque hypotheeas penitus esse admittendas, neque alium quempiam contractum.* Ex quibus elicitur, quod si produ̇cerent obligationem naturalem, falsum esset eas penitùs non admitti, cum, quoad multos iuris effectus, recipiatur contractus naturalem gignens obligationem. Si igitur omninò inefficaces sunt, iuramentum super eis adiectum non potest valere, vt pluribus argumentis defen-
dit ipsemet *Merend. lib. 1. contr. cap. 1. per tot.* & præci- 15
puè *num. 23.* vbi allegat *Couarr. de Pact. par. 2. §. 1. num. 7. Mancin. de Iuram. par. 4. eff. 1. quæst. 3. Fabrum de error. pragm. decad. 28. error. 6. num. 7. Suar. de Iuram. lib. 2. cap. 29.* & alijs omissis *Socin. Iun. cons. 44. num. 19. lib. 2. Fusar. de Substit. quæst. 308. num. 20. Valenzuel. cons. 148. num. 41. lib. 2. Crass. de Except. except. 20. num. 33. Pignatell. controu. cent. 1. cap. 56. num. 15. & cent. 2. cap. 27. num. 24.* cum alijs à me cumulatis *suprà num. 15.* quibus addo *Michal. de Fratrib. par. 3. cap. 12. num. 17. Vgon. ad Donell. in l. vlt. C. de Pact. numer. 11.* vbi quod frustra ad eum confirmandum iusiurandum accederet, vt de omnibus constitutum est, quæ iure non fiunt, & inferiùs, *quæ enim potest esse res, quæ confirmet, vbi nulla est, quæ confirmetur.* Et quod actus non confirmetur dixit etiam *Rot. dec. 21. num. 3. par. 2. rec. Royas dec. 2. nu. 9. Buratt. dec. 798. num. 5.* vbi quod non confirmantur, quæ habent resistentiam iuris, & firmauit eadem *Rota in Mediolanen. Parochialis 15. Iunij 1663. coram Eminentiss. D. Cardinali Celso circa finem, Gratian. discept. 586. Barbos. vot. decis. 30. numer. 74. & ad cap. ad nostram de confirm. vtil. vel inut.*

Secundò, vndequaque iura clamant, obligatorium
non est contrà bonos mores præstitum iuramentum 16
cap. non est obligatorium de Reg. iur. in 6. Fachin. d. lib. 8. cap. 72. vers. fundamentum est, Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 61. nu. 12. Fusar. de substit. d. quæst. 308. num. 22. Bolognett. in l. stipulatio hoc modo concepta num 48. 49. de verb. oblig. Picchard. ad § stipulatio 24. num. 2. Instit. de inut. stipul. & de adempt. legat. princ. tit. num. 17. latissimè *Canis. ad d. regulam, cap. non est obligatorium, reg. 58. per tot.*

Nec turbat distinctio, quam tradunt nonnulli, & præcipuè *Socin. Iun. cons. 44. num. 5. 6. Cacheran. dec. 100. num. 13. Seraphin. de Priuil. Iuram. 20. n. 10. Dauth. de testam. de mut. test. pot. n. 91. vers. verùm hæc, Martin. Pist. lib. 4. quæst. 2. nu. 27. post medium,* nempè quod non sit obligatorium iuramentum, quod contrauenit bonis moribus naturalibus, & Canonicis, secùs, si super actu à iure Ciuili reprobato interponatur; quia quicquid sit de hac distinctione indubitanter adaptatur conclusio ad casum nostrum, quia huiusmodi pacta,
in terminis, de quibus agitur, non tantum, iure Ciuili 17
sunt improbata, sed iure naturæ, & Canonico; nam concernunt materiam peccati, auaritiam nutriunt, & votum improbum captandæ proximo mortis obtrudunt, vt præ cæteris, ostendit *Bolognett. d. l. fin. num. 27.* ibi, *cum ista pactio sit contrà bonos mores naturales non validatur iuramento.* Et inferiùs, *imò est contrà bonos mores naturales, quia reprobatur etiam hæc pactio; & hoc votum à iure Canonico cap. 1. & 2. de Concess. præb. cap. detestanda, & cap. ne captandæ eod. tit. Item & quia est contrà præceptum Decalogi, & inducit peccatum,* & meliùs *Cagnol. d. l. fin. num. 34. vers. sed non est recedendum,* vbi quod con-
trà bonos mores naturales dicuntur, & contrà ius 18
Gentium. Et inferiùs, *talia pacta dicuntur continere turpe, quia, eo respectu, dicuntur paciscentes solliciti de hæreditate viuentis, & votum captandæ mortis*

inducunt, expectaturque liberi hominis mors, itidem, Fachin. d. controu. 77. vers. prater hanc, latè ostendit ea esse contra bonos mores de iure Canonico; Et magis enixè huiusmodi pacta non firmari iuramento, quia sint contra bonos mores de iure Canonico, gentium, & naturali, firmauit, præ cæteris *Formosin. ad cap. cum contingat quæst. 10. num. 4. de Iuretur. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 33. Castill. quotid. controu. cap. 9. num. 7. Decian. cons. 48. num. 13. lib. 2. Peregrin. cons. 32. num. 6. Rot. dec. 40. nu. 8. par. 4. to. 2. rec. Capon. de Pact. cap. 47. circà finem*, cum alijs mirâ allegandis.

19 Prætereà animaduertit *Sanch. d. cap. 2. num. 33. vers. secundò*, quod, quando contractus confirmatur iuramento, manet, eò vsque irreuocabilis, vt nemini ex contrahentibus ab eo liceat resilire, vt idem *Sanch. ostendit lib. 1. de matrim. disp. 32. num. 6.* sed a contractu nostro, quandocumque voluerint paciscentes, possunt discedere, meritò &c.

20 Tandem considerat *Fachin. d. cap. 72. circa finem*, quod vergunt huiusmodi pacta in præiudicium tertij, & ideo iuramentum, super eis interpositum est frustatorium, vt habemus *in cap. cum contingat de Iuretur. & cap. quamuis de Pact. in 6. Tiraquell. l. si vnquam num. 91. de reuoc. donat.* quod adsit tertij præiudicium apparet, ex sæpe memorata *l. fin. C. de Pact.* vbi Imperator ait, huiusmodi pactiones plenas esse tristissimi, & periculosi euentus, propter insidias, videlicet, quæ parari possunt viuenti, cuius hæreditas in pactum deducitur, vt adnotarunt *Salicet. d. l. pactum, C. de Pact. Socin. Iun. cons. 44. nu. 40. lib. 2.* cum alijs adductis per *Fachin. vbi suprà*.

Et ex his, adeò roboratur nostra negatiua sententia, vt hodiè nullus ferè sit, qui eidem non subscribat,
21 vt prætermissis 90. Doctoribus cumulatis per *Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 33.* quod pacta successoria de hæreditate tertij viuentis non valeant, nec roborentur iuramento, tenent idem *Sanch. d. loco Bald. ad d. l. fin. nu. 11. C. de Pact. Salicet ibidem in princ. Bolognett. num. 11. & 27. Cagnol. num. 34. Alciat. l. 15. num. 19. C. eodem, Vasq. d. lib. 2. § 18. num. 244. Crass. §. successio ab intestato quæst. 9. num. 7. vers. contrarium, Fachin. controu. 72. lib. 8. Peregr. cons. 32 numer. 5. lib. 6. Rip. obseru. 222. num. 2 Surd. cons. 355 num 2. idem Sanch. resp. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 34 num. 58. Bombin. cons. 3. num. 25. Asin. de execut. §. 9. cap 143. & cap. 335. Formosin. ad d. cap. cum contingat quæst 10. num. 4.* vbi multos congerit, & testatur de veriori & magis communi, & latiùs *num 11. & 12. Monter à Cueu. in d. l. vlt. num. 40 & d. l. pactum, quod dotali num. 6. C. eodem, Gaill. pract. lib. 2. obseru. 125. Cald. Pereir. de empt. & vend. cap. 130. nu. 41. Morl. in empor. tit. 3 quæst. 6. Franc. Salern. cons. 10. §. 2. num. 49. & seqq. Donell. ad l. fin. C. de Pact. num. 11. Mancin. de Iuram. par. 4 eff. 62. num. 3.* & relati per *Honded. cons. 40. numer. 13. & seqq. lib. 1. Gutier. de Iuram. confirm. cap. 59. num. 5. Rot. dec. 40. num. 5. par. 4. tom. 2. rec. Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 3. Barbos. d. l. fin. num. 3.* & hanc etiam, articulo disputato, defendit *Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 20. num. 17. Castill. quotid. controu. lib. 3. cap. 9. num. 5. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 20. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæst. 40. num. 11. Add. ad Buratt. dec. 494 num. 4. Capon. de Pact. quæst. 47. circà finem, Gomez. ad ll. Taur. 22. nu. 30.* qui omnes loquuntur in pacto quidem super hæreditate tertij viuentis inito; nam cæteros affirmantes non validari iuramento pacta super hæreditate ipsorummet paciscentium abundè retulimus supra *cap. 5.*

Hac igitur retenta, tamquam veriori, & magis communi, non obstant ea, quæ in contrarium fuere adducta, argumenta; Nam ad primum, concedimus assumptum nempè, quod tum demum lex resistit contractui iurato, quando contra prohibitionem iuris naturalis Canonici, vel gentium initus fuit; secùs si ex iuris tantum ciuilis dispositione improbetur; Sed constanter negamus pactum de quo agitur hic, esse solummodò a iure Cæsareo reprobatum, cum immò ex supradictis apertissimè liqueat omninò reijci, & damna- 22
ri, tam de iure Ciuili, quam naturali, gentium, & Canonico, vt in primis firmat *Formosin. vbi suprà num. 12. vers. ob id non obstat.*

Nec satis euincit contrarium, quod aliquando possint huiusmodi pacta laudabiliter fieri; nam iura, ad ea, quæ frequentius, non ad ea, quæ rarò eueniunt, se adaptant *l. nam ad ea, ff. de leg. l. iura, C. de Postul. Me-* 23
noch. remed. 2. adipisc. poss. num. 111. Vlterius nullo modo laudabile dici potest, quicquid fit contra legem;
Et in vanum hic validitatem expiscamur, legis enim 24
auxilium frustrà inuocat, qui committit in legem *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. l. si quemus, C. de Iu-* 25
dæ. cap. vlt. de Immun. Eccles. Surd. cons. 37. numer. 3. Seace. de Appell. quæst. 5. num. 74 Bellett. disquis. Cleric. par. 1. tit. de discipl. Cleric. §. 16 num. 19. Et admisso, millies, quod aliquando ex hoc pacto, possit quid boni dimanare: nihilominus, quia huiusmodi conuentio continet suapte natura peccatum, & auaritiam
nutrit, nunquam permitti debet, neque enim mala 26
facienda sunt, vt bona eueniant, *Apostol. ad Roman. cap. 13.* relatus *in cap. ex tuarum de Sortil. & cap. super eo de vsur. Tiraquell. de Pæn. temp. caus. 52. num. 8. Surd. cons. 574. num. 19.*

Profectò non nocet, exemplum desumptum ab eo, qui rem distrahit, vt ex pretio corrũpat alterius vxorem; nam paritas non procedit, quia in eo, qui rem distrahit hoc animo, vt corrumpat vxorem tertij, duo actus debent distingui, alter qui consistit in distractione rei propriæ, & iste valet, cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter *l. in traditionibus, ff. de Pact. l. in*
re mandata, C. mandat. Escobar de Ratioc. cap. 90. num. 27
50. Menoch. cons. 255. num. 10. & cons. 296. num. 41. cum similibus; alter verò consistens in animo corrumpendi alterius mulierem, & actus iste cùm sit accidentalis, & extraneus à primo actu venditionis, quippè qui potest adesse, & abesse præter ipsius subiecti corruptionem
l. falsa, ff. de condit. & demonstrat. l. pacta conuenta, ff. de 28
contrah. empt. Menoch. cons. 35. num. 19. & cons. 37. num. 98. Surd. cons. 179. num. 7. non potest mutare ipsius venditionis substantiam, quia accidentaliter euenientia
rei substantiam non alterant, *l. naturalem 5. §. pauo-* 29
num, ff. de acquir. rerum domin. Ceuall. com. contrà commun. quæst 682 num. 2. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 10. gloss. 4. num. 5. Vltraquamquod hęc voluntas corrumpendi honestam mulierem, cum sit in mente retenta,
nihil operari potest *l. si repetendi, ff. de condit. ob caus.* 30
Rot. dec. 354. nu. 6. par. 1. rec. Surd. cons. 321 nu. 6. Duran. dec. 379. pariter nu. 6.

In nostro verò casu, vbi quis init pacta successoria principaliter gerit actum reprobatum, & nullum, ac ab extrinseco malum præsefert animum peccandi, & facto ipso, eius auaritia innotescit, quarè mirum non est, si hic improbitas contrahentis attendatur, inibi verò non habeatur in consideratione.

Nec quicquam facit assertio, quod reprobentur in iure, pacta successoria, ea ratione, quia contractus, super re aliena factus, minimè valeat, cum tamen contractum, etiam de re aliena leges non impugnent, vt est *tex. in l. rem alienam 28. ff. de contrah. empt.* quasi cessante causa, cesset effectus *l. adigere, §. quamuis, ff. de*
Iurepat. l. si pater, ff. de hæred. instit. Barbos. axiom. 40. 31
num. 4. cum vulgatis. Quia respondetur, quicquid sit, de illa lege, vbi, si finem dispositionis contemplabimur (quemadmodum in quolibet actu finem esse expectan-
dum monet *l. diximus, ff. de Excusat. tutor. Euerard. in* 32
Topic.

Topic. loco 100. *Giurb. ad consuet, Messan. par.*1. *cap.*1.
33 *gloss.*4.*num.*12.)reperiemus, quod res emptori auferatur à Domino, iuxtà *facultatem* ei traditam à *d. l. rem alienam*, ibi, *rem alienam distrahere quem posse nulla dubitatio est, nam emptio est, & venditio, sed res emptori auferri potest*; & ita etiam obseruat *Fin. dec.*5. 6.*Spad.cons.*149.*tom.*1.*Arias de Mes.var.cap.*27. *num.* 13.*lib.*1 *Nathon.Iust.vulner.par.*1.*tit.*2.*cap.*14.*num.*1. *Barbos.ad cap.in literis nu.*9. *de Restit. Spoliat, Merend. cap.*11.*lib.*7. *Rot. dec.* 122.*par.*7.*rec.* Vndè dici non potest, quod validè fiat, quicquid illicò habetur pro infecto.

Certum est, quod non vnica est ratio annullatiua horum pactorum, nempè quod contractus, super re aliena fieri non possit, sed aliæ quoque inualiditatis causæ adnumerantur, nempè, quia sunt contra bonos mores, votum captandæ mortis inducunt, ac indicant malum animum contrahentium optandi mortem alterius, propter rem eius obtinendam, vt sæpè sæpiùs adnotauimus: Vndè, licèt vna causa cessaret, & hoc respectu valeret pactum de re aliena, nihilominùs, cum aliæ minimè tollantur, effectus remanet in suo robore, & regula est satis nota, quod, quando plures rationes concurrunt ad dispositionem, vna cessante, non cessat dispositio *Tiraquell. in tract. cess. caus.*
34 *lin.*22. *Rot. dec.*587. *num* 7.*par.*1. *rec. Osasch.dec.*118 *nu.*6. cum alijs per *Barbos*, congestis *axiom.* 40. *n.*23.

Similiter paritas desumpta *ex cap. quamuis pactum de pact. in* 6. considerabilis non est, nam, ibi valet pactum, quia bonis moribus non est contrarium, nec vergit in damnum alterius, vt *Sanch.* demonstrat *d.lib.* 7.*cap.*2.*nu.*33. *versic.nec obstant, & Fachin. vbi suprà, vers.& fundamentum*, & nos plura subdemus inferiùs.

Nec subsistit, quod non vergat in dispendium salutis æternæ: quia imò contrarium omnes affirmant, nempè in se continere peccatum, & quidem mortale, contra Decal. præcepta; Imò admonet *Fachin. vbi*
35 *suprà, versic. Respondeo id negari*; quod, ad hoc, vt iuramentum dicatur, non posse seruari sine dispendio salutis æternæ, sufficit peccatum etiam veniale committi, quia, & illud detrimentum affert animæ. Et quod mortaliter peccet, qui seruat iuramentum de
36 re peccaminosa etiam venialiter, dummodò ipsum non excuset ignorantia, affirmant Theologi, vt *Sanch. in præcept. Decal.lib.*3.*cap.*4.*num.*29. *Castro Pal. de Iuram.disp.*1.*punct* 6. *Tambur.in Decal.lib.*3.§.3.*num.*5. *Leander de Iuram.tract.*1. *disp.*7.*qu.*38.§.5.

Et minus attendi potest argumentum desumptum à fideicommissis, primogenijs, & substitutionibus, quia in illis non militant rationes, quas considerauimus in nostris pactis, vt scriptum fuit in antecedenti *cap.*15. *num.*26.

37 Quapropter constanter est tenendum, quòd frustrà iuramentum apponatur, super his successorijs conuentionibus, addito quòd exemplum de Esaü, & Iacob, non adaptari ad casum, ostendunt *Cacheran. dec.* 100. *Tiraquell. de Iur. Primog.quæst.*29.*nu.*3. *Fachin.d.cap* 72.*versic. postremum, Formosin. ad d.cap. cum contingat, quæst.*10. *nu.*22. *de iureiur.* ex pluribus nempè quia iudicialia veteris testamenti non adstringunt, nisi in quantum reperiuntur approbata. Et illud ius primogenituræ, quod contra ius naturale, vni tantum ex liberis successionem defert, facilius extingui potest, concessumque fuit Iacob, quia ex eo erat descensura Beatissima Virgo Maria, ideoque meruit primogenituram, hæreditatem, Benedictionem, &c.
38 Quod verò apud me plurimùm pollet, est, quia in primogenitura non cadit votum captandæ mortis ex facto illius, qui ad successionem aspirat, sed ex voluntate testatoris, & instituentis, quæ si accedat, facit substineri pactum, vt aliàs diximus, & plenè *Formosin. ad d. cap. cum contingat, de iureiur.nu.*23.

Potest tamen hic dubitari; an admissa pro veriori opinione, quod non subsistant pacta nostra iuramento vallata saltem debeant à iurante obseruari, metu periurij, & sic, an licet iuramento confirmari non possint, nihilominùs paciscentes, contraueniendo, in periurium incidant.

Hanc quæstionem, præ ceteris, tractant *Merend.* 39
*contr.li.*1.*cap.*19.*num.*10.*& seqq. Sanch. in decal. lib.*7. *cap.*2.*num.*34.*Fachin. d.lib.*8. *cap.*72. *vers. alij dixerunt lit.B, Formosin. ad cap. cum contingat de Iureiur, quæst.* 10.*nu.*3.*&* 24, cum alijs ab ijsdem allegatis.

Quod cadant in periurium contrauenientes, licet pactum non subsistat, tenuerunt, *Alex.Imol.Alciat.* & 40
alij allati per *Formosin. vbi supra n.*3. quos etiam, pro hac parte, adducit post *Roman.Menoc. Molin. Sanch. loco mox cit.n.*35. cum quibus ipsemet *Sanch.* pertransit, plura, pro hac parte allegando argumenta, neq; ab hac opinione discessit subtilis *Meren.d.cap.*19.*in fine.*

Contrarium, quod, nullo modo, obliget simile iuramentum, nec absolutio sit necessaria, est opinio magis communis, quam sequuntur, *Salicet.l.fin.C.de Pact.nu.* 41
10.*& ibi Fulgos.num.*14.*Anchar.cons.*403. *num.*3. *Fulgos.cons.*73.*dub.*1. *Soccin. Iun. cons.*44. *num.*22. *vol.*2. *Bero cap.in præsentia nu.*193.*de Probat. Ruin.cons.*204. *num.*8. *vol.*1. *Angel.l.si quis pro eo in princ. de Fideiuss. Vuessemb.cons.*71.*num.*6.*vol.*2.*Sanch.vbi suprà num.*34. *Fachin. d. lib.*8. *cap.*72. *vers. responderi potest, & benè Formosin.ad d. cap. cum contingat de Iureiur. quæst.* 10. *num.*24. vbi contrarijs respondet.

Et hanc puto veriorem, per ea, quæ suprà diximus *cap.*5. *num.*39. vbi an indigeret relaxatione iuramen- 42
tum interpositum, in pacto successorio, in quo actum fuerat de hæreditate ipsorummet paciscentium, & ibi tradita hic etiam adaptari arbitror, quia, si non valet iuramentum, vbi interponitur in actu prohibito principaliter ob bonum commune, licet secundariò respiciat bonum particulare, vt ibi ostensum fuit; multò minùs valere poterit, quando apponitur contractui, non solum prohibito propter vtilitatem omnium in communi; sed quia est contrà bonos mores præceptis legis naturalis, & Diuinæ congruentes, & contrà ius Canonicum, vt animaduertit *Formosin. d.cap. cum contingat de Iureiur.quæst.*1.*num.*14. *&* 15. & sæpiùs à nobis dictum fuit.

Qui plura desiderat circà iuramentum contrà bo- 43
nos mores, naturales, & Ciuiles, contrà bonum publicum, seu contrà prohibitionem legis Ciuilis, & Canonicæ præstitum, adeat *Leandrum de Iuram.tract* 1.*disp.* 9.*quæst.*41 *& seqq.Suar. de Relig.tom.*2. *de Iuram.promiss.cap.*22.*num.*7.*Molin.Theolog.tom.*2.*disp.*270. *dub. vlt.*§.*hac tamen, Bonacin.de Præc.decal. disp.*4. *quæst.*1. *punct.*5.*Castr.Pal.disp.*2.*punct.*8.

CAPVT XVIII.

Pactum nostrum, an valeat initum à patre de hæreditate filij, vel à filio de hæreditate patris. Filius an possit pacisci, super iure sibi competente in legitima; Et an filij paciscentes super hæreditate patris viuentis incurrant pœnas indignis præscriptas.

SVMMARIVM.

1 *Pacta futuræ successionis de bonis tertij viuentis præcipuè inualidantur, quia votum captandæ mortis inducunt.*

2 *Præ-*

2 *Præsumptio captandæ mortis cadere non potest inter patrem, & filium.*
3 *Nullus amor vincit paternum.*
4 *Pater magis filium, quam se ipsum diligit.*
5 *Non valet pactum futuræ successionis tertij viuentis, neque inter patrem, & filios.*
6 *Lex generaliter loquens, est generaliter intelligenda.*
7 *Pro nullitate pacti nostri non est necesse, vt sit votum captandæ mortis, sed sufficit, vt possit timeri.*
8 *Pater transiens ad secunda vota non diligit pro prios filios.*
9 *Patri secundò nubenti denegatur filiorum educatio.*
10 *Et similiter matri.*
11 *Etiam si secundæ nuptiæ sint dissolutæ.*
12 *Filij quandoque à patria potestate liberantur.*
13 *Ex sola spe successionis inducitur votum captandæ mortis.*
14 *Sicuti non valet pactum à parentibus initum super re filiorum; an è contrà substineatur pactum filiorum super re patris.*
15 *Spes filiorum super hæreditate patris non est spes alienæ, sed propria hæreditatis.*
16 *Filius dicitur portio patris.*
17 *Filius dicitur vnum corpus, & vna persona cum eo.*
18 *Filij viuente patre, dicuntur quasi Domini ipsius hæreditatis.*
19 *Filij venientes ad bona patris, ad bona propria venire dicuntur.*
20 *Filij habent primum locum in successione patris.*
21 *Filius non dicitur agnatus, neque cognatus patris, sed ex conatus.*
22 *Quod pactum nostrum non valeat, neque inter filios de hæreditate patris.*
23 *Filij aliquando vitæ parentum insidiantur.*
24 *Quare sint nulla pacta inter fratres de viuentis hæreditate.*
25 *Filius succedens ad hæreditatem patris, dicitur succedere ad aliena bona.*
26 *Filius dicitur parenti agnatus.*
27 *Fratres non possunt inire pacta super portione legitimæ viuo patre.*
28 *Filius potest compellere patrem, vt sibi legitimam assignet in vita.*
29 *Filius in legitima æquiparatur vero creditori.*
30 *Donans sua bona omnia, vel renuncians non intelligitur donare legitimam.*
31 *Filij legitima, viuo patre, non pertinet ad fiscum.*
32 *Quid stante statuto ità disponente.*
33 *Statutum procedit, quando non extant nepotes, aliàs secus.*
34 *Et quando filius fuit condemnatus per veras probationes, non verò in contumaciam.*
35 *Similiter statutum faciens mentionem de legitima in bonis patris non compræhendit legitimam, quæ debetur ex bonis matris.*
36 *An pater possit filio prohibere, ne diuidat bona antequam perueniat ad 25. annum, etiam quoad legitimam.*
37 *Filij paciscentes super hæreditate patris viuentis, an dicantur suppositi confiscationi bonorum, vti ab indignis.*
38 *Affertur opinio negatiua.*
39 *In pœnalibus non fit extensio etiam ex identitate rationis.*
40 *Erubescimus sine lege loqui.*
41 *Contra quod filij supponantur legibus loquentibus de pęna indignationis est magis communis opinio.*
42 *Extensio fit in pęnalibus de similibus ad similia.*

INter alias rationes, ob quas inualidari solent pacta successoria, illa est, quia votum captandæ
mortis inducunt, in promissore, contra eum de cuius 1
agitur patrimonio, vt pluries diximus; Verum quia,
iuxta aliquorum sententiam, hæc ratio non potest
applicari patri paciscenti de hęreditate filiorum, ideò
limitanda venit conclusio principalis in toto tractatu
firmate, quod valeant pacta nostra, in patre promittente filij hæreditatem, quasi, cessante ratione prohibitionis, videatur cessare dispositio, ex vulgatis.

Et quod parentes non insidientur vitę ipsorummet
natorum, nec possit hoc casu verificari præsumptio
sinistra propter arctissimam sanguinis coniunctionem colligitur ex *textu in l. cum qui probabilem C. de
Episc. & Cleric. l. isti quidem, ff. quod met. caus.* & ad
propositum pluca deducit *Bolognett. d. l. fin. num. 71.*
vbi, quod patres potiùs per filiorum mortem contristantur, quam quod eam optent *Cagnol. ibidem num.* 2
110. Cald in tract. de success. per pact. par. 1 num. 23. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 56. in princ. vbi, quod est
præsumptio dicta ab ipsa natura.

Indè natum est axioma illud notissimum, quod
nullus amor paternum vincit, *l. fin. in princ. ff. de Curat.* 3
furios. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 10. cum alijs per
Cagnol. doctè cumulatis d. l. fin. num. 111. & de hoc exemplum habemus ex *Virgil.* qui cecinit in personam patris orantis pro filio —— Meme adsum, qui feci in me
conuertite ferrum, ò Rutuli. —— Et quod pater magis
filios, quam se ipsum diligat, habemus plura penès
addentem ad *Paschal. de virib. patr. pot. par. 3. cap. 7.* 4
nu. 1. & seqq. & apud *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 36. nu. 4. & seqq.*

Nihilominus in articulo prædicto contrarium determinant communiter Doctores volentes, quod
improbetur pactum nostrum licet initum à patre, super hæreditate filiorum, vt *Bald. d. l. fin. num. 5. Roman.* 5
num. 11. Paul. Castren. num. 4. Alciat. num. 20. & seqq. & 26. & seqq. Curt. num. 13. Dec. num. 14. & 15. Cagnol. num. 110. Bolognett. num. 28. 69. 71. Crass. §. successio ab intestato, quæst. 9. num. 5. Paris. cons. 24. num. 61. tom. 2. Ruin. cons. 76. num. 4. & seqq. vol. 2. Ias. cons. 60. tom. 3. Peregrin. cons. 32. vol. 6. Torniol. cons. 46. num. 8. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 12. Rip. obseru. 222. Crot. cons. 187. num. 21. lib. 2. Barry de success. lib. 2. tit. 3. num. 5. Carleual in Apol. ad dec. 87. Mencac. de success. creat. lib. 2. §. 18 nu. 214. Gomez. ad ll. Taur. 22. nu. 30. Formosin. ad cap. cum contingat de Iureiur. quæst. 12. nu 10. Capon. de Pact. quæst. 50. nu. 11. Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 1. num. 10. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæst. 40. nu. 8. & seqq.

Nam vt *Ias.* effatur allatus à *Bolognett. vbi suprà
num. 28.* hæc lex est generalis, & generaliter loquitur,
quod nemo sperans, per alienam mortem acquirere
bona ipsius, possit, eo viuente, & ignorante pacisci;
ergo sequitur, quod generaliter sit intelligenda *tex.* 6
in l. in fraudem, §. vlt. ff. de testam. milit. l. fin. in fine, C. de dot. promiss. cum similibus cumulatis per *Barbos. axiom. 136. in princ.*

Nec obstat, quod in parente cadere non possit præsumptio captandæ mortis, quia sufficit, vt possit timeri, & hoc significat Imperator in textu *d. l. fin.* (secundùm *Carleu. vbi suprà num. 14.*) qui non expressit 7
votum captandæ mortis, sed ait omnes huiusmodi
pactiones esse odiosas, & plenas tristissimi, & periculosi euentus, quas detestabiles, & iniquas appellauit Pontifex *in cap. accepimus 5. de Pact.* Vnde patet,
quod non considerauit Imperator, quòd in hoc, vel
illo casu, in hac, vel illa persona præsumendum sit,
sed quod generaliter ex ipsa pacti natura timeri possit, sciens, quod præ auaritia, & cupiditate lucri omnia fiunt licita iuxta illud —— Quid non mortalia
pecto-

pectora cogis, Auri Sacra fames?
Vltra quam quod vera est sententia Gozadini d. l.
fin. num. 17. quam etiam approbat Carlenal. vbi suprà
num. 15. præsumptionem l. isti quidem, ff. quod met.
cauf. & similes cessare, quando pater aliquid facit in
filiorum præiudicium; nam tunc cessante confiden-
tia, oritur sinistra suspicio, vt potest exemplificari
in parentibus conuolantibus ad secundas nuptias,
8 quo casu, leges de Amore erga filios dubitant, imò
præsumunt præferri amorem nouorum coniugum
patrimonio, & vitæ filiorum ex primo matrimonio
susceptorum l. lex quæ tutores, 22. ff. de admin. tutor.
quapropter patres superinducentes filijs nouercas,
ita se reddunt suspectos erga ipsos filios, vt sæpè sæ-
9 piua denegetur ipsis prior filiorum educatio, vt no-
tarunt Rouit. dec. 8. nu. 4. 11. Peguer. dec. 97. Fontanell.
de Pact. Nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 11. num. 31. quos re-
fert Carleual. vbi suprà, num. 16. circa finem. Mart. Me-
dic. in addit. ad dec. 62 num. 4. & in consil. decis. post
addit. ad d. decis. 62. num. 2. Add. ad Capyc. Latro dec.
52. num. 13. Et de matre, vt licet de ea lex confidat,
dum vidua est, l. fin. C. vbi pupill. Mart. Medic. dec. 61.
num. 3. & seqq. & exam. 38. num. 9. Grammat. dec. 55.
num. 4. & seqq. Surd. de Alim. tit. 4. quæst. 13 num. 12.
10 add. ad Capyc. Latro d. decis. 52. num. 8. ea tamen spes
euanescit, quando filijs vitricum superinduxit, sunt
text. l. 1. C. eodem tit. l. fæmina, l. generaliter, C. de se-
cund. nupt. l. lex quæ, §. vlt. C. de admiss. tutor. Menoch.
consil. 5. num. 32. Gratian. discept. 219. num. 11. Mart.
Medic. d. dec. 62. num. 14. 33. Guttier. de Tutel. par. 1.
cap. 8. num. 83. Mastrill. dec. 230. num 6. Add. ad Capyc.
Latr. d. decis. 52. num. 9. Vnde D. Hieron. lib. 2. Epist. 19.
in fine, dixit, superinducit mater filijs non vitricum, sed
hostem, non parentem, sed tyrannum, & inflammata
libidine obliuiscitur vteri sui; quapropter ad educa-
tionem liberorum primi matrimonij nunquam ad-
mittitur, etiamsi dissolutæ sint per mortem viri se-
11 cundæ nuptiæ, vt pluribus congestis Arias de Mes.
var. lib 2. cap. 25. per tot. Sed de hac re; an secundo
matrimonio dissoluto mater reacquirat tutelam, &
educationem, vide Phanucc. de Lucr. Dot. pag. 157.
Carocc. dec. 129. Amat. resolut. 24. Donat. Anton. de
Marin. cap. 264. num. 8. lib. 1. Merend. controu. cap. 42.
num. 19. Gratian. Discept. for. cap. 219. Rota de Priuil.
Mulier. cap. 1. num. 22. Mart. Medic. in cons. post addit.
ad dec. 62. consil. 2. num. 5. Et nonnulla quando pater
non præsumatur diligere filios congerit Pinell. l. 1. C.
de bon. mater. par. 1. num. 57. & seqq. Vnde leges vo-
luerunt, vt in casu nequitiæ patris possit cogi ad fi-
lium emancipandum, l. fin. ff. si quis à paren. fuer.
12 manumiss. l. si Lenones, Episc. Andien. in fin. Cod. de
spectac. lib. 11. Et quod liberentur filij quandoque à
patria potestate, ex maxima patris culpa, habetur
in l. 2. C. de Infant. & Posit. sicuti de patre negante fi-
lio alimenta adducitur gloss. in l. penultima, verbo pœ-
na, ad finem, C. de Patr. potest.
Si igitur hæc procedunt, quando pater aliquid fa-
cit, in præiudicium filiorum, vt præsumptio non ad-
mittatur amoris erga filios; nec etiam in considera-
tione habenda erit, in casu nostro; in quo, dum pater
pacta init super filiorum hæreditate; demonstrat ma-
lum animum contra ipsos, vt optimè considerat Bo-
lognett. d. l fin. nu. 71. circa finem, vbi, quòd non obstant
ea, quæ in contrarium dicta sunt, de præsumpto amo-
re erga filios; nam loquuntur secundum cursum na-
turæ, & eius ordinem, secùs est in casu nostro. Quo-
niam isti parentes demonstrant per extrinseca, quod
recedunt ab ordine naturæ, & demonstratur sic eo-
rum malus animus, §. pauonum, Instit. de rerum diuis.
§. cum ita, ff. de Verb. Oblig. & cum incipiant facere
conuentiones de re, quam non possunt habere, nisi
per mortem filiorum, necessariò sequitur, & demon-
stratur desiderium eorum mortis, cum non adhibeant
eorum consensum; quod etiam comprobauit Sanch.
in decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 59. vers. & quidem ibi quam-
uis secundum cursum naturæ id de parentibus minimè
præsumatur vt probant iura contraria: At secus est
quando parentes per extrinseca demonstrant se à commu-
ni naturæ cursu recedere, pactum ineuntes, quo se mor-
tem filiorum optare indicant, atque ita paterni amoris
præsumptio improbitate huius pacti confutatur, & priùs
id dixerat Capoll. & Io. de Platea, vt aduertit Carleual.
d. apolog. ad dec. 87. Rouit. num. 15. Et quod regulariter
in sanguine coniunctis, ex sola spe successionis indu- 13
catur votum captandæ mortis, Gaud. Pap. quæst. 539.
circa finem, Paris. cons. 56. num. 6. lib. 1. Cranett. cons. 18.
num. 3. Arias de Mes. var. lib. 2. cap. 25. n. 40. vbi etiam
affert Ramon. cons. 4 nu. 36. & Valenzuel. cons. 36. nu. 40.
Sed in omnem casum non est curandum, de hac
præsumptione amoris patria, erga filios, quia, dato
etiam, quod cesset omnimodò præsumptio captandæ
mortis, in sanguine coniunctis: tamen quia militat
alia ratio annullatiua, pacti nostri, nempè, quod est
improbum cogitare de morte alterius, eo viuente,
& ignorante, nequaquam potest substineri etiam de
rebus filiorum initum à patre, vt optimè Bolognet. d.
l. fin. num. 71. vbi reprobat Decium contrarium asse-
rentem, Cagnol. ibidem num. 112. Hartm. Pist. d. lib. 4.
quæst. 1. n. 10. vers. quia tamen, ibi, quia tamen nihilomi-
nus adhuc principalis illa ratio, secundum quam turpe
& improbum existimatur de morte alterius, quem ita
sollicitum esse, adhuc militat, ideoque quo magis pro-
pter sanguinis coniunctionem ipsa naturalis pietatis ra-
tione hoc exigeate à parentibus & liberis abesse debet,
præmatura ista sollicitudo, meritò etiam tam ad liberos,
quã ad parentes conclusio ista accomodatur, Carlenal d.
Apolog. n. 13. idẽ repetit, & omniũ optimè plura con-
gerit, Bolognett. ad ostendendam inualiditatem pacti
nostri d. nu. 71. vers. resolutiuè ibi puto opinionem com-
munem esse veram, quod pactum parentum de hæredi-
tate filiorum per istam legem sit reprobatum: quia in pa-
rentibus militat ratio communis, quod continet votum
captandæ mortis. Et est contra bonos mores, nam in
eis verificantur illa verba, quod sit spes alienæ hæredi-
tatis, §. extranei, Instit. de rer. qualit. & diff. Item in
eis militat, quod sit præmatura conuentio iuxtà l. 2. §. in-
terdum, ff. de Vulg. & pupill. & l. 1. §. si impuberi, ff. de
Collat. Bonor. Item verificatur, quod sit acerbissima spes
cum paciscantur de re, quam non possunt habere, nisi
per mortem filiorum. Similiter verificantur illa verba.
Si bonum animum habebat, quare non adhibuit eorum
consensum, & est suspicio insidiarum, vt probatur in l.
data C. de donat. & toto tit. ff. de Parricid.
An verò, quæ dicta sunt de patre paciscente, super
hæreditate filiorum, adaptentur ad filios contra- 14
hentes super patris hæreditate non caret difficultate.
Nam quod filij non compræhendantur sub dispo-
sitione, l. fin. C. de Pact. videtur innuere ipsemet tex-
tus qui loquitur de aliena hæreditate, ibi spes alienæ 15
hæreditatis. At spes filij non est spes alienæ hæredita-
tis, sed propriæ. l. in suis, ff. de liber. & Posth. Filius 16
enim dicitur portio patris & pars corporis eius, l. cum
summus, §. vltimo, C. de Agricoll. & Cens. lib. 11. & Di-
do apud Ouid.

Forsitan & grauidam Didon scelerate relinquis
Parsque tui latitat corpore clausa meo.

Imò vnum corpus, & vna persona cum eo l. vnic. vbi 17
Bald. in fine, C. de Impub & al. substitut. Gratian. discept.
for. 612. num. 11. Viuente patre dicuntur quasi Domi-
ni rerum ipsius, Merlin. Pignatell. cap. 1. num. 5. cent. 1.
Prat. discept. cap. 22. num. 9. Osuald. ad Donell l. 7. cap. 2. 18
litt. S, Quapropter non immeritò dicitur, quod ad
pater-

paterna bona, quaſi ad propria veniunt d. l. in ſuis,
19 ff. de lib. & poſth. l. 1. §. Largius, ff. de ſucceſſ. edict. Fab. in C. lib. 6. tit. 18. def. 35. num. 2. Staib. Inn. reſol. for. 99. n. 61. & per conſequens, dum loquitur textus de habente ſpem alienæ hæreditatis non poteſt ad filium accommodari, qui venit ad propriam potiùs, quàm extraneam hæreditatem.

Vlterius textus loquitur de hæreditate ex cognatione, fortè, ad eos deuoluenda, non poteſt igitur ad filios extendi; nam filijs hæreditas non debetur conditionatè, & ſub incertitudine euentuali Fortè, ſed
20 neceſſariò vocantur ad hæreditatem, & eis patrum ſucceſſio, tanquàm hæredibus ſuis, & neceſſarijs ſpectat, §. ſui, Inſtit. de hæred. qualit. & diff. §. 1. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & de leg. agnat. ſucceſſ. in princ. l. vt inteſtato 3. l. inteſtato 4. C. de ſuis, & legit. Buccaferr. reſp. 72. num. 1. & reſp. 74. num. 32. & eſt animaduertenda alia particula d. tex. ex cognatione, quæ denotat, prohiberi tantummodò pacta ſucceſſoria inita cum eo, qui ſperat ex cognatione ſuccedere: Sed ſic eſt, quòd filius non ſuccedit ex cognatione, ſed ſuita-
21 tis iure; nam non dicitur patris agnatus, vel cognatus, ſed ex eo natus l. filius 12. ff. de ſuis, & legit. l. ſcripto, §. vndè liberi, & habemus de hoc Alciat. in lib. 3. Poueng. cap. 25. per tot. ergo, &c.

Et hanc opinionem ſequuntur Staiban allatus à Cenſal. ſuper artic. 51. Peregr. verſ. 5. declaratur pag. 525. col. 1. nec non ipſemet Cenſal. ibidem ac alij Doctores, de quibus meminit Capon. de Pact. quæſt. 50. nu. 10. verſ. ſcio alios, quia in filijs non poteſt cadere ſuſpicio captandæ mortis, propter arctiſſimam ſanguinis coniunctionem, inter eos exiſtentem, de qua re nos inferiùs plura adnectemus.

Sed quicquid dicant iſti, contraria ſententia eſt amplectenda, & ab ea non recedunt communiter In-
22 terpretes gloſſ. verb alienæ d. l. fin. C. de Pact. vbi Doctores Cyn. num. 50. Odofred. num. 4. Bald. num. 4. Paul. num. 4. Salicet num. 2. Roman. num. 8. 11. Gozadin. num. 13. Curt. Iun. num. 9. Alex. num. 2. Corn. num. 40. Iaſ. nu. 5. Purpurat. num. 12. Bolognett. num. 69. Alciat. num. 22. Cagnol. num. 109. Vaſq. contr. Illuſt. cap. 37. num. 6. Mocc. Syln. for. cap. 1. Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. numer. 10. latiſſimè Caſtill. quotid. controu. lib. 3. cap. 9. per tot. & loquitur in fortiſſimis terminis, nempe, vbi fratres pacto ſibi inuicem promiſerant, certo modo, diuidere paternam hæreditatem, non obſtante, quod pater aliter feciſſet teſtamentum, Carlenal. in Apolog. ad dec. 87. Rouit. num. 13. & ſeqq. Gomez. ad ll. Taur. 22. nu. 30. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. nu. 11 Barboſ. l. fin. C. de Pact. num. 6. Capon. de Pact. quæſt 50. num. 9. Formoſin. ad d. cap. cum contingat de Iureiur. quæſt. 12. num. 10. qui omnes affirmant, ob id reijci, quia omnes cauſæ inualiditatis conſideratæ in conuentionibus extraneorum adaptantur ad pacta filiorum, ſuper hæreditate parentum; nempè, quia votum captandæ mortis inducunt, & quia turpe, & improbum exiſtimatur de morte alterius adhuc viuentis præmaturè cogitare.

Et præcipuè hic locum ſibi vindicat timor captandæ mortis ipſorummet parentum; quia nouum non eſt, vt leges hoc ſcelus timeant in filijs, de quo textus ſunt expreſſi in §. 7. Inſtit. tit. quod cum eo, &c. verſ.
23 Quæ ideò Senatus proſpexit, quia ſæpè onerati ære alieno creditarum pecuniarum quas in luxuriam conſumebant vitæ parentum inſidiabantur, & benè ad hunc tex. notant Mynſing. num. 14. & Vinn. num. 1. afferentes quoddam dictum Ciceronis pro Roſcio. Et idem timor indicatur etiam in l. 1. ff. ad Sen. Conſ. Maced. vt verba ſunt clara text. idq; exemplo Macedonis Fœneratoris, qui vitæ patris fuit inſidiatus, vt benè explicat Caſſan. in notis ad Cuiac. in Paratit. ſuper tit. ad Sen. Conſ. Maced.

Nec dicatur in illis legibus, poni caſum ſpecialem, ob id non poſſe adaptari ad caſum noſtrum; quia reſpondet Bolognett. vbi ſuprà num. 69. verſ. nec obſtat, quod ſpecialitas non attenditur, ſed conſideratur ratio, ſuper qua fundatur, nam ſi non eſſet per experientiam cognitum, quòd filij, propter deſiderium bonorum, inſidientur vitæ parentibus, non fuiſſet illud Sen. Conſ. factum, & ſic demonſtratur, quòd eſt probabile, vt filij propter auiditatem bonorum inſidientur vitæ parentum. Et generaliter facit totus tit. ff. de Parricid. & l. data, C. de donat. quæ vult maiorem ſuſpicionem violentiæ cadere inter coniunctos, quia eſt maior commoditas propter confidentiam, nec excludit filios, & parentes, &c.

Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. num. 10. verſ. nam & ſi, nequaquam mouetur hiſce legibus, ſed adhuc conſtanter tenet, quod non poſſint præſumi inuidiæ contra parentes, ex eo ſolo, quod quis init ſucceſſoria pacta, ſuper bonis patris; quinimò omnem inſidiarum præſumptionem, quam ex præmatura illa ſpe ſumit l. fin. tolli autumat ex ipſomet naturali affectu.

Minuſque eum remouet a ſua opinione, tex. in l. 1. ff. ad Sen. conſ. Maced. nec ind. §. 7. Inſtit. quod cum eo; quia ibi neceſſitate longè maiore ad inſidias patri parandas impelluntur filij, nempè quia ſupponit textus, vt filius ita ære alieno grauatus ſit, vt nequeat, niſi morte patris illo nexu liberari, in noſtro autem caſu veriſimile non eſſe, vt ſi filius decem alteri promittat de bonis patris, in caſu, quo hæres factus fuerit, propter lucrum tam vile velit inſidias patri parare. Et nihilominus pactum non ſubſiſtere ex quo infert, quod non propter timorem, quam habent legiſlatores, nè filius inſidietur vitæ parentis, huiuſmodi pacta improbatunt: ſed quia improbum exiſtimatur, qui de bonis viuentis adhuc ſollicitus eſt &c. quod vt magis confirmet ipſemet, Piſt. loco citato, non deſinit etiam reſpondere ad tex. in tit. de Parricid. & l. data C. de donat. allatos à Bolognett. vbi ſuprà.

At quicquid ſit de hiſce opinionibus, in inueſtigando quæ ſit verior non eſt nobis admodum elaborandum, quia ſufficit, vt conueniant in annullandis huiuſmodi pactis, & ex hoc cognoſcitur veritas concluſionis ſuprapoſitæ, nec refert, quod annullentur; eo quia inducant votum captandæ mortis; vel quia improbum ſit de bonis viuentis præmaturè paciſci, vel propter vtrumque.

Qua retenta opinione, minimè obſtant, quæ pro contraria fuerunt tradita: nempè, quod filius non dicatur venire ad hæreditatem alienam, ſed propriã:
quia etiam in filijs hæreditas aliena dicitur, eo quod 25
non habeant, patre viuente eius bonorum dominium, Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 11. Bolognet. loco ſupracit. num. 69. Capon. vbi ſuprà num. 10. & plura vide à me ſupra exarata num. 19.

Similiter non ſunt audiendi, qui autumant filium
non eſſe agnatum, vel cognatum parenti. Nam con- 26
trarium tenet, & comprobat pluribus cõgeſtis Oſuald. ad Donell. lib. 7. cap. 2 litt. F, per tot.

Et quæ dicta ſunt ſuperiùs, ſibi locum etiam inueniunt, in filijs paciſcentibus de eorum legitima, viuente patre, & ignorante, namque nulliter paciſcuntur, vt notabiliter Roman. l. fin. C. de Pact. num. 9. Dec. num. 14. Cucch. de legit. §. legitima nullum grauamen num. 47. pag. mihi 124. Bolognett. d. l. fin. num. 70. Sanch. in Decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 8. Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. num. 13.

Licet, enim, pater compellatur filio legitimam aſſi-
gnare, Roman. d. l. fin. num. 10. de qua re latè ſcribunt 28
Merlin. Pignat. cap. 10. num. 6. lib. 2. Altograd. conſ. 8. num. 31. lib. 3. Amat. reſol. 23. Rot. coram Duran. dec. 270. num. 6. Et reſpectu patris æs alienum dicat: Tiraquell.

requell. l.si vnquam 8. verbo susceperis num. 114. C. de
reuoc. donat, Surd. de Alim. tit. 7. quæst. 11. num. 8. Cyriac.
controu. for. cap. 438. num. 117, in eoque filius vero
29 creditori æquiparatur Surd. d. quæst. 11. num. 9. Cyriac.
vbi suprà num. 118. Nihilominus propter tollendum
votum captandæ mortis in vita patris, non censetur
filius aliquod ius in legitima habere l. fin. ff. de lib.
agnos. vbi Bald. & alij, quos sequitur Roman. d. num. 10.
Bolognett. d. l. fin. num. 70. vbi quod legitima dicitur esse
aliena filio in vita patris; Et quamuis hæreditas pa-
tris, etiam de iure naturali, pertineat ad filium, vt in
l. scriptum. ff. vnde lib. l. cum ratio, ff. de bon. damnat. &
de legitima, quod de iure naturæ debeatur, quoad
substantiam, licet respectu quotæ debeatur, de iure
Ciuili Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 1. nu. 14. Crass.
§. legitima quæst. 2. Cyriac. d. controu. 438. num. 116. Ta-
men filius in vita patris aliquam spem non habet, de
qua disponere possit, vt probant Roman. d. l. fin. num.
10. Bolognett. d. num. 70. Sanch. latissimè vbi suprà num.
8. Hartm. Pist. in loco mox citato num. 13.

Et ideò, si alicui donaret filius omnia bona, quæ
habet, & quæ sperat habere, legitima donata non cen-
30 setur, quia non est spes probabilis, & certa Bart. in l.
post emancipationem, ff. de liber. leg. quem etiam, alijs
adductis, sequitur Roman. vbi supra num. 10. circa fi-
nem. Et pariter generaliter renunciando, non intelligi-
tur renunciare iuri, quod habet, super legitima, Alto-
grad. cons. 41. & seqq. lib. 2. Hodiern. ad l. hac edictali
quæst. 11. num. 114. Rot. coram Eminentiss. D. Cardinali
Ottob. dec. 182. & in Bononien. Separationis Bonorum 15.
Iunij 1665. coram bo. me. Verospio post tract. dec. 177. Et
nonnulli tenent, quod pater non possit filijs viuenti-
bus assignare legitimam, attento quod dicatur, quæ-
dam donatio prohibita inter patrem, & filios, de qua
re vide Cancer. var. lib. 1. cap. 3. de legit. num. 20. & seqq.
Et de iure certum est, quod, quia legitima non dicitur
in bonis filij, sed patris, ideò condemnato filio, viuo
31 patre, legitima ad fiscum non deuoluitur, Dec. cons.
438. Marcabr. cons 43. num. 14. Farinacc. de delict. &
Pan. quæst. 24. num. 19. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp.
20. num. 5. Boer. dec. 7. Mastrill. dec. 165. num. 12. Merlin.
dec. 168. latissimè Caball. resol. crim. cent. 3. cas. 264. nu.
7. & seqq.

Et licet nonnulli hanc conclusionem extendant etiã
ad casum, quod adsit statutum mandans, vt propter
delicta filiorum legitima publicetur in vita patris, vt
32 probant Doctores relati à Caball. d. lib. 3. resol. crim.
cas. 264. num. 10. Farinacc. d. quæst. 24. num. 15 & seqq.
Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius par. 1. dec. 5. ver-
bo, & vxorem num. 284. Radill. l. si emancipata numer.
33. C. de Iur. & fact. ignorant. Bald. in l. si filius C. de
bon. præscript. quem affert Cagnol. d. l. fin. num. 288. C.
de Pact.

Tamen veriorem puto contrariam; quia, sicuti po-
test statutum disponere, quod vnus teneatur pro de-
licto alterius, & dicitur factum ob publicam vtilita-
tem, vt magis delictis abstineatur, reprimaturque ho-
minum audacia, latissimè Cacher. dec. 88 num. 25. &
seqq. Clar. §. fin. quæst. 86. num. 5. vbi Baiard. num. 13. &
seqq. Ita potest disponere, quod pater teneatur soluere
condemnationem pro filio, vsque ad legitimam, Clar.
d. §. fin. quæst. 86. num. 8. Ludouic. dec. Perus. 11. num. 26.
Surd. dec. 167. num. 4. & seqq. Et de facto adest statu-
tum hic Lucæ in cap. 178. lib. 4. statut. sub rubrica de pœ-
na foretanei, seu forensis interficientis ciuem Lucensem,
& Romæ adest Bulla Pij IV. de qua mentionem fa-
ciunt Baiard. ad Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 86. num. 19. Spad.
cons. 34. 35. 36. tom. 1.

Verum est tamen, quod dispositio d. statuti semper
intelligenda est, dummodò ex filio delinquente non
33 adsint nepotes, vt latissimè habetur ex Surd. dec. 167.
num. 14. & seqq. Ludouic. dec. Perus. 11. num. 27. & seqq.
Socin. Sen. cons. 121. num. 9. vers. quia si lib. 4. Ruin. cons.
8. num. 6. lib. 5. Roland. cons. 97. num. 16. lib. 2. Marcabr.
cons. 43. num. 33. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 36. nu.
3. Farinacc. d. quæst. 24. num. 172 Spad. d. cons. 34. num. 7.
tom. 1. quia tunc portio legitimæ potiùs nepotibus,
quam filio debet reseruari, vt omnes affirmant. Sicuti
statutum attenditur, si appareat iudicem motum fuis-
se ad condemnandum filium, per veras, & legitimas
probationes, non autem per contumaciam, latissimè
Baiard. ad Clar. vbi suprà nu. 20. Farinacc. d. quæst. 24. nu.
173. Spad. cons. 36. nu. 1. tom. 1.

Verùm, quia nostrum statutum videtur potiùs re-
spicere condemnationem, quam delictum, nescio, an
sit tutum apud nos hanc limitationem sequi, sed vide
Farin. d. quæst. 24. num. 177. in ditionibus autem Ponti- 34
ficis Romani de hoc ampliùs non dubitatur, quia
adest d. Constitutio Pij IV. in qua decernitur, vt pro
delicto filij confiscari debeat eius legitima, viuente pa-
tre, etiamsi in contumaciã sit condemnatus, vt habe-
mus ex Farinac. vbi suprà num. 182. Scacc. de Iudic. cap.
97. num. 126. vers. non obstat, Spad. d. cons. 36. numer. 2.
tom. 1.

Aduertendum tamen est, quod quando statutum
non facit mentionem de parentibus, sed tantum de
patre, vt est nostrum, non comprænendit legitimam, 35
quæ debetur in bonis maternis, sed tantùm in bonis
patris, vt perbellè Spad. vbi suprà cons. 34. nu. 3. & seqq.

An verò dato, quod pater possit prohibere filio mi-
nori, nè vsq; ad 25. annum bona distrahat, vel diuidat,
etiam respectu legitimæ, quam opinionem esse magis
æquam, & magis communem firmant Boss. in prax. tit.
de bonor. public. num 41. Roland. consil. 98 lib 2. & alij,
quos laudat, & sequitur Arias de Mes. var. lib. 3. cap.
29. num. 2. Gratian. discept. for. cap. 488. Cyriac. controu.
534. Si fortè filius minor delictum admiserit, ob quod 36
bona eius veniant confiscanda; an saltem legitima de-
beat in fiscum redigi, vide latissimè Arias de Mes. d.
cap. 29. per tot.

Tandem videamus: an (dato, quod non valeant
huiusmodi pacta inter parentes, & liberos) portio pa-
ciscentis debeatur fisco, tamquam ab indigno, &c. vel 37
potiùs hæredibus, &c. Peregr. cons. 32. num. 9. & seqq.
tom. 6. scribit pro hæredibus promittentis, contra fi-
scum; quia de huiusmodi pœna indignitatis duo so-
lummodò textus reperiuntur, videlicet Papiniani in l. 38
quidam, §. fin. ff. de donat. qui expressè loquitur de co-
gnatis paciscentis, alter Marcelli in l. 2. ad finem, ff. de
his, quib. vt indign. &c. qui pariter loquitur de agnatis,
& cognatis, vnde non possunt ad filios extendi; quia,
in pœnalibus, etiam ex identitate rationis non fit ex-
tensio de casu ad casum, & de persona ad personam, 39
Ias. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Crauett.
de Antiq. temp. par. 4. §. 3. num. 37.

Ratio verò diuersitatis inter filios, & agnatos est in
promptu; nam filijs, & naturæ ius & commune vo-
tum parentum, defert eorundem parentum hæredita-
tes, non sic agnatis, & cognatis, Pomponius in l. Scipio,
ff. Vnd. liber. Item filij, viuente patre dicuntur Domi-
ni paternorum bonorum, & in eos mortuo patre ma-
gis continuat ius dominij, quam de nouo acquiratur,
l. in suis, ff. de lib. & posth. Quamobrem ex eo, quod fi-
lij pacti sunt parentibus ignorantibus, de diuidendis
bonis patris, quod, vltra nullitatem pacti prætereà bo-
na eis, vti ab indignis auferantur, repugnat illi natu-
rali pietati, quam pro liberis parentes capere solent;
quam etiam naturalem pietatem Papinianus ipse in
suis responsis admiratus fuit in l. nec ea, ff. de adult. &
in l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat.

Quapropter, cum nulla reperiatur lex, quę de abla-
tione à filijs dicat, nec nos dicere debemus Menoch.
conf.

40 *conſ.1.num.178. Peregr.d.conſil.32. num.10.lib.6. Barboſ.axiom.136. num.56.* & adaptatur axioma, quod erubeſcimus loqui ſine lege, de quo eſt *tex. in l.illam, C. de Collat. §. conſideremus, Auth. de Nupt.* cum ſimilibus.

Et pro filijs, quod non incidant in penam priuationis bonorum *Fulgoſ. in noſtra l.fin. Riminald. Iaſ. Purpurat.* & alij allegantur a *Peregr. vbi ſuprà d.conſil.32. num.10. verſ. Et pro filys.*

Nihilominùs contraria ſententia magis communi-
41 ter à Doctoribus collaudatur, & præcipuè *Alciat. d.l. fin. num.24. & ſeqq.* ibi, *communis ſententia generaliter verior videtur, quoniam ratio legis in filys quoque procedit, qui licet naturali pietate erga patrem alligentur, tamen de eius hæreditate eo inconſulto paciſcendo ſatis oſtendunt in eorum animo cupiditatem, & ſucceſſionis affectum ei Charitati præuertere; Nam & lex omninò eis non credit. Quandoquidem in ferrea hac ætate filius ante diem patrios inquirit in annos, & quod ad naturam attinet, ſemper incertus eſt pater Odiſſ. lib. 1.* Homerus tradit;

Illo me genitum dixit pia mater, at ipſe
Neſcio, nam proprium certus ſcit nemo parentem.

Veriſimileque eſt eos, qui in huiuſmodi pacta coeunt, ſuppoſititios potiùs filios, quam veros eſſe, &c. optimè *Bolognett. d. l.fin. num. 72. verſ. ſed contrarium*, & latiùs *Cagnol.* pariter *ibidem num.113.* Et de filijs, apertis verbis, quod minimè excludantur a penis indignitatis, de quibus *in l. quidam, §. fin. ff. de donat. & in l. 2. ff. de his quib. vt indign. &c.* verba pariter fecerunt *Boſſ. in prax. tit. de his quib. vt indign. num.2. Larat. de Feud. par.11. dilucid. 59. num. 9.* & ipſemet *Peregr. de Iur. Fiſc. lib.2. tit.3. num.3.*

Nec obſtat, quòd in penalibus extenſio fieri non
poſſit; quia ex identitate rationis, de ſimilibus ad
42 ſimilia extenſio fit, vt in propoſito firmat *Alciat. in loco ſupracit. num.27. Bolognett. d.num.72. Cagnol. vbi ſupra num. 116.* merito, &c. & vbi eſt eadem ratio non dicitur extenſio, ſed comprehenſio, latè *Poſt. reſol.120. num.34. Merlin. dec.437. num.16.*

CAPVT XIX.

Pactum noſtrum an valeat ad fauorem Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, aut ad fauorem mulieris, militis, vel Vniuerſitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum futuræ ſucceſſionis non valet fauore piæ cauſæ.*
2 *Eccleſia debet eſſe cultrix Iuſtitiæ.*
3 *Doctorum dicta ſunt intelligenda ſecundùm auctoritates quas allegant.*
4 *Diſpoſitio inductiua voti captandæ mortis reprobatur non ſolùm de iure Ciuili, ſed etiam de iure Canonico.*
5 *Si de quo minus videbatur ineſſe, & non ineſt, ergo & de quo magis.*
6 *Merlin. de Pignor. lib.2. tit. 1. quæſt. 40. num. 34. verba perpenduntur.*
7 *Eiuſdem Merlini opinio reprobatur.*
8 *Pactum futuræ ſucceſſionis, neque in muliere valet.*
9 *Non valet neque in vniuerſitate, vel Collegio.*
10 *Communitas non venit appellatione perſonæ.*
11 *Secùs vbi viget eadem ratio.*
12 *Pactum futuræ ſucceſſionis tertij viuentis non valet, neque inter milites.*
13 *Diſpoſitio quæ annullatur ob turpitudinem, vel malos mores locum habet etiam inter milites.*
14 *Quando agitur de præiudicio tertij, miles non eſt priuilegiatus.*
15 *Add. ad Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 3. num.2. reprobatur.*

QVod attinet ad Eccleſiam, vel piam cauſam; non
valere puto veriſſimum, non obſtante, quod 1
contra ſentiant *Bald. d. l.fin. num.17. C. de Pact.* & ibi *Roman. num.71.72. Socin. conſil.49. num.7. lib.4. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20. num. 30. Merlin. de pignor. lib.2. tit.1. quæſt.42. num.32.*

Nam, cùm Eccleſia cultrix ſit Iuſtitiæ, magis debet hanc turpem ſpem abhorrere, quam priuatus, vt firmat *Bolognett. vbi ſuprà num. 30.* & hanc opinionem ſequuntur etiam *Purpurat. d.l.fin. num.30. Alciat. nu. 21. Tiraquell. de Priuil. piæ cauſæ priuil. 105. Mençac. de ſucceſſ. creat. lib.2. §.18. num.220.* cum alijs adductis per *Sanch. in Decal. d.lib.7. cap.2. num.39. circa finem*, quibus addo *Barboſ. ad d. l.fin. num 10. C. de Pact. & in cap. ne captanda, verſic.2. de conceſſ. præb. Add. ad Molin. de Hiſp. primog. lib.2. cap.3. nu.2. verſic. Ampliatur primo*, & nouiſſimè *Formoſin. ad cap. cum contingat 18. de Iureiur. quæſt.10. num.5.*

Nec obſtant Doctores, pro alia parte adducti, quia
vt benè obſeruat *Sanch. in decal. num.39.* fundantur ſuper opinione *Baldi*, qui firmauit huiuſmodi pacta, ad fauorem Eccleſiæ valere, quia interpretantur, vt vltimæ voluntates ſicuti in milite; hæc autem ratio adaptari non poteſt, ad caſum, de quo agitur in præſenti, ſed tantum in terminis, vbi ſumus in pacto inito, cum eo, de cuius agitur patrimonio, & facultatibus; ergo, cum loquatur *Bald.* in terminis diuerſis, Doctores, qui eum ſequuntur, ſunt pariter intelligendi iuxta doctrinam d. Auctoris; nam tritum eſt, quòd dicta Doctorum ſunt intelligenda ſecundum Doctores, quos alle-
gant *Bart. l. non ſolum la 2. §. ſi liberationis, num.7. ff. de* 3
liber. leg. Surd. dec.55. num.7. Ciarlin. controu. for. cap. 15. num.16. Quanta verò ſit differentia inter vnum, & alterum caſum ſuperiùs abundè fuit animaduerſum; & in propoſito conſiderat etiam *Sanch. vbi ſuprà numer. 40.*

Vlteriùs non poteſt hæc ratio à *Baldo* aſſignata procedere, in caſu, de quo agitur: quia vetum non eſt, quod inter milites poſſit ſubſtineri pactum noſtrum, vt videbimus paulò inferiùs; Cum igitur maior propoſitio non poſſit concedi, perit conſequentia.

Nec dicatur diſpoſitionem *d.l.fin.* non poſſe verificari in pacto ad piam cauſam, quia ius Ciuile præiudicare non poſſit iuri Canonico. Nam diſpoſitiones inducentes votum captandæ mortis, non ſolùm reprobantur à Ciuilibus legibus, ſed etiam à Pontifi-
cijs, vt eſt *tex. in cap.2. de Conceſſ. præb.* qui licet lo- 4
quatur de legibus Gentilium prohibentibus hanc expectationem, tamen *gloſſ. in verbo condemnare*, ponit exemplum *in d.l.fin.* quamuis ea ſit Imperatoris Chriſtiani, vt clarè denotat *text.* imò argumentatur ibi à minori ad maius dicens; *ſi leges Gentilium hanc futuræ ſucceſſionis expectationem ex pacto inito exoſam habent, & irritant, quid erit de Eccleſia Dei?* Sic optimè ratiocinatur *Sanch. vbi ſupra*; Et in propoſito dici
poteſt, ſi de quo minùs videbatur ineſſe, & ineſt, ergo 5
& de quo magis.

Hæc omnia deſtruere conatur *Merlin. de Pignorib. & hypoth. d.lib.2. tit.1. quæſt.40. nu.34.* vbi aſſerit, quod vnica tantum ratione fuit motus Iuſtinianus ad prohibendas huiuſmodi conuentiones cum tertio, de viuentis hæreditate, nempè ob periculum triſtiſſimi
euentus captandæ mortis; Vndè hac cauſa, vel ratio- 6
ne ceſſante ceſſabit etiam diſpoſitio; ſed ſic eſt, quod in Eccleſia, & pia cauſa ceſſat huiuſmodi periculum,

merito

meritò debet substineri pactum. Non obstat propterea, quod fauore militiæ non subsistat pactum; quia est in milite idem periculum captandæ mortis.

Nec etiam releuat, quod debeant auctoritates interpretari in terminis tantum *l.15.19.C.de Pact.* quando est actum cum eo, de cuius agitur hæreditate, quia potest etiam, & debet intelligi, hoc casu; cessante ratione legis &c.

Sic pariter non refragatur (ait ille) ratio, quod nec in foro conscientiæ pactum sit obligatorium ex eo, quia votum verè videtur cessare, in casu speciali. Quoniam lex quandoque prohibet ex præsumptione, cui legislator innititur, in aliquo casu singulari, præsumẽdo fraudem, & ratione illius præsumptionis statuit; tunc enim cessante in certo alio casu particulari causa, & ratione, in qua innititur, cessat, & ipsa dispositio. Quandoque verò lex non præsumit fraudem, in singulis casibus, sed prudenter considerat non ratò euenire posse, vt fraus committatur; Et propterea legem vniuersalem statuendo irritat contractum, & hoc casu, si verè in certò, & speciali casu non concurrit illa fraus, irritatur nihilominùs contractus. Non obstare hanc considerationem denuò replicat, quia tantùm ad forum conscientiæ accommodari potest, eò magis, quia in secundo casu requiritur, quod saltem in certo casu, in quo abest fraus, potentialiter ipsa fraus concurrere possit, & ità, vt non sit vlla differentia in ea persona, in qua fraus cum particulari casu abfuit, cum alijs personis, cum quibus vniuersaliter lex disponit.

Secùs autem est, quando agitur cum Ecclesia, in qua non cadit talis suspicio, & hoc respectu differentiatur ab illo genere personarum, in quibus viget suspicio tristissimi euentus, & propterea ad eam non censetur habuisse respectum, quando concurrit consensus eius, de cuius agitur hæreditate, nam is accommodando consensum, ex quo videtur certior factus ab eo, in quem est collatum pactum cessat præsumptio, quod sit aliquid mali conspiraturus in necem ipsius.

Hæc tamen, vnico verbo, mihi videntur tolli, & eneruari ex consideratione eorum, quæ supra à me dicta fuerunt; nempè, quod non prohibentur pacta nostra, ex illa tantum ratione, quia votum captandæ mortis inducunt, sed præcipuè quia turpe, & indecorum est de bonis adhuc viuentis prematurè mortis cogitatione suscepta, disponere, quæ ratio magis adaptatur ad Ecclesiam, vel piam causam; nam cum ea cultrix Iustitiæ sit, & esse debeat, non debet malum exemplum alijs tradere.

In muliere pariter habet locum dispositio *d.l.fin.* vt
8 habetur ex *Alciat.d.l.fin.nu.21.Bologn. ibidem num. 31. vers.7.ampliatur.*

Sicuti de vniuersitate, vel Collegio apertè demon-
9 strat *Alciat.d.loco nu.31.Ias.d.l.fin.nu.5.Bolognett.d.nu. 31.Vasq.d.§.18.num.222.* & iure quidem, nam licet regulariter, & secundum propriam significationem, appellatione personæ, non veniat Communitas, Vniuer-
10 sitas, vel Collegium, *Roman.cons.195.nu.3.& cons.400. Mantic.dec.100.nu.6.Decian.respons.55.n.24. lib.1. Seraph.dec.1450.nu.3.Ricc.in collect. par.4. collect.1067.* tamen secus est, vbi viget eadem ratio; nam tunc ap-
11 pellatione personæ continetur vniuersitas *l.mortuo, ff. de Fidainss.l.si à te, ff. vt legat. nom. cau.* cum alijs relatis à *Bolognett. vbi suprà nu.31.*

De militibus idem dicendum est, quod scilicet non possint de hæreditate tertij viuentis sinè cõsensu eiusdem disponere, vt est cõmunissima opinio, de qua *Ias.*
12 *d.l.fin.n.5.Purpur.nu.29.Alciat.n.21. Bolognett. nu.32. Sanch.in decal.d.lib.7.c.2.n.40.vers.secundò, Vasq. d.§. 18.n.219.& 225.Hartm.Pist.d.q.1.n.19. Censal. ad Peregr.art.51.vers.sextò declaratur pag.525. col.1.*

Et ratio est euidentissima, nam lex generaliter lo-
quitur, ergo generaliter &c. *Bolognett. vbi suprà proxi-* 13
mè; Præterea, quando aliquid prohibetur ratione turpitudinis, vel contrà bonos mores, milites in dispositione comprænhenduntur, *l.miles ità hæredes, §.mulier, ff.de Milit.testam.l.captatorias, C.de Milit.testam. Bolognett.& Hartm.dd.locis Addit.* quod, quando agitur de tertij præiudicio miles non est in aliquo priuilegia-
tus *l.cum filius ad finem, ff.de Milit. testam. l. nec auus,* 14
C.de Emanc.liber.Sanch.d.vers.& Bolognett.num.suprascripto.

Non obstat, quod *in l.licet, C.de Pact.* milites reperiantur in hoc priuilegiati, quod valeant inire pacta successoria, vt vidimus *cap.9.* Nam ille textus loquitur in diuersis terminis, nempè, quando miles promittit propriam hæreditatem, quo casu, lex vult, quod, tanquam vltima voluntas, fauore militis, interpretari debeat, quod certè ad casum, de quo in præsenti agitur, non potest adaptari; dum præsupponimus militem promittere hæreditatem tertij viuentis, eo non consentiente, vt benè *Bolognet.d.nu.32. ad finem, Vasq. d.loco, versic.& omnes, &c.*

Et ex hoc notandum est cum *Hartm.Pist.d.num.19.* quantum hoc pactum ab eo sit diuersum, quo de proprijs ipsorum bonis agunt paciscentes, quod militibus specialiter permissum est *in l.licet, C.de Pact.* Et
dignoscitur ex præmissis non esse assentiendum *ad-* 15
dentibus ad Molin.de Hispan.primog.lib.2.cap.3.num.2. versic.Limitatur, dicentibus valere pacta nostra inter milites.

CAPVT XX.

An valeat concessio Officij, vel Præbendæ nondum vacantis. Sententia negatiua, Sacrorum Canonum, Doctorumq; auctoritatibus roboratur. Plura afferuntur ad dignoscendum: An Commendæ Equitum Militarium dicantur Beneficia Ecclesiastica: Et an Equites prædicti sint Religiosi, & gaudeant exemptionibus Ecclesiasticorum. Plura de Coadiutorijs, Dignitatibus, & Officijs sæcularibus concedendis ante mortem possessoris. Et tandem quæstio disputatur: An successor in Dignitate, vel Imperio teneatur rata habere gesta per antecessorem.

S V M M A R I V M.

1 *Non valet concessio Præbendæ quando vacabit.*
2 *Gentiles neqnaquam admiserunt collationes Dignitatum præcipuè Sacerdotalium viuente possessore.*
3 *Nemo ex his qui magistratum Collegæ abstulit per annum vixit.*
4 *Recensentur textus Canonici, & Concilia detestantia pacta similia de subrogando aliquem in beneficio Ecclesiastico possessore viuente.*
5 *Doctores afferuntur, tenentes non valere concessionem præbendæ non vacantis.*
6 *Etiam si adsit consensus beneficiati.*
7 *Quod non tantum habet locum in beneficijs Ecclesiasticis, sed etiam in ministerijs, & officijs.*

8 *Nullæ sunt etiam promissiones de instituendo aliquem, quando vacabit beneficium.*
9 *Non valent neque stante consuetudine, vel iuramento.*
10 *Imperator aliquando potest præsentare ad Archiepiscopatum antequam vacet.*
11 *Imperator dicitur speciali nota dignus, & ideò non comprehenditur in generali dispositione.*
12 *An habeat locum nullitas in beneficio hominis incerti.*
13 *Procedit etiam eadem regula in Beneficijs de Iurep.*
14 *Nisi talis conditio sit apposita in limine fundationis.*
15 *Conditiones oppositæ in limine fundationis sunt seruandæ etiamsi sint contrà ius.*
16 *Patronus quas possit conditiones in limine fundationis apponere, & quas non possit.*
17 *Procurator ad personam certam præsentandam viuente beneficiato non valet, licet valeat pro incerta.*
18 *Valet mandatum generale ad præsentandum, licet quis non habeat nisi vnicum Iuspat.*
19 *Præsentans ad beneficium non vacaturum perdit ius præsentandi.*
20 *Rex Lusitaniæ an possit Iuspat. concedere antequam vacet.*
21 *Magister ordinum Militarium censetur, ac quilibet Prælatus inferior.*
22 *Prælatus Inferior non potest expectatiuas promittere.*
23 *Equites Militares, an sint religiosi necne.*
24 *Dicuntur Religiosi largo modo.*
25 *Contrà quod nullatenus religiosi dicantur.*
26 *Contrahens matrimonium nequaquam religiosus dici potest.*
27 *Equites militares nullam habent Ecclesiasticam qualitatem.*
28 *Priuilegio fori non gaudent, sed subsunt Principi laico.*
29 *Exemptio Equitum, ob priuilegium Bullarum Pontificum dicitur, iuris positiui.*
30 *Constitutio Pontificis in illis tantum locis ligat, vbi fuit recepta.*
31 *Non verò in loco vbi recepta non fuit.*
32 *Non obstante clausula irritante.*
33 *Per clausulam irritantem non ampliatur dispositio, sed eius naturam sequitur.*
34 *Contrarius vsus in materia immunitatis, & à Papa toleratus, facit legem.*
35 *Equites Militares in multis locis subsunt iurisdictioni laicorum.*
36 *Consuetudo est habilis ad inducendam Iurisdictionem super Equites militares.*
37 *An verò in loco, vbi Bullæ receptæ sunt, valeat sententia lata per laicum contrà Equitem non opponentem declinatoriam fori.*
38 *Nonnulli negant.*
39 *Alij affirmant.*
40 *Commendæ Equitum beneficia Ecclesiastica dici non possunt.*
41 *Simonia non cadit in Commendis Equitum Militarium.*
42 *Quando commenda conceditur, vti Ecclesiasticum beneficium, non potest conferri antequam vacet.*
43 *Auctoritas Apostolica non potest, per non vsum tolli.*
44 *Coadiutoriæ de iure non valent.*
45 *Pontifex tamen potest Coadiutorias concedere.*
46 *An de iure Papa possit Coadiutorias concedere.*
47 *Distinguitur inter Coadiutorias, Cathedralium, & Inferiorum Ecclesiarum.*
48 *Papa potest per absolutam potestatem derogare Concilio.*
49 *Papa non debet Coadiutorias concedere sine aliqua iusta causa.*
50 *Quæ de Coadiutorijs disponat Concilium Tridentinum.*
51 *Valet concessio Beneficij non vacantis facta per Papam de plenitudine potestatis.*
52 *Non est necesse ad hoc vt valeant, vt adsit consensus beneficiati.*
53 *Licet semper adhiberi soleat.*
54 *Quando est fama obitus beneficiati potest conferri beneficium antequam vacet.*
55 *Beneficium viuentis potest vniri.*
56 *Impetrans beneficium non vacans, est deponendus.*
57 *Quibus pœnis plectantur impetrantes beneficia non vacantia.*
58 *Coadiutoria corruit non purificata gratia antè mortem Coadiuti.*
59 *Et non verificata infirmitate Coadiuti.*
60 *Coadiutor non potest habere beneficium incompatibile.*
61 *Non tenetur recitare officium.*
62 *Tenetur ad omnia onera beneficij sine vllo lucro.*
63 *Coadiutus non coadiutor confert beneficia annexa beneficio.*
64 *Coadiutoria in beneficijs de Iurepat. an possit fieri sine patronorum consensu.*
65 *Possintne officia sæcularia concedi antequam vacent.*
66 *Quod non possint.*
67 *Contrà quod possint concedi.*
68 *Feudum potest concedi sub conditione reuersionis ad Dominum.*
69 *An de potestate absoluta Princeps possit tales dignitates, & Officia conferre.*
70 *Valent, quando promissio est generalis super officio hominis incerti.*
71 *Inferior à Principe nequaquam potest Officia nondum vacantia promittere.*
72 *Cardinalis à latere non potest promittere Officia antequam vacent.*
73 *Quando sit promissio officij ab Officiali temporaneo non perpetuo nulla est.*
74 *Ex particularibus nonnullorum locorum statutis tales promissiones reprobantur.*
75 *An dato, quod valeant, expirent morte concedentis.*
76 *In beneficijs morte concedentis gratia non expirat.*
77 *Attenta præcipuè clausula, ex nunc prout ex tunc.*
78 *In Officijs sæcularibus pariter morte concedentis non expirat promissio.*
79 *Successor in Imperio, vel Dignitate tenetur obseruare gesta per antecessorem.*
80 *Et in terminis de Imperatore.*
81 *Gratia, quæ fit ab antecessore est per successorem seruanda.*
82 *Contrà quod successor in Imperio, vel dignitate non teneatur seruare per antecessorem gesta.*
83 *Successor in dignitate non habet causam ab antecessore.*
84 *Quod procedit etiam in dignitatibus Inferioribus.*
85 *Actus ad certum tempus destinatus si præceptetur non valet.*

86 *An*

86 *An & quandò succeßor teneatur habere ratam concessionem factam ab antecessore, & quando non.*

87 *Successor non tenetur gratiam antecessoris seruare, quando non fuit consumata viuo concedente.*

EXtranea à tractatu nostro dici non potest materia illa, in qua disceptatur de concessione, alicuius Officij, Præbendæ, feudi, vel similium, viuo adhuc possessore ideoque libet hic, de hisce controuersijs aliquid adnotare, & à concessione Præbendæ non vacantis exordior. In quo articulo negatiua sit firma conclusio, quod neutiquam valeat traditio, vel promissio alicuius Ecclesiastici beneficij, vel præbendæ collata in futurum tempus vacationis per obitum possessoris, vel aliter quomodocumque, idque; nè quis desiderare mortem proximi videatur, & ex alijs rationibus à me suprà generaliter consideratis, in alijs nostri pacti speciebus. Quod expressè sancitum fuit
1 iu nonnullis iuris Canónici titulis, vbi quamplura Pontificum decreta, & Sanctorum responsa recensentur, omninò in beneficijs, & dignitatibus Ecclesiasticis futuras successiones, ac expectatiuas detestantia. Id enim clarè desumitur ex *cap. 1. de Conceß. Præb.* vbi, *qui viuorum Sacerdotum loco ponuntur*, inquit Galesius Papa, *sunt ab Ecclesiastica communione pellendi*, quo se passi sunt successores, cuius Sacerdoribus adhiberi, & ex *c. in primis 2. quæst. 1. c. non furem, & c. eum qui 7. quæst. 1.* Idque latiùs probatur ex Concilio Lateranen. celebtaro tempore Alexandri III. quo refertur *in cap. 2. de Conceß. Præb.* ibi, *Nulla Ecclesiastica ministeria, seù etiam beneficia, vel Ecclesiæ tribuantur alicui, seù promittantur antequam vacent, nè desiderare qui mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium, se crediderit successurum: cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium inueniatur inhibitum, turpe est, & Diuini plenum animaduersione iudicij, si locum in Ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat; quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt.*

Quod verò Gentiles nequaquam admiserint concessiones dignitatum, præcipuè Sacerdotalium, vi-
2 uente possessore, constat, ex *Digne Histor. lib. 49.* quem refert *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. iur. vniuers. lib. 40. cap. 4. num. 6.* ex quo habetur, non licuisse Romæ, viuo alicui, Pontificatum adimere, & ideò Octauium Cæsarem tecusasse, Summum Pontificatum Lepidi, eo viuente sibi à Populo oblatum.

Et vlterius fuit etiam obseruatum infaustum fuisse semper iu magistratibus, in locum viuentis, alium subrogari, & pendente tempore eius administrationis, abrogato Magistratu viuenti, alium supplanta-
3 re; Siquidem nemo ex his, qui Magistratum Collegæ abstulit, annum vixit, vt obseruat *Io: Cuspnion.* relatus à *Petr. Greg. Tholos. vbi suprà num. 6.* & plura vide per *Fagnan. cap. nulla de Conceß. Præb. num. 16.* & suprascriptum decretum Concilij Latetanen. sequuti sunt Concilium *Coloniense 1. par. cap. 5.* quod est *tom. 5. Conciliorum*; In quò id omninò fuit præfinitum fo-
4 rè ijsdem verbis. Et non dissimile *Innocentius Tertius* responsum dedit *in cap. ex tenore eod. tit. de Conceß. Præb.* Promissionem beneficij vacaturi irritam, inanemque esse; Huiusmodi etiam præcepta enixè seruauit Zaccharias Pontifex, nam scribens Maguntino Episcopo, inquit, *in c. petijsti 7. quæst. 1. De eo autem, quod tibi successorem constituere dixisti, vt, te viuente, in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur; quia contrà omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstretur, nimis enim reprehensibile esse; manifestum est, vt te viuente, tibi alium substituamus*; Idem habemus *in cap. accepimus de Pact.* vbi Alex. Papa III. ait, Iniquum esse, sacrisque Canonibus inimicum, atque ideò nullatenus tolerandum. Indeque huiuscemodi successiones detestabiles, & iniquas appellat, necnon friuolas, & inanes esse decernit, & Concilia Antiochenum, Braccarense, Romanum Hilarius quoque Papa ac Hieronymus aiunt, Episcopo minimè licere successorem sibi constituere, licet ad extremum diem deueniat, & si aliquis id fecerit, irritum sit huiusmodi constiturum *cap. Episcopo non licere, cap. Episcopo non liceat, cap. plerique, cap. Moyses, & seqq. quæst. 1.*

Quod tandem comprobatur etiam ex traditis *in cap. detestanda de Conceß. Præb. in 6.* vbi Bonifacius VIII. promissiones vacaturorum beneficiorum, omninò improbauit: quia, vt ipsemet loquitur, per promissiones huiusmodi aperitur via sub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter contrà Lateranense Concilium beneficia vacatura; mortis alienæ votum ingeritur, & Ecclesijs ac Prælatis, & personis Ecclesiasticis grauamina plura inferuntur, *& cap. seq.* nè captandæ alienæ mortis occasio tribueretur, quod is, cui ab Apostolica Sede, vt ei de aliquo beneficio prouideatur, quod duxerit acceptandum Indultum est certum, & expressum, priusquam vacet acceptare non potest.

Quibus addi possunt *c. ex transmissa, & cap. ad extirpandas successiones de fil. Presbit. cap. consulit de Iurepat. cap. ad hæc de decim.* Sic etiam in *Trid. Concil. seß. 24. cap. 19. de Reform.* dictum fuit talia pacta esse Sacris Constitutionibus odiosa, & Patrum decretis contraria.

Et latissimè de hac materia, quod in Ecclesia Dei
fetri non possit, vt Ecclesiastica beneficia dentur an- 5
tè mortem prouisi latissimè disserunt Doctores, quos allegat *Barbos. ad cap. nulla de Conceß. Præb. num. 2.* & latiùs *ex cap. ex tenore 13. eodem tit. & ad cap. 1. 2. 3. de Conceß. Præb. in 6.* diffusè *Fagnan. d. cap. nulla de Conceß. Præb. numer. 5. & seqq. vbi num. 17. 18.* ostendit esse contrà omnia iura Gentium, Diuina, & humana, *Garz. de Benef. par. 10. cap. 1. numer. 1. & seqq.* vbi, quod nec etiam iuratæ possunt sustineri collationes expectatiuarum *Gail. pract. concl. concl. 155. num. 6. lib 2. vbi Grauæ. consid. 1. per tot. Bolognett. d. l. fin. C. de Pact. num. 80. vers. sed distinguendum, Didac. à Spin. in specul test. gloß. 3. princ. num. 19.* optimè *Rebuff. in Proem. Concord. verbo votum in princ.* idem *Rebuff. in eodem tract. sub rub. de Reseruat. tam generalibus, quam specialibus, §. interim notandum est,* ac pariter ipsemet auctor *in Comment. super Constit. Franc. in tract. vt benef antequam vacent &c. art. 1. gloß. 3. Carleual. in Apol. ad dec. 87. Rouit. num. 29.* latissimè ac doctissimè *Franc. Salern. in cons. 10. §. 1. per tot. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. iur. vniu. lib. 40. cap. 4. num. 5. Rot. dec. 671. num. 6. coram Seraph & coram Pen. dec. 244. num. 2. coram Merlin. dec. 845. num. 1. & in rec. dec. 159. num. 3. & dec. 194. per tot. par. 8. & dec. 374. nu. 8. par. 9.*

Et conclusio procedit, etiam si adsit consensus beneficiati, ex rationibus ponderatis per doctissimum
Fagnan. d. cap. nulla. de conceß. Præb. num. 41. & num. 6
53. & 54. & non solùm reprobantur successoriæ promissiones in beneficijs, sed etiam in Ecclesiasticis mi-
nisterijs, officijs & dignitatibus omnibus, vt est *tex.* 7
in d. cap. nulla, & tradit optimè *Fagnan. ibidem numer. 3.*

Id quod pariter procedit, non solùm in collatione beneficij, sed etiam promissione præsentandi, vel conferendi, post mortem possessoris, vt sunt clara verba
cap. 2. de conceß. Præb. in 6. etiam si dicatur, *cū facultas* 8

*se obtulerit Rebuff.d.Proem.concardat. verbo fati,vers.
item non debet*; nam hæc est differentia inter feuda,&
beneficia,quod feuda conferri valent, etiam antequã
deuoluantur, vt videbimus, non autem beneficia
Cald.de Renonat.Emphyt.lib.1.quæst.5.nu.5. Hinc sub-
iungit *Rebuff. vbi suprà*, quod non substinetur pro-
missio,etiam si instrumentum, super hac promissione
esset confectum,& Sigillo Regio communitum; sicuti
pariter etiam si iuramentum intercessisset, quia dici-
9 tur contrà bonos mores, & frustra consuerudo alle-
garetur, quia non attenditur stylus, vel consuetudo
contrà ius,& bonos motes; neque ad interesse tenetur
promittens, quando promisit beneficium, nondũm
vacans,quicquid sit, quando promissum fuit post va-
cationem *Rebuff. d.Proæm. concord. d. verbo fati circà
finem*, & habemus ex eodem *Rebuff. in concordatis, §.
1.in verbo occurrente huiusmodi vacatione*, quod nec
etiam Rex Franciæ, licet ex beneficentia Pontificum
habeat potestatem nominandi ad Episcopatus sui
Regni, hanc nominationem facere potest antequam
10 vacent,& si fiat est inualida.Imperator tamen, qui ex
Priuilegio Papæ potest præsentare ad Archiepiscopa-
rum Cameracens, antequam vacet, retinet hanc fa-
cultatem, non obstante dispositione Concilii Triden-
tini, & ita fuit declaratum per Sacram Congregatio-
nem Concilij facto verbo cum Sanctissimo, vt refert
Fagnan.d.cap.nulla de Concess.Præb.num.9. ea ratione,
quia Concilium,non facit mentionem de Imperatore
qui, cum sit, speciali nota, dignus, non potest dici
compræhensus in dispositione Concilij; quia in gene-
rali concessione non veniunt speciali nota digna *Rot.
in Roman.Locorum Montium 10. Decembris 1660. cor.
R.P D. Taia decis.162. num.29. post Tractatum*, & eò
11 magis, quia Sanctissimus *Gregorius XIII.* dixit se me-
minisse,tempore Concilij,quando formabatur *d. cap.
29.*aliquos voluisse addi,& primarias preces Impera-
tori concessas; sed quod communis sententia Patrum
fuit,vt tolleretur eorum mentio.

Et licet aliqui limitent hanc conclusionem,in bene-
12 ficio hominis incerti, vt habemus ex *Gall. obser.155.
n.6.lib.2.*veluti si dicatur,*promitto beneficium,vel præ-
bendam,quæ primò vacabit &c.* tamen contrarium te-
net *Alciat.d.l.fin.C.de Pact.num.45.* vbi ait, quod hæc
præbenda Sacerdotis ab hereditate differt,nam de ea,
nec generaliter quidem, nec de persona incerta valet
concessio.

Eademque procedit regula, in beneficijs, quorum
13 nominatio spectat ad patronos; Est enim generalis
prohibitio, in quocumq; Ecclesiastico beneficio cu-
iusuis speciei,vt in terminis,quod paternus non possit
promittere,se præsentaturum aliquem ad beneficium
vacaturum,& si id faciat,promissio nulla sit,habemus
tex.in cap.fin.de concess.Præb. vbi Doctores, & præci-
puè *Abb. Zabarell. Io: Andr.* & alij de quibus penès
*Barbos.d.cap fin nu.1 Kircher.tom.1.com.opin.lib.1. tit.
4 nu.8.pag.167.Rebuff.in Proem, concordat. verbo fati,
circa finem,Lambertin.de Iurepat.par.1.lib.2.qu.6.art.1.
& 19.Rocch.eod.tract.verb. honorificum nu.15.& ver-
bo competens nu.63.Buratt.dec.61.nu.1.Cassad.dec.5.de
Iurepat.Viuian.de Iurepat.par.2.lib.10.cap.2. Garz. de
benef.par.10.cap.1.nu.4.*

In vno tamen casu, putatem patronũ posse ad Ius-
patronatus nondum vacans præsentare,illo dumtaxat, quan-
do in limine fundationis esset concessum,quod posset,
14 nondum vacante beneficio successorem præsentare,vt
habemus ex *dec. Buratt. 61.* Et ratio est euidens; nam
conditiones appositæ in limine fundationis beneficij,
etiam si sint contrà ius sunt seruandæ *Rot. vbi sup.n.2.
15 Viuian.de Iurepat.par.1.lib.2.cap.8.n.1.Gonzal.ad reg.
8.Cancellar.gloss.5.nu.47.Grat.discept for.522.num.47.
Io:Bapt.de Luca in Theatr.Verit.& Inst.de For.Compet.
discurs.41.nu.7.Rot.coram Rojas dec.274.nu.4.cor Mer-
lin.dec.518.nu.3.Tondut.qu.Benef.cap.2.nu.11. & seqq.
lib.1.* Quas autem cõditiones a patrono in limine fun-
dationis appositas debeat Episcopus acceptare, quas
reijcere,vide tradita per *August.Barbos.de Offic.& Pot.* 16
*Episc.alleg 70.nu.35.vers.poterit de Marin.cap.224.lib.
1.Rot.in Rom.Commendæ 25.Febr.1661.cor.Rev.Deca-
no §.quia stante decis.26.post tractatũ,& in Calaguritana
Præminentiarũ 6.Februarij 1665.cor.R.P. D. Ottalora.*

Imò, nec etiam procurator ad præsentandum ad
vacatura beneficia constitui potest, quando in man-
dato est expressa certa persona præsentanda,licet sub-
stineatur, quando non est expressa certa persona, sed 17
est data potestas præsentandi in genere *Io: Andreas
cap.fin.nu.3.de Concess.Præb.& ibi Panor.nu.6.& Imol.
nu 8.Lambert.de Iurepat.p.1.lib.2.quæst.4. art.3. Garz.
de Benef.par.10.cap.1.n.19.Marescott.var.lib.2.cap.33.
nu.1.Beltramin.ad Ludouis.dec.420.nu.9.Barbos. in cap.
cum dilecta de concess.Præb.& in cap.detestanda eodem
tit.in 6.Ferentill.ad Buratt.dec.21. nu.29.* quod faciliùs
procedit, quando patronus ex iusta causa absentiæ,
procuratorem constituit generalem ad omnia sua ne-
gotia,cui etiam præsentationem committit, & tunc
valet,etiam si non habeat, nisi vnicum Iuspatronatus
Marescott.d.cap.33.nu.3.Rot.coram Gregor. d.dec.420. 18
*nu.5.& dec.521.num.7.*cum alijs cumulatis per *Feren-
till.ad Buratt.d. dec.21.nu.29. circà fin.* quæ adeò vera 19
sunt, vt aliquando præsentans antè vacationem ius
præsentandi perdat, vt per *Tondut. quæst.benef. par.3.
cap.170.Merend contr.cap.32.nu.6.lib.24.*

Quæ,cum ità sint,non intelligie *Barbos.ad d.cap.vl-
timum num.3. de Concess. Præb.* quo iure Rex Lusita- 20
niæ concedat patronatus antequam vacent, ni faciat
hoc, ex præsumptio Summi Pontificis priuilegio, de
qua Summi Pontificis potestate in concedendis hu-
iusmodi expectatiuis inferiùs acturi sumus; Et maio-
rem eidem Barbosæ affert dubitationem, quomodo
possint ab eodem Lusitaniæ Rege concedi expectati-
uæ Commendæ,quas solet,vt Magister Magnus ordi-
nis,viuente adhuc possessore promittere.

Quia, si verum est, prout omni caret difficultate,
quod Magister ordinum Militarium, censeatur, tan-
quam quilibet alius Prælatus inferior, vt *Nauarr. in* 21
*Apolog.de reddit.Eccles.quæst.1.monit.56.*tradit *Caped.
de Patron.Reg.Coron. cap.15.* quem refert, & sequitur
idem *Barbos.vbi suprà num.4.vers.similiter;* Et contro-
uerti non potest, quod Prælatus inferior a Papà non
potest principaliter expectatiuas promittere, siuè
generaliter, siuè specialiter ad beneficia vacatura, 22
vt vidimus, consequentia patet, quod non possint,
neque à Rege prælato, vti Magno Magistro pro-
mitti.

Sed respondet,& optimè,ipsemet *Barbos.*huiusmo-
di concessiones substineri;quia Ecclesiastica beneficia
dici non possunt, sed merè profana, & sæcularia, &
ratio est, quia possidentur à prædictis Militiarum
Professoribus, qui, siuè religiosi sint, secundum ali-
quos, quos allegat idem *Barbos.de Offic. & Pot. Episc.
alleg.12.num.fin.Sperell.dec.2.num.144.Cardinal. tom.
1. disp. 2. num. 415. de Indic. Sanch. de Matrim. lib. 2.* 23
*disp.18.numer.8. Ansald. cons.138. num.187.Fragos.de
Regim. Reip.par.2.lib. 1.disp. 2.§. 2.numer. 44.* Siuè
veriùs,non sint, quia, excepta Militia Hierosolymita-
na, quæ vera dicitur Religio, *Caball. resol. crimin.
cas. 225. num. 10. Delbene de Immunit. & Iurisd. Ec-
cles. cap.1. dub.5. sect. 1. Franc. de Iur. Cathedrat. cap.
5.numer. 249.* Aliæ Equitum Militiæ, pro veris reli-
gionibus non habentur, nec de eis tanquam de reli-
giosis, habetur ratio, vt aliàs fuit decisum per *Rot.*
præcipuè coram *Seraphin. decis. 587. coram Cæsar. de
Grass. dec. 1. de Probat. Duran. dec. 95. &* 308. latè

Io:Bapt.

Io:Bapt.de Luca in Theatr.Verit. & Inst. de Iurisd. disc.
92.num.8.vers.nihilominùs,& specialiter de Equitibus
Calatrauæ *Seraph.dec.*507. de Militibus S. Iacobi *Rot.*
coram Durau. vt refert *Barbos.alleg.*233.*num.*4.*& Rot.*
*post Posi.de Manut.dec.*326.*num.*3. *Garz. de benef. par.*
1.*cap.*14.*num.*17.*De Luca, vbi supra num.*8. *vers. & in*
indiuiduo.

Siuè,iuxtà aliam opinionem , dicantur Religiosi,
non quidem strictè,sed largo modo,& vt illi aiunt, se-
24 cundum quid , *Molin.de Primog.Hispan.lib.*1.*cap.*13.
*num.*98.*Franc.de Iur.Eccles. Cathed. cap.*5.*numer.*244.
*Gonzal.ad Reg.*8.*Cancell.gloss.* 8.*num.*55.*Giurb.consil.*
*Crimin.*77.*num.*21.*Mart.de Iurisd.par.*1.*cas.*113.*num.*
33.*& seqq.Daniel.de Nobil.disp.*56.*num.*5.*& seqq. Vi-*
*uian.de Iurepat.lib.*6.*cap.*2.*num.*16.*Rot.dec.*92.*num.*3.
*par.*5 *recent.coram Duran.dec.*308.*nu.*6. *Parlador. quo-*
*tid.diff.diff.*9.§.1. *num.*10. *Ansald.* sibi contrarius *cons.*
32.*à nu.*41.*ad* 80.

Vel potiùs nullatenus Religiosi dicantur , vt habe-
25 tur ex *Barbos.de Iur.Eccles.vniuers.lib.*1.*cap.*43.*nu.*20.
vbi dicit non esse Religiosos , nec largo , nec stricto
modo,& *lib.*3.*cap.*7.*pag.*151.*num.*17. *vers.verum* , te-
statur de magis communi;Nam ad constituendã verã
religionem requiritur perpetua castitas , & continen-
tia,hinc Religiosus,qui contrahit matrimonium,cum
dispositione Pontificis ampliùs Religiosus non est,cũ
26 matrimonium repugnet essentiæ Religionis *Sanch. de*
*Matrim.tit.*8.*disp.*8.*num.*7.*&* 11. & latiùs de his plura
adducit *Bobadill.Polit.cap.*10.*num.*10.*lib.*2.& habetur
ex *D.Thom.*relato à *Daniel.de Nobilib.d.disp.*55.*nu.*7.
quod vtentes matrimonio licet deferant certum ha-
bitum,non sunt Religiosi,nec largo modo,nec stricto,
& in similibus terminis loquitur *Sot. de Iustit. & Iur.*
*lib.*7.*qu.*8.*art.*3.*col.*6. *Thesaur.Iun. qu.*118. *in fin.lib.*1.
*Grat.discept.for.cap.*663.*nu.*26.

Quicquid inquam sit,de hisce opinionibus,illud est
certum , quod nullam habent Ecclesiasticam qualita-
27 tem,vt mihi Auctor est *Burg.de Pax.cons.*16.*num.*1.*&*
*seqq.Gutier.Pract.cap.*111.*num.*2.*Fragos.de Regim.par.*
2.*lib.*1.*disp.*2.§.2. *nu.*44.*Riccinll.Lucubrat. Eccles.lib.*3.
*cap.*15.*per tot.pag.*131.

Quapropter regulariter priuilegio fori non gau-
dent , sed subsunt Principi laico , vt fuit decisum per
28 *Rot.*teste *Mart.de Iurisd.cas.*113.*nu.*33. & probat *Ma-*
*strill.dec.*290.*Azor.Instit.Moral. lib.*13.*cap.*3. *Gutier.*
*Pract.lib.*7.*quæst.*111. vbi loquitur de Gabellis , & *qu.*
95.*nu.*11.*Burgos de Pax.cons.*17.*nu.*3 . *Daniel de Nobil.*
*disp.*55.*nu.*17.*Carol.de Crass.de effect.Cleric.eff.*1. *n.*95.
*& nu.*115.*& eff.*4.*nu.*71.

Variauit tamen pluries Sacra Congregatio in tra
dendo dictis Equitibus exemptiones,vt per *Iacob.Pi-*
*gnatell.consult.Canon.cons.*442.*per tot.*

Et licet nonnullæ,ex his militijs afferant pro exem-
ptione fori laicorum diuersas Pontificum Bullas, quæ
eos à potestate Iudicum sæcularium eximunt , & so-
lum, quoad fori competentiam eorum Magno Magi-
stro subijciunt, tamen eiusmodi exemptiones positiui
29 iuris esse censentur, *Larrea Alleg.fiscal.*64 *nu.*25.*Grat.*
*discept.*363.*nu.*24.*Mastrill.dec.*290. *num.*87. *Paris.cons.*
90.*num.*14.*&* 15.*lib.*2.*Bellug.specul.princ.rubr.*2. §.*vi-*
*dendum nu.*9 *Gutier.pract.quæst.cap.*111.*nu.*2. *Ansald.*
*cons.*78.*nu.*16.& ratio est,quia antè confirmationem ,
& approbationem factam à Papa,milites omnes erãt
suppositi Iurisdictioni sæcularium, prout nunc sunt
Equites nonnullarum Militiarum de quibus loquitur
*Azor.Instit.moral.lib.*3.*cap.*3.*in fine.*

Infertur,ex hoc,iuxtà opinionem aliquorum,quod
Bullæ Pontificiæ , quibus huiusmodi Equites prætten-
duntur exempti à laica Iurisdictione , ex præsumpta
voluntate Pontificis in illis locis tantùm ligant , vbi
sunt receptæ,non alibi *Falin. in cap.* 1. *de treg. & pac.*
*Azor.Instit.moral.lib.*5.*cap.*4.*pag.*419.*& seqq.Farinac.*
*in Fragm.par.*2. *verba lex numer.* 1. *Tap.de Iur.Regn.*
*Neapol.lib.*2.*tit.de Offic.in Regn.Constit.numer.*12.*pag.*
121.*& in tit.de Procur. Cæsar. pragm.*6. *pag.*195. & in
terminis *Larr.alleg.fiscal.*64.*num.*28. Nam quicquid
dicat *Suar.lib.*4.*cap.*16. legem Canonicam obligare ,
absque eo, quod acceptetur à subditis , etenim con-
trarium, quod leges , & Constitutiones laicos non li-
gent , quando ab eis receptæ non fuerunt , sentiunt
*Paris.cons.*105.*lib* 4. *Surd. cons.*58.*num.* 9. *Nauarr. in* 30
*manual.cap.*23.*num.*41.*& lib.*1.*Consult. tit. de Constit.*
*quæst.*5.*Suar.de leg.lib.*4. *cap.*16. *vers. dico tertio* , *Less.*
*de Iustit.& Iur.lib.*2.*cap.*22.*dub.*13.*num.*99.*Vgolin. de*
*Censur. tit.*1. §.9. *Rodriq.in summ. cas.Conscient. par.*1.
*cap.*193.*num.*9.*Castr.Pal.in suis Oper.Moral.par.*3. *disp.*
1.*punct.*13.*num.*2.*Christin.dec.Belgic.* 342. *lib.* 1. *Dian.*
*resol.moral.par.*1.*tract.*10. *resol.*1. *&* 2. *Alter. de Cen-*
*sur.cap.*5.*par.*2.*de natur. suspens. col* 6. *Bonacin. de leg.*
*disp.*1.*quæst.*1.*punct.*4.*num.*27.*&* 32.*Larr.dec.*69. *num.*
18.*Merlin. dec.*461. *num.*30. *Caualer. dec.*77. *numer.*2.
*Sperelli dec.*15. Non obstante clausula irritante , quia 31
semper ad hoc , vt lex liget, moribus recepta esse de-
bet,*Gratian.discept.for. cap.* 202. *num.* 18. *Sperell. dec.*
15.*num.*7.*Laym.oper.moral.lib.*1.*tract.*4. *num.*2. Nam
huiusmodi clausula non ampliat dispositionem , sed
illius naturam sequitur *Rot. coram Put. dec.* 1. *par.* 1. 32
*& coram Gregor.dec.*159.*num.*7. & in specie de Bullis
Pontificijs *Barbos. in cap.* 1. *de Treg. & Pac. Gratian.*
*cap.*588.*num.*10. & maximè , quando ostenditur con-
trarius vsus eiusdem Bullæ legis , vel priuilegij ; quia
contrarius vsus à Papa toleratus , in materia exem-
ptionum facit legem , *Farinacc. vbi supra , verbo lex* 33
*num.*13.*&* 20. & optimè conferunt , quæ tradit,*Rau-*
*den.de Analog.lib.*1.*cap.*39.*num.*147. Hinc est, quod
contrarius vsus Bullarum eximentium a Iurisdictio-
ne laicorum est attendendus *Larrea alleg.*64. *num.*28. 34
*Delbene de Immun. cap.*1. *sect.* 2. *num.* 17. vbi quod in
ditione aliquorum Principum Equites præfati à lai-
cis condemnantur , vt de Regno Neapolitano, quod
pluries soleant cognosci eorum crimina per laicos ha-
bemus *Carlenal. de Iudic. lib.* 1. *tit.*1. *disp.* 2. *quæst.* 6.
*num.*438. *vers. tametsi* , in Regno Sicil. *Carol. de*
Grass. de effect. Cleric. effect. 1. *num.* 95. & in Ciuita-
te Ianuen. quod semper Equites prædicti sint carce-
rati , mulctati , condemnati , ac collectati dignosci-
tur *ex disput.* 55. *Daniel. de Nobilib. numer.* 17. Vn-
dè est concludendum , quod optimè confert consue-
tudo ad obtinendam iurisdictionem , super equitibus
commendatitijs , vt referunt *Piag. de Consuetud.* 35
*quæst.*8.*numer.* 130. *& seqq. Ansald. de Iurisd. par.* 5.
§.3 *cap.*3. *num.*46. *Molin. de Iust. & Iur. tract.* 2. *disp.*
141. *Burg. de Pax cons.*16. *Crass. effect. Cleric.*4. *num.*
71. *& seqq.* latè *de Luca de For. Compet. disc.* 92.
*num.*17.

In loco verò, vbi receptæ sunt huiusmodi exem-
ptiones , si eques carceratus non opponat fori decli- 36
natoriam , & sententia condemnatoria contrà eum
lata sit , erit ne valida huiusmodi pęna , ita vt non
possit de nullitate sententiæ dicere ? ad fauorem
exemptionis , quod semper possit opponi iudicis
laici incompetentia , etiam post sententiam fuit
opinio *Caball. resolut. crimin. cas.* 225. *numer.* 15. *&* 37
16. *Ansald. de Iurisd par.*2. *tit.* 10. *cap.* 15. *numer.*19.
Carlenal. de Iudic. d. loco numer. 452. *Sperell. dec.* 2.
numer. 117. *Borell. summ. decis. tit.* 41. *de Iurisd. nu-*
*mer.*132.

Contràrium,quod sententia lata à laico contrà Mi-
litem pręfatorum ordinum,qui non opposuerit decli- 38
natoriam fori sit valida,& retractari minimè possit ex
defectu Iurisdictionis iudicis incompetentis *Bobadill.*
polit. lib. 2. *cap.* 19. *num.* 22. *Mart* . *de Iurisd. cent.* 2.

cap.13.nu.34.35.Duard, ad Bullam Cœnæ lib.2. cap.15. quæſt.5.nu.13. cum alijs de quibus per *Daniel de nobil. d.diſp.56.nu.11.*

Quapropter, cum huiuſmodi Milites, non ſint verè Clerici, & ordinem non ſuſcipiant, dici non poteſt quod poſſideant Commendas, tanquam beneficia Eccleſiaſtica, quia certum eſt, quod ad ea conſequenda, ſi eſſent Eccleſiaſtica, pernęceſſe tenerentur ordi-
39 nes ſumere iuxta regulam *tex. in cap.2. de ætat. & qualit. & Concil. Trident. ſeſſ.23. de Reform. cap.6. & ſeſſ. 24. pariter de reform. cap.12.*

Adijcitur, ad oſtendendum ea non eſſe beneficia Eccleſiaſtica, quod de facto, conſtat, dictos Milites ea non obtinere, cum titulo illo Spirituali, quem præſeferunt Eccleſiaſtica beneficia, ſed ſolummodò fructibus temporalibus fruuntur; qui ſeparantur ab ipſis beneficijs; Beneficia autem reguntur per Clericos ejuſdem ordinis, & militiæ, penès quos, ſolum reſidet ſpiritualis illorum titulus, vt benè obſeruant *Cabed.* & alij allati à *Barboſ. in d. cap. fin. n.4. de conceſſ. Præb.*

Et quod magis demonſtrat, ea eſſe ſæcularia, illud eſt, quod ſuper eis nulla cadit ſimonia, nec pecunia data, vel promiſſa obtinens huiuſmodi Commendas
40 Simoniacus reputatur, vt habetur ex *Suar. tom.1. de Relig. lib.4. de Simon. cap.27. num.6. Bonacin. de Simon. q.4. nu.15. Barboſ. d. cap. vlt. d. nu.4. in fine.*

Et ſic remanet probatum, quod huiuſmodi Commendæ poſſunt licitè concedi à Rege Luſitaniæ antè vacationem illarum, quia habentur tanquam beneficia ſæcularia, non Eccleſiaſtica.

Quando verò caſus daretur, vt aliquis ex militibus ſupradictis Commendam poſſideret, vti Eccleſiaſticũ beneficium, extra difficultatis aleam eſt, quod tunc ab eius Magno Magiſtro non poſſet concedi expectatiua antè mortem poſſeſſoris, vt pluries fuit deciſum in Rota Rom. in terminis expectatiuæ ſuper Commenda promiſſa à Duce Allobrogum, & præcipuè coram
41 *Merlin. dec.845. nu.1. & dec.114. & dec.159. num.3. & dec.194. par.8 rec.*

Nec valet allegari non vſus, & quod Dux Sabaudiæ ſoleat huiuſmodi Expectatiuas paſſim concedere, quia auctoritas Apoſtolica non poteſt per non vſũ
42 tolli *Merlin. d. dec.845. nu.3.* & quod iſta ſit corruptela, non vſus, ob id non obſeruanda *Rot. d. dec.194. num.7. par.8.* præcipuè ſi, vt ſupra dixi, non adſit ſcientia poſitiua, & conſenſus Papæ *d. dec.159. n.50. par.8. rec.*

Et hucuſque adnotata de inualiditate conceſſionis beneficij, per viuentem poſſeſſi procedunt etiam in
43 Coadiutorijs, quæ hodiè apud Eccleſiaſticos ſunt in vſu, & præcipuè Prælati inferiores, ſine dubio expectatiuas ad beneficia vacatura, vel coadiutorias cum futura ſucceſſione concedere non poſſunt, prout ſuprà fuit oſtenſum, & vltrà adductos hanc materiam proſequuntur idem *Barboſ. in collect. ſuper Concil. Trident. ſect.25. cap.7. de reform. nu.43. Gonzal. ſuper reg.8. Cancell. gloſſ.5. § 9. nu.91. Valenzuel conſ.98. nu.37. tom.1. Fontanell. dec.212. n.16. lib.1. Illuſt. D. Fagnan. in cap. nulla nu.67.68. de Conceſſ. Præb. Bolognett. d.l. fin. nu.80. ad medium C. de Pact.*

Quo verò ad Summum Pontificem nemo dubitat, quin poſſit huiuſmodi coadiutorias, cum futura ſucceſſione, concedere, vt admittunt, præ cæteris, *Garz.*
44 *de benef. par.10 cap.1. nu.3. & eſt tex. in cap.2. de Præb. in 6. vbi Franc. nu.1. Azor: Inſtit. moral. par.2. lib.6. cap. 31. verſ. verum enim,* cum alijs, lato calamo allegatis per *Barboſ. in cap. Propoſuiſti de conceſſ. Præb. Caſſad. dec.2. nu.2. Seraphin. dec.1148. nu.2. Put. dec.226. n.17. lib.3. Valenzuel. conſ.98. nu.39. Cagnol. d.l. fin. nu.56. C. de Pact. Rot. coram Penn. dec.244. num.2. & 3.* & latè oſtendit *Illuſt. Fagnan. d. cap. nulla num.42. de Conceſſ. Præb.*

An verò ſit de iure, vt Papa has coadiutorias concedat, eſt controuerſum: affirmat, *Garz. de benef. par.* 45
par.4. cap.5. nu.19. Lotter. de re benef. lib.2. q.25. num.6. & alij relati per *Fagnan. d. cap. nulla n.42.* Negat *Caſſad. dec.2. num.2. Molzed. dec.10. Rot. dec.392. num.2. par.3. rec.*

Diſtinguit tamen idem *Fagnan.* inter Coadiutorias pro Cathedrali Eccleſia, vel Monaſterio, cum ſcilicet, Epiſcopus, vel Prælatus propter Senium, vel Ægritudinem factus eſt inhabilis ad Paſtorale munus exercen- 46
dum, & coadiutorias, quæ dantur, pro Beneficijs Inferioribus, in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia, cum ſcilicet, dignitatem obtinens, vel Canonicatum ſimiliter propter Senium, aut morbum effectus ſit impotens, ad inſeruiendum Eccleſiæ.

Primò caſu, conceſſio quæ fit ex priuilegio, non poteſt dici contra Canones; Nam Canones permittunt Papę, eas cõcedere, ex vrgenti neceſſitate *c. petiſti n.7. q.1.* Neque Concilium his conceſſionibus reſiſtit *Fagnan. in d. cap. nulla nu.48. & 69. de Conceſſ. Præb.*

In quantum verò conceſſio fit à Papa, non iure ordinario, ſed ſine cauſa, tunc omninò dicitur à iure communi exorbitans, etiam ſi fiat in Eccleſijs Cathedralibus, vel Monaſterijs, vt deducitur *ex d. cap. petiſti.*

Secundam verò ſpeciem Coadiutoriæ, quæ datur in Canonicatibus, & alijs beneficijs inferioribus, omninò eſſe contra ius, & contra Concilium latiſſimè probat *Fagnan. d. cap. Nulla nu.50. & ſeqq.*

Hinc eſt, quod Papa, licet, per abſolutam poteſtatem, poſſit derogare Concilio *Fagnan. d. loco num.70. Paſſerin. in cap. licet nu.241. & ſeqq. de Conſtit. in 6.* cum
alijs quos pleniſſimè ſequitur *Barboſ. in Collect. ad* 47
Concil. ſeſſ.1. de Incoand. Concil. num.2. Et valeat per conſequens, de plenitudine Poteſtatis has coadiutorias concedere *cap.2. de Præb. in 6. Rebuff. in Proœm. concord. verbo ſati, verſ. Papa, Bolognett. d.l. fin. C. de Pact. nu.80. ad finem.*

Aduertunt tamen hac poteſtate vti non debere, ſi-
ne iuſta cauſa, propter graue periculum, quod imminet prouiſo captandi mortem poſſeſſorum *Cagnol. vbi* 48
ſuprà nu.129. Rot. coram Pen. dec.244. & dec.40. nu.10. par.11. rec. Et hanc fuiſſe mentem Concilij Tridentini oſtendit *Fagnan. d. cap. nulla de Conceſſ. Præb. n.70.*

Et in omnem caſum, fieri debent prouiſiones ſuper beneficio viuentis, vel coadiutoriæ iuxta modum, & formam traditam à Concilio Tridentino, in quo ſancitum fuit in *cap.7. de Reform. cap.25.* quod *in Coadiu-* 49
torijs, cum futura ſucceſſione, in poſterum obſeruetur, vt nemini, in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis permittantur: quod, ſi quando Eccleſiæ Cathedralis, aut Monaſterij vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulet, Prælato dari coadiutorem, is non alias cum futura ſucceſſione detur, quam hac cauſa priùs diligenter à Sanctiſſimo Romano Pontifice ſit cognita, & qualitates omnes, in illo concurrere certum ſit, quæ de iure, & ex decretis requiruntur, aliàs conceſſiones, ſuper his factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur, de qua re pleniſ *Barboſ. ſuper d. loco Concilij,* & latiùs *de Poteſt. Epiſc. alleg.108. Valenzuel. conſ.98. nu.37. & ſeqq. tom.1. Fontanell. dec.212. n.17. Fagnan. d. cap. Nulla de Conceſſ. Præb. nu.71.*

Et Pontifex poteſt beneficia nondum vacantia cõcedere, tam de certo, quam de incerto homine, cum hac tamen declaratione, quod ſi concedat expectatiuam certi hominis, de Plenitudine poteſtatis, valet conceſſio, cum ille ſit beneficiorũ Dominus; ſed oportet, quod in Expectatiua exprimatur clauſula *ex certa* 50
ſcientia, & motu proprio Bolognett. d.l. fin. num.80. ad finem, & latiſſimè *Fagnan. d. cap. Nulla num.82. de Conceſſ. Præb.*

Verum eſt tamen, quòd, licet non ſit neceſſe, vt interue-

teruenlat consensus beneficiati; quia futura successio,
in beneficijs, post obitum beneficiati, non pendet ab
51 illius voluntate, & consensu, vt, alijs adductis, firmat
Spad.conf.51.num.6. lib.3. Tamen nequaquam solent
huiusmodi Coadiutoriæ, siue futuræ successionis col-
lationes, concedi, nisi, consentiente eo, de cuius agi-
tur beneficio, *Spad.conf.52. num.7.lib 3.* Et in Regno
52 Franciæ nequaquam tolerantur, nec dantur à Papa,
sine consensu eius cuius est beneficiū *Rebuff.in Proem.*
Concord. verbo fati, v. Papa. Et quando semel inter-
fuit consensus coadiuti, non est amplius pœnitentiæ
locus, idem *Spad. d.conf.52. per tot. lib.3.*

Verumtamen in eo casu potest validè fieri beneficij
53 viuentis Collatio, quando extat fama obitus benefi-
ciati, *Rebuff. vbi supra d. verbo fati, vers.sed non confer-
ri*, sed reuertente beneficiato, erit nulla eadem colla-
tio. *Rebuf. verbo fati, versic.item quando.*

Et similiter vniri potest viuentis beneficium, sine
tamen possidentis præiudicio, & vnio sublsinebitur,
54 *cap.consultationibus,de Donat.Clement.fin. de Reb. Ec-
clesi. non alien.Rebuff.d.verbo fati,vers. poterit, Cald. de
Renou. Emphyt. lib.1.quæst.5.num.5.* cum alijs ibidem
allegatis.

Ac eo vsque Canones abhorrent, quòd quis audeat
alicuius viuentis beneficium impetrare ex rationibus
supra deductis, vt, eum qui ausus sit hoc facere, de-
ponendum, decreuerint, & ab Ecclesiastica Commu-
nione pellendum, vt colligunt Doctores ad *tex.in cap.
1. de Concess. Præb.* vt *Abb. Innoc. Zabarell. Io. Andr.*
55 *Andr. Imol. Anan. Butr. Hostien. Anchar. Guid. Pap.*
& alij cumulati per *Barbos. ibidem num.1. Cald.de Re-
nou. Emphyt. lib.1. quæst. 5. num. 3.* Vnde contra hos
impetratores beneficij viuentis nonnullæ emanarunt
Regulæ Cancellariæ allatæ à *Franc. Saleru. consil. 10.
num. 15. §. 1.* Et quod puniantur, tanquam infames
excommunicationis pœna latè prosequitur *Bolognett.*
56 *d.l.fin.num.80. Tondut. Sanleg. quæst. benef. par.3. cap.
170. & 8.* diuersi generis pœnas, aduersus eos inflictas
enumerat doctissimus *Rebuf. in prax.benef gloss.7. de
Repub.benef. viuen.impetrat.* de quibus etiam mentio-
nem facit *Bologuet.d.l.fin.num.80. & seqq.* penes quos
pariter inuenies nonnullas limitationes, & ampliatio-
nes, in materia, in qua omnes concludunt, non mi-
norem culpam committere impetrantem beneficium
viuentis, quam coniugem promittentem, cum altero
matrimonium contrahere post præsentis viri deces-
sum; de qua re, *Sanch.de Matr.disp.79.nu.40 Salern.
d.consil.10.§.1.num.3.& nu.15. circa finem.*

Aduertendum est, tamen in hac materia Coadiuto-
riæ, quod ea corruit, non purificata, & perfecta gra-
57 tia, antè mortem coadiuti *Barbos. vot. decis. 109. Rot.
dec.162.par.10.rec.* Et vitiatur, nisi iustificetur infirmi-
tas, & ætas grauis coadiuti, latè *Rot.dec.48 par.11.rec.*
58 & ideò coadiutor tenetur residere in loco beneficij,
59 nec potest habere beneficium incompatibile *Gratian.
cap.805.num.31. Lotter.de re benef.lib.2.quæst.25.Spad.
conf 50.lib.3.Barbos.vot.dec.28.Rot. dec.276. par.1.rec.*
Et quamuis non teneatur recitare officium priuatum,
60 *Barbos.cap.dolentes num.8. de celebrat. Missar:* tenetur
tamen ad omnia onera beneficii, sine vllo lucro, *Pen.
61 dec.302.* Nec ipse confert beneficia annexa beneficio,
sed coadiutus, *Azor.Instit Moral.par.2.lib.6.cap.25.
quæst.15.Gonzal.ad Reg.8 Cancell.gloss.23.cap.12.Bar-
62 bos.cap.verò de Cleric.ægrot.Tondut.quæst. benef. par.3.
cap.494.*

An verò fiat coadiutor sine consensu patronorū, in
63 beneficijs de Iurepatr. vide, *Barbos. vot.decis. 56. Rot.
dec.162.nu. 42. & seqq. par.12. rec.* Et hæc dicta sint,
quoad beneficia Ecclesiastica.

Quò, verò, ad officia sæcularia; vtrum possint anti-
cipatè promitti, vel concedi à Principe pro tempore,
quo ea vacare contigerit, vt officium Senatoris, Asses- 64
soris, Gubernatoris, &c. disputant Iuris Cons. Et pro
negatiua, nempè, quod Princeps, & eo minus priua-
tus, non possit concedere aliquod officium, quando
vacabit, & promittere expectatiuam, non secùs ac de
beneficiis Ecclesiasticis dictum fuit, afferuntur textus,
& rationes supra ponderatæ *ex cap.2.de Concess.Præb.
& cap.ne captanda.de Præb.in 6.* Nam argumenta,
quæ militāt, in casu beneficiorum, videntur etiam mi-
litare in hoc casu, *Molin.de Hispan.Primog lib.2.cap.4.* 65
*num.39.Cabed.dec.Portug.91.num.4 par.2. Bartol. in l.
2.§.data, ff de opt. leg. Luc. de Penn. in l. annonas, C. de
erog.milit.lib.10. Lup.in repet.cap. per vestras de Do-
nat.inter vir.& vxor Rebuff. in Constit. Regn. tract. vt
benef. ante vacat. gloss. 2.* & est in regulis *Cancell. de
Subrog.Collit.gloss.7.num.30 & 40. Mastrill. de Magistr.
lib.1.cap.25.num.11.Fontanell. dec.212. num.4. tom.1.
Franc.Salern d.conf.10 §.2.num.23.Giurb. obseru. 102.
circa finem;* præcipuè, cum eadem prorsùs ratio vtrius-
que sit, inualiditatis nempè, votum captandæ mortis;
Mastrill. vbi suprà num.10. optimè *Fontanell. dec.212.
num.5.6.* & latius *num.8.Franc Saleru.d.consil.10.§.2.
lib. 1. num.23.* vbi aliæ rationes inualiditatis ponde-
rantur.

Et licet, pro contraria possent adduci textus in *cap.
petijt 4. quæst. 1.cap. ex parte. 1. de Offic.& pot. Iudic.
deleg.* & alii superius adnotati, vbi apparet, in iure Ca-
nonico, non esse prohibitum concessiones fieri per
Papam, de Præbendis non vacantibus, coadiutorijs,
appellatis: Respondet nihilominùs *Fontanell. vbi suprà
num. 16.* quod nonnulli Pontifices illas rigorosè, &
strictè prohibuerunt, prout legitur *in cap. 3. cum seqq.
8 quæst.1.* & præcipuè Sanctissimus ille *Pius V. in sua
Constit. de anno 1571.* vbi ex causis, ibi exaratis Coa-
diutorias cum futura successione, & expectatiuas
ab Ecclesia Dei eradicatas esse voluit, alijque passim
Pontifices ab eis se abstinuerunt, vt tradit *Garz. de Be-
nef. par.4 cap.5. nu.23.* & omnes scribentes affirmant
non esse iuri conformes, sed ab eo exorbitantes, odio-
sas, & in iure detestabiles *Garz. vbi suprà num.14. Cen-
sal.ad Reg. 8. Cancell.gloss. 5. §. 9. num.74. Faguan. loco
proximè citato cap. nulla, num. 51. & seqq. de conces.
præb.*

Et quicquid sit de hoc, certè non sunt trahendæ ad
casum nostrum, quia, si quandoque conceduntur, id
fit propter Ecclesiæ necessitatem, & ad fauorem coa-
diuti, qui, vel propter infirmitatem, vel senectutem,
vel aliquod aliud impedimentum, seruire non potest,
vt ex *Concilio Trident. d. cap.7. sess. 25. de Reform.* vbi
quod dumtaxat permittuntur, ob vrgentem Ecclesiæ
necessitatem, vel vtilitatem, & quidem causa prius
cognita à Romano Pontifice.

Quibus fortissimis fundamentis moti sunt Docto-
res, ad firmandum, per Regem, vel Principem, mini-
mè posse concedi huiusmodi officiorum expectatiuas:
Ita *Socin.cons.53. num.4.* quem refert, non tamen se-
quitur *Alciat.d l.fin. num.46. Rebuf. vbi suprà gloss. 2.
vt beneficia antè vacationem, &c. Caguol.d.l.fin.nu.58.
Petr.Gregor.de concess.feud.quæst.3.num.9.& 10.* quem
sequitur *Mastrill. de Magistrat. lib.1.cap. 25. num. 10.
Graua ad Gaill. conf.155. lib.2. consid.1. num.6. Capyc.
Latro consil. 145. num.31. Bottiglier.* cum ibi allegatis
*de success. Theor.44. cap.2. num. 6. Fontanell. dec. 212.
per tot.Saleru. d.conf.10. §.1.num.3.* vbi probat, vtro-
que iure, tam Canonico, quam Ciuili, reprobari si-
miles concessiones.

Contrarium nihilominus defendunt, *Bolognett.d.l.* 66
fin. C.de Pact. nu.35. desumens argumentum a feudo,
quod potest concedi, quando ad dominum reuerte-
tur, *cap.morib.si de feud. fuer. controu.* & alibi passim, 67
de quo inferiùs dicemus *Phebo decis.Lusit.2.* cum alijs
con-

congestis per Barbos. ad cap. nullam, de concess. præb.
num. 5. Alciat. l. fin. C. de Pact. num, 46. Bobad. Polit.
lib. 1. cap. 2. num. 18. Gutrb. de feud. §. 1. gloss. 15. num. 5.
versic. Inde est.

Tamen horum dicta ita esse intelligenda, arbitror,
vt, hoc fieri non possit, à Principe, non de potestate
ordinaria, sed benè de potestate suprema, & absolu-
68 ta, vt alias dixerunt, Salicet. d. l. fin. num. 11. Cagnol. ibi-
dem, num. 56. Afflict. dec. 292. num. 5. Mastril. de Magist,
d. cap. 25. num. 27. Fontanell. dec. 213. per tot. præcipuè
num. 3. licèt contrarium mordicus defendat, Salern.
d. cons. 10. §. 3. per tot. quod nempè, neque de absolu-
ta, neque de ordinaria potestate, officia sæcularia à
Principe possint anticipatè concedi: Sed minùs rectè;

Nam, vt optimè Fontanell. d. num. 3. obseruat, aut
admittimus argumentum de beneficijs Ecclesiasticis,
ad officia sæcularia, aut non; si primum, admittere
etiam debemus dispensationem, in istis a Rege fieri
posse, sicuti non ambigimus, quin in illis fieri possit à
Papa quandocunque ei videtur iustum fieri debere,
de qua re Melch. Feb. d. decis. 2. num. 3. 4. Si secundum,
quod magis placet Feb. ibidem num. 9. & tunc clarior
res videtur, quia nulla est prohibitio, quæ vetet con-
cedi sæcularia officia, vt Ecclesiastica prohibentur,
& nulla existente prohibitione, omnia Rex potest,
quæ vult, &c.

Et eo magis valet promissio si sit generalis, & de
69 officio incerti hominis, vt, si promissum sit primum
officium vacaturum in Senatu, vt expressè tradit Ca-
gnol. d. l. fin. num. 18. & 130. vbi Bolognett. num. 35.
Capyc. Latro consult. 145. num. 147. Græua ad Gaill. d.
obseru. 155. num. 6. lib. 2. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2.
lib. 2. cap 6. num. 29. Mastrill. de Magistrat. d. lib. 1. cap.
25. num. 25. Fontanell. d. dec. 213. num. 10.

Esset enim nimis restringere Principis potestatem,
si ob formidinem voti captandæ mortis denegaretur
concessio etiam stante incertitudine personæ, vt ex
Afflict. Iacob. de Sancto Georg. Mozz. Rosental. & Gail.
fundat Mastrill. d. cap. 25. nu. 25. in fine. Neque enim
est nouum, quod, ratione incertitudinis, pacta nostra
fiant licita, quæ aliàs forent illicita, vt, ex textu in l.
3. §. illo, ff. pro soc. probabimus infrà.

Non tamen res caret aliqua difficultate, quando
promissio respicit certam personam, vt insinuat Feb.
d. dec. allatus à Fontanell. vbi suprà num. 11. & latiùs
Mastrill. d. cap. 25. num. 25.

Idem vbi promissio esset purè facta, non sub con-
ditione, quando vacabit, &c. vt latè Mastrill d. cap. 25.
num. 26. & nos inferiùs, de feudo agemus.

Eoque minùs concessiones huiusmodi fieri possunt
70 ab Inferioribus à Principe, quandoquidem, vel in ip-
somet Principe controuertitur facultas, vt de Barone
dixit Andr. d. cap moribus si de feud. fuer. controu. &c.
Afflict. cap. 1. quæ sint regalia, num. 68. & dec. 292. n. 9.
quos sequitur Mastrill. de Magist. lib. 1. cap. 25. nu. 12.
71 Et de Cardinali à Latere, Vincent. de Ann. alleg. 55.
num. 4. vbi Add. Et de Magno Magistro Hierosolymi-
tanæ Religionis, Barbat. in cap. constitutus, col. 2. de Re-
script. Cagnol. d. l. fin. num. 130. adductus à Mastrill. vbi
suprà num. 12.

Et præcipuè concessio nulla erit, si fiat ab officiali
temporaneo, non perpetuo, vt admonet Mastrill. d.
72 cap. 25. num. 13. maximè quando alij in eodem officio
reperiuntur vacationis tempore.

Ex his igitur apparet iure merito, per statuta mu-
nicipalia nonnullorum locorum esse prohibitas ha-
73 rum expectatiuarum concessiones, vt de Regno Ca
stellæ tradit Gregor. Lopez. in l. 13. tit. 5. par 5. gloss. vlt.
In Magna etiam Sabaudia testatur Fab. in suo Cod. lib.
1. tit. 13. de diuers. rescript. def. 7. ac Fontanell. d. decis.
213. num. 14. & in Regno Siciliæ adesse plures Consti-
tutiones, in materia, auctor est Franc. Salern. d. cons. 10.
lib. 1. num. 2. & seqq. §. 1.

Sed, dato, quod valeant huiusmodi concessiones
beneficiorum, vel Præbendæ, aut Officiorum sæcula- 74
rium, quæri potest: An expirent morte concedentis,
vel potiùs successor ratam habere teneatur promis-
sionem à prædecessore factam.

Et quoad beneficij non vacantis concessionem,
quam gratiam, Expectatiuam, Decretalistæ vocant,
habemus dec. Penn. 244. per tot. quæ fuit etiam per 75
aliam dec. 249. comprobata, vbi firmatur, per obitum
concedentis, non expirare concessionem: quod esse
intelligendum arbitror, quando in concessione appo-
sita est illa clausula, Ex nunc, prout ex tunc, aliàs non 76
Rot. dec. 194. num. 4. par. 8. rec. Mastril. de Magistrat. d.
lib. 1. cap. 25. num. 22. circa finem.

In concessione pariter officiorum videbatur affir-
matiuè respondendum, nempè, quòd successor in Im- 77
perio, vel dignitate tenetur ratam habere concessio-
nem factam à prædecessore de expectatiuà alicuius
Officij, ea de ratione, quia, explorati iuris est, quòd
successor in Imperio, vel dignitate tenetur obser-
uare gesta, per antecessorem, in pertinentibus ad 78
dignitatem, & officium suum, hoc est, quæ sunt
de natura, & consuetudine dignitatis, vt tradit
Socin. Iun. cons 60. num. 9. vol. 3. Capyc. dec. 121. Crauett.
cons. 241. num. 17. Rosental. de Feud. cap. 10. concl. 38. nu.
27. Mager. de Aduoc. arm. cap 16. num 821. Donat. An-
ton. de Marin. resol quotid. lib. 1. cap. 30. num. 9. & cap.
181. num. 5. Rot. dec. 455. num. 9. par. 4. tom. 2. rec. Cùm
enim eadem dignitas in successore maneat, nec mo-
riatur §. illud in fine Auth. Constit. qua de dignit. cap. si
gratiosis de Rescript. in 6. Ideò, & pactum, vel contra-
ctus eiusmodi in successore durare debet, Tiraquell. de
Iur. Primog. quæst. 35. num. 20. Natt. cons. 122. numer. 3.
Quapropter de Imperatore, quod antecessorum con-
cessiones ritè factas inuiolatas custodire teneatur, di-
xerunt Bald. & Cyn. in l. digna vox, C. de leg. Roland. à 79
Vall. cons. 13. num. 37. & seqq. vol. 3. Bursatt. cons. 16. nu.
55. Decian. cons. 25. per tot. vol. 1. cum alijs congestis
per Mager. de Aduocat. Armat. cap. 16. num. 821. Et de
Balio, vel Gubernatore alicuius feudatarij, quod te-
neatur officia, à prædecessore promissa, rata habere,
nonnullis adductis, latè firmat Donat. Anton. de Ma-
rin. resol. quot. lib. 1. cap. 20. per tot. Et generaliter, quod
ex pacto, vel contractu Principis, cum subdito inito
obligetur successor in Principatu Falin. & Dec. cap. 1.
de Probat. Castren. l. fin. C. de Transact. Paris. cons. 2. nu.
13. lib. 4. Mager. vbi suprà nu. 822.

Vlterius huiusmodi concessiones plerumq; ex gra-
tia fieri solent; sed gratia, quæ ab Imperatore alicui 80
largitur omninò per successorem seruanda est, per ea,
quæ scribunt Soccin. Iun. cons. 34. num. 4. vol. 3. Mager.
vbi suprà num. 823. meritò &c.

His tamen non obstantibus, contrarium regulariter
verum est, nimirùm, quod successor in Imperio, offi- 81
cio, vel dignitate, non tenetur obseruare promissiones
factas ab antecessoribus, de officijs vacaturis; Est
enim, in iure, certissima conclusio, quod Imperator, &
generaliter omnes, qui non iure hæreditario, sed per
viam electionis, succedunt alijs, non coguntur ratas
habere expectatiuarum concessiones, per eorum an-
tecessores, alijs, factas; tum, quia par in parem non ha-
bet Imperium l. nam, & Magistratus, ff. de arbitr. l. ille à
quo, §. tempestiuum, ff. ad Sen. Cons. Trebell. Tum quia
successor in dignitate non habet causam ab antecesso-
re; Ideò ex his, quæ, ex natura dignitatis non veniunt, 82
non obligatur, argumento l. lex vectigalis, ff. de Pignor.
& l. si quis domum, ff. locat. Tum etiam, quia existens in
aliquo Officio præsentium tantum, non etiam post
mortem suam rerum gerendarum administrationem
habet,

habet, vt de Imperatore, loquitur, *Mager. de Aduoc. armat. cap. 16. num. 829.* & latè probat *Mastrill. de Magistrat. d. cap. 25. num. 13.* in Temporaneis Decurionibus eligentibus, quorum electio non substinetur collata in tempus, quo alter in officio est, & allegatur op-
83 timus *tex. in cap fin. vers. tempus regiminis, ff. de iudic.* vbi clarè deciditur, quod, dum regiminis tempus durat, ipsi creare possunt non verò post, & dicit, hanc esse communem sententiam, & *l. leges, C de leg.* vbi, quod Priores non ligant successores in officio cum *Afflict. Io. Andr. & Soccin.* pariter allegat ipse *Mastrill. vbi suprà num. 15.* Et dat rationem, quia prouisio, seù ordinatio collata in tempus inhabile non valet, & paria sunt, aliquid non posse fieri, vel fieri, & conferri in tempus inhabile, ad *tex. in l. quod sponsæ, C. de donat. antè nupt.* idque confirmatur: Nam officiales temporanei præsentia tantùm tractant, vel tractare debent, non futura, de quo est *tex. in l. omnium, ff. de Procurat. & in l. item eorum, §. sed si ità, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Indè dicebat *Iacob. Butr.* quod ille *tex.* facit contrà Rectores Castrorum, qui vltima die sui regiminis, eligunt custodes Castrorum, qui post finitum regimen debent durare in eorum officio, quod facere non possunt, ad quod etiam facit *Vincent. de Franch. dec. 393. num. 9.* vbi, quod in segetem successoris non potest falcem immittere antecessor, nisi accesserit consensus possidentis officium; Et tandem potest addi illa ratio, quòd actus ad certum tempus, vel conditionem
84 destinatus, si præcipitetur, non valet in tertij præiudicium, scilicet successoris *Paul. Pic. in cap. 1. num 13. tit. 9. de Feud.* relatus à *Mager. de Aduoc. armat. d. cap. 16. nu. 830.* vbi, quòd rogatus agere actum post tempus, aut conditionem aliquam euenientem, si agit ante euentum, aut tempus, actus ille non subsistit, si vergat in tertij præiudicium, vt in *l. vxori, §. Seium, ff. de leg. 3. l. filius familias, §. Diuus, ff. de leg. 1.*

Igitur tenendum est, quòd, si eligens ad officium vacaturum decesserit, antequam vacaret officium, concessio expirabit eius morte, nec successor eam seruare tenebitur, vt monuit *Afflict. dec. 101.* & dixit ita per Sacrum Consilium iudicatum fuisse *Mastrill. d. cap. 25. num. 22.*

Nec turbare debent, quæ pro contraria parte perpensa fuerunt; Nam, licet successor teneatur obseruare gesta per antecessorem, in ijs præcipuè, quæ dignitatem respiciunt; tamen non potest dici, quòd officia nondum vacantia spectent ad dignitatem, vel officium concedentis. Siquidem, hac ratione, pro-
85 missor officium suum extenderet, in id tempus, quo ipse administrationē amplius habiturus non est, quod ei facere non licet, vt in similibus terminis fundat *Mager. vbi suprà cap. 16. num. 835*

Et similiter idem *Mager.* alteri obiecto, quod, ex pacto, vel contractu Principis cum subdito, successor obligetur, respondet, quod idipsum locum dumtaxat habet, dummodò Princeps contrahat super pertinentibus ad officium, iuxta morem Principatus, de quo plura *Thomat. dec. 161. num. 3.* & quando possit immutare, vel moderari contractum antecessoris *Cyriac. contron. 310. & 311. Barbos. cap. ex Epistolæ num. 11. de Probat. Capyc. Latro dec. 188. Sous. dec. Lusit. 87.*

Et quamquam gratia concessa, sub nomine dignitatis, per successorem sic exequenda, tamen procedit, quando gratia iam est consummata; secus verò, si gratia, per antecessorem facta, consummata non fuit, quia tunc successor per electionem, factum sui antecessoris adimplere, & seruare non cogitur *Io. Andrea. in cap. ex tua, de Fil. Presbyt. cap. super gratia de offic. deleg. in 6. Bald. in cap. 1.* vbi & reliqui feudistæ, vt *Afflict. num. 92.* qui successores teneantur, cum similibus adductis per *Mager. cit. cap. 16. n. 837.*

Et sic non obstat *Donat. Anton. de Marin. d. cap. 20.* quia ibi pro comperto est, quod gratia iam erat consumata, & perfecta, & tantum rescripta gratiæ præsentatæ deficiebant ad eius perfectionem, &c. vt videre est apud eum, &c.

CAPVT XXI.

An valeat concessio feudi, vel emphyteusis, durante linea primò inuestiti. Distinguitur inter feudum laicale, & Ecclesiasticum. Quæritur, an saltem valeant tales concessiones, cum consensu possessoris; Et plura afferuntur. An successor in Dignitate teneatur ratam habere inuestituram, de feudo, vel emphyteusi à prædecessore promissam.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura feudi nondum vacantis, solet appellari inuestitura de caducitate successionis.*
2 *Conuentiones, & Pacta de bonis viuentis sunt plena tristissimi, & periculosi euentus.*
3 *Valet concessio feudi laicalis, durante linea primo inuestiti.*
4 *Cur valeant feudorum concessiones, durante linea primo inuestiti.*
5 *Pacta sunt aliqua fieri tempore licito, & permisso, & conferre aliquid in tempus permissum.*
6 *Promissio feudi non vacantis non est pactum futuræ successionis.*
7 *Nonnulli tenent quod non valeat, & tantum substineatur attenta consuetudine.*
8 *Contra quod de iure dici nō possit pactum reprobatū.*
9 *Non omnia pacta in mortis causam collata, illicita sunt.*
10 *Pactum de futura successione tantum improbatur, quando fuit initum super re, quæ omninò pertineat ad tertium, & paciscens nullum ius habeat.*
11 *Proprietarius rectè potest vsumfructum alteri donare post mortem vsufructuarij.*
12 *Pacta de inuestiendo alterum in feudo viuente possessore valent de iure scripto feudali, non verò de iure communi.*
13 *Valent talia pacta etiam sine consensu possessoris.*
14 *Et huiusmodi pacta non solum ligant paciscentes, sed eorum hæredes, & successores.*
15 *Limitatur tamen talis conclusio in fisco, qui non ligatur per pactum delinquentis.*
16 *Fiscus obligatur ad solutionem æris alieni delinquentis.*
17 *Qui non per viam transmissionis, sed per viam priuationis successit, factum antecessoris non tenetur seruare.*
18 *An procedat in eo, qui non succedit ex pacto, & prouidentia.*
19 *Concessio feudi nondum aperti valet tantum in casu, quod fiat sub conditione, quando feudum apertum sit.*
20 *Quando adest consensus possessoris non attenditur, an purè sit conceptum, nec ne.*
21 *Valent tamen indistinctè, quando fiunt de persona incerta.*
22 *Quod est à principio nullum, non potest tractu temporis conualescere.*

23 Con-

23 *Conditio, ſi ſine filijs per natiuitatem filiorum euaneſcit.*
24 *Canditio, ſi ſine filijs expirat mortuo grauato cum filijs, licet poſteà deficiant.*
25 *Obligatio ex ſua natura tranſit ad hæredes.*
26 *Tamen non tranſit, quanda conſtat de mente contraria diſponentis.*
27 *Hæres pro debito defuncti non habet obligata propria bona.*
28 *Niſi adſit in obligatione Cameralis obligatio.*
29 *Stipulatio eſt ſtricti iuris.*
30 *Non tamen videtur coarctata ad perſonam ſtipulatoris, quamuis adſit dictio,* mihi.
31 *Promitteus de ſuo dato, & facto ipſius, cuius eſt hæres.*
32 *Obligatio tranſit ad hæredes, non obſtante dictione taxatiua,* tantùm.
33 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*
34 *An valeant conceſſiones feudi nondum aperti cum canditione deficientiæ vaſſalli ſine filijs, ſi eo tempore Vaſſallus filios habeat.*
35 *Negatiua ſententia affertur.*
36 *Diſpoſitio feudalis non valeat. Conceſſio feudi nondum aperti eſt odioſa, & reſtringenda.*
37 *Conditia debet adimpleri in forma ſpecifica.*
38 *Non valet conceſſio feudi facta à Domino, quamquam eius poſſeſſor diceretur mortuus.*
39 *Conceſſia facta de feudo non aperta valet, quando tempore conceſſionis, poſſeſſor feudi erat iam mortuus.*
40 *Actus celebratus ſub conditione de futuro, qua tempore actus iam exiſtit, valet, & pro pura habetur.*
41 *Inueſtitura facta à Prælato de feudo nondum aperto ſub conditione mortis poſſeſſoris abſque liberis valet.*
42 *Non verò in præiudicium ſucceſſorum.*
43 *Epiſcopi & Præſules Eccleſiarum præſentium tantum rerum habent adminiſtrationem, non verò poſt mortem.*
44 *Prælati, non iure ſucceſſionis, ſed nouo titulo, acquirunt dignitatem, vel Officium.*
45 *Pontifex, Reges, vel Principes non tenentur factum anteceſſoris ſeruare.*
46 *Pontifex per conſtitutionem Innocentij IX. non poteſt infeudare bona Eccleſiæ feudo nondum aperta.*
47 *An Prælatus ſaltem de conſenſu Capituli poſſit aliquem inueſtire de feuda nondum aperto.*
48 *Negatiua opinio præualet.*
49 *Ad hoc, vt ſucceſſor teneatur ratam habere anteceſſoris inueſtituram, an ſit neceſſe, vt de facto ſecunda inueſtitus ſit miſſus in poſſeſſionem feudi, vel potius ſufficiat conſenſus de tradendo penſionem poſt eius mortem.*
50 *Quod neceſſe ſit, vt ſecundò inueſtitus ſit realiter miſſus in poſſeſſionem tenent nonnulli.*
51 *Alij tamen contrarium defendunt.*
52 *Et alij indeciſum relinquunt.*
53 *Emphyteuſis durante linea prima inueſtiti, alteri concedi non poteſt.*
54 *Quando verò eſt conditionalis conceſſio, quatenus linea finiatur, nonnulli ſenent, quod valeat.*
55 *Valet argumentum de feudo ad emphyteuſin.*
56 *Non verò quanda ius feudale repugnat iuri communi.*
57 *Quando valeat argumentum de feudo ad emphyteuſin.*
58 *Non valet conceſſio emphyteuſis durante linea poſſeſſoris niſi accedat eiuſdem conſenſus.*
59 *Pacta facta à Domino cum conſenſu primò inueſtiti valent, & vim habent nouæ inueſtituræ.*
60 *Pacta facta ab emphyteuta cum conſenſu Domini directi adeò valent, vt alteretur inueſtitura iuxta pacti tenorem, & in poſterum non primus, ſed ſecundus contractus attendi debet.*
61 *Emphyteuſis Eccleſiæ nullo pacto poteſt concedi durante linea primo inueſtiti.*
62 *Non valet pactum in inſtrumento conceſſionis appoſitum de renouando inueſtituram; non ſiuita emphyteoſi.*
63 *Quatenus talia pacta valerent nullum ius tribuunt ad fauorem inueſtiti, nec actionem habent ad vindicanda bona, ſed tantum eis datur actio perſonalis contrà Dominos directos.*
64 *Vicarius Epiſcopi non poteſt in caſu etiam licito has inueſtituras concedere, non obſtante, quod habeat mandatum generale ad inueſtiendum.*

DIctum eſt, de beneficijs, & dignitatibus Eccleſiaſticis: An poſſint concedi, viuente poſſeſſore. In præſenti agimus, de Feudo, vel emphyteuſi, nondum apertis: An dominus directus poſſit de illis diſponere, & alium infeudare, durante linea primo inueſtiti. In hac materia

Priùs agam, de feudo; & ſucceſſiuè, de emphyteuſi, vt facilior fit quæſtionis reſolutio.

Vlteriùs, de Feudis loquendo. In primis eſt diſtinguendum, inter feuda laicalia, & Eccleſiaſtica.

Inueſtitura, itaque, feudi laicalis, quæ fit à Domino in vita Vaſſalli, quæ ſolet appellari inueſtitura, de caducitate ſucceſſionis à *Bald. l. ſi quis inueſtierit de feud. in vim leg. Comm.* relato ab *Hartm. Piſt. lib. 2. quæſt. 25. num. 1.* videtur prima facie, quod nullatenùs valere poſſit. 1

Ea ratione, quam ſuperiùs multoties adduximus, nempè, quia conuentiones, & pacta, de bonis adhuc viuentis, plena ſint triſtiſſimi, & periculoſi euentus, 2
proindeque reijciantur à iure *d. l. fin. C. de Pact. l. ſtipulatia hoc modo, ff. de verb. ablig.* cum ſimilibus; Improbum enim eſt teſte *Vlpiano* de bonis viuentis eſſe ſolicitum *l. 2. §. 1. ff. de vulg. ſubſt.* quemadmodum, & mortem, vel aduerſam liberi hominis fortunam expectare, neque Ciuile eſt, neque naturale *l. inter ſtipulantem §. iuramentum verſ. homo liber, ff. de verb. oblig.*

At hæc, quæ, de iure ciuili, procedunt, non ſunt ad iura feudalia extendenda, ex quibus habemus, huiuſmodi inueſtituram eſſe admittendam, & feudum, ſub conditione, ſi poſſeſſor ſine hæredibus defunctus fuerit, concedi poſſe, vt in *cap. moribus, ſi de feud. def. contro. inter Dom. & agn. def. cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dare teneatur, & in cap. 1. de Cleric. qui inueſt. fecer.* ibique Doctores omnes, & præcipuè, *Bald. d. cap. 2. de Feud. dat. &c. & in d. cap. 1. §. ſi moribus &c.* & ibidem *Aluarot. Afflict. Aleiat. l. vlt. C. de Pact.* & ibidem *Bolognett. num. 81. Cagnol. num. 132 Socin. Sen. conſ. 53. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 76. num. 119. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 2. nu. 44. lib. 1. Albeu. conſ. 134. numer. 2. lib. 1. Gayl. pract. obſeru. 155. num. 23. Facbin. contro. iur. lib. 7. cap. 28. §. poſtrema, Cornazz. dec. Luc. 105. num. 2. Ludouic. dec. Luc. 63. num. 12 Hartm. Piſt. d. quæſt. 25. num. 2. Danth. de Teſtam. de mut. teſt. pot. num. 86. verſ. tum 2. Cancer. var. lib. 3. cap. 7. num. 142. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 39. num. 1. 2. Clar. §. feudum quæſt. 14. vbi add.* (qui tamen monet Imperatores, & Principes, vt ſe abſtineant ab huiuſmodi inueſtituris, nè inducant votum captandæ mortis,) *Bottigl. de ſucceſſ. cap. 2. Theor. 44. n. 7. Cald. de Renou. Emphyt. lib. 1. q. 5. u. 4. Giurb. de Feud. §. 1. gloſſ. 15. n. 3. & ſeqq. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 25. u. 2. & ſeqq. Franc. Salern. conſ. 10. §. 3. n. 30. Facbin. contr. lib. 3. cap. 28. Carpzau. Iuriſprud. for. par. 2. conſt. 35. def. 18. nu. 5. 6. Inſtrigl. de feud. q. 64. in princ. Schrader eodem tract. par. 3. cap. 2. nu. 17. Roſental. pariter de feud. cap. 4. concl. 9.* & alij plures infrà allegandi. 3

Valent

Valent autem, nec timor voti captandæ mortis adesse potest, vt ait *Hartm. Pist. d. quæst. 5. num. 5.* Quia huiusmodi inuestitura, vel promissio infeudandi, non solet purè fieri, neque in illud tempus conferri, quo, vtile dominium, adhuc est penès vassallum possidentem, sed sub conditione, si possessorem feudi sine ma-
4 sculis hæredibus è vita decedere contingeret. Atque adeò promissio, in illud tempus, confertur, quo vtile dominium à vassallo abscessurum, & retrò ad Dominum commeaturum erat.

Hinc est, quod non potest dici promissio de bonis viuentis, sed de bonis ipsiusmet Domini, qui de re sua disponit, vt per *Isern. d. cap. 1.* & ibi etiam *Afflict. num. 6.* vbi, quod nullum viuenti fit præiudicium, cum inuestitura conferatur in casum permissum, quo, videlicet, futurum erat vtile dominium cum directo consolidatum.

Et facit regula, quod paria sunt aliquid facere, tem-
5 pore licito, & permisso, & conferre actum in tempus permissum *l. in tempus in principio, ff. de Hæred. instit.* & latè in proposito, *Grattian. discept. 818. num. 8.* Quod re vera, non habeat locum in pacto futuræ successionis, nam istud plerumque, ea de re fit, cuius dominium prorsus est alienum *Bald. d. cap. 1. de Feud. dat. &c.* vbi, quod hoc pactum non est de futura successione viuentis, nec mortui; sed quoddam pactum collatum in defectum ioris tertij, quod quidem habet in se iuris ordinem, & est, de iure validum, & ideo errant (inquit)
6 dicentes, quod iste contractus fit de futura successione, quia imò est de caducitate successionis, & faciunt tradita per *Afflict. dec. 292. num. 3. Bolognett. d. l. fin. num. 81. Salern. d. consf. 10. § 3. num. 31. Mastrill. d. cap. 25. num. 45.*

Contra nihilominùs faciunt tradita per *Borcolt. d. cap. moribus*, relatum ab *Hartm. Pist. vbi suprà num. 6.* qui firmat, quod etsi Dominus de iure suo disponat in euentum, quod feudum ad se deuoluatur, tamen negari non potest, quin pacisçatur, super re, quæ adhuc viuentis est; & propterea talis conuentio censeri debet odiosa, & plena tristissimi, & periculosi euentus, & per consequens nullius momenti, vt vidimus, adeò vt putet non valere, nec posse sustineri etiam at-
7 tenta consuetudine; Et pariter omni alia ratione reiecta, non valere huiusmodi infeudationes contendit *Fachin. contron. Iur. lib. 7. cap. 28. lit. B*, quia ità fuerit sancitum per feudalem consuetudinem; Inquit enim, quod & si probari possit Dominum feudi rectè illud conferre, quandoquidem de re sua disponit, sub ea conditione, de qua dictum est, tamen negari non potest, quin illud petens, atque impetrans contrà bonos mores facere videatur, eò quia se ostendit sollicitum de viuentis feudo, ac proindè, vt mortem eius expectet, ac forsan quoque procuret, facilè induci potest. Sed quoniam moribus ità receptum est, vt patet ex textu consuetudinum feudalium, quas oportet sequi, ideò huic sententiæ omnino inhærendum esse, & huius opinionis fuerat etiam *Isern. in loco relato per Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num. 133. vers. clarius*; Inquit, enim, quod maximum periculum imminet possessori feudum tenenti propter insidias mortis, & quod sunt vsus praui, & quasi corruptela, & obliuioni tradenda; Vndè fatetur decisionem duram esse, & à bonis moribus alienam; lex tamen est scripta *d. cap. moribus*, & ideò obseruanda.

Horum sententiam sternere conatur *Hartm. Pist.*
8 *d. loco num. 7. & seqq.* animaduertendo, quod iura loquentia, de pactis prohibitis ob periculum captandæ mortis, in casu disponunt, vt quis pacisçatur de re, in qua nullum ius habet, nisi illud, quod post mortem possessoris acquisitus est; hic enim, quia præmaturè cogitare audet de morte alterius, ac de ea re dispo- nit, in qua tantum spem succedendi habet, quod, cum sit impium, & cum maximo animi dedecore coniunctum, idcircò improbatum est; Ex hoc sequitur, quod non omnia pacta, in mortis casum collata, illicita, atque prohibita sunt, sed regulariter, cessante ratione, de qua supra, sunt permissa; Vndè non prohibetur 9
quis de re sua, quam alteri ad vitam concesserit, in casum mortis eius, ad fauorem alterius disponere, vt est quotidie in donationibus causa mortis, substitutionibus, fideicommissis, & legatis, ac in vsufructu alicui ad vitam concesso, quem possum post mortem vsufructuarij alteri concedere, *l. qui fructus, l. fundi, ff. de vsuf. legat. l. vt hæredibus, ff. de leg. 2.*

Haud absimilis naturæ sunt pacta, de quibus in præsenti agimus: nam, licet vtile dominium feudi magis ad Vassallum, quam ad Dominum spectet, tamen Vassallus ex Domini beneficio feudum habet, eaque lege concessum, vt, Vassallo sine hæredibus masculis decedente, vel feudo alioquin aperto, ad Dominum reuertatur. Poterit igitur Dominus quouis tempore de suo feudo disponere, in casum, quod eidem aperiatur, vt cuilius permissum est rem suam alteri, ita donare, vel fideicommisso relinquere, vt, eo defuncto, alij restituere cogatur.

Nec est, in hac specie, considerabilis voti captandæ mortis ratio; Nam pacta, quæ ob id improbantur sunt inita de rebus, quæ pertinent in totum ad possi-
dentes, neque vllo iure ad paciscentes pertinent; in 10
casu verò nostro, cum feudum habeat annexam conditionem, vt Vassallo sine filijs defuncto, reuertatur ad Dominum illo casu paciscentes agunt de iure proprio ipsius Domini, & in casu, quòd ex natura feudi, redeat, non verò hic agitur de spe immatura, præter succedendi ordinem in pactum collata, vt fusiùs idem *Pist. num. 9.*

Quod periculum, vt aliqui animaduertunt, non est talis qualitatis, vt inualidare valeat hoc genus inuestituræ, Nam in omnibus casibus, in quibus certa spes est, post mortem alterius rem ad alterum peruentnram, idem periculum adest; & nihilominus non improbantur hæ conuentiones, quinimmò si ob id præcisè, quod ab eo, qui sperat alicui succedere istæ possunt huiusmodi insidiæ) improbarentur tales actus, omnis succedendi ratio interuerteretur, quod esset notabile absurdum, prout susissimè hæc omnia fuerunt comprobata per Consil. Collegij Iuridici Lipsiensis impressum post *Hartm. Pist. d. quæst. 25. num. 23.* & benè etiam *Gaill. pract. obseru. lib. 2. obseru. 155. nu. 3.* vbi existimat, quod feudum sit ad instar vsusfructus, vndè finito vsufructu, morte vltimi vassalli, feudum tanquam apertū ad dominum immediatè reuertitur, & Vassallo iniuriam non facit Dominus, si tamquam proprietarius in eum casum, quo extinguitur vsusfructus ius suum alteri concedat; Proprietarius enim rectè alteri proprietatem, deducto, vel saluo vsufructu, donat, vt, multis cumulatis, firmat *Grattian. d. cap. 818* 11
n. 11. & seqq. vbi sequitur *Alciat. l. fin. n. 50. C. de Pact.* qui hanc sententiam defendit, tam ex consuetudine feudali, quam de iure cõmuni, exemplo similiter vsusfructus, *Io: Bapt. de Luca de seruit. tom. 4. disc. 54.*

Ego verò potius assentirer alteri opinioni, quòd scilicet huiusmodi infeudationes sustineantur, quidem de consuetudine feudali scripta, *in cit. cap. moribus*, &
non de iure communi, vereorque ne huiusmodi con- 12
uentiones dici possint pacta successionis futuræ, improbata, plena tristissimi, & periculosi euentus, ac inductiua voti captandæ mortis, ex quo versantur circa rem.

Quæ nullo pacto, ad promittentem pertinet, idest circa dominium vtile spectans in totum ad Vassallum, & non ad Dominum; Nec me quidquam mouet ius,

ius, quod Dominus habet super feudo, quia regula, quod, super re propria, quis potest inire pactum, vt post mortẽ possessoris alteri deferatur procedit quò ad dominium directum, secùs quò ad vtile tantùm. Et exempla vsusfructus, substitutionum, & fideicommissorum non mærentur, allegari, quia fiunt substitutiones, fideicommissa, & concessiones vsusfructus tẽpore licito, & à personis habentibus auctoritatem paciscendi, dùm agunt de propria re, in quam habent non solùm dominium vtile, sed etiam proprietatem; Et licèt posteà res perueniat ad alios, transit semper cum eodem onere imposito à principio à veris Dominis habentibus auctoritatem disponendi de re propria ad eorum libitum; Vndè considerari non potest, in ipsis, præmatura mortis cogitatio, quæ est considerabilis, in concessione feudi, nondùm aperti; ibi enim disponit vetus Dominus, de re propria, hic autem disponit Dominus feudi, de re Vassalli, nempè, de Dominio vtili, super quo nullum habet ius, viuente feudatario, vt diximus.

Supposito, igitur, quod valeant huiusmodi concessiones feudi nondùm aperti, ex dispositione clara iuris feudalis, ad eorum validitatem, non requiritur, vt accedat consensus possessoris feudi, vt, quicquid tenuerint *Placentini*, firmaruut, *Signorol. de Homod. cons. 60. num. 4. & seqq. Soccin. Iun. cons. 76. n. 119. lib. 1. Tusc.*
13 *pract. concl. lit. F, concl. 111. Gail. pract. lib. 2. capit. 155. num. 2.* vbi, quod procedit, sciente, vel ignorante vassallo: Nam, eius consensu succedente, de iure communi, pactum quoque successionis valeret; quia causa prohibitionis cessaret, videlicet, desiderium mortis alienæ, & latè firmat etiam *Hartm. Pist. d. lib. 2. qu. 25. num. 11.* & sunt etiam textus expressi *d. cap. si quis inuestierit, de feud. dat. §. cap. moribus si de feud. def. &c.*

Et adeò sunt firma huiusmodi pacta, vt non tantũ ligent Dominos concedentes, sed etiam eorum hære-
14 des, & successores, vt optimè probant, alijs cumulatis, *Schrad. de feud. parte 2. cap. 2. num. 18. Add. ad Clar. §. emphyteusis q. 14. Hartm. Pist. d. lib. 2. q. 26. num. 1.* vbi, quod procedit etiam in filijs, quantumuis, nullo hæreditario iure, succedentibus patri, eò quia ad feudum, mediante persona patris perueniunt, ab ipsoque causam habere censentur.

Limitatur, tamen, hæc conclusio in fisco, qui non tenetur seruare promissionem factam à Domino, de
15 feudo, nondùm aperto, eò quia fiscus, hæredis loco, non est, neque à delinquente causam habere censetur, *l. quoties, ff. de Nouat. l. fin. ff. de duob. reis stipul. & promitt.* & alijs cumulatis, ita firmat *Hartm. Pist. d. lib. 2. quæst. 26. circà finem Vuessemb. cons. 64. numer. 13. p. 2. Marescots. var. lib. 1. cap. 39. n. 8. Schrad. de feud. parte 2. cap. 2. num. 26. vers. quarto Rosental. de Feud. cap. 6. concl. 17. n. 6.* Subdit, tamen, quod id alicui insolens videri potest, cum, in iure, proditum sit, fiscum bona publicata capientem, creditoribus ad æris alieni dis-
16 solutionem efficaciter obligari *l. non possunt 11. ff. de Iure fisc. l. dicitur 14. ff. eod.* sed potest responderi, id verum esse, in debitis puris, non, in purificãdis posteà, idest ijs, quorum conditio, seù dies nondum aduenit, nec extitit; quoniam mutata est persona debitoris, vt est *tex. d. l. quoties 14. §. fin.* vbi Doctores, *ff. de Nouat.* Nec fiscus, hoc casu; propriè hæres est *Rosental. dict. cap. 17. in fine.*

Vlterius facit etiam regula, de qua per *Pistor.* vbi suprà proximè, quod, qui non, per viam transmissionis, sed, per viam priuationis, succedit, factum anteces-
17 soris ratum habere non cogitur, vt per *tex. in l. si quis domum §. hinc subiungit, ff. locat.* tenet *Soc. Sen. consil. 32. col. 3.* Et similiter ad hæredes inuestiti transmittitur ius succedendi, quandò feudum aperietur, vt latè *Pist. d. q. 25. num. 28. & seqq. Marescott. var. lib. 1. c. 39. n. 4. 5. Schrad. de Feud. d. parte 3. c. 2. n. 21.*

Limitant etiam nonnulli illam sententiã, quod successor in feudo ratam habere debeat inuestituram, de feudo nondum aperto, in eo, qui ex pacto, & prouidẽtia succedit, vt is ratam habere inuestituram non 18
teneatur, quia, in hoc feudorũ genere alius ab alio causam non habet. Vndè non tenetur successor ad factum antecessoris *Afflict. d. cap. 1. qui succed. tenet. nu. 52. Ludouic. dec. Luc. 63. numer. 18. Schrad. de Feud. parte 3. cap. 2 num. 24.*

Sed contrarium probat *Hartm. Pist.* multis argumentis *d. q. 26. nu. 20.* vbi probat indistinctè successorem teneri ad obseruantiam.

Illud etiam animaduertere oportet, quod ad hoc, vt huiusmodi infeudationes, de feudo nondum aperto, valeant, necesse est, vt conceptæ sint, sub conditione, quandò feudum apertum sit, & referantur ad tempus obitus possessoris, sine filijs, alias enim, non valerent, quia aperte votum captandæ mortis inducerent, vt latè *Pist. d. q. 25. n. 12. Rosental. de Feud. cap. 4. concl. 9 num. 4.* & latiùs, quod, quando pure facta fuit inuesti- 19
tura, nulla conditione apposita relata ad tempus mortis possessoris, quod sit nulla, & inualida, omissis antiquioribus, tenet *Trentacinq. d. lib. 1. var. c. 39. nu. 15. Clar. d. §. feudum q. 14. Intrigl. de feud. q. 64. numer. 3. 4. Schrad. eod. tract. parte 2. cap. 2. nu. 18. 19. Rosental. pariter vbi suprà cap. 4. concl. 9 nu. 1. Faobin. controu. Iur. lib. 7. cap. 28. lit. C, Ludouic. dec. Luc. 63. nu. 4. Græua ad Gail. concl. 155 Cald. de renou. Emphyt. lib. 1. q. 5. num. 2. Marescott. var. lib. 1. cap. 39. numer. 15. Mastrill. d. cap. 25. num. 26.*

Benè verum est, quod tunc non attenditur; An sint purè concepta huiusmodi pacta, nec ne, quando 20
adest consensus possessoris: Nam eo casu, sicuti pacta futuræ successionis improbantur, vt latissimè aliàs probauimus, ita huiusmodi inuestituræ non prohibentur, vt optimè *Cagnol. l. fin. C. de pact. n. 132. Mastrill. d. cap. 25. n. 27. Schrader de Feud. d. parte 3. capit. 9. n. 19.* latissimè *Rosental. d. cap. 4. concl. 9. nu. 1. Intrigl. de Feud. q. 64. n. 4.* Et secundùm hanc distinctionem, sunt intelligenda scripta per *Gratian. discept. forens. cap. 818. n. 4. 5.* qui contendit valere inuestituram purè factam, de feudo, vel emphyteusi, durante linea primi inuestiti, vt, scilicet loquatur, accedente consensu possessoris, alias malè sentiret, & contra veriorem opinionem
Doctorum, vt vidimus; Et pariter valent omninò in- 21
feudationes siue purę, siue conditionales, quando referuntur ad personam incertam, quia tunc cessat votum, & improba cogitatio captãdæ mortis alterius, *Facbin. d. lib. 7. cap. 28. vers. tertia est, Pist. d. concl 25. num. 26. Trentacinq. de Feud. d. c. 39. n. 13. Rosental. eod. tract. d. concl. 9. n. 4. cap. 4.*

Imò adeò est verum, quòd huiusmodi concessio purè facta non valet, vt, quamquàm possessor deficiat sine liberis, Dominus nihilominus non teneatur ad seruandam promissionem factam, feudo nondũ aperto, vt probat *Afflict. in cap. si quis fuerit n. 15.* quem refert, & sequitur *Hartm. Pist. d. lib. 2. q. 25. n. 13.* motus ea ratione, quia, id, quod à principio nullum est, non
potest ex post facto assumere validitatis effectũ *l. quod* 22
ab initio, ff. de Reg. Iur. Et considerant vlteriùs, quod, si, hoc casu, Dominus obligatus esset, nulla foret differentia, vtrùm purè, an sub conditione quis inuestiretur, & consequenter hoc aduersaretur omnibus illis iuribus, quæ inter puram, & conditionalem inuestituram manifestum constituunt discrimen.

Est pariter notandum, circà hanc inuestiturã concessam sub ea conditione, si possessor deficiat sine liberis; quod, si possessor feudi post d. impetrationem ab alio factam, liberos habeat, & hi posteà deficiant, non potest nihilominus, qui inuestituram, pleno feudo,

do,impetrauit,illam habere, quia conditio, per nati-
23 uitatem filiorum possessoris,euanuit, vt probat *Hart. Pist.d.quæst.15.num.15.16.*

Et in similibus terminis,tenet communiter omnes, in materia fideicommissi, vel substitutionis factæ, in casu,mortis grauati sinè liberis,quod, mortuo grauato,cum filijs,substitutio euanescat, licet postea liberi
24 deficiant,vt habemus ex famigerato *cons. Oldrad. 21.* quod sequuntur communiter omnes, & præcipuè *Bursatt.cons.1.nu.1.Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib. 11.tit.6.num.6.Peregr. de Fideic. art.29. numer.22.& seqq.Fusar.de substit.quæst.480.& cons.97. numer.1.& cons.98.99.100.Altograd. cons.60. num.1. & seqq. lib. 1.Andreol.controu.118. num.2. Spad. cons.346. num.8. lib.2.Rot.coram Buratt.dec.820. & in Sabinen. Fideic. 22.Maij 1662. §.validitas coram Eminentiss. D. Cardinali Cerro.*

Diximus,quod Concessio feudi nondum aperti,facta sub conditione, de qua supra, valeat etiamsi feudum aperiatur post mortem concedentis, sed quæritur vlterius, an talis concessio obliget successorem in casu quo in inuestitura adsit dictio, *Nobis*, vt quia si dictum sit: *si nobis apertum fuerit.*

Et vna sententia negat,successores teneri ad obseruantiam; quia, licet regulariter obligatio ex sua na-
25 tura transeat ad hæredes *l. cum hæres 23. ff. de acquir. poss.Rot.dec.630. num.1.par.1.rec.& in Romana Hæreditatis 10.Decembris 1660.§.dixerat coram Eminentissimo D.Cardinali Celso;* nihilominùs,quando aliquid in obligatione est appositum, quod denotet contrahentes suas ipsorum personas duntaxat respexisse ad hæredes non transfertur, vt per *tex. in l. non solum §. tale,ff.de liber.leg.* docuit *Bart. in l. sic stipulatus col.2.*
26 *nu.2.*& alij allati à *Pist.d.quæst.26.nu.3.*

Hinc est,quod hæres pro debito defuncti,nunquam habet obligata propria bona,nisi testator dicat *Frāc.*
27 *Palm.cons.3.nu.25.& seqq.D.Aloys. Mans. consult.56. per tot.Rot.dec.227.nu.7.par.11.& dec.7.& dec.252.& 353.par.12.rec.Merlin de Pignor. lib.2.tit.1.qu.15. num.1.& seqq.* & procedit non obstante clausula veterata, *quæ omnia &c.Rot.post Pansu. de Salu. interdicto decis.236.& 237.* quando verò defunctus erat in Forma Cameræ obligatus transit ad bona hæredis
28 obligatio, vt latè ostendit *Rot. in Maceraten Salniant 17.Maij 1669.§.præterea coram R.P.D.Bourlemont,* & firmauit etiam *in decis.187.nu.27.post Zacchiam.*

Et præcipuè,quia hic verba, sub conditione, sunt apposita, quæ cum sit de forma substantiali dispositionis,ac denotet causam finalem,ea deficiente, obligatio quoque deficit,& proindè est,ac si contractus, promissio, vel dispositio, nonquam fuisset facta, vt optimè argumentatus est idem *Pist. cit. cap. 26. num. 3.4.5.Menoch.cons.26.num.3.Rot.coram Royas dec.380. num.13.*

Sed nihilominùs contrarium, disputato articulo, tenet idem *Pist. d. loco;* Nam, licet verum sit, quod contractus conditionalis,conditione non adimpleta, corruat, tamen negat, per hæc verba (*mihi apertum sit,*)dispositionem fieri conditionalem, ità, vt debeat tantùm verificari in primo promissore. Stipulatio
29 enim,licet sit stricti iuris,*Palm.Sen.cons.78.nu.4. Merlin.dec.673.num.3.Duran.dec.268. nu.7. Buratt.dec.29. nu.19.* non videtur tamen coarctata ad personam stipulatoris, vel promissoris, quamuis nulla hæredum
30 facta mentione,adiecta fuerit dictio,*mihi*,vt probatur *in l.stipulatio ista,§.sicut autem de verb.oblig.*

Vndè,si quis promiserit de suo dato, vel facto, tenetur de facto illius,cuius hæres est, & versa vice *Bart. l.si seruus,l.2.in princ.ff.de condit.furt.Surd.cons.36.nu.*
31 *16.Mart.de Claus.claus.194.num.1.& 2.par.2.Ciarlin. cap.92.num.23.*

Imò ipse *Pist. vbi suprà nu.11. & seqq.* auctoritate multorum, tenet, quod ea opinio procedat etiam in casu,quo adsit dictio taxatiua,*tantum*,vt videtur probare *tex.in l.necessarius, §. de vendendo, ff. de Pignor.*
*act.*vbi,quod ad hæredes transit obligatio,non obstā- 32
te,quod sit restricta tantum,ad personam promittentis,vt exemplificatur in promissione de suo facto tantum, quod ad hæredes transeat; nam dictio taxatiua non excludit casus similes, vel eandem rationem ha-
bentes,& hæres tantum, cum contrahente similitudi- 33
nem habet,vt vna,& eadem persona censeantur *l. hæredem,ff.de rer.signif.*

Quæri etiam potest; an valeant huiusmodi conces-
siones,cum conditione deficientiæ Vassalli,sinè filijs, 34
si eo tempore,quo fiunt,Vassallus liberos habeat *gloss. in cap. si quis inuestierit de feud. dat. in vim &c.* existimat hanc inuestituram esse nullam, quam sequuntur
communiter feudistæ antiqui, vt *Isern. Aluar. Afflict.* 35
& alij per *tex.*ibi,*hoc autem dicendum est eo de milite, qui feudi successores non habet,& d.cap.moribus,*ibi,*post mortem eius ad Dominum reuerti sperabatur;* Vndè tenet *Afflict.ibi nu.71.*quod spes debet esse præsumpta, puta,quia Vassallus esset senex, & non haberet descēdentem,& Dominus alium inuestiret, de spe sua, quā habet,quod feudum ad se reuertatur:Si autem spes nō esset præsumpta, & immò possessor feudi haberet liberos,non valeret,& ità sentit etiam *Schrad.de feud.d. par.3.cap.2.n.20.Facbin.controu.Iur.lib.7.cap.28.lit.D,* vbi reprobat *Hartm.Pist.*contra tenentem *d.quæst.25. nu.19.vers.hæc opinio;*Eo fundamento,quod huiusmodi dispositio feudalis, sit odiosa, & restringenda, & non amplianda,& quamquam contrà *Facbin.*insurgat
Simon Pist.Hart.filius in addit.ad patrem d.cap.25.lit.I, 36
ego nihilominus à præfata prima sententia non discederem; quia, qui defendunt, quod valeat concessio, etiā si liberos habeat possessor feudi,fundantur in eo, quod huiusmodi pacta non sint de iure communi improbata,nec inducant votum captandæ mortis, quod esse falsum suprà demonstraui; Vndè non est facienda extensio (vt benè ostendit *Facbin.*) ad casus similes.

Tandem,pro complemento huius infeudationis factæ à Domino laico, est notandum, quod si feudum, quod datum fuit,sub conditione mortis possessoris, si sine filijs, & quando aperietur, antequam veniat d. conditio,aliam ob causam apertum sit Domino, vtpotè propter culpam Vassalli; tunc, quia ea conditio deficit,& ampliùs existere non potest,Dominus inuestito non tenetur, licèt deinde Vassallus sine hæredibus mortuus fuerit, debet enim conditio adimpleri in
forma specifica *l.si ita quis, ff.de vulg.& pupill. substit.* 37
at feudo aliam ob causam Domino aperto fieri non potest, vt ipsa conditio eueniat, idcircò euanuerit obligatio,vt optimè firmat *Trentacinq.de Feud.d.cap. 39.num.27.& seqq. Schrad. d. part 3. cap.2. num.24. 40.& 50.* vbi tradit formulam inuestituræ, ad hoc, vt etiam, hoc casu, valeat latè *Hartm.Pist. d.lib.2.qu. 25.circa finem.*

His additur, quod si Dominus inuestierit aliquem de feudo vassalli sui viuentis, quem mortuum credebat,hæc inuestitura non valet, licet Vassallus posteà
absque liberis masculis decesserit, vt alijs omissis, 38
fundat *Schrad.de feud.d.part.3.cap.2. numer.51. & 52.* vbi, quod si è conuerso Dominus inuestierit aliquem, de feudo Vassalli sui iam mortui, sub illa conditione, si ille moriatur, absque liberis, inuestitura, indistinctè valet, & tenet, sinè Dominus sciuerit, il-
lum Vassallum mortuum, siuè ignorauerit, eam ob 39
causam, quia mors Vassalli est actus non reiterabilis, & certum est, quod in illis, quæ reiterabilia non sunt, actus celebratus, sub conditione de futuro, quæ tempore actus iam existit, valet, & tenet, & pro

puto habetur, siuè actum celebrans sciat conditio
40 nem extitisse, siuè ignoret, *l. Titius 25. § Lucius & ibi Bart. Ias & Alex. ff. de lib. & Post. l. si ità scriptum 6. § fin. ff. de leg. 2. l. si iam 11. & ibi Bart. & Imol. ff. de Condit. & demonst.* cum alijs deductis per *Schrad. vbi sup. par. 3 cap. 2. nu. 53.*

Quantum, verò, attinet ad feuda Ecclesiastica: An possit Prælatus alium inuestire, de feudo nondum aperto: responde, quod vbi inuestitura est conditionalis, videlicet, collata in tempus mortis possessoris, abs-
41 que liberis, valet & substinetur, sed tantum in præiudicium ipsius Prelati concedentis, & quando, eo viuo, feudum aperitur, vt latè *Grat. disc. for. cap. 818. nu 16. Rosent. de Feud. d. cap. 4. concl. 9. nu. 6. & cap. 6. concl 16. nu. 5. 6.* cum ibi notatis.

Non verò, in præiudicium successorum, qui non tenentur seruare factum antecessoris, vt latissimè *Berò*
42 *cons. 106. num. 19. 20. lib. 1. Alben. cons. 134 num. 2. lib. 1.* & est *tex. apertus in tit. qui success. in feud. dar. tene.* vbi habetur, quod *Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, vel Abbatissa inuestituram eius feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, vt post decessum eius, qui possidet, habeat, & antè decesserit Archiepiscopus, quam ille, qui feudum possidebat successores eius non coguntur eam inuestituram facere, vel confirmare, etiam si pares eius curiæ affuerint testes, nisi ille, qui inuestituram acceperit, nomine eius feudi, in possessionem missus sit, eo consentiente, qui detinet &c* quem *textum* sequuntur communiter omnes, & præ ceteris *Fachin. contron. Iur. lib. 7 cap. 29. in princ. Cornazz. dec. Luc. 105. num 2. Mascott. var. cap. 39. numer. 19. lib. 1. Schrad. de Feud. par. 3. cap. 2. num. 33. vers. sin autem, Hartm. Pist. d. lib 2. quæst. 27. num. 1.* & ità etiam firmauit *Collegium Iuridicum Cypriense in cons. impresso post d. contron. 27. Hartm Pist. num. 5. & seqq.* ac *Collegium Francofordensium* pariter ibi impressum *num. 6. Rosenthal. de Feud. cap. 6 concl. 16. num. 1. 2. Mastrill. de Magistrat. cap. 25. num 22. lib. 1. Gabriel cons. 83. numer. 45. & seqq. lib. 1. Spad. cons. 50. num. 8. & cons. 54 nu. 31 lib. 1.* & ità etiam firmauit *Rot. dec. 39. num. 35. 36. par. 8. rec. & dec. 165. num 9. par 10. & dec. 357 par. 11.* relatis per eximium iuris peritum *Io: Baptistam de Luca in tract. de Emphyt. disc. 1. num. 15. & seqq & disc. 2. num. 2.* Et ratio, in qua, se fundant decisiones, & Doctores ea est, quia Episcopi, & Præsules Ecclesiarum, præsentium tantum rerum, non etiam, post mortem suam, gerenda-
43 rum habent administrationem, *c. fin. 12 quæst. 1. & c. 2. de donat.* non itaque falcem veluti in messem alienam, inijcientes successoribus præiudicare possunt *Bald. l. emptorem, C locat.*

Qui enim in ipsorum locum substituuntur, non successionis iure, seu nouo titulo, & nouo iure ad illam
44 dignitatem, seù officium adscendunt *cap. ad decorem de Instit. cap. 1. de Præb. cap. consultationibus de Iurepat.* Cum igitur nullam ab antecessoribus causam habeant, factum eorum præstare non tenentur, vt tenet *Afflict. d. cap. 1. nu. 53. qui success. teneantur.*

Et ob eandem rationem in confesso est, apud omnes, quod pariter non teneantur antecessoris factum
45 adimplere Reges, vel Principes, aut Pontifex Maximus, & alij, qui, iure Electionis, admittuntur ad Principatum, non verò ex iure ab antecessore emanato; Proindè ab ipsis facta concessio de feudo nondum aperto, in præiudicium successorum, non tenet, vt optimè *Intrigl. de feud q. 64. num 6. Schrad. eodem tract. par. 3. cap. 2. n. 25. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 17. nu. 3. Io: Bapt. de Luca de emphyt. disc. 1. nu. 19.*

Possunt tamen ipsimet supremi Principes, & qui habent facultatem tollendi ius tertij, quatenus velint, & præcipuè Pontifex Maximus infeudare bona Ecclesiarum, ipsis feudis nondum apertis, præueniendo sic Prælatos inferiores, quibus pertineret, in casu vacationis, inuestimentum dare, vt latissimè *Rot. dec. 664. num. 11. & 13. par. 2. rec. dec. 357. nu. 8. & 19 par. 11.* & benè *Io: Bapt. de Luca d. disc. 1. nu 19.*

Sed quantum spectat ad Romanum Pontificem, hodie, per Constitutionem Innocentij IX. fuit prohi-
bitum, nè possint infeudare bona Ecclesiæ, feudo non- 46
dum aperto, vt optimè docet *Fagnan. in cap. ex parte de Feud. nu. 35.*

An verò ipsimet Prælati Inferiores possint saltem cum consensu Capituli inuestire aliquem, de feudo nondum aperto, in præiudicium successorum; Negatiua videtur verior, ex multis argumentis adductis per
Hartm. Pist. d. lib. 2 quæst. 27 à num. 4. vsque ad 15. nec 47
non ob rationes allatas à *Fachin d. lib 7. cap. 29. vers. videlicet*, sed contrarium, disputato articulo, firmat
idem *Hartm. Pist. d quæst. 27 num. 16. & seqq.* nec non 48
Collegium Lipsiense d. cons. 15. num. 15. & 24. & similiter etiam statuitur d. Concilio *Francfort. num. 12. Rosental. de feud. cap. 6. concl 16. num. 7. 8. Add. ad Hartm. Pist. d. quæst. 27. lit. A*, vbi reprobat opinionem *Fachin.*

Verba supra relata *num. 42.* de qua *in cap. 1. qui success. feud. dar. ten. nisi ille, qui inuestituram acceperit, nomine eius feudi in possessionem missus sit, eo consentiente, qui detinet*, ansam præbent dubitandi; an, ad
hoc, vt successores teneantur ratam habere inuesti- 49
turam, ab antecessore factam, sit necesse, vt de facto, secundò inuestitus sit missus in possessionem feudi, vel potiùs sufficiat, vt adsit consensus possessoris, de tradendo possessionem, post eius mortem, *gloss. Alvarot.* & alij ad illum *tex.* illam conclusionem procedere autumant, vbi feudi possessor viuens renunciat, iuri suo, feudo se abdicat, vel eo, ob aliquam iustam causam, priuatur, & iuxta hanc sententiam videtur firmare *Afflict.* pariter ibi *numer. 10. & 40.* quem etiam refert, & sequitur *Schrader d. par. 3. cap.*
2. num. 34. & post longam disputationem hanc de- 50
fendit etiam *Hartm. Pist. d. lib. 2. concl. 27. num. 46. & seqq.* vndè exigunt, ad hoc, vt successores teneantur, quod realiter secundò inuestitus sit missus in feudi possessionem, cum consensu primi, & optimè etiam tradit *Ioan: Bapt. Spad. cons. 51. per totum lib. 1.*

Contrariam *Isern.* docuit sententiam, ad illum *tex. nu 4.* scilicet, quod, in eo sensu, illa verba intelligenda sint, vt possidens consentiat, vt post mortem suam, sinè liberis, secundò institutus possessionem feudi accipiat: & sic, quod non exigatur vera, & realis possessio in secundo inuestito, sed tantum promissa, post mortem possessoris, & *Isern.* dictum optimè probat *Fachin. d. lib. 7. contr. cap 30.* & hanc sententiam non reprobat
Schrader. cum alijs ab eo allegatis, *vbi suprà nu. 35. &* 51
36. vbi vult, quod non exigatur vera, & realis possessio, sed sufficiat possessio ficta, per clausulam Constituti, & pariter etiam pro hac allegari potest Doctrina *Fagnan in d. cap. ex parte nu. 15. de Feud.* vbi, quod consensus possessoris efficit; vt successores teneantur ratam habere inuestituram.

Hæc materia est multum dubia; habet enim, pro vtraque parte validissima argumenta, vt etiam videre
est penès *Rosenthal de Feud. d. cap 6. concl. 16. nu. 12. &* 52
seqq. vbi modo vnam, modò aliam approbat, & tandem casum indecisum relinquit, id tantum dicit, quod hæc disputatio, non potest locum habere in feudis laicorum; quia feudalis dispositio loquitur de feudis Ecclesiæ, & cum sit exorbitans non est extendenda ad alios casus similes.

Expeditis de quæstionibus ad feuda pertinentibus, restat videre, de Emphyteusi, circa quā sit conclusio, quod sicut sup. de feudo diximus, nō potest Dominus

dite-

directus, durante prima inuestitura, alium inuestire
Corbul.de cauſ.priuat. ob temp.finit. num.14. Cornazz.
dec.Luc.105.Surd.dec.230.numer.11. Ludouic. dec.Luc.
63.num.15.Cald.de Renouat.Emphyt.lib.1. quæſt.5. nu.
1.2.Rot dec.39.num.36.par.8.rec. vt in *Roman. Fidei-*
commiſſi 2.Decembris 1667.coram R.P.D. Ottalora de-
ciſ.136.num.18.poſt tract.

Quod ſecundum aliquos eſt intelligendum, in in-
ueſtitura purè facta, non verò in conditionata, quate-
nus linea finiatur, poſt mortem poſseſsoris, vt, ar-
54 guendo de feudo ad emphyteuſin voluit *Cald. de Re-*
nou.Emphyt.d.lib.1.quæſt.5.nu.4. Ludouic. dec. Luc.63.
nu.5.& 6.& alijs allegatis, *Grat.diſcept.for.cap.818.nu.*
18.29.& ſeqq.

Ego tamen valdè dubitarem; An ea, quæ ſuprà, de
feudo, dicta ſunt, circà validitatem inueſtituræ con-
ceſsæ de feudo nondum aperto, ſub conditione mor-
tis Vaſsalli, ſi ſinè filijs, accommodari poſſint ad Em-
phyteuſim; Nã, licet regulariter de feudo ad Emphy-
55 teuſim valeat argumẽtum, vt per *Barboſ.in loc. argum.*
loco 47.num.2.Couarr.var.lib.2.cap.18.num.1. Petr. de
fideic.quæſt.10.num.45.Spad. d. conſ.50. num.32. Fallit
nihilominùs eadem regula, quando deciſio feudalis
repugnat iuri communi, vt latiſſimè oſtendit idem
Barb.vbi ſuprà num.2.& plenè *Fagnan. in cap. inſinua-*
56 *tione de feud.num.16.* Quod autem, in præſenti caſu,
repugnet iuri communi d. feudalis Conſtitutio, non
dubitatur, per ea, quæ a me ſuprà fuerunt adducta,
meritò &c. vt optimè etiam conſiderauit *D. Io: Bapt.*
de Luca de Emphyt. diſc.1. num. 16. 17. tom. 4. part.2.
vbi, quod non benè infertur in feudis à iure commu-
ni Romanorum ignotis, ſuumque particulare ius ha-
bentibus, ad emphyteuſim, iure communi, cognitam,
57 proindeque ex eo magis regulandam, quo attento,
intrat ratio voti captandæ mortis: Vndè concludit,
quicquid ſit, de hac propoſitione, in materia feuda-
li, ob ſuum ius particulare, ità diſponens, non poteſt
ex hoc inferri ad emphyteuſim, iure communi cogni-
tã &c. ad hoc autem, vt à feudo ad Emphyteuſim ar-
guere liceat, vel è contrà, tria requirũtur. Primò, quod
eadem militet ratio; ſecundò quod ius feudale funda-
tum ſit in naturali ratione, & tertiò, quod contrarium
non ſit de iure expreſsè diſpoſitum, *Iaſ.in l.1.C.de Iur.*
Emphyt.Franc.dec.191.nu.5.Altograd.conſ.25.in fine,
lib.1.& alij per eum adducti.

Puto itaque, quod nullatenus valeant huiuſmodi
58 inueſtituræ, de emphyteuſi, durante linea primo inue-
ſtiti, niſi accedat eorum conſenſus; nam, eo caſu, non
conſideratur votum captandæ mortis, nec alia repu-
gnant quæ impedimento eſſe ſolent validitati pacti
futuræ ſucceſſionis, vt optimè *Cald de Iur. Emphyt. d.*
lib.1.quæſt.5.num.3. verſ. de conſenſu tamen, Gratian.
diſc.818.num.24. & firmauit *Rot.dec.357.nu.1.par.11.*
recent.

59 Et quod pacta, vel conuentiones factæ, cum con-
ſenſu primi inueſtiti, valeant, & vim habeant nouæ
inueſtituræ *Rot.dec.603.num.6.par.4.tom.3.rec. Foroli-*
uien.ſeu Nullius Caſtrorum 4. Iulij 1668. §. ad primum
coram Reuerendiſs.D.Albergato Decano, & in Roma-
na Domus 28.Iunij 1669.coram Eminentiſs. D.Cardina-
*li Carpineo poſt tract.dec.*102.

Idemque operatur conſenſus Domini directi, qui,
60 ſi interueniat in pacto facto, per emphyteutam, alte-
ratur inueſtitura, iuxtà pacti tenorem, adeout non
primus contractus, ſed ſecundus attendi debeat, in
omnibus, & per omnia, *Peregr.conſ.31.nu.3. & 10.lib.*
1.Magon.dec.14.nu.44.Cornazz.dec.43.nu.13. Rot.dec.
182. num.1. par.6. & latiùs *in d. dec. 102. poſt tract. co-*
ram Eminentiſs.Carpineo.

Quæ, cum ità ſint, in emphyteuſi laicali, multò
magis locum ſibi vindicant, in emphyteuſi Eccleſiæ,
vt nullatenus concedi valeat prima inueſtitura duran-
te; In hoc, enim, valet argumentum, de feudo ad 61
emphyteuſim *Schrader de Feud.par.3.cap.2.n.47. Cald.*
vbi ſupr.nu.5.Ludouic.dec.Luc.63.nu.12.

Et in terminis Prælati Eccleſiaſtici, quod, non poſ-
ſit inueſtire alium, prima inueſtitura durante, de em-
phyteuſi Eccleſiæ, *Berò conſ.106. num.19. lib.1. Capyc.*
dec.162.nu.5.6.Gabr.conſ.83.nu.43. & ſeqq. & nu 68.
lib.1.Andreol.controu.145.nu.46.Spada conſ.50.nu.12.
& nu.38.& conſ.51.nu.1.lib.1.Io:Bapt.de Luca de Em-
phyt.diſc.1.nu.15.Rot.dec.39.nu.36.par.8. & dec. 169.
nu.9.par.10.rec.

Imò, quod plus eſt, nec etiam valet pactum, in ip-
ſomet inueſtituræ Inſtrumento, appoſitum, de reno- 62
uando inueſtituram, emphyteuſi non finita, eadem
Rot.dec.39.n.1. part.8. & dec.357.n.97. 98. par.11.rec.

Et quatenus etiam valerent huiuſmodi inueſtitu-
ræ, nullum ius tribuunt, ad fauorem inueſtiti, nec
transferunt dominium, aut poſſeſſionem in eum, ità, 63
vt poſſit agi contrà tertium poſſeſſorem; ſed, in caſu
validitatis, conferunt actionem perſonalem contrà
Dominum, vt firmauit Collegium *Lipſien. & Franc-*
fort.in eorum Conſil.poſt quæſt.27.Hartm.Piſt.vtrobique
nu.17.18.Io:Bapt.de Luc.d.diſc.1.de emphyt.n.7.8. Rot.
dec.357.nu.97.par.11.& dixit etiam *Intrigl. de feud. d.*
quæſt.64.nu.7.8.

Et tandem tenet idem *De Luca*, quod Vicarius Epi-
ſcopi eandem inueſtituram, in caſu etiam licito face- 64
re non poteſt, quamquam habeat mandatum ſpecia-
le faciendi conceſſiones, & renouationes emphyteuti-
cas eo quia, ſub iſta generalitate non venit iſta facul-
tas faciendi conceſſiones præuentiuas, ſeu abuſiuas,
vt *Roſental.de Feud. cap.9. concl.30.num.8. & cap.10.*
concl.38.nu.46. Io:Bapt.de Luca vbi ſuprà proximè nu.
*14.*vbi tres aſſignat rationes.

Prima, quod, ſub huiuſmodi Vicariorum facultati-
bus, veniunt conſueta, non autem inſolita, indigentia
nota ſpeciali; ſecunda, quod ità Vicarius, vel alter
Officialis ſupplantare poſſit ipſummet Prælatum,
ſeù principalem præponentem, ità præueniendo fu-
turas vacationes. Et tertia, quod in Prælatis, vel alijs
à Principe Inferioribus, in aliquorum ſenſu hic repu-
tatur actus illicitus, vtporè tendens ad ſupplantatio-
nem ſucceſſoris, à quo facienti fortè imputari poteſt
dolus, ſeu delictum. Vndè intrat axioma, quod man-
datum non cenſetur datum ad delinquendum, neque
ſub eo veniunt ea, quæ delictum importare poſſunt
Crauett.conſ.168.num.8.

CAPVT XXII.

Deſignatio futuri ſucceſſoris, an poſſit fieri in Dignitatibus Regni, vel Imperij, vbi præcipuè de Imperatore, & Pontifice agitur: An poſſint ſucceſſores ſibimetipſis viuentibus eligere.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non poteſt, dum viuit, ſibi ſucceſſorem eligere.*
2 *Duo, eodem tempore, Orbis Domini eſſe non poſſunt.*
3 *Deſignatio futuræ ſucceſſionis in Regno inducit votum captandæ mortis.*
4 *Eliſabeth Angliæ Regina noluit de eius ſucceſſore tractare.*
9 *Contrà, quod Imperator de iure poſſit ſibi eligere ſucceſſorem.*
6 *Permiſſa ſunt omnia, quæ de iure nõ ſunt prohibita.*

7 *Valdè intereſt, nè ſucceſſores in incerto ſint.*
8 *Quam vtile ſit habere ſucceſſores in Regno, & Imperio.*
9 *Regna ſinè ſucceſſore periclitantur,*
10 *Regis Romanorum Officium quid ſit,*
11 *Rex Romanorum, an habeat iuriſdictionem independentem ab Imperatore.*
12 *Imperator verè dicitur Imperator, & omnimodam poteſtatem habet, non obſtante electione Regis Romanorum,*
13 *Antiquitus Imperatores aliquando ſibi in Imperio adiutores, vel ſocios poſtulabant,*
14 *Rex Romanorum de conſenſu Imperatoris eligitur, & non aliàs,*
15 *Rex Romanorum non poteſt eligi, niſi aliqua iuſta cauſa accedente.*
16 *Pontifex viuens poteſt ſuum eligere ſucceſſorem.*
17 *Præcipuè accedente aliqua iuſta cauſa.*
18 *Pontifex poteſt diſpenſare ea quæ ſunt de iure Canonico.*
19 *Papa poteſt facere Conſtitutiones de modo, & ratione ſeruanda in Electione Summi Pontificis,*
20 *Papa poteſt Epiſcopis dare facultatem, vt eligant ſibi ſucceſſores.*
21 *Sanctus Petrus elegit ſibi ſucceſſorem in Pontificatu,*
22 *Sicuti fecerunt multi alij eius ſucceſſores.*
23 *Contrà quod Papa, non poſſit ſibi eligere ſucceſſorem.*
24 *Paria ſunt aliquid agere tempore inhabili, vel tempore habili, ſed effectum conferre in tempus inhabile,*
25 *Rationes ex quibus improbatur Electio Summi Pontificis, ſciente poſſeſſore,*
26 *Sicuti ſe habet vir ad vxorem, ità ſe habet Prælatus ad Eccleſiam.*
27 *Eſt de iure Diuino, vt non per ſucceſſionem, ſed per electionem fiat Pontifex.*
28 *Quæ ſunt de iure Diuino ſunt immutabilia nec per Papam tolli poſſunt.*
29 *Papa non tollit, ſed interpretatur ius Diuinum.*
30 *Quod Pontifex non poſſit ſibi ſucceſſorem eligere eſt iam deciſum tempore Pij IV.*
31 *Aliud eſt diſponere per legem de modo eligendi, aliud eligere,*
32 *Eccleſiæ Pontifex, & Caput non poteſt eſſe niſi vnus.*
33 *An Clemens ſucceſſerit Diuo Petro,*
34 *Papa poteſt tractare de Electione ſucceſſoris, ſed non eum eligere,*

PErtinet etiam ad noſtri tractatus materiam: An poſſeſſor Regni, vel Principatus, dum viuit, ſibi ſucceſſorem deſignare validè poſſit; & dubium tantum verſatur circà Principatus Electiuos, non item illos, qui per ſucceſſionem, acquiruntur; vt ſunt Regna, & ſimilia, in quibus ſucceſſiuè inuitantur filij, & propinquiores; iſti namque, cum habeant certas leges, vt poſt mortem vnius alius admittatur, ab eis recedendum non eſt.

Et præcipuè caſus noſter verificari poteſt, in Maximis, & ſupremis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus Dignitatibus, nempè in Imperatore, & Pontifice, quorum vtrumque ad Regnum non deuenit per ſucceſſionem, ſed ſuffragio, votoque Electorum.

Et quoad ſæcularem Imperatoris Maieſtatem, quod non poſſit Cæſar ſibi ſocium Imperij adſciſcere, vel ſucceſſorem eligere, videntur facere.

Quod duo, vno eodemq; tempore Orbis Domini,
1 & Imperatores eſſe non poſſunt, vt argumentis optimis, & exemplis, ex Sacris, & profanis Hiſtorijs, decerptis, latè comprobat *Lancellott. Perusin. in tract. qui inſcribitur, Templum omnium iudicum lib, 1. cap. 1. de Imperat. §. 1. de ornat. corp. num. 6.* ſed ſic eſt, quod, ſi viuo 2
Imperatore, alius eligeretur, duos eodem tempore Orbis Dominos haberemus, meritò &c.

Vlterius deſignatio futuri ſucceſſoris, nil aliud ſaperet, quam illam ſæpè ſæpiùs improbatam iniquitatem, votum captandæ mortis inducentem, à iuribus, tam Diuinis, quam humanis impugnatam; Vndè ſe- 3
rendum non eſt, quod, in ſpretum Sanctiſſimarum legum, fiant ſucceſſorum Electiones in Principatibus.

Quamobrem commendatione digna eſt Eliſabeth Angliæ Regina, quæ, vt animaduertit *Muſcul. de ſuc-* 4
ceſſ. Conuentional. & anom. memb, 1. claſſ. 1. concl, 3. num. 88. & ſeqq. noluit quempiam, ſe viuente, ſucceſſorem cernere, & ſibi breui morituræ foueam aperire. Imò ſpeciali eius edicto anno 1581. Populi ordinibus interdictum eſt ſubiecta Læſæ Maieſtatis pęna, de Imperij ſucceſſore ſermonem facere.

Contrarium tamen, quod Imperator poſſit, ſe vi- 5
uente, cernere ſucceſſorem in Imperio, nempè Romanorum Regem, & ad eius electionem, validè deuenire poſſint Electores Imperij, vſu receptum eſt, & hęc opinio omnimodò caret difficultate.

Nam, in iure ſatis eſt notum, quod omnia ſunt permiſſa, quæ expreſsè non prohibentur *l. nec non, §. quod* 6
eius, ff. ex quibus cauſ maior. l. 1. §. 1. ff. de teſtam. ſed non reperitur aliquo iure prohibita talis electio; ergo non erit vitanda, vt latè arguit *Lancellott. in loco mox citato vbi ſuprà quæſt, 2. nu. 4 & ſeqq.*

Vlteriùs illa Politica ratio addi poteſt, quod valdè intereſt, nè ſucceſſores in incerto ſint, non ſolum priuatorum hominum, quibus licet, imò oportet, tri- 7
ſtibus euentibus, qui, ob incertitudinem ſucceſſorum ſolent accidere, proſpicere *Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 5. cap. 16. num. 7.* quem ſequitur *Muſcul. in loco mox cit,* & perquam lugubre exiſtimatur, vt antiqua maiorum prædia ad externas manus perueniant *l. in fundo, ff. de rei vendic.* vel, quod peius eſt, iure caducitatis, fiſco cedant, *l, 4. C. de bon. vacant, lib.* 10. Sed id etiam Reipub. & Principibus ipſis conducibile eſt, vt multorum auctoritate firmat, in loco mox cit.
Muſcul. & dixit Hiſtoricus, ſinè incerto hærede Re- 8
gni publicas vires ad ſe quemque tracturum. Et ideò non incongruè appellantur à *Seneca* ſucceſſores in Regno, & Imperio, Adminicula Auguſti, à *Suetonio* ſubſidia Aulæ, à *Plinio* Dominationis ſubſidia, & habemus ex *Tacit. lib. 4.* Auguſtum Germanicum adoptaſſe, nè ſucceſſor in incerto foret; Et ſimiliter alij, ad exemplum Auguſti, nè Ciuitates, & Regna ob incertitudinem ſucceſſoris periclitarentur, de ſucceſſore certi eſſe voluerunt.

De qua re exempla, tam veterum, quam Neote-
ricorum Magnatum latè adducit *Scipio Ammiratus* 9
ſuper Tacit, lib. 1. diſc. 2. & quod, defuncto Principe, ſiuè certo hærede, vel ſucceſſore Regnum, vel Principatus facilè in partes diſtrahatur, ſatis probauit Alexander Magnus, qui teſte *Iuſtino* rogatus, quem hæredem faceret Imperij reſpondit; *Digniſſimum;* quo audito, Exercituum Ductores omnes, in ęmulationem ſurrexerunt, & hinc tandem orta ſunt bella, omnibus nota, & plura alia, ad propoſitum noſtrum adducit exempla *Carpzon. in ſuis diſputat. in tract. de Pact. Confrat. ſucceſſ. §. 2. & 3. per tot. pag mihi 87. & ſeqq.*

Nec turbat, quod duo Imperatores, contemporanei eſſe non poſſint: Nam Rex Romanorum, eodem
tempore non poteſt cenſeri, vt Imperator, *Lancell. vbi* 10
ſup. n. 5. Vndè benè ait *Carpz. de lege Regia Germanorũ cap. 11. ſect. 3. nu, 12.* propterea quod Rex eligitur Romanorũ, nõ in cõſortiũ poteſtatis, ſed, vt ſit perpetuus

Imperij

Imperij Vicarius, & absente Imperatore, eoque impedito Imperium regat, ac moderetur, & ipsi defuncto in nomen, dignitatem, auctoritatemque succedat, absque vlteriori electione, & quamquam nonnulli arbitrati sint, nullum esse discrimen inter Romanorum Regem, & Imperatorem, eumque habere instar Imperatoris iurisdictionem independentem, & quod omnia, quæ ipsi competunt ex lege Imperij, auctoritate publica, seu electione, & consensu Statuum; non auctoritate Imperatoris, sed mandato proprio exerceat, velint plures Germani auctores relati à *Carpzou.*
11 *in suis disput. super auream Bullam Carol. IV. quæst. 2. n. 4. & seqq.* Nihilominùs id absolutè verum haud esse, sed imò potiùs omnem potestatem in Cæsare residere firmat *Carpzou. in loco mox citato num.* 24. quod latius fuit expressum in conuentione Protestantium cum Cæsare facta de anno 1532. Vt si quando Rex Romanorum crearetur, viuo Imperatore, non suo, sed solius Imperatoris nomine Rempublicam administret, nec vllam sibi potestatem, aut Imperium arroget, de qua conuentione meminit *Beraald. de Iurisd. Imper. Rom. quæst. 13. Coler. de Iurisd. Imper. German. quæst. 9.* quos allegat *Carpzou. vbi suprà num. 16.* & latiùs de lege Regia Germanorum *d. cap. 11. sect. 3. num. 13.* vbi, quod licet tempore Carol. V. electionem Ferdinandi Fratris in Regem Romanorum oppugnarent nonnulli ex Electoribus Hæreticis, quod non esset ad commodum Regni socium habere in Imperio, & certum successorem, attento præcipuè voto captandæ mortis: Et vlterius fieri posse, vt Imperium perueni-
12 ret ad Hispanos; Nam si Carolus resignasset fratri Regnum Alemaniæ, & ipse adhuc retineret ius Imperij, nec non Coronam Hispaniarum, fuisset appellatus Hispaniæ Imperator, non Alemaniæ, quam ampliùs non habuisset.

Tamen eorum votis assentire noluerunt ceteri ex Electoribus, ac ipsemet Imperator, aientes verum non esse, quod Imperator se spoliaturus esset hoc casu iuribus Imperij, minusque, quod ea communicare diceretur fratri Ferdinando, & is æqualem haberet potestatem, vtpotè quam non nisi ex concessione Imperatoris consecuturus erat, & ob id, re vera mansit Carolus V. Imperator solus plenissima præditus potestate, vsque ad abdicationem, vt proindè nec parem, nec socium habuisse dici queat.

Quapropter non tantum, eo tempore, Ferdinandus Carolo V. adiunctus est, sed postea Maximilianus II. Rodulphus item huius nominis Secundus, Ferdinandus III. ac Leopoldus nunc fæliciter regnans, viuentibus adhuc, & Imperantibus augustissimis parentibus in Reges, ac Imperatores fuerunt electi, ac designati.

Neque fuit hoc nouum; siquidem, etiam antiquis téporibus veteres Imperatores non semel sibi adiutores in Regno, & Imperij consocios postulabãt, vt pro-
13 batur *ex l. fin. ff. de hæred. Instit. & Lcum proponebatur, ibi, D. Maximus, & Commodus Imperatores rescripserunt, ff. de appell.* aliisque textibus, vbi fit mentio Rescriptorum à duobus simul Regnantibus Imperatoribus editorum, & in Codice leges habemus Gratiani, Valentiniani, Theodosij, & Arcadij simul, ex quorum rescriptis cognoscitur quatuor simul imperasse. Quin & Leo Papa, Lothario, & Ludouico Imperatoribus simul scribit *in cap. Reatina Ecclesia 63. distinct.* Et Imperator Marcus Antonius Philosophus, Antonini suũ fratrem ad Imperij partem adsciuit, anno Christi 163. vt habemus ex *Iulio Capitolino in vita M. Antonij Philosophi, & Spartian. in vita Veri,* & hi sunt Imperatores, qui sæpe sæpiùs citantur in nostris legibus, vt *in l. 3. §. fin. ff. de testibus, l. Diui fratres, ff. de Pæn. l. 2. in princ. ff. de Effract.* & comprobat etiam *Anton. Augustin. in explicat. ad Modestinum* librum singularem *de execut. tutor. §. prætered à tutela liberatur,* quem allegat *Carpzou. ad leg. Reg. German. d. cap. 11. sect. 3. num. 11.* & latiùs, quandò Imperij duo esse consortes cęperint, & plura ad materiam non iniucunda, tradit *Lancell. d. tract. Templ. omn. Iudic. de Imperat. lib. 1. cap. 1. §. 1. de ornat. corp. n. 4. & seqq.* & pariter de materia nonnulla verba facit idem *Carpzou. in suis disput. sup. aur. Bulla Caroli 4. Imperatoris qu. 3. per tot.*

Sic pariter secundum obiectum, de voto captandæ mortis non obstat; quia, vt notum est, cum fiat huiusmodi concessio de consensu Imperatoris, non alias *Carpzou. ad d. leg. Reg. German. d. cap. 11. sect. 3. num. 25.* 14
certum est valida esse pacta successoria, de consensu illius, qui à se abdicat successionem, vt monet *Lancellott. vbi suprà q. 2. n. 6.* vel, vt probat *Carpzou. ad d. l. reg. d. sect. 3. n. 16. circà finem,* cum versemur inter Illustres personas, non potest in eis cadere captandę mortis suspicio. Sed hæ responsiones non benè quadrant, nam tantum adaptantur ad casum, in quo pacta concipiuntur de hæreditate tertij.

Sed mihi magis arridet alia ratio, quam tradit *Lancell. in loco mox citato q. 2. n. 6.* nempè, quod dispositio *l. fin. Cod. de Pact.* non congruat proposito casu, quia nullus est hæres, qui paciscatur super Imperatoris electione, sed Electores, & Pontifex Maximus videntur, hoc modo, consentiente eodem Imperatore, velle prouidere, de successore in Imperio, superius autem fuit ostensum, non habere locum præsumptionem captandæ mortis, quandò ille, qui succedere sperat, non interuenit in contractu, nec ex facto proprio succedit, &c.

Tandem pro coronide sciendum est, quod, nõ semper fieri potest hæc electio Regis Romanorum, viuente Imperatore, sed tùm demum quando Imperator senio, vel morbo est affectus, aut plurium regno- 15
rum regimine implicatur, aliaue emergit necessitas, vt, pluribus cumulatis, firmat *Carpzou. super auream Bull. in loco mox citato n. 22.* vbi quod Carol. V. dùm, de adiungendo sibi Roman. Rege laborabat, has in medium adduxit rationes, quia, diuersis ipse regnis, atque populis imperaret, neque posset continenter esse in Germania; quia turbulentus admodum esset, & periculosus Orbis Christiani, præcipuè vero Germaniæ status, propter dimidium Religionis, propter vim, atque potentiam Turcarum, propter tunc excitatam seditionem, atque bellum rusticorum; Vndè tales, aut similes, si occurrant causæ, ad Regis Romanorum Electionem, viuo etiam Imperatore, deueniri permittitur.

Explicitis iis, quæ pertinent ad electionem successoris in Imperio, viuente possessore, restat videre, de Pontifice, an successorem in Papatu, dum viuit, possit eligere.

Pro affirmatiua, solent allegari *Fra. Francisc. in select. de Pot. Eccles. rel. 2 quæst. 2. nu 23. Suar. de Fid. spe, & Charit. tract. 1. sect. 4. num. 16.* quos allegat, non 16
sequitur *Laur. Elucub. var. de Elect. Can. titul. 4. cap. 3. nu. 11. Barbos. de Iur. Eccles. vniu. lib. 1. de Summ Pontif. cap. 1. num. 99.* quibus addi possunt, *Felin. in cap. 1. de Constitut. num. 31. Iacobat. lib. 9. de Concil. artic. 3. n. 10. Andr. Dual. lib. 3. de Potest. Pontif. Caietan. in opusc. primum de auctoritate cap. 13. Ledesm. 2. parte Comment. 1. 4. 9. 20. artic. 1. conclus. 10. Franc. Turrian lib. 3. cap. 10. Io: Hieronym. Sopranus de Elect. Summ. Pontif. cap. 7. & seqq.* quos laudat, & sequitur *Bonac. in tract. de Elect. legit. Summ. Pontif. punct. 4. propos. 2. per tot.* & alij adducti per *Fagnan. in c. accepimus, n. 17. de Pact.*

Et maximè vrgenti necessitate accedente, vt ex *Ledesm. Brixien. & Vasqu. dicit Barbos. de Iur.* Eccles.

17 *Ecclesiast.d.num.39.* nec non *Lauor. præfato num.11.* quos sequitur etiam *P. Amic in curs. Theol. tom.4 disp. 6 sect.6 num 204.& seqq.* allegatus à *Dian. resol. moral. tract. 5. de Potest. Pontif. elig. sibi successor. resol. 3. in princ.*

Mouentur autem, hisce fundamentis. Primò, quia Summus Pontifex, ea potest dispensare, quæ sunt de
18 iure Canonico, nam supra illud est, *Barbos. de Potest. Episc. alleg. 33. numer. 24 Bonacina de Censur. disp.1. quæst.3 punct 2. num 4 Pat. Passerin. in cap licet num. 240.& seqq. de Constit. Iacob Pignatt. Canon. quæst. consult.95. num 3.* sed electio Pontificis, de iure Canonico, prohibetur, merito &c.

Secundo Papa potest facere Constitutiones de forma, & ratione seruanda, in Electione Summi Pontifi-
19 cis: *Abb. in cap. licet de Elect.* pront illas fecerunt Nicolaus II. *in c. in nomine distinct.23. anno 1059.* Alexand. III. anno 1079 *in c. licet*, Clemens V. anno 1310. *in Clement. Rom. ni de Elect.* & alij Pontifices, vt Iulius II. Clemens VII. Paul. IV. Pius IV. Gregorius XV. Vrbanus VIII. quorum mentionem facit *Lauor. vbi suprà num 13.* nec non id probat *Paris. de resign. Benef. lib.2. quæst 1 num.13. Azor. Instit. moral. par. 2. lib.4. cap. 5. quæst.2 Barbos. in loco cit. num.39 circà med. Fagnan, d. cap. accepimus num.26 de Pact.* ergo poterit etiam ita immutare electionem Pontificis, vt eligatur ab eodem Pontifice viuente.

Tertiò videtur probari in *can. petiisti 7. quæst. 1.* vbi Papa scribens Episcopo Moguntino, ei facultatem concedit inter cetera sibi eligendi successorem.

20 Et ex *textu in c. Adrianus il 2. & in c. Synodus distinct.63.* vbi habetur, quod Papa alteri facultatem concedere potest, vt in ipsius locum successorem eligat, & hinc facultatem dedisse Adrianum Primum, Leonem VIII. Othonem Primum, aiunt auctoritate dictorum textuum *Barbos. de Iur. Eccles. d. lib.1. cap.1. num.39 in fine, Lauor. cit. cap num.29.* Si ergo Papa potest alteri dare facultatem, vt eligat, multò magis ipse Pontifex eligere poterit:

Quarto facit exemplum Diui Petri Apostolorum Principis, qui Clementem sibi successorem elegit *c. si Petrus 7. quæst.1.* ergo, si ipsemet Petrus id fecit, & li-
21 cuit primo Pontifici, & Christi Vicario, eius quoque successoribus benè licere poterit, vt arguit *Lauor. vbi suprà nu.19* & ceteri de materia scribentes, præcipuè *Fagnan d cap accepimus num.21.*

Quinto, no multa adducuntur Sanctorum Patrum exempla, qui sibi in dignitatibus Ecclesiasticis successores eligere curarunt; vt de Diuo Augustino a Valerio electo habemus *c. non autem 7. quæst.1.* Et quod ipsemet Augustinus ætate grauatus, & pluribus cogitationibus affectus, cogitauerit sibi eligere coadiutorem Heraclium Presbyterum. monet ipsemet *Augustinus in Epistola 110.* relata à *Fr. Francisco à Coriolan. in suo Breuiario in vita Cælestini anno 426. fol. 138 ac Barbos. de Offic. Episc par.1. tit.1. cap.3. nu.1.* Et de Pontificibus habemus exemplum Bonifacij II. qui Synodum fecit eo proposito, vt sibi successorem crearet, & reipsa Bonifacius Vigilium Diaconum sibi successorem ordinauit, *Fr. Franc. Long. in Breuiar. Cronolog. in Bonifacium II. fol.164.* & in veteri testamento Moyses elegit sibi successorem Iosuè, *Num. 27.* Dauid Salomonem *cap 3. Reg.* & alijs omissis, Gregorij tempo-
22 re de consensu Patrum Lateranum conclusum fuit, vt vnusquisque antè mortem sibi eligeret successorem, & Gregorius anno 1085. elegit Victorem III. Victor Vrbanum II. anno 1086. Vrbanus II. Paschalem II. anno 1009. quæ omnia latiùs afferuntur à *Lauor. in sæpè cit. cap. nu.20.& pluribus seqq.*

Sexto tandem, quia multa inconuenientia, & scandala, hoc pacto, euitarentur; Nam Ecclesia nunquam vacaret; & Schismata, ambitiones, contentiones, ac cetera mala cessarent.

Sed, his non obstantibus, contraria sententia, est magis communis; & à quamplurimis Doctoribus cōprobata, & ab ea nequaquam discedendum esse, mo-
nent *August. Triumph. de Potest. Eccles. art.2. Palud. eo-* 23
dem tract. lib.5. Caietan. opuscul. tom.1. tract.2. de Potest. Pap. Azor. tom.2. lib.4. cap 5.§.3. quæritur, Io: à Capistr. de Potest. Pap. num.2. qui est tom. 13. tract. Abb. in cap. licet de Elect & ibi ceteri Canonistæ, *Baron. fol. 188. tom.11. Iasan Rubr. C. qui testam. fac. possint num.2. Gomez ad Regul. Cancell. de Infirm. resign. quæst.1.* ac alij, lato calamo cumulati per *Lauor. d. tit.4. cap.3. num. 32.* quibus addo *Turrecrem. de auctor. Papæ, & Concilij tract.1. cap.13.& tract.2. cap.21. Comitol. resp. moral lib. 1 quæst.98.* allatos à *Barbos. de Iur. Eccles. d. lib 1. cap.1. de Summ. Pontif. num.40. Franc. Salern. consil.10. lib.1. §.1. num.8. & seqq. Cagnol. in l. fin. num. 85. & seqq. C. de Pact Cancellot. in tract. Templum omn. Iudic. lib. 2. cap. 1. de Pontif. Max. §.2. de ornat. anim. num. 2.3. & d. §.2. quæst.2. per tot.* vbi latissimè de materia, *Iacobat. lib.5. art.2. num.21.* plures refert, non sequitur *Bonacin. in tract. de Elect. legit. Summ. Pont. punct.4. propos.2. vers. obijcies 6.* & relictis alijs, à *P. Dian.* congestis *tract.5. de Potest Pontif. elig. sibi success. resol.2.* in principio, hanc mordicus, defendit ipsemet *Pater Dian. d. loco resol. 4. per tot. Pater Fragos. de Regim. Reip. Christ. par.2. lib.1. disp.1. de Oblig Summ. Pontif. §.5. num.51. vers. nihilominus, Fagnan. d. cap. accepimus num. 29. & seqq. de Pact.*

Eorum assertum fundatur, in argumentis concludentissimis; principaliora sunt.

Primò; quia electio Summi Pontificis, refertur ad tempus, in quo Papa futurus non est, argumento *tex. in l. qui, ff. de Iurisd. omn. Iudic.* quemadmodum, ergo Papa non posset tunc eligere alium, ità nec nunc potest, ex regula, quod parua sunt aliquid agere, tempore, inhabili, vel tempore habili, sed effectum conferre, ad
tempus inhabile, *l. quod sponte, C. de donat. ant. Nupt.* & 24
facit *tex. in cap. de vxore de sepult.* cum similibus, & tradit *Fagnan d cap. accepimus num.34.*

Secundo, quia si hoc liceret, nil aliud esset, quā vniuersalem Ecclesiæ statum immutare, vt obseruat *gloss. in cap. Apostolicæ, §. his omnibus 8. quæst.1. Archidiac. in c. si transitus num. 1. 79. distinct. 10.* & potiùs esset in detrimentum, & perniciem Ecclesiæ, quam ędificationem, & pacem. Nam facilè eueniret, vt per hæredita-
tem, & successionem possideretur Sanctuarium Dei, 25
non per morum bonitatem, & obseruantiam præceptorum Dei. Et vlteriùs tolleretur Christi Sacerdotio vniuersalitas, in quo personarum acceptio non datur.

Vltraquamquod potestas eligendi Pontificem Cardinalibus concessa eis adimeretur, licet in eius pacifica, quasi possessione semper fuerint, & sint; Vndè facilè oriri possent Schismata, & contentiones in Ecclesia Dei, & alia scandala, quæ timeri facilè possent, commemorat *Barbos. vbi sup. nu.41.* & alij citati a *Lauor. nu. 37.* nec non ceteri, pro hac parte allegati interpretes, ad quos me remitto.

Tertiò affertur *c. sicut vir 8. quæst. 1. vbi* habetur,
quod ità se habet Prælatus Episcopus, vel Pontifex, ad 26
Ecclesiam suam, vt vir ad eius vxorem, sed vir, licet caput vxoris sit, *Apost.1. ad Corinth.6.* non potest vxori suæ alium virum relinquere, quia, eo mortuo, ab illius lege est soluta, idem *Apost.1. ad Corinth. 8.* ergo nec Pontifex, Prælatus, vel Episcopus &c.

Quartò, quia esset contrà antiquissimam, & inueteratam consuetudinem; nam ab Aduentu Christi Domini, vsque ad præsens, semper ad creationem supremi Pastoris deuentum fuit, per Electionem, mortuo Pontifice, non per Electionem, eo viuente.

Quintò,

Quintò, quia videtur esse de iure Diuino, vt non, per successionem, sed per Electionem, fiat Ecclesiæ
27 Caput, vt videre est penes *Lauor. vbi suprà nu. 40 Barbos. num 44 Fagnan d. cap. accepimus num. 39.* Sed quæ sunt de iure Diuino, immutabilia sunt, nec per Papam tolli possunt, Nam Papa non tollit, sed interpretatur Ius Diuinum, *Vasq. controu. Illust. cap 5 nu. 19. Fagnan. cap. cum Pridem nu. 73. de Pact.* merito &c.

Vndè præscriptum est ab Ecclesia, Sacris Canonibus, & Pontificum decretis, vt per Electionem, non
28 per successionem de Ecclesiæ viduatæ Pastore prouideatur, idque non tantum in Ecclesia Romana, sed & in qualibet alia inferiori, vt in Episcopatibus, & alijs Ecclesiasticis dignitatibus, vt patet ex Concil. Romano, de quo meminit *Ciaccon in vita Hilarij Papæ, gloss in c. Apostolicæ 8. quæst 1. c. in primis 2. quæst. 1. c. Pontifices, c. fructus 7. quæst. 1.* ac alijs in locis, de quibus facit mentionem *Lauor. vbi suprà nu. 41.* vbi inter ijs *nu. 42.* laudat Pontificem Paulum III. qui cum ei author es-
29 set Cardinalis S. Marci, vt sibi eligeret successorem, respuit eius dictum, consiliumque.

Et tandem, pro corroboratione huiusce opinionis addi possunt ea, quæ ponderat *Diana in tract. 5. de Potest. Pontif. elig. sibi success. quæst. 4.* nempè id præfinitum fuisse à Pio IV. in vna Concistoriali Congregatione, vbi, auditis hinc indè Cardinalium opinionibus,
30 fuit demum conclusum Pontificem non posse adiutorem, cum futura successione, sibi eligere, & prius tempore Bonifacij Secundi id præscriptum erat; Nam obseruat ipsemet *Diana vbi suprà vers. secundò moneor*, quod, cum Bonifacius Secundus, tentauerit ordinare sibi successorem Vigilium Diaconum, congregata tamen iterum Synodo, ipsemet Bonifacius reum se confessus est Maiestatis, quod sibi successorem constituisset, & decretum sua subscriptione munitum in præsentia omnium, & Cleri, & Senatus, incendio consumpsit *Baron. tom. 7. Annal. 571.*

His ita firmatis non obstant ea, quæ in contrarium adduximus, & præcipue ad

Primum, respondetur, non negari, Summum Pontificem posse ea, quæ iuris Canonici sunt abrogare, sed Summus Pontifex, non iure tantum Canonico, prohibetur sibi successorem eligere, sed etiam, iure Diuino, vt superiùs diximus, & latè prosequitur *Lauor. vbi suprà num. 45. Diana d. tract. de Potest. Pontif. resol. 2. versum: et secundam circà finem, Turrecrem. in summ. lib. 2. cap. 51. Barbos. vbi sup. nu. 44.* ergo non obstat

Ad secundum respondent *Lauor. & Barbos. locis suprà memoratis*, aliud esse condere legem circa modum
31 eligendi successorem, aliud successorem eligere, & constituere Ecclesiam, hæreditario iure possidendam, licet enim ad Principem spectet, ea ordinare, quæ ad Rempublicam pertinent, vt illius membra benè sua exequantur munera, non tamen potest priuare eam, suo iure eligendi, illudque vsurpare, sicuti nec potest bona ipsius ad se traducere, licet super ea statuta, & ordinationes facere possit.

Ad tertium respondet *Lauor. num. 48.* quod, & si alij negent, alij affirment, Papam posse dare facultatem Episcopo sibi successorem eligendi, tamen, retenta affirmatiua sententia, certum est, quod Episcopus tunc tantum potest successorem eligere, quando ei à
32 Papa hæc fuit data potestas, qui habet potestatem eligendi Episcopos, non verò Papam; Imò Pontifex potest in eadem Ciuitate duos auctoritate, & potestate pares Episcopos eligere ex *Azor. par. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 10.* Sed totius Ecclesiæ non potest esse nisi vnus, & verus Summus Pontifex, *Turrecrem. in c. non autem 7. quæst 1.* allatus à *Lauor. d. nu. 48. & 49.* vbi satisfacit exemplo Archiepiscopi Moguntini, cui nempè datum fuit à Pontifice Zaccharia, vt posset eligere coadiutorem, qui post obitum esset ab Apostolica Sede confirmandus, non verò, vt eligere sibi posset successorem.

Nec pariter dicatur posse Pontificem alteri hanc facultatem concedere, quia regula satis est nota, quod nemo potest per alium facere quicquid à se ipso facere prohibetur *Lauor. loco cit. num. 58.*

Ad quartum, An Diuus Petrus elegerit sibi successorem Clementem necnè, & an verè Clemens successerit immediatè Sancto Petro, vel post Linum, & Cletum; est maxima Canonistarum, & Theologorum controuersia, sed cum hæc mei instituti, non sit, videant legentes *Lauor. vbi suprà tit. 4. cap. 3. nu. 50. & seqq. Bonacin. vbi suprà de Elect. legit. Summ. Pontif. punct. 4. prop. 2. vers. obijcies 4 Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 5 Barbos. de Iur. Eccles. vniu. lib. 1. cap. 1. n. 46 & de Pot. Episc. tit. 1. cap. 3. num. 43.* cum ibidem allegatis *Franc. Salern lib. 1. cons 10 num. 10.*

Verum quidem est, & omnes concludunt, admisso, quod Clemens successerit Petro, id fuisse factum, non per successionem, vel electionem de eo factam à Prin- 33
cipe Apostolorum; Sed, quia ipsemet Petrus, cui perspectum erat Clementem, esse virum vndequaque Sanctum, ac omnibus ornatum virtutibus, eum proposuit illis, ad quos pertinebat electio sui successoris, suum eis animum patefaciendo, nempè, quod Clemens sibi videbatur optimus ad regendam nauiculam Ecclesiæ, vt benè *Barbos. de Iur. Eccles. d. nu 46. circà finem, Lauor. d. nu 53.* Sicuti nostris temporibus, fertur, Sanctissimum Innocentium X. nonnullis suis intimis dixisse; neminem magis aptum ad regendam sedem, fore, post eius obitum, quam Cardinalem Fabium Chisium, quem, re vera postea successorem habuit Alexandrum Septimum appellatum.

Ad quod comprobandum faciunt tradita per *Lan- 34
cellott. templ omn. Iudic. d. lib. 2. cap. 1. § 2. quæst. 2.* nempe, quod, non valet tractatus deliberatorius, seu definitorius, antè mortem Papæ, vel alterius Prælati, esto valeat tractatus Consultatorius, qui à iure prohibitus non est; Nam potest Papa cum Cardinalibus, de suo successore tractare dicendo, quod talis persona eligenda esset, & alia similia, *c. si transitus 79. distinct.* vbi *gloss. & Doctores* cum alijs ibidem allegatis.

Ad quintum, optimè, & latè *Lauor.* responder, vbi supra *num 56.* exempla adducta nō obstare, quia nonnulli fuerunt quidem electi, ad Episcopatum, viuente antecessore, non tamen per viam successionis, sed per coadiutorias, de quibus supra mentio facta fuit, & quoad Pontifices electos viuente Christi Vicario, non habuisse effectum eorum Electionem, ostendit, immo sic electos tamquam excommunicatos ab Ecclesia Dei fuisse proscriptos.

Quò verò ad vltimum ostensum fuit longè plura, & grauiora scandala oriri posse ex Electione Pontificis facta viuente Papa, quam Sede vacante, meritò &c.

Alia multa, vide de materia apud *Fagnan d. cap accepimus de Pact. à nu. 17 vsque ad finem*, & magis diffusè hanc quæstionem vidi disputatam, in quodam tractatu, idiomate Hispano, conscripto, & in Ciuitate Hispalensi edito per Doctorem *Martinum Ticon de Palozada*, quem libentissimè Latina lingua transcriptum, huc transtulissem, ni huius mei tractatus nimis excresceret volumen; examinat enim materiam istam diffusè, per decem capita, adductisq; rationibus, tum Ciuilibus, & Canonicis, tum Politicis, & moralibus, reprobat opinionem tenentium valere electionem Summi Pontificis factam per Papam viuentem, & quatenus valeret ostendit non esse honestam, neque à Catholicis admittendam.

CAPVT XXIII.

Pacta futuræ successionis; an sint valida, inita super re penès alium existente, in qua tamen Paciscens habet aliquod ius de præsenti, & præcipuè super re fideicommissaria, penes grauatum existente; Vlteriùs agitur de pupillari substitutione: An portio, quæ debetur alicui, in casu mortis hæredis, in pupillari ætate, possit vendi, vel cedi &c.

S V M M A R I V M.

1 *Non valet pactum futuræ successionis initum super re fideicommissaria.*
2 *Fideicommissarius paciscendo super re fideicommissaria videtur desiderare mortem grauati.*
3 *Tex. in l.2.§.interdum, ff. de vulg. & pupill. perpenditur.*
4 *Fideicommissa nec vendi, nec cedi possunt.*
5 *Renuncians fideicommissum extrà vocatos illud perdit.*
6 *Doctores tenentes non valere pactum initum super re fideicommissaria.*
7 *Quod valeat pactum super fideicommisso conditionali tenent plures Doctores.*
8 *Ius in spe potest in pactum deduci.*
9 *Omnia pacta sunt permissa nisi reperiantur prohibita.*
10 *Fideicommissarius testatori non grauato succedit.*
11 *Fideicommissarius potest grauatum obligare ad satisdandum.*
12 *Doctores recensentur tenentes valere pacta super re fideicommissaria.*
13 *Quod procedit etiam in maioratu viuente possessore.*
14 *Pacta super fideicommissis fieri possunt etiam viuente possessore tam inter ipsos fideicommissarios, quam inter tertium.*
15 *Grauatus an possit viui restituere in præiudicium aliorum.*
16 *Ad inualidandum pacta futuræ successionis non sufficit sola ratio voti captandæ mortis.*
17 *Lex non prohibet, vt quis super re propria paciscatur in euentum mortis alterius.*
18 *Fideicommissarius dicitur creditor grauati.*
19 *Cessionarius fideicommissarij quomodò possit agere aduersus grauatum.*
20 *Verba prout voluerint important arbitrium.*
21 *Electus ab habente facultatem eligendi capere dicitur ab eligente, & ei succedere.*
22 *Habens eligendi facultatem potest electo apponere conditiones, quas voluerit.*
23 *Quando ex necessitate debet fieri electio, non valet pactum futuræ successionis de re à fideicommittente relicta.*
24 *Bona non purificata conditione non dicuntur fideicommissaria, sed grauati.*
25 *Fideicommissarius pendente conditione nullam habet actionem super bonis fideicommisso suppositis.*
26 *Conditione pendente non potest fideicommissarius impedire nè grauatus alienet.*
27 *Creditor conditionalis in contractibus dicitur verè creditor.*
28 *Quando conditio certò est extitura, actio dicitur nata antè diem.*
29 *Hoc casu Fideicommissarius dicitur habere ius de præsenti.*
30 *Et pendente conditione agit pro suo interesse.*
31 *Fideicommissarius conditionalis pendente conditione recipit alimenta à grauato.*
32 *Non potest quis de portione sibi obuentura in casu mortis hæredis in pupillari ætate disponere.*
33 *Alij contrà sentiunt.*
34 *Sed prima sententia verior.*

NEgatiua sententia, quod fideicommissarius non possit, viuo grauato, & conditione pendente paciscì super re, post mortem ipsius grauati, pertinente, videbatur, prima facie, niti validioribus fundamentis, & argumentis.

Nam militat, pro hac parte, regula generalis, quod 1
pacta, super hæreditate viuentis nulla sunt, sæpè sæpiùs citata *l. fin. C. de Pact.* & in proposito obseruat *Bolognett. eodem loco num. 36. Peregrin. decis. 106. num. 7.8.* & certum est, quod fideicommissarius, paciscendo, demonstrat desiderium enixum alienæ mortis
contrà bonos mores, vt latiùs demonstrat *Bolognett.* 2
in loco mox cit. vers. sed ego puto &c.

Vlteriùs habemus casum decisum *in l.2.§.interdum ff. de vulg. & pupill.* vbi non valet pactum, de bonis pupilli initum, inter pupillariter substitutos; ex quo infertur, nec subsistere pactum, super fideicommisso,
cum vtroque casu subsit eadem spes succedendi *Bolo-* 3
gnett. vbi supra vers. & ideò, vbi, *& in l.2.§.interdum, ff. de vulg. & pupill.* appellatur sollicitus de aliena hæreditate, & improbus taliter paciscens, & præmatura dicitur conuentio talis *in l.1.§.si impuberi, ff. de Collat.* quando substitutus paciscitur de bonis, in quibus sperat succedere, ex dispositione testatoris: ergo, eodem modo, in fideicommissis præmatura debet censeri talis conuentio.

Facit tandem, quod fideicommissa regulariter nec
vendi, nec cedi possunt, *Gabriel cons. 121. num. 49. lib.* 4
1. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 445. num. 30. Peregrin. de Fdeic. art. 2. num. 52. & art. 31. num. 27. & seqq. Fusar.
cons. 64. num. 4. Et propterea renuncians fideicommis- 5
so extrà vocatos, illud perdit, & vocatus potest agere, etiam viuente renunciante, vt alijs omissis firmat *Rot. post Salgad. in Labyr. Credit. dec. 55. num. 25.* Sicut ergo fideicommissa, nec vendi, nec cedi possunt, sed cessione infirmata, iura fideicommissarij salua sunt, ità, in casu præsenti pactum super eis initum nullum erit, & nullius momenti.

Et ex his, & similibus argumentis hanc sententiam
mordicus defendit *Bolognett. d. l. fin. C. de Pact. num. 36.* 6
Peregr. dec. 106. per tot. Decian. cons. 48. lib. 2. & hos Doctores sequutum fuisse *Dauth. ad l. fin. C, de Pact. num. 26. & num. 103. & 124.* affirmat *Hartm. Pist. filius in addit. ad Patrem d. lib. 4. quæst. 2. lit. T*, hunc verò librum *Io: Dauth.* huc vsque non inueni, licet diligenter quæsiuerim, nam, ni fallor, multa in materia nostri perutilia ibi tractantur.

His autem, minimè refragantibus, hodiè contraria sententia est magis communis, quod scilicet fideicommissarius possit, super re, quam sperat post mortem grauati, ea inire pacta, quæ sibi placuerint peræquè, ac si super re propria pacisceretur.

Et pro confirmatione adducitur, quod leges ex-
pressè permittunt pacisci super fideicommisso con- 7
ditionali *l.1.C. de Pact. l. de fideicommisso C. de transact, l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.* cum alijs allatis per *Fusar. cons. 63. nu. 3.*

Et est regula approbata, quod, ius in spe, possit in
pactum deduci *l. spem, C. de Donat. l. nec emptio, C. de* 8
contrah. empt. l. si stipulatus fuerim, & l. à Colono, ff. de verb. oblig.

Adijcitur, quod pacta omnia sunt permissa, nisi
pro-

prohibita reperiantur *l. Iurisgentium, §. pacta, ff. de pact.*
9 *l. si emptione, §. omnium, ff. de contrah. empt.* sed, nullo
iure, hoc pactum repetitur improbatum; Nam *lex*
fin. Cod. de pact. loquitur in paciscentibus, de rebus vi-
uentis, nos autem agimus de rebus fideicommissarijs
relictis à testatore mortuo, & transituris post grauati
mortem ad ipsum paciscentem, meritò, &c. & hoc ar-
gumento vtuntur omnes pro hac parte allegādi, præ-
cipuè *Cagnol. l. fin. C. de Pact. n. 40. Fusar. cons. 63. n. 10.*
& Molin. lib 5. cap. 2. n. 27. Conciol. cons. for. c. 98. nu. 51.
Quod verò versemur in hæreditate mortui nemini
potest esse dubium, nam fideicommissarius testatori,
10 non grauato succedit *l. cohæredi §. cum filio, ff. de vulg.*
l. vnum ex familia §. 1. ff. de leg. 2. Gamm. dec. Lusit. 92.
circa finem, Fusar. cons. 63. n. 10. Molin. de Hispan. Pri-
mog. lib. 3. cap. 2. n. 23. Gutier. lib. 5. pract. quæst. q. 79. n. 8.
11 Et is ex testamento defuncti talem spem siue ius ha-
bet, vt hæredem institutum, etiam ad dandam cautio-
nem, cogere possit *l. enim Artemidoram 4. C. vt in pos-*
sess. legat. l. inter omnes, ff. qui satisd. cogant. Peregr. de
Fideic. art. 40. n. 10. Fusar. de substit. q. 515. Hartm. Pist.
vbi suprà lib. 4 q. 1. num. 24. Gall. de Except. except. 23.
n. 81. Ioseph. Altograd. controu. for. 20. n. 15.
Quamobrem hanc tuentur opinionem, *Cuman. l.*
quidam §. 1. de donat. d. l. fin. n. 12. vbi *Ias. n. 18. & Cagn.*
12 *n. 40. Hartm. Pist. d. lib. 4. q. 1. num. 24. Gamm. d. dec. 92.*
n. 19. Fusar. cons. 63. num. 9. Gratian. discept. for. cap. 818.
n. 43. Melch. Fab. dec. 21. nu. 7. quem refert, & sequitur
Censal. ad Peregr. artic. 51. vers. 3. declaratur pag. mihi
524. & omnes eam superiùs adductam rationem assi-
gnant, quia non agitur de bonis viuentis grauati sed
mortui, idest illius, qui bona iussit restitui, idemque
comprobant, hisce rationibus *Gutier. pract. q. 79. nu. 8.*
lib. 5. Barbos. l. fin. C. de Pact. n. 13. idem *Fusar. de substit.*
q. 309. & 310. & præcipuè *nu. 12. vsque ad finem, Crass.*
in §. successio ab intestato q. 9. n. 17. Olea de Cess. Iur. tit. 3.
q. 3. nu. 12. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. q. 40.
n. 27. Cancer. var. lib. 3. cap. 7. de Pact. n. 141. & lib. 3. c. 2.
de Inuent. n. 190. Carpzou. Iurisp. for. p. 2. Constit. 35. def.
18. nu. 10 Formosin. ad cap. cum contingat 18. de iureiur.
13 *q. 11. nu. 14.* vbi etiam ex mente *Molin. de Primog. lib. 3.*
cap. 2. n. 22. Gutier. pract. q. lib. 5. q. 79. n. 8. Phæb. dec. Lu-
sit. 2. tit. 1. nu. 12. tenet idem esse etiam in maioratu,
viuente possessore, *Barbos. vbi suprà nu. 12.* licèt con-
trarium tenuerit *Matien. in l. 1. tit. 11. lib. 5. recomp.*
gloss. 8. num. 52.
Et, quod pacta possint interponi, super re fidei-
commissaria, siue inter ipsos fideicommissarios, siue
14 cum tertio, specificant *Fusar. d. quæst. 309. n. 5. Barbos.*
d. l. fin. num. 13, C. de Pact. Spad. cons. 264. lib 3. & An
fideicommissa possint renunciari, cui, & quando, &
alia de materia, pertractant *Hodiern. in l. hac edict.*
quæst. 134. Milanen. dec. 8. num. 453. Olea de Cess. tit. 3.
per tot. & dixit Rot. coram Penia dec. 1044. & dec 12 &
323. p. 6. & dec. 362. & 378. p. 9. & dec. 274. numer. 4.
parte 11. rec.
15 An verò grauatus possit restituere vni, in præiudi-
dicium aliorum, *Fontanell. dec. 39. & seqq. Andreol.*
contron. 110. per tot. Tondut. q. Ciuil. cap. 57. n. 19.
Nec contra facit, quicquid in contrarium fuit ani-
maduersum: nam, quod pactum sic nullum, vtpotè
continens votum captandæ mortis, non admittitur;
Quia hæc sola ratio non sufficit ad inualidandum
huiusmodi conuentiones, vt tenent in proposito *Ca-*
16 *gnol. d. l. fin. nu. 40. vers. sed non, Fusar. d. consil. 63. n. 11.*
& nos superiùs iam diximus, sed debet vlteriùs im-
probitas illa interuenire, per quam quis captet mor-
tem alterius propter eius bona, prout accidit, quan-
do pacta sunt inita, de bonis illius in cuius mortem
confertur stipulatio, secùs verò, quando stipulatio nō
est facta, de bonis illius, in cuius mortis tempus con-
fertur ipsa stipulatio, quia tunc licet inducatur spes
mortis illius, quem præmori oportet, antequam pos-
sessionem rei, in stipulationem deductę quis nancisca-
tur; tamen non est stipulatio prohibita, vt habemus
tex. in §. illa autem stipulatio, Instit. de Inutil. stipul. &
§. post mortem eodem tit. in quibus disponitur, quod
valet stipulatio, cum Titius morietur, vel cū moriar.
Supposito igitur, quod, in nostro casu, bona fidei-
commissaria, licet penes grauatum existant, eiusdem
grauati propria dici non possint, sed vel testatoris fi-
deicommittentis, vel fideicommissarij succedere de-
bentis, post eiusdem grauati mortem, inita super ijs-
dem bonis, pactio non erit improbata, licet habeatur
respectus ad mortem grauati: Quia, vt dictum fuit,
hic non agitur de bonis eiusdem grauati, sed alterius; 17
nec leges vetant, quin possit quis rem propriam pro-
mittere in euentum mortis alterius.
Hinc patet responsio ad illationem desumptam *ex*
l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pup. Nam, ibi agitur,
verè, de hæreditate viuentis, non mortui, & in specie
de hæreditate illius, in cuius mortem confertur pro-
missio, & ideò nec rectè arguitur, quod in substitutis
pupillariter, sit eadem spes, sicut in substitutis, per
fideicommissum. Nam spes fideicommissarij est in-
uariabilis, cum grauatus, ex necessitate teneatur resti-
tuere. Vnde fideicommissarius dicitur creditor gra- 18
uati, vt post *Cuman.* tenet *Ias. l. 1. num. 18. C. de Pact.*
quem sequitur *Fusar. d. cons. 63. num. 22.* non verò spes
substituti pupillaris certa dici potest, & inuariabilis;
quia, per pubertatem pupilli euanescit.
Ad id, quod dictum fuit fideicommissa, nec cedi,
nec vendi posse, respondetur, quod licet cessionarius,
& emptor non possint agere nomine proprio, vt sibi
hæreditas restituatur, poterunt tamen agere, vt hæ-
reditas restituatur fideicommissario, ad vtilitatem
ipsius cessionarij, vel emptoris, *l. seruo inuito, §. fin. ff.* 19
ad Trebell. Gabriel. cons. 121. num. 49. lib. 1. cum alijs
congestis per *Fusar. d. consil. 63. num. 13.*
Auctoritates *Deciani, & Peregrini*, non multum
stringunt; nam loquuntur, in terminis, in quibus
non certum, & determinatum erat, quòd hæreditas
esset peruentura in fideicommissarios paciscentes;
nam in arbitrio hæredis instituti erat positum; an
vellet hæreditatem restituere, nec ne; Et casus erat,
quod, si institutus decederet intestatus, bona perue-
nirent ad quendam nominatum, si autem decederet
testatus, posset facere hæredes aliquos de familia Ber-
tapalea, aut omnes, aut singulos, prout voluerit: Quæ
verba, *prout voluerit*, non important tantum arbi- 20
trium boni viri, sed absolutam potestatem, & volun-
tatem, nullis legibus, regulatam, *Surd. cons. 380. n. 35.*
Gratian. discept. for. cap. 23. nu. 25. Et propterea, cum,
in eo casu, agnati Bertapaleæ familiæ conuenerint de
diuidendis bonis æqualiter, fuit firmatum conuentio-
nem nullam esse; quia, cum, grauatus posset eligere,
& non eligere, electus ab eligente, dicitur capere, &
ei succedere, ex præordinatione tamen alterius, *l. 1. §.*
sciendum, ff. de leg. 3. l. si fundum per fideicommissum,
§. vlt. & l. seq. ff. de leg. 1. Surd. cons. 29. num. 18. lib. 1. 21
Decian. cons. 48. in fine, lib. 2. Peregrin. d. dec. 106. Olea
de Cess. Iur. tit. 3. quæst. 3. num. 13. & firmauit *Rot. in Ro-*
mana scutorum 30. m. 21. Iunij 1661. coram Reuerendiss.
Decano dec. 9. num. 2. post tractatum, & priùs dixerat
in eadem causa *9. Aprilis 1660. coram eodem post tract.*
dec. 8. num. 1.
Hinc est, quod habens talem facultatem, eam po- 22
test limitare, eique apponere onus, & conditiones
benè visas, vnum ex nominatis eligere, & alterum
omittere, iuxta libitum eligentis, ad latè tradita per
Cyriac. controu. 209. num. 48. & seqq. Barbos. vot. decis.
126. num. 215. Sanleger. quæst. Ciuil. 50. num. 6. part. 1.
Barry

*Barry de ſucceſſ. lib.8. tit.8. num. 4. 9. Larrea dec. Gra-
nat.67.num.41.*& alij allati per *Rot. d.dec.8. poſt tract.
nu.3.& d.dec.9.pariter nu.3.*

Iure, igitur, meritò, fuit concluſum non valere con.
uentionem, quia pactum dici non poterat initum, ſu-
per bonis alterius, ſed illiuſmet, in cuius mortem ſti-
pulatio fuerat collata, vt benè animaduertit etiam
Merlin.de Pignor.d.lib.2.tit.1.quaſt.41.nu.7.

Si verò, daretur caſus, quo grauatus, ex neceſſita-
23 te, deberet eligere, vt fuit caſus *Fuſarij d.conſ. 63.* in
quo inſtitutus erat fideicommiſſo grauatus, ad fauo-
rem fratrum, cum facultate eligendi, vnum ex eis; Et
fratres pactum fecerunt, de æqualiter ſuccedendo,
nulla habita conſideratione ad electionem grauati,
non eſt dicendum inualidum fore pactum, quia agi-
tur de mortui hæreditate, & de fideicommiſſo, ſuper
quo paciſci fas eſt; Nam hæreditas mortui dicitur;
quia electus, hoc caſu, non ab eligente capit, ſed à te-
ſtatore, & ei ſuccedere dicitur non grauato, median-
te, tamen, eiuſdem grauati perſona *Bartol. in l. vnum
ex familia, §. ſi de falcidia, ff.de leg.3.Surd.conſ.178.nu.
4.* cum alijs adductis per *Fuſar. conſ. 63. circa finem,
Merlin.de Pign, & hypoth. vbi ſup.nu.8.*

Ex quibus dignoſcitur, quod iuxtà hanc diſtinctio-
nem intelligi debent ea, quæ ſuprà ſunt firmata, vide-
licet, quod conditione pendente, & viuente grauato,
liceat fideicommiſſario pacta inire, ſuper re reſtitu-
tioni obnoxia; aut enim loquimur de conditione ad
tempus, & de cauſa, quæ poteſt eſſe contingenter, non
verò certitudinaliter, & infallibiliter, eo quod abeſſe
etiam poteſt, vt ſi Nauis ex Aſia venerit, vel alia ſimi-
li conditione poteſtatiua, quæ poteſt eſſe, & abeſſe
non tamen certitudinaliter, & indefinitè, nec infalli-
biliter verificari debeat. Aut loquimur de conditio-
ne, & cauſa, quæ certitudinaliter, & infallibiliter eſſe
debet, vt eſt conditio relata ad tempus mortis, quam
aliquo demum tempore verificari oportet, cum ſta-
tutum ſit omnibus hominibus ſemel mori, vel de qua-
cumque alia conditione reſtricta, ad certum, & deter-
minatum tempus, vel diem, quæ certitudinaliter ſit
euentura, vt puta, ſi in die Paſchatis, vel in Menſe Au-
guſti Sol naſcetur ſuper terram. Et, primo caſu, puta-
rem non valere pactum noſtrum, quia cum conditio
ſit incerta, non poteſt dici, quod res, quæ ſub condi-
tione debetur, à grauato, fideicommiſſario, propria
24 ipſius fideicommiſſarij ſit, ſed grauati, nam bona non-
dum purificata conditione, non dicuntur fideicom-
miſſario obligata, nec ad ea vindicanda habet actio-
25 nem, vt eſt *tex. in l. facta 63. §. ſi ſub conditione, ff. ad
Trebell.* Et in alio propoſito firmauit *Sim. de Præt. de
Interpret. vltim. volunt.lib.5.interp.2. nu.138. & 142.
Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.6.num.46. Ludouic. concl.8.am-
pliat.11.Boer.dec.354.nu.13. Mart.Summ. ſucceſſ. leg.
par.4.quæſt.2.art.4.num.6.in fine*, cum alijs, de quibus
per *Barbat.de Fideic. par.1. cap.5. num. 63. & 64* vbi
firmat, quod dicta conditione pendente fideicommiſ-
ſarius, nè quidem impedire valet grauatum, ne alie-
26 net; quia ipſemet grauatus verè Dominus appellatur
Duran.dec.255. num.6. & præfata conditione penden-
te, poterit etiam de bonis illis teſtari, tametſi, purifi-
cata poſtmodum conditione, poſſit ea bona alienata
fideicommiſſarius vindicare, *tex. in l.1.§.ſed quia, C.
comm. de leg.* Et quicquid ſit in contractibus, vbi cre-
27 ditor conditionalis dicitur verè creditor *tex. in l. cre-
ditores, ff.de verb.ſignif. Barbat. de Fideic. par.1.cap.5.
num.57.* Certum eſt, quod in vltima voluntate, ille, qui
ex conditione aliquid prætendit, conditione nondum
adimpleta creditor, haud poteſt appellari *l.is cui, ff.de
act.& oblig.l.qui in fraudem, ff. qui & à quibus Barbat.
vbi ſuprà nu.58.Rouit.conſ.95.nu.2.lib.2.*

Secundò, verò, caſu, quando conditio certò eſt ex-
titura, & certum eſt, fideicommiſſum, adueniente die,
deberi, actio dicitur nata antè diem *l. 1. ff. quand. ius* 28
*vſuſ.ced.l.1.§.impuberi, ff.de Collat.Bonor.l.ſeruus com-
munis.ff.de ſtipul.ſeru.Vin.dec.403.nu.7.8. Mart.ſumm.
ſucceſſ.leg.par.4.quæſt.22.art.4.nu.1.& ſeqq.Barbat.vbi
ſuprà par.1.cap.5.nu.71.* & fideicommiſſarius, hoc ca-
ſu, dicitur habere ius, de præſenti, in bonis fideicom-
miſſarijs *Bart. in l.qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verb.* 29
*oblig.& in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact.& in l.iu
bis, ff de acquir.hæred.Mantic.de Coniect.vlt.vol.lib.11.
tit.11.nu.3.Peregr.de Fideic.art.23.num.62. Fuſar. de
ſubſtit.quæſt.472.* pendente conditione, agit, pro ſuo 30
intereſſe *Rot.dec.31.num.9.par.4.tom.2.rec.* Imò dici-
tur habere tale ius, vt poſſit à grauato petere alimen-
ta, vt latè oſtendit *Rot. in Romana Redditionis Rationis* 31
*27.Febr.1667.coram R. P. D. Beuilaqua poſt tract. dec.
52.n.2.* Vndè paciſcens, ſuper his bonis, tamquam pro-
prijs ipſiuſmet paciſcentis, non agit contra ius, licet
ſtipulatio differatur ad tempus mortis grauati.

Similiter quæri poteſt; an ius, quod quis habet in
bonis pupilli, cui pupillariter eſſet ſubſtitutus, poſſit
vendi, donari, vel alio quouis modo, ſuper eo paciſci,
viuente adhuc pupillo, & ſic nondum purificata con-
ditione mortis pupilli, & magis communiter tenent 32
Doctores, quod non poſſint ſtipulationes interponi,
ſuper bonis huiuſmodi, quæ debentur, mortuo pupil-
lo, eo quod improbus exiſtimatur, qui de viuentis he-
reditate ſollicitus eſt, & fundatur opinio in *tex. in l.2.
§.interdum, ff. de vulg. & pupill.* vbi id diſertis verbis
probatur, ibi, *Improbum eſſe Iulianus exiſtimat eum
qui ſolicitus eſt de viuentis hæreditate*, & latiùs *l.ita ta-
men 27.§.à patre, ff.ad Sen.Conſ.Trebell.* vbi pariter ha-
bemus, quod *non probè de hæreditate viuetis pueri agi-
tur*, & hanc tenent *Alciat.l fin nu.48.C.de Pact.* & ibi,
*Fulgoſ.nu 8.Curt.Iun.nu.27.Hartm.Piſt lib.4.quæſt.1.
nu.16 & ſeqq.* & alij relati per *Sanch.in decal.lib.7.cap.
42.num.41. in fine Cancer.var.lib.3.cap.2. de Inuent.
num.189.*

Et licet nonnulli contrarium defendant, nimirùm,
quod valeat, hoc caſu, ſtipulatio, præcipuè, *Bolognett.
d.l.fin. num.90.* fundari in diſpoſitione *tex. in l. 2. §. 2.* 33
ff.de hæred.& act.vend. vbi deciditur, eum qui pupillo
ſubſtitutus eſt poſſe vendere hereditatem pupilli, etiã,
eo viuo, ponderando dictionem, *maximè*, qua vtitur
textus, ibi, *maximè ſi iam delata ſit* nihilominus à con-
traria ſententia nequaquã eſſe recedendum exiſtimo;
quia diſpoſitio *l.ſupradicta*, cum non loquatur de he- 34
reditate pupilli viuẽtis, ſed iam mortui, vt ſatis ſuper-
que oſtenſum fuit ſuprà, *cap.15.nu.40.& ſeqq.* vbi etiã
tradita ſunt nonnulla, pro intelligentia, & explicatio-
ne ſupradictæ dictionis, *Maximè*, & Doctores concor-
dantes fuerunt adducti; Et ratio mihi videtur euiden-
tiſſima; Nam cum conditio mortis pupilli, in infantili
ætate poſſit eſſe, & non eſſe, ſuper incerta re, & nõ cer-
titudinaliter extitura fundamentũ fieri non poteſt, per
ea, quæ ſuperiùs adnotauimus in proximis numeris.

Et ex his fundauimus ſuprà, quod pactum, ſuper le-
gitima filij, patre viuente, fieri non poteſt; quia ſpes,
quam habent liberi ſuper eorum legitima non eſt cer-
ta, & indubitabilis, cum pater poſſit, dum viuit, omnia
bona dilapidare, & in morte proijcere; Et è contra,
quia proprietarius eſt verè Dominus rei, cuius vſuſ-
fructus pertinet ad vſufructuarium, poteſt etiam viuo
eodẽ fructuario, diſponere de proprietate poſt mortẽ
eiuſdem fructuarij, vt latiùs oſtendimus. Et ex hoc di-
gnoſcitur, quando quis poſſit pacta inire ſuper re,
quam ſperat poſt mortem poſſeſſoris, nempè, quod
tunc validè fiunt pacta, ſuper hiſce bonis, quando res,
quæ ad nos pertinet noſtra erit certè, & indubitanter,
& tempore contractus debetur ſub conditione qui-
dem, ſed infallibiliter euentura.

CA-

CAPVT XXIV.

An valeat pactum factum à filio, cum creditoribus patris, de non petendo debitum patris eo mortuo, vel è contra pactum à filio, de non petendo creditum à debitoribus patris.

S V M M A R I V M.

1 *Valet pactum futuræ successionis consistens in liberatione facta per creditores patris.*
2 *Aes alienum dicitur esse in hæreditate patris.*
3 *Filius familias non potest testamentum condere.*
4 *Excipitur si sit Clericus, quia eo casu potest facere testamentum.*
5 *An testamentum filijfam. validetur si post mortem patris in eadem volantate perseueret.*
6 *Pactum liberationis per creditores patris initum, valet etiam inter agnatos, & cognatos.*
7 *An filius, vel alius, qui succedere sperat possit inire pactum cum debitoribus patris de non petendo debitum.*
8 *Quod non valeat tenent multi.*
9 *Nisi haberet communionem cum patre.*
10 *Vel pactum esset factum ex causa onerosa.*
11 *Vel quando negotiarettur vna cum patre.*

QVando non agitur de futura successione diuidenda, vel acquirenda, sed de aliqua liberatione, vel debiti remissione; vt si filius, qui sperat hæreditatem patris, faciat pactum, cum creditoribus pa-
1 tris viuentis, vt non conueniatur ab eis, postquam
hæreditas ad eum peruenerit, omnes conueniunt, quod pactum valeat, ex textu notabili *in l. & suum hæredem 7. §. item probat. ff. de Pact.* vbi *Paul.* & communiter scribentes, *Iaf. in l. Iurisgentium, §. fin. eod. tit. Angel. in l. fin. C. de Pact.* vbi etiam *Paul. Castren. Salicet. Iaf.* quos afferunt *Gomez ad ll. Tauri 22. num. 31. versic. Secundo limita, Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. nu 44. Vasq. lib. 2. §. 18. num. 246. de success. Cancer. var. lib. 3. cap. 7. de Pact. nu. 163. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. n. 11.* qui omnes valere autumant, fauore liberationis, quasi liberatio sit sufficiens causa ad validandum huiusmodi pactum, licet alias nullum sit.

Sed, re vera, hæc non videtur vera ratio; quia, vt mox probabimus, si filij, viuente patre liberent debitores, in casu, quo patri succederent, non valet liberatio, ergo renunciatio non est causa validitatis; præterquam, quod etiam renunciatio ab alterutro hæredum facta liberationem quandam sapit, & nihilominus non valet, vt aduertit *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 11. versic. Præterea.*

Bald. existimat illud pactum valere, quia creditores videntur paeisci, de iure suo, & actione competente, contra patrem, & eius hæredes, non verò de re ipsiusmet patris, & eum sequuntur *Castren. d. l. fin. n. 3. Cagnol. n. 44. Iaf. in l. filius paciscendo, ff. de Pact.*

2 Sed ista solutio, non videtur bona; Nam æs alie-
num dicitur esse in hæreditate patris, ac proindè, de eo videtur actum, quod ad filium hæredem post obitum patris sit transiturum, vt admonet *Pist. vbi supr. versic. Sed nec ista.*

Dat igitur solutionem ipsemet *Pistor.* in terminis illius §. pactum, in casum mortis paternæ non fuisse conceptum, vt ex verbis eiusdem §. elicitur. De eo, enim, ibi agitur, an pacta filij in patris potestate constituti prosint ei sui iuris facto, vel per emancipationem, vel per obitum patris, & respondet I. C. quòd licet post statum mutatum ei, de iure, non prosit pactum, tamen competit ex æquitate doli conceptio, *l. rescriptum, §. fin. ff. de Pact.*

Et, in simili, videmus quod, si filiusfam. faciat te- 3
stamentum; quod quidem conficere minimè posse, certum est, etiam cum consensu patris, *Fontanell. dec. 531. Arias de Mes. var. cap. 39. num. 18. lib. 2. Merlin. Pignatell. cap. 99. cent. 2.* ne quidem ad pias causas, *Donat. Anton. de Marin. cap. 145. nu 23. lib. 1. Andreol. contr. 356. num. 21. Spada cons. 348. lib. 2. Barbos. in cap. Licet de sepult. n. 6.*

Nisi sit Clericus, *Buratt. dec 639. num. 4. Andreol.* 4
controu. 326. num. 2. Carol. de Grass. de Effect. Cleric. eff. 19. nu. 63. latissimè *Rot. in Romana Census 17. Maij 1669. coram Eminentiss. D. Cardinali Carpineo dec. 80. num. 5. & seqq. post tract.* si tamen in eadem voluntate perseueret, aliquando, mortuo patre, conualidatur
testamentum, dum filius efficitur sui iuris, vt per *Rot.* 5
dec. 42. nu. 22. par. 11. rec. & de hac re plura, *Mercad. lib. 16. cap. 1. Gratian. Discept for. cap. 79 num. 11. Rot. in Romana Restitutionis Dotis 18. Iunij 1660. coram Reuerendiss. Decano post tract. dec. 12. num. 3. 4.*

Et, ex hoc fit clarum, pactum minimè, in casu mortis paternæ conceptum fuisse; Nam, alias ob conditionem mortis pacto expressè additam, exceptio pacti, eo tempore effectum sortientis, competeret, Sed nec ista solutio satisfacit integraliter *Pistorio d. loco*; nam nihilominus super re, quæ post mortem ad eum, vti hæredem spectare potest, pactum videtur initum.

Vnde vera est solutio, quòd ibi valet pactum, quia nihil aliud fuit stipulatum, nisi quòd patris creditores nihil a filio petant, quod pactum, quia non in rem, sed in personam conceptum fuit, restringitur ad personam, dumtaxat, stipulantis, vt latè per *Rot in Perusina Pecuniaria 1. Iulij 1669. coram Reuerendiss. Decano post tract. dec. 15.* & pro eo haberi debet, ac si filius de re sua, non de re patris pactus fuisset, *l. & hæredi in princ. ff. de Pact.* & ita cessat hoc casu, prohibitionis ratio, cum nullam huiusmodi conuentio contineat turpitudinem, neque vlla lege prohibita reperiatur, vt disertè probat *Pist. cit. num. 11. circa finem.*

Quapropter, licet aliqui, vt *Paul. d. l. fin. C. de Pact.*
teneant, quod tantum valeat pactum, fauore filiationis, & liberationis in filijs, non in cæteris agnatis, vel
extraneis, tamen communis Doctorum opinio, est in 6
contrarium, vt monet *Gomez ad dd. ll. Taur. l. 22. vers. Secundo limita, circa finem, Cancer. var. ref. lib. 3. cap. 7. de Pact. num. 165.* quod valeat etiam fauore agnatorum, & extraneorum.

E contra verò; An filius, vel alius futurus hæres,
viuente patre, vel eo cuius successionem sperat, possit 7
liberare patris, vel alterius debitores, affirmatiuam
Gomez ad ll. Taur. d. l 22. versic. Secundo limita d. n. 31.
Sed opinio magis communis est in contrarium, quòd
liberatio non valeat, vt, præ cæteris, monet *Cagnol. d. l.* 8
fin. C. de Pact. n. 116. & Bolognet. nu. 38. Hartm. Pist vbi sup. n. 11. circa med. Cancer. d. lib. 3. cap. 7. n. 166. de Pact.
Dummodò debitor non habeat communionem cum fi- 9
lio, in vita patris; quia tunc valeret liberatio *Bolognet. d. n. 38. Cagnol. d. n. 45.* vel si esset facta ex causa onero-
sa, puta, accipiendo aliquid pro liberatione; quia, si 10
tunc liberatio nō prodesset teneretur filius illud, quod accepit restituere, *Gomez d. l. 22 Tauri, in fine, Cagnol. in loco mox cit. num. 45.* vbi disputat etiam, an substineatur, quando filius fecisset pactum de liberando, & tenet, quòd non, quia militat eadem ratio, in pacto de liberando, quæ in liberatione.

Et tandem puto valere liberationem, quando filius 11
familias simul cum patre negociatur, & acquirit, vt latè fuit deductum per *Rot. in Romana Census 12. Febr. 1663. coram Reu. Decano post tract. dec. 25. n. 1. & seqq.*

CA-

CAPVT XXV.

Valeatne pactum nostrum in necessitatem præcedentis contractus. Affirmatiua opinio probatur, & ampliatur vt non tantum valeat, in necessitatem præcedentis, sed etiam in consequentiam contractus. Quæ conclusio procedit, in pacto hæreditatis tertij viuentis, non verò vnius ex paciscentibus.

SVMMARIVM.

1 *Valent pacta futuræ successionis in necessitatem contractus præcedentis.*
2 *Necessitas non habet legem.*
3 *Pactum in necessitatem præcedentis contractus non potest inducere captandæ mortis votum.*
4 *Tex. in l. si quis seruum, ff. de act. empt. perpenditur.*
5 *Necessitas facit probabile, quod aliàs erat illicitū.*
6 *In consequentiam multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur.*
7 *Actus defensionis propriæ incolumitatis non punitur.*
8 *Dominus non potest alienare inuitis Vassallis.*
9 *Limitatur in casu præcedentis necessitatis.*
10 *Alienatio rei minoris necessaria non requirit solemnitates.*
11 *Valent etiam in consequentiam contractus.*
12 *Quælibet alienatio, vel contractus in consequentiam alterius valet.*
13 *Agens ex facultate sibi data, non tenetur seruare solemnitates.*
14 *Valent pacta futuræ successionis, quando fiunt cum causa.*
15 *Conclusio, quod valeant pacta futuræ successionis in necessitatem præcedentis contractus limitatur in casu, quod fiat pactum de hæreditate vnius ex paciscentibus.*
16 *Riminald. Iun. cons. 580. num. 38. 39. reprobatur.*
17 *Pactum approbans dispositiones testamentorum dicitur validum.*
18 *Non verò quando agitur de hæreditate vnius ex paciscentibus.*
19 *Valet pactum, quando fit propter cohærentiam matrimonij.*
20 *Non verò quando fit de hæreditate vnius in pacto interuenientis.*
21 *Valent quando fiunt per viam transactionis.*
22 *Sed contrarium aliqui negant.*
23 *Arbitratoribus non licet arbitrari super pactis futuræ successionis.*
24 *Per arbitros fieri non potest laudum, ex quo inducatur votum captanda mortis.*

1 IN necessitatem contractus præcedentis liciti, quòd valeant pacta nostra, transit sine controuersia; nam omnes in hoc conueniunt, vt *Bartol. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. ad finem, & l. fin. n. 17. & 22. C. de Pact. & ibi Bald. num. 10, Ias. num. 8. Paul. num. 10. Corn. num. 2. Alciat. num. 49. Dec nu. 22. Bero. cons. 30. num. 31. tom. 3. Paris. cons. 26. num. 82. lib. 2. Riminald. Iun. cons 580. num. 34. Rot. coram Put. dec. 113. num. 3. Raud. de Anal. lib. 1. cap. 25. nu. 42. & 43. Cacher. dec. 100. num. 10. Vin. Comun. opin. tom. 1. opin. 233. vers. Limitatur quarto, Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 12. Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num. 59. Bolognett. ibidem n. 44. Crass. §. successio ab intestato, quæst. 9. num. 15. Grat. cons. 104. num. 8. tom. 2. Bocr. dec. 50. num. 8. Argel. de acquir. possess. quæst. 8. num. 762. Censal. ad Peregr. art. 51. versic. Quartò declaratur, pag. 524. col. 2. Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 2. num. 43. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæst 40. num 29. & seqq. Andreol. controu. 312. nu. 17. Carleual. in Apolog. ad decis. 87. Rouit. impress. post tract. de Iudic. num. 18.*

Et ratio affertur, quia necessitas legem non habet 2
Oldrad. cons. 190. in fine, Escob. de ratioc. cap. 14. num. 11. & cum ex necessitate fiat non demonstratur animus insidiandi, vel procurandi mortem alterius; Vnde dici non potest, quod inducatur captandæ mortis præsumptio.

Et nititur hæc conclusio, præcipuè auctoritate *tex. in l. si quis seruum, ff. de act. empt.* vbi si quis seruum, 3
quem, cum peculio condiderat, manumiserit, non 4
solum, peculij nomine, quicquid seruus habuit tempore, quo manumittebatur venit, sed ea, quæ postea acquirit præstare tenetur; Vnde cauere debet, quicquid ex hæreditate liberti ad eum peruenerit restituturum; Et licèt cautio hæc interponatur de futura hæreditate, tamen valet; quia non spontè, sed ex necessitate imponitur propter præcedentem contractum validum, & licitum venditionis.

Et comprobatur ex *text. in l. si seruo, ff. solut. matr.* vbi maritus tenetur restituere vxori omnia, quæ peruenerunt ad maritum, ex causa serui manumissi; & conuentio de hæreditate restituenda, in vita illius manumissi facta valet.

Quapropter etiam, in præsenti, verificetur regula, 5
quòd necessitas facit probabile, quod alias erat illicitum *l. 1. ff. de Offic. consul. l. non putarunt, ff. de manu. test. Cagnol. d. l. fin. nu. 59.* & multa in consequentiam permittuntur, quæ, aliàs prohiberentur, *l. 1. ff. de auctor. tutor. Alciat. d. l. fin. num. 48. Dec. ibidem, num. 22. circa* 6
finem. Eaque attenduntur, quæ primariò veniunt, non per accidens, *Argel. de acquir. poss. quæst. 8. art. 29. num. 761.*

Hinc actus defensionis propriæ incolumitatis, qui per se primò dirigitur, in seruationem vitæ, quamuis 7
cum seruatione vitæ, sequatur mors alterius, non attenditur, vt latè *Argel. de acquir. poss. d. quæst. 8. art. 29. num. 765. Barz. dec. 133. num. 7. Merlin. dec. Luc. 66. Merend. cap. 35. lib. 15. Barbos. can. non conferenda 23. quæst. 3. Cyriac. controu. 126.*

Et licet Dominus non possit alienare vassallis inuitis, *l. inuitus cum gloss. ff. de fideic. libert. Cagnol. d. nu.* 8
59. Bolognett. num. 44. tamen hoc non procedit, quando ex causa præcedentis necessitatis id agit, *Alex. cons. 25. col. penult. vol. 2. Roman. consil. 26. in fine, Roland. à Vall. cons. 80. vol. 3. Riminald. Iun. cons. 580. nu.* 9
36. Cagnol. d. nu. 59. Bolognett. d. nu. 44. cum similibus.

Hinc est, quod alienatio rei minoris necessaria non 10
requirit solemnitates, vt latè *Merlin. Pignatel. cap. 54. nu. 38. lib. 1. Vin. dec. 25. Olea de Cess. tit. 2. quæst. 2. n. 6.* & firmauit *Rot. in Rauennaten. Relaxationis Indemnitatis 6. Febr. 1663. coram Reuerendiss. Ninct. post tract. dec. 125. num. 6.*

Et non tantum valent ex necessitate præcedentis contractus huiusmodi conuentiones, sed etiam sub-
stinentur, quando veniunt in eius consequentiam, vt 11
latè probat *Rimin. Iun. consil. 580. num. 37.* & optimè habetur ex *Barbos. d. l. fin. C. de pact. circa finem.*

Imò quælibet alienatio, vel contractus in conse- 12
quentiam alterius valet sine solemnitatibus, vt latè *Cyriac. controu. 309. num. 5. & seqq.* & ideò agens ex facultate sibi data, non tenetur seruare solemnitates,
Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 149. in fine, Merlin. Pigna- 13
tell. controu. 74. num. 4. & facit *Gratian. disceps. for. cap. 498. num. 36.* & in terminis, quod valeat pactum futuræ

turæ successionis, in consequentiam alterius contractus, *Carleual. in Apol. post tract. de Iudic. ad decisionem, Rouit. num. 18. & seqq.*

Ex quo dixit *Merend. d. lib. 1. controu. cap. 17.* hæc pacta annullari, quando sine causa fiunt, non verò quando aliqua causa accedit, & desumit assertum ex
14 ipsis verbis *l. fin. C. de Pact.* Sed nobis omnes huiusmodi pactiones odiosæ videntur, quare enim, quodam viuente, & ignorante, de rebus eius quidam pacifcentes conueniuntur.

Est tamen, in materia aduertendum, prædicta procedere in pacto, de quo nunc agimus, inito, inter paciscentes, de hæreditate tertij viuentis; nam, tunc, quia cessat illa præsumptio captandæ mortis, non infirmatur pactum; Non verò, quando sumus in pacto inito, inter duos, de quorum, vel alterius eorum hæreditate, tractatetur, nam tunc, quia non eadem est inualiditatis ratio, vt pacta minùs valeant, propter præsumptionem captandæ mortis; sed ex alijs rationibus, à
15 nobis supra ponderatis, scilicet, quod per pactum hæreditates dati non possunt, & impeditur libera facultas testandi; nequaquam valida erunt, licet fiant, in necessitatem præcedentis contractus, vel in consequentiam.

16 Itaque licet *Riminald. Iun. cons. 580. num. 38. 39.* existimauerit; quod quando plures fratres inuicem per instrumentum conuenerint, in communione stare, viuere, & habitare, amoremque fraternum, conseruare, & ex necessitate communionis præcedentis, veniret pactum, quod altero eorum sinè liberis moriente, alter succederet, & sic gradatim seruaretur, donec vltimus tantum superesset, alijs prædefunctis, validum censeatur pactum, ex necessitate primæuæ conuentionis; Tamen eius propositionem, nequaquam admitterem, quia tunc verè valet pactum, quãdo agitur, de hæreditate tertij, secus vero de bonis ipsorummet paciscentium; Vnde potiùs assentirem *Capiralo*, qui in casu simili *cons. 43. per tot.* & præcipuè *nu. 16.* respondit pactum esse inuale, & nullius momenti.

Et quamuis, quando pactum approbat dispositio-
17 nes testamentorum, dicatur validum *Paris. cons. 26. nu. 81. & seqq. tom. 2.* vbi allegat *Dec. cons. 63.* quia fit ex necessitate testamenti liciti præambuli, ad tradita per *Paris. d. cons. 26. num. 82. & seqq.* tamen quando agitur de hæreditate ipsorummet paciscentium, certum est,
18 quod non valet, vt videtur concludere, *Dec. d. cons. 63. in fine*, dum affirmat contractum non valere, vbi dictum fuit; quod hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad proximiores masculos, quia videtur fuisse pactum de succedendo.

Et similiter licet valeat, & dicatur ex necessitate præcedentis contractus, quando est factum propter
19 cohærentiam matrimonij *Petr. Peceb.* plures allegans *de Testam. coniug. lib. 1. cap. 7. num. 11. Puc. d. dec. 113. lib. 2. Randen. de Anal. d. cap. 25. num. 43.* plura *Cancer. var. lib. 1. cap. 6. de his quibus, vt indign. numer. 18. Ricchius de Vnion. Prol. cap. 3. numer. 34. Censal. ad Peregrin. artic. 51. vers. quartò declaratur pag. mihi 524.*

Tamen ab hac opinione receditur, quando sumus, in hæreditate ipsorummet paciscentium, vt videre est
20 ex scriptis per eundem *Peceb. in fine capit. & sequitur Tiraquell.* contrarium tenentem; Et meliùs ostendit *Cacheran. d. dec. 100. num. 27.* vbi præcipuè tetigit punctum *in vers. vel potest responderi*; nam ait, quod tunc pacta in consequentiam liciti contractus valent, quando non tollitur libera testandi facultas.

Tandem multi tenent, quod dicatur ex necessitate contractus præcedentis, & valeat, quando est initum,
21 per viam transactionis, vel recessus à lite, vt habemus ex *Put. d. dec. 113. num. 3. lib. 2. Randen. de Analog. cap. 25. num. 42. & 43. Andreol. controu. 312. nu. 17.* Sed contrarium, quod non valeat transactio; super pacto futuræ successionis dixit, *Manens. cons. 141. num. 29. Vr-* 22
ceol. cons. 98. num. 10.

Non tamen liberum est arbitratoribus laudare, super modo succedendi, & pacta successoria introducere, vbi non sunt; Nam alias fuit ostensum per *Bero. cons.* 23
30. vol. 3. per tot. & præcipuè *num. 31.* de quo memorat etiam *Petr. de Fideic. q. 4. n. 4. vers. nonus casus pag. 24. à tergo*, quod in necessariam consequẽtiam, non dicatur, quando fuit compromissum, super diuisione bonorum, & super litibus quibuscumque, & fuit laudatum, super modo succedendi, super quo nulla lis fingi, aut simulari poterat; Et per consequens non valere firmatum fuit; Et latiùs, quod per arbitros non possit ferri laudum, ex quo inducatur votum captãdæ mortis, vel alio modo contineatur pactum futuræ succes- 24
sionis, & derogetur *l. 15. & l. fin. C. de Pact.* tenet *Fulgos. cons. 73. Purpurat. d. l. fin. n. 44.* cum quibus pertransit *Gratian. discept. for. cap. 470. nu. 1. & seqq.* & maximè *nu. 17.* & post eum *Marcus Anton. Sabell. var. resol. cap. 57. nu. 10.* qui tenent, conclusionem procedere, etiam in laudo, ex compromisso, vigore statuti, facto, licet postea sit confirmatum per sententiam iudicis, & per transactionem pactum cum iuramento.

CAPVT XXVI.

Valet pactum futuræ successionis de hæreditate hominis incerti; Afferuntur argumenta in contrarium, & refelluntur: Limitatur tamen conclusio, si adsit fraus, & sit cogitatum in pacto de vna persona certa, licet non expressa.

SVMMARIVM.

1 *Pactum successionis futuræ de hæreditate hominis incerti, substinetur.*
2 *Intentiùs consideratur votum captandæ mortis in persona certa, ac incerta.*
3 *Pacisci licet de quacumque re, de qua pactio non est legibus prohibita.*
4 *Deficiente probibitionis ratione, deficit probibitio.*
5 *Nemo potest insidiari vitæ illius, qui nescitur.*
6 *Valet pactum, licet esset incertitudo inter personas certas.*
7 *Limitatur si non posset verificari, nisi in persona certa.*
8 *Promissio beneficij hominis incerti non valet.*
9 *Idem operatur genus quoad genus, quam species quoad speciem.*
10 *Si pactum de persona incerta valeret, multæ fraudes orirentur.*
11 *Doctores negantes, valere pactum nostrum de persona incerta, sed reijciuntur.*
12 *Non sufficit ad pactum inualidandum, quod fiat pactum de re aliena inuito Domino, sed requiritur votum captandæ mortis.*
13 *Non est tanta suspicio captandæ mortis proximi, quando fit in genere dispositio, ac in specie.*
14 *Valet concessio præbendæ primò vacaturæ in genere.*
15 *Lateranen. Concilium prohibet concedi præbendas non vacantes.*
16 *Non semper est verum, quod idem operetur genus, quoad genus, quam species quoad speciem.*

17 *In notario fraudes non præsumuntur.*
18 *Quando est cogitatum de aliqua persona certa non valet pactum, licet apparenter sit factum in genere.*
19 *Et tunc si possidens bona reperiatur mortuus, præsumitur occisus fraude paciscentium.*
20 *Eo casu fraus probatur coniecturis.*
21 *L.fin.C.de Pact.loquitur de hæreditate hominis certi dumtaxat, non verò incerti.*
22 *Consensus exigi non potest à persona incerta.*
23 *Explicatur tex.in l.3.§.de illo,ff.pro socio.*

MAgis communiter volunt Interpretes, quod
quando non alicuius certi hominis, sed in ge-
1 nere tantum, de viuentis hæreditate, tractatum est,
valeant pacta successoria, vt est casus in *l. 3. §. de illo,*
ff. pro socio, vbi, *si quis societatem contraxit, & pactus*
fuit, vt si ista hæreditas ei obuenerit sit communis pa-
ctum non improbatur, vt tenent pariter *Bart. super d.*
l.fin. C. de Pact.num.17.Bald. num.22. Dec. numer. 17.
post med.Din.num.2.Petr. de Bellapert. & Odofred. nu.
4.Butrigar.oppos.1.& 3. Alberic. num.7. Salicet. num.
9. 10. Fulgos.num.vlt.Curt.Sen. num. 26. Corn. num. 2.
3. Ias. num.8. Roman.num.12.Curt. Iun. num. 63. Bolo-
gnett.num.42. & 82. Alciat. num.42. Cagnol. num.53.
Vin. com. opin.233. par.1. vers. limitatur tertiò, Capyc.
dec.159.num.10. Monter. in l. pactum quod dotali num.
14.Crass.§.successio ab intestato quæst.9. num.16. Hunn.
de Pact.cap.5.quæst.3.vers.ceterum,Pist. consil.8. quæst.
2.num.18.tom.1.Hartm.Pist.d.lib.4. quæst.1. numer.22.
Paul.Christin.dec.Belgic.277. numer.6. lib.1. Milanen.
dec.18.lib.1.Sanch.in decal.lib.7.cap.2. num. 31. & re-
spons.moral.lib.4. cap. 1. dub.34 num.63. Gomez ad ll.
Taur.22.num.31.vers.limita tamen, Merlin. de Pignor.
& hypoth.lib.2.tit.1.quæst.40 num.24. Paschal. de vi-
rib.patr.potest.par.3.cap.7.num.19.Add. Molin. de Hi-
span.Primog.lib.2.cap.3.num.2. vers. limitatur primò,
Cutell.de Donation.tract.1.disc.2.par.6.num.93. Grana
ad Gail.concl. 127.lib.2. Donadeus de renunciat. cap.2.
nu.67.Carpzou.definit.17.par.2.const.35. Morla Empor.
Iur.par.1 tit.3 nu.7.Iul.Capon.de Pact.q.47.nu.2. circa
medium,& quæst.49.num.2. & seqq. Augustin. Barbos.
d.l.fin.C.de Pact.nu.7. Formosin. ad cap. 18. de Iureiur.
quæst.10.nu.9.Thomat.dec.124.

Et ratio est, ait *Bolognett. vbi suprà num. 42.* quia
2 intentiùs consideratur votum captandæ mortis, in
persona certa, quam incerta, quam rationem sequitur
Cagnol. ibidem num. 52. & 55. & latiùs *Hartm. Pist. d.*
lib.4.quæst 1.num.22.circa med. vbi, quod valent, quo-
niam hæc generalis mentio non arguit speciale votum
mortis; Sed cum alias ostensum sit, principalem ratio-
nem prohibitionis in turpitudine consistere, ideo, vt
hæc quoq; ratio in proposito rectè perpendatur, cre-
dibile est, ideò ob generalitatem admitti huiusmodi
pactum; quia propter incertitudinem, de nullius mor-
te spes præmatura, bonis moribus repugnans, conci-
pitur, sed omnia dubio fortunæ euentui committun-
tur, atque indè etiam cessat ipsa turpitudinis conside-
ratio.

Item, quia, de quacumque re paciscì licet, de qua
3 pactio non est legibus prohibita. At nulla lege, vel cõ-
suetudine prohibetur pactum de hæreditate hominis
incerti; nam *l.vltima, C.de Pact.* de certis loquitur.

Præterea, deficiente ratione prohibitionis, ipsa de-
ficit prohibitio; ratio autem deficit, in casu nostro;
4 quia nemo potest insidiari vitæ illius, qui est incogni-
5 tus, meritò &c. *Hunn.de Pact.cap.5.quæst.3. vers. cete-*
rum, Modestin.Pist.cons.8.q.2.nu.18. & latiùs *Capon. de*
Pact d.cap 49.num. 3.

Et ideò extenditur conclusio, vt valeat pactum de
persona incerta, licet incertitudo illa esset inter perso-
nas certas, vt si aliquis ex cognatis meis relinquat mi- 6
hi, hæreditatem illam tibi promitto; *Bolognett. vbi sup.*
num.82.Sanch.in Decal.vbi sup. nu.36. circà fin. Capon.
de Pact.d.cap.49. nu.5. Limitatur tamen conclusio, si
ea certitudo non potest verificari, nisi in vna persona,
vt si quis promittat, hereditatem legitimam futuram; 7
nam cum legitima hæreditas verificari non possit, nisi
in persona parentis, hæreditas personæ incertæ dici
non potest *Cagnol.d.l.fin.num.42. Sanch.d.nu.31.circa*
finem, Capon.cit.quæst.49.nu.5.

Licet hæc vera sint, tamen nonnulla de inualiditate
pacti super hereditate personæ incertæ initi, adhuc so-
lent adduci.

Primò, quod in hisce conuentionibus, sicuti in cete-
ris, militat vna ex rationibus assignatis, quia disponi-
tur de hæreditate viuentis, eo inuito, & ignorante, er-
go idem ius est statuendum.

Secundò, quia promissio, seù expectatiua beneficij
hominis incerti, non valet *cap. 2. & cap. constitutus de* 8
Concess.Præb. ergo pariter de hominis incerti succes-
sione pacta nulla erunt.

Tertiò, quia idem operatur genus, quoad genus,
quam species, quoad speciem; ergo si non valent pa- 9
cta quando species nominatur, nec valebit, vbi in ge-
nere actum fuit.

Et adijcitur, quod si admitteretur affirmatiua opi-
nio, quod valerent pacta de hominis incerti hæredita-
te, lex facillimè posset fraude circumueniri; nã possent
de incerti hominis hæreditate extrinsecè loqui paci-
scentes, intrinsecè sentire tantum de successione alicu-
ius certi hominis, & similiter posset notarius de in-
certi hominis hæreditate instrumentum conficere, ad 10
hoc, vt valeret, licet partes de certa persona tractas-
sent; quibus fraudibus, sic rectè occurri potest, prohi-
bendo, indistinctè, pacta successoria, siuè de hæredita-
te certi hominis, siue incerti.

Vndè hanc opinionem negatiuam post *Purpurat.*
& Berengar. quem allegat, non sequitur *Sanch.in de-* 11
calog.in loco mox cit. tenet *Gilken.d.l.fin.C.de Pact. nu.*
26. qui etiam affertur à *Capon. d. tract. de Pact. quæst.*
49.in princ. qui dicunt, quod non potest allegari pro
parte affirmatiua *tex.in d.l.3.§.de illo,ff.pro socio,* quia
illa dispositio fuit sublata per *tex.in d.l.fin.C.de Pact.*
Vlterius, quia ibi tractatur de hæreditate, quæ iam
obuenerat, atque quæsita fuerat, licet ipsi contrahen-
tes ignorarent; Et tandem, quia ibi non est quæstio de
pacto; An valeat, necne, sed de significatione illorum
verborum, *ista hæreditas.*

His tamen non refragantibus, opinio magis com-
munis, est recipienda, nec ea, quæ contra fuerunt op- 12
posita, subsistunt.

Nam, ad primum, quod pactum non subsistat, quia
agatur de viuentis hæreditate, eo ignorante: Respon-
detur, cum *Bolognett d.num.42.post med.* quod, non suf-
ficit ad inualidandam pactionem, vt fiat pactum, de re
aliena, viuente Domino, nisi etiam inducatur votum
captandæ mortis, & fiat contrà bonos mores, & si 13
qua esset, in hoc pacto, præsumptio mortis captandæ,
non habetur in consideratione, ait *Cagnol. vbi suprà n.*
56. quia non est tanta suspicio captandæ mortis quã- 14
do in genere fit dispositio, sicuti quando in specie; Et
licet sit possibile, quod eueniat lucrum, ad sic contra-
hentes; tamen non est verisimile illos procurare mor-
tem alicuius particularis, argumento *tex. §. vt autem*
auth.de non alien. & probatur per *tex.in cap. ne captã-*
dæ de concess.præb.& cap.2.de Præb.in 6. vbi dicitur, va-
lere expectatiuam Summi Pontificis ad prębendã pri-
mò vacaturam, in genere videlicet; secus, si esset in spe-
cie, ad beneficium, aut præbendam certi hominis.

Et pariter idem *Cagnol. vbi suprà vers. ad textum,* 15
respondet ad iura Canonica suprà allegata, quod
ibi

ibi non valet promiſſio, quia ſumus in beneficialibus,
in quibus ſtrictè proceditur, & quia, ibi, & per Late-
ranen. Concilium expreſsè erat ordinatum, quod per
16 ordinarios beneficia non vacantia non poſſent pro-
mitti propter votum captandæ mortis; conceſſio ta-
men facta à Summo Pontifice, de beneficio vacaturo
in genere valet, vt *d. cap. 2. de Præb. in 6.* & alibi, & pa-
tet, quod Papa parum reformidat generales conceſ-
ſiones.

Neque obſtat, quod idem operetur genus, quoad
17 genus, quod ſpecies, quoad ſpeciem; quia reſponde-
tur, id procedere, quando eadem eſt ratio ſub genere
compræhenſorum, vt exemplificat *Cagnol. vbi ſuprà
num.* 57. ſecùs, quando eſt longè diuerſa ratio inter di-
ſpoſitiones, vt in noſtra ſpecie.

Nec turbat, quod facile poſſint interuenire frau-
18 des, quia in notario fraudes non præſumuntur, maxi-
mè inſtrumentum publicum conficiente.

Et ſi conſtaret, adeſſe fraudes, in perſonis paciſcen-
tium, & quod de vnica tantum perſona cogitaſſent,
licet de incertis ſtipulati forent, certò certiùs eſt, quod
pactum non valeret, tanquam in fraudem legis fa-
19 ctum, vt alijs omiſſis, firmat *Bolognett. d. l. fin. num.* 42.
circà finem, & latiùs *num.* 82 *Alciat. ibidem numer.* 44.
*Hartm. Piſt d. lib. 4. quæſt. 1. numer. 22. in fine, Merlin. de
Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 26. Sanch. in
decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 31. in fine, Capon. de Pact. d. qu.
49. num. 5. in fine.* Hinc eſt, quod, ſi poſſidens hæredita-
tem, reperiatur mortuus, & ignoratur à quo fuerit
occiſus præſumitur mortuus fraude illorum, qui ſu-
20 per eius hæreditate pacta inierunt ſecundum *Alciat.*
quem refert *Bolognett. d. l. fin. num. 42. in fine*, eaque
fraus coniecturis tantum probatur *l. ſaccularij* §. 1. *ff.
21 de extraord. crim. l. 1. §. item habet, C. ne quid in loco
publ.*

Et ſimiliter ad ea, quæ contrà *d. l. 3. §. de illo, ff. pro
ſocio*, fuerunt adducta, facillimè reſpondet *Vnn. de
Pact. in loco mox citato, & Capon. eodem tract. num. 4.
verſ. ſed contraria*, eſſe diuinatorium non ſolum, ſed
apertè falſum aſſerere per *l. fin. C. de Pact.* fuiſſe dero-
gatum *d. §. pro ſoc.* Nam quod *in d. l.* ſit ſermo de certi
22 hominis hæreditate, non de incerti, fit apertum, non
tantum, ex ratione, quæ minimè quadrat, nec accom-
modari poteſt, ad caſum incerti hominis, ſed etiam
ex illis verbis, *ſi ille fuiſſet mortuus*, & ex his; *quarè
enim quodam viuente de rebus eius quidam paciſcuntur.*

Vlteriùs addo ego, quod ſi Imperator valida facit
ibi pacta, quando conſenſus accedit illius, de cuius
23 hæreditate tractatur, non poteſt verificari iſte con-
ſenſus in perſona incerta; erit autem ſemper incerta
ſi ignoratur quis is ſit, qui conſenſum interponere
debeat.

Quod verò ille §. loquatur de hæreditate obuentu-
24 ra, non verò de iam obuenta, dignoſcitur, ex ipſius
textus verbis, qui vtitur dictione, *obuenerit*, denotante
tempus futurum.

Nec obſtat tertium, quod ibi non ſit queſtio de pa-
cto; an valeat necnè; nam ibi pactionem iſtam de fu-
tura ſucceſſione validam eſſe præſupponitur, ſed ad
quam ſpectet hæreditatem, an ad teſtamenta-
tiam, an verò ad legitimam, ſeù inteſtatam,
quæritur, & reſpondet *tex.* ad legiti-
mam ſpectare, cui conſequens eſt
pactum de legitima hæredi-
tate tertij, ac incerti
hominis valere,
ac ſubſiſte-
re.

CAPVT XXVII.

An valeat Pactum de hæreditate mortui & de eo, qui mortuus credebatur, ac de eo, qui dubitatur; an ſit mortuus necnè. plura: An, & quando partus in 5. 6. 7. 8. &c. menſibus ſit vitalis.

S V M M A R I V M.

1 *Valet pactum ſuper hæreditate mortui.*
2 *Bona fideicommiſſaria dicuntur patrimonium fidei-committentis iam mortui.*
3 *Valet pactum ſuper vita poſthumi, qui naſcatur in 8. menſe.*
4 *Natus in 8. menſe viuere non poteſt.*
5 *Poſthumus natus, an rumpat teſtamentum.*
6 *Partus, qui naturaliter viuere poteſt, rumpit teſtamentum, ſecus autem quando naturaliter viuere non poteſt.*
7 *Anceps & dubia eſt quæſtio; An & quando partus ſit vitalis.*
8 *Homo natus in 5. menſe dicitur ſecundum aliquos vitalis.*
9 *Exempla partus vitalis in 5. & 6. menſe.*
10 *Natus in tertio, & quarto menſe, aliquando fuit admiſſus ad ſucceſſionem.*
11 *Natus in quinto, & 6. menſe aliquando fuit vitalis.*
12 *Natus in 7. menſe eſt abſque dubio vitalis.*
13 *Nemo natus ante 7. menſem viuere poteſt.*
14 *Natus in 5. menſe teſtamentum non rumpit.*
15 *Sic pariter natus in 6. teſtamentum non rumpit.*
16 *Natus in 8. menſe viuere non poteſt.*
17 *Et talis eſt Legiſtarum opinio.*
18 *Natus in 8. menſe dicitur abortiuus, & habetur pro mortuo.*
19 *Eſt ac ſi non eſſet vnquam natus.*
20 *Non facit deficere fideicommiſſum in caſu mortis filiorum.*
21 *Natus in 8. menſe non connumeratur in numerum liberorum ad obtinendam exemptionem 12. liberorum.*
22 *Quod octimeſtris ſit vitalis.*
23 *Sufficit ad obtinendam immunitatem 12. liberorum.*
24 *Nonnulli; an dicatur vitalis nec ne, ſe fundant in eo, an ſit benè, & perfectè organizatus.*
25 *Tex. in l. quod certatum penult. C. de Poſth. hæred. inſtit. examinatur.*
26 *Natus in 6. menſe dicitur Monſtrum.*
27 *Arbitrio iudicis eſt relinquendum; An partus ſit vitalis necne.*
28 *Ea, quæ ſecundum naturam obueniunt, licet rarò accidant, ſemper conſiderantur.*
29 *Natus in 8. menſe poteſt ſuccedere, & non dicitur abortiuus.*
30 *Facit deficere conditionem ſi ſinè filijs.*
31 *Magis ſunt vitales octimeſtres, quam ſeptimeſtres.*
32 *Quanto magis partus ad tempus natiuitatis accedit, eò magis eſt perfectus.*
33 *Octimeſtris ſuccedit matri.*
34 *Ad hoc, vt natus ſuccedat, ſufficit, vt viuus naſcatur.*
35 *Licet naſcatur ſecto ventre.*
36 *In dubio partus vitalis præſumitur licet moriatur.*
37 *Natus in 6. menſe ſuccedit matri.*
38 *Quando partus naſcitur cum ore, vt poſſit alimenta ad ſtomacum recipere, eſt vitalis.*
39 *Et quando eſt perfectè organizatus licet decedat.*

40 *Et præteritus rumpit testamentum.*
41 *Explicatur tex. in l. intestato in fine, ff. de suis, & legit.*
42 *Potest esse vitalis, & legitimus quinquemestris,*
43 *Rota non admittit, quod natus ante 7. mensem sit vitalis,*
44 *Ad hoc, vt partus non dicatur abortus sufficit, vt sit eum suis membris organizatus.*
45 *Etiam si veniat ad lucem secto ventre materno.*
46 *Cæsi secto ventre admittuntur ad feuda.*
47 *Opinio auctoris, quod partus antè 7. mensem non dicatur vitalis.*
48 *Eò quia, si aliquando vitales sunt, idest, per accidens, & non secundum naturam, & accidentalia non habentur in consideratione prout de mortuo miraculosè resuscitato.*
49 *Partus potest esse vitalis, licet non habeat 7. Solares menses dummodò habeat menses Lunares, vel menses peragrationis.*
50 *Partus octimestris est vitalis secundum naturam.*
51 *Mulier non dicitur peperisse si infans secto vtero nascatur.*
52 *Legatum relictum matri, si peperit non debetur hoc casu.*
53 *Legatum relictum nascituro, debetur nato, secto ventre materno.*
54 *Etiam matre mortua in puerperio.*
55 *Quod habet locum in patre legante, non in extraneo.*
56 *Sed, quod, succedat in vtroque casu est verior opinio.*
57 *Baptizatur in vtero, si moriatur, non facit deficere conditionem si sine filiis.*
58 *Extractus ab vtero, aliquo reciso membro, succedit.*
59 *Partus in dubio præsumitur natus tempore legitimo.*
60 *Præsumptio est matrem iustis temporibus peperisse,*
61 *Viuens, per horam, vitalis præsumitur.*
62 *Quæ sint coniecturæ ex quibus inducatur partum esse vitalem.*
63 *Partus, vltrà 9. mensem, quando sint legitimi, & vitales.*
64 *Mart. Vot. Pisan. 55. num. 6. reprobatur.*
65 *Valet pactum de hæreditate eius, qui mortuus credebatur.*
66 *Impetrans beneficium illius, qui mortuus credebatur non punitur.*
67 *Quando rumor mortis alicuius excusatur ille qui eius hæreditatem adiuit.*
68 *Tex. in l. nec nos 4. C. de Captiu. & postlim. &c. explicatur.*
69 *In rescriptis gratiosis attenditur tempus datæ.*
70 *Collatio illius, qui mortuus credebatur non valet, licet posteà moriatur.*
71 *Quod valeat pactum de hæreditate eius, qui mortuus credebatur.*
72 *Paciscens de re aliena, vel faciens legatum de re quam putabat esse suam, non obligatur, nec legatum valet.*
73 *Qui, tanquam hæres, facit pactum, si hæres non est, non valet.*
74 *Non valet pactum de successione illius, qui mortuus credebatur, nisi ex post facto consentiat.*
75 *An valeat de hæreditate illius, de cuius morte dubitatur.*
76 *Parua sunt aliquem viuere, vel esse mortuum, & dubitari, an viuat.*
77 *Quando actus potest se habere ad prohibitum, & ad permissum, stat vt prohibitum.*
78 *Non valet pactum super successione parentis, vel consanguinei absentis.*
79 *Contrarium, quod valeat tale pactum.*
80 *Beneficium vagabundi, & eius, qui dubitatur, an sit mortuus conferri potest.*
81 *Explicatur tex. in l. libera peculij 49. ff. de Pecul.*
82 *Pactum de hæreditate personæ de qua est incertum, an viuat non valet, quoad nullitatem pacti non verò respectu personæ.*
83 *Vera ratio, quare tale pactum non subsistat.*
84 *Emphyteuta vagabundus non perdit emphyteusim.*
85 *Agens ad caducitatem debet probare lineæ deficientiam.*
86 *Quare Clericus vagabundus beneficio priuetur.*
87 *Dos non potest repeti, nisi probata morte mariti.*
88 *Quilibet viuere præsumitur vsque ad 100. annos.*

Esse inualida successoria pacta, de hæreditate viuentis, iam latè probatum fuit; & iure merito, restrictiuè fuit dictum, de hæreditate viuentis, non mortui; quia paciscei prohibitum non est, super mortui hæ-
reditate, vt *Decian. respons. 48. lib. 2. numer. 14. vers. ne* 1
que obstat, Cacheran, dec. 100 nu. 21. Crass. sententiarum §. successio ab intestato quæst. 9. num. 17. Io: Dauth. de Testam. de mutan. testam. potest. num. 115. circà finem, & verificatur præcipuè nostra assertio, in rebus fideicommissarijs, existentibus penès grauatum, quæ dicuntur patrimonium fideicommittentis, iam mortui, & su-
periùs latissimè fuit ostensum *cap. 23. nu. 19.* 2

Quapropter *Doctor Mart.* extendit principalem cōclusionem ad pactum factum, super hæreditate post-
humi, vel ventris prægnantis, qui postea nascatur in 3
8. mense. Et sic ratiocinatur: Natus in 8. mense viuere non potest, ideò habetur pro mortuo. Quarè conuentio non dicitur de hæreditate viuentis sed mortui, non
reprobata, ita *Mart. vot. Pisan. 55. num. 6. 7. 8.* Sed, ni 4
fallor, altioris est inspectionis veritas huiusce propositionis; & quia est materia non inutilis prolixiori calamo eam pertractabimus.

In quo articulo esse distinguendum cum *Peregr. de* 5
Fideic. art. 43. nu. 30. vers. hæc sententia, Rip. in tract. de act. in mort. artic. cap. 3. num. 2. An posthumus natus, & illicò defunctus, rumpat testamentum necne, de qua re plura scribit *Altograd. cons. 52. lib. 1.* & tradit *Rot. in Imolen Successionis 28. Martij 1661. §. nam quamuis coram R. P. D. Beuilaqua*; nempè, quod, vel certum est, eum qui nascitur, esse morituram ex vitio accidentali, & tunc rumpatur testamentum, vel certum est eum
moriturum ex vitio, & impedimento naturali, & tunc 6
testamentum nullo pacto per eiusdem posthumi natiuitatem rumpatur.

Vndè tota pendet vis quæstionis in inuestigando, quale sit tempus natiuitatis aptum ad constituendum fætum in eo gradu, vt viuere possit naturaliter.

Sed quam sit anceps hæc quæstio, & quam difficile, inquirere tempus vitalis natiuitatis hominum, tam Medici, quam Legistæ prosequuntur, & præ ceteris
Zacch quæst. Medico Legal. tom. 1. lib. 1. tit. 1. quæst. 1. nu. 7
5. vbi Medicinæ facultatis adducuntur Doctores, præcipuè ex recentioribus, *Amat. Lusit. centur. 1. curat. 27. Ioubert. lib. 3. error. popul. cap. 2. Mercurial. lib. 2. cap. 1. in princ. Andreas Laurent. Anat. lib. 8. cap. 30. Mercur. in lib. della Comare lib. 8. cap. 70.* & ceteris relictis *Horat. Augen. in lib.* ad hanc ipsam rem dicato; nimirum, quod homini non sit certum nascendi tempus, quibus addo *Schenkium obseru. Medicinal. lib. 4. de Partu pag. mihi 637. Harueum de generat. anim. tit. de Partu, §. cæteris animantibus pag. mihi 335. Adrian. Spigel. in Epistola de incert. temp. part. impressa apud Plazzon. de Part. in fine oper. Benedict. Syluat. in consil. Medic. centur. 4. concl. 64.* & ex Iurisconsult. habemus *Rot. Romana in Auximana Alimentorum 1. Iunij 1620. coram Pironano numer. 7.* impressa

impressa *post Donat. Anton. de Marin. lib. 1. capit.*
277.
Hinc videmus, quod secundum aliquos homo na-
8 tus in 5. mense dicitur vitalis, *Torreblanc. lib. 2. Dæmo-*
nol. cap. 43. num. 16. Valle. lib. 2. Epid. 3. com. 25. & ali-
quando experientia fuit comprobatum, vt ex *Har-*
uæo de generat. Animal. cap. de Partu, §. Franciscus, ibi,
Valerius quinquemestrem puellam refert, suo tempore
9 *duodecimum ætatis annum ingreßam fuisse; Adrianus*
Spigel. in Epistol. de incert. tempor. part. Tabellarij cu-
iusdam meminit, qui vrbis medio Burgensis testimo-
nio publico, omnibus commonstrabat sexti mensis
initio æditum, vt latissimè etiam demonstrat *Franc isc.*
Verdè. de Fæt. animat. obseru. 4. num. 38. & 58. & de his
etiam facit mentionem *Siluat. d. cent. cons. 64. Schinck.*
d. lib. 4. obseru. de parc pag. 137.
Imo natum, tertio, ac quarto mense, vt legitimum
10 ad successionem admisit *Concinat. singul. 94. nu. 4. lib. 2.*
quem affert *Verdè. vbi supra nu. 39. Zacch. quæst. Medi-*
coleg. lib. 1. tit. 2. quæst. 2. num. 5. & habemus in *Esdra 4.*
cap. 6. num. 21. parient infantes trium, aut quatuor
mensium.
Et natum in 5. & 6 mense, viuere, & aliquem ad
11 adultam peruenisse ætatem docent *Schinck. d. lib. 4.*
obseru. var. tit. de Part. augen. lib. 1. de Part. homin. Val-
les. de Sacr. Filosoph cap. 18. Auicenn. Cardan. & alij cu-
mulati per *Verde. d. tract. numer. 40.* & multos adducit
Zacch. d. quæst. 2. nu. 6.
De 7. mense, quod viuat infans est apud omnes in
12 confesso, & est *tex. in l. septimo mense, ff. de stat. hom.*
& plenissimè ostendit *Zacch. quæst. medicolegal. d.*
lib. 1. titul. 2. quæst. 3. Schinck d. lib. 4. de Part.
pag. 637. Siluat. d. cons. 64. & quamplures habe-
mus penès *Rot. in d. Auximana post Donat. Anton.*
de Marin. resol. 277. numer. 8 quibus addo *Amaya ob-*
seru. Iur. lib. 3. cap. 1. §. 3. numer. 54. Odd. cons. 28. nu-
mer. 53.
Alij contrarium censuerunt, nempè, neminem vi-
13 uere posse, antè septimum mensem, vt *Hippocrat. lib.*
de Car. & sept. part. Arist. lib. 7. de Histor. anim. Plin.
natur. lib. 7. cap. 5. & latiùs ostendit, multis adductis
ex Medicis, & Iureconsſ. *Zacch. d. quæst. 2. num. 12.* vbi,
quod hæc opinio est verissima, & ita etiam dixit I. C.
Paul. in l. vxoris abortu numer. 3. ff. de hæred. Posth.
Instit. & plenissimè huic opinioni adhærendo tra-
ctat *Rot. in d. Auximana Alimentorum numer. 6.*
& 8.
Vndè, si quis nascatur in 5. mense, testamentum
14 non rumpit, vt testantur *Purpurat. cons. 481. vers. sed*
prædictis lib. 2. Odd. cons. 28. num. 10. lib. 1. quos sequitur
Rip. de act. in mort. artic. cap. 3. num. 3.
Sicuti, si quis fuerit natus in 6. mense, nec 7. atti-
gerit, non rumpit testamentum, in quo fuit præteri-
15 tus *Castren. l. vxoris abortu num. 3. Dec. in l. Posthu-*
mo numer. 4. C. de bon. possess. contrà tabul. Alex. in l.
quod dicitur num. 7. ff. de liber. & Posth. Fulgos. cons.
69. & alij adducti per *Rip. vbi suprà num. 4.* & ratio est
quia natus in 6. mense non potest aliquo pacto viuere
secundum eos.
Octauo mense partum viuere non posse videbatur
16 magis verum ex *Hyppocrat. lib. de Carnib. in fine, &*
lib. de octim. part in princ. Arist. de Histor. animal. lib. 7.
cap. 4. Plin lib. 7. Histor. cap. 7. & apud Legistas rem
esse decisam conatur ostendere Doctor *Mart. d. vot.*
55. num. 6. vbi allegat *Benedict. in cap. Raynutius ver-*
17 *bo sobolem, quam gestabat in vtero num. 31. de testam.*
& in cons. 7. num. 3. Soccin. in l. quidam, ff. de liber. &
Posth. & in l. cum auus num. 110. ff. de Condic. & de-
monstrat. Negusant. cons. 19. Fulgos. cons. 69. numer. 2.
Afflict. dec. 236 per tot. Marc. dec. 168. num. 4 par. 2. Lu-
douic. concl. 37. num. 1. Censal. ad Peregr. art. 43. vers.
tertiò obseruo pag. mihi 456. cum alijs ibidem allega-
tis, *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 277.*
num. 1. & 2. & sic etiam latè *Boer. dec. 220.* qui firmat
hunc filium abortiuum, non rumpere testamentum,
neque transmittere hæreditatem, quia habetur pro
mortuo; dummodò verè constet, ipsum esse natum 18
in 8. mense, & latiùs *Rip. d. tract. de act. in mort. artic.*
cap. 3. num. 9. quod, si quis nascatur 8. mense, quia nul-
lo pacto viuere potest, habeatur pro non nato, seù
pro eo, qui sit natus mortuus, & concordantes alle-
gat *Clar. §. testamentum quæst. 45. Paris. consil. 56.* 19
num. 9. lib. 2. Odd. cons. 28. num. 12. & 13. vbi quod
natus 8. mense non facit deficere fideicommissum re-
lictum in defectum filiorum, & in *tract. de compend.* 20
substit. part. 6. quæst. fin. art. 2. Bursatt. consil. 63. num.
18. Rugger. consil. 1. vol. 1. Menoch. de Præsumpt. lib.
6. præsumpt 52. num. 15. vltrà adductos per *Zacch. vbi*
suprà d. quæst. 4. num. 3. 4.
Quamobrem nec etiam connumerari posse natum
in 8. mense inter 12. liberos ad immunitatem conce-
dendam voluit *Rip. vbi suprà,* quem sequitur, alijs de 21
more cumulatis *Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gloß.*
4. par. 1. num. 39.
Nihilominùs contrarium, octimestrem esse magis
vitalem, quam septimestrem, voluit *Cardan.* quem 22
sequitur *Zacch. d. lib. 1. tit. 2. quæst. 4. numer. 16.* & la-
tissimè probat *Schinck. d. lib. 4. de part.* vbi, auctorita-
te eiusdem *Cardan.* ostendit, suo tempore, multos octi-
mestres vixisse, & præcipuè meminit de Cardinali
Sfondrato, & alijs, & cęteri relati à *Verdè d. obseru. 4.*
num. 45. Vndè per eius natiuitatem non rumpi testa-
mentum docent *Angel. Abb. Alber. Falin. Corn. Dec.*
Boer. & alij allati à *Sfort. Odd. d. cons. 28. num. 22.* vbi
latissimè; nec huic opinioni est in totum contrarius
d. cons. numer. 17. vbi videtur Palinodiam cantare,
& meliùs pro hac parte scripsit etiam *Peregr. de Fi-*
deic. art. 43. nu. 29. Sanfelic. dec. 691. num. 19. Paschal. de
Vir. Patr. potest. par. 4. cap. 19. Borell. cons. 28. nu. 56. vbi, 23
quod natus in 8. mense connumeratur ad obtinen-
dam exemptionem 12. liberorum.
Cùm igitur, ex hisce contrarijs opinionibus incer-
tum sit, quo tempore homo perfectè nascatur, est in-
spiciendum secundum aliquos, an partus, vel octi- 24
mestris, vel quinquemestris, vel in 6. mense natus na-
scatur perfectè organizatus necne; Et primo casu
posse succedere, testamentum rumpere, & connu-
merari in numero 12. liberorum si nascatur in 5. 6.
vel 8. mense. Secundo verò casu succedere non
posse.
Et hæc decisio præcipuè desumitur ex *textu in l.* 25
quod certatum est, C. de Post. hæred. instit. vbi Impera-
tor Iustinianus, post antiquorum dubitationes, circà
ruptionem testamentorum, per natiuitatem posthu-
morum, qui statim nati moriantur, decernit in sum-
ma, quod sufficit, si puer, perfectè natus est, licet il-
licò in manibus obstetricis decesserit, & vocem non
emiserit, quod verbũ, *perfectè*, Imperator statim sup-
plendo, declarat, ibi, *hoc tantummodò requirentes, si*
viuens ad orbem totus processerit ad nullum declinans
monstrum, vel prodigium, quæ verba punctualiter affe-
runtur à *Sfort. Odd. cit. cons. 28. nu. 16. Peregr. de Fideic.*
art. 43. num. 27. vbi plures adducit, qui textus fuit in
causa, vt titubauerit etiam *Rip. vbi suprà d. cap. 3. nu.*
18. & licet eum euitare conetur, explicando illa verba;
ad nullum declinans monstrum, vel prodigium, hoc est,
eum, qui nascitur 6. mense satis monstrum dici posse
vt num. 19. 20. 21. nihilominùs difficultatem non mihi 26
videtur superare, & dubium soluere.
Et valdè confert pro hac opinione quicquid affir-
mant *Caranz. & P. Molphes.* relati à *Censal. ad Pere-*
grin. art. 43. pag. 456. vers. 3. obseruo, circà medium,

vbi quod, quia iſti aliquando vitales naſcuntur, hoc
eſſe relinquendum peritorum iudicio, vt ſunt Medi-
ci, & obſtetrices, & valeat aliquando includi hic pa-
ctus ità æditus in nouiori Iuſtiniani Conſtitutione
27 l.quod iſtarum, C.de Poſth. hæred. inſtit. vbi, qui perfe-
ctè natus fuerit, venit admittendus. Vndè, quia octi-
meſtrem, & quadrimeſtrem experientia docuit viue-
re non poſſe, tertum eſt, non admitti, nec rumpere
teſtamentum, quinquemeſtres autem, & ſemeſtres
aliquando admitti valent; nam hi tales aliquando
perfectè naſcuntur, & ea, quæ ſecundum naturam ob-
ueniunt, licet raro accidant, ſemper conſiderantur, vt
28 probat Ciranz. de Part. natur. nu. 11. cui opinioni pari-
ter ſubſcribit idemmet Ceuſal. d. verſ. 3. obſeruo in fine
quæſt. 457. col. 1.

Hinc eſt, quod iuxtà hanc ſententiam, eſt veriſſi-
mum, (quicquid dicant Afflict. deciſ. 236. Mantic. de
Coniect. lib. 11. tit. 6. num. 10 Clar. §. teſtamentum quæſt.
45. num. 3. Soccin. Sen. in l. cum auus, ff. de condit. & de-
monſtr. Eugen. conſ. 28. num. 4 Honded. conſ. 60. numer.
43. Gramat. conſ. Ciuil. 154. & ceteri allegati per D.
29 Franciſc. Verde d. tract. de Fæt. animat. & natiuit. ap-
pend. 3. num. 67.) natum in 8. menſe poſſe ſuccedere,
cum propriè abortus non ſit, & faciat conditionem,
ſi ſine filijs, ceſſare, dummodò viuus naſcatur, con-
30 cordant, Bald. conſ. 407. in fine, & conſ. 100. lib. 3. Corn.
in l. quod certatum, C. de Poſth. hæred. inſtit. Dec. conſ.
623. num. 3 Capoll. conſ. 50. Ciuil. & alij quos citant, &
ſequuntur Peregrin de fideic. art. 43. numer. 29. Odd. d.
conſ. 28. num. 15. vſque ad finem, vbi latiſſimè, & do-
ctiſſimè hanc ſententiam defendit, Ceuſal. ad Peregr.
d cap. 43. verſ. tertiò obſeruo, in fine, vbi allegat Pereir.
deciſ. Luſit. 99. Anton. de Amat. tom. 1. reſol. 48. numer.
6. benè Verdè. d. tract. in loco mox citato num. 69. vbi,
quod tantò magis debet opinio procedere, in partu
octimeſtri; quia ſunt magis vitales, quàm ſeptime-
ſtres, vt etiam probat Zacch. vbi ſuprà d. quæſt. 4. num.
31 16 Sed ſeptimeſtres non ſunt abortiui l. ſeptimo men-
ſe, ff. de ſtat. homin. ergo non octimeſtres; Hos autem
eſſe vitales, docet experientia, auctore Plinio lib. 7.
cap 5. vbi teſtatur in Italia viuere, & hodiè Neapoli
pariter viuere affirmat, Verdè vbi ſuprà, & concor-
dantes Medicos adducit; imò ratio naturalis id ſua-
dere poteſt; nam, quantò magis accedit ad tempus
32 natiuitati debitum, eò magis partus eſt perfectus,
at magis accedit octimeſtris, quàm ſeptimeſtris, er-
go &c. Vndè, iure meritò, ad ſucceſſionem eſt admit-
tendus.

Et ſimiliter octimeſtrem ſuccedere matri contrà
33 Afflict. deciſ. 239. Alciat. l. qui mortui, ff. de verb. ſi-
gnif. Marc. dec. 68. num. 6. par. 2. tenet Boer. dec. 220.
vbi dicit malè fuiſſe iudicatum apud Afflict. Nam,
ſatis eſt puerum viuum naſci, & in orbem perfectè
procedere, & vir ſuperſtes dotem lucratur, quia iura
in l. vxoris abortu, & l. 3. C. de Poſthum. hæred. inſtit.
tantum requirunt, & indiſtinctè, vt naſcatur vi-
uus, & hoc etiam, ſi ſecto ventre, editus ſit, l. quod
34 dicitur 12. ff. de liber. & Poſth. l. inteſtato 3. §. Princi-
pem, ff. de ſuis & legit. hæred. Mart. Medic. examin. 2.
num. 22.

Ex quo deducitur, Verde vbi ſuprà num. 70. aliud
35 non requiri, niſi, vt naſcatur octimeſtris, ergo ſucce-
dit, nam eſt vitalis; ſi enim vitalis non eſſet, nunquam
viueret, quod eſt contrà Experientiam.

Accedit in tanta Doctorum varietate, dubium ſal-
tem eſſe, an octimeſtris poſſit viuere; at in dubio par-
36 tus præſumitur vitalis, licet moriatur d. l. vxoris abor-
tu, d. l. quod certatum, d. l. ſeptimo menſe, vbi, Bald. &
Dec. cap. per tuas col. 2. de Probat. Paciau. de probat. cap.
10 lib. 2. num. 4. Peregr. de Fideic. d. art. 43. nu. 30. verſ.
difficultas.

Ità pariter de nato in 6. menſe, contrà Alex. Socin.
& Tiraquell. & Iaſ. quod matri ſuccedat, & faciat
ceſſare conditionem ſi ſine filijs tenet Verdè vbi ſuprà 37
num. 81. append. 6. & pro ſua opinione allegat Angel.
in d. l. quod dicitur, Bald. conſ. 120. lib. 1. & conſ. 113. lib.
5. Stephan. Bert. conſ. 117. Falin. in cap. ſicut de ho-
micid.

Imò putat, quod, ſi filius naſcatur perfectè orga-
nizatus, cum ore; Vndè poſſit alimentum ad ſtoma-
chum traijcere, quocumque tempore naſcatur, ſem-
per ſit vitalis, ex quo habet principium vitæ, ſci-
licet animam, & habet inſtrumentum ad vitam ma- 38
nutenendam, nec aliud rationabiliter poteſt exigi, vt
natura vitalis ſit; concludit itaque natum 6. menſe eſ-
ſe vitalem, licet quandoque ex debilitate virtutis or-
ganizaturæ, nec iſto tempore ſit perfectè formatus, & 39
vitalis; Vndè, ſi erit perfectè organizatus, quod ſenſu
percipi poterit, etiam ſi vocem non emiſerit, erit
capax ſucceſſionis l. qui teſtamento, §. 1. ff. de teſtam.
Et præteritus rumpit teſtamentum, nam eſt integrum
animal, quod ex ſe ſufficit l. quod dicitur 12. ibi, inte- 40
grum animal, ff. de liber. & Poſth.

Nec obſtat, vt ipſemet ait, natum in 6. menſe non
eſſe perfectum, d. l. inteſtato in fine, ff. de ſuis, & legit. 41
hæred. nam, ibi hæc continentur verba, de eo vero qui
182. die natus eſt Hyppocrat. ſcripſit, & D. Pius Ponti-
ficibus reſcripſit, iuſto tempore natum, quia argumen-
tum à contrario ſenſu non valet, vt latiùs Verdè d.
Append. 6. num. 85.

Et ſic non ſolum natum 6. menſe, ſed etiam quin-
quemeſtrem eſſe poſſe vitalem, & legitimum, autu-
mat ipſemet Verdè append. 20. num. 123. quod deſu-
mit non ſolum ex incertitudine temporis humanæ
natiuitatis, de qua ſuperiùs, ſed etiam ex ipſamet ex- 42
perientia, teſte Cardan. lib. 1. contrad. Med. ſect. 3. qui
duos refert, vnum natum die 168. & alterum 170.
& Ferdinand. Men. Profeſſor Public. & Medicus Ca-
tholici Regis, in comment. Hyppocrat. de part. ſeptim.
cap. 4. vbi affert exemplum de Pincerna Rege Fran-
corum; conſentit Valeſ. lib. 6. Epidem. 2. ſect. 3. Mon-
tereg. lib. Anaſt. morb. 40 & 41. Horat. Anneſ. in tract.
quod certum nouſit naſcendi tempus, refert de puero
Comitatus Auximanæ Diocæſis nato in 5. menſe,
Schink obſeru. Medic. tom. 3. lib. 4. num. 151. & ex Le-
giſtis conſentit Roger. conſ. 1. numer. 4. licet diſſentiat 43
Rot. in cit. dec. Auximana Alimentorum penès Donat.
Anton. de Mariu. lib. 1. cap. 277. num. 6. In qua fuit
reſolutum natum in 5. menſe poſt matrimonium
contractum, qui viuat, non cenſeri legitimum, quam
opinionem video etiam admiſſam per Seraph. dec.
1282. num. 11.

Sufficit, igitur, iuxtà hanc opinionem, vt quis viuus
prodeat ad lucem, & ſit cum ſuis membris organiza-
tus, ad hoc, vt abortus non dicatur, ſuccedat, & faciat 44
deficere conditionem, ſi ſine liberis &c. cum, vt oſten-
ſum fuit, viuere poſſit.

Quaptopter etiam ſi quis veniat ad lucem, ſecto
materno ventre, dum concurrant ſupradicta requiſi-
ta, abortus non dicitur, ſed ſuccedit, & teſtamentum 45
rumpit in l. 1. §. ſi qua prægnans, ff. vnd. cognat. l.
quod dicitur 12. ff. de liber. & Poſth. ibi, ſi ex ſecto ven-
tre editus ſit rumpit teſtamentum, l. 1. §. ſed etſi ma-
tris, ff. ad Senat. Conſult. Tertull. latè, Peregrin. de
Fideic. art. 43. nu. 26. Vndè ad feudum, & ſucceſſiones
iſti Cæſares admittuntur Bald. in l. vlt. verſ. vidi dubi- 46
tari, C. de ſuis, & legit. Alberic. in l 1. in fine, C. de liber.
& Poſth. Ludouic. concl. 37. verſ. & partus, Mart. Medic.
examin. 2. num. 22.

Ego tamen ab opinione Rotæ Rom. in d. Auximana
Alimentorum, de qua poſt dictam reſol. 277. lib. 1. Do- 47
nat. Anton. de Mariu. non recederem, quod partus
antè

ante septimum mensem natus, non dicatur vitalis, & ob id non faciat deficere conditionem si sine liberis, sed reputetur, tanquam non natus in omnibus, & per omnia, vt etiam benè ostendit *Zacch. quæst. Medicoleg. 2. num. 17.*

Et ratio mihi videtur desumi posse, ex eo, quod,
licet verum sit, quòd aliquando natus ante septimum
mensem vitalis fuerit, nihilominùs, si id accidit ali-
quando non est iuxta ordinem naturæ, sed præter na-
48 turale, vt benè ostendit *Spigel. in loco supracit §. in pri-
mis autem, Harueus de Part. pag. 335.* & cum propte-
rea non possit haberi ratio ad id, quod per accidens
euenit; vt in similibus terminis de mortuo resuscita-
to miraculosè, & præter ordinem naturæ, quòd non
consequatur legatum, si tempore mortis erat incapax
firmat *Bartol. in l. intercedit, ff de condit. & demonstr.*
& alij allegati ab *Hodiern. in l. hac edictal. quæst. 15.
nu. 7. 8.* & accidentalia non habeantur in considera-
tione *l. item veniunt, §. cum prædiximus, ff. de petit.
hæred. Cagnol. in l. secundum naturam, num. 21. ff. de
regul. iur. Surd. de Alim. tit. 9. quæst. 43. num. 46.* non est
tenendum tales partus esse vitales.

Prædicta tamen sunt intelligenda, iuxta tradita per
Siluatic. d. cons. 64. cent. 4. quod aliquando possit ac-
49 cidere, vt partus habeat 5. vel 6. menses, & nihilo-
minus dicatur vitalis, quando scilicet tetigit 7. men-
ses Lunares, vel menses Peragrationis qui constant
diebus naturalibus 23.

Et ita possunt conciliari diffidentes opiniones in hac materia.

50 Quo, verò, ad octimestrem, absque difficultate te-
neo, eum esse vitalem, & ideò est assentiendum opi
nioni eorum, de quibus suprà *num. 22. & seqq.* vt par-
tus octimestris verè dicatur vitalis, vt optimè etiam
ostendit *Zacch. vbi suprà d. quæst. 4. num. 16. & seqq.
Schink obseru medic. d. lib. 4. de part. pag. 639.* vbi plura,
quod partus octimestris secundùm naturam viuere
possit.

In illa autem quæstione: An legatum relictum mu-
lieri, vel nascituro, si liberos pariat, locum habeat in
puero, secto materno ventre, extracto, dicendum
est, quòd, si loquamur de matre, non admittitur
ad legatum, cùm re vera peperisse non dicatur, vbi
51 filius fuit extractus ab vtero secto *tex. in l. anniculus
admittitur, §. vlt. ff de Verb. signif.* ibi, *falsum est eam
peperisse, cui mortua filius extractus est, Bald. in l. Are-
thusa 15. in fine, ff. de stat. hom.* Vnde legatum matri
52 non deberi, hoc casu, dixerunt, *Ruin. in l. Gallus, § &
quid si tantum, ff. de liber. & posth.* & alij repetentes
in d. l. quod dicitur.

Si de nascituro sit sermo, *Bald. cons. 12. lib. 1. Socin.*
53 *l. 1. col. 14. in 8. limit. ff. de vulgar. & pupillar. Felin.
in cap. sicut ex literarum de Homicid. Dec. in l. qui præ-
gnantem de Regul. Iur.* debere admitti affirmarunt,
54 etiam, si secto dicitur peperisse decedens in puerpe-
rio *Bald. d. cons. 112. lib. 1.* explicando tamen *d. l. anni-
culus*, declarant conclusionem procedere in patre fi-
lio legante, non verò in extraneo, quia pater æquè di-
55 ligit filium natum secto ventre, ac orto iuxta exigen-
tiam rerum, & in faciendo legatum respexit ad fi-
lium, non ad modum natiuitatis, de quo modo non
est curandum, quando est habita rei substantia *l. ma-
ter, C. de Instit. & substit.* & hoc, quia ità pater statuis-
set, si fuisset interrogatus; Vndè pro disposito habe-
tur, *l. Titius 25. §. Lucius, ff. de liber. & Posth.*

Sed hæc limitatio non placet *Franc. Verdè d. tract.*
56 *de Fæt. animat. append. 10. num. 101.* Nam, si valet, in-
stitutio facta à patre, valebit pariter institutio fa-
cta ab extraneo; eadem enim vrget regula (si præ-
uidisset, statuisset,) & ratio suadet; Nam magis
mens, quam verba sunt spectanda *l. cum virum, ff.
de Fideic.* & si relinquit rem nascituro, quando mater in partu minùs patitur, tanto magis, quando secatur, nam tunc est magis miseratione dignus; Vndè concludendum est succedere in vtroque casu, natum, secto vtero materno, vt concludit *Verdè vbi suprà* respondendo ad *tex. in d. l. anniculus 132. ff. de verb. signif.*

Si verò infans, tantum, caput, viuus, emiserit, &
ibi, inter angustias pereat, non rumpit testamentum,
nec reuocat donationem; quia *l. 1. C. de Posth. hæred.* 57
Instit. vult, vt perfectè sit natus, & viuus totus proce-
dat in orbem ad hoc, vt natus censeatur, *Peregrin. de
Fideic. art. 43 num. 31.* & alij adducti per *Verd. d. tract.
append. 11. num. 102*, poterit tamen in capite bapti-
zari, vel in alia parte, quæ appareat; quia Deus Sa-
cramentum tantæ necessitatis nullis cancellis angu-
stiauit, vt, alijs adductis, monet *Verde. vbi suprà nu-
mer. 103.*

Extractus verò ab vtero, reciso aliquo membro,
extractionem impediente, licet totus perfectè na-
tus dici non possit; tamen, quia re vera est filius, &
perfectus homo, tenet *Verd. append 12. num. 104.* quod 58
si viuat post extractionem possit succedere.

Nam *tex. in d. l. 3.* quando vult, vt totus procedat ad orbem, tantum exigit, ne antè natiuitatem moriatur, & præcipuè, quia afflicto adderetur afflictio, contrà *tex. in l. nauis, §. cum autem, ff. ad l. Rodiam de Iactu. l. Diuus Marcus in princ. ff. de Offic. Præsid. l. si idem, ff. de Iurisd. omn. iudic.* cum similibus ita tenent *Corn. & Alciat. in d. l. qui mortui*, & faciunt tradita per *Rot. coram Penn. dec. 521. Mart. Medic. examin. 2. num. 2.* qui plura de materia.

Et tandem sciendum est, quod, in dubio semper
partus natus præsumitur tempore legitima, & pars,
quæ hoc negat debet probare *l. ei qui incumbit, & l.* 59
*cum qui, ff de probat. l. auctor, C. eodem, Verd. append. 19.
nu. 122. Rot. coram Penn. d. dec. 521. nu. 19.*

Natura etenim aptis temporibus fætum in lucem
prodit, & præsumptio est matrem peperisse iustis tem-
poribus, *Socin. Iun. cons. 35. nu 24. & 25. vol. 2. Bursatt.* 60
cons 63. nu. 21. & præsumitur vitalis viuens per horam
Menoch. cons. 244. nu. 7. & 39. vol. 3. Verd. vbi suprà pro- 61
ximè nu. 127. in fine.

Quæ sint coniecturæ, ex quibus dignoscatur par-
tum esse vitalem, ostendit *Ludouic. concl. 37.* & ex Me- 62
dicis *Zacch. quæst. Medicoleg. lib. 1. tit. 2. quæst. 7.*

An verò sint vitales partus, vltra nonum mensem
videlicet *in 10. 11. 12* multa tradit idem *Zacch. d. lib. 1.* 63
*tit. 2. quæst. 5. 6. Spigell. d. loco in Epist. post tract. de part.
generat. Francisc. Piazzon. Schinck obseru medic. d. lib. 4.
pag 639. & 640.*

His itaque præcognitis, apparet non benè sensisse
Martam, *vot suprad. 55 num. 6. & seqq.* vbi asserit vali- 64
dè fieri pacta successoria super hæreditate infantis
octimestris, tanquam fuerit pactum interpositum su-
per hæreditate mortui, cum re vera octimestris possit
viuere, & de facto pluries vixerit; Vndè potiùs con-
trarium firmandum erat, quod non valeant huiusmo-
di pacta, & simili modo esse statuendum arbitror,
in alijs infantibus vitalibus, quos supra dictum
est, posse succedere, & rumpere testamentum pa-
tris.

Quando de eius, qui mortuus credebatur hæredi-
tate agitur, an valeat pactum, est non modica inter
Doctores controuersia; Et nonnulli tenent; quod si
fuit pactum super hæreditate viuentis illius, quem pa-
ciscentes credebant mortuum; licet viueret, si po- 65
steà mortuus sit, & ad paciscentes illius bona sint
deuoluta, validè fiat, & iure subsistat, vt *Alex. in l.
si quis mihi bona, §. sed vtrum, ff. de acquir. hæred.
col. 2.* quem referunt *Cagnol. d. l. fin. num. 70. & Bo-
lognett.*

lognett, num 48. Menoch. consil.502. num. 36. Bellon.
de Iur. Accresc. cap. 7. quæst. 54. num. 33. cum qui
bus etiam pertransit ipsemet *Cagnol. loco cit.* quia,
eredendo eum mortuum, non potest præsumi habuis-
se votum captandæ mortis, nec desiderium anhelan-
di ad bona.
Vndè videmus, quod etiam in beneficialibus non
66 punitur impetrans beneficium illius, qui mortuus
credebatur, *Dec. consil.398. Cagnol. vbi suprà d.num,*
Menoch. d. consil. 502. num. 36. & quando adest ru-
mor, & fama aliquem esse mortuum excusatur is
67 qui illius hæreditatem adiuit, *Roman. l. si quis mihi,*
§. sed vtrum, num. 6. ff. de acquir. hæredit. quem alle-
gat *Menoch. d. consil. & eodem num.* Et licet posset
allegari pro contraria textus *in l. nec nos, 4. Cod. de*
Captiu. & Postl. vbi deciditur, quod *super facultati-*
bus eius, cuius incerta vita, aut fortuna fuit, transigi,
68 *vel iudicari non possit.* Tamen asserit *Cagnol.* illum
tex. esse intelligendum, quando paciscentes de vita,
aut morte dubitabant, secùs verò, quando iusta cre-
dulitate moti, eum mortuum præsumunt.
Et similiter non refragatur, quicquid dicant feudi-
stæ relati à *Dec. consil.* 144. quod, si Princeps inue-
stiuerit Semptonium, de feudo, quod tenebat Titius,
69 credens Titium mortuum, qui viuebat, non valeat,
nec habeat effectum inuestitura, mortuo postmodum
eodem Titio. Nam respondet pariter *Cagnol.* quod
ita obseruatur in rescriptis gratiosis, in quibus at-
tenditur tempus datæ, *cap. iam te, de Rescript. cap.*
si eo tempore, eodem tit. lib. 6. & dixit etiam *Sera-*
phin. dec. 34. num. 9. Gratian. discept. for. cap. 191.
num. 2. Paris. de Resignat. lib. 8. quæst. num. 11. Mer-
lin. dec. 281. Barbos. in cap. capitulum, nu 5. de rescript.
Vnde, si alicui conferatur beneficium tamquam
vacans, per mortem talis, vel mandetur conferri, &
70 tempore collationis, vel mandati beneficiatus non
erat mortuus, licèt postea moriatur, non valebit
collatio, nec mandatum poterit adimpleri, per præ-
dicta; Ideò non est trahendum ad casum nostrum, vbi
fit dispositio, tanquam de, & super hæreditate mor-
tui, non de hæreditate viuentis, & sub conditionibus
de quibus *in textu in d. l. fin.*
Contrariam sententiam nihilominus defendit *Bo-*
lognett. d. loco; nam ex aduerso dicta ei non satisfa-
ciunt; quia, si isti paciscentes credebant eum mor-
71 tuum, credebant etiam se esse hæredes, cum, si non
credidissent se esse heredes, frustrà paciscerentur, ergo
eorum actus valere non potuit: quia, qui paciscitur
de re tanquam sua, quæ non est sua, non obligatur *l.*
procurator & l. cum in corpus, ff. de acquir. rer. domin.
& latiùs, quod paciscens de re aliena, vel faciens lega-
72 tum de bonis, quæ credebat esse sua, non obligetur
nec valeat legatum, dixit *Rot. dec. 309. nu. 4. par. 1. rec.*
Otthobon. dec. 109. num. 2.
Et tantò magis, quando quis paciscitur tanquam
73 hæres, qui verè non sit hæres, vt probatur in citata
lege nec nos, C. de Capt. & Postlim. nec verum est, quod
ibi esset dubium de morte matris, sed verè putabant
contrahentes esse mortuam, vt demonstrat cum *Bar-*
tol. ipsemet *Bolognett.* Et in omnem casum hic deficit
forma de qua suprà, nempè, vt ille consentiat, de cu-
ius hæreditate agitur.
Nec obstat, quod non delinquant paciscentes, quia
adhuc actus non potest substineri ex capite erroris.
Est tamen verum, quod valeret pactum, si ille ter-
tius, qui mortuus credebatur, informatus de pactio-
ne, ratificasset, & præstitisset consensum, vt firmat
74 *Bolognett. d. num. 48. in fine.*
Aliam quæstionem; an pactum valeat, de hæredita-
te illius, de cuius vita, vel morte dubitatur tangunt,
75 *Vasq. de success. creat. §. 18. nu. 224. Bologn. vbi sup. n. 35.*
necnon *Cagnol.* pariter *d. l. fin. num. 35.* qui dicit, quod,
licet, prima fronte videretur affirmatiuè responden-
dum; quia tale pactum non est plenum tristissimi euen-
tus, cum ille iam sit mortuus, nec possit dici factum
contrà eius voluntatem, ex quo mortuus est, nihilo-
minus contrarium defendit. Quia, quando tractatur
de hæreditate alicuius, quantum ad contrahentem,
paria sunt aliquem viuere, vel mortuum esse, & dubi- 76
tari, an viuat, vt est *tex.* notabilis *d. l. nec nos, C. de*
Captiu. Sed, si viueret ille, de cuius bonis, & hæredi-
tate ageretur, dispositio non subsisteret, ergo nec si
dubitetur; an viuat. Quia quantum ad paciscentes
tale pactum dicitur turpe, & in eorum odium, mi-
litant rationes supra ponderatæ ad *legem fin. C. de*
Pact. cum enim dubitent an viuat, fingitur viuere, 77
quoad eos; nam dum stat dubium, an quid se habeat,
ad prohibitum, an ad permissum, stat, vt prohibi-
tum ex *textu in l. 1. §. si pendeat, ff. ad Macedon.* Vn-
dè concludit, quod, si Titius, habens eius cognatum
in partibus Prouinciæ, qui graui laboret infirmitate,
vel decessit factis illi multis legatis, vel relicta eius
successione, cedit, donat, transigit &c. omne ius, quod
habet, vel habere potest in hæreditate, & successio-
ne prædicta, talis cessio, donatio, transactio, &c. nul-
lius est momenti; Et latiùs idem firmauerat *Cagnol.*
ad l. 1. de Pact. num. 60. vbi, quod, sicut non valet pa- 78
ctum de hæreditate viuentis, similiter nec de hæredi-
tate mortui; de quo tamen dubitatur, an viuat; non
enim sufficit habere potentiam paciscendi, nisi paci-
scens se posse verè sciat *l. hæres institutus, & l. qui hæ-*
reditatem, ff. de acquir. hæred. l. quæro, ff. pro eo qui pro
tutor.
Et licet, pro contraria posset allegari *Barbat. in* 79
cons. 11. col. 8. lib. 1. quem refert, & sequitur *Cagnol.*
d. l. fin. num. 39. & d. l. 1. num. 62. Bolognett. pariter d. l. 1.
num. 58. vbi concluditur beneficium Clerici vagabun-
di, eiusque qui ignorabatur, an viueret, posse con-
ferri per eum, ad quem spectat collatio, ad *textum in*
l. libera 49. ff. de pecul. & gloss. in cap. non oportet il
2. in verbo proficisci de consecrat. distinct. vlt. vbi li- 80
cet dubium sit de vita, iudicatur, vt de morte, cum
beneficium possit alteri conferri, ac si beneficiatus es-
set mortuus, tamen *Cagnol.* à sua opinione non disce-
dit *d. l. fin. nu. 39.* sed dicit, quod dictum *Barbat.* tutum
non sit; Nam *Fælin. in cap. quoniam frequenter,* de hoc
dubitat, & videtur adhærere contrariæ opinioni per
tex. d. l. nec nos de Captiu.
Nec obstat *l. libera peculij*, supradicta; quia ibi in-
terdicitur administratio seruo vagabundo, ex quo
Dominus dubitat de vita illius, cum æquiparetur fu-
gitiuo; qui abutendo concessione sibi per Dominum 81
facta illum amittit, sed respectu hæreditatis, & bono-
rum liberi hominis, qui vtrum viuat, dubitatur, & re-
rum suarum administrationem retinet, nihil facit.
Quod ampliat *numer. 37.* esse intelligendum, quo-
ad nullitatem pacti, non verò respectu pœnæ confi- 82
scationis bonorum, de qua latè superiùs dictum fuit
cap. 16.
Bolognett. tamen, licet conueniat cum *Cagnol.* quo-
ad pacti inualiditatem, tamen reprobat *d. loc. num. 29.*
dicta per eundem *Cagnol.* ratione inualiditatis; nam
firmat non valere, ob rationem, de qua *in d. l. nec nos,*
non tamen propter rationes legis nostræ, quod latiùs 83
explicat *d. l. 1. C. de Pact. num. 57.* & asserit, quod si non
valerent, per rationes nostræ *l. fin.* pœnæ esset locus, &
bona ad fiscum deuoluerentur, quod non sequitur.
Ad quod corroborandum, tradit exemplum em-
phyteutæ, qui, licet vadat vagabundus per orbem, &
ignoretur, vbi sit, & an viuat, si procurator soluat; em- 84
phyteusis non potest reuocari, cum propter dubium
viuus præsumat.

Idem-

Idemque procedit in eo, qui instat pro caducitate, ob lineam finitam, qui debet omninò probare lineæ deficientiam, & mortem omnium vocatorum, alias
85 non obtinebit, vt, alijs omissis firmauit *Rot. in Romana Emphyteusis, siue Deuolutionis Domus 27. Iunij 1661. coram Reuerendiss. Decano post tract. dec. 14. num. 1. & 31. Maij 1660. coram R.P.D. Beuilaqua post tract. dec. 44. num. 1.*

Et qui fundat se in morte, illam debet probare; nam est quid facti, & non præsumitur, *Cornazz. dec. 105. num. 5.* nisi post centum annos *Rot. coram Duran. dec. 301. num. 4.*

Ad exemplum Clerici vagabundi respondet, quod
86 quando vagabundus est clericus potest priuari beneficio ex capite non residentiæ positis edictis ad valuas post sex menses, *cap. Tua, de Cleric. non resid.* Quod non cadit in Emphyteuta; & ideò placet, quod non possit reuocari emphyteusis probata morte, vel per famam, vel per alias concludentes probationes, quibus solet mors probari.

87 Et probatur etiam *in l. Et si quidem, C. solut. matr.* vbi dos, quæ est maioris præiudicij non potest repeti, nisi probata morte verè per verisimiles probationes,
88 cum homo viuere præsumatur centum annis, *l. fin. C. de Sacros. Eccles. Rot. dec. 105. num. 5. par. 6. recent.*

CAPVT XXVIII.

Pactum futuræ successionis, an debeat obseruari in foro conscientiæ. Negatiua sustinetur. Et firmatur quod talia pacta, neque pariant naturalem obligationem, neque iure gentium sint valida.

SVMMARIVM.

1 *Pactum futuræ successionis est seruandum in foro conscientiæ.*
2 *Leges in præsumptione fundatæ non obligant in foro conscientiæ, quando non est verum id quod leges præsumunt.*
3 *Vbi lex priùs supponit, & postea aliquid disponit non verificatur dispositum, nisi priùs suppositum verificetur.*
4 *Quod pactum futuræ successionis in foro conscientiæ non sit seruandum.*
5 *Quando aliquid prohibetur ob præsumptionem delicti seruatur ius Ciuile in foro conscientiæ, & Canonico.*
6 *Paciscens super iure successionis nullo iure obligatur.*
7 *Nefas est hominem homini insidiari.*
8 *Tales conuentiones non pariunt obligationem naturalem.*
9 *Non valent, neque iure gentium.*
10 *Quando quis nullo iure tenetur ad implendum, excusatur in foro conscientiæ.*
11 *Conuentiones à iure Ciuili improbatæ sunt seruandæ in conscientia, quando pariunt obligationem naturalem, aliàs non.*
12 *Præsumptionis genus duplex, scilicet, quando lex aliquid præsumit in quouis casu singulari, & legem statuit singularem in illo casu, vel quando disponit mediante lege generali.*

AFfirmatiuam opinionem, quod, in foro interno debeant obseruari pacta nostra successionis
1 futuræ, licèt nulla sint in foro fori, tenent *Felin. in cap. 1. de Constit. num. 40. versic. Hanc fallentiam. Purpurat. nostra l. fin. num. 122. & 123. Censal. ad Peregr. art. 51. vers. Quintò declaratur, pag. 525. col. 2. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20. nu. 30. versic. Secundo limita,* cum alijs allegatis à *Formosin. in cap. cum contigat, de iureiur. quæst. 12. num. 11.* maximè, quando verè conuentio, non fuit nisi recto fine, inita; nam, cum decisio huius legis, sola præsumptione periculi captandæ mortis nitatur, leges in præsumptione fundatæ solùm obligant in foro conscientiæ, quando verum est 2
id, quod lex præsumit, *Felin. in d. cap. 1. d. num. 40. de Constit. Seraphin. vbi suprà num. 30 post medium*, vbi respondet *Bolognet.* qui, pro contraria citari solet, & regulariter traditur, quòd vbi lex priùs supponit, &
post aliquid disponit, non verificatur dispositum, nisi 3
priùs suppositum verificetur, *Altograd. consil. 36. num. 16. lib. 1.*

Sed, his non obstantibus, contraria sententia est amplectenda, quòd, neque in foro conscientiæ pacis-
scens sit obligatus pactum seruare, vti tenent, præ cæ- 4
teris, *Bolognett. d. l. fin. num. 49. Caguol. ibidem num. 73. Molin. de Iustit. & Iur. tom. 2. tract. 2. disp. 271.* cuius verba afferuntur à *Castill. lib. 3. controu. cap. 9. num. 24. Merend controu. lib. 1. cap. 18 num. 4. 5. Sanch. in Decal. d. lib 7. cap. 2. num. 37.* latissimè *Formosin. d. cap. cum contingat, de Iureiur. quæst. 12. num 12.*

Et ratio, in qua fundantur, est illa, quod, quando
aliquid prohibetur propter præsumptionem delicti, 5
seruatur ius Ciuile, in foro conscientiæ, vt, auctoritate nonnullorum firmat *Bolognett. loco mox citato,* quem sequitur, & laudat *Castill. d. cap. 9. num. 23. circa medium.*

Et similiter, quia hæc conuentio à iure Canonico est reprobata *cap. 1. & 2. de Conceß. Præb. & cap. detestanda de Præb. in 6.* ergo etiam obseruanda in foro Conscientiæ, quantum ad inualiditatem actus, vt latissimè Doctores in locis proximè citatis, præcipuè *Bolognet. & Castill.*

Prætereà nullo iure obligatur, sic paciscens; non
Canonico, neque Diuino, quia vtroque iure sunt re- 6
probata, vt pluribus de more adductis firmat plenissimè *Castill. d. lib. 3. cap. 9. num. 21. Bolognett. d. l. vltima num 10. & 11.* vbi, quod est contra ius naturale, gentium, Ciuile, & Canonicum, quòd paciscentes incidunt in peccatum auaritiæ, faciunt contra præceptum *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*, ac insidiantur vitæ ipsius, de cuius agitur hæreditate, contra
præceptum naturale, quòd nefas est hominem homi- 7
ni insidiari, quæ verba latiùs afferuntur à *Castill. d. cap. 9. num. 22.*

Et magis specificè, quòd huiusmodi conuentiones, nec naturalem pariant obligationem, tenent commu-
niter Doctores, vt *Roman. d. l. 15. C. de Pact. Castren. n. 1.* 8
Dec. num. 7. Honded. cons. 40. nu. 8. Menchac. de succeß. creat. §. 18. num. 207. & 229. lib. 2. Harm. Pist. lib 4. qu. 2. num. 22. Dantb. de Testam. de mut. testam. potest. nu. 102. Castill. loco cit. num. 18 & seqq. Merend. controu. lib. 1. cap. 17. in princ. & cap. 18. Cyriac. controu. for. 88. num. 14. Cacher. dec. Pedem. 100. nu. 42. Capon. de Pact. quæst. 33. num. 11. Sanch. resp. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 34. in fine.

Sicuti, quòd, neque de iure gentium valida dici 9
possint, expendit *Caguol. d. l fin. num. 10. Mencac. de succeß. creat. d. lib. 2. §. 18. num. 196.* quos sequitur *Carleual. in Apolog. ad dec. 87. Rouit. num. 13. in fine.*

Si igitur paciscens, nullo iure, neque Diuino, neque Canonico, neque naturali, neque Ciuili, obligatur, sequitur, quod neque in foro conscientiæ alicuius rei debitor erit is, de quo agitur, cum, nullo iure, teneatur promissionem à se factam adimplere, vt perbellè docet *Merend. controu. d. cap. 18. num. 4.*

Castill.

Castill.cit.cap.9.num.18. Formosin. vbi supra num.12.

Et ita habemus, in similibus terminis, quod nulliter obligatus, & sine solemnitatibus, neque etiam in foro conscientiæ tenetur pactum, & promissionem seruare, *Duran.dec.18. dec.98. nu.18. & seqq. par.11. rec.* plura *Nathon. de Iustit. Vulner. par.2.tit.9. cap.7. num.4.* & in terminis testamenti nulli, ex defectu solemnitatum *Cyriac.contron.for.cap.445.num.13.& 14.* de qua re plura infrà *lib.3.cap.12.*

Nec dicatur conuentiones, quæ à lege Ciuili infir-
11 mantur, obseruari debere in foro conscientiæ; quia optimè respondet *Merend.d.cap.18. num.5.* quod debet intelligi, cum lex Ciuilis non impedit ortum naturalis obligationis. Hoc enim vbi fit, nec pactio, nec obligatio vlla, simpliciter, & absolutè loquendo, potest considerari; & proinde neque in foro conscientiæ is, qui promisit tenebitur stare conuentioni.

Et eo minus obstat quidquid fuit dictum, pro contraria opinione, nempè, quod leges non disponant,
12 vbi suppositum non fuit verificatum, &c. nam ad id respondet egregiè *Sanch. dict. num.37.* quod duplex est præsumptionis genus cui lex innititur. Primum est, quo legislator, in quouis casu singulari, aliquid præsumit, & ratione illius legem statuit, vt *in cap. is qui fidem, de sponsal.* præsumitur eum, qui post sponsalia accedit ad sponsam accedere affectu maritali, & ideo statuitur, ex tunc, perfici matrimonium, & quando lex huiusmodi præsumptioni innititur, ea cessante, in singulari etiam casu cessat lex. Posterius est, quo legislator non præsumit fraudes, vel delicti periculum in singulis casibus; sed quia prudenter existimat in re aliqua, nec rarò hanc occasionem præberi, quo hæc pro posse impediat, legem vniuersalem statuit, aliquid præcipientem, aut contractum imitantem, & huiusmodi lex non definit obligare in singulari casu, eo quod in eo cesset præsumptio illa, vt lex vim obligandi perdat; cum ergo *l. fin. C. de Pact.* innitatur præsumptioni posterioris generis, non satis est cessare in singulari casu, vt in eo non obliget. Hæc ille, &c.

CAPVT XXIX.

An sint valida pacta successionis futuræ, cum consensu eius, de cuius hæreditate agitur. Probata affirmatiua sententia, ampliatur vt valeant etiam sine iuramento. Potest tamen hic consensus reuocari, quandocumque placuerit, etiam tacita reuocatione. Disputatur vlteriùs an sufficiat, ex post, talem consensum interuenire. An iurans non reuocare, possit nihilominùs reuocare consensum; An sufficiat tacitus consensus. Et quis possit præstare hunc consensum; & quot testes ad eum probandum sint necessarij.

S V M M A R I V M.

1 *Valet pactum futuræ successionis cum consensu eius de cuius agitur hæreditate.*
2 *Forcatulus Dialog.55. refutatur.*
3 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*
4 *Scienti, & volenti non fit iniuria.*
5 *Consensus illius de cuius agitur hæreditate, facit cessare votum captandæ mortis.*
6 *Consensus, hoc casu, semper reuocari potest.*
7 *Sublatu acerbissima spe, tollitur captandæ mortis præsumptio.*
8 *Qui consentit in re à iure prohibita nihil facit.*
9 *Qui scit pactum super propriis bonis, potest euitare captandæ mortis periculum.*
10 *Qui non potest de vna re pacisci, non potest paciscenti consentire.*
11 *Consentiens huic pacto videtur facere conditionalem promissionem, si ad paciscentes hæreditas deuenerit.*
12 *A pactione semel perfecta recedere non licet.*
13 *Pactionibus adstringi non possunt viuentium hæreditates.*
14 *Consentiens huic pacto non tollit sibi facultatem testandi.*
15 *Hoc casu, hæreditas pacto potest transferri.*
16 *Mortis causa donatio non est prohibita.*
17 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
18 *Delictum non præsumitur vbi non adsunt animus delinquendi.*
19 *Valet nostrum pactum cum consensu eius, de cuius agitur hæreditate, etiam si non sit iuratum.*
20 *Potest reuocari consensus, & tacita reuocatio sufficit.*
21 *Renuncians succedit, si à patre institutatur.*
22 *Etiam si factum sit testamentum ante consensum.*
23 *Voluntatis mutatio in dubio non præsumitur.*
24 *In quocumq; actu voluntas non præsumitur mutata.*
25 *Sufficit ex interuallo iste consensus.*
26 *Ratihabitio æquiparatur mandato.*
27 *Vbi requiritur consensus pro suo interesse, sufficit ex interuallo.*
28 *Quando consensus non desideratur pro forma, sed gratia euitandi damni consentientis, satis est vt interueniat post.*
29 *Consensus Domini in alienatione emphyteusis potest interuenire ex post.*
30 *Verba tex. l. fin. C. de Pact. sciente, & ignorante, explicantur.*
31 *Præsentia, & scientia pro consensu non sufficit, quando est actus præiudicialis.*
32 *Præcedentia declarant sequentia.*
33 *Præcedentia in sequentia magis influunt, quam è contra.*
34 *Contra quod consensus debeat in actu ipso interuenire.*
35 *Consensus ad integrandam personam requiritur in ipso actu.*
36 *Vbi deest faciendi facultas in eo, qui facit, nihil ab ipso potest in esse deduci.*
37 *Verba l. fin. C. de Pact. contra Domini voluntatem declarantur.*
38 *Voluntas superueniens non facit cessare delictum.*
39 *Pacta ista sunt prohibita, quia sunt contra ius publicum.*
40 *Consensus debet interuenire in actu contra ius publicum, & non sufficit ratificatio.*
41 *Facere, quod non sit iniuria, dependet à voluntate offensi.*
42 *Post factum delictum non potest ex voluntate partium fieri, quod non sit delictum.*
43 *Valet pactum factum sub conditione, quatenus præstet consensum.*
44 *Vendens, & alienans feudum, vel emphyteusim, reseruato consensu Domini non delinquit.*
45 *Quando à principio adsuit consensus, & fuit reuocatus, valet pactum, si postea accedat idem consensus.*
46 *Legatum propter inimicitiam ademptum reconualescit facta reconciliatione.*
47 *Non admittit Merend. quod eo casu valeant.*

48 *Apri-*

48 *A priuatione ad habitum non datur regreſſus.*
49 *Penſio effecta nulla, non reuiuiſcit abſque noua reſeruatione Papæ.*
50 *Ex conſenſu nullum ius tribuitur paciſcenti.*
51 *Etiam quantum ad contrahentes.*
52 *Contrahentes non poſſunt, altero inuito diſcedere à contractu antequam tertius reuocet conſenſum.*
53 *Contractus perfectus non reuocatur.*
54 *Poteſt etiam reuocari conſenſus non obſtante iuramento appoſito de non reuocando.*
55 *Iuramentum non obligat mutato ſtatu rerum.*
56 *Reuocans tantum incidit in periurium.*
57 *Sed reuocatio erit valida.*
18 *Talis conſenſus inducit naturam vltimæ voluntatis.*
59 *Vltima voluntas licet iurata reuocatur validè.*
60 *Et procedit in quolibet actu de eius natura variabili.*
61 *Iurans ſeruare tale pactum non tenetur illud ſeruare ceſſante conſenſu tertij.*
62 *Iuramentum ſequitur naturam contractus cui accedit.*
63 *Reuocato conſenſu deficit obligatio in hoc pacto.*
64 *Pactum de non reuocando talem conſenſum non ſubſiſtit.*
65 *Vltima voluntas nullo pacto irreuocabilis eſſe poteſt.*
66 *Nemo ſibi poteſt in vltima voluntate legem dicere vt ſit irreuocabilis.*
67 *Valet pactum inter fratres de ſtando diuiſioni patris.*
68 *Si pater mutat teſtamentum, pactum corruit.*
69 *Hic conſenſus non ſufficit tacitus.*
70 *Contrà quod ſufficiat tacitus.*
71 *Tacens in ſui præiudicium dicitur conſentire.*
72 *Vbicumque requiritur conſenſus, non minùs tacitus, ac expreſſus actum validat.*
73 *Voluntas tacita idem ac expreſſa operatur.*
74 *Taciti, ac expreſſi par eſt virtus.*
75 *Tacens videtur conſentire.*
76 *Vbi agitur de commodo, taciturnitas eſt loco conſenſus.*
77 *Conſenſus dicitur præſtitus ſi præſens non contradicat.*
78 *Si ſtatutum exigit conſenſum viri in contractu mulieris, ſufficit, vt ſit præſens, & non contradicat.*
79 *Filius qui non poteſt agere ſine conſenſu patris, ſimul cum patre agit, quia videtur conſentire.*
80 *Mulier quæ non poteſt ſinè conſenſu propinqui adire hæreditatem, cenſetur adiuiſſe cum conſenſu ſi faciat alium contractum cum propinquo, quod fieri non poſſet citrà ius, & nomen hæredis.*
81 *Contrà alij ſentiunt.*
82 *Per præcedentia declarantur ſequentia.*
83 *Minor poteſt hunc conſenſum interponere ſi pubes ſit.*
84 *Minor poteſt donare cauſa mortis.*
85 *An poſſit, interponere conſenſum tanquam propinquus.*
86 *Si impubes ſit minor poteſt interponere cum conſenſu tutoris.*
87 *Mulier poteſt hunc conſenſum præſtare, licet non poſſit abſque viro teſtari.*
88 *Hic conſenſus eſt præſtandus coram 5. teſtibus.*
89 *Contrà, quod non ſit præſtandus coram 5. teſtibus.*
90 *Hic conſenſus non poteſt dici propriè vltima voluntas.*
91 *Teſtamento non pactis datur hæreditas.*
92 *Acceſſorium non requirit plures teſtes quam principale.*
93 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
94 *Diſpoſitio inter viuos poteſt eſſe reuocabilis.*
95 *Societas & mandatum ſunt reuocabiles.*
96 *Conſentiens non dicitur diſponere ad fauorem paciſcentium.*
97 *Conditio nil ponit in eſſe.*
98 *Conſenſus permiſſiuus non diſponit.*
99 *Qui non ſuccedit ab inteſtato non poteſt mediante conſenſu ſuccedere.*
100 *Etiam ſi loquamur de milite.*

DE veritate huiuſce propoſitionis; nempè, quod
reprobata non ſint pacta ſucceſſoria, inita cum
conſenſu illius de cuius bonis, & hæreditate tracta-
tur, nemo eſt, qui dubitet; quia, claris literis, fuit ex-
preſſum per *d. l. fin. C. de Pact.* in illis verbis; *Nihil ex* 1
*his pactionibus obſeruari, niſi ipſe fortè de cuius hæredi-
tate actum eſt, voluntatem ſuam eis accommodauerit, &
in ea vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpiritum perſeuera-
uerit, tunc enim ſublata acerbiſſima ſpe, licebit eis illo
viuente, & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare,* & Do-
ctores omnes ad *d. l. fin. C. de Pact.* conueniunt, vt reie-
ctis antiquioribus, *Bolognett. num. 45. Alciat. num. 40.
Dec. num 4. Cagnol. num. 64. & 83. Craſſ. §. ſucceſſio ab
inteſtato quæſt 9. num. 10. Ruin. conſ. 16. num. 5. & 6. tom.
2. Gozadin. conſ. 98 per tot. Pariſ. conſ. 24. num. 15. tom. 2.
idem Dec. conſ. 31. num. 4. circà medium, Fulgoſ. conſ 73.
Menoch. conſ. 1. num. 166. Bell. conſ. 156. per tot. Viu com.
opin. 233. verſ. limitatur, Cacheran. dec. 100. nu. 23. Vaſq.
de ſucceſſ. §. 18. num. 198. & ſeqq. & num. 169. Laurent.
à Pinu conſ. 70. num. 20. Riminald. Iun. conſ. 771. nu. 10.
Vueſſembecc. conſ. 71. tom. 1. num. 23. Surd. conſ. 355. nu.
10. Sanch. reſponſ. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 34 num. 55. &
in decal. lib. 7. cap. 2. num. 13. vſque ad 30. Cenſal. ad Pe-
regr. art. 51. verſ. 1. pag. 524. Mart. Summ. ſucceſſ. leg.
par. 4. quæſt. 25. art. 3. per tot. Formoſin. ad cap. cum con-
tingat de Iureiur. quæſt. 11. num. 23. Gratian. diſcept. for.
cap. 470. numer. 7. 8. Faber in Cod. lib. 2. tit. 3. defin. 10.
Barboſ. ad l. fin. C. de Pact. num. 8. 11. 12. Muſcul. de ſuc-
ceſſ. conuent. & anom. memb. 1 num. 77. lit. N, Hunn. de
Pact. cap. 5. quæſt. 2. Modeſtin. Piſt. conſ. 8. quæſt. 3. num. 3.
tom. 1. Gadde. de contrah. & committ. ſtipul. cap. 6. concl.
7. num. 100. Gilken. ad d. l. fin. C. de Pact. num. 23. Hartm.
Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. num. 29. Molin. de Hiſpan. primog.
lib. 2. cap. 3. num. 3. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2.
tit. 1. quæſt. 40. num. 17. Merend. controu. lib. 1. cap. 17. nu.
1. Caſtill. quotid. controu. lib. 3. cap. 9 num. 6. Rip. obſeru.
222. Amat. dec. March. 46. num. 25. & ſeqq. Aluar. Va-
laſc. in prax. partit. cap. 16. num. 41. & ſeqq. Seraphin. de
Priuil. Iuram. priu. 20. num. 6. Donadæus de Renunc. cap.
2. num. 38. vſque ad 60. Io: Franc. Marc. diſp. 87. num. 11.
12. tom. 2. Formoſin. ad d. cap. cum contingat 28. de Iure-
iur. quæſt. 11. num. 2. & ſeqq. Paul. Chriſtin. dec. Belgic.
18. num. 27. tom. 6. Vrceol. cont. 28. numer. 26. Carp. con.
defin. 19. part. 2. Conſtit. 35. & dixit Rot. deciſ. 81. nu-
mer. 6. part. 4. tom. 2. & deciſ. 33. par. 6. recent. Barry de
ſucceſſ. lib. 2. tit. 3. num. 6. Capon. de Pact. quæſt. 48.
num. 1.*

Eſt igitur cauendum à *Forcatulo dialog. 55.* quem
refert, & ſequitur *Cald. de Empt. & vendit. cap. 30. nu-* 2
mer. 5. vbi voluit hoc pactum affirmatiuum, de ſuc-
cedendo, adeò eſſe contrà bonos mores, vt etiam cum
conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, defendi non
poſſit.

Ratio huius affirmatiuæ ſententiæ, ea eſſe poteſt,
quia, cum hoc pactum ſit improbatum, ad fauorem
illius, de cuius agitur hæreditate, ne detur occaſio ca-
ptandæ eius mortis, poteſt, is conſentiendo, huic fa- 3
uori renunciare, vt ait, *Gilken. vbi ſuprà num. 23* & ce-
teri ſcribentes, & regula eſt notiſſima, quod quilibet
poteſt fauori ſuo renunciare *l. cum pater, §. libertis. ff.
de leg. 2. l. ſi index, ff. de minor. l. poteſt. ff. de leg. l. ſi quis in
conſcri-*

conſcribendo, C. de Pact. Menoch. conſ. 89 num. 97. Surd.
4 *conſ. 198. n. 2.* Et ſcienti, & volenti iniuria non fit *l. 1. §. vſque adeò, ff. de Iureiur. l. 1. ff. de Act. empt. l. nemo præſumit ff. de Reg. Iur. cap. ſcienti eod. tit. in 6. Surd. conſ. 194. num. 1.*

Nec de voto captandæ mortis videtur quod poſſit cadere ſuſpicio; quia veriſimile non eſt conſenſiſſe
5 eum, de cuius agitur hæreditate niſi moribus exploratis, atque ingenio paciſcentiũ, ità vt de illorum probitate confidere omninò poſſit argumento *l. obſeruandum, ff. de Iudic. cap. mandata de Præſcript.*

Vlterius, cum ſciat, quicquid in pacto continetur, ſe aduerſus inſidias, ſi opus fuerit munire poterit; Nam, omni tempore, ius habet reuocandi conſensũ,
6 quem ſemel præſtitit, *Dec. d. l. fin. nu. 4. Surd. d. conſ. 355. n. 10. Capon. de Pact. d. quæſt. 48. num. 1.*

Et latiùs, quod quandocumque placuerit poſſit reuocari iſte conſenſus, *Alciat. d. l. fin. C. de Pact. n. 42. Dec. n. 6. Cagnol. n. 87. Bolognett. n. 56. Bero conſ. 30. n. 17. lib. 3. Pariſ. conſ. 24. nu. 63. tom. 2. & conſ. 26. nu. 63. tom. 2. Gabriel. conſ. 137. n. 30. Peregrin. conſ. 32. nu. 6. vol. 6. Faebin. conſ. 13. n. 26. & ſeqq. lib. 1. Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 18. Donad. de renunc. cap. 2. num. 40. Caſtill. quotid. controu. lib. 3. cap. 9. nu. 6. Merend. controu. lib. 1. cap. 18. nu. 10. Rot. dec. 81. nu. 7. part. 4. tom. 2. & in Fauentina ſucceſſionis 5. Aprilis 1666. coram R. P. D. Ottalora poſt tract. dec. 129. num. 17.*

Et quia conſentiens ſibi conſulit, præcauens hoc periculum credens non quibuſcumque aſſertionibus, ſed vitis probis, quod, ſi poſtea periculum immiuere viderit, reuocabit conſenſum, ideò paciſcentes, timore huius reuocationis, ſumma ope nitentur illum ſibi magis, atque magis beneuolum conſeruare, non autem cogitabunt vitæ illius inſidiari, vt in ſimilibus terminis, *Bolognett. d. l. fin. n. 45. C. de Pact.* Quia habet locum pœnitentia, & eſt in eius arbitrio vtrum facta promiſſio habeat effectum, necne, & propterea ceſſat votum captandæ mortis, quia poteſt fieri, vt conſenſus reuocetur, ignorantibus paciſcentibus, & propter iſtam dubitationem non ita de facili procedent ad inſidias.

Sicuti nec hæredes, qui inſtituti fuerunt in teſtamento veriſimiliter inſidiantur vitæ teſtatoris, propter incertitudinem, & poteſtatem reuocandi, imò potius modis omnibus ſtudent, vt perſeueret in voluntate, &c. vt etiam latè habemus per *Cagnol. d. l. fin. num. 64. Alciat. num. 40.*

Vel melius dicere poſſumus, cum *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 1. num. 29.* ideò valere, quia turpitudo illa, ob quam regulariter pacta huiuſmodi, ſunt prohibita, ceſſat ob conſenſum eius, de cuius agitur hæreditate.
7 Et ſic fruſtrà quæritur; an, hoc caſu, adſit votum captandæ mortis, nec ne, quia, ad iuris effectum, quod attinet, ſat eſt, quod ceſſet illa turpitudo, de qua in illis verbis, *tunc enim ſublata acerbiſſima ſpe, &c.* venit namque in conſequentiam, vt, ſublata acerbiſſima ſpe tollatur etiam votum captandæ mortis, nam iura, quia turpe, & improbum reputant, eſſe ſollicitum de hæreditate alterius viuentis, & ignorantis, præſumunt fore, vt aliquid ad accelerandam mortem alterius ſtruat, vel moliatur, vnde ſublata acerbiſſima ſpe, tollitur pariter præſumptio captandæ mortis.

Nec obſtant, quæ contra aſſertionem noſtram aliquando ſolent adduci, & præcipuè, quod, ſi, cum paciſcor, vt, ſi hæreditas, Lucij Titij ad te perueniat, eam mecum communices, ea pactio, ignorante eo, de cuius bonis agitur, non valeat, quaſi ſit contra bonos mores, & ei cuius de re agitur pernicioſa, & periculoſa, multò minus valere debeat, accedente conſenſu eius, ob eandem illam cauſam, videlicet, quia hoc conſenſu ſpes paciſcentium confirmatur, & periculum conſentienti augetur. Nam quo plus ſperabunt paciſcentes, eo magis audebunt aduerſus eum, ex cuius morte ſperant aliquid

Præterea adaptatur regula, quod, qui conſentit in
re à iure prohibita, nihil facit, & talis conſenſus nihil 8
operatur, *l. ſi debitor, §. in venditione, vbi Bartol ff. quib. mod. pign. & hypoth. Bartol. l. filio præterito, num. 25. ff. de inoff. teſtam. Hodiern. in l. hac edict. quæſt. 49. nu. 16. 17. Gregor. dec. 384.*

Reſpondet enim rectè ad primam obiectionem *Donell.* quem refert, & ſequitur *Hunn. vbi ſuprà d. quæſt. 48. num. 2. verſic. Reſpondeo, Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. num. 14.* periculum, quod ex pactione, de futura hæreditate imminere videtur, ei, de cuius hæreditate fit pactio, hoc caſu, quo ei conſenſit, non ſolum non
augeri, ſed minui votum mortis, & occaſionem inſi- 9
diandi eius vitæ, tolli, vt Iuſtinianus in fine noſtræ legis, fatetur. Namque, ſi quis de cuius hæreditate ſibi quid metuat, à paciſcentibus licet ea euitare teſtando, & conſenſum reuocando, quod facere non poteſt is, qui ignorat pactionẽ, de ſuis bonis eſſe interpoſitã.

Nec ſimiliter aduerſatur, quod qui, de re aliqua, paciſci non poteſt, neque poſſit ea de re paciſcenti-
bus conſentire, *l. ſi fundus, § 1. ff. de Pignor. l. ſi minor,* 10
ff. de verb. oblig.

Quia ad id pariter *Donell.* ſatisfacit, quem ſequitur, *Hunn. vbi ſuprà*, & eius verba afferuntur etiam à *Ca-*
pon. vbi ſuprà num. 3. quòd in caſu noſtro ille, de cuius 11
hæreditate pactio interponitur non abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi ad paciſcentem ea peruenerit paciſcentibus aſſentitur, ſub qua conditione, cum quis alteri hæreditatem promittere poſſit, poterit vtique ſub hac eadem conditione paciſcentibus conſentire; Vel dici poteſt neminem de ſua hæreditate paciſci poſſe, quia, tali pactione aufertur ei libera teſtandi facultas, ex quo à pactione ſemel perfecta recedere non licet *l. 1. ff. de Pact.* Sed paciſcenti-
bus poſſe aliquem conſentire certum eſt, quia conſen- 12
ſus iſte ſic non adſtringit, vt ab eo recedere non liceat, ac conſequenter liberam facultatem teſtandi non adimit

Nec turbat, quod pactionibus adſtringi viuentium hæreditates non poſſint, *l. ſi donationis, 34. ff. de Pact.*
nec pacto libera teſtandi facultas vtique auferri; Id- 13
que accidit in noſtro caſu, ſi pactum ſuper obuentura hæreditate conſenſu ipſius, de cuius hæreditate agitur, ſit confirmatum.

Nam reſpondetur hic non adſtringi viuentium hæreditates, ſemper enim liberum eſt ei ſententiam mutare, & pœnitere; ſicuti, tali pactione, nec aufertur libera teſtandi facultas, etenim à pactione quidem ſemel perfecta recedere non licet, *l. 1. ff. de Pact.* At hoc
pactum, nõ ſic adſtringit, vt ab eo recedere nõ liceat, 14
vt per conſequens liberam non adimit facultatem teſtandi, vt probant, *Hunn. & Capon.* locis citatis.

Nec turbat, quod, pacto, hæreditas dari non poſſit, *l. 4. C. de inut. ſtipul.* Nam reſpondetur, pactis quidem hæreditates non deferri, ſed Iuſtinianus, *in d. l.*
fin. pro imperio conſtituit contra rationem iuris Ci- 15
uilis *in l. 15 C. de Pact. Conuent.* vt, hoc caſu, pacto hæreditas transferri poſſit, *Hunn. d. quæſt. 2. in fine, Capon. vbi ſuprà num. 5.*

Inſuper, quando fit pactum, eo conſentiente, de cuius agitur hæreditate, cenſetur, ac ſi facta eſſet donatio mortis cauſa, quoad modum diuidendæ hæreditatis, eoque reſpexiſſe videtur Iuſtinianus, *in d. l. fin. verſ. & in caſu vſque ad finem, C. de Pact.* mortis cauſa
tamen donatio prohibita non eſt nec votum captan- 16
dæ mortis habere creditur. *§. 1. Inſtit. de donat.* nec amplius durat, quam in ea voluntate perſeueret donator.

Tandem in conſideratione non eſt habendum, id

quod

quod aliqui addunt, nempè quod nemo sit membro-
17 rum suorum Dominus, ob idque non possit consenti-
re in necem sui ipsius, & quod periculum inducatur
captandæ eius mortis *l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam,
l. omne delictum, §. qui se vulneraunt, ff. de re milit. Bar-
bos. axiom. iur. 147. in princ.*

Nàm hoc procederet, quando paciscentes habe-
rent animum insidiandi, sed hic non apparet de ani-
mo, atque adeò non constat de delicto, imò propter
Domini consensum præsumitur pactum initum fuisse
bona fide, & nullum delictum interuenisse *Bolognett.*
18 *d. l. fin. nu. 45. circà finem*, plenè *Cagnol. vbi suprà nu. 64.
in fine.*

Valet igitur pactum nostrum, cum consensu eius,
de cuius agitur hæreditate, & procedit, sinè sit iuratũ,
siuè non, tunc enim ad eius valorem iuramentum non
19 requiritur, *Gamm. dec. 375. Cephal. cons. 142. vol. 1.
Sanch. d. cap. 2. nu. 21. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 20.
nu. 31. Capon. de Pact. d. quæst. 48. nu. 12.*

Benè tamen est verum, quod semper iste consensus
20 potest reuocari, & sufficit tacita reuocatio disponen-
do contra formam pacti etiam inter viuos, vt anti-
quioribus omissis, tenent *Cagnol. d. l. fin. num. 88. Bart.
ibidem nu. 17. Bald. nu. 22. Salic. nu. 1. Purpurat. nu. 187.
Castill. quotid. controu. cap. 9 nu. 6. Crass. §. successio ab in-
testato quæst. 9. num. 13. Pereg. cons. 32. nu. 6. lib. 6. Mart.
summ. success. leg. par. 4. quæst. 25. art. 3. num. 6. & seqq.
Paschal. de virib. patr. potest. cap. 7. num. 19. Barbos. d. l.
fin. num. 9. & seqq. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 1. num. 31.
Add. ad Buratt. dec. 894. numer. 14. Vrceol. consult. for.
cap. 98. num. 29. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit.
1. quæst. 40. num. 19. Menebac. de success. creat. lib. 1. §.
18. num. 198. & 199. Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 2. num.
15. Capon. de Pact. vbi suprà num. 6. Gomez. ad ll. Taur.
l. 21. num. 31.*

Vndè infertur, quod filia, quæ patre consentiente,
renunciauit hæreditati fraternæ, in fauorem fratris,
potest succedere, si à patre in testamento instituatur,
21 quia pater testando reuocat consensum, & tamen hæc
non est reuocatio expressa, sed tacita inducta per
contrarium actum, latè *Formosin. ad cap. cum contingat
18. de Iureiur. quæst. 11. num. 13.* & à me latiùs infrà *lib.
2. cap. 4.*

Imò quamuis antè renunciationem testamentum
factum fuisset, in quo filia esset instituta, si decedat pa-
ter, eadem voluntate non mutata, filia, renunciatio-
22 ne non obstante, succedit, quia patris voluntas præ-
sumitur mutata, & consensus reuocatus, vt opti-
mè *Lepid. in decis. Rot. Lucan. dec. 98. vers. propterea
vsque ad finem*, & dicam inferiùs *cit. cap.*

In dubio tamen non præsumitur hæc voluntatis
mutatio, ait *Purpurat. num. 73. & 74.* quem sequitur
23 *Capon. d. nu. 6. in fine, Fontanell. dec. 539. nu. 3. Rot. coram
Merlin. dec. 800. num. 5. Duran. dec. 78. num. 13. & seqq.
Buratt. dec. 106. nu. 20. Formosin. cit. nu. 13.* vbi quod in
quacumque alia voluntate, hæc procedit regula ex-
24 clusiua mutationis actus *Crauet. cons. 113. num. 6. Me-
noch. præsumpt. 176. num. 6. 7.*

Controuertitur tamen; an consensus iste circà pa-
ctum nostrum interponendus sit in actu celebratio-
nis instrumenti; an verò sufficiat, quod ex interual-
lo, & ex post superueniat; Nonnulli autumant, suffi-
25 cere ex interuallo ratificationem contractus, vt *Bald.
Salic. & Alciat.* quos allegat, non tamen sequitur
*Bolognett. d. l. fin. numer. 46. Cagnol. ibidem numer. 66.
Vasq. de success. creat. §. 18. numer. 169. Sanch. in De-
cal. lib. 7. cap. 2. num. 28. Surd. cons. 355. numer. 15. Fa-
ber. in Cod. tit. de Pact. def. 10. per tot. Capriol. de suc-
cess. ab intest. lib. 1. numer. 353. Barbos. d. l. fin. numer.
8. Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 40. numer. 22.
Cancer. variar. lib. 1. cap. 6. de his quibus, vt indign.*

*numer. 18. Ioan. Bellon. consil. 157. numer. 3. Capon.
de Pact. d. quæst. 48. numer. 16.* Per regulam vulga-
tam, quod ratihabitio, æquiparatur mandato *l.* 26
*fin. C. ad Macedon. capit. ratihabitionem de Reg. Iur.
in 6.*

Et vbi requiritur consensus alicuius pro suo inte-
resse, sufficit ex interuallo illum interponere, etiam si
actus ab initio sit nullus, dummodò approbatio illius 27
dependeat à potestate consentientis, *Bell. d. cons. 156.
num. 3. Sanch. vbi suprà num. 28. Cagnol. d. l. fin. num. 66.*
& respondet ad argumentum contrarium tenentium,
quod non procedunt, quando approbatio actus de-
pendet à voluntate consentientis, tunc enim sufficit
consensus superueniens, etiam quando aliàs actus
fuisset nullus, & pluribus exemplis ait comprobari à
*Tiraquell. de leg. Connub. gloss. 6. num. 9. Simoncell. de
Decret. in Præfat num. 45. Carpan. ad Stat. Mediol.
cap. 16. num. 116. Surd. dec 99. num. 14. cum similibus;*
Et in terminis alienationis bonorum emphyteuti-
corum, quod substineatur, licet fuerit facta sine cõsen-
su Domini directi, quando ex post interuenit talis
consensus *Rota in Romana Domus 16. Martij 1665. co-
ram R. P. D. Beuilaqua decis. 45. nu. 17. 18. post tract.*

Vlteriùs ait *Capon. vbi suprà*, quod quoties consen-
sus non desideratur, quasi substantialis actus forma,
sed solum gratia euitandi damnum consentientis, sa-
tis est, si contractui celebrato accedat, eòquod sa-
tis superque damno cauendo prospiciatur, illo con- 28
sensu posteà accedente *Altograd. cons. 33. num. 4. lib.
2. Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 37. Merlin. Pignatel.
contrmarried cap. 39 num. 38. cent. 1.* Et ità etiam tenet *Gra-
tian. discept. for. cap. 140 num. 19. Surd. dec. 99. num. 14.
Hodiern in l. hac edictali quæst. 21. numer. 36. Arias de
Mes. var. cap. 34. num. 6. & seqq. lib. 1. Rot. dec. 269. par.
9. rec.*

Et in terminis consensus Domini directi in aliena-
tionibus bonorum emphyteuticorum, quod possit in-
teruenire ex post firmauit *Rot. in Romana Domus 16.* 29
*Martij 1665. coram R. P. D. Beuilaqua post tract. dec.
45. num. 18.*

Nec obstant secundum *Cagnol. vbi suprà, verba
tex. sciente, & iubente;* quia exponuntur, vt clarè de-
beat præstari consensus.

Sufficit enim consensus, vt hic vult textus, tàm in
verbis, quam in ratione assignata, dum, excipiendo
subijcit, *nisi fortè voluntatem suam eis accommodaue-* 30
rit &c. & sic dummodò voluntatem, & consensum
præstiterit, subsistere vult pactum. Et licet posteà tex-
tus, assignando rationem, subjungat, *tunc enim subla-
ta spe acerbissima, licebit, illo sciente, & iubente seruare
pactum*, non censetur decidere, consensum debere præ-
cedere, sed requirere, quod quis sciat, & expressè con-
sentiat, quia sola scientia non sufficeret, & est, de iure
quod in omni materia præiudicium allatura, præsen-
tia, & scientia non habeantur pro consensu *Cyriac.* 31
*contr. 379. Buratt. dec. 566 num. 18. Merlin. dec. 536. per
tot. & dec. 140. par. 5.*

Prætereà text. ponendo decisionẽ in *vers. nisi fortè*,
hoc vnũ requirit, scilicet accomodari voluntatẽ, non
verò exigit præcedere consensus; per præcedentia au-
tem declarantur sequentia *Ansald. cons 125. num. 34.
Altogr. cons. 22. num. 13. lib. 1.* Imò magis influunt præ- 32
cedentia in sequentia, quàm è contrà *l. auia, ff. de con-
dit. & demonstr. Altograd. cons. 22. numer. 25. lib. 1.* 33
& confirmatur, quia in textu assignatur ratio remo-
tionis acerbissimæ spei, consentiente illo, de cu-
ius hæreditate agitur, ità, quod tota vis consistit
in consensu, & textus imò dixit, *& iubente*, vt de-
notaret solam scientiam non sufficere &c. Igitur, si
consensus superuenit, facit valere actum, non, vt
ex tunc, sed vt ex nunc à tempore ratihabitionis,

& sic istud pactum valebit à tempore præstiti consen-
sus non ante &c. hæc ille.

Contraria opinio nihilominùs verior est, à qua non
34 recedit *Bolognett. vbi suprà numer 46. circà medium*,
Doctissimus *Merend. controu. lib. 1. cap. 18. numer. 7.*
Hodiern pariter vir insignis, & inter Neapolitanos ex-
cellens *controu. cap. 28. num. 29.* vbi allegat, ità tenen-
tem *Berò. cons. 156. num. 8.* & nonnullas Rotæ Roma-
næ decisiones, *Bottigl. de success. cap. 2. Theor. 44 nu. 16.*
& seqq. vbi alios adducit, & in hac opinione disputa-
to articulo, residet &c.

Et optimam tradit rationem *Merend. vbi suprà*,
quod non valeat consensus, nisi iuterponatur in actu,
35 quia requiritur hic consensus ad integrandam paci-
scentium personam, & vbicumque facultas faciendi
per se non competit, sed aliquo consentiente tribui-
tur, tunc in ipso actu consensus adesse debet, nec satis
est, ipsum posteà interuenire *l. obligari in princ. & §.*
1. ff. de auctor. tut. & §. tutor instit. eod. Gabriel. cons. 2.
num. 2. lib. 1. Molin de Rit. Nupt. lib. 2. defin. 11. numer.
33. Daniel. de Nobil. disp. 31. num 71. Altograd. cons. 32.
num. 4. lib. 2. Reuerter. dec. 127. Et iure quidem meri-
to; nam, vbi deest faciendi facultas in eo, qui facit,
nihil ab ipso potest in esse deduci, & sic nihil est,
quod per superuenientem consensum possit deinde
36 confirmari, *Paschal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 6. nu.*
27. 30. Cancer. var. lib. 2. cap. 1. num. 115. Arias de Mes.
var. lib. 1. cap. 34. num. 6. circà finem.

Quod verò Iustinianus facultatem ademerit, sic
paciscendi, nisi adsit consensus illius, de cuius agitur
hæreditate, apertè demonstrant verba, *cum in alienis*
rebus contrà Domini voluntatem aliquid fieri, vel pa-
cisci secta temporum nostrorum non patiatur.

Nec dicatur, quod illa verba *contrà Domini volun-*
37 *tatem*, videntur decidere, quod secus sit, si, eo inscio,
pacta fuerint inita; Nam ex antecedentibus apertè
colligitur, quod siuè non accedat eorum consensus,
siuè facta sint contrà Domini voluntatem non subsi-
steant, vt latiùs *Merend. in loco mox cit. vers. nec te*
turbet.

Non obstant in contrarium adducta, quia locum
habent, quando actus prohibetur ex hoc solum, quod
38 non interuenerit consensus, sed hoc pactum prohibe-
tur propter delictum, & ideò voluntas superueniens
non facit desinere delictum, vel actum à delicto fuisse
separatum *l. qui ea mente, ff de Furt.*

Et verum non est, quod hæc pacta prohibita
sint duntaxat propter fauorem Domini bonorum,
de cuius vitæ periculo agitur, quia imò prohibentur
39 propter ius publicum, cum sint contrà bonos mores,
Purpur. d. l. fin. num. 88. Hodiern. controu. d. cap. 28. num.
19. Et propterea consensus debet interuenire in ipso
actu, nec sufficit si ex post intercedat; id enim semper
procedit, quando consensus requiritur in actu qui sit
40 contra ius publicum, vel in tertij præiudicium *Paris.*
de Resign. Benef. lib. 8. quæst. 8. num. 37. Daniel de Nobil.
disp. 31. num. 80.

Et licet à principio dependeat à voluntate Domi-
ni, facere, quod non sit delictum, sicut depender à vo-
luntate Domini offensi facere, quod non sit iniuria, vt
41 *l. volenti, ff. de Reg. Iur.* tamen post factum non potest
ex voluntate partium desinere esse delictum *l. post ff.*
42 *de Furt. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. Bolognett. d. l. fin. num. 33.*

In vno tantum casu pollet limitati conclusio, vi-
delicet, quando, in conuentione paciscentes, reser-
uassent consensum illius, de cuius hæreditate agitur;
nam tunc, videtur esse facta sub conditione, si ipse
43 præstabit consensum, & pendebit vsque ad assensum
superuenientem, nec interim erit delictum *Bolognett.*
d. l. fin. num. 46. circà finem, Sanch. in Decal. vbi suprà
num. 29.

Sicuti, si quis vendit feudum, vel emphyteusim, re-
seruato assensu Domini, non dicitur delinquere, nec à
iure suo cadit, *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid.* 44
cap. 129. num. 18. lib. 1. Gratian. discept. cap. 633. Merlin.
dec. 871. Ottob. dec. 13. & firmauit *Rot. in Romana Vi-*
nearum 27. Nouembris 1647. §. alterum, coram Reue-
rendissimo D. Carillo.

Vnde, quando pactum à principio factum non fuit
cùm consensu Domini, de cuius hæreditate tractatur,
non conualidabitur, nisi interueniente præsentia par-
tium, nouiter paciscentium, alias enim partibus ab-
sentibus, initum foret nullum, & hæreditas, tanquam
ab indigno auferretur, vt latè *Bolognett. vbi suprà num.*
46. circà finem.

Si verò contingeret, quod à principio interuenisset
consensus, & posteà esset reuocatus, & iterum Domi-
nus ratificasset, valeret, quia ab initio habuit essentiã 45
argumento *l. nutu, ff de leg. 3. Bolognett. d. nu. 46. in fine,*
Sanch. vbi suprà num. 30. Capon. de Pact. cit. quæst. 48.
nu. 18. & potest etiam allegari *textus in l. 4. ff. de adim.*
& transf. leg. vbi habemus, quod legatum, quod, per 46
superuenientes inimicitias ademptum fuerat, reuiui-
scit, si testator cum legatario redierit in gratiam *Vi-*
uius dec. 450. Marcian. disp. 26. nu. 12. lib. 1.

Sed de hac opinione valdè suspicatur *Merend. d.*
controu. 18. num. 11. animaduertendo quod *l. nostra vlt.* 47
C. de Pact. vult hæc pacta penitùs reijci, si reiecta fue-
rint ab eo, de cuius hæreditate agitur; hinc sequitur,
vt eo ipso. quod is suam reuocauerit voluntatem, pa-
cta corruant, & ad hoc, vt conualescant, necesse est ea
iterum in esse deducere, per eos à quibus fuerunt fa-
cta, nam à priuatione ad habitum non datur regressus 48
Rot. dec. 115. nu. 4. & dec. 477. num. 7. par. 2. rec. Duran.
dec. 439. num. 6.

Vt etiam accidit in pensione, quæ licet sit reserua-
ta super beneficio, cum consensu beneficiati, tamen, si
pensionarius, vel per dimissionem habitus, vel per as-
secutionem Officij incõpatibilis eiusdem pensionis ef-
ficiatur incapax, non potest pensio reuiuiscere, sinè 49
nouo consensu beneficiati, de qua re, latissimè *Rot. in*
Romana Pensionis 15. Iunij 1668. coram Reuerendiss.
Decano post tract. dec. 17.

Igitur non est satis ad hoc, vt conualescant, vt eius
iterùm accedat consensus, de cuius bonis facta fue-
runt, sed necesse erit, vt iterum ab eis fiant, à quibus
primò fuerunt confecta.

Diximus, quod semper iste consensus potest reuo-
cari; Vndè sequitur, ex hoc consensu, nullum ius esse
quæsitum paciscentibus, si enim ius aliquod acquire-
retur, nequaquam integrum esset consentienti reuo-
care, consensum, inuitis paciscentibus *l. debitorem, C.* 50
hoc tit. l. fin. ff, eod. Bologn. vbi supra num. 56. Dec. num. 6.
Cagnol. nu 88 Capon. d. quæst. 48. num. 7.

Et reuocatio operatur etiam, quantum ad ipsos
contrahentes, quorum obligatio stat in suspenso, do- 51
nec ille moriatur, contrahẽtes verò non possunt, alte-
ro inuito, discedere, quia contractus quò ad eos est
perfectus, licet factus sub conditione, vt optimè *Dec.* 52
d. l. fin nu. 6. Cagnol. n. 89. & contractus perfectus, quod
non possit reuocari, est in confesso apud omnes, *Bo-* 53
lognett. ibid. nu. 56. in fine, Paris. cons. 59. nu. 6. lib. 1 Grat.
discept. for. 514. Donat. Ant. de Marin. cap. 25. num. 9. &
seqq. lib. 1. Rot. dec. 52. nu. 4. par. 4. to. 2. rec.

Imò adeò verum est, semper istum cõsensum posse
reuocari, vt licet voluntatem suam accommodans iu-
rauerit, se non reuocaturum consensum, nihilominus
adhuc illum reuocare poterit, quia id pactũ, non alia
ratione, *in d. l. fin. C. de Pact.* firmatur, & nulla alia ra-
tione approbatur iuramento nisi quatenus accedat
cõsensus perseuerans, vsq; ad mortẽ, quo mutato ces- 54
sat pariter obligatio pacti, & iuramenti; nam iuramẽ-

tum non obligat, mutato ſtatu rerum, Barboſ. in cap.
55 quemadmodum de Iureiur. & procedit etiam in qua-
libet obligatione, Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 12. numer.
57. Gratian. cap. 273. num. 21. Thomat. dec. 272. Rot. dec.
255. num. 2. par. 1. rec. & in noſtris terminis oſtendunt
Gomez ad ll. Taur. 22. num. 31. Molin. de Primog. Hi-
ſpan. lib. 2. cap. 3. num. 4. Barboſ. d. l. fin. num. 9. & ſeqq.
Mancin. de Iuram. par. 6. effect. 61. nu. 5. cum aliis alle-
gatis per Formoſin. ad d. cap. cum contingat num. 13. de
Iureiur.

Incidit tamen in periurium, reuocando, qui cum
56 iuramento promiſit non reuocare, Sanch. in decal. d. l.
7. cap. 2. nu. 17. quem ſequitur Capon. vbi ſuprà nu. 8. ea
ratione, quia non poteſt reuocari conſenſus abſque
peccato, ac proindè iuramentum de non reuocando,
tanquam ſuper re licita interpoſitum obligat; quod
eſt intelligendum, niſi iurans cęperit malè ſuſpicari, de
paciſcentibus, quod eius vitæ inſidientur, vt tenent
præfati DD. in locis mox citatis.

57 Verumtamen factum reuocationis tenebit Merlin.
dec. 443. n. 6. & ſeqq. quia hic conſenſus vltimæ volun-
tati eſt ſimilis, & inſtar eius ambulatorius, vſque ad
mortē; & ideò, ſicuti vltima voluntas, quantumcumq;
58 iuramento ſtabilita poteſt validè reuocari, vſque ad
mortem, ità hic conſenſus, & non ſolùm in teſtamen-
59 to id procedit, vt probat Clar. §. teſtamentum quæſt. 99
Gratian. diſcept. 48. num. 21. & ſeqq. Duran. dec. 148. Rot.
dec. 721. par. 2. rec. & dec. 247. par. 6. Barboſ. Vot. dec. 11.
Cyriac. contr. 360. Sed in omnibus actibus ex eorum
60 natura variabilibus pro mero diſponentis arbitrio, vt
latè ſuprà probauimus, exemplo iurantis non reuoca-
re procuratorem cap. 5. nu. 9. & ſeqq.

Sicuti etiam, ſi quis conſentiente tertio promittat
ſeruare pactum cum iuramento, nihilominus, ſi con-
ſenſus reuocetur, nō tenetur paciſcens obſeruare pro-
miſſum, quia id pactum non alia ratione approbatur,
nec firmatur iuramento, niſi quatenùs accedit cōſen-
ſus, perſeuerans vſq; ad mortem; quare, eo ipſo, quod
conſenſus iſte mutatur, & definit eſſe, ceſſabit pariter
obligatio pacti, & iuramenti, ex eo, quod cum huic
61 pacto inſit tacita conditio, ſi conſentiens ille, vſque ad
mortem perſeueret, ipſi iurantes ſub illa conditione
virtuali iuraſſe videntur ſi conſentiens ille perſeueret,
iuramentum enim naturam ſequitur primordialem
62 contractus, cui accedit l. fin. C. de non numer. pecun.
Eſcob. de ratioc. cap. 10. nu. 19. Rot. coram Penu. dec. 953.
nu. 10. Buratt. dec. 18. num. 5.

Quare, reuocato conſenſu, definit obligatio pacti,
& iuramenti, tanquam deficiente conditione, à qua
63 pendebat Sanch. in decal. d. cap. nu. 18. Molin. de Hiſpan.
Primog. lib. 2. cap. 3. nu. 4. plenè Barboſ. d. l. fin. num. 12. &
pleniùs Capon. vbi ſuprà num. 9.

Quapropter dubium eſſe non poteſt, quod, non ob-
ſtante hoc paciſcentium iuramento, licitum ſit con-
ſentienti reuocare, hunc conſenſum, dum ipſe non iu-
rauit, ſe non reuocaturum, quia horum pactum, & iu-
ramentum pendet à libero alteriùs arbitrio, & cōſen-
ſu, qui ex diſpoſitione iuris, quandocumq; vult, dum
viuit poteſt mutare voluntatem non obſtante iura-
mento paciſcentium, quod ſólos iurantes obligat.

Et ſimiliter, ex his infertur, non valere pactum fa-
64 ctum cum eo, de cuius agitur hęreditate, de non reuo-
cando conſenſu; quia eo ipſo, quod reuocare non poſ-
ſet, daretur anſa captandæ mortis, & proindè ceſſaret
ratio ob quam pactum ſubſtinetur; Tum etiam, quia,
cum, vt diximus conſenſus iſte ſit inſtar vltimę volun-
tatis ambulatorius, ad effectum, vt periculū captandę
mortis vitetur, debet in hoc naturam vltimæ volunta-
tis ſequi, quæ per nullū pactum irreuocabilis effici po-
65 teſt, nemo enim in vltima voluntate ſibi legem impo-
66 nere poteſt, quam mutare non poſſit, vt ex l. ſi quis in

princ. 22. ff. de leg. 3. vt alias probauimus.

Nec non infertur, quod ſi fratres, inter ſe, conue-
niant, de ſtando teſtamento patris, circà modum di-
uidendi hæreditatem, patre ipſo conſentiente, vel, de 67
ſtando diuiſioni, quam ipſe pater fecerit, (quæ conuē-
tio valet in iure, vt habemus ex Molin. de Hiſp. Primog.
lib. 2. cap. 3. nu. 2. Amat. dec. March. 46. num. 20. & ſeqq.
Valaſc. in prax. partit. cap. 16. nu. 41. & ſeqq. Caſtill. quot.
contr. cap. 107. nu. 46. & ſeqq.) ſi pater conſenſum mu-
tet, remanent liberi fratres à pacto, vt multis, ſuper
hoc, allegatis, oſtendit, Molin. vbi ſuprà d. cap. 3. nu. 4. 68
Bolognett. d. l. fin. num. 58. vbi, ſiue ita ſit conuentio, de
parte hæreditatis, ſiue de tota quem ſequitur etiam
Iul. Capon. d. cap. 48. nu. 13.

Dubitatur tamen circà hunc cōſenſum, an ſufficiat
tacitus, veluti ſi præſens ſit ille, de cuius agitur hære-
ditate, vel ſciat, pactum fieri, & cum poſſit contradi-
cere, non contradicat, ſed taceat; Quod, non ſufficiat
tacitus cōſenſus, aliqui tradunt, vt Aquen. & Cancell.
quos adducunt, Sanch. in decal. d. lib. 7. cap. 2. nu. 11. Ca- 69
pon. loco cit. nu. 14. necnon Bolognett. d. l. fin. nu. 66. Cagn.
nu. 80. & 81. Pariſ. conſ. 24. n. 15. lib. 2. quibus addo Gil-
ken. ad l. fin. C. de Pact. n. 24. Merlin. de Pignor. & hypoth.
lib. 1. quæſt. 40. nu. 21. optimè Hodiern. controu. lib. 1. cap.
28. nu. 18. ibi, conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur,
debet eſſe expreſſus, & non præſumptus ex ſcientia pa-
cti, quod præcipuè deſumitur ex verbis d. l. fin. domino
ſciente, & iubente, ergo non ſufficit, quod taceat, &
ſciat, maximè quia non agitur de vtilitate illius, ſed
de damno, & periculo vitæ ſuæ, vt latiùs demonſtrant
allegati per Hodiern. vbi ſup. nu. 18.

Contrariam ſententiam magis communiter am-
plectuntur Doctores, nempè, quod tacitus ſufficiat
conſenſus, & pręſentia aſſentire debentis, abſque con- 70
tradictione, & pro hac opinione allegatur à Sanch. in
decal. vbi ſup. n. 26. Dec. conſ. 31. n. 4. lib. 1. Curt. Iun. conſ.
98. nu. 3. 4. Pariſ. conſ. 26. nu. 114. lib. 2. & conſ. 1. nu. 121.
lib. 2. Cephal. conſ. 146. nu. 5. Menocch. conſ. 1. nu. 166. &
conſ. 92. nu. 47. lib. 1. Riminald. Iun. conſ. 580. nu. 25. lib. 1.
Surd. conſ. 355. n. 16. Quibus addi poſſunt, præ ceteris,
Gozadin. conſ. 98. nu. 5. & ſeqq. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg.
par. 4. quæſt. 25. art. 3. nu. 2. Barboſ. d. l. fin. num. 8. Capon. d.
cap. 48. nu. 14. verſ. ſecunda opinio, Cenſal. ad Peregr. art.
51. nu. 1. verſ. ergo pag. mihi 524.

Et ratio eſt, quia tacens, in ſui præiudicium, ſemper
dicitur conſentire, Gratian. diſcept. 980. num. 21. Barboſ. 71
reg. 43. de Reg. Iur. in 6. Cyriac. contr. 379. Amat. reſol.
93. nu. 8. Tomat. dec. 94. nu. 46. Merend. contr. lib. 10. cap.
14. Rot. deciſ. 259. num. 9. par. 4. tom. 2. Royas. deciſ. 87.
num. 10. Buratt. 82. num. 17. & dec. 566. nu. 19. Merlin.
dec. 536.

Et vbicumque conſenſus requiritur, non minùs ta-
citus, quam expreſſus, actum validat Bartol. in l. cum 72
pater, §. libertis. ff. de leg. 2. præcipuè, quando conſenſus
non ad eſſentialem actus ſolemnitatem, ſed ad euitan-
dum damnum conſentientis, interponitur, vt latè
Sanch. quem etiam tranſcribit Capon. locis cit.

Et ſemper voluntas tacita idem operatur, ac ex-
preſſa l. nam hoc iure. ff. de vulg. Rot. dec. 445. nu. 4. par. 4. 73
rec. & tritum eſt axioma, taciti, & expreſſi par eſt vir-
tus l. cum quid, ff. ſi cert. pet. l. ſi filius familias, ff. eodem 74
tit. l. vlt. ff. de leg. 2. l. item quia, ff. de Pact. Et quod ta-
cens conſentire videtur, l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. ma- 75
trim. l. qui tacet, ff. de Reg. Iur. l. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.
cum vulgaris concordantibus, præcipuè, cum agatur
de ſuo commodo, quia taciturnitas tunc eſt, loco
conſenſus, latè Surd. d. conſ. 355. num. 17. Vndè conſen- 76
ſus cenſetur præſtitus, ſi præſens non contradicat,
Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt. 25. art. 3. num. 4. & 77
habemus, quod, quando ſtatutum exigit conſenſum
iuri ad contractus vxoris, ſufficit, vt ſit præſens,

78 & non contradicat, & ex doctrina *Bart. in l. cum probatur, §. libertis num. 6. ff. de leg. 2.* habemus, quod filius, cui interdictum eſt agere ſine conſenſu patris, ſimul cum patre agere poteſt, quia tunc videtur conſentire pater, ergo clarum eſt, quod tacitus ſufficit
79 conſenſus, vt latè *Sanch. vbi ſuprà d. numer. 26. circà finem.*

Sic pariter, quando mulier non poteſt adire hæreditatem, ſine conſenſu propinqui, (vt accidit, ſtan-
80 te noſtro ſtatuto Lucano *in cap. 41. lib 2.*) cenſetur adiuiſſe cum tali conſenſu, quando cum eiuſdem conſenſu aliquem actum facit, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non poteſt, vt tenet *Corn. conſ. 165. num. 51. vol. 2. Bonden. collect. leg. 39. nu. 99.* licet contrarium di-
81 cant *Soccin. Iun. conſ. 92. nu. 20. vol. 3. Zucchard. ad rubr. C. qui admitti num. 96 & 97.*

Nec obſtant verba textus *ſciente*, & *iubente*, quia omnes, pro hac parte, cumulati, aiunt, illa verba eſſe intelligenda, idest *conſentiente*, quia ſupra dixerat, *accommodauerit voluntatem*, & ſic per præcedentia
82 declarantur ſequentia, *l. qui ſeruus plurium, ff. de leg. 1.*

Minor, an poſſit iſtum conſenſum interponere dubitatur? Quod poſſit, dummodo ſit pubes, quia, &
83 pubes poteſt teſtari *l. quia de ætate, ff. de Teſtam.* tenet *Bolognett. d. l. fin. C. de Pact. num 45 circa medium, & Alciac. ibidem numer. 45.* Et pariter poteſt donare
84 cauſa mortis, *Hodiern. controu. for. cap. 14. Cyriac. controu. 405. Spad. conſ. 149. lib. 3. Buratt. deciſ. 461. num. 4.*

An verò poſſit conſenſum interponere, tamquam
85 propinquus, vide *Merl. dec. 535. nu. 13.*

Quæ præcedens opinio eò magis videtur procedere, quia non tractatur de eius præiudicio, vt ait *Bolognett. loco cit.*

Si verò filius adhuc ſit pupillus pariter poterit hunc interponere conſenſum, accedente tutoris au-
86 ctoritate, vt benè *Alciat. d. l. fin. n. 42. Cancer. var. lib. 1. cap. 6. de his quibus, vt indign. nu. 18. in fine.*

Sicuti in muliere licet non poſſit viuo marito ex ſtatuti diſpoſitione ſine eiuſdem mariti conſenſu te-
87 ſtari *Merend. controu. lib. 1. cap. 19. in princ.* poteſt tamen hunc pacto ſuum conſenſum præſtare, & rationem ponit, quia hoc ſit inter viuos, nec impedit effectum ſtatuti, & per conſequens non cadit ſub eius diſpoſitione, quæ ſtrictè, cum ſit iuris correctoria, accipi debet.

An verò iſte conſenſus debeat præſtari coram quinque teſtibus, eſt in quæſtione, apud ſcribentes, *Iaſ. Curt. Iun.* & alij allati à *Bolognett. vbi ſuprà num. 47.* volunt, quod quinque teſtes, ex neceſſitate debeant interuenire, quia iſte conſenſus videtur habere vlti-
88 mæ voluntatis naturam argumento *l. fin. C. de Codicill. l. fin. C. de donat. cauſ mort.*

Sed contraria opinio verior exiſtimatur, quod tot
89 debeant teſtes interuenire, quot requiruntur in alijs contractibus ordinarijs, vt præ ceteris firmat *Bologn. vbi ſupra nu 17. verſ. ſed ego, Cagnol. ibidem nu. 68. Bell. conſ. 156. in fine Sanch. in decal. lib. 7. cap. 2. n. 24. Capon. de Pact. d. quæſt. 48 nu. 13. circa finem.*

Et ratio eſt, quia iſte contractus non poteſt eſſe vltima voluntas, quia, teſtamento, non pacto, datur hæ-
90 reditas *l. hæreditas, C. de Pact. conuent.* Et præcipuè, quia, per illum nihil diſponitur, ſed ſolum præſtatur
91 conſenſus paciſcentibus, & ità eſt actus inter viuos; Tum etiam, quia, eſt actus acceſſorius contractui principali, & eſſet abſurdum, quod contractus, qui eſt
92 actus principalis requireret duos tantum teſtes, conſenſus autem qui eſt quid acceſſorium, quinque, *cap. acceſſorium de Reg. Iur. in 6 Sanch d. loco nu. 24. Capon. nu. 13 circà finem.* Acceſſorium enim ſequitur naturam

ſui principalis *Rub. de Teſtam. cap. 5. num. 927. Caſtill.* 93
quotid. controu. cap. 168 nu. 21 Sperell. dec. 126. n. 9

Nec valet dicere, quod, quia hic conſenſus poteſt reuocari, cenſeatur vltima voluntas, quia nonnulla non eſt, quod pariter diſpoſitio inter viuos ſit reuocabilis,
Alex. conſ. 29 num. 23. Peregrin. conſ. 76. num. 18. lib. 1. 94
Natt. conſ 677 Caſtill. quotid. controu. cap. 53. numer. 30, tom. 4. Rota in Romana Scutorum 30. mil. 9. Aprilis 1660. coram Reuerendiſs. Decano dec. 8. numer. 7 poſt tract. vt paret, in mandato, & ſocietate, quæ ex voluntate contrahentium, vel vnius ex eis, annullantur *§. pe-* 95
nult. Inſtit. de Societ. & §. manet Inſtit. mandati & ita, in terminis ſocietatis, quod ſemper ſit reuocabilis, tenet *Spad. conſ. 293. lib. 2. Merlin dec. 69. & in recent. dec. 454. num. 4. par. 4. tom. 2.* Et de procuratore, firmauit, *Altograd. conſ. 6. num. 9. & ſeqq. lib. 1 Capyc. Latro conſ. 21. Donat. Anton de Marin. cap. 148. nu. 5. lib. 2. Rot. dec. 354. nu. 5. par 4. rec.* Et ſic ceſſat ratio, in qua aduerſarij fundantur.

Ex quibus deſumitur valdè vtile corollarium, quod, & ſi conſentiens, in eadem voluntate, ad extre- 96
mum vſque ſpiritum, perſeuerauerit, non tamen quicquam diſponere, neq; paciſcentibus plus iuris in bonis ſuis concedere intelligatur, quam alioquin ipſis competeret; Tum quia conſenſus ipſe adhibetur, pacto inito, ſub conditione, ſi hæreditas ad alterutrum paciſcentium peruenerit; hæc verò conditio regulariter nihil in eſſe ponit, neque diſponit, *l. ſi quis ſub con-* 97
ditione, §. ſi quis omiſſa cauſa, l. cedere diem, ff. de verb. ſignif l. ſi quis fundum ff. de contrah. empt. tum etiam, quia conſenſus ſui natura non diſponit, ad tradita per *Bolognett. d. num. 47. Hartm. Piſt. d. numer 31.* 98
verſ. hæc verò; Vndè, ſi extranei, qui alias non ſuccederent, pacti fuerint de hæreditate tertij viuentis, eo conſentiente, propter hunc conſenſum, paciſcentes neutiquam poſſunt illi ab inteſtato decedenti ſuccedere; ſed nihilominùs hæreditas legitimis defertur hæredibus, vt poſt, *Riminald.* quem allegat, tenet, *Bo-* 99
lognett. vbi ſuprà num. 47. circà med. Cagnol. d. l. fin. nu. 63. Hartm. Piſt. in mox cit. verſ. Merlin. de Pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 18. Add. ad Buratt. dec. 894. num. 11. Io: D. iuth, de Mut. teſtam. poteſt. num. 104. verſ. ampliatur quarto.

Idemque obtinet, vt monet *Piſt. d. loco*, etiam ſi miles fuerit is, qui conſentit, cum priuilegium militibus conceſſum *in l. licet, C. de Pact.* locum tantum habeat, 100
quando milites paciſcentes de hæreditate ſua diſponunt, non verò, quando abſque vlla diſpoſitione, ſimpliciter conſentiunt. Si tamen conſentiente in eadem voluntate perſeuerante, hæreditas ad paciſcentes deuolueretur, atque indè pacto illo deuincti eſſent, tunc conſenſum vim vltimæ voluntatis obtinere putauit poſt *Curt Iun.* quem adducit *conſ. 98. n. 4. Hartm. Piſt. d. num 31. circà finem.*

CAPVT XXX.

An ſit validum pactum noſtrum, ex cauſa oneroſa, vel pænali ſtipulatione valiatum. Plura circà pænam apponendam contractibus de iure nullis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum non valet, ſiuè gratuitum, ſiuè onerosum.*
2 *In omni caſu ſemper militat ratio voti captandæ mortis.*

3 Non

3 *Non valet neque pęnali adiecta stipulatione.*
4 *Siuè concipiatur affirmatiuè, siuè negatiuè.*
5 *Siuè promiserit quis non reuocare testamentum sub aliqua pęna.*
6 *Est illicitum pęna adiectione velle quem adstringere ad institutionem.*
7 *Facultas testantium est libera nec vllo pacto coerceri potest.*
8 *Quod directò non probibetur, nec timore pęnæ probibetur.*
9 *Non valet pęna apposita in actu reprobato à lege.*
10 *Conditio nil ponit in esse.*
11 *Paria sunt aliquid directo promittere, vel aliquem coercere timore pęnæ.*
12 *Probibito vno omnia probibentur, quæ tendunt ad illud.*
13 *Vna via, quod est probibitum, nec alia permittitur.*
14 *Donatio in pęnam reuocationis testamenti non valet.*
15 *Neque etiam fauore piæ causæ.*
16 *Pęna promissionis de contrahendo matrimonio adiecta non valet.*
17 *Valet tamen talis probibitio sub spe lucri non babendi.*
18 *Quando valeat probibitio contrahendi, vel non contrahendi matrimonij, cum certo lucro, vel pęna.*
19 *Pactum nostrum adiecta pęnali stipulatione non valet quando pena est considerabilis non verò quando est modica.*
20 *Ratione legis cessante cessat dispositio.*
21 *Valet pactum, si Titius te hæredem instituet dabit mibi* 100.
22 *Disputant nonnulli de veritate talis conclusionis.*
23 *Valet stipulatio, vt babeas rem Titij viuentis quandocumque ad me peruenerit.*
24 *Sed quando non fuit de successione facta mentio, alias non valet.*
25 *Gratian. discept. 692. num. 61. reprobatur.*
26 *Plures sunt causæ, vt res alterius ad aliquem perueniat sine successione.*
27 *Dispositio l. fin. C. de Pact. non habet locum in bonis, quæ ex alia causa, quam successionis prouenire possunt.*
28 *Ius de futuro in stipulationem deduci potest.*
29 *Quando dignoscitur pactum fuisse factum in fraudem legis nullo pacto valet.*

NOn diù est immorandum, in hac quæstione, quia
certum est, quod siuè gratuitum sit pactum, siuè
1 onerosum, numquam substinetur. Namque, ex hoc,
non deficit ratio textus, de voto captandæ mortis; id-
2 que elicitur clarè, ex *text. l. cum donationibus 34. C. de transact.* cuius verba, à me fuerunt suprà relata, vbi
nonnulla ad materiam facientia fuerunt animaduersa, & hanc veritatem comprobauimus etiam ex traditis per *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 2. num. 23. circa medium*, & aliorum, quibus addere nunc libet Rotæ Romanæ auctoritatem, vt in vna *Asculana Bonorum 13. Iunij 1618. coram Sacrato, impressa post Gratian. discept. for. cap. 692. num. 32. ac in dec. 40. num. 14. par. 4. tom. 2. rec.* vbi Rota censuit, non valere pactum, non obstante, quod contemplatione mille scutorum esset factum, & reprobatis, *Menoch. cons. 1136. num. 8. Gabriel. cons. 137. num. 2. lib. 1. Gratian. discept. for. 692. nu 44.* idem firmauit eadem *Rot. in Auenionen. Hæreditatis impressa post Donat. Anton. de Marin. resol. 162. num. 18. in fine.*

Quoad secundum articulum; An valeat, stipulatio-

ne pęnali adiecta; vt v. g. si dictum sit; promitto te hæredem facere, & si hæredem non fecero, centum dare volo, vel donare.

Pariter extrà difficultatem est casus, quod non valeant pacta ità concepta, sic dictante dispositione tex-
tus *in l. stipulatio hoc modo concepta 67. ff. de verb. oblig.* 3
ibi, *stipulatio hoc modo concepta, si hæredem me non feceris, centum dare spondes? inutilis est, quia contrà bonos mores est hæc stipulatio.* Et hanc sequuntur omnes, & præ cæteris, *Couarr. 2. part. Rub. de testam. numer. 16. Port. cons. 81. num. 8. Petr. de Fideic. quæst. 4. vers. septimo pag. 21. à tergo. Pereir. dec. 67. num. 2. Cacher. dec. Pedem. 100. num. 42. Dauib. de testam. de mutan. test. potest. num. 97. Fontanell. dec. 142. num. 2. 3. tom. 1.*

Et hæ stipulationes, quocumque modo, fiant, vt si
dicatur, iuxtà dispositionem textus supradicti, pro- 4
mitto te facere hæredem, at si non fecero, centum dare volo, vel si negatiuè concipiantur, promittendo non facere testamentum, ad hoc, vt veniens ab intestato succedere possit, vel si fecerit testamentum, pro-
mittat illud non reuocare, de qua re, habemus *l. si* 5
quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. Inutiles sunt, vt latiùs habetur ex *Bolognett. super repet. d. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.*

Et ratio præcipua, quare annullentur huiusmodi
pacta, ea est, dicit *Couarr. vbi suprà*, quem refert, & 6
sequitur *Fontanell. d. dec. 142. numer. 3.* quia illicitum, & inhonestum est pęnæ adiectione quemquam velle alterum adstringere ad certam hæredis institutionem.

Illicitum, inquam, & inhonestum est, quemquam adstringere pęnæ adiectione, ad ità testandum; quia iura volunt, quod testandi facultas sit libera, nec,
vllo modo coerceri possit, vt pluribus in locis, adno- 7
tauimus. Vndè pactum in contrarium appositum
nullius est roboris. Siquidem, quod directo prohiberi 8
non potest, nec timore pęnæ prohiberi valet, nec at-
tenditur pęna apposita in actu à lege improbato *l.* 9
vnica, C. de his quæ pæn. nomin. l. non dubium, C. de legibus, Surd. dec. 7. per tot.

Et licet videretur, quod in præsenti casu, non esset restricta voluntas promittentis; nam ibi nullum videtur verbum, quod inducat priuationem potestatis testandi, attento, quod pęnæ promissio hoc non facit,
neque etiam illa conditio, si non instituero hæredem, 10
quia nullam necessitatem inducit, cum conditio nil ponat in esse, neque inducat aliquam necessitatem instituendi, neque dispositionem, cum tota sit voluntaria *l. si quis sub conditione dandorum, ff. si quis omiss. caus. testam.*

Nihilominùs, quia promittens pęnam, nè eam soluat inuitatur ad faciendam institutionem, & per consequens, timore pęnæ, quis dicitur auferre sibi liberam facultatem testandi, & per indirectum contrauenitur menti legis; iura statuerunt, non valere, ex quo infertur, quod paria sunt aliquid directo promitte-
re, vel illud cogi facere timore pęnæ, quoniam pro- 11
hibito vno, omnia, quæ tendunt ad illud, prohiben-
tur, *l. oratio, ff. de sponsal.* sed directò promittendo, 12
non potest obligari, ergo nec etiam, timore pęnæ debet coerceri, vt optimè docet *Bolognett. d. l. stipulatio num. 29.* imò hæc est regula, quæ generaliter tradi solet, quod via vna, directò, scilicet, & per dispositionem, prohibetur alicui id alia puta per apposi-
tionem pęnæ, & indirectò admitti non debet, *cap.* 13
cum quid 84. ff. de Reg. Iur. in 6. l. Seius, & Augerius 27. C. ad l. falcidiam, plenè *Dauth. de Testam. de mutan. testam. potest. numer. 97. Fontanell. d. dec. 142. num. 8.*

Quapropter videmus, quod nō valet donatio facta 14

in pœnam reuocationis teſtamenti, vt ſi dictum ſit, promitto hoc teſtamentum meum obſeruare, & non reuocare,& ſi reuocauero, dono ipſi hæredi inſtituto omnia bona mea præſentia, & futura, irreuocabiliter,& inter viuos,vt firmat *Natt. cap. quamuis par.2. num.92.de Pact.in 6.Bartol.d.l.ſtipulatio hoc modo num. 2.Bald.num.2.Caſtren.num.2. Iaſ.num.7. Dilect. de art. teſtan. tit.10.caut. 2. num.1.* cum alijs cumulatis per *Dauth. de teſtam. de mutan. teſt. poteſt. num. 96. Surd. dec. 149. per tot. Clar. §. teſtamentum quæſt. 95. num. 1.vbi Add.*plura ad materiam afferunt; Et hanc opinionem ſequutus fuit, diſputaro articulo, *Bolognett. d. l. ſtipulatio hoc modo num. 59. verſ. ſed tamen,* vbi
15 *num 65.* ampliat, non valere, neque etiam factam fauore piæ cauſæ, niſi exprimatur, quod fit pro malè ablatis,*& num.68.*diſputat;an iuramento accedente, ſubſtineatur,& firmat,quod non,vide tamen *Gratian. diſcept.for.cap.605.*

Idem ſimiliter eſt,dicendum de pœna, quæ apponi-
16 tur promiſſioni, de contrahendo matrimonio; non enim valet, quia libertatem matrimonij minuit, ſeu impedit *l.Titia,ff.de verb.oblig. Crauett. conſ.1. Capyc. Latro pariter conſ.1.Cyriac.controu 451.Rot.dec. 493. par.4.tom.2.rec.Fontanell d.dec.142. num.10.* vbi allegat ſe ipſum de *Pact. Nuptial. clauſ. 12. gloſſ. vnica num.11.*

Valet tamen huiuſmodi prohibitio ſub ſpe lucri
17 non habendi, vt multis cumulatis, firmauit, *Rot. in Carpentoraten. Hæreditatis 27. Februarij 1662. coram R. P. D. Priolo poſt tract. dec. 142. num.2. & ſeqq.* Plura tamen, de hac materia, cum ampliationibus,
18 & limitationibus vide apud *Donat. Anton. de Marin. cap.266. lib.1. & cap.32. lib.2 Andreol. controu. 271. Gratian. diſcept. for. cap.5. num 9. 10. Barboſ. vot. deciſ.7. num.6.7 D. meus Franc. Palm. conſ. 23. Buratt. dec.373.*

Hinc aduertendum eſt tunc diſpoſitionem *l. ſtipulatio hoc modo &c.* locum ſibi vindicare, quando talis ſumma in ſtipulationem deducitur, vt eius metu, quis veriſimiliter coerceatur, nè teſtetur, vbi autem, tam modica eſt ſumma, quæ coercitionem non inducat, ſtipulatio non erit inutilis, cum pœna non obſtante,
19 libera maneat teſtandi facultas, vt optimis rationibus, comprobat *Bologuett. d. l. ſtipulatio hoc modo à numer.44. vſque ad 47.* quem refert etiam,& ſequitur *Dauth.loco cit.de mutan.teſtam. poteſt. num.97. circa finem,* vbi tradit rationem decidendi, eſſe,quia ceſſante ratione legis, ceſſat legis diſpoſitio; Prohibetur pactum penale, quia ſtipulator quantum in ſe eſt
20 conſtringere cupit libertarem teſtandi; At vbi pœna talis eſt, vt nomen pœnæ non mereatur nullam vim coercendi, aut conſtringendi non habet, igitur ceſſat diſpoſitio.

Inſuper notandum, huiuſmodi ſtipulationem eſſe
21 nullam,vbi interponitur cum eo, de cuius agitur hæreditate non vero, ſi tertij inter ſe paciſcantur,puta, quod ſi Titius te inſtituet hæredem, dabis mihi centum, vel ſi Titius te non inſtituet, promitto tibi centum; nam iſta ſtipulatio, nullo iure, prohibetur *l. ſtipulatio iſta 37.§.quæſitum, ff.de verb. oblig. Gulielm. de Benedict. cap. Raynutius par. 1. verbo,duas habens filias nu.215.Bolognett.vbi ſuprà nu.42.Io:Dauth.d.tract.nu. 115.in fine.*

Et ideò optimè aduertit, *Bolognett. in initio repet. d. l. ſtipulatio hoc modo,* quod materia hæc valdè differt à diſpoſitione *l. fin. C. de Pact.* Vndè debebat potiùs collocari ſuprà &c. quando fuit habita quæſtio, de pactis initis cum eo, cuius ſucceſſionem quis ſperat.

Sciendum eſt tamen,quod *Hartm.Piſt.d.lib.4.quæſt.*
22 *1.num.28.* dicit, quod, quando tibi promiſero date rem meam propriam,in caſu,quod hæreditas Titij ad me peruenerit, non eſt adeò clarum,ſtipulationem valere: Sed ipſe videtur accedere opinioni affirmatiuæ erſi *d. num. 28. in fine,* concludat ſe nihil velle definire.

Illa verò limitatio, quam ponunt nonnulli, vt valeat ſtipulatio,ſi dictum ſit, volo, vt habeas rem Titij 23
viuentis, quandocumque ad me peruenerit, ſtipulatione pœnali adiecta, ſuſtinetur, vbi de ſucceſſione non fuit facta mentio: Secùs verò, quando de ſucceſ- 24
ſione expreſsè actum fuit, vt optime probant, (quicquid dicat *Gratian.diſcept.for.cap.692. nu.61.*) *Cagnol.* 25
d.l.fin. nu.47. Bolognett. num.39. vbi datur cautela, vt ad diſponendum de aliqua re, quam quis ſperat habere ex ſucceſſione,faciat pactum,per verba prægnantia, non nominando cauſam ſuccedendi, quæ poſteà etiam ſi per modum ſucceſſionis perueniet ad eum, pactum erit validum, dummodò de fraude non conſtet,& de hoc habemus locum *Hart. Piſt.d.lib.4. quæſt. 1. num.23.* iuxta quem regula *d. l. fin.* locum dumtaxat habet, quando conuentum fuit de bonis hominis viuentis, in caſu, quo, per ſucceſſionem ad alterum paciſcentium peruentura eſſent; ſecùs verò,quādo aliquis, nulla facta mentione ſucceſſionis, ſimpliciter alteri promitteret habere licere rem Titij,quandocumque ad eum peruenerit; Nam huiuſmodi promiſſionem valere, ait, per *tex. in l.ſtipulatio iſta,§.quæſitum de verb. oblig.* & inferius rationem tradit, quo- 26
niam plures ſunt cauſæ ob quas res alterius etiam abſque ſucceſſione ad aliquem peruenire poſſit.

Nec eſt dubium,quod diſpoſitio *d.l. fin. C. de Pact.* 27
non habet locum in bonis, quæ ex alia cauſa poſſunt peruenire ad paciſcentes,quàm per mortem;quia pactio tunc indiſtinctè eſt permiſſa,per regulam generalem,quod ius de futuro poteſt in ſtipulationem dedu- 28
ci,vt latè *Bolognett.d.l.fin.num.30.* vt propterea minimè neceſſariò inferatur de hæreditate, vel ſucceſſione viuentis actum fuiſſe; Ceſſat igitur turpitudinis ratio.

Dummodò tamen non dignoſcatur factas fuiſſe 29
has ſtipulationes in fraudem legis; nam eo caſu non valere omnes concedunt,vt tradit *Bolognett.d.loco nu. 25.in fine.*

Hæc ſufficiant in præſenti articulo, cetera de materia, vide apud *Bolognett. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de verb.oblig.per tot.*

CAPVT XXXI.

Pactum noſtrum, ſtatuto, vel conſuetudine confirmatum, an valeat, & affirmatiua defenditur.

SVMMARIVM.

1 *Non valet pactum,ſtatuto, vel conſuetudine confirmatum.*
2 *Contra, quod valeat ſtatuto,vel conſuetudine confirmatum.*
3 *Dummodò agatur de conſuetudine legitimè præſcripta.*
4 *Vel de ſtatuto à Principe confirmato.*
5 *Inualiditas pacti noſtri fundatur in præſumptione delicti.*
6 *Præſumptio delicti poteſt tolli per Principem, vel conſuetudine.*
7 *Princeps non ligatur his legibus.*
8 *Princeps poteſt inire hæc pacta futuræ ſucceſſionis.*

9 Con-

9 *Consensus vnius priuati tollis præsumptionem delicti, & pariter tollit delicti præsumptionem consensns Principis.*

SCripsi superiùs, lato calamo, *cap.* 12. quando pacta successoria valeant, accedente statuto, vel
1 consuetudine, ideò hic paucis me expediam: Nam, licet ibi loquuti simus, de pactis initis inter eos, de quorum hæreditate agitur, hic, verò, agatur de pacto, inter extraneos, de hæreditate tertij; nihilominus plura, ibidem fuerunt dicta, huic etiam quæstioni optime conueniunt; In terminis, autem, de quibus hic agimus.

Non valere pacta successoria, licèt consuetudine, vel statuto confirmata, dixerunt Doctores allegati à *Sanch. in Decal. d. lib. 7. cap. 2. num. 38. versic. Sed contrarium*, nec non cęteri adducti per *Barbos. d. l. fin. C. de Pact. nu. 5.* & hanc etiam sequutus fuit opinionem *Formosin. in cap. cum contingat, de iureiur. quæst. 10. num. 7.*

Contrariam sententiam, quod valeant, sequuntur plures à *Sanch. adducti d. lib. 7. cap. 2. num. 38.* & hanc esse veriorem, cum eodemmet *Sanch.* ego arbitror;
2 nempè quando consuetudo esset legitimè præscripta, ita, vt sufficeret ad legem inducendam; idem-
3 que dicendum est de statuto, quando esset confirma-
4 tum à Principe condendi leges facultatem habente.
Et ratio mihi videtur esse aperta, nam tota illa decisio est fundata in præsumptione delicti, & pro-
5 curationis mortis eius, de cuius hæreditate tractatur, quæ præsumptio est iuris positiui, & potest tolli per Principem supremum, aut per aliud statutum, vel
6 consuetudinem vim legis habentem.
7 Quapropter dicit *Bologness. d. l. fin. num. 66.* Principem non ligari his legibus; Vndè validè inire potest pacta huiusmodi, vt etiam animaduertit, *Add. ad Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap 3. num. 2. circà fi-*
8 *nem*, & plures allegat *Capon. de Pact. quæst. 47. num. 2. in fine*, ea ratione, quod ista prohibitio, cùm sit iuris positiui, potest tolli per Principem. Et esset inconue-
9 niens, quod consensus vnius priuati posset tollere hanc præsumptionem, Princeps autem non posset, ar-
10 gumento textus *in §. filius fam. in fine Instit. quib. mod. ius patr. potest. soluitur.*

CAPVT XXXII.

De pacto hæreditatis conseruandæ. Traditur eius definitio, ac disputatur: an valeat, nec ne. Pro affirmatiua concluditur, cum nonnullis tamen limitationibus, & declarationibus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum hæreditatis conseruandæ definitur.*
2 *Tale pactum conseruat successionem, qua quis ob delictum, vel rigorem iuris priuatur.*
3 *Quod non valeant talia pacta successionis conseruandæ.*
4 *Filia non exclusa successionem sibi conseruare non potest.*
5 *Argumentum à maioritate rationis valet in iure.*
6 *Pactum conseruatorium est verè pactum de successione disponenda reprobatum.*
7 *Statutum, & ius commune eandem habent auctoritatem.*
8 *Statutum est tamquam ius commune in loco vbi viget.*
9 *Nemo potest pacisci vt alius ei succedat, vel propter pactum aliter succedatur, quam lex disponat.*
10 *In iure sunt constituti certi modi, quibus possumus consanguineis præiudicare.*
11 *Pater dando filium in adoptionem non potest sibi seruare succedendi ius.*
12 *Patri est permissum sibi successionem reseruare, non autem liberis.*
13 *Valet pactum de successione conseruanda.*
14 *Doctores tenentes valere talia pacta successionis conseruandæ.*
15 *Tex. in l. pactum 15. C. de Pact. explicatur.*
16 *Differentia inter tex. in l. pactum 15. C. de Pact. & tex in §. fin Instit. de legit. agnat. success.*
17 *Pactum hæreditatis conseruandæ nequaquam dici potest pactum hæreditatis diuidendæ.*
18 *Datur hæreditas pacto, quando immutatur succedendi ratio à statuto præscripta.*
19 *Sed hoc procedit quando fæmina omninò excluditur, non verò quando propter masculos.*
20 *Tria requiruntur ad hoc vt valeat pactum hæreditatis conseruandæ vt debeatur hæreditas iure communi, vt fiat reseruatio contra delictum, vel statuti rigore, quod ille cum quo fit pactū sectari valeat.*
21 *Tex. in l. si fratres, §. item respondi, ff. pro soc. explicatur.*
22 *Per pactum hæreditatis conseruandæ non datur hæreditas pacto, sed tantum remouetur obstaculum.*
23 *Per pactum hæreditatis conseruandæ filia dicitur succedere ab intestato.*
24 *Tex. in l. cū in adoptiuis 10. C. de Adopt. explicatur.*
25 *Lex non disponit nisi de eo qui quæritur in ea, & dubitatur.*
26 *Tex. in l. cum in adoptiuis, C. de Adopt. non loquitur de hæreditate conseruanda.*
27 *Tex. in §. fin. Instit. de legit. agnat. success. explicatur.*
28 *Adoptiuus an possit succedere, & habeat relinquere inofficiosi testamenti.*
29 *In hoc pacto, vel quis priuatur propter delictum, vel propter iuris rigorem.*
30 *Valet hoc pactum, quando quis priuatur propter delictum.*
31 *Potest quis remittere causas ingratitudinis.*
32 *Ingratitudo futura remitti non potest.*
33 *Valet pactum de conseruanda successione ad fauorem priuati propter delictum, quando non efficit delinquentem incapacem succedendi.*
34 *Bannisi, vel deportati cum confiscatione bonorum, non sunt capaces succedendi.*
35 *Neque ex testamento, neque ab intestato.*
36 *Quando quis priuatur à successione ob iuris rigorem vel paciscens potest procedere, testando vel non, primo casu valet pactum, 2. casu non valet.*
37 *Fæmina exclusa extantibus masculis, intelligitur ex testamento, non ab intestato.*
38 *Valet pactum, quo filia sibi reseruat ius successionis.*
39 *Consensus priuati non potest remouere statuti obstaculum.*
40 *Valet pactum de conseruanda successione, etiam sine consensu consanguineorum.*
41 *Qua ratione patri permißum est, vt testamento præiudicare possit illis, quibus statuto defertur successio, ex eadem conceßum ei debet esse, vt pacto interposito præiudicet.*
42 *Quando statutum indistinctè aufert successionem, non valet pactum.*
43 *Statuta excludentia forenses, vel feminas alibi nuptas à successione, an comprehendans loca pia.*
44 *An bona Ecclesiæ sint comprehensa in statutis excludentibus forenses à successione.*

45 Sta-

45 *Statutum excludens à succeſſione religioſum, an ſit contra libertatem Eccleſiæ.*
46 *Statuta excluſiua fœminarum an ligeut moniales.*
47 *Filia, quæ renunciauit poteſt ſibi reſeruare succeſſionem.*
48 *Mater an excludatur per ſubſtitutionem pupillarem factam filio.*
49 *Mater poteſt ſibi ſucceſſionem reſeruare, ne ſuccedat ſubſtitutus pupillariter filio ſuo.*
50 *Per pactum ſucceſſionis conſeruandæ non auſertur libera teſtandi facultas.*
51 *Legitima matri debetur, quando conſtat de voluntate teſtatoris eam non priuandi.*
52 *Pactum ſucceſſionis conſeruandæ valet in actu dotationis non ex interuallo.*
53 *Sed quod valeat etiam ex interuallo.*
54 *Pactum noſtrum valet, quando paciſcentes ad remouendum tantum obſtaculum habuerunt reſpectum.*
55 *Per ſimplex pactum non intelligitur remiſſa ingratitudo.*

EXpeditus, de quæſtionibus pertinentibus ad pactum, de hæreditate acquirenda, deuenio, iuxta methodum mihi propoſitam, in *cap.* 1. ad pactum hæreditatis, vel ſucceſſionis conſeruandæ.

Quod pactum conſeruatiuum nil aliud eſt, quam
1 illud, quo hæreditas alicui, iure communi, debita, ſed ob delictum præteritum, ſeu ſtatuti rigorem auferenda, ita reſeruatur, vt nihil quidem ſtatuti rigor, aut delictum ſucceſſioni obſtet; illi tamen de cuius bonis agitur integrum ſit pro arbitrio, de bonis ſuis teſtari; ita, enim, hoc pactum definiuit *Io: Dauth. d. tract. de teſtam. tit. de mutan. teſtam. poteſt. nu.* 105. dicens tamen ſe hanc definitionem, ſeu potius deſcriptionem accepiſſe à *Bolognett. d. l. fin. num.* 92. *C. de Pact.* & quod pacta, de quibus in præſenti agitur, ea ſint, quibus quis ſucceſſionem ſibi competentem, quam tamen, vel ob delictum, vel ob iuris rigorem
2 alioquin priuaretur, integram ſibi conſeruat, dixit etiam *Hartm. Piſt. quæſt. iur. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 1. *Gedda de contrab. & committ. ſtipul. cap.* 6. *concluſ.* 7. *num.*88.

An verò huiuſmodi pacta, de ſucceſſione conſeruanda, valeant, eſt controuerſum inter Doctores,
3 nonnulli vt *Fulgoſ. d. l. fin. C. de Pact. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 18. *requi.* 29. *& de ſucceſſ. prag. l. ſi quando, §. illud, num.*30. *circa finem, ff. de inoff. teſt am. Petr. Gregor. Tholoſ. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib* 41. *cap.* 8. *num.* 2. *Bolognett. d. l. fin. num.* 101. *& num.* 163. *C. de Pact. Hartm. Piſt. dict. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 18. tenent, quòd fruſtra fiant hæc pacta, &, vti nulla & inualida non ſint attendenda, nec paciſcentes obligent; Pro qua ſententia, multa afferuntur argumenta.

Primum, quod per *text. in d. l. pactum*, 15. *C. de pact.*
4 filia non excluſa, ſucceſſionem vbi conſeruare non poteſt; ergo multo minus filia excluſa, id poterit per pactum facere: argumento deſumpto à maioritate
5 rationis, quod valet in iure, *Auth. multo magis, C. de Sacroſ. Eccleſ. Zuccar. dec. Luc.* 5. *num.*8.

Secundum, quod pactum conſeruatiuum ſucceſ-
6 ſionis ſit verè pactum, de ſucceſſione diſponenda, quo mediante, datur hæreditas filiabus à ſtatuto excluſis. Nam ſtatutum, & ius commune eandem ha-
7 bent auctoritatem, adeò vt, tanquam ius commune habeatur diſpoſitio ſtatutaria in loco, vbi viget *l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Sed iuri communi derogari non poteſt, vt hæreditas detur pacto, ergo neque ſtatuto.
8 Tertium, deſumptum ex *l. ſi fratres*, 53. *§. idem reſpondi, ff. pro ſoc.* vbi habetur, quòd, licèt, quis poſſit, teſtamento ſibi hæredem etiam extraneum inſtituere, id tamen facere nequit, vt aut ab inteſtato ſuccedatur, vigore pacti, aut propter pactum aliter 9
ſuccedatur, quam diſponat lex.

Quartum, quod à lege certus quidam modus ſit adinuentus, quo poſſumus conſanguineis præiudica- 10
re, ſcilicet, mediante teſtamento, aliter verò non eſt permiſſum, vt quis poſſit inteſtati ſucceſſionem alicui tollere. Vnde ſequitur, pactis ius ſuccedendi dari non poſſe, in præiudicium eorum, quibus lex, vel ſtatutum ſucceſſionem deferunt.

Quintum, quod pater, dando filium in adoptio- 11
nem, non poteſt ſeruare ſibi ius in ſuccedendo, ſicuti filius hoc facere non poterat, de hæreditate patris, vt eſt *tex. in l. cum in adoptione*, 10. *C. de adopt.*

Sextum, deſumptũ in *tex. in §. fin. iuſt de legit. agnat. ſucceſſ.* vbi patri tantum permiſſum eſt reſeruare ſibi 12
ſucceſsionem, non autem liberis.

Sed tamen, his non obſtantibus, contraria opinio, eſt magis communiter appellata, hoc eſt, quod valeat pactum de ſucceſsione conſeruanda; & deſumitur *text. in d. §. fin. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Ex quo olim 13
pater per emancipationem perdebat iura ſucceſſionis in bonis filij, tamen, ſi emancipabat, contracta fiducia, ideſt, ſeruato ſibi iure ſuccedendi, valebat reſeruatio; Et ita pariter eſt tenendum, in caſu noſtro, quod pactum, ex quo quis ſibi ſucceſſionem reſeruat, valeat, & ſubſtineatur, vt, præ cæteris voluit *Bartol. d. l. fin. C. de Pact. n.* 2. vbi etiam cõmuniter interpretes, *vt Bald. Angel. num.* 11. *Alciat. nu.* 56. *& ſeqq. Roman.* 14
num. 17. *Cagnol. num.* 144. *Vueſſembecc. num.* 12. *Vital. Cambau. de Clauſ. verbo renunciatio pag.* 526. *Alex. conſ.* 59. *nu.* 2. *lib.* 5. *Natt. in cap quamuis pactum nu.*103. *de Pact. in* 6. *Hartm. Piſt. quæſt. Iur. lib.* 4. *quæſt.* 4. *nu.* 1. *Craſſ. ſeutent. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.* 15. *numer.* 1. *&* 2. *Benedict. Carpzou. in Iuriſp. for. part.* 2. *Conſtit.* 35. *deſ.* 22. *per tot. Euerard. conſ.* 129. *numer.* 4. *Gomez. ad ll. Tauri* 22. *num.* 19. *Franc. Marc. dec.* 136. *part.* 1. *Douad. de Renunc. cap.* 9. *num.* 128. *Formoſin. ad cap. cum contingat de Iureiur. quæſt* 12. *nu.* 8. 9. *Raudeu. de Anal. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 38. *Gedda. de contrab. & committ. ſtipul. cap.* 6. *concl.* 7. *nu.* 88. *Bartol. Muſcul. de ſucceſſ. conuent. & anom. membr.* 1. *claſſ.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 4. *num.* 19. *Carol. Calà de ſucceſſ. per pactum par.* 3. *num.* 94. *& ſeqq. Dauth. de teſtam. de mut. teſtam. pot. num.* 109.

Ad contraria verò allata, præcipuè *Bolognett. d. l. fin. nu.* 101. *& ſeqq.* reſpondent

Quod primum deſumptum à *l. pactum* 15. *C. de Pact.* non ſtringit, nam ibi agitur, de pacto auferen- 15
te liberam facultatem teſtandi, adeout pater non poſſit pænitere, data validitate actus; at pactum noſtrum, quo contrà ſtatuti rigorem ſucceſſio conſeruatur, neque libertatem teſtandi impedit, vt infra videbimus, neque ſucceſſionem tribuit, ſed impedimentum tantum ſucceſsioni obſtans remouet, vt præ ceteris, optimè probat *Dauth. vbi ſup. num.* 105. *verſ. ſed ille perperam, Calà de ſucceſſ. per pactum d par.* 3. *nu.* 99. 100. & latiſſimè *Hartm. Piſt. d. lib* 4. *quæſt.* 4. *num.* 8. vbi cauſam aſſignat, quarè magis præciſè obliget pactum noſtrum, quam illud, de quo in *d. l. pactum quod dotali* 16
15. *C. de Pact.* aſsignando diuerſitatem vnius ab alio; nam ibi de ipſa ſucceſsione, ideſt quod filia, pro æquis portionibus, ſuccedere debeat, actum fuit; hic verò non tam de ſucceſsione, quam de remouendo impedimento, quod obſtabat ſucceſsioni fuit conuentum; ipſa interim ſuccedendi ratione in iuris communis diſpoſitione relicta; Non igitur mirum, ſi hoc caſu, pacto non obſtante, teſtandi facultas ſecundum leges libera relicta cenſeatur, ſecus in illo.

Secun-

Secundum; quod verè sit pactum de hæreditate di-
sponenda, non admittunt *Danth. vbi suprà in addit.*
margin.lit.B ex rationibus, de quibus suprà, quod hoc
pacto conseruatiuo tantum rigor statuti remouetur,
& omnia ad ius commune reducuntur, quo patri li-
berum est, vt pro arbitrio testetur; At pacti acquisiti-
ui natura est, vt directò, cum testandi facultate pu-
17 gnet, & eam constringat, prout pariter huic argu-
mento ita respondet, *Hartm. Pist. & Carol. Calà in lo-*
cis mox citatis.

Et licet replicent aduersarij, quod nihilominùs da-
tur hæreditas pacto, dum immutatur succedendi ra-
18 tio à statuto præscripta, & quod idem est successio-
nem immutare, ac eam tradere; Tamen animaduer-
tendum est, quod argumentum prædictum procede-
ret, quando versaremur in casu, quod ex statuto fœmi-
na omninò, & totaliter excluderetur; tunc enim esset,
pacto, iuris statutarij formam immutare, quod non
minùs possumus, quam iuris communis, vt inferiùs
dicemus.

Non verò, quando fœmina à statuto exclusa, ab in-
testato propter masculos, hæc pacta conseruatiua
facit, quia tunc non immutatur statuti dispositio, vt
19 latè ostendit *Cald vbi suprà num. 107. Hartm. Pist. d.*
loco num.11. Vndè concludit *Danth. loco citato*, quem
refert, & sequitur *Hartm. Pist. vbi suprà proximè vers.*
atque ita, quod tria requiruntur, ad hoc, vt valeant
20 hæc pacta successionis conseruandæ. Primò, vt debea-
tur hæreditas, iure communi. Secundò, quod reserua-
tio fiat tantum contra delictum, vel statuti rigorem,
non contra libertatem testandi; Tertiò, quod illi, cum
quo aliquis paciscitur, integrum maneat, de bonis suis
testari, non obstante pacto.

Tertium verò pariter refellitur, ponderando, cum
Hartm. Pist. d. quæst 4. num. 16. vers. eo modo tollitur ac
21 *Danth. vbi suprà num. 106. vers. verum*, ne hoc, quod
tex. prædictus *in d. l. si fratres, §. idem respondi, ff. pro*
soc. loquitur in casu, quod ius succedendi, de nouo tri-
buitur, quod non procedit, in casu nostro, in quo, non
datur hæreditas, sed tantum remouetur obstaculum;
neque facit, quod aliter succedatur, quam iure com-
muni dispositum est, sed potiùs ad ius commune suc-
cessiones reducit, & testandi libertatem haud qua-
quam constringit.

Quartum, in quo dictum fuit, quod certi quidam
modi sunt à iure adinuenti, ad hoc, vt quis possit con-
22 sanguineis præiudicare, videlicet, per vltimam volun-
tatem, non verò per pactum; non est in consideratio-
ne habendum. Siquidem dici non potest, hoc casu, da-
tam fuisse hæreditatem, per pactum; sed per id impe-
dimentum statuti sublatum esse; siuè, vt ait *Anton.*
Fab. relatus à *Carol. Calà d. tract. de success. per pactum*
num.102. restitutam fuisse capacitatem succedendi;
Vndè vocabitur ad successionem filia, virtute illius
successionis ab intestato, non autem ex pacto, hoc est
non censebitur vocata, & admissa ad successionem fi-
23 lia ex pacto, in vim actus inter viuos, sed ab intestato,
virtute pacti, ex quo, sublato statuti impedimento, res
reuertitur ad terminos iuris, ex quo, patre mortuo, si-
ne aliqua dispositione, filia succedit vna cum mascu-
lis, in virilem portionem, ad *tex.* in famigerata *nouell.*
118. cap. 4.

Quintum, quod pater, dando filium in adoptionē,
sibi reseruare non possit ius succedendi, prout pariter
24 non potest filius in hæreditate patris. *l. enim in adopti-*
uis 10. C. de Adopt. pariter refellitur à *Danth. num.107.*
vers. verum de mut. testam. potest. dum ait, quod *tex. in*
d. l. enim in adoptiuis, hoc solum quærit; An filius in
adoptionem datus, contra naturalis patris testamen-
tum, à quo præteritus est, de inofficioso actionem ha-
beat, quam quæstionem ibi Imperator Iustinianus
decidit; sed, de iure conseruandæ successionis, nullum
verbum profert; Vndè adaptatur illud iuris dicteriū; 25
quod lex non disponit, nisi de eo, de quo quæritur in
ea, & dubitatur; cætera vero præsupponat, vel in cæ-
teris legibus relinquat, & procedit vlterius idē *Danth.*
ostendendo, quod in eadem lege nequaquam agatur
de successione conseruanda, vt pariter ita sentit
Hartm. Pist. d. quæst. 4. num. 17. vers. sed neque in illis iu- 26
ribus.

Et tandem vltimum argumentum non obstat, quod
textus in d. §. fin. Instit. de legit. agnat. success. patri tan- 27
tum permittat sibi successionem reseruare, non au-
tem filijs; quia ad illud optimè satisfacit *Pist. vbi su-*
prà vers. 8. confirmat, ex rationibus per eum adductis.

Si verò plura desideras circà quæstionem; An, &
quando Adoptiuus possit succedere, & habeat quere-
lam inofficiosi testamenti, & debeat habere legiti-
mam, vide apud *Mart. de success. par. 1. quæst. 19. art. 1.* 28
Michal. de Fratrib. par. 1. cap 33. nu. 20. Rot. dec. 360. nu.
21. par. 5. dec. 309 par. 11. dec. 97. par. 12. rec.

His igitur argumentis explosis, apparet de veritate
huius opinionis, communiter à Doctoribus receptæ,
vt valeant pacta, de futura successione conseruanda,
& quamquam *Hartm. Pist.* post prolixam disputatio-
nem, videatur potiùs approbare cum *Bolognett.* quod
hæc pacta sint nulla, tamen nequaquam puto disce-
dendum ab opinione magis communi, cum declara-
tionibus tamen, & restrictionibus allatis à *Bartol. d. l.*
fin. num. 2. C. de Pact. quem sequuntur ibidem reperen-
tes, vt *Bald. num. 11. Angel num. 2. Guielm. de Bened.*
in d. cap. Raynutius verbo duas habens num. 218. nempè
quod, vel ille, qui habet ius succedendi, priuatur pro- 29
pter delictum, vel propter aliquem iuris rigorem.

Primò casu, quando quis est priuatus propter de-
lictum, valet pactum futuræ successionis conseruan- 30
dæ, quia potest quis committere causas ingratitudi-
nis, vt *l. fin. C. de reuoc. donat*, & pluribus cumulatis, de- 31
clarat etiam *Cagnol. d. l. fin. num. 144. & seqq. C. de Pact.*
& ibi etiam *Bolognett. num. 95. & seqq. Petr Greg. Tho-*
los. syntagm. Iur. vniuers. lib. 41. cap. 7. nu. 3. Hartm. Pist.
d. lib. 4. quæst. 4. nu. 3. Crass. §. successio ab intestato quæst.
15. nu. 2. Gomez ad ll. Taur. 22. nu. 19. vers. tertio infero,
Barry de success. lib. 2 tit. 4. num. 2.

Quod est intelligendum, de delicto præterito, non
verò, de futuro, eo quia ingratitudo futura remitti
non potest; nam huiusmodi pactum esset delicti indu-
ctiuum, & contrà bonos mores, propterea non subsi-
steret *Hartm. Pist. vbi suprà d. quæst. 4. num. 4. Crass.* 32
§. successio ab intestato d. quæst. 15. num. 2. Barry de suc-
cess d. tit. 4 num. 2. lib. 2 Gaddæ. de contrah. & committ.
stipul. d. cap 6. concl. 7 num. 89. Tholos. vbi suprà nu. 3.

Præterea est admittenda validitas pacti, de succes-
sione conseruanda, ob priuationem propter delictum;
quando agitur de priuato delicto, quod non reddit
delinquentem omninò incapacem succedendi, ac in 33
eorum arbitrio est, contrà quos fuit commissum de-
lictum instituere, necne; Secus verò, quando quis sim-
pliciter, ob delictum aliquod succedendi, iure penitùs
priuaretur, & insuccessibilis redderetur, tunc enim
pacto successio reseruari, vel restitui non potest, vt
latè ostendit *Cagnol. d. l. fin. numer. 157. Gulielm. de*
Bened. vbi suprà num. 221. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 4.
num. 3.

Vt euenit in bannitis, seù deportatis cum confisca-
tione bonorum, qui non sunt capaces successionis, 34
neque ex testamento, neque ab intestato, vt 70. cu-
mulatis Doctoribus, ostendit *Altograd. cons 98 num.* 35
34. lib. 1. Ciarlin. controu. for. cap. 161. num. 27. & seqq.
Mart. Medic. dec. 42. & in addit. num. 2. & seqq. vbi al-
legantur nonnullæ Rotæ decisiones, *Andreol. controu.*
58. num. 17.

Secundò

Secundo verò caſu hoc eſt, quando quis priuatur,
ob aliquem juris rigorem, eſt ſubdiſtinguendum, videlicet,
aut paciſcens poteſt, in hoc prouidere, teſtan-
36 do, & valet pactum, aut non poteſt prouidere, teſtando,
& pactum non valet, vt optimè *Bart. Bald.* & cæteri
Doctores ſupracitati, *Gulielm. de Bened. d. cap.
Raynutius*, verbo duas habens filias *numer. 219. Cagnol.
d. l. fin. numer. 258.* & explicat *Hartm. Piſt. vbi ſuprà
num. 11.*

Hinc eſt, quod, ſi extat ſtatutum, quod filia fœmina
non ſuccedat, extantibus maſculis, quia tamen ex teſtamento
capere poteſt quicquid ſibi relinquitur, vt
37 probat *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 4. num. 6. Mart. ſumm.
ſucceſſ. leg. par. 1. quæſt. 13. art. 1. num. 10. Merend. cap.
22. lib. 16. Rot. dec. 207. par. 9. rec.* Et propterea pater
poteſt prouidere, teſtando, vocando ad ſucceſſionem
filiam excluſam à ſtatuto, ſi tempore, quo dotatur de
conſenſu patris, ſibi ſucceſſionem reſeruat, pactum valet,
vt per *Bartol. d. l. fin. num. 4.* ibique etiam *Bald. num.
38 12. Cagnol. num. 163. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato d. qu.
15. nu. 5. Gulielm. de Bened. d. cap. Raynut. nu. 219. Gomez
ad ll. Taur. 22. num. 19. verſ. ſecundo infero, Franc. Marc.
dec. 136. num. 4.*

Et quamquam hæc opinio limitetur, iuxtà opinionem
Bald. d. l. fin. nu. 3. quando reſeruatio fit cum conſenſu
eius, ad cuius fauorem ſtatutum fuit conditum,
ſecus verò, quando fit eo non conſentiente, eo quia
conſenſus vnius priuati non poteſt remouere obſtaculum
ſtatuti, & ideò nullatenùs ſubſiſtant ſinè conſen-
39 ſu maſculorum, & *Bald.* ſequuntur *Paul. de Caſtr. Fulgoſ.
Imol. Roman. & Alex. ſuper d. l. fin. & l. ſtipulatio hoc
modo concepta, ff. de verb. oblig. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato
quæſt. 15. nu. 5. verſ. contrarium*, & alij allati à *Piſt.
vbi ſuprà nu. 7. verſ. alij verò.*

Tamen magis communiter tenent Doctores cum
Bartol. ibidem, quod valeant hæc pacta de conſeruanda
ſucceſſione, etiam ſine conſanguineorum conſen-
40 ſu, & præ ceteris, hanc, vti veriorem, approbant *Cagnol.
d. l. fin. C. de Pact. num. 170. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato
d. quæſt. 15. nu. 5. Hartm. Piſt. d. quæſt. 4. nu. 7. Barry
de ſucceſſ. d. lib. 2. tit. 4. nu. 3.* ea ratione, quia, qua ratione
patri permiſſum eſt, vt teſtamento præiudicare
41 poſſit illis, quibus ſtatuto defertur ſucceſſio, eadem
conceſſum ei debet eſſe, vt pacto interpoſito, præiudicet
iiſdem.

Si verò ſtatutum non aufert ſucceſſionẽ ab inteſtato,
ſed indiſtinctè, vtpotè, ſi ſtatutum diſponat, vt mulier
forenſi nupta non ſuccedat; quod exterus nullam
poſſit habere ſucceſſionem, ſinè ab inteſtato, ſiuè ex
teſtamento: de quibus ſtatutis plura adducunt *Cy-
42 riac. controu. 204. & 230. Ciarlin. controu. 70. Altograd.
conſ. 3. lib. 1. Hyeron. Palm. conſ. 63. num. 93. & ſeqq. Redenaſc.
conſ. 38. Rot. dec. 157. num. 18. & ſeqq. par. 11. rec.*
Et præcipuè, An talia ſtatuta compræhendant loca
43 pia, & Eccleſiaſticas perſonas, tractat *Schrad. in tract.
§. 16. Cyriac. controu. 205. num. 45. & controu. 529. Sperell.
dec. 10. Rot. dec. 251. par. 8. rec.* prout pariter; an Eccleſiaſtica
bona compræhendantur, in diſpoſitione ſi-
44 milium ſtatutorum, diſputat idem, *Cyriac. controu.
291. Rot. dec. 29. num. 7. part. 12. rec.* non valet pactum;
Nam, cum hoc caſu ſucceſſio iuris communis penitùs
ſit ſublata, vtique pacto ampliùs conſeruari non poterit;
ſed ex ipſo pacto potiùs ſucceſſio, de nouo acquirere
intelligeretur, quod iura non admittunt, *Bartol.
d. l. fin. num. 4. Bald. num. 13. Angel. nu. 2. Roman. nu.
26. Cagnol. nu. 175. Craſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt.
15. num. 6. Hartm. Piſt. d. quæſt. 4. num. 12.* & latiſſimè,
alijs adductis, *Carol. Calà de ſucceſſ. per pactum d. par. 3.
num. 106.*

Exemplificat etiam *Bartol.* in ſtatuto, quod extat
Aſſiſij, vt ingrediens monaſterium non ſuccedat, vult
enim, quod, eo caſu, non poſſit reſeruari ſucceſſio, eo
quia in totum ſtatutum priuat ſucceſſione. Et licet ibi
Bartol. diſputato articulo, teneat, quod idem ſtatutum 45
valeat, nec ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, tamen
alij Doctores contra ſentiunt, quod idem ſtatutum
ſit nullum, vtpotè reſtringens Eccleſiæ libertatem,
vt videre eſt penès *Cagnol. d. l. fin. numer. 186. &
ſeqq. Bolognett.* pariter *ibi nu. 105.* & propterea dicunt
nonnulli ſtatuta excluſiua fœminarum non ligare moniales
Merend. cap. 30. lib. 23. Rot. deciſ. 349. par. 11. 46
recent.

Et ea, quæ dicta ſunt, de ſtatuto prohibente ſucceſſionem
ab inteſtato, non verò ex teſtamento, procedunt
etiam in muliere, quæ renunciauit bonis maternis,
& paternis &c. Sicuti enim hęc, renunciatione non
obſtante, poteſt ad hæreditatem adſpirare, volente
patre qui eam, in ſuo teſtamento, inſtituat, vt latè inferiùs
dicemus *cap. 14. lib. 2.* ità poſt initam renunciationem
poterit per pactum ſibi eandem renunciatam
ſucceſſionem reſeruare, vt obſeruat *Gomez. l. 22. Taur.* 47
num. 19. antè verſ. ſecundo infero.

Obſeruat vlteriùs idem *Gomez. d. loco verſ. quarto*;
quod, licet pater poſſit ſubſtituere pupillariter filijs
ſuis impuberibus, & decedente pupillo, in pupillari ætate,
admittatur ſubſtitutus, in omnibus bonis excluſa
matre etiam in legitima, vt eſt *tex.* iuris Canonici *in* 48
cap. ſi pater de teſt. in 6. & iuris Ciuilis, *in l. Papinianus,
§. ſed neque impuberis, ff. de inoff. teſtam.* & firmant etiã
*Peregr. conſ. 320. num. 14. & conſ. 68. num. 7. lib. 2. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 156. num. 1. Trentacinq. eod. tract. par. 2.
cap. 16. Paſchal. de Patr. Poteſt. lib. 1. cap. 9. num. 15. &
ſeqq. Rot. dec. 198. par. 4. tom. 1. & dec. 120. num. 1. par.
7. rec. Buratt. dec. 84. num. 7. vbi add. num. 16. Altograd.
conſ. 91. num. 87. & ſeqq. lib. 1. Tondut. quæſt. Ciuil. par. 2.
cap. 132. Barboſ. cap. 1. num. 5. de teſtam. in 6. Amat. reſol.
24. num. 25. Donat. Anton. de Marin. cap. 129. lib. 2.
Thomat. dec. 133. eadem Rot. in Rauennaten. Legitimæ
23. Iunij 1666. coram R. P. D. Otalora poſt tract. dec.
133. nu. 3. & ſeqq.*

Tamen, ſi talis mater vxorque teſtatoris fecit pactum,
cum patre, maritoque reſpectiuè tempore contractus
matrimonij, vel conſtante matrimonio ipſo,
quod non poſſit pater facere prædictam ſubſtitutionem
pupillarem filijs ſuis, quod valebit, & tenebit tale
pactum, quia cenſetur, per illud mater ſuam legiti- 49
mam conſeruare ſucceſſionem, potiùs, quam de nouo
acquirere, & tandem concludit, quod id eſt in practica
valdè notandum, cum ſit vtilis concluſio, & noua
conſideratio ab alijs non obſeruata.

Ego tamen non admitto, quod, eo caſu, mater poſſit
ſuccedere in legitima filij, non obſtante ſubſtitutione
pupillari filio facta, eo quia, per pactum initum
cum marito de ſuccesſione conſeruanda ſibi reſeruauerit
ius ſuccedendi, vt ait idem *Gomez.* Nam, vt diximus
ſuprà, pacta noſtra de ſuccesſione conſeruanda,
ideò valent, quia non reſtringunt liberam teſtandi
facultatem; poſſunt enim parentes pacto non obſtante
ſuccesſionem auferre filiabus, cum quibus pacta
fuerunt inita, aliter teſtando, vt firmatur per *Craſſ. d.
§. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 15. num. 7. Cagnol. d. l. fin.* 50
C. de Pact. num. 149. Barry. de ſucceſſ. d. lib. 2. tit. 4. numer. 3.
Vndè ſi poſtquam mater ſibi ſuccesſionem
reſeruauit, pater aliter diſponat, & tacitè, ſi non expresſè
deroget huic pacto, ſubſtinetur diſpoſitio, &
mater nequaquam erit admittenda.

Credo tamen, quod tunc, mater ad legitimam admittatur,
non obſtante ſubſtitutione pupillari, filio
facta, eo quia, dum teſtator reſeruat vxori ſuccesſionem,
conſtat eum, voluiſſe relinquere vxori legitimam,
in bonis filij. Vndè, eo caſu, fallit regula, de qua
ſuprà, quod per ſubſtitutionem pupillarem filio factam,

ctam, excludatur mater, etiam à legitima filij, vt probat *Surd.conſ.212.num.7.Decian.conſ.82.num,23.lib.3, Rot.dec.198.num.3.par.4.rec.* Et latiùs, quod vbi conſtat, de voluntate teſtatoris non priuandi matrem legitima, debeatur matri eadem legitima, non obſtante
51 expreſſa pupillari ſubſtitutione, firmauit *Rot.in cit.Rauennaten.legitimæ 23.Iunij 1666.coram R.P.D.Ottalora poſt tract.dec.133.num.6.& ſeqq.*

Non defuerunt aliqui, qui limitarunt ſupradictam principalem concluſionem, vt habeat locum, & valeat pactum ſucceſſionis conſeruandæ interpoſitum in ipſo actu dotationis, ſecus ſi ex interuallo adijciatur, vt
52 *Natt.d.cap.quamuis pactum num.190.*
53 Sed huiuſmodi ſententia refellitur ab *Hartm. Piſt. d.lib.4.quæſt.4.num.14.* vbi tenet valere, licet non ſit factum, in actu dotationis, prout etiam idem comprobatur ex adductis per *Cagn.d.l.fin.C.de Pact.n.173.*

Et tandem ſcire oportet illud eſſe, apud omnes indubitatum, noſtra pacta valere, quando paciſcentes
ad remouendum tantum obſtaculum habuerunt affe- 54
ctum; ſecus verò, quando ſimpliciter eſset conuentum, quod filia omninò ſuccedere deberet; hoc enim idem eſset, ac pactum, de quo in *d.l.pactum 15. C.de Pact.* a iure reprobatum, & non valeret, tanquam impeditiuum libertatis teſtandi, vt per *Hartm. Piſt. loco citato num.13.*

Prout pariter eſt certum, quod, per ſimplex pactum, non intelligitur remiſsa ingratitudo, niſi vlterius pater filium aliàs exhæredatum inſtituat, vt latè 55
oſtendit *Cagnol.d.l.fin.num.145.* & plura etiam de materia tradit *Alciat.pariter in d.l.fin.num.57.& ſeqq.C.de Pact.*

Et hæc ſufficiant quoad pacta conſeruandæ ſucceſſionis.



IOAN.



IOANNIS TORRE IVRISCONSVLTI, ET NOBILIS LVCENSIS.

Tractatus

DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Verbum, Renunciare, plures habet significatus; Quid sit Ius quæsitum, &, quid, Ius quærendum. Ius quærendum, an, & quomodo dicatur in bonis nostris, & quotuplex sit: Traditur renunciationis definitio, & explicatur. Quid sit repudiatio: Quid pactum, de non petendo: Quid renunciatio; & quotuplex sit. An renunciationes futuræ successionis sint validæ.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum, Renunciare, significat Nuncium remittere.*
2 *Aliquando significat referre, seu reportare.*
3 *Aliquando pro palam demonstrare.*
4 *Vel, pro Nunciatione secreti Consilij.*
5 *Renunciatores aliquando exploratores appellantur.*
6 *Sæpè significat, Magistratuum electiones proclamare.*
7 *In nostro Tractatu accipitur, pro, cedere, seu renunciare.*
8 *Quæcumque res, quæ potest renunciari ad nos spectat, vel ex Iure quæsito, vel ex Iure quærendo.*
9 *Ius quæsitum dicitur, quando dominium rerum plenè nobis quæsitum fuit.*
10 *Ius quærendum est, quando nondum nobis bona fuerunt delata, sed iam possumus acquirere, si volumus.*
11 *Ius quærendum non dicitur Ius, sed spes.*
12 *Ius quærendum non dicitur in bonis nostris.*
13 *Spes acquirendi dicitur esse in bonis nostris.*
14 *Spes acquirendi potest deduci in pactum.*
15 *Ius quærendum tripliciter consideratur, primo modo, quando competit de præsenti cum plena potestate acquirendi, & appellatur Ius delatum.*
16 *Secundo modo, quando sub conditione, vel in diem aliquid nobis debetur.*
17 *Tertio modo, quando est Ius quærendum de futuro ex causa tantum, fundata in euentu futuro, vt, quando quis sperat succedere consanguineo suo.*
18 *Potestas testandi omnibus regulariter est concessa.*
19 *Tractatur in nostro tractatu de Iure quærendo ex causa de futuro.*
20 *Ius quærendum, quibus modis possit alienari.*
21 *De traditione non tractatur in præsenti.*
22 *De obligatione, & promissione pariter non erit sermo in hoc volumine.*
23 *Agitur in præsenti de renunciatione, repudiatione, & pacto de non petendo.*
24 *Renunciationis definitio.*
25 *Alia definitio renunciationis.*
26 *Renunciatio supponit aliquod Ius competere de præsenti.*
27 *Repudiatio quid sit.*
28 *Quid repudiare significet.*
29 *Repudiatio tantum cadit in Iure delato.*
30 *Hæreditas nondum delata repudiari non potest.*
31 *Hæreditas viuentis non potest adiri, neque repudiari.*
32 *Velle qui non potest, non potest nolle.*
33 *Quid sit pactum de non petendo.*
34 *Pactum de non petendo habet semper admixtam renunciationem.*

35 *In*

35 *In quibus possit cadere pactum de non petendo.*
36 *Pactum non fit nisi duorum, vel plurium nitatur voluntate.*
37 *Repudiatio non est Contractus.*
38 *Renunciatio propriè est, quæ fit solius renunciantis voluntate.*
39 *Renunciatio fieri potest, vel duorum, vel vnius tantum voluntate.*
40 *Renunciatio alia translatiua, alia extinctiua.*
41 *Est etiam renunciatio abdicatiua.*
42 *Quid sit renunciatio abdicatiua.*
43 *Quid renunciatio extinctiua.*
44 *Extinctiua fit de hæreditate deferenda, seu delata, non de iam quæsita.*
45 *Quando sit translatiua renunciatio.*
46 *Translatiua propriè locum habet in hæreditate adita, seu delata, & non adita.*
47 *Renunciatio alia realis, alia personalis.*
48 *Quid sit personalis renunciatio.*
49 *Quid realis.*
50 *Renunciatio futuræ successionis propria quomodo definiatur.*
51 *Renunciatio futuræ successionis fieri potest non expressa particula successionis.*
52 *Generalis promissio compræhendit omnes species, quæ subsunt in renunciatione.*
53 *Liberis, eo ipso, quod nati sunt, competit successio facultatis paternæ.*
54 *Filius in legitima est ac si creditor conditionalis.*
55 *Renunciatio continet liberationem.*
56 *Renunciationes futuræ successionis, an sint validæ.*
57 *Tenent aliqui, non valere, renunciationem iuris sub conditione competentis.*
58 *Valere tamen, accedente partis consensu.*
59 *Alij tenent, non valere renunciationem iuris de futuro, neque re, neque spe competentis.*
60 *An sint conceptæ per verba respicientia non tempus præsens, sed futurum.*
61 *Quod vtroque casu valeant pacta super re, quæ non competit re, neque spe.*
62 *Hæreditas viuentis nobis dicitur competere spe.*
63 *Et talis spes competit de præsenti.*
64 *Pacta futuræ successionis negatiuè, non valent in iure.*

POst Tractatum Pacti futuræ successionis acquisitiui, iuxta methodum in initio Operis propositam, restat videre, de Pacto renunciatiuo successionis futuræ, pro cuius perfecta intelligentia præponere necesse est.

Hoc verbum, *renunciare*, plures significatus habere; Aliquando, enim, Nuncium remittere, vel salu-
1 tem vltimam dicere, significat, vt testatur, *Budæus super Pandectis l. minor de minoribus pag. mihi 369.*

Aliquando accipitur, pro *referre*, seù *reportare*, vt
apud *Cæsar. Commentar.* dum habemus, qualis esset
2 natura mentis &c. *qui cognoscerent misit, & renunciatum est, facilem esse &c. & Plaut. in Comed. Is nunc me renunciare repudium iussit tibi &c.* & habemus, *tex. l. qui fundum 40. ff. de contrah. empt.* vbi de Agrimensore renunciante fundi mensuram.

Nonnumquam, pro palam demonstrare, & apertè
3 significare, *Terent. in Andria, quasi tibi renunciata sint hæc &c.* & latissimè de materia *Gallerat. de renunc. lib. 1. c. 1. num. 5.*

Non semel vsitatum inuenio, pro nunciatione se-
4 creti Consilij, vel mali; *Terentius*, enim ait, *Quasi non renuntiata sint hæc*, sic fere, & renunciatores illi olim vocabantur, qui Inquisitiones, & delicta secretò commissa Iudicibus renunciabant; quasi explorato-
5 res, vulgo, *Spie*, nostri temporis, vt probat ipsemet, *Bud. vbi sup. l. vlt. propè fin. de Senatorib. pag. mihi 264.* & latissimè *Gallerat. vbi sup. num. 7.*

Sæpè antiquitus significabat hoc verbum, *renunciare*, Magistratuum electiones proclamare, vel alta voce
nunciare, vt author est *Bud. d. loco l. qui fundum de con-* 6
trah. empt. pag. 367. latissimè *Gallerat. ibid. nu. 9.*

Sed magis præcipue, ad propositum nostrum, accipitur pro, cedere, seu resignare, vel restituere, aut refu-
tare, sic, *Cicero in Verrem actio. 4. Iste Senio vehementer* 7
incensus Hospitium ei renunciat, Domo eius emigrat, Bud. in l. obseruare, ff. de Offic. Proconf. pag. 308. ibi, *si quem igitur contracti hospitis pænituisset renunciare, Hospitium solebat, ne hospitij ius violaret &c.* & Magistratum renunciare eum dicebant, qui iudicandi à se facultatem abdicabat, nec non Societati renunciare, hoc est, Societatem relinquere, & ab ea se abdicare, habemus, *tex. l. actione 66. §. renunciari, ff. pro Socio*, cum similibus, de quibus plena manu testatur, *Galler. vbi sup. lib. 1. c. 1. nu. 10. & seqq.*

His positis, pro maiori dilucidatione Tractatus
nostri, scire oportet, quod quæcumque res, quæ potest 8
renunciari, ad nos spectat principaliter, duobus modis, nempè, vel ex iure quæsito, vel ex iure quærendo *l. fin. cum gl. ff. de acq. poss. Bolognett. l. 1. C. de Pact. in princ. Capon. de Pact. q. 5. nu. 2. Gallerat. de renunc. lib. 1. in præfat. nu. 14. & c. 1. pariter nu. 14.*

De iure quæsito res nobis spectare dicitur, quando
Dominium rerum plenè nobis quæsitum fuit, siue sit 9
dominium rei corporalis, siue incorporalis, & dicitur ius in re.

Alio modo, quando non dum nobis Bona fuerunt
quæsita, sed iam possumus acquirere, si volumus, vel 10
habemus aliquam spem acquirendi certam, vel incertam, & hoc appellatur ius quærendum, *tex. d. l. fin. ff. de acquir. poss.* vbi *DD. Bolognett. d. l. 1. C. de Pact. num. 2. Capon. vbi sup. num. 2.* hoc autem non dicitur pro-
priè ius, sed spes, vt illud acquiri possit, *l. cum Ar-* 11
chemidoram, C. vt in poss. legat. & dici solet ius ad rem, vt ex *Dec. cons. 147.* docet *Capon. vbi supra num. 2. in fin.*

Imò hoc ius non dicitur in Bonis nostris, nec est in nostro patrimonio, propterea de eo non valet dispo-
sitio *l. si filius, l. constante, vbi gl. C. de donat.* Sola tamen 12
spes acquirendi dicitur esse in bonis nostris, competit de præsenti, & appellatur ius incertum, quod potest
deduci in pactum, & est in commercio nostro, *l. 1,* 13
C. de Pact. l. spem, C. de donat. l. si factum, ff. de 14
Act. empt. l. nec emptio, ff. de contrab. empt. l. nam hoc, ff. de hæred. vel act. vend. Vrceol. consult. 98. num. 3.

Ius quærendum rursus tripliciter considerari po-
test. Primò modo, prout est ius quærendum cum ple- 15
na potestate acquirendi de præsenti ex libera voluntate, & appellatur ius delatum, nam illud, quod nobis non est quæsitum, possumus tamen acquirere, quando placet, dicitur esse nobis delatum, iuxta *text. l. delata de verb. signif. l. 1. §. decretalis, ff. de successor. edict. Gallerat. de renunc. lib. 1. in proem. num. 14. in fin.*

Secundo modo, quatenus est ius quærendum de futuro sine potestate de præsenti competente, sed tamen
potestas futura acquirendi est fundata in causa de 16
præsenti, vt, quando sub conditione, vel in diem aliquid nobis debetur, vel ex vltima voluntate, vel inter viuos, nec verè dici potest ius de præsenti, quia nunc acquiri minimè potest *§. omnes, §. sub conditione, Inst. de verb. oblig. l. 4. & per toc. tit. ff. de condit. & demonstr. l. si ita scriptum, §. sub conditione, ff. de leg. 2.* tamen dicitur habere aliquam certitudinem, de præsenti, quia causa, propter quam competit, est certa, & firma, vt in Contractu conditionali, qui reuocari

non poteſt,& in debito in diem,quod adueniẽte tẽpo-
re,debetur,vt latiùs habetur ex *Capon.vbi ſup.q.5.n.5.*
Tertio modo,quando eſt ius quærẽdum de futuro,
17 ex cauſa tamen fundata, in euentu futuro, prout eſt,
quando quis ſperat ſuccedere conſanguineo ſuo; nam
tunc eſt ſpes incerta,cum,licet lege, certo ordine, vo-
centur conſanguinei ad ſucceſſionem, tamen poteſtas
alienandi,& teſtandi omnibus regulariter eſt conceſſa,
18 *l.ſi quæramus, ff.de teſtam. & Inſt.quib. non eſt permiſſ.*
facere teſtam.in princ. Vndè non eſt aliqua certitudo,
quod ipſe habeat ſuccedere. Itẽ poſſet eſſe,quod præ-
moreretur,& ſequens in gradu ſuccederet, vt latè, *Bo-*
lognett.d.l.1.C.de Pact.nu.3.verſ.Ius quærendum, & ſic
eſt ſpes de futuro,ex cauſa de futuro, & eſt incerta, &
debilis ſpes,vt alibi diximus,& idem eſt etiam inter vi-
uos,ſi ex aliqua cauſa ſpem habet ambulatoriam,vt ſi
ſperat habere rem alterius, vel quia eſt multũ amicus,
vel aliqua eſt alia ſpes incerta, & de hoc iure quæren-
do de futuro, ex cauſa de futuro principaliter tracta-
19 bitur,in ſequentibus capitibus.
Rurſus eſt præmittendum,hoc ius, tam quæſitum,
quàm quærendum,cum ſuis ſpeciebus,quinque modis
alienari,vel remitti poſſe, nempè, per traditionem cũ
iuſto titulo,per promiſſionem iuxta conuentionẽ, per
20 repudiationem,per renunciationem,& per Pactum de
non petendo,vt magiſtraliter docet *Bolognett.d.l.1. C.*
de Pact.num.9.
Primus modus alienandi ad tractatum noſtrum nõ
21 pertinet,ſed de eo DD.loquuntur in §.*per traditionem*
Inſt.tit.de rer.diuiſ. & alibi.
Secundus modus amittendi per promiſſionem, &
obligationem non erit frequens in quæſtionibus ſe-
22 quentibus, ſed materia tractatur in *tot. tit. ff. & C. de*
*Pact.*nec non *de verb.oblig.*& alijs in locis, vbi de con-
tractibus fit ſermo.
Alij tres modi amittendi per renunciationẽ,nempè
repudiationem,& pactum de non petendo, erunt tra-
ctatus noſtri obiectum; Siquidẽ,licet principaliter ſta-
23 tutũ ſit de renunciatione aliquid exarare,non de cęte-
ris,tamen,quia quandã inter ſe habent connexionem,
& affinitatem,incongruum nimis foret, de illa diſpu-
tare, & de iſtis nullum verbum facere.
Vt igitur à renunciatione,quæ erit principalior no-
ſtri Inſtituti tractatio,initium ſumam, ea definitur, vt
24 ſit *priuatio alicuius iuris alicui competentis*, & dicitur,
renunciatio,quaſi,quis fauori ſuo, veluti nuncium re-
mittat,& vltimam ſalutem, vel valè dicat.
Alia communiter definitio tradi ſolet, vt ſit *Spon-*
25 *tanea rei ſuæ refutatio,in alterius beneficium collata*, de
qua per *Donad.de renunc.c.1. nu.27. Bottigl. de renunc.*
ſucceſſ.c.2.theor.45.nu.3.Paſſerin.ad c.quamuis pactum
*de Pact.in 6.nu.45.*ſed hæc definitio non eſt generalis,
vtpotè quæ ad vnicam tantum renunciationis ſpe-
ciem adaptabilis eſt, ſcilicet ad Translatiuam, quæ
propriè non eſt renunciatio, ſed acquiſitio, & in alte-
rius beneficium facta translatio,vt ex *Franch.Gratian.*
& alijs tenet *Bottigl.vbi ſup.nu.3.*
Hæc autem renunciatio quoquomodo definiatur,
26 præſupponit aliquod ius,de præſenti competere, quo
poſſit renuncians priuari,nam priuatio habitum præ-
ſupponit *l.decem,ff.de verb.oblig.*& poteſt fieri de iure
quæſito plenè,& etiam de iure quærendo,vbicumque
aliqua ſpes de præſenti competit, ſiue magna ſit, ſiue
parua,*l.hæredi 21.§.filiusfam.& l.pactum 46.in fine, ff.*
de Pactis.
Repudiatio eſt;*Declaratio voluntatis,qua quis oſten-*
dit ſe nolle acceptare ius ſibi delatum,ſiue,eſt actus, quo
27 *quis non vult acquirere in ijs, quæ pendent à repudiantis*
voluntate,Paul.de Caſtr.conſ.393.nu.2. lib.1.Capon. de
Pact.d.q.5.nu.8. Donad.de renunc.d.c.1.nu.15.Galler. de
renunc.lib.1.c.2.nu.2.& repudiare,nihil aliud eſt,quam
non acceptare id,quod accipiendo quærere poteſt, &
potiùs dicitur declaratio voluntatis, cum à ſolo ani- 28
mo repudiatio dependeat, *l.recuſari, ff. de acquir. hæ-*
red. Donad.vbi ſup.n.16.
Et cadit ſolummodò repudiatio in iure delato,non
in iure quęſito,neque in iure ſibi de futuro competen-
te,vt eſt optimus,tex *l.1.§.decretalis,ff.de ſucceſſ.edict.* 29
vbi dicitur,quod Bonorũ poſſeſſio Decretalis,nõ po-
teſt repudiari,quia antequã decreta ſit,non eſt delata,
& poſtquam decreta eſt,non poteſt repudiari, quia iã
acquiſita eſt,benè *Bolognett.l.1.C.de Pact.n.8.* & opti-
mè,*Donad.de renunc.c.1.nu.12.Geddæ de contrah.ſtipul.*
c.6.conſid.7.nu.93. Galler. de renunc.lib.1.c.4.nu 13 22.
*Capon.de Pact.d.q.5.nu.9.10.*vbi, quod cum repudiare
nihil ſit aliud,quã nolle acceptare, vel acquirere, fru-
ſtrà prædicatur repudiatio de iure quæſito, vel nondũ
delato, cum non poſſit dici non acquiri id, quod iam
quæſitum eſt,nec delatum, quod non dum acquirere
poſſumus,& ſic duo requiruntur in repudiatione;Pri-
mum, quod ius non dum quæſitum plenè fuerit; Se-
cundum, quod illud poſſit quis acquirere, quod ſanè
verificari non poteſt,niſi de iure iam delato *l.is poteſt.*
ff.de acquir.hæred.
Quapropter hæreditas nondum delata non poterit
repudiari,imò,ſi fuerit repudiata,adhuc adiri poterit, 30
nam is ſolus poteſt repudiare,qui adire,*l.is poteſt,ff.de*
acquir.hæred & cum non poſſit adiri hęreditas viuẽtis,
etiam repudiari minimè poterit,latè *Surd.conſ.446.n.* 31
3.& pleniùs *conſ.398.n.11. 12.* ea de ratione,quia non
poteſt nolle,qui non poteſt velle, *l.eius eſt nolle, ff. de*
reg.iur.l.ab adminiſtratione,C.de legat.Galler.de renunc. 32
lib.1.c.1.n.18 & non dicitur nolle adire hæreditatem,
qui non poteſt eam adire,idem *Surd.d. conſ.398. n.12.*
& per tot. conſ. vbi firmat repudiationem legati antè
mortem teſtatoris nullius eſſe momenti.
Pactum de non petendo eſt;*Id,quod inducit impedi-*
mentum ad non vtendum iure ſuo; & non præſupponit 33
aliquam priuationem iuris competentis, ſed continet
tantum renunciationem Iuris,& facultatis petendi,*l.*
ampliùs,ff.rem ratihabiti, & ſemper habet admixtam 34
renunciationem,*Galler.de renunc.lib.2.c.6.nu.2.Capon.*
de Pact.d.q.5.nu.14.& hoc Pactum cadere poteſt in iu-
re quæſito plenè, & in omnibus ſpeciebus iuris quæ- 35
rendi,ac etiam in iure delato, cum quis poſſit facere
Pactum de non petendo rem plenè ſuam, vel de non
acceptando ius delatum, vel de non petendo Ius con-
ditionale,vel hæreditatem futuram,vt benè, *Bolognet.*
d.l.1.C.de Pact.nu.14.
Et hoc Pactum de non petendo fieri non poteſt,niſi
duorum,vel plurium voluntate nitatur,*l.1 ff. de Pact.* 36
l.Pactum,ff.de Pollicit.Galler.vbi ſup.q.6.n.2.
Repudiatio è conuerſo tantũ robur accipit ex ſim-
plici vnius voluntate,non enim,eſt contractus,nec re-
quirit præſentiã,aut ſtipulationẽ partis,ait,*Surd.conſ.* 37
244.n.19.Bald.l.ſi maior,C.de dolo,Fab.de Ann.conſ.45.
*n.8.*vbi,quod,qui repudiat nõ cõtrahit,neq; diſtrahit.
Renunciatio tandẽ illius eſt naturę,vt vtroq;modo,
fieri poſſit, videlicet, aut ex ſimplici voluntate ſolius
renunciantis ſine concurſu volũtatis alterius,quæ ve-
rè, & propriè dicitur renunciatio,vt optimis argumẽ-
tis,oſtendit,*Galler.de renunc.lib.1.c.8.n.6.7.8.& ſeqq.* 38
vel per modũ conuentionis cum concurſu voluntatis
duorum,& appellatur,Pactum,Conuentio, vel Con-
tractus innominatus,*Bolognett.l.1.C.de Pact.n.55.* vbi 39
quod,*renunciatio eſt,de actu habentibus vigorem à vo-*
luntate vnius tantum,nec alteratur, vel Pactum, vel Cõ-
tractus,niſi,quod aſſumat maiorem efficaciã,vt non poſſit
reuocari,&c.& latiùs *Galler.de renunc.lib.4.c.3.per tot.*
Diuiditur,rurſus,renunciatio,de qua eſt ſermo, ſe-
cundum magis communem opinionem in duas par-
tes,alia enim dicitur renunciatio translatiua, alia ex-
tinctiua,

40 tinctiuã, vt probat *Fab. de Ann. cit. conf. 45.* quem re-
fert, & sequitur *Olea de cess. iur. & act. tit. 1. quæst. 2. nu.*
18. Capon. de Pact. qu. 53. nu. 12. Gratian. discept. for. 693.
n. 75. Io: Franc. Andreol. contr. 310. n. 13. Bottigl. d. theor.
43. n. 1. Donad. de renunc. c. 44 n. 56. 57. to. 2. Rot. in Rom.
hæreditatis de Lanuccijs 20. *Aprilis* 1668. *cor. R. P. D.*
Taya decis. 200. nu. 13. post tract. ego puto adesse tertiũ
renunciationis genus, separatum, quod dicitur, renun-
41 ciatio abdicatiua, quæ abdicatiua renunciatio, est
quando quis nullius fauore, ex se, absque interuentu
42 alterius personæ, declarat, nolle succedere, vt latè *Pas-*
serin. c. quamuis Pactum de Pact. in 6. nu. 61. Io: Petr.
Actolin. resol. 40. nu. 13.

Extinctiua est, quando quis, fauore alterius, extin-
43 guit, & excludit se à iure succedendi, de medio se au-
ferens, & locum alijs faciens, puta, cohęredibus accre-
scendo; argumento *tex. l. si duo, ff. de acquir. hæred. Alb.*
conf. 11. nu. 15. Franc. decis. 14. n. 21. & decis. 101. Bottigl.
d. theor. 43. in princ. Capon. de Pact. d. q. 53. n. 12. Andreol.
vbi sup. n. 13. Olea d. q. 2. n. 17. quæ renunciatio tantum
44 fit de hæreditate deferenda, seù delata, non verò de iã
quæsita, & verè, & propriè dicitur renunciatio, vt col-
ligitur, ex *Ann. d. conf. 45. Olea vbi sup. nu. 17.* ad diffe-
rentiam translatiuæ renunciationis.

Quæ translatiua propriè dicitur, vbi quis abdicat à
se ius succedendi, & illud transfert in eũ, in Beneficiũ
45 cuius renunciauit, *Donad. de renunc. c. 44. n. 59. lib. 2. Io:*
Petr. Actolin. resol. 40. n. 13. Rot. in Bonon. Bonor. siue suc-
cess. de Sighicellis 2. Maij 1664. cor. R. P. D. Ottal. decis.
128. n. 17. post tract. Bottigl. loc. mox cit. Andreol. vbi sup.
Capon. d. n. 12. & hæc translatiua renunciatio, ibi præ-
cipuè locum habet, vbi tractatur de hæreditate adita,
seu delata, & non adita, quo casu, hæc renunciatio po-
46 tiùs sapit donationem, quam renunciationem, vt post
Paul. Castr. Dec. Crot. Alex. Paris. quos allegat, firmat
Fab. de Ann. d. conf. 45. in princ. Bottigl. d. theor. 43. nu. 2.
Et latiùs *Hodiern. contr. c. 8. n. 58.* vbi alios allegat, asse-
rentes, renunciationem, donationẽ dici, quando, quod
renunciatur, erat iam renuncianti delatũ, & acquisitũ.

47 Rursus renunciatio diuiditur, in realẽ, & personalẽ.
Personalis est, quæ fit, pro se, & hæredibus, seu filijs, ad
certas personas restricta, & ad alias non extenditur.
48 Realis, quæ talem exclusionẽ operatur renunciantis,
vt ab omni hæreditate, atque per omnem personam à
49 successione repellatur, quacumq; ex causa renuncian-
ti successio deferatur, & descendentes ab ipso renun-
ciante adhuc excluduntur, de quibus speciebus renun-
ciationum in progressu materiæ singillatim dicemus.

His præcognitis, apertè liquet, quod cum in nostra
materia principaliter sit tractandũ de Pactis successio-
nis futuræ, opus non habemus in sequentibus articulis
agere de renunciatione, quatenus respicit Ius quęsitũ,
vel delatum, sed tantum de iure quærendo, præcipuè,
de illo iure quærendo, quod est fundatũ in spe incerta,
nempè, prout loquitur, de hæreditate viuentium; Ve-
rum, quia hoc ius quærendũ potest etiam per Pactum
de non petendo quis ab se abdicare, de hoc etiam ali-
qua cognoscere non erit incongruũ, & similiter, quia
ferè semper in renunciationibus futurarũ hæreditatũ
sunt admixtæ repudiationes iuris delati, aliqua etiam
de repudiatione, licet non principaliter, saltẽ inconse-
quentiã cadere poterunt, in quęstionibus sequentibus.

Vt igitur accedamus ad hanc nostram renunciatio-
nem iuris futuri, vel futuræ successionis, mihi videtur,
50 quod possit definiri, *successionis futuræ ex libera volun-*
tate facta remissio. Dicimus, *successionis futuræ*, ad dif-
ferentiam renunciationis factæ, de hæreditate iã quæ-
sita, vel repudiationis hæreditatis delatæ; nõ tamen est
necesse, vt semper in renũciationibus similibus vtatur
renuncians, hoc verbo, *Successionis*, nã, licet fiat renun-
ciatio de bonis, quæ in futurũ cõpetere possunt, nulla

facta successionis mentione, semper renunciatæ intel-
liguntur successiones in futurum nobis deuoluendæ;
Nam, licet contrarium videretur de iure magis verũ,
quod per verba, *Quæ competere alicui possunt*, vel *quæ* 51
quis habere sperat, &c. non intelligeretur præiudicatũ
futuris successionibus, ea ratione, quia licet sint verba
prolata in casu futuro, tamen intelligi debent, de ali-
qua causa de præsenti cõpetente, & quæ existat, tem-
pore Pacti, nec extenditur ad ea, quæ posteà ex noua
causa exoriantur *l. quod seruus, ff. de cond. ob caus.* Suc-
cessionis verò ab intestato causã, nec in præsenti exi-
stere, nec esse in spe probatur, per *l. post emancipationẽ,*
§. 1. ff. de libert. legat. l. qui cum tutoribus in princ. ff. de
transact. Bart. l. qui Rom. §. duo fratres n. 3. 16. ff. de verb.
oblig. & nos latiùs *supra cap. 2. nu. 3 hoc eod. lib.*

Tamen, vt benè ostendit *Kellembetz. de renunc. suc-*
cess. q. 1. n. 9. & seqq. in generali ista renunciatione, etiã
de successionis iure cogitatum fuisse verisimilius est,
quia generalis promissio, siue remissio omnes singulas
eas species, quæ sub genere isto subsunt, cõpræhendit,
non aliter, ac si omnes nominatim fuissent enumera-
tæ, & expressæ *l. si duo, ff de adm. tutel. l. si corpus de leg.* 52
3. l. si ita ff. de vsu, & habit. l. 2. C. de quadrien. præscript.
l. omnes, C. de præscript. 30. ann. Liberis, autem eo ipso,
quod nati sunt, competit successio facultatis paternæ,
quæ, licet, non nisi extinctis demum Parẽtibus, acqui- 53
ratur, quia tamen interim in legitima certam spẽ po-
sitã habent, non minùs, ac creditor conditionalis, cuius
obligationis causã de præsenti existere dicit *Bart. d. l.* 54
post emancipationem, §. 1. n. 2 ff. de liber. legat. de ea spe,
licet incerta disponere possunt *l. spem, C. de donat. Kel-*
lembetz, vbi sup. nu. 11. & nos latiùs inferiùs.

Quare, cum Pacti tempore ius successionis renun-
cianti cõpetijsse constet, dicendũ sequitur tale ius sub
generali ista renunciatione, fuisse cõpręhensum, vt op-
timè ostendit *Kellembetz vbi sup. n. 12. & seqq.* vbi om-
nibus, qui in contrarium adducuntur, respondet.

Dicimus in definitione, *ex libera voluntate*, quia si
metus, vis, vel alia intercesserit iniquitas, Pactum non
subsistit, vt infrà suo loco videbimus.

Et tandem in ea verbo, *Remissionis*, vsi fuimus, quia
regulariter renunciatio in se continet liberationem,
l. si quis obligatione, ff. de reg. iur. Kellembetz vbi sup. 55
num 18.

An verò, de iure, sint validæ huiusmodi renũciatio-
nes futuræ successionis, à DD. quæri solet. Nonnulli 56
distinguunt, inter renunciationẽ iuris de futuro, quod
competit, si non re, saltem spe, vt sunt, fideicommissa
conditionalia, ac renunciationes iuris futuri compe-
tentis, neque re, neque spe, vt sunt hęreditates consan-
guineorum, de quibus in nostro Tractatu.

Primo casu, vbi loquimur de iure, quod speramus
in futurũ, nempè, de renunciatione iuris nobis sub cõ-
ditione cõpetentis, non valere, aiunt, vbicumq; fit sim-
pliciter renunciatio, sine interuentu stipulationis alte- 57
rius, *Fab. de Anna d. conf. 45. nu. 24. Bolognett. d. l. 1. C. de*
Pact. n. 70. Cagnol. pariter ibid. n. 69. Valere, tamẽ, quan-
do fit per Pactũ, & interuenit pręsentia partis, nam pa-
ctũ, vt continens duorum cõsensum, fortius operatur,
& obligat ad non petendum in futurum *text. in l. 1. C.* 58
de Pact. l. & heredi, §. penult. ff. eod. Fab. de Ann. cit.
conf. 45. nu. 28. Cagnol. d. l. 1. nu. 69. & ibid. Bolognett. nu.
51. & pleniùs *Surd. conf. 398. nu. 45. Gallerat. de renunc.*
lib. 4. c. 3. nu. 13. & seqq. & facit *Rot. in Rom. Fideic. 24.*
Maij 1662. cor. R. P. D. Taya post tract. decis. 160. nu. 10.

Altero verò casu, vbi est sermo de iure, neq; re, neq;
spe, competente, sed est fundatũ super futuro, & incer- 59
to, vt sunt consanguineorum successiones, valere haud
posse arbitrantur cõmuniter Interpretes, siue fiat, per
simplicem renunciationem; siue per Pactum, stipula-
tione vallatum, quando verba, tempus præsens respi-

ciunt, vt, allegato *textu*, *l.nec nos,C.de captiuis*, firmat
Ann.d.conſ.54.nu.32.Bolognett.d.l.1.C.de Pact.nu.77.
*Surd.conſ.398 nu.23.*Sed tunc ſolum robur ſibi acqui-
rere, quando ſunt fundatæ renunciationes in verbo
reſpiciente,non tempus præſens, ſed futurum, vt di-
60 ſtinguit, *Anna vbi ſup.nu.32.Surd.eis.conſ.398.nu.23.*
Cagnol.d.l.1.C.de pactis nu.58.Bolognett.nu.56.Galler.
de renunc.lib.4.c 3 nu 45.Caldas conſ.50 nu.5.
At, quidquid dicant præfati authores, optimè pro-
bat *Bolognett.* quem ſequitur, *Galler.vbi ſup.num.47.*
& tradit, *Freeol.conſult.for.c.98.nu.52.& ſeqq.*& latius
idem *Caldas.d.conſ 50 nu.6 Duran.deciſ.146.n.27.eod.*
Rot.in Rom.Fideic.27.Iunij 1660.cor. R.P D. Benilaqua
*deciſ.48.nu.8.poſt tract.*non poſſe tradi hanc diſtinctio-
nem de re, quæ tantum ſpe competit, ſed vtroq; caſu
61 valere pacta ſuper his interpoſita, ni aliud obſtet im-
pedimentum,nam verũ non eſt, vt multi volunt, quod
hæreditas viuentis non cõpetat nobis, nec re, nec ſpe,
62 cum imò dicatur competere ſpe *l.fin.C.de pact.* & licet
non ſit ſpes ità potens, ſicut eſt Ius conditionale, ta-
men eſt ſpes, quæ poteſt deduci in contractũ, *c.quam-*
63 *uis pactum de Pact.in 6.& l.fin. §. penult. C. de Pact.* &
ſatis dicitur eſſe de præſenti, cum lex, præſenti tem-
pore, vocet eos ad ſucceſſionem, certa conditione exi-
ſtente, vt bene de more oſtendit *Bolognett.d.l.1.C.de*
Pact.n.78 & ſeqq. vbi omnibus contrarijs reſpondet,
& ſimiliter nullam eſſe differentiam inter Pactum fun-
datum in verbis de præſenti, & de futuro, oſtendit
etiam *Cagnol.d.l 1.C.de Pact.nu.78.79.*
Verùm, quia, quando agitur, de Pactis futuræ ſuc-
ceſſionis, ea ex alio impedimento non ſubſiſtere com-
pertum eſt, videlicet, quia Pacta, ſuper viuentis hære-
ditate, à Iure non admittuntur, ideò in his terminis
magis communis opinio, & ab omnibus frequentiſſi-
mè admiſſa illa eſt, quod huiuſmodi Pacta futuræ ſuc-
64 ceſſionis, nequaquam in Iure noſtro, admittantur, non
ſolum, quando de Pacto acquirendæ ſucceſſionis eſt
ſermo, de quo latiſſimè in primo libro actum fuit, ſed
etiam, quando agitur de Pacto futuræ ſucceſſionis re-
nunciatiuo, in quo de renunciatione hæreditatis tra-
ctatur, textus eſt rotundus in Iure Canonico in *c.quã-*
uis Pactum de Pact in 6.& in Iure Ciuili id demonſtrãt
apertiſſimè Imperatores *in l.3.C.de collat.* & Iuriſpru-
dentes, *in l.fin.ff.de ſuis,& legitimis,*& alibi paſſim om
nes Canoniſtæ ſuper *d.c.quamuis Pactum de Pact.in 6.*
& præcipuè, *Couarr.Nat.Gutierez,DD.omnes ad l.fin.*
C.de Pact & præcipuè, *Bartol.num.7 Bald nu.15. An-*
gel.nu.3.Roman.nu.37.Alciat.nu.61.Dec. num.29. Ca-
gnol.nu.92.& 195 & ſeqq. Bolognett. num.57.& 107.
Craſſ.§.ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 10. Decian.conſ.48.
nu.37.lib.2.Ruin.conſ.98.tom.1.Paris.conſ.24.num.85.
& ſeqq.tom 2.& conſ.69.& conſ.94.to.3. Gabriel.conſ.
138.nu.7 10. Aſin.de execut.§.9.c.404.Peregr.conſ.82.
vol.3.& conſ.89.vol.5.Gomez ad ll.Tauri 22.Fontan.de
Pact nupt.clauſ.9.gl.1 par.1.nu.3.Bottigl.de ſucceſſ.c.3.
theor.42.nu.5.& ſeqq Capon de Pact quæſt.54.in princ.
Petr.Gregor.Tholoſ.Syntagm. Iur. vniuer.lib.41.c.10.
Pappon.Arreſt.lib.16.tit.4.arreſt.18.caſ.9.Gaſp. Manſi
de teſtam. valid. vel inual. ex capite præteritionis libe-
ror.nu.459.Maluaſ.conſ 30.nu.27.lib.1.Anguiſſol. conſ.
36.in princ.lib.2.Gratian.diſcept.for.c.470.nu.13.Vuil-
lelm.Luduuci.de vlt.vol.par.3. pag.44 Andreol. contr.
310.in princ.Anton.Faber.de err.pragm.decad.12.err.
4 Robles de repræſent.lib.2.c.16.nu.4. Paſſerin.ad cap.
quamuis pactum de pact.in 6.num.4. Bouden. colluct.le-
gal.colluct.3.nu.82.Altograd.conſ.41.num.11.12.lib.2.
Gallerat.de renunc.lib.3 c.2.per tot.& c.25.nu.17.cent.
1.lib.2.Hartm.Piſtor.quæſt.for.lib.4.quæſt.5.nu.1. & la-
tius *quæſt.54.nu.1.& ſeqq.Donad.de renunc.c.2.per tot.*
Michal de Fratr.par.3.c.12. nu. 22. pleniſſimè *incertus*
author in libello, cui titulus Reginæ Chriſtianiſſimæ Iura
in Ducatum Brabantiæ &c.par.31.32.Ioſ.Altogr.conſ.
28.per tot.Io:Bapt.Spada conſ.117.tom.3.in princ. Don.
Ant.de Mar.c.193.nu.4.& ſeqq. cum alijs ſexcentis,
de quibus in progreſſu materiæ mentionem facie-
mus.

CAPVT II.

Ex quibus improbentur Pacta negatiua futuræ ſucceſſionis; quando poſſit Ius futurum renunciari, & in contractum deduci: in quo differat à repudiatione, renunciatio, traditur vera ratio, quare improbentur Pacta negatiua futuræ ſucceſſionis: & firmatur, eſſe nulla, licet inita à maſculo, ab emancipato, & à filio naturali: quomodo inter Patrem, & filium naſcatur obligatio: & in quibus caſibus procedat diſpoſitio cap. quamuis pactum de pact.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuri futuro renunciari non poteſt.*
2 *Ius futurum non poteſt cedi.*
3 *Hæreditates conſanguineorum non competunt re, neque ſpe.*
4 *Priuatio præſupponit habitum.*
5 *Impoſſibilitas Iuris æquiparatur impoſſibilitati facti.*
6 *Iuri futuro renunciari non poteſt.*
7 *Ius nondum delatum repudiari poteſt.*
8 *Ius futurum poteſt renunciari, ſed non repudiari.*
9 *In iure ſuccedendi conſiderari poteſt aliqua ſpes probabilis.*
10 *Spes ſuccedendi ſuperſtiti eſt ius, quod poteſt admitti.*
11 *Et hoc ius dicitur in Bonis noſtris, & poteſt deduci in contractu.*
12 *Fructus, vel partus maturi poſſunt deduci in contractu.*
13 *Spes inductiua voti captandæ mortis in contractu non inducitur.*
14 *Spes, quæ eſt difficile, vt veniat, deduci non poteſt, non verò quæ veriſimiliter poteſt euenire.*
15 *Succedere, & non ſuccedere agnatis, & conſanguineis prouenit à iure publico.*
16 *Priuatorum pactionibus non derogatur iuri publico.*
17 *Pacta contrà leges ciuiles inita ſunt nulla.*
18 *Hæreditas defertur volentibus agnatis, & non inuitis.*
19 *Sed limita, quando pertinet ad publicam vtilitatem, non verò ad rem alicuius familiarem.*
20 *Renunciatio iuris publici valet, quando reſpicit priuatam vtilitatem.*
21 *Pactum futuræ ſucceſſionis dicitur contra leges naturales.*
22 *Patris hæreditas debetur filijs iure naturæ.*
23 *Quæ ſunt iuris naturalis tolli non poſſunt.*
24 *Fieri non poteſt, vt quis perdat iura agnationis, & ſanguinis.*
25 *Nemo poteſt pacto facere ne ſit hæres.*
26 *Ius ſuccedendi cognato competit, ſi velit qui ſuccedere intendit, non verò ſi nolit.*
27 *Quiſque poteſt renunciare iuri familiari, & pro ſe introducto.*
28 *Qui ſuccedere recuſat, ius ognationis non perdit.*

39 *Cauſa*

29 *Causa non protinus tollitur, si effectus impediatur.*

30 *Effectus, quando est perfectus non cessat, causa cessante.*

31 *Succedere, & non succedere sunt correlatiua.*

32 *Dispositio in vno ex correlatiuis procedit in alio.*

33 *Aditio, & repudiatio à pari procedunt, & qui adire potest, potest repudiare.*

34 *Hæreditas viuentis si non potest adiri, non poterit repudiari.*

35 *Correlatiua non semper eamdem dispositionem requirunt, sed tantum, quando eadem ratio militat in vno, ac in alio.*

36 *Plura pacto dari non possunt, sed possunt remitti.*

37 *Renunciatio aliud est, aliud repudiatio.*

38 *Pactum futuræ successionis, vel est de hæreditate paciscentium, vel de hæreditate tertij viuentis.*

39 *Vtilitas huius distinctionis.*

40 *Pactum super hæreditate vnius ex paciscentibus non valet, nisi accedente iuramento.*

41 *Et ratio est, quia successio est Iuris publici, & non potest pacto dari, vel immutari.*

42 *Pacta negatiua futuræ successionis de hæreditate tertij viuentis non valent.*

43 *Et non valent, quia induuunt votum captandæ mortis.*

44 *Quando fit Pactum de futura successione negatiuum, semper fit etiam acquisitiuum.*

45 *Vltimus finis, qui inspicitur est primus in intentione.*

46 *Principalis intentio renunciantis non est, vt se priuet, sed vt alteri acquirat.*

47 *Non potest esse pactum de non succedendo ex parte vnius; quod non sit de succedendo ex parte alterius.*

48 *Pacta sunt nulla futuræ successionis negatiua licet inita à masculo.*

49 *Carolus Molineus reprobatur.*

50 *Siue filij sint emancipati, siue in potestate.*

51 *Emancipatio consistit in facto.*

52 *Non præsumitur emancipatio, nisi probetur.*

53 *Leges ad casus magis contingentes adscribi debent.*

54 *An valeat Pactum futuræ successionis negatiuum in filio naturali.*

55 *In impubere.*

56 *Pater, & filius vna, & eadem persona censentur.*

57 *Quando agitur de acquirendo vox filij intelligitur vox Patris.*

58 *Obligatio inter patrem, & filium non nascitur.*

59 *Actio, & passio non possunt concurrere circa idem, & in eodem subiecto.*

60 *Contractus filijfam. consideratur ciuiliter, & naturaliter.*

61 *Si consideratur ciuiliter non potest inter patrem, & filium contractus subsistere, secus si naturaliter.*

62 *Pater, & filius vna, & eadem persona non censentur, quando naturaliter considerantur.*

63 *Fictio quid sit.*

64 *Per fictionem non impeditur ortus naturalis obligationis.*

65 *Reprobatur Merend. contr. lib. 1. c. 26.*

66 *Valet contractus inter patrem, & filium iuramento roboratus.*

67 *Dispositio cap. Quamuis Pactum de Pact. in 6. valet, & extenditur ad omnes consanguineos, siue sint filij, siue non.*

68 *Et extenditur etiam ad omnes extraneos.*

69 *Siue fiat renunciatio in tabulis nuptiarum, siue in alio quocumque contractu.*

70 *Et etiam si mulier renunciet nulla dote recepta.*

Firmato, quod non valeant huiusmodi Pacta, ra-
tiones, ob quas improbentur, sunt examinandæ,
quas valdè controuersas reperio apud Interpretes.
Nonnulli dicunt ea improbari, quia iuri futuro renun- 1
ciari non potest *l. si ita scriptum §. sub conditione, ff. de*
leg. 1. l. nec his, ff. de acquir. hæred. Sicuti nec cedi potest 2
iuri de futuro, vt per *Tiraq. de ll. connub. gl. 2. num. 32.*
Sess. decis. 285. nu. 4. lib. 3. Giurb. de success. Feud. §. 2. gl.
5. num. 21. cum alijs allegatis, per *Oleam de cess. iur. tit.*
3. quæst. 10. num. 12. Non potest, inquam, renunciari,
quia successiones, & hæreditates consanguineorum
non sunt in rerum natura, cum non competant, nec
re, nec spe, *l. post emancipationem, ff. de libert. legat. Bar-* 3
tol. l. fin. in fin. C. de Pact. sed illas res, quæ non sunt in
rerum natura, nemo potest à se abdicare, vel renun-
ciare, quia renunciatio est priuatio, & priuatio habi-
tum præsupponit, *l. decem, ff. de verb. oblig. l. eius qui,* 4
ff. si cert. pet. Surd. cons. 332. num. 4. lib. 3. Tusc. pract. lit.
R, concl. 172. Gallerat. de renunc. d. cent. 1. q. 25. num. 17.
vers. pro qua sententia, latè *Donad. eodem tract. d. cap. 2.*
num. 2. Fab. de err. pragm. decad. 12. err. 4. circa med.
quem refert, *Bottigl. de success. c. 2. theor. 42. num. 6.* Igi-
tur hoc habitu non existente, impossibile est priuatio-
nem considerari, siue renunciationem, cum impossibi-
litas Iuris impossibilitati naturæ æquiparetur, *l. fin. ff.* 5
de sentent. sine appell. rescind. cum alijs per *Donad. alleg.*
d. c. 2. num. 3. & per consequens iuri futuro, nec re, nec
spe, competenti renunciari non potest, vt firmat, *text.* 6
l. cum proponas, C. de pact. l. de fideicommisso, C. de tran-
sact. Surd. cons. 398. num. 11. Peregr. de fideic. artic. 52. nu.
10. Grat. discept. 299. nu. 13. Donad. vbi sup. nu. 4. Bottigl.
ibid. nu. 7. Valent. Guilelm. Forster. de pact. c. 6. nu. 9. Ged-
dæ de contrah. & committ. stipul. c. 6. nu. 92.

Sed hæc ratio nullius momenti existimatur, quia
procedit, quidem in repudiatione iuris delati, nõ verò
in renunciatione iuris deferendi, vt reprobato *Fabr. de*
err. pragm. tenet *Bottigl. vbi sup. nu. 8.* vbi ait cessare ra- 7
tionem prefatam, si de renunciatione sermonem insti-
tuamus, hanc enim, semper valere licet fiat de iure
nondum delato, communiter existimant Interpretes,
per *tex. l. 1. C. de Pact.* vt etiã ostendit *Galler. de renunc.*
d. cent. 1. c. 25. num. 18. vers. nec huic, & latiùs probauit,
Bolognett. d. l. 1. C. de pact. nu. 20. Bottigl. d. theor. 42. nu. 8.
Donad. de renunc. d. c. 2. nu. 11. Capon. de pact. d. c. 5. nu. 27.
Thesaur. quæst. for. qu. 24. n. 33. Surd. de Alim. tit. 9. q. 22.
nu. 7. Leotard. de vsur. q. 23. n. 45. & seqq. Scacc. de com-
merc. & camb. §. 1. q. 1. nu. 100. & magis præcisè, quod
ius de futuro, & in spe renunciari possit, licet non repu-
diari, tenet *Surd. cons. 398. per tot. Valenzuel cons. 88. n.* 8
12. Trentac. var. lib. 3. resol. 1. nu. 27. Odd. de subst. art. 11.
nu. 1. & seqq. Gutierez de Iuram. p. 1. c. 25. vbi omnes af-
firmant, quod huiusmodi spes, quæ remittitur, est pro-
babilis, & satis competere videtur, de præsenti, quo-
niam, in iure succedendi personæ viuenti considerari 9
potest aliqua spes probabilis, vt patet, *l. fin. C. de pact.*
in illis verbis, *spes alienæ hæreditatis, & spes succedendi*
superstiti est ius, quod amitti potest, l. 2. §. in mater, ff. ad 10
Tertull. atque dicitur esse in bonis nostris, appellatur-
que ius incertum, *d. l. 1. in princ.* atque adeò deduci po- 11
test in contractum, *d. l. 1. l. nam hoc modo, ff. de hæred.*
vel act. vend. l. nec emptio, ff. de contrah. empt. l. si iactum
retis, ff. de act. empt. l. spem, C. de donat. & latissimè pro-
sequitur, *Gallerat. de renunc. d. cent. cap. 25. nu. 18. vers.*
neque refert, vbi, quod non ferit, quod spes de hæredi-
tate viuentis sit ius futurũ ex causa de futuro, quia ne-
gari non potest, quin sit spes aliqua, & quid existens in

commercio nostro, vt notatur *in §. cum autem impu-*
bes Inst. de adopt. Vndè fructus, vel partus nascituri
12 possunt deduci in Contractum *§. non solum, §. ea quoq.*
res, Inst. de leg. at. §. 1 Inst. de inutil. stipul. l. interdum, ff. de
verb. oblig. l. 4. ff. de condit. Instit. Et vlterius, quod ea
tantum spes in Contractum deduci non potest, quæ
13 dicitur acerbissima, & inductiua voti captandæ mor-
tis, de qua re mox dicam, & post, *Gallerat.* hanc opi
nionem sequuntur, *Donad. d. c. 2. nu. 12. & Bottigl. d. c. 2.*
theor. 42. nu. 8. & ante illos, *Bolognett. super d. l. 1. C. de*
Pact. nu. 20. vbi de more pulchrè.

Et similiter ea tantum spes, quæ est difficilis, vt eue-
niat, deduci non potest in stipulationem, secus verò ea,
14 quæ verisimiliter potest euenire, vt firmauit, *text. l. si*
sterilis 21. ff. de act. empt. vbi spes futuri partus non po
test vendi, quia mulier erat ætatis maioris annorum
50. qua ætate difficile erat partum nasci, *Trentac. var.*
lib. 1. de verb. signif. resol. 4. per tot.

Aliqui existimarunt ideo non valere pacta nostra,
quia succedere, & non succedere agnatis, & cognatis,
vel Parentibus, prouenit ex iure publico, & legibus
15 vniuersalibus, vt est clarum, *in l. fin. ff. de legit. hæred.* sed
est certum, quod priuatorum pactionibus iuri publi-
16 co derogari non potest, vt sunt textus expressi *l. ius*
publicum 38. ff. de Pact. l. Neratius 20. ff. de relig. & sum-
ptib. funer. l. 1. §. si inter, ff. de magistrat. conueniend. l.
quod bonis, §. 1. ff. ad l. falcid. l. cerdonis 42. ff. de oper. li-
17 *bertor*, merito Pacta contra ciuiles leges inita nulla
erunt, vt concludunt *Fab. de err. pragm. lib. 12. err. 4.*
quem sequitur, *Schefordeger. lib. 1. tract. 19. quæst. 1.* &
faciunt tradita per *Gallerat. vbi sup. num. 17. vers. facit*
& ratio, Capon. n. 1. cum simil.

Sed hæc ratio non placet *Hunn. in Tractatu de Pact.*
c. 5. quæst. 6. vers. tametsi, & Capon. de Pact. vbi sup. n. 2.
Nam, vt benè aiunt, licet hæreditas legitima, seu inte-
stati lege, ac Iure publico liberis deferatur, & proximis
18 agnatis; defertur tamen illis volentibus, non vero in-
uitis, nam non coguntur liberi, nec agnati esse ab in-
testato hæredes, Quod cum ita sit, ratio supradicta
non obstabit, quo minùs successio intestati Pacto re-
pudiari possit; Id namque tantum repudiari non po-
test, quod Iure publico sic alicui defertur, vt inuitus
etiam, ac volens, nolens suscipere cogatur; nec obstat,
quod Ius publicum Pactis priuatorum mutari non
possit, nam, vt ait *Hunnius vbi sup.* id cum distinctione
19 est accipiendum, aut enim Ius illud ad publicam per-
tinet vtilitatem, & pactum non est seruandum, aut ve-
ro rem familiarem alicuius personæ concernit, & Pa-
ctum obseruandum est, *l. 7. §. si ff. de Pact.* Et latiùs,
quod renunciatio Iuris publici, licet regulariter non
valeat; valeat, tamen, quando respicit priuatam vtili-
20 tatem, tenet *Vinc. de Franch. decis. 540. nu. 10. Gratian.*
disc. for. c. 516. num. 8. Couarr. in c. quamuis Pactum par.
2. §. 2. num. 6. de Pact. in 6. & latissimè, *Rot. cor. Puteo de-*
cis. 309. lib. 3. & decis. 109. per tot. & 258. num. 1. par. 9.
rec. Quapropter, cum illud Ius, quod ad intestati suc-
cessionem liberos, atque agnatos vocat, non ad vtili-
tatem publicam, sed ad rem familiarem priuati spe-
ctet, videtur ei, nisi alia obstent, renunciari posse.

Sic pariter alia ratio, quæ affertur à *Donel. l. l. fin. C.*
de Pact. Geddæ de contrah. & comm. stipul. c. 6. conc. 7.
num. 96. & alijs, quod huiusmodi Pactum sit non tan-
tum contra leges ciuiles, sed naturales, dum impedit
21 quò minùs hæreditas Patris, quæ de Iure naturæ de-
22 betur ipsis filijs, *l. nam & si parentibus, ff. de inoff. test.*
l. cum ratio, ff. de bon. damnator. eis deferatur, ob id ne-
quaquam in se possit firmitatem habere, nam quæ iu-
23 ris naturalis sunt, minimè, pacto tolli possunt vulg.
tex. §. sed naturalia Inst. de iur. nat. gent. &c. ob id, sicu
ti fieri non potest, vt quis perdat Iura agnationis, &
24 sanguinis, *l. Iura sanguinis, ff. de reg. iur. l. ius autem*
agnationis, ff. de Pact. ita nemo potest, pacto ità face-
re, ne hæres sit, & non succedat. 25

Soluitur supra posita distinctio, ab *Hunnio in loco*
mox citato; Quod agnationis, & cognationis is sit ef-
fectus, vt ab intestato succedatur proximo cognato,
non tamen ius hoc succedendi leges sic ciuibus tri-
buunt, vt eo si velint, vti queant, sin minus, in eorum
sit potestate illud contemnere; Quarè, & huc est refe- 26
renda superior distinctio, quod iuri familiari, & pro se
introducto, quod non nisi volenti defertur, quisque
potest renunciare, iuri autem publico causam publi- 27
cam concernenti non item, nisi itaque aliud sit, quod
obstet, ratio prædicta non erit impedimento, quo mi-
nus hæc Pacta renunciatiua valeant; Nec enim desinit
agnatus esse, qui ab intestato succedere recusat, nec 28
filia perdit ius filiationis, quæ ab hæreditate paterna
se abstinet.

Vltra quam quod causa non protinus tollitur, si ef- 29
fectus ipsius impediatur, sicuti effectus, quando est
perfectus non cessat, causa cessante, & è contra, pari- 30
ter causa non cessat, cessante effectu, *Marcian. cons. 30.*
nu. 6. Arias de Mes. var. c. 25. nu. 12. & c. 36. lib. 2. Qua-
propter, licet tali pacto, successio ab intestato (quæ
cognationis effectus est) impediretur, non tamen fi-
liatio, aut cognatio de medio tolleretur.

Similiter, licet nonnulli illam rationẽ addant, quod
sicuti non valet Pactum de succedendo, ita pariter de
non succedendo, nullum sit; Quia succedere, & non
succedere sunt correlatiua, & dispositio in vno ex cor- 31
relatiuis censetur facta in alio, *l. 1. ff. de his qui sunt sui,* 32
vel alien. iur. l. curator, C. de interdict. matrim. Gratian.
cap. 240. nu. 6. Daniel de nob. disp. 39 num. 17. Spad. cons.
75. num. 6. lib. 1. Burati. dec. 469. nu. 6. dec. 405 par. 4. di-
uers. maximè, quia aditio, & repudiatio à pari proce-
dunt, nam ille potest repudiare, qui potest adire, *l. is* 33
potest, ff. de acquir. hæred. & sicut hæreditas viuentis
adiri non potest, *l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.* ità,
nec poterit repudiari, *l. si quando, § illud, C de inoff. te-* 34
stam. vt probat latissimè, *Valent. Guil. Forster. de Pact.*
cap. 6. num. 9.

Tamen parui penditur ab interpretibus de materia
magis prolixe loquentibus, præcipuè *Capon. vbi sup.*
num. 4. & Gallerat. num. 18. vers. ea quoque, animaduer- 35
tendo, quod correlatiua non semper eandem disposi-
tionem requirunt, sed tantum, quando eadem ratio in
vno ex correlatiuis militans, militat etiam in alio, vt
explicant, *Io: Franc. Marc. disput. 63. num. 12. Carleual.*
de Iudic. tit. 2. lib. 1. disp. 8. num. 23. & seqq. non verò,
quando diuersa, vt in casu nostro, in quo Pactum de
succedendo esset contra bonos mores, non item Pa-
ctum de non succedendo, quibus addit, *Galle-*
rat. falsum esse, quod dicitur, id pacto remitti non
posse, quod pacto dari non potest, quandoqui-
dem plura non possunt dari pacto, quæ tamen per pa-
ctum remitti possunt, vt per *Bolognett. d. l. fin, num.* 36
107.

Additur etiam, quod argumentum non procedit,
hæreditas viuentis non potest repudiari, ergo neque
renunciatione tolli, nam aliud est, renunciatio, aliud
repudiatio, vt sup. fuit dictum, & late probat idem 37
Gallerat. vbi sup. proximè.

Sunt & aliæ rationes istis similes, quas afferre non
est opus, quia pari modo ab interpretibus non solent
admitti, vel si ab vno laudantur, alteri non satisfa-
ciunt; Vndè his omissis.

Existimo ego, quod ad dignoscendum, quæ sit vera
huius prohibitionis ratio, necesse sit priùs distinctio-
nem repetere, quam suprà in pacto de successione ac-
quirenda attulimus; Nempe, aliud esse pactum, quod
fit inter ipsosmet paciscentes, de hereditate, vel succes- 38
sione ipsorum, & aliud esse pactũ, de hæreditate tertij
viuentis;

viuentis; Cuius distinctionis vtilitatem cognoscentes
Interpretes, & præcipuè, Hartm. Pistor. lib. 4. quæst.
for. quæst.5. num. 12. dixerunt, ante omnia hanc esse
distinctionem ponendam, ne labamur in errorem il-
lorum, qui confundentes materiam ab ea sese extri-
care non potuerunt.

Est igitur statuendum, quod Pacta nostra renuncia-
tiua, vel fiunt cum eadem persona, de cuius successio-
ne, & hæreditate tractatur, puta, quando filius renun-
39 ciat paternam hæreditatem, in manibus eiusdem Pa-
tris, & ad eius fauorem; Vel fiunt, inter duos paci-
scentes de hæreditate tertij viuentis, vt, quando filius
renunciat ad fauorem fratrum hæreditatem paternã,
& successionem consanguineorum viuentium, vt be-
nè, præ ceteris, distinguit, relictis antiquioribus, Go-
mez ad ll. Tauri 22. nu. 31. Gallerat. de renunc. d. cent. 1.
c. 25. num 19 lib. 2. Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 5. nu. 12.
& ex modernioribus, Andreol. contr. 310. nu. 6. idque
etiam admisit, Io: Baptista Spada conf. 317. n. 6. lib. 3.

Primo casu, vbi Pactum fuit initum super hæredi-
tate ipsorummet paciscentium, quidquam non vale-
40 re, statutum fuit, in cap. quamuis Pactum, de Pact. in 6.
ac alibi, vt ostendimus latissimè supra, lib. 1. cap. 1. &
tantum sustinetur, accedente Iuramento, vt infra
videbimus; Et ratio inualiditatis ea sola est, quæ etiã
fuit considerata in pacto successionis affirmatiuè con-
cepto, nempè, quia successio, cum sit iuris publici,
41 non potest pactionibus priuatorum, vel dari, vel im-
mutari, vt optimè ostendit Robles de repræs. lib 2. cap.
16. num. 12. Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst 5. num. 2. vbi
postquam probauit, alteram rationem, liberam te-
standi facultatem respicientem, ad Pactum de futura
successione affirmatiuum accommodatam, huc ada-
ptari non posse, ait, Relinquit igitur huc esse referen
dam alteram rationem, quæ prohibet, ne successio, cum sit
Iuris publici Pactis vel detur, vel immutetur, neque pri-
uatorum cautiones, legum auctoritates conscantur, d. l.
hæreditas, C. de Pact. conuent. d. l. fin. ff. de suis, & legit.
& hæred. de qua re vide plura per me exarata supra
lib. 1. cap. 2.

Altero casu, quando, nempe, de Pacto loquimur,
42 in quo renunciatur hæreditas, vel futura successio ali
cuius tertij viuentis, similiter renunciationem nullius
esse momenti communiter testantur interpretes, va-
lidari tamen, accedente consensu illius, de cuius hæ-
reditate, vel successione tractatur, iuxta text. in l. fin.
C. de Pact. vbi Bart. num. 17. Bald num. 22. Salicet. nu. 1.
Castr. num. 8. Aret. num. 8. Corn. num. 4. Iason. num. 12.
Gozan. num. 8. Purpurat. num. 185 & seqq. Cagnol. nu.
64. Fulgos. nu. 52. Canonistæ, vt Anchar. Imol. Gemin.
& alij ad cap. quamuis pactum, de Pact. in 6 Crauett.
cons. 42. Roland. cons. 81. lib. 4. Cephal. consil. 146. & cons.
605. num 22. Surd. cons. 133. num. 17. 20. & consil. 480.
num. 21. Camil. de Medic. consil. 35. num. 1. 2. Sanchez in
Decal. lib. 7. c 12. num. 16. Castill. quot. contr. lib. 3. c. 9.
num. 6. Galerat. de renunc. lib 3. cap. 2. num. 59. tom. 1.
& latius cent. 1. tom. 2. cap. 25. num. 29. Hartm. Pist. d.
lib. 4. quæst. 6. num. 41. Capon. de Pact. d. quæst. 54. nu. 27.
Bottigl. de success. cap. 2. theor. 44. in princ. Vasqu. lib. 3.
contr. cap. 44. num. 4. Gomez ad ll. Tauri 22. num. 31.
Menoch. cons. 196. num. 37. Molin. tom. 3. de iust. & iur.
tract. 2. disput. 579. num 38. Becc. consil. 74. num 2. lib. 1.
Add. ad Buratt. dec. 844 num. 9. 10. plene Cental. in cons.
5. impress. post Decis. Lucan. n. 20 & seqq. Cancer. lib. 3.
var. cap. 7. nu. 160. Nicol. Catan. consil. 6. nu. 27. & Paul.
Ranut. in cons. impress. post eumdem num. 11. de Marin.
alleg. 128. num. 3. 4. Ios. Altogr. contr. 28. in princ. &
num. 11. vbi etiam allegat, Crass. §. successio ab intestato
quæst. 1. num. 9 Petr. Greg Tholos. syntagm. iur. lib. 41.
cap. 13. num. 3. Passer. c. quamuis Pactum, de Pact. in 6.
num. 32. Pappon. arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 18. Barry de
success. lib. 11. tit. 25. num. 5. 6. Fachin. contr. lib. 8. c. 70.
per tot. & Lel. pater consil. 41. num. 7. lib. 2. Rot Rom.
dec 40. num. 1. 2. par. 4. tom. 2. & decis. 33. par. 6. recent.
cum alijs, qui possent adduci.

Et præcipuè, ea ratione improbantur huiusmodi
pacta, quia, tamquam facta de hæreditate tertij adhuc 43
viuentis, turpe captandę mortis votum continere cen-
sentur, & ob id, contra bonos mores naturales inita
non subsistunt, vt expressè fuit dictum in contextu
d. l. fin. C. de Pact. & supra satis ostensum, in Pacto
acquisitiuo. & latius statuunt, in terminis nostris, om-
nes mox citati auctores. & præcipuè, Hartm. Pistor. d.
qu. 6. num 40. Bottigl. theor. 44. in princ. Catan. consil. 6.
num. 23. Gallerat. de renunc. d. cent. 1. cap. 25. num. 19.
versic. Neque refert, vbi quod nihil refert, quod huius-
modi Pactum sit de non succedendo, proindeque mi-
nimè possit inducere votum captandę mortis alterius;
Quoniam Pactum de non succedendo superstiti ab
vno ex paciscentibus factum habet sanè admixtionem
pacti de non succedendo in persona alterius, quod
quidem videtur esse contra bonos mores, &c. & cum
sequuntur ceteri.

Nec dicatur, quod in Pacto de succedendo Patri,
facto inter fratres, minimè principaliter consideretur
fauor eius, cui fit renunciatio, sed is veniat in conse-
quentiam ipsius Pacti, quia respondet Gallerat. vbi
suprà, quod, quando fauore certæ personæ fit renun- 44
ciatio, sunt adeò coniunctæ renunciatio, seu priuatio,
& acquisitio eius, cui fit renunciatio, vt vna minimè
esse possit sine altera; Imò vltimus finis, qui inspici 45
debet, primus est in intentione, l. qui liberis, §. hæc ver-
ba, vbi Castr. de vulg & pupill. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gl. 10. num. 45. & sanè principalis intentio renun-
ciantis est, hoc casu, non, vt se priuet renuncians, sed 46
vt acquirat ille, cui fit renunciatio, alioquin enim
non fieret renunciatio; Vnde, hoc casu, non potest
esse pactum de non succedendo in persona vnius, 47
quin sit de succedendo in persona alterius, Bolognett.
l. fin num. 11. 57. 115. & 156. C. de Pact quod melius
ostendit etiam Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 6. num. 40.
versic. Hoc enim.

Nulla igitur sunt hæc Pacta nostra, siue fiant de hæ-
reditate tertij viuentis, siue alterius ex paciscentibus;
Imò, licet in textu d. c. quamuis Pactum, de Pact. in 6.
fiat mentio mulieris, quæ, si dote accepta renun-
ciat, non valet conuentio absque iuramento, tamen
eadem dispositio nõ tantum in fęminis locum habet, 48
sed etiam in masculis, qui legitima accepta, sua iura
renunciãt, vt latè probat Couarr. d. cap quamuis pactum
par. 3. §. 1. num. 1. & seqq. Vasq. de success. creat. §. 18.
num. 85. & alijs allatis, Robles de repræsent. lib. 2. c. 16.
num. 7. Passer. ad c. quamuis pactum, de Pact. in 6. n. 16.
Galerat. vbi suprà cap. 25. cent. 1. nu. 37. tom. 2. & con-
tra Carol. Molin. dicentem huiusmodi dispositionem,
vtpotè exorbitantem, non extendi de vna persona ad
aliam, Gutierez ibi, verb. à filia, nu. 4. Gomez ad ll. 22. 49
Tauri num. 12. Vasq. de success. §. 18. num. 87 & alij, de
quibus per Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 6. num. 5. Capon.
de Pact. quæst. 54. num. 26. vbi quod est extendenda,
quia fauorabilis.

Siue emancipati sint filij, siue non, vt tradunt Didac. 50
& Vasq. relati ab Hartm. Pist. vbi suprà num. 6. & om-
nium optime Hellembet. de renunc. success. cap. 13. per
tot. & fundatur in generalitate d. text. c. quamuis Pa-
ctum, de Pact. in 6. qui generaliter est intelligendus; si,
enim, ad solos emancipatos restringeretur, intellectus
omnino diuinatorius foret, maximè, quia, emancipa- 51
tio, quæ consistit in facto, l. si emancipati 9. C. de collat.
non præsumitur, nisi probetur l. in bello 12 §. facta, ff. 52
de capt. & postl. reuers. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præ-
sump. 29 num. 103. Altogr. cons. 8. num. 25. lib. 1. D. meus
Aloys.

Aloyſ.Manſ.conſ.52.num.17. cui accedit, quod leges
noſtræ ad caſus magis contingentes adſcribi debent,
l.nam ad ea,ff.de leg. & in Republica plures ſunt, qui
parentibus adſtricti coniugia petunt, quam, qui à po-
teſtate parentum ſunt exempti.
54 An verò id locum habeat in filia naturali tradit,
Petr.Greg.Tholoſ.Syntag.iur.lib.41.c.11. nu.8. dicit ta-
55 men *nu.9.* nequaquam procedere poſſe in perſona im-
pubere.
Validum, prima fronte, obiectum, huic reſolutioni
56 ſolet aduerſari, illud, nempè, quod in iure Pater, & fi-
lius vna eademque perſona cenſentur, & quando de
acquirendo agitur, vox filij eſſe vox Patris intelligitur
57 *§.& verò,§.poſt mortem,ff.de inutil.ſtipul.l.ne cum filio
16.ff.de furt.Arias de Meſ.var.reſol.lib. 1.c.33. num.5.
Capon.de Pact.& ſtipul.tit.de ſtipul.diſp.2.num.9. Vinn.
ad Inſt.lib.3.tit.20.§.4.circa fin.verb.vox tua,& ibidem
Picchard.* vbi latiſſimè, *Hieron. de Oroz. de Apic.iur.
lib.1.c.5.num.4.*
Quapropter iure merito dicimus, inter eos non
58 poſſe naſci obligationes, nam actio, & paſſio circa
idem, ad idem, & in eodem ſubiecto ſimul concurrere
59 non poſſunt, *l.prætor, ff. de tutor.l. fin. ff.de off.præt.*
Quod ſi obligaretur filius, non poſſet hoc abſurdum
euitari, vt bene, *Capon.vbi ſuprà num.9.Vinn.ſuper Inſt.
lib.3. tit.20. §.6.* & latè de materia obligationis inter
Patrem, & filios, *Picchard.Inſt.tit.de inutil.ſtipul.§.ſi
quis alium num.6.7.*
Huic autem Argumento reſpondetur, contractum
filijfamilias dupliciter conſiderari poſſe, nempè, ciui-
60 liter, & naturaliter; Si loquamur de obligatione ciuili,
procedunt concluſiones ſuprà traditæ inferentes nul-
litatem obligationis, quia cum Pater, & filius, ex cen-
ſura ciuili vna, & eadem perſona cenſeantur, non po-
teſt quis ſibi ipſi obligari, cum vt dici ſolet, actio, &
paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſſit, *l.Vranius*
61 *Antoninus 72.ff.de fideiuſſ.* Si verò loquamur de natu-
rali obligatione, res diuerſimodè ſe habet, nam cum
naturalis obligatio ſit iuris gentium, *l.cum amplius
85.§ his natura,ff.de reg.iur.* inter Patrem, & filium re-
ctè conſiſtit, quia, eo iure non eadem perſona, ſed di-
uerſa eſſe cenſentur Pater, & filius, vt optimè probat,
62 *Ricchard.vbi ſup.nu.8.* & conferunt exarata per *Oſuald.
ad Donell.lib.14.c.19.lit.A,in princ.* nempè, à iure ci-
uili per fictionem fuiſſe introductum, vt Pater, & fi-
lius vna, & eadem perſona cenſerentur, hanc verò fi-
ctionem ius naturæ non agnoſcit, ſicuti eadem fictio-
nis definitio demonſtrat, eſt enim, fictio commentum
Iuris Ciuilis, ad vſum vitæ communis contrà naturam
63 rerum, veritatemque accommodatum, & ob id impe-
dimento non eſt, quin naſcatur obligatio naturalis,
64 inter eos, vt benè probat idem *Oſuald. loc. mox cit.
Pycchard.lib.3.Inſt.tit.20.de inutil.ſtipul. num. 9.Vinn.
ibidem*, & latiſſime omnibus contrarijs ſatisfaciens,
Kellemb.de renunc.ſucceſ.quæſt.13. per tot. & præcipuè
num.9.& ſeqq. quidquid contrarium ſtatuat, *Merend.*
65 *contr.lib.1.c.26.per tot.* nam *textus in l.ſi quis pro eo,de
fideiuſſ.* in quo ſe fundat, optimè reſpondet, *Kellemb.
vbi ſup.num.16.* nec non citatus, *Oroz.de Apic. iur. d.
lib.1.c.5.num.33.*
Quapropter probato, quod naturalis obligatio in-
ter Patrem, & filiumfamilias contrahi poteſt, etiam
hac in parte renunciatio peracta naturaliter ſubſi-
66 ſtet, & nil remorante Patria poteſtate iuramenti vin-
culo corroborari poterit, vt latè, *Kellemb. loc.mox cit.
num.15.* & alijs etiam rationibus adductis ità fundat,
Couarr.d.c.quamuis Pactum par.3.§.1.num.5.
Sic pariter extenditur diſpoſitio ad omnes conſan-
67 guineos, ſiue ſint filij, ſiue non, vt tenet *Gallerat. de re-
nunc.d.lib.3.c.2.n.58.tom.1.& c.25.cent.1.n.26.tom.2.*
& fuit dictum *cor.Buratt.dec.894.in princ.vbi add.*

Non verò reſtringitur ad filios tantum, quaſi in cæ-
teris ſubſiſtat, vt ſibi contrarius aliquando ſcripſit
Gallerat.loco ſuprad. & præcipuè *d.cent.1.c.25.num.46.*
Imò non tantum ad conſanguineos, ſed ad quosli-
bet alios extraneos extendi debet, vt obſeruauit,
Hartm.Piſt.d.lib.4.qq.Iur. quæſt.6. nu.7. adeò vt etiam 68
minores 25.annis comprehendat, de quibus latè infe-
riùs.
Siue fiat renunciatio in ipſis tabulis nuptiarum, ſi-
ue antè, ſiue poſt ſponſalia, vt poſt *Vaſq. Natt. &* 69
Couarr. oſtendit *Capon.vbi ſupra qu.54.nu.31.*
Et ſimiliter diſpoſitio *d.cap.quamuis Pactum*, lo-
cum ſibi inuenit, etiamſi mulier renuntiet, nulla ha- 70
bita Dote, ſed gratis, vt optimè, *Buratt.dec.894.num.
3.Fachin.lib.3.c.24. add. ad Buratt. vbi ſuprà*, vbi la-
tiſſimè.

CAPVT III.

Iurata, an valeant Pacta futuræ ſucceſſionis negatiua, afferuntur, pro vtraque parte, argumenta, & concluditur, pro affirmatiua, qua occaſione quæritur, quando ſit ſtandum Iuri Canonico in concurſu, cum Iure ciuili. Vlteriùs diſputatur, an valeant Pacta noſtra iurata, quando agitur de hæreditate tertij viuentis, & negatiuè deciditur. Plura ad intelligentiam decis.366. Buratti afferuntur, & tandem, quod quæ dicta ſunt circa Pacta futuræ Succeſſionis negatiua, procedant etiam in Iudæis, firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Iurata non valent Pacta negatiua futuræ ſucceſſionis.*
2 *Iuramentum non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, vel Diuini.*
3 *Succeſſio liberorum eſt iuris naturalis.*
4 *Prima cauſa ſucceſſionis eſt liberorum de iure gentium.*
5 *Filius dicitur portio Patris, & pars corporis eius.*
6 *Filio dicitur debita, & non lucratiua Patris ſucceſſio.*
7 *Filij venientes ad Paterna bona, quaſi ad propria venire dicuntur.*
8 *Iuramentum ideò interponitur, quia actum confirmat.*
9 *Hæreditas viuentis non eſt in rerum natura.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Sublata materia tollitur materiatum.*
12 *Ius publicum priuatorum Pactis tolli non poteſt.*
13 *Contrariorum eadem eſt ratio.*
14 *Pacta affirmatiua futuræ ſucceſſionis licet iurata non valent.*
15 *Quando hæreditas Pacto dari non poteſt, ita nec adimi.*
16 *Spes ſucceſſionis efficit liberos promptos, fideles, & pios.*
17 *Exempla mala non ſunt in Republica toleranda.*
18 *Hominum malitijs non eſt indulgendum.*
19 *Quod iuramento ſint valida negatiua Pacta futuræ ſucceſſionis.*
20 *DD. tenentes talia Pacta eſſe valida.*

21 *Iura-*

21 *Iuramentum contra præcepta Iuris ciuilis non est seruandum.*
22 *Ius Canonicum cedit Iuri Ciuili.*
23 *Quando Iuramentum interponitur super re prohibita à Iure naturali, Diuino, & Canonico non valet.*
24 *Vel super re pertinente ad bonum publicum.*
25 *In Pacto negatiuo futuræ successionis vnius ex paciscentibus non considerantur mali mores.*
26 *Neque tale Pactum contra publicam vtilitatem extimatur.*
27 *Ius Ciuile subest Iuri Canonico, quando agitur de salute Animæ.*
28 *Et præcipuè attento iuramento.*
29 *Vbi agitur de peccato potiùs standum iuri Canonico, quam Ciuili.*
30 *Est contra naturam, vt seruus mutet facta Domini.*
31 *Par in parem non habet Imperium.*
32 *Sanctio inferioris non potest impediri legibus Superioris.*
33 *Licet Pactum futuræ successionis sit probibitum de iure Ciuili est seruandum.*
34 *Est differentia inter Ius sanguinis, vel filiationem, & successionem.*
35 *Ius sanguinis est inuariabile.*
36 *Non vero Ius successionis, quod est mutabile.*
37 *Successio datur à iure Ciuili licet debeatur à iure natura.*
38 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*
39 *Filius habet Patris hæreditatem à naturali ratione.*
40 *Aliud est habere rationem naturalem, aliud esse de iure naturali.*
41 *Pactum renunciatiuum non est ipso iure nullum.*
42 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
43 *Argumentum à contrario sensu non valet, quando diuersa militat ratio.*
44 *Successio non est causa Amoris, & Beneuolentiæ Filiorum erga Parentes, sed sanguinis coniunctio.*
45 *Limitatur conclusio, quod Pacta negatiua futuræ successionis sint valida cum iuramento in Pacto, in quo agitur de hæreditate vnius ex paciscentibus.*
46 *Valet Pactum negatiuum cum consensu eius, de cuius agitur hæreditate.*
47 *Pactum negatiuum de hæreditate tertij viuentis valet cum iuramento.*
48 *Iuramentum semper est seruandum, quando non vergit in dispendium salutis æternæ.*
49 *Quilibet in dubio bonus præsumitur.*
50 *DD. tenentes valere talia Pacta sine iuramento.*
51 *Ad dignoscendum, an dispositio sit valida nec ne, intentio disponentis, & causa dispositionis est seruanda.*
52 *Familia facilius conseruatur diuitijs.*
53 *Vilescit domus absque diuitijs.*
54 *Publicæ studet vtilitati, qui ampliat familias, & agnationes.*
55 *Ratione publicæ vtilitatis multa permittuntur, quæ aliàs essent prohibita.*
56 *Finis si est bonus, media non possunt esse mala.*
57 *Captandæ mortis periculum non potest haberi in consideratione, aliàs corrueret tota testamentorum, & primogenitorum materia.*
58 *Valet stipulatio de re aliena si mea erit.*
59 *Non obstante renunciatione facta à filio, potest hæres esse Patris.*
60 *Renunciatio matris filio non præiudicat, quin possit institui ab Auo.*
61 *Testatoris libertas non desumitur ex voluntate hæredis.*
62 *Testator habet liberam testandi facultatem, licet hæres recuset adire hæreditatem.*
63 *Legitima est debita quasi æs alienum.*
64 *Si pater dilapidet bona, potest Filius agere ad legitimam.*
65 *Creditor conditionalis potest de suo credito disponere ante conditionis euentum.*
66 *Non valent licet iurata Pacta negatiua de hæreditate viuentis.*
67 *DD. tenentes talia Pacta non valere licet iurata.*
68 *Seraph. de iuram. priuil. 20. explicatur.*
69 *Surd. cons. 167. pariter explicatur.*
70 *Gratian. discept. 692. & Buratt. decis. 366. explicantur.*
71 *Valet Pactum de futura successione negatiuum, quando est generalis.*
72 *Ius patronatus non potest in alium transferri sine consensu Ordinarij.*
73 *Quando venit in generalitate bonorum potest transferri.*
74 *Renunciatio non desinit esse generalis, quando à principio fuit generalis, licet posteà particulariter aliqua bona sint considerata.*
75 *Species censetur adiecta gratia maioris demonstrationis.*
76 *Expressio eius, quod tacitè inest nihil operatur.*
77 *Explicatur Rota decis. 366. cor. Buratt.*
78 *Saluatur opinio Buratti, quia renunciatio facta fuit in vnica Oratione, & periodo.*
79 *Quando prius fit dispositio specialis, & posteà generalis, generi per speciem derogatur.*
80 *Quotiescumque species præcedit, & genus subsequitur, species dicitur à suo genere exempta, & in eo non includitur.*
81 *Genus restringitur, quando est post speciem.*
82 *Quando dispositio est priùs generalis, & posteà particularis, species censetur apposita ad demonstrationem specierum in genere contentarum.*
83 *Collateralium linea latè patet, & continet plures gradus, tàm agnationis, quàm cognationis.*
84 *Renunciatio de bonis ascendentium non verificatur nisi in paucis personis.*
85 *Licet agatur de hæreditate personæ incertæ, tamen quando non potest verificari nisi in certis, nō valet.*
86 *Renunciationes intuitu Religionis solent esse magis generales, & abdicatiuæ.*
87 *Censal. cons. 5. num. 29 post decis. Lucan. reprobatur.*
88 *Pactum futuræ successionis negatiuum non valet, neque causa ingressus in Religionem, sine consensu eius, de cuius agitur hæreditate.*
89 *Religionem ingrediens præsumitur solicitus Bonorum temporalium, quoad Monasterium.*
90 *Rot. coram Buratt. decis. 366. impugnatur à Donat. Ant. de Mar. alleg. 128 num. 5. lib. 3.*
91 *Iudæi comprehenduntur in dispositionibus loquentibus de Pactis negatiuis futuræ successionis.*
92 *Iudæi Iuramento adstringuntur.*

HAnc quæstionem tractant communiter omnes Repetentes, ad explicationem tex. in d. c. *quamuis Pactum, de Pact. in 6.* necnon super *l. fin. C. de Pact.* Nec vna fuit hâc de re scribentium sententia.

Namque putarunt aliqui, & præcipuè *Hunn. de Pact, cap. 5. quæst. 7. vers. Contraria sententia*, & *Hottoman* quem refert, sed non laudat *Valent. Guil. Forst. de Pact. cap. 6. num. 34.* frustra apponi Iuramentum super hisce conuentionibus de futura successione interpositum, quia nihilominus, tamquàm inualidas non admittunt multis rationibus, & 1

Primò, quia Iuramentum ea, quæ sunt Iuris Diuini, vel naturalis, tollere, vel immutare non potest, cum sint immutabilia, *l. Ius sanguinis, 34 ff. de Pact. § sed naturali, Inst. de Iur. nat. gent. & ciuil. l. Iura sanguinis, ff. de reg. iur.* 2

Quod

3 Quod; verò, ſucceſſio liberorum ſit huiuſmodi,
probatur ex *Paul.ad Galat.4.* ibi, *ſi filius ergo hæres*,
*l. nam & ſi parentibus 15. ff. de inoff. teſtam. l. cum ra-
tio 7. in princ. ff. de bon. damnat. l. ſcripto 7. in fine, Cod.
vnd. lib. c. ius naturale diſtinct. 1.*
4 Quapropter ſtatutum fuit à Iure Gentium primam
ſucceſſionis cauſam eſſe liberorum, *Ricchard. Inſtr. tit.
de hæred. quæ ab inteſt. deſer. §. 1. num. 9.* vbi, quod hoc
eſt Ius Gentium, magis quàm Ciuile, & lex quædam
5 naturæ; Vnde euenit, quod Filius dicatur portio Pa-
tris, & pars corporis eius, *l. cũ ſcimus, §. vlt. C. de agric.
& cenſit. lib. 11.* & quod hæreditas, & ſucceſſio, non
6 vt collateralium, dicitur lucratiua, ſed debita, *Vueſ-
ſembec. conſil. 11. num. 37. par. 1.* & ad paterna bona ve-
7 nientes quaſi ad propria venire dicantur, *l. in ſuis, ff.
de liber. & poſth. l. 1. §. largius, ff. de ſucceſſ. edict. Fa-
ber. in Cod. lib. 6. tit. 18. def. 35. num. 2. Staiban. Inn. reſol.
99. num. 61.* quapropter nil valebit Iuramentum
ſuperimpoſitum, vt latè proſequitur *Vnn. vbi ſuprà.*
8 Secundò, quia Iuramentum ideò interponitur, vt
actum confirmet *c. 6. c. & ſi Christus, extra de iureiur.*
ſed ſic eſt, quòd interponitur ſuper hæreditate viuen-
tis, ſcilicet, ſuper re, quæ non eſt in rerum natura, &
9 caret ſubiecto, *l. qui ſuperſtitis 94. & ibi DD. ff. de acq.
hæred. l. 1. ff. de hæred. vel act. vend.* ergo actum non
10 confirmabit, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l.
eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. Buratt. dec. 293. n. 2.
Mager. de aduoc. arm. c. 16. num. 251. Cyriac. contr. for.
252. num. 19. Altogr. conſ. 18. num. 20. lib. 2.* nam ſublata
11 materia, tollitur materiatum, *Rip. de act. in mort.
artic. cap. 70. num. 2. 3. l. quæſitam, §. illud fortaſſe, ff. de
leg. 3. Altogr. conſ. 19. num. 19. lib. 2.*
12 Tertio, pro hac parte, illud vulgatum affertur, quod
Ius publicum priuatorum, pactis mutari non poteſt,
nec Iuramento derogari, *cap. ſi diligenti extr. de for.
comp. l. Ius publicum 38. ff. de Pact. l. fin. ff. de ſuis, &
legit. hæred.* ſed huiuſmodi ſucceſſiones publica vti-
litate ſuadente fuerunt adinuentæ, *l. fin. ff. de ſuis, &
legit.* ergo, &c.
13 Quartò, ſi contrariorum eadem eſt ratio, *§. 1. Inſt.
de his qui ſunt ſui, vel al. Iur. l. 1. in princ. ff. eod. l. Pom-
ponius 40. §. ſed is, in fine, ff. de Procur.* cum ſit cer-
14 tum, quod huiuſmodi Pacta affirmatiua ſacramen-
to non validantur, idem erit de Pactis negatiuis, quia
15 ſicut non poteſt dari pacto hæreditas, & ita nec
adimi, &c.

Vlteriùs, ſi naturalem rationem haudquaquàm
volumus inſpicere, ſaltem nos debet mouere vtilitas
publica, & æconomica; efficit enim, ſucceſſionis
16 ſpes liberos, in exhibendis obſequijs nõ ſolùm prom-
ptos, ſed fideles, atque etiam pios, *l. nec ei 17. §. præ-
terea, ff. de adopt. l. ſi quando 35. §. illud etiam, Cod. de
inoffic. teſt.* Qua ſpe ſublata omninò metuendum, ne
honor, reuerentia, ac pietas poſteà in Parentes in-
termittatur, quod non tantùm naturæ dictamini ad-
uerſatur, ſed etiam res eſt peſſimi exempli; propte-
17 reà quantum fieri poteſt à Republica exterminandũ,
*c. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. l. obſeruandum,
47. ff. de Iudic. l. 1. in princ. ff. ad S. C. Maced.* Cum nulla
18 ratione malitijs hominum, vel anſa præberi, vel indul-
geri debeat, *l. in fundo 38. poſt princ. ff. de rei indic. l. ſi
cui 9. ff. de ſeruit. l. fin. C. per quas perſonas, &c.*

Et hæc, in ſumma, ſunt argumenta magis ſtringen-
tia, quæ affert *Hunn.* pro ſua opinione, & tradit *Kel-
lembet. de renunc. ſucceſſ. qu. 2. num. 1. & ſeqq. vſque ad
num. 12.* in recitatione ſententiæ contrariorum.

Verùm tamen eſt, quòd magis communis opinio
19 contrarium ſtatuit; nempè, validari Pacta negatiua
ſucceſſionis futuræ, accedente Iuramento, & opinio
fundatur, in textu Canonico, de quo in ſæpè ſæpiùs
allegato, *c. quamuis Pactum, de Pact. in 6.* vbi rotundis
verbis ſtatuitur, quòd quamuis Pactum Patri factum
à Filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nul-
lum ad Bona paterna haberet regreſſum, improbet
lex Ciuilis, ſi tamen Iuramento non vi, nec dolo præ-
ſtito firmatum fuerit, ab eadem omninò ſeruari de-
bebit, cum non vergat in ſalutis æternæ diſpendium,
nec redundet in alterius præiudicium; Qui textus cum
loquatur in terminis, & caſum decidat, ab eo nullus
recedere debet, prout ab hac ſententia non diſceſſe-
runt communiter Interpretes Canonici ſuper repeti- 20
tione *d. cap.* & Ciuiles *ad tex. l. fin. C. de Pact.* nec non
*ſuper l. 15. Pactum quod dotale, C. eodem, Pariſ. conſil. 6.
num. 27. conſil. 69. num. 23. Crauett. conſil. 856. num. 12.
Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 10 num. 4. Grat. lib. 1.
reſp. 109. num. 2. Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 21. in
princ. Gallerat. de renunc. lib. 2. cent. 1. cap. 25. num. 51.
Hartm. Piſtor. lib. 4 quæſt. 5. num. 15. Maluaſ. conſil. 30.
num. 28. lib. 1. Simon. de Pret. conſ. 151. num. 21. Mar.
Anguiſ. conſ. 145. num. 1. tom. 1. Michal. de fratr. par. 3.
cap. 12. num. 25. Robles de repræſ. lib. 2. cap. 16. num. 5.*
latiſſimè *Vrceol. conſult. for. cap. 98. num. 52. & ſeqq.
Caldas. conſ. 50. num. 6. verſ. Quæ ſanè, Vuillelm. Luduel.
de interp. vlt. vol. par. 1. pag. 44. & ſuper tit. 54. C. pag.
479. Paſſer. c. quamuis Pactum, de Pact. in 6. num. 14.
& ſeqq. Spad. conſ. 317. lib. 3. Capyc. Latr. conſ. 120. n. 48.
& ſeqq. Rot. dec. 33. par. 6. Kellemb. de renunc. ſucceſſ.
cap. 2. num. 12. & ſeqq.* & ferè omnes ſupra citati *infr.
cap. 1. num. 64.*

Et quamquàm potuiſſet replicari, cum *Hunn. de
Pact. cap. 5. quæſt. 7.* id procedere, de Iure Canonico,
non verò de Iure Ciuili, quod ex diametro dictæ ſen- 21
tentiæ repugnat; imò ſtatuit Iuramentum contra
præcepta Iuris ciuilis non eſſe ſeruandum, vt *l. 7. §.
& generaliter. 16. ff. de Pact.* ibi enim Vlpian. & ge-
neraliter, inquit, *quoties Pactum à Iure communi re-
motum eſt, ſeruari hoc non oportet, nam Iuſiurandum
ad hoc adiectum, ne quis agat, ſeruandum, &c. & l. 12.
§. fin. ff. de leg 1.* vbi Diui Seuerus, & Antoninus reſcri-
pſerunt, Iuſiurandum contra vim legis, & authori-
tatem Iuris, in teſtamento, ſcriptum, nullius eſſe mo-
menti; &, cum ſit pugna inter Ius Ciuile, & Canoni- 22
cum, Ius Canonicum Iuri Ciuili debet cedere, nam
repugnat bonis moribus Ius Canonicum, Ius autem
Ciuile non repugnat, imò eſt eiſdem conſentaneum,
vt latiùs idem *Vnn. ibidem.*

Reſpondetur tamen ad tradita per *Vnn.* quod præ-
dicta procedunt, quando Iuramentum interponitur 23
ſuper re prohibita à lege naturali, Diuina, vel Cano-
nica, vt latè *Capon. de Pact. q. 63. nu. 2.*

Vel quando apponitur in materia pertinente ad 24
bonum publicum, vt latè vidend. *Capon. d. loc. num. 3.
& ſeqq. Fagn. c. ſicut, num. 19. 20. de probat. Paſſer. in
d. c. quamuis Pactum, num. 32. de Pact. in 6. Formoſ. in c.
ſi diligenti, par. 2. de for. comp.*

In noſtro verò caſu non poteſt dici, quod pactum 25
bonis moribus aduerſetur, nam pluries fuit repetitum
malos mores non poſſe conſiderari, in his Pactis, in
quibus de hæreditate ipſorummet paciſcentiũ agitur.

Et ſimiliter contra publicam vtilitatem nõ debent 26
exiſtimari, quia, vt plurimum fiunt à fæmellis in gra-
tiam conſeruationis bonorum in familia, quod eſt fa-
uorabile, non damnoſum Reipublicæ viuentium.

Igitur his non obſtantibus, cum, de animæ ſalute 27
principaliter agatur, diſpoſitio Ciuilis diſpoſitioni
Canonicæ ſubeſſe, & eidem cedere debet, *l. priuilegia,
12. §. 1. & ibi DD. C. de Sacroſ. Eccleſ.* præcipuè vbi eſt
Iuramentum *Fagn cap. non ſine, num. 24. de arbitr. & in
cap. licet, num. 24. & ſeqq. de cenſib.* & generaliter in
alijs etiam materijs, vbi agitur de peccato, Canonibus
etiam in foro Ciuili ſtandum eſt, *Alex. conſil. 59. nu.* 29
9. vol. 1. Burſatt. conſil. 136. num. 96. vol. 2. Vueſſembec.
conſ.

conf. 44. num. 37. cum alijs relatis per *Kellembet. de renunc. success. d. quaest.* 18. *num.* 18. vbi, quod Imperator, vt ipse fateri cogitur, subiectus est Deo, *l.* 1. *in princ. C. de Iur. vet. enucl.* Vndè minimè statuta Dei [illegible]i tollere licet, contra naturam namque est, vt seruus facta Domini mutet, vel tollat, *l.* 3. *C. de Pact. Bursat. consil.* 25. *num.* 12. *vol.* 1. & si par in parem non habet Imperium, *text. in cap. debuit*, 21. *distinct. l. nam & magistratus, ff. de recept. arbitr. Argent. ad consuet. Britann. art.* 16. *notat.* 1. *Surd. conf.* 47. *num.* 11. multò mi-
32 nus sanctio inferioris praeiudicare, vel impedimento Superiori esse poterit, *cap. cum inferior* 16. *extr. de maiorit. & obed. c. denique, dist.* 21. *Kellemb. vbi supra num.* 18. *in fin.* & quod inferior non praeiudicet legibus Superioris, est *tex. in l. formam, ff. de Offic. Praefect. Praetor. Surd. conf.* 58. *nu.* 6. Quapropter non obstante prohibitione Iuris Ciuilis, in hac materia renunciationis successionis, Ius Canonicum esse seruandum dixerunt omnes supracitati, & praecipuè *Seraph. de priuil. Iuram. priu* 21. *in priuc. Hartm. Pist. d. lib.* 4.
33 *quaest.* 5. *circa fin.* vbi, quod, non solùm Pactum, sed Iuramentum, seruandum est, sed etiam ipsummet contractum Iuramento validari; & ad haeredes obligationem transferri, vt etiam probat, alijs cumulatis, *Gallerat. de renunc. d. cap.* 25. *num.* 51. *versic. Et non modo, tom.* 2.

Nec in contrarium adducta huic veritati possunt
34 obstare, nam, ad primum argumentum respondetur esse distinguendum inter Ius sanguinis, aut filiationem, & ipsam successionem, quae à praeceptis legum liberis defertur, si consideramus Ius sanguinis, aut
35 filiationis, illud quidem, vti à natura procedens est inuariabile, & immutabile, nam, licet filius nolit habere filiationem, tamen non potest, quia semper filius
36 manet, & est filius, at successio mutabilis est, & licet procedat ex naturali ratione, non tamen, tamquam quid naturale, inuariabilis censeri debet; datur enim,
37 successio à Iure ciuili, licet debeatur Iure naturali, vt, multis cumulatis, ostendit *Altogr. conf.* 56. *num.* 12. *& seqq. lib.* 1. *& consil.* 57. *num.* 35. *& seqq.* & optimè probat *Kellemb. vbi suprà quaest.* 2. *num.* 21. imitantur successiones naturam, quia ars semper studet naturam sequi, *l. adoptio* 19. *ff. de adopt.*, at, quia inseruiunt commodo singulorum hominum, vocantur ciuiles, & possunt renunciari, nam cuilibet fauori suo
38 renunciandi concessa est facultas, *l. is potest*, & ibi scribentes, *ff. de acquir. haered.* Et verum est, quod median-
39 te ratione naturali liberis datur haereditas Patris, vt ait *Bald. Nouell. alleg. à Kellemb. vbi suprà*, sed tamen
40 fateri oportet aliud esse habere rationem naturalem, & aliud esse de Iure naturali, *l. si quis à liberis*, §. *Parens ff. de agnosc. & alend. liber.* potest igitur fieri conclusio, quòd, cum successio liberorum, ex Iure Ciuili principaliter procedat, eorumque commodum concernat, liberos habere liberam eidem successioni renunciandi potestatem.

Ad id, quod dictum fuit, viuentium haereditates in rerum natura non esse, ob id renunciari non posse, quia non entis nullae sunt qualitates, facili negocio satisfacere possumus, cum *Kellemb. vbi suprà num.* 22. quòd, licet successio puris contrahatur verbis, perpetuò tamen conditio ista, *si haereditas filiae delata fuerit*,
41 pacto subesse intelligitur, Vlteriùs, Pactum renunciatiuum, de quo agitur, non est, ipso Iure, nullum, & ob id non currit axioma, vt respondet *Forster.* allat. *à Capon. de Pact. qu.* 51. *num.* 9.

Quod, autem, sit Iuris publici successio liberorum, & ob id priuatorum Pactis non possit immutari, concedimus; Sed, quando consideratur, vti concernens publicam vtilitatem, omnium hominum in genere, non verò, quando de vtilitate singulorum est sermo,

nam quilibet potest suo fauori renunciare, vt suprà 42 diximus, & facit *text. l. cum Pater*, §. *libertis, ff. de leg.* 2. *l si quis in conscribendo, C. de Pact. l. quoties, C. de fideic.* cum similibus.

Ad quartum argumentum, à contrario sensu, desumptum, sufficit respondere, quod illatio cessat, vbi diuersa militat ratio, in vno, quàm in alio, & con- 43 trarijs *Euerard. loc. à contrario sensu, nu* 3. *Barbos. locis com. argum. loc.* 27. *num.* 27. quòd, autem, adsit diuersitatis ratio, in Pacto affirmatiuo successionis futurae, & renunciatiuo, satis dictum est supra *cap.* 5. *n.* 39. *lib.* 1. meritò non obstat.

Ad vltimum, dicimus, quòd non est spes successionis praecipua causa, quae liberos ad pietatem Parentibus exhibendam mouere, ac stimulare soleat, sed illa 44 sanguinis coniunctio, & propensio à natura nobis insita, qua, cogimur amare Parentes, ex quorum visceribus ortum duximus; Quapropter dici non potest, quod per successionis deficientiam, deficiat simul amor, & reuerentia parentibus debita, vt prolixius probat *Kellemb. vbi sup. qu.* 2. *num.* 28.

Constat igitur, & pro indubitato tenendum est, quod Pacta renunciatiua successionis futurae, Iuramento confirmata, validantur; Sed haec, quidem, procedunt, vbi agitur, de Pacto inter Patrem, & filios, vel 45 filias inito, & sic de conuentione illa, quae fit ab eo, de cuius haereditate agitur, cum illo, qui sperat eidem succedere.

Si autem loquamur de Pacto, in quo renunciatur haereditas tertij viuentis, magna est inter Scribentes altercatio, an Iuramento validari possit, vel non possit. Et hic tantum tractatur de Pacto inito absque consensu illius, de cuius agitur hereditate, quia aliàs, 46 accedente illius consensu, nemo est, qui de illius validitate dubitet; vt est text. rotund. *d. l. fin. C. de Pact.* & ponderauit *Rot. coram Buratt. decis.* 894. etiamsi iurata non sint, ergo fortius erunt valida, sacramento accedente, *Seraph. de priu. Iuram. priu.* 20. *num.* 8. *& nu.* 31. *Thesaur. qq. for. quaest.* 95. *in princ. lib.* 1. & de hac te non est apud DD. controuersia.

Hoc supposito, quaeritur, an sine consensu illius, de cuius agitur haereditate, valeant iurata Pacta, de quibus est sermo.

Vna opinio fuit affirmatiua, quod, Iuramento confirmentur, & adscribitur principaliter *Bald. in c.* 1. §. 47 *moribus si de feud. fuer. contr. int. Dom. & agnat.* quem refert, & sequitur *Seraph. de priu. Iuram. priu.* 20. *nu.* 8. & fundatur in illa saepè memorata ratione, quod Iuramentum debet obseruari, vbi in salutis aeternae dispendium non vergit, sed in casu isto non vergit in dispen- 48 dium salutis aeternae, quia relinquere, vel non relinquere potiùs vni, quàm alteri haereditatem, & super ea pacisci, non pertinet ad animarum salutem; similiter, quòd hic non possit considerari votum captandae 49 mortis, cum quilibet in dubio, praesumatur bonus, & eam habere voluntatem, qualem conuenit.

Vlteriùs, quod dici non possit Iuramentum contra bonos mores, nihil valere, quia id procederet, vbi ageretur de moribus à Iure naturali, vel Canonico reprobatis; secus verò, vbi sermo fit de moribus à censura Iuris Ciuilis admissis, ac alijs similibus in ante actis Capitulis plenè discussis; Quapropter ipsemet *Se-* 50 *raphinus*, licet in *d. cap.* 20. *num.* 17. dixerit contrariam sententiam esse magis communem, tamen *num.* 22. fassus fuit hanc Baldi sententiam validioribus considerationibus inniti, & similiter pro hac opinione solent allegari *Riceb. de vn. prol.* & alij cumulati per *Capon. de Pact. quaest.* 51. *num.* 9. *Fabrum Linglois*, *Christinaeum*, & alios adducit *Bottigl. de success. cap.* 3. *theor.* 44. *num.* 9. multa ad fauorem praefatae sententiae receitauit *Surd. conf.* 133. *à num.* 1. *vsque ad num.* 12. & habemus

mus Rotæ deciſionem coram *Buratt. 366. num. 2. & ſeqq. & Gratian. diſcept. in cap. 692. num. 45. & ſeqq.* & diſputato ad partes articulo, ab hac opinione noluit diſcedere, *Kellemb. de renunc. ſucceſſ. quæſt. 15. à nu. 7. vſque ad fin.* & fundat opinionem affirmatiuam hiſce argumentis.

Ad dignoſcendum, an aliqua diſpoſitio ſit valida,
51 eſt conſideranda intentio diſponentis, & cauſa diſpoſitionis ex quibus ea moderatur, *l. ſi Procuratorem, in princ. ff. mandati, l. 1. ff. de Author. tutor. l. ſi quis nec cauſam quartam, ff. ſi cert. pet.* cum ſimilibus.

Intentio autem, renunciantis in noſtro caſu, eſt, conſulere familiæ, & agnationis authoritatem illu-
52 ſtriorem reddere, quæ, ſicut faciliùs conſeruatur ex diuitijs, *Vbald. dec. 170. num. 4.* ita abſque nummis,
53 & diuitijs vileſcit, *l. Titia cum teſtamento, 34. §. Lucius Titius, ff. de leg. 2. l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. l. pietatis, C. de ſuſp. Tutor.* & propterea potiùs publico, hoc eſt, quàm priuato commodo incumbere; Nam, in amplificandis, & augendis illuſtrium, & nobilium familijs
54 qui ſtudet, publicæ proſpicere vtilitati cenſetur, *l. 1. §. publicæ, ff. de ventr. inſpic.* ergò debet valere renunciatio ad fauorem publicæ vtilitatis, licet aliàs non admitteretur, nam plura, in Iure noſtro, contra for-
55 mam Iuris recepta ſunt, pro vtilitate, & commodo vniuerſitatis, & publicæ vtilitatis gratia à regulis Iuris communis receditur, & multa permittuntur, quæ aliàs ſunt interdicta, & prohibita, *l. ita vulneratus, 51. verſic. multa, ff. ad l. Aquil. l. vnic. §. fin. C. de caduc. toll. Gail. pract. lib. 2. obſer. 56. num. 4.*

56 Quapropter dici minùs poteſt, quòd huiuſmodi conuentiones turpitudinem contineant, nam, quando finis eſt bonus, media mala eſſe nequeunt.

Nec vrget captandæ mortis periculum, nam, ſi hæc conſideratio habenda foret, tota teſtamentorum,
57 & primogeniorū materia corrueret, omneſq; aliæ diſpoſitiones, & Contractus labaſcerent, in quibus aliquid alicui ſtipulamur poſt mortem alterius.

Et, ſicuti inter viuos, per ſtipulationem de re aliena etiam neglecto poſſeſſoris conſenſu, in eum euentum nobis cauere poſſumus, vt ſi promiſſor eam na-
58 ctus fuerit, ad reſtitutionem eius nobis noſtriſque ſucceſſoribus ſit deuinctus, *l. ſtipulatio iſta, §. quæſitum, vbi DD. ff. de verb. oblig.* Non minus etiam, hac in parte, non adhibito Parentis conſenſu, fratribus à ſorore iuratam admittere renunciationem licebit, maximè, cum Iuramentum hic nullum foueat peccatum.

59 Nec propterea parenti, ex hac renunciatione, libera teſtandi facultas imminuitur, nam, licet filia iam efficaciter ab eo ampliùs inſtitui nequeat, ſed omne commodum fratribus acquiratur, poterit tamen filiæ liberos, ſi nondum extent ſub conditione, ſi nati fuerint, inſtituere, *l. Titius, §. Lucius, l. Gallus, ff. de lib. & poſth.* & ea ratione in nepotes ex filia deſcen-
60 dentes bona ſua transferre; eſt enim, in materia ſatis notum, quod renunciatio matris non præiudicat filijs, qui inſtituuntur ab auo, vt inferiùs dicemus, & latè oſtendit *Capyc. Latr. dec. 4. & dec. 41. Donat. Ant. de Mar. cap. 189. lib. 2. Rot. in Arimin. Bonor. 24. Maij 1660. coram R. P. D. Beuilaqua dec. 27. nu. 3. poſt tract. & in Rauennaten. hæreditatis 24. Ianuarij 1661. coram Reuerendiſs. Alberg. Decan. dec. 4. n. 17. poſt tract.*

61 At fruſtrà, de hoc quæritur, nam teſtatoris libertatem, non ex hæredis ſcripti voluntate, cui inuito liberaliter non datur, *l. inuito, ff. de reg. Iur.* metimur; pars enim, vel nolunt, vel ob Iuris prohibitionem non poſſunt eſſe ſucceſſores *tit. Cod. de Iur. delib. tit. de repud. & abſtin. hæred. tit. ff. & C. de his quib. vt indign.* nec tamen, inde defunctum teſtatorem minus liberum
62 teſtandi arbitrium habuiſſe dicendum ſequitur, & ſimiliter filia, ex eo, quod parentis noluit admittere ſucceſſionem, libertati eius detrahere quidquam non potuit.

Et tandem ſua concludit argumenta, *Kellembet.*
quod filio, vel filiæ renunciantibus legitima ſit, quaſi 63
æs alienum, & debito naturali, & neceſſario deſcendens *l. Papinianus, §. ſi quis, ff. de inoffic. teſt. l. ſi quis ſuo, C. eod.* cum ſimili, adeò vt, ſi Pater bona diſſipet, poſ- 64
ſit filius agere, vt aliqua ex hiſce pro legitima, & alimentis ei ſeparentur, *Bald. in l. 2. num. 2. 3. & Caſtr. nu. 6. ff. ſi quid in fraud. Patr.* cum alijs ibidem congeſtis, *Vaſq. controu. illuſtr. cap. 37. Gratian. diſcept. 44. nu. 18. & ſeqq. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 4. gloſſ. 5. Donat. Ant. de Mar. c. 143. lib. 1. Altogr. conſ. 43. lib. 2. Buratt. dec. 3. num. 9.* Vt ergo creditori conditionali in euen-
tum conditionis etiam inuito debitore de ſuo credito 65
diſponere legibus permiſſum eſt, *l. quoties 14. § fin. ff. de nouat. l. in re mandata*, cum ſimil. *C. mandati*, ſic idem liceat filiæ quoad legitimam, de qua Pactum Renunciationis principaliter agit.

Sed quidquid aſſerat *Kellemb.* & alij ſupra allegati,
contraria opinio eſt verior, & magis cōmunis; Quod 66
Pacta, de hæreditate viuentis abſque conſenſu illius, de cuius agitur hæreditate, etiam iurata non valeant; Quapropter non ſubſtineri renunciationes à filia factas, in manibus Patris de hæreditate Matris, Auiæ, Patronorum, & aliorum abſentium firmè ſcripſit *Ro-*
man. l. qui ſuperſtitis, quem ibi ſequitur *Aretin. col. 4. de* 67
acquir. hæred. & alij per *Bolognet.* alleg. *l. fin. C. de Pact. n. 59. Seraph. de Priu. Iur. priu. 21. nu. 56. Hartm. Piſtor. quæſt. Iur. d. lib. 4. quæſt. 6. num. 40.* vbi, quando eſt facta Fratribus, & ſororibus, abſente, & non conſentiente Patre, de cuius agitur hæreditate, firmè non valet; Nam, cùm, hoc caſu, liberi inter ſe paciſcantur, de hæreditate Patris, vtpotè tertij, adhuc viuentis, Pactum hoc turpe captandæ mortis votum continere cenſetur, ac propterea, tamquàm contra bonos mores naturales initum, Iuramento confirmari non poteſt, & vlteriùs aſſerit, nihil intereſſe, vtrum de amittenda, vel acquirenda, ſiue diuidenda conuentum fuerit; quia, in omnibus conuentionibus reprobatur; nam de hæreditate tertij adhuc viuentis, & ignorantis improba ſuſcepta eſt cogitatio, vnde turpe reputatur, nec iuramento firmatur, & huiuſce etiam opinionis fuiſſe teſtatur, *Bald. in cap ad noſtram, num. 7. de Iureiur. Fulgoſ. d. l. pactum dotali, vbi Dec. num. 9. C. de Pact. Alexand. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 12. Soc. Sen. conſil. 73. vol. 3. Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num. 91. & 95. Didac. d. cap. quamuis par. 3. in princ. num. 6.* vbi etiam *Guttierez num. 2. Gomez. ad ll. 22. Tauri num. 31.* vbi, quòd, quando vnus filiorum promiſit alijs fratribus non ſuccedere, videtur diuidere inæqualiter, vt ipſe nihil percipiat, alij vero totum; vnde tale Pactum non debet valere, quia cenſetur de hæreditate viuentis certo modo diuidenda, vel diſponenda, & meritò non firmatur Iuramento; eſt, tamen, verum, quòd, reſpectu fratrum, cenſetur Pactum de hæreditate diuidenda, & non valet, etiam cum Iuramento, niſi pater conſentiat, & in tali voluntate perſeueret, vſque ad mortem, reſpectu tamen Patris eſt Pactum de non ſuccedendo, & firmatur Iuramento, &c. quod melius explicauit *Hartm. Piſtor. vbi ſupra, num. 41.* vbi, quod, ſi filia renunciauerit Patri, non ſolùm hæreditati Paternæ, ſed etiam maternæ, & fraternæ; licet renunciatio iſta, quoad Patris hæreditatem, ſubſiſtat, tamen, quoad fraterna, & materna bona, hiſce non conſentientibus, non valet, & latiùs hanc opinionem probauit, *Capon. de Pact. quæſt. 51. num. 9. verſic. Secunda opinio*, vbi allegat antiquos ſuprà adnotatos, & *Fachin. lib. 8. contr. cap. 72. Sanchez in Decal. lib. 7. cap. 2. num. 33.*

& melius

& melius figit pedem in materia *Surd. conf. 133. num. 17. & seqq. tom. 1.* vbi, quod si consideretur Pactum, ex parte renunciantis, quo casu, est de non succedendo, forsan iuramento validabitur, sed si consideretur, prout ex parte recipientis erit Pactum de succedendo, non firmabitur Iuramento, nisi fiat cum consensu &c. & inferiùs id melius declarat cum *Socin. in conf. 73. vol. 3.* quod renunciatio facta de Iuribus competentibus in bonis alicuius absentis, duo haber capita, vnum, per quod renuncians excluditur à bonis illius, & hoc respectu pactum non est turpe, quia nedum non inducitur, sed excluditur votum captandæ mortis illius, & talis exclusus non efficitur sollicitus de hæreditate viuentis, quare firmatur Iuramento. Alterum est caput, per quod impinguatur portio fratrum, qui non renunciarunt, & eorum respectu, pactum est turpe, quia inducit votum captandæ mortis, & fratres redduntur solliciti de hæreditate viuentis *sup. l. fin. C. de Pact.* ideò etiam hoc casu Iuramentum non valet, & pro confirmatione huiusce sententiæ, vltrà allegatos, adducit *Crauett. conf. 42. in fine, & conf. 127. num 6. Rum. conf. 98. nu. 11. & conf. 204. nu. 8. vol. 1. Alciat. conf. 129. nu. 3 Roland. conf. 81. nu. 1. & seqq. vol. 4 Cæpoll. conf. 378. in fin Cæphal. conf. 146. nu. 6. & conf. 405. num. 45. in fin. Cucch. de legit. gl. incipiente, nec vsufructu defraudari num. 57. Alb. conf. 11. nu. 15.* sic etiam ea de causa, quia Pactum dicitur contrà bonos mores naturales; comprobarunt hanc negatiuam opinionem, apud *Bottigl. de success. cap. 2. theor. 42. num. 9. Osasch. dec. 100. nu. 21. Pereg. conf. 69. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Iur. vniuers. lib. 41. c. 13. nu. 4. Molphes. ad consuet. ad tit. de renunc. quæst. 9. num. 7. & conf. 38. num. 15. Fusar. de subst. q. 319. nu. 18. Greua ad Gail. tom 2. obser. 126. nu. 3. 4. Passer. c. quamuis Pactum de Pact in 6. num. 32. Cyriac. contr. for. 88. nu. 16. Castill. quot. contr. lib 3. c. 9. num. 7. Paschal. de vir. patr. pot. c. 7. nu. 8. Marcell. Marcian. tom. 2. conf. 35. in primo dubio,* & multis argumentis, & authoritatibus exornauit doctissimus *Gallerat. de renunc. lib 3. c. 2. num. 60. 63. Thesaur. quæst. for. lib. 1. quæst. 95. in princ. Vrceol. consult. c. 98. num. 47. Andreas Censal.* ol. benè meritus nostræ Lucanæ Rotæ auditor, in suo *conf. 5. impress. post decis. Luc. num. 30. & seqq. Io: Franc. Andreol. contr. 310. nu. 6.* vbi nonnullos adducit à me non adhuc allegatos, & præcipuè *Rot. Rom. dec. 33. nu. 6. 9 par. 6. rec. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 29. limit. 1. nu. 147. Simon de Pret. conf. 23. nu. 15. Gabr. conf. 138. in fin. lib. 1. Mancin. de Iuram. p. 4. eff. 62. Bertrand. conf. 69. in fin. & conf. 141. nu. 8. lib. 1. Calcan. conf. 33. post med.* hanc etiam disputauit quæstionem, *Don. Ant. de Mar. resol. quot. lib. 2. c. 193. nu. 6. & seqq.* & ex rationibus suprà ponderatis hanc firmauit sententiam, & exornauit multorum auctoritate, & latiùs materiam tractauit idem *Donat. Ant. in conf. impress. inter diuersorum Iurisconsultorum Neapolitanorum allegationes, alleg. 128. n. 3.* vbi alijs posthabitis, adducit *Morot. conf. 22. nu. 11. Camill. de Medic. conf. 35. num. 2. 5. Franc. dec. 8. nu. 4. & seqq. Vin dec. 316. nu. 7 Add. ad Molin. de Hisp primog. lib. 2. c. 3. num. 3.* Similiter firmauit articulum ad fauorem mulieris renunciantis, contrà Iuramentum *add. ad Buratt. dec. 894. nu. 10.* & benè distinguendo materiam *Io: Bapt Spad. conf. 317. n. 7. & seqq. tom. 3. Nicol. Catan. conf. 6. nu. 17. & seqq. Paul. Raunt in conf. impress. post eumdem nu. 12.* & omnium melius, & accuratius *Altog. noster conf. 41. tom. 2. per tot.* & præcipuè *nu. 13. 14. & seqq. & Rot Florent. post eumdem conf. impressa, vers moti autem,* & nouissimè, *Altogr. Iun. in eius controuersijs contr. 28 per tot.*

Quapropter de veritate huiusce opinionis non est
ambigendũ; Nec, ex aduerso adducti DD. aliquid fa-
68 ciunt, nam *Seraph. in d priu. 20. num. supra alleg.* licet vi-
deatur residere in affirmatiua; tamen dicit conclusio-
nem in contrarium stare, & tandem *priuil. 21. num. 36.*
apertè firmauit, Pactum de non succedendo, de hære- 69
ditate tertij etiam iuratum non valere *Surd. in conf.
133. vsque ad num. 13.* tantum affert pro Iuramento ar-
gumenta, sed a *d. num. 13. vsque ad fin.* concludit, con-
trarium, & multa quidem pulchra profert pro renun-
ciatione contrà Iuramentum. *Gratian. disc. 692. & Bu-* 70
ratt. dec. 366. fundant eorum dicta in generalitate, &
incertitudine personæ, cuius bonis renunciatur, quæ
licèt sit bona huius conclusionis limitatio; nam verum
est, quod, vbi fit renunciatio, vel Pactum futuræ succes-
sionis non dicitur reprobatum, quando non fuit de
aliqua certa persona cogitatum, vt latiùs probaui
lib 1. c. 27. & in terminis Pacti nostri renunciatiui fir-
mant DD. relati per *Bottigl. de success. d. c. 2. theor. 44.
num. 10. Altogr. conf. 42. num. 3. 4. tom. 2. Vrceol. consult.
for. c. 98. nu. 49.* cum alijs, qui cumulari possent, tamen
potest esse valde controuersum, an hæc limitatio va-
leat adaptari ad casum *Rotæ d. dec. 366. Buratt. & Gra-
tian. disc. 692.*

Firmauit, enim, *Rota*, & putauit *Gratian.* quod, quia
ibi sermo erat de renunciatione generali, ac cessione 71
*de toto eo, quod ipsa renuncians petere, habere, seu conse-
qui quomodolibet potest, seu in futurum poterit in, &
super successione, hæreditate, & bonis quibuscumq; &c.
auitis, Paternis, maternis, fraternis, & ex sororibus, pro-
uenientibus, & alijs quibuscumque ascendentium, &
collateralium,* non posset adaptari casus ad dispositio-
nem *l. fin. C de Pact.* sed ad dispositionem *l. 3. §. illo, ff.
pro Socio,* vbi quod valet Pactum ob generalitatem de
hæreditate incerti hominis.

Ad quorum corroborationẽ facit id, quod dicitur
de Iurepatronatus, quod licet Iure singulari nõ possit 72
in aliũ transferri, sine consensu Ordinarij *c. illud, c. sug-
gestum de Iur. patr. Rot. dec. 145. n. 5. par. 2. & dec. 73. nu.
27. par. 11. rec.* tamen, quando Iuspatronatus venit sub
vniuersitate bonorũ, in generali renunciatione, & do-
natione non requiritur dictus consensus Ordinarij, vt
latissimè alijs omissis *Rot. in Lunen. Sarzanen. Benef. 22.* 73
Maij 1662. cor. R. P. D. Ninot. post tract. dec. 121. n. 9. cõ-
firmata *12. Febr. 1663. cor. eod. post tract. dec. 122. n. 25.*

Et quamquã fuerint specificata bona materna &c.
tamen, quia priùs omnium personarum fuerunt spe-
cificata bona, propter hanc specierum enumerationẽ
renunciatio, ac cessio nõ desinit esse generalis, author.
Decian. resp. 44. nu. 97. lib. 4. & latè *Rot. decis. 166. nu. 26.* 74
par. 9. rec. nam species censetur adiecta gratia maioris
demonstrationis, *l. regula, §. & licet de Iur. fact. ignot. l.* 75
stipulationes de verb. oblig. & in terminis Iurispatrona-
tus, de quo supra voluit eadẽ *Rot. dec. d. post tract. 121.
num. 11. & dec. 122 nu. 14.* vbi, quod licet ibi esset facta
mentio specifica de Iurepatronatus, nihilominùs, quia
eadem erat expressio eius, quod tacitè inerat, nihil 76
operari poterat, & sic non cessat dicta limitatio *l. fin.*
tum, quia specificatio prædicta, vbi esset inualida, non
faceret, quo minùs bona materna venirent sub gene-
rali valida illam compræhendente, vt arguit *Buratt.
vbi sup nu. 5. 6.*

Ob reuerentiam Rot. Roman. nullus ex DD. voluit,
apertè impugnare hanc assertionem *Buratti*, explicãt
tamen aliqui, quod procedat, ibi, quia species adiecta 77
erat gratia maioris demonstrationis, & demõstratiuè
stare videbatur; non verò locum habere in expressione
indiuidua hæreditatis, puta, Patris, & Matris, proprijs
nominibus designatorum, vt in casu suo benè discurrit
Lel. Altog. cõs. 42. n. 10. 11. 12. & seqq. & ait, quod intrae
tunc conclusio *Bart. l. quæsitum, §. si quis fundũ de fund.
instruct.* quod difficilius fit restrictio generis per enu-
merationem specierum, quam indiuiduorum.

Vlteriùs alia ratione defẽdi potest eadẽ decisio, quia
nimirũ versabatur in casu, quo vnica erat renũciatio,

vna ſcilicet oratione, & verborum periodo concepta
generaliter expreſſis aliquibus ſpeciebus, ſub illo ge-
nere contentis ad demonſtrationem; non verò potuiſ-
ſet approbari, vbi, vt in caſu Altogr. d. conſ. 42. num. 16.
78 fuiſſet facta diſcretiuè, in duabus diuerſis orationi-
bus, nam verum eſt, quod, quando in vno Contractu,
vel teſtamento fit prius vna diſpoſitio ſpecialis, & de-
79 inde alia generalis, tunc generi per ſpeciem deroga-
tur, adeò, quod generalis diſpoſitio non referatur ad
ſpecificè expreſſa, tex. l. doli cauſa 119. ff. de verb. oblig.
Valenzuel. conſ. 83. num. 140. Andreol. contr. 310. num.
9. & ſeqq. & alij, vt per Altogr. d. conſ. 42. num. 18. om-
ninò videndus, & latiùs oſtendit deciſ. Flor. ſuper eo
dem conſ. emanata impreſſ. poſt conſ. 43. Altogr. verſ.
quoniam hanc ſororis &c. vbi, quod in illo caſu, cen-
ſuerunt DD. renunciationem eſſe ſpecialem, & com-
præhenſam ſub diſpoſitione l. fin. C. de Pact. quia fue-
rat in duabus ſeparatis orationibus concepta; pri-
ma erat ſpecialis de hæreditate tantum Patris, & ma-
tris loquens, altera generalis, in qua renunciatum
fuerat quibuſcumque hæreditatibus tam delatis,
quam deferendis, tam ex teſtamento, quam ab inte-
ſtato &c. Nam quotieſcumque ſpecies, ſeù ſpecialis
80 diſpoſitio præcedit, genus autem ſubſequitur, ità ſpe-
cies dicitur à ſuo genere exempta, vt in illo includa-
tur, l. ſtipulationis 53. l. doli cauſa 119. ff. de verb. oblig.
Coccin. dec. 443. num. 12. & deciſ. 714. numer. 5. & ſeqq.
par. 2. rec.

Et latius, quod quando genus eſt poſt ſpeciem, &
in eadem oratione vnum referatur ad aliud, ac ge-
81 nus reſtringatur, dixit, etiam Redenaſc. conſ. 96. num.
7. Monac. dec. Luc. 13. num. 4. & ſeqq. Rot. dec. 89. par.
4. tom. 2. & dec. 367. numer. 4. par. 9. rec. quod in caſu
Buratti non verificabatur, nam, ibi, vnica renunciatio
erat prius generaliter concepta, poſteà verò ſpecies
erant relatæ, quo caſu, non ad reſtrictionem generis,
82 ſed ad demonſtrationem, & declarationem ſpecie-
rum, quæ ſub genere continentur, dicuntur appoſi-
tæ, vt latè oſtendit etiam Andreol. contr. 310. num. 7.
& ſeqq. & voluit Rot. in Romana legati 1. Martij 1660.
coram R. P. D. Beuilaqua, deciſ. 51. num. 13. poſt tract.
& ſimiliter huic deciſioni Buratti, ſatis fit per Alto-
grad. Iun. in ſua contr. 28. num. 2. & ſeqq. aſſerens,
quod in caſu Buratti, cum ageretur de renunciatio-
ne generali cuiuſcumque ſucceſſionis, & de particu-
lari certarum perſonarum, licèt renunciatio, quoad
bona materna venire debent ſub generali valida illam
comprælhendente: in caſu, verò, de quo ille fuerat in-
terrogatus, contra renunciationem, reſpondit, quia
agebatur de renunciatione particularium perſona-
rum abſque adiectione generalis renunciationis per-
ſonarum incertarum.

Vlterius pariter eſt conſiderandum, quod in caſu
Buratti, renunciatio extendebatur non ſolum ad bo-
83 na materna, paterna, & auita, ſed & ad bona aliorum
quorumcumque collateralium, nam, cum linea col-
lateralium latè pateat, & tam ex latere agnationis,
quam cognationis, plurimi, & diuerſi poſſint eſſe
gradus, & in vnoquoque plures contineri perſonæ,
Altogr. Iun. contr. 28. nu. 6. Rot. in Marſican. Succeſſionis
4. Febr. 1665. cor. R. P. D. Emerix dec. 116. n. 2. poſt tract.
poteſt in eis ratione d. diuerſitatis, & pluralitatis quæ-
dam incertitudo conſiderari.

Vbi verò tantum fuit facta renunciatio bonorum
paternorum, maternorum, & aliorum aſcendentium
diuerſimodè ſe habet reſolutio; Quia non poteſt ve-
84 rificari renunciatio, niſi in paucis perſonis, & certis,
videlicet, in Auo, & vix in Proauo, & perindè eſt, ac
ſi nominibus proprijs ſint nominati l. 2. ff. de liber. &
poſth. l. certum, ff. ſi cert. petat. & proindè locum ha-
85 bet illa concluſio, quod etiamſi agatur de renun-
ciatione hæreditatis plurium perſonarum viuentium,
dummodò illæ ſint certæ, renunciatio abſque illorum
conſenſu valere non poſſit, Michal. par. 3. cap. 12. nu.
85. & alij allegati ab Altogr. Iun. d. contron. 28. nu-
mer. 6. 7.

Cenſal. in eius conſ. 5. impreſſ. poſt deciſ. Luc. num. 19.
Buratti opinionem non damnat, eo quod, ibi agere-
tur de renunciationibus factis, à monialibus, ex cauſa
ingreſſus in Religionem, nam hæ renunciationes ſo-
lent eſſe magis generales, & abdicatiuæ quorumcum- 86
que Iurium, quam ſint renunciationes, quæ fiunt à nu-
bentibus in ſæculo, Buratt. latiſſimè d. dec. 366. num. 6.
cum alijs allegatis à Cenſal. vbi ſup. num. 30. & ab An-
dreol. d. contr. 310. num. 29. Vrceol. conſult. 98. num. 50.
Hodiern. contr. 7. Donat. Ant. de Mar. reſol. quot. c. 190. &
191. lib. 2. Tondut. quæſt. ciuil. par. 13. c. 142. Rot. dec. 171.
par. 8. & dec. 40. par. 12. rec.

Sed prædicta limitatio non placet Altograd. d. conſ.
42. num. 97. niſi accipiatur in caſu renunciationis hæ-
reditatis perſonæ omninò incertæ, vel in renunciatio-
ne ſimplici abdicatiua tantum, & ſic in pacto negati-
uo de non ſuccedendo, non, autem, in renunciatio-
ne ad fauorem alterius, quæ continet Pactum affir-
matiuum de ſuccedendo, & contra voluntatem eius,
de cuius hæreditate agitur; tunc, enim, licèt concur-
rat fauorabilis cauſa religionis, tamen hic iuſtæ cau- 87
ſæ concurſus non tollit, quin ſaltem reſpectu eorum,
quibus renunciatio facta eſt, detur votum captandæ
mortis, nec facit ceſſare rationem libertatis teſtandi,
& per conſequens dictum conſenſum poſſibilè reuo-
candi Rot. dec. 40. tom. 2. par. 4. rec. Argel. de acquir.
poſſ. quæſt. 14. art. 3. num. 70. Quapropter, in terminis,
non valere renunciationem factam cauſa ingreſſus in
religionem, ſine conſenſu eius, de cuius hæreditate fuit 88
cogitatum, dixerunt Euerard conſ. 206. nu. 7. Bertazzol.
conſ. ciuil. 55. nu. 24. & ſeqq. & conſ. 56. nu. 84. & conſ. 57.
per tot. Riminald. Iun. conſ. 164. Buratt. dec. 639. & alij de
quibus per Altogr. vbi ſup. n. 47. per tot. Andreol. contr.
310. nu. 30. Cyriac. contr. 351. nu. 1. Roa. dec. 439. num. 17.
& dec. 33. num. 1. & ſeqq. par. 6. rec. ea ratione, quia,
quamuis religionem ingrediens non præſumatur ſoli-
citus de bonis temporalibus, quoad ſe ipſum, ſecus eſt 89
quoad Monaſterium, quod ditare velle præſumitur ex
coniectura pietatis, vt ſibi abundantiùs neceſſaria ſup-
peditet, & ſimul ſtant propoſitum ſeruiendi Deo, &
paupertatis votum vna cum deſiderio acquirendi
Monaſterio, immò pietati diſſentaneum videtur, quod
Religioſus per realem, & abſolutam renunciationem,
proprium Monaſterium, quod eſt ſibi, loco Patris, &
in quo perpetuò degere debet, in omnem caſum ex-
cludere voluerit &c.

Ex modernis Donat. Ant. de Mar. in conſ. impreſſ. in-
ter allegat. diuerſ. Iuriſc. Neapolitan. alleg. 128. num. 5.
& ſeqq. indiſtinctè reprobat opinionem Gratiani, & 90
Rotæ Rom. vtpotè, quæ ſit fundata ſuper aſſertione
aliquorum DD. qui in effectu hoc non dixerunt, nem-
pè, Salicet. Fulgoſ. Cur. Iun. & Cagnol. dicens prædictos
authores, nullo pacto, firmaſſe id, ad quod allegantur,
ſed tantùm dixiſſe, valere renunciationem ſucceſſionis
hominis incerti, & in genere, quod ſatis differt, à caſu
quo quis indiuidualiter renunciat ſucceſſioni mater-
næ, fraternæ &c. hac enim renunciatione, ſic ſtante, di-
cit indubitanter, idem eſſe, ac ſi deſignatis nomini-
bus matris, & fratrum illorum ſucceſſioni renunciaſ-
ſet, & ſic cum dixerim, Renuncio hæreditati meorum
fratrum mihi in futurum deuoluendæ, idem eſſe
ac ſi dixiſſem, hæreditati Petri, & Antonij meo-
rum fratrum, & ſic certi hominis, non autem incer-
ti &c.

Pro cuius opinionis corroboratione multũ ſtringit
id, quod fuit tandem à Rot. firmatum in d. cauſ. Lunen.

Sarza-

Sarzanen. Benef. in qua, proposito articulo, an expressio Iurispatronatus censeretur adiecta, gratia maioris demonstrationis, licèt pro affirmatiua fuerit bis resolutum, & propterea firmatum valere donationem Iurispatronatus absque consensu Ordinarij, vt ex dictis decisionibus 121. *&* 122. *post tractatum*, tandem, causa repropoſita sub *die* 8. *Febr.* 1664. fuit contrarium decisum, quod, scilicet, expressio Iurispatronatus censeretur facta, non accessoriè, & in consequentiam, sed principaliter, & independenter, ac propterea pro nullitate actus fuit conclusum, vt in *d. decis. Lunen. Sarzanen. Benef.* 8. *Febr.* 1664. *cor. eod. Reuerendiss. Gerunden, post tract. dec.* 123. *per tot.*

Et hæc quæ dicta sunt de Pactis futuræ successionis negatiuis, quod valeant, Iuramento accedente, procedunt, & locum habent, etiamsi agatur de renunciatione facta à Iudæo, vel infidele, nam is etiam Iuramen-
91 to adstringitur, & tenetur renunciationem iuratam seruare, vt quidquid dicat, *Roman. cons.* 155. *ad fin. Natt. d. c. quamuis Pactum num.* 26. *Guilel. de Benedict. c. Raimutius, verb. duas habens filias num.* 289. tenent,
92 *Surd. cons.* 122. *nu.* 21. *vsque ad fin.* vbi pluribus argumentis opinionem roborat, *Couarr. d. c. quamuis Pactum*, §. 4. *num.* 1. *par.* 3. *Bolognett. d. l. stipulatio hoc modo num.* 99. *Dec. d. l. Pactum dotale num.* 13. *Gallerat. de renunc. cap.* 25. *cent.* 1. *num.* 53. *tom.* 2. *Kellemb. de renunc. successſ. quæst.* 12. *per tot.* vbi latiſſimè *Seraph. de priuil. Iuram. priuil.* 123. *per tot. à num.* 1. *Cyriac. contr. for.* 241. *num.* 24.

CAPVT IV.

Consensus præstitus ab eo, de cuius bonis agitur, an possit reuocari, an ob reuocationem consensus efficiatur inutilis, respectu tertij, vel, respectu omnium paciscentium, & concluditur, quod annulletur, respectu omnium, etiamsi agatur de Pacto iurato, vel de portione legitimæ filijs debita.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas Pacti futuræ successionis negatiui tantum consistit in consensu, & voluntate illius de cuius hæreditate agitur.*
2 *Hic consensus reuocari potest.*
3 *Consensus dicitur reuocatus sestando contrarium.*
4 *Vel etiam disponendo inter viuos de re in Pactum deducta.*
5 *Efficitur nulla ob reuocationem consensus tantum respectu Patris, non aliorum paciscentium.*
6 *Aliud est Pactum de hæreditate viuentis, aliud Pactum de non succedendo.*
7 *Thesaur. quæst. for. lib.* 1. *quæst.* 45. *verba referuntur.*
8 *Opinio, quod sit nulla tantum respectu Patris, eo magis procedit in legitima debita filio.*
9 *Iuramentum operatur validitatem renunciationis quoad tertios paciscentes non quoad eum, de cuius agitur hæreditate.*
10 *Non potest in casu nostro reuocari consensus per eum de cuius bonis agitur iuxtà opinionem aliquorum.*
11 *Iuramentum quod est seruandum sine interitu salutis æternæ seruari potest.*
12 *Debitum legitimæ est spes probabilis, & certa.*
13 *Legitima est quasi debita in vita Patris.*
14 *Quod reuocatio sit nulla quoad omnes tam paciscentes, quam Patrem, est magis verum.*
15 *Licet Pactum sonet de non succedendo, tamen virtualiter est de succedendo.*
16 *Pactum inter fratres, vt post mortē Patris vnus habeat vnam rem, & alter aliam, non valet.*
17 *Pactum videtur factum sub conditione, dummodò consentiens perseueret in voluntate.*
18 *Non valet, reuocato consensu, etiamsi Pactum sit iuratum.*
19 *Iuramentum sortitur naturam Contractus, super quo interponitur.*
20 *Actus sui natura variabilis semper censetur initus sub conditione, dummodo actus perseueret immutabiliter.*
21 *Dictio, nisi, posita post dictionem negatiuam est conditionalis.*
22 *Quidquid fieri conceditur sub vna condisione, sub contraria poterit adimi.*
23 *Honestas Pacti super hæreditate viuentis pendet ab ipsius consensu, & perseuerantia.*
24 *Quando reuocatur consensus, perindè est ac si numquam fuisset præstitus.*
25 *Per reuocationem consensus iuramentum incipit esse perniciosum, & non valet.*
26 *Consensus consideratur, vt actus vltimæ voluntatis reuocabilis.*
27 *Vltima voluntas est semper reuocabilis licet iurata.*
28 *Per reuocationem consensus euanescit Pactum tamquam deficiente conditione, sub qua fuit initum.*
29 *Quod ampliatur etiam in portione legitimæ debitæ filijs.*
30 *Etiamsi fuerit promiſſum non reuocare sub aliqua pęna, poterit reuocari absque metu eiusdem pœnæ.*

HVnc articulum examinauimus, suprà *l.* 1. *c.* 30. in terminis Pacti acquisitiui, ideoque superfluum videbatur, rursùs eandem quæstionem reuocare, tamen quia aliqui hìc possent allegari, qui in terminis nostris scripserunt, eorum afferta non piget receusere.

Diximus, inquam, superioribus capitibus, quod, sicuti in materia *l. fin. C. de Pact.* omne conuentionis robur dependet à consensu illius, de cuius hæreditate fit 1
Pactum, ità, in hac materia, renunciationis tota vis pendet à consensu illius, de cuius agitur hæreditate, *Bartol. l. stipulatio hoc modo concepta num.* 4. *ff. de verb. oblig. Gomez ad ll. Tauri* 22. *num.* 31. *Molin de Hisp. Primog. lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 4. *Surd. decis.* 14. *nu.* 4. *& seqq. Afflict. decis.* 350. *num.* 12. *Gregor. dec.* 85. *num.* 32. *decis.* 166. *nu.* 12. *& seqq. par.* 9. *rec.* hinc successiuè modò quæritur, an quemadmodum in casu *d. l. fin.* tertius consentiens potest pro libitu consensum reuocare, quo facto, etiã Pactum ipsum corruit, idem similiter procedat in Pactis successionis futuræ negatiuis, adeò vt amittant robur, & firmitatem, statim atque consensus interpositus reuocatur, & eo ipso à Iuramenti religione liberatus sit renuncians, & propterea absque metu periurij succedere possit?

Quod iste consensus possit reuocari nemo dubitat, & hoc casu, inualidari renunciationem omnes admittunt, nam verba *text. d. l. fin.* sunt clara, quod non va- 2
leant; nisi ille de cuius hæreditate Pactum est, voluntatem suam ęis accommodauerit, & in ea vsque ad extremum vitæ spacium perseuerauerit, & ibi tradunt *Bart. num.* 17. *Bald. num.* 22. *Salic. nu.* 1. *Castr. nu.* 8. ac alij suprà, plena manu, congesti *c.* 30. *num.* & in terminis Pacti renunciatiui, *Gomez ad ll. Taur.* 22. *num.* 31. *Gallerat. de renunc. cent.* 1. *c.* 25. *num.* 28. *lib.* 2. *Marc. Ant. Anguiss. lib.* 2. *cons.* 36. *num.* 6. 7. *Hartm Pist. lib.* 4. *quæst.* 6. *num.* 42. *Ant. Fab. de err. pragm. err.* 10. *decad.* 13. *per*

*tot.*latiſſimè *Rot.d.dec.*166.*num.*12.*& ſeqq. par.9. rec.*
3 Dicitur autem reuocatus conſenſus, vbi conſentiens,
teſtando, contrarium diſponit, *Anch. conſ.* 404. *num.*
3. *Bero.conſ.*3 *num.*18 21.*lib.*3.*plenè Rot. dec.*33. *num.*
3.*par.*6.*Anchar.conſ.*104.*num.*3.*Gozad. conſ.*98. *nu.*30.
*Bero.conſ.*3.*num.*18.*lib.*2.*Menoch.conſ.*806. *nu.*1. *Surd.*
*conſ.*100.*num.*18. *Cyriac. contr.*351. *num.*1. *Rot. d.dec.*
166. *numer.*14. *part.*9. *Sanchez. in decal. lib.*3. *cap.* 7.
num. 15. Vel alio quouis modo contra formam Pacti
4 etiam inter viuos, & contrà ſubſtantiam renunciatio-
nis ſtatuit *Rot. vbi ſupra numer.* 4. *Sanchez d. cap.* 2.
*num.*15.
Eſt tamen valdè controuerſum,an nullitas Pacti re-
nunciatiui tantum conſideretur,ex parte Patris reuo-
cantis conſenſum,ità vt reſpectu fratrum, vel aliarum
perſonarum, ad quarum fauorem fuit facta ſtipulatio
ſemper ſubſiſtat, reuocatione non obſtante; Vel po-
tius nullitas Pacti ex reuocatione conſenſus proue-
niens,ſit ità generalis, quod Pactum annullet, & re-
ſpectu reuocantis conſenſum, & reſpectu illorum, ad
quorum fauorem renunciatio facta fuit cum Iura-
mento.
Quod renunciatio, per reuocationem conſenſus,
5 efficiatur inutilis, tantum reſpectu Patris reuocan-
tis, non reſpectu aliorum, ad quorum fauorem cum
iuramento renunciatio facta fuit, voluit præ cæteris
*Iaſ.in d.l.fin.num.*13.dicens in hoc Baldum contrarium
defendentem erraſſe, *Roman. l. qui ſuperſtitis, ff. de ac-*
quir.hæred. Didac. qui tamen in hoc non figit pedem,
in *c. quamuis* 3. *part. relect. in princ. num.* 8. *de teſt.im.*
*Hodiern.ad Surd.dec.*14.*num.*15. 16. *Caput. ad conſuet.*
*Neapol.ſi moriatur par.*3.§.6 *nu.*8. *Merl.de Legit.lib* 3.
*tit.*2.*q.*25.*Thomas tract.*4.*c.*16.*n* 64.& latiùs *Theſaur.*
*Iur.qq.for.lib.*1.*q.*95.*num.*4.5. vbi cum Iaſone, ità pro
6 ſua opinione argumentatur; Aliud eſt Pactum de
hæreditate viuentis, aliud eſt Pactum de non ſucce-
dendo, prout aliud eſt Pactum, quod fit inter priua-
tos, de hæreditate alterius viuentis, aliud, quod fit
cum eo, de cuius hæreditate agitur; nam Pactum,
quod fit de hæreditate viuentis, non valet, niſi acce-
dente conſenſu illius, de cuius hæreditate agitur, &
7 etiam,quod iuratum ſit, numquam ſine conſenſu va-
lere poteſt,ſed pactum de non ſuccedendo, quod non
affirmatiuum,ſed negatiuum eſt, licèt propter quan-
dam conuentionem dicatur à iure improbatum,
quia non videtur bonum, inſcio illo, cuius eſt hære-
ditas,de illius bonis agere, & ſuper eis paciſci, tamen
non eſt adeò odioſum, quin iuramento confirmari
poſſit,quia Iuramentum ligat paciſcentes, ità, vt ob-
ſeruent tempore delatæ hæreditatis, quod Iuramento
promiſerunt.
Et hæc præcipuè habere locum, quoad legitimam,
ait, ipſemet *Theſaur.* nam renunciatio,quæ fit de hæ-
reditate quærenda per filios, vti de re certa quoad
8 legitimam, quæ iure naturæ debetur, licet non ſit
certa quantitas, cum ſit Pactum de non ſuccedendo
negatiuum iuramento ſubſtinetur; Inferiùs verò
proſequitur; quod, ideò illud Pactum de non ſucce-
dendo cum Iuramento ſubſiſtit, quia illo non obſtan-
te, non aufertur libera diſpoſitio, quin poſſit con-
ſentiens renunciationi liberè teſtari, & etiam ipſum
renunciantem inſtituere, vel aliquid teſtamento re-
linquere; Iuramentum, enim, operatur quoad eos
9 qui de alterius hæreditate paciſcuntur, non autem
quoad conſentientem, qui, non obſtante Iuramen-
to poſſet contrà proprium Pactum ſuper propria hæ-
reditate factum venire, & ad hoc tendit illa perſeue-
rantia à lege requiſita, ne priuatio libertatis teſtandi
inducatur.
Et tandem *num.*6. firmiùs in hac opinione reſidet,
aſſerendo, quod Pactum factum ſuper hæreditate vi-
uentis, de quo in *d. l. fin.* quatenus tangit perſonam
illius, de cuius hæreditate, ſeu bonis agitur, ſemper
eſt reuocabile, nam per Iuramentum non poteſt ad-
ſtringi libertas teſtandi, & quælibet diſpoſitio ſuf-
ficeret ad inducendam reuocationem; Sed pactum
de non ſuccedendo, quatenus concernit perſonam
illius, ad cuius fauorem facta renunciatio fuit, non 10
autem illum, cuius eſt hæreditas, eſt irreuocabile, &
non attenditur reuocatio conſenſus.
Dominus enim Bonorum poteſt & reuocare con-
ſenſum, quoad ſe, & de bonis diſponere, neque ta-
men faciet per iſtam reuocationem, quin illa portio
bonorum, quæ ſpectat filio iure naturæ, cui non re-
nunciauit quoad ſe, & quoad Patrem, ſed tantùm ad
commodum fratrum, perueniat tempore mortis, ad
eum, cum facta, hæreditatis, ſeu portionis renuncia-
tio eſt, & quin Iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine
interitu ſalutis æternæ, & ſine ſcandalo obſeruetur,
etiam quod de futura hæreditate factum fuerit, cum 11
de legitima ſit, & de re certa factum; eſt, enim, debi-
tum legitimæ conſiderabile,& ſpes probabilis, certa,
& approbata, tam à iure naturali, quam poſitiuo, 12
l. ſcripto, ff. vnde liber. l.cum ratio, ff. de bon. damnat. 13
& propterea dicitur quaſi debita, in vita Patris, &
tandem alia cumulat ipſemet *Theſaur.* pro confir-
matione ſuæ opinionis, quæ hic omittere placet, ne
ſim prolixior.
Quidquid autem aſſerant *Theſaur.* & alij ſupra no-
tati, contraria opinio mihi magis arridet, quod tam
reſpectu reuocantis conſenſum, quam reſpectu illo- 14
rum, ad quorum fauorem renunciatio fuit facta, ſit
nulla renunciatio, vbi ille, de cuius hæreditate agi-
tur reuocat conſenſum, nec in eadem voluntate per-
ſeuerat vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, vt antè om-
nes obſeruauit, *Bald. in cap. ad noſtrum numer.* 7.
de Iureiur. quem ſequutus fuit, *Oldrad. conſ.* 251.
*num.*1. *Purpurat. d. l. fin. num.*187. ibi, *Dec. numer.*7.
*Caguol.num.*92. *Bolognett.num.*57. *Natt. d. cap. quam-*
uis 1. *limit. num.*21. *Gulielm. in cap. Rainutius de te-*
ſtam. num. 288. *Vaſq. d.*§. 18. *num.* 182. *& ſeqq.* plu-
res allegat *Gomez ad ll. Tauri* 22. *num.* 31. & expreſ-
sè dictum *Iaſonis* impugnat tamquam minùs verum,
& affert rationem alias à me aſſignatam, quia Pa-
ctum, de non ſuccedendo, quod fit fratribus, & ſoro-
ribus, licèt quoad verborum ſonum neget ſucceſſio-
nem, tamen virtualiter, & effectiuè eſt Pactum de 15
ſuccedendo, & de hæreditate, ac futura ſucceſſio-
ne, certo modo, diuidenda, quod non valet, nec
firmatur Iuramento; Nam, ſicut, quando agitur in-
ter fratres, quod poſt mortem Patris, vel eius, cuius
ſperatur ſucceſſio, vnus habeat certam partem, & 16
alter aliam, dicitur Pactum de futura ſucceſſione di-
uidenda, & non valet, vt *l. fin. C. de Pact.* ità, in no-
ſtro caſu, quando vnus frater promiſit alijs fratribus,
non ſuccedere, videtur diuidere inæqualiter, vt ipſe
nihil percipiat, alij verò totum; vnde non debet va-
lere, quia cenſetur de hæreditate viuentis, certo mo-
do diuidenda; vel diſponenda &c. & pariter *Gomez.*
ſequuntur *Alb. conſ.* 15. *num.* 15. *Caſtill. lib.* 3. *contr.*
*cap.*9. *num.*12. *Rot. in Romana de Margan. apud Man-*
cin. de Iuram. effect. 62. *numer.* 3. *& dec.* 40. *in princ.*
*tom.*2. *& deciſ.* 33. *num.*6. *par.*6. *rec.* & alij, quos re-
fert, & ſequitur, *Altogr. conſ.* 41. *numer.* 12. *tom.* 2.
quibus addo *Conſt. conſ.* 7. *num.* 15. *& ſeqq. Molpheſ.*
*conſ.*18 *num.*38.*Surd.dec.*14.*numer.*4. *Vaſq. de ſucceſſ.*
*creat.lib.*2.§.18. *requiſit.*29.*num.*199.*limit.*1.*Kellemb.*
de renunc. ſucceſſ. quæſt. 31. *numer.* 9. *Sanchez in de-*
*cal.lib.*7.*cap.*2.*num.*18. *eadem Rot.deciſ.*166. *num.*20.
*& ſeqq.par.*9. *rec.* & melius poſt, *Gutierez, & Craſſ.*
probat hanc ſententiam, *Hartm. Piſtor lib.*4.*quæſt.*6.
*num.*42. *verſ. quamuis etiam*, vbi, quod, eo ipſo, vt
dictum

dictum fuit, omne huius Pacti robur à voluntate Pa-
tris consentientis dependere, neque vltrà valere, quam
in eadem voluntate perseuerauerit, fuit probatum
intentum nostrum, nam certè hinc apparet contra-
hentes ad voluntatem istam consentientis respexisse,
17 & sub hac conditione pacto conuenisse censentur,
idest, si in eadem voluntate perseuerauerit pater,
ideoque hac mutata, tamquam deficiente conditio-
ne, pactum corruit, idque in pacto absque iuramento
simpliciter inito extra controuersiam est, vt notant
DD. ad d. l. fin.

Idem similiter procedere debet, Iuramento appo
18 sito, nam istud etiam sub ea conditione, quæ ipsi con-
uentioni inest, interpositum esse censetur, & propte-
rea illa, ob mutatam voluntatem consentientis, defi-
ciente, ampliùs non obligat, siquidem Iuramentum
naturam Contractus, super quo interponitur sortiri,
& omnes eius conditiones recipere solet, vt per *text.*
19 *l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. qui satis dar. cog. l. eum
qui, § si iura verf. vbi Iason. de Iureiur.* alias probaui-
mus.

Vlteriùs, vt bene ait *Oldrad. d. cons.* 221. allat. à *Pi-
stor. vbi sup. proximè*, non est rationabile dictum con-
trariorum, quod tantum sit mutabilis consensus, re-
spectu Patris, non aliorum &c. quia, omnia quæ inter
se gerunt fratres respectu actus sui natura mutabilis,
eam tacitam conditionem habuisse videntur, si actus
20 ille immutabiliter perseueret, *l. cum quis in princ. ff. de
solut. l. 3. §. si emancipatus filius de collat.* Iuramento
enim etiam tacitas, & subintellectas conditiones ad-
mittunt, *l. fin. C. de non numer. pec. l. Imperatores in
princ. ad municip. & not. in cap. quemadmodum de Iu-
reiur.*

Hoc argumentum latiùs explicat *Altogr. d. cons* 44.
num. 18. vbi, quod text. vult ius non acquiri, nec pa-
ctum, aut renunciationem valere, nisi conditionaliter,
hoc est, nisi ille, de cuius hæreditate fit conuentio, seu
renunciatio, consenserit, & perseuerauerit in eodem
consensu, vsque ad obitum; dictio enim illa, *n si*, rela-
21 ta, ad futurum, & posita post orationem negatiuam,
& prohibitiuam, est conditionalis, & immò conditio-
nem expressam inducit, *l. quidam diebus, §. quidam Ti-
tio, ff. de cond. & demonstr. Monac. dec. Luc.* 07. *num.* 35.
Barb. d. tit. 217. *num.* 9. ideò, si non valet renunciatio ad
fauorem eorum quorum commodo facta est; nisi sub
conditione, quod persona, de cuius hæreditate agitur
consentiat, & perseueret in consensu, clarum est, quod
illamet eadem persona consensum prædictum in præ-
iudicium quarumlibet personarum, ad libitum reuo-
care valet, tum quia alias superuacaneè requisiuisset
textus huiusmodi perseuerantiam, si absque ea ius ijs
22 acquiri posset; tum, quia, quod conceditur sub vna
conditione, sub contraria adimi videtur *l. aliquando,
ff. de condit. Altog. vbi sup. nu.* 21. & latiùs *nu. seqq.*

Et, vt benè ponderat, *Didac.* ex mente *d. l. fin.* hone-
23 stas Pacti, super viuentis hæreditate, ab ipsius consen-
su semel præstito, & perseuerante, dependet; hoc Pa-
ctum igitur, non solùm dici debet inhonestum, & im-
probum, quando à principio non fuit appositus con-
sensus tertij viuentis, sed etiam, quando semel præsti-
tus, fuit reuocatus, præcipuè, quia vtroque casu, nem-
pè, siue à principio non interuenerit, siue ex post fa-
cto sit reuocatus, militat eadem turpitudinis ratio, vt
latius prosequitur, *Hartm. vbi sup. num.* 43. *per tot.* &
fundat etiam *Gallerat. de renunc. d. cent.* 1. *cap.* 25. *num.*
32. *circa fin. Castill. d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. *Mol. de Hisp.
primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *Rot. d. dec.* 33. *num.* 1. *& seqq.
par.* 6. *rec. Faber. de err. prag. decad.* 13. *err.* 10. *nu.* 2. *vers.
accedit*, & latiùs comprobat *Altogr. cons.* 41. *num.* 16.
tom. 2. quod, eo non perseuerante, vsque ad vltimum
vitæ spiritum, renunciatio nullum sortitur effectum,

& est omninò nulla vsque ab initio, non secùs, ac si
consensus aliquis numquam præstitus fuisset, imò per- 24
indè, ac si renunciatio numquam fuisset facta, respectu
quarumcumque personarum; Quapropter DD. com-
muniter asserunt eos, quorum fauore est interposita
stipulatio non consequi ius renunciatum, ex Pacto,
etiam iurato; sed potiùs ex perseuerantia consensus
eius de cuius hæreditate agitur, vsque ad mortem cō-
tinuati, & pleniùs *num.* 30. quod multò magis euane-
scat, ex tribus fundamentis relatis à *Vasqu. o.* Et primo,
quia Iuramentum incipit esse nouum, perniciosum, 25
& non attendendum, simul ac is, de cuius successione
agitur consensum præstitum reuocauit, & ità, ipso iu-
re, euanuit, nam renuncians tenetur ad eius obseruan-
tiam, & maximè, cum incipiat vergere in alterius de-
trimentum, idest illius, de cuius successione fit con-
uentio.

Secundò, quia, hic consensus non tàm assimilatur
consensui contrahentis, quam consensui vltimam vo-
luntatem condentis, & meritò, cum de eius hæredita-
te agatur, vndè talis renunciatio consideratur, non vti
Pactum, & actus inter viuos, sed quasi actus vltimæ 26
voluntatis, qui ad libitum est reuocabilis, in præiudi-
cium cuiuslibet, etiamsi accesserit Iuramentum de
non reuocando, vt aliàs diximus, & probat etiam 27
Bart. l. si quis 22 *ff. de leg* 3. *Felin. in cap. si diligenti num.*
33. *de for. comp. Ias. cons.* 122. *lib.* 4 *Corn. cons.* 272. *num.*
7. *lib.* 3. *Fachin. lib.* 4. *contr. contr.* 9. *in fin. Gratian. cap.*
605. *num.* 4.

Vltimò, quia, sicut renunciatio ipsa, & Pactum de
hæreditate viuentis, licèt ad fauorem certarum perso-
narum facta, ex sui natura pendet ab illa conditione,
si ille, de cuius hęreditate agitur, consenserit, & in con-
sensu perseuerauerit, vsque ad vltimum vitæ spiri-
tum, ita eamdem conditionem recipit Iuramentum,
& contrahentes sub hac eadem conditione sub intel-
lecta, & virtuali iurasse videntur, videlicet, si ille per- 28
seuerauerit in præstito consensu, adeòut statim atque
eum pænituerit, & consensum reuocauerit, Iuramen-
tum quoque euanuerit, & interciderit ex defectu iam
dictæ conditionis *Vasq. vbi sup. num.* 200. *d. lib.* 7. *c.* 2.
num. 18. *Gutierez d. c. quamuis Pactum num.* 5. *Faber vbi
supra num.* 6. *Surd. dec.* 14. *num.* 6. 7.

Et quæ dicta sunt generaliter, adaptantur etiam ad
portionem legitimæ filijs, quasi debitam, vt ad pac- 29
tes, articulo disputato, tenet *Altogr. d. cons.* 41. *num.* 36.
& seqq. & ita iudicauit *Rota Flor. impress. post cons.* 43.
Altogr. tom. 2. *vers. nec obstat per tot.* reprobatis *The-
sam. Hodiern. Merlin. Thomas.* & alijs, si qui sunt con-
trarium sentientes.

Insuper adeò verum est, vt possit reuocari talis con-
sensus in præiudicium omnium in Pacto compræhen-
sorum, vt, licèt sit facta promissio pęnæ in casu nulli-
tatis, & reuocationis consensus, nihilominus Contra- 30
ctus non valeat, & promissio non debeatur, *Rot. d. dec.*
166. *num.* 24. *par.* 9. *rec.*

Aliæ quæstiones tradi solent in materia huius
consensus præstiti ab eo, de cuius agitur
hæreditate in renunciatione; verùm,
quia pleraque attigimus suprà
cap. 30. *lib.* 1. quando de Pa-
cto affirmatiuo actum
fuit ad ea, quæ
ibi dicta
sunt me remit-
to,

Aloyſ.Manſ.conſ.52.num.17. cui accedit, quod leges
noſtræ ad caſus magis contingentes adſcribi debent,
l.nam ad ea,ff.de leg. & in Republica plures ſunt, qui
parentibus adſtricti coniugia petunt, quam, qui à po-
teſtate parentum ſunt exempti.
54 An verò id locum habeat in filia naturali tradit,
Petr.Greg.Tholoſ.Syntag.iur.lib.41.c.11. nu.8. dicit ta-
55 men *nu.9.* nequaquam procedere poſſe in perſona im-
pubere.
Validum, prima fronte, obiectum, huic reſolutioni
56 ſolet aduerſari, illud, nempè, quod in iure Pater, & fi-
lius vna eademque perſona cenſentur, & quando de
acquirendo agitur, vox filij eſſe vox Patris intelligitur
57 *§.& verò, §.poſt mortem, ff.de inutil.ſtipul.l.ne cum filio
16.ff.de furt. Arias de Meſ.var.reſol.lib. 1.c.33. num.5.
Capon.de Pact.& ſtipul.tit.de ſtipul.diſp.2.num.9. Vinn.
ad Inſt.lib.3.tit.20.§.4.circa fin.verb.vox tua, & ibidem
Picchard.* vbi latiſſimè, *Hieron. de Oroz. de Apic. iur.
lib.1.c.5.num.4.*
Quapropter iure merito dicimus, inter eos non
58 poſſe naſci obligationes, nam actio, & paſſio circa
idem, ad idem, & in eodem ſubiecto ſimul concurrere
59 non poſſunt, *l.prætor, ff. de tutor.l. fin. ff.de off.præt.*
Quod ſi obligaretur filius, non poſſet hoc abſurdum
euitari, vt benè, *Capon.vbi ſuprà num.9.Vinn.ſuper Inſt.
lib.3.tit.20. §.6.* & latè de materia obligationis inter
Patrem, & filios, *Picchard.Inſt.tit.de inutil.ſtipul.§.ſi
quis alium num.6.7.*
Huic autem Argumento reſpondetur, contractum
filijſamilias dupliciter conſiderari poſſe, nempè, ciui-
60 liter, & naturaliter; Si loquamur de obligatione ciuili,
procedunt concluſiones ſuprà traditæ inferentes nul-
litatem obligationis, quia cum Pater, & filius, ex cen-
ſura ciuili vna, & eadem perſona cenſeantur, non po-
teſt quis ſibi ipſi obligari, cum vt dici ſolet, actio, &
paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſſit, *l.Vranias
61 Antoninus 72.ff.de fideiuſſ.* Si verò loquamur de natu-
rali obligatione, res diuerſimodè ſe habet, nam cum
naturalis obligatio ſit iuris gentium, *l.cum amplius
85.§.hìs natura, ff.de reg.iur.* inter Patrem, & filium re-
ctè conſiſtit, quia, eo iure non eadem perſona, ſed di-
uerſa eſſe cenſentur Pater, & filius, vt optimè probat,
62 *Ricchard.vbi ſup.nu.8.* & conferunt exarata per *Oſuald.
ad Donell.lib.14.c.19.lit.A, in princ.* nempè, à iure ci-
uili per fictionem fuiſſe introductum, vt Pater, & fi-
lius vna, & eadem perſona cenſerentur, hanc verò fi-
ctionem ius naturæ non agnoſcit, ſicuti eadem fictio-
nis definitio demonſtrat, eſt enim, fictio commentum
Iuris Ciuilis, ad vſum vitæ communis contrà naturam
63 rerum, veritatemque accommodatum, & ob id impe-
dimento non eſt, quin naſcatur obligatio naturalis,
64 inter eos, vt benè probat idem *Oſuald. loc. mox cit.
Pycchard.lib.3.Inſt.tit.20.de inutil.ſtipul. num. 9. Vinn.
ibidem*, & latiſſimè omnibus contrarijs ſatisfaciens,
Kellemb.de renunc.ſucceſ.quæſt.13. per tot. & præcipuè
num.9.& ſeqq. quidquid contrarium ſtatuat, *Merend.
65 contr.lib.1.c.26.per tot.* nam *textus in l.ſi quis pro eo, de
fideiuſſ.* in quo ſe fundat, optimè reſpondet, *Kellemb.
vbi ſup.num.16.* nec non citatus, *Oroz de Apic. iur. d.
lib.1.c.5.num.33.*
Quapropter probato, quod naturalis obligatio in-
ter Patrem, & filiumfamilias contrahi poteſt, etiam
hac in parte renunciatio peracta naturaliter ſubſi-
66 ſtet, & nil remorante Patria poteſtate iuramenti vin-
culo corroborari poterit, vt latè, *Kellemb. loc.mox cit.
num.15.* & alijs etiam rationibus adductis ita fundat,
Couarr.d.c.quamuis Pactum par.3.§.1.num.5.
Sic pariter extenditur diſpoſitio ad omnes conſan-
67 guineos, ſiue ſint filij, ſiue non, vt tenet *Gallerat. de re-
nunc.d.lib.3.c.2.n.58.tom.1.& c.25.cent.1.n.26.tom.2.*
& fuit dictum *cor.Buratt.dec.894.in princ.vbi add.*

Non verò reſtringitur ad filios tantum, quaſi in cæ-
teris ſubſiſtat, vt ſibi contrarius aliquando ſcripſit
Gallerat.loco ſuprad. & præcipuè *d.cent.1.c.25.num.46.*
Imò non tantum ad conſanguineos, ſed ad quoſli-
bet alios extraneos extendi debet, vt obſeruauit,
Hartm.Piſt.d.lib.4.qq.Iur. quæſt.6. nu.7. adeò vt etiam 68
minores 25.annis compræhendat, de quibus latè infe-
riùs.
Siue fiat renunciatio in ipſis tabulis nuptiarum, ſi-
ue antè, ſiue poſt ſponſalia, vt poſt *Vaſq. Natt. &* 69
Couarr. oſtendit *Capon.vbi ſupra qu.54.nu.31.*
Et ſimiliter diſpoſitio *d. cap. quamuis Pactum*, lo-
cum ſibi inuenit, etiamſi mulier renuntiet, nulla ha- 70
bita Dote, ſed gratis, vt optimè, *Buratt.dec.894.num.
3.Fachin.lib.3. c.24. add. ad Buratt. vbi ſuprà*, vbi la-
tiſſimè.

CAPVT III.

Iurata, an valeant Pacta futuræ ſucceſ-
ſionis negatiua, afferuntur, pro vtra-
que parte, argumenta, & concluditur,
pro affirmatiua, qua occaſione quæri-
tur, quando ſit ſtandum Iuri Canonico
in concurſu, cum Iure ciuili. Vlteriùs
diſputatur, àn valeant Pacta noſtra iu-
rata, quando agitur de hæreditate ter-
tij viuentis, & negatiuè deciditur.
Plura ad intelligentiam deciſ.366. Bu-
ratti afferuntur, & tandem, quod quæ
dicta ſunt circa Pacta futuræ Succeſ-
ſionis negatiua, procedant etiam in
Iudæis, firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Iurata non valent Pacta negatiua futuræ ſucceſſio-
nis.*
2 *Iuramentum non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris na-
turalis, vel Diuini.*
3 *Succeſſio liberorum eſt iuris naturalis.*
4 *Prima cauſa ſucceſſionis eſt liberorum de iure gen-
tium.*
5 *Filius dicitur portio Patris, & pars corporis eius.*
6 *Filio dicitur debita, & non lucratiua Patris ſuc-
ceſſio.*
7 *Filij venientes ad Paterna bona, quaſi ad propria
venire dicuntur.*
8 *Iuramentum ideò interponitur, quia actum con-
firmat.*
9 *Hæreditas viuentis non eſt in rerum natura.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Sublata materia tollitur materiatum.*
12 *Ius publicum priuatorum Pactis tolli non poteſt.*
13 *Contrariorum eadem eſt ratio.*
14 *Pacta affirmatiua futuræ ſucceſſionis licet iurata
non valent.*
15 *Quando hæreditas Pacto dari non poteſt, ita nec
adimi.*
16 *Spes ſucceſſionis efficit liberos promptos, fideles, &
pios.*
17 *Exempla mala non ſunt in Republica toleranda.*
18 *Hominum malitijs non eſt indulgendum.*
19 *Quod iuramento ſint valida negatiua Pacta futuræ
ſucceſſionis.*
20 *DD. tenentes talia Pacta eſſe valida.*

21 *Iura-*

21 *Iuramentum contra præcepta Iuris ciuilis non est seruandum.*
22 *Ius Canonicum cedit Iuri Ciuili.*
23 *Quando Iuramentum interponitur super re prohibita à Iure naturali, Diuino, & Canonico non valet.*
24 *Vel super re pertineate ad bonum publicum.*
25 *In Pacto negatiuo futuræ successionis vnius ex paciscentibus non considerantur mali mores.*
26 *Neque sale Pactum contra publicam vtilitatem extimatur.*
27 *Ius Ciuile subest Iuri Canonico, quando agitur de salute Animæ.*
28 *Et præcipuè attento iuramento.*
29 *Vbi agitur de peccato potiùs standum iuri Canonico, quam Ciuili.*
30 *Est contra naturam, vt seruus mutet facta Domini.*
31 *Par in parem non habet Imperium.*
32 *Sanctio inferioris non potest impediri legibus Superioris.*
33 *Licet Pactum futuræ successionis sit probibitum de iure Ciuili est seruandum.*
34 *Est differentia inter Ius sanguinis, vel filiationem, & successionem.*
35 *Ius sanguinis est inuariabile.*
36 *Non vero Ius successionis, quod est mutabile.*
37 *Successio datur à iure Ciuili licet debeatur à iure natura.*
38 *Quilibet potest fauori suo renunciare.*
39 *Filius habet Patris hæreditatem à naturali ratione.*
40 *Aliud est habere rationem naturalem, aliud esse de iure naturali.*
41 *Pactum renunciatiuum non est ipso iure nullum.*
42 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
43 *Argumentum à contrario sensu non valet, quando diuersa militat ratio.*
44 *Successio non est causa Amoris, & Beneuolentiæ Filiorum erga Parentes, sed sanguinis coniunctio.*
45 *Limitatur conclusio, quod Pacta negatiua futuræ successionis sint valida cum iuramento in Pacto, in quo agitur de hæreditate vnius ex paciscentibus.*
46 *Valet Pactum negatiuum cum consensu eius, de cuius agitur hæreditate.*
47 *Pactum negatiuum de hæreditate tertij viuentis valet cum iuramento.*
48 *Iuramentum semper est seruandum, quando non vergit in dispendium salutis æternæ.*
49 *Quilibet in dubio bonus præsumitur.*
50 *DD. tenentes valere talia Pacta sine iuramento.*
51 *Ad dignoscendum, an dispositio sit valida nec ne, intentio disponentis, & causa dispositionis est seruanda.*
52 *Familia facilius conseruatur diuitijs.*
53 *Vilescit domus absque diuitijs.*
54 *Publicæ studet vtilitati, qui ampliat familias, & agnationes.*
55 *Ratione publicæ vtilitatis multa permittuntur, quæ aliàs essent probibita.*
56 *Finis si est bonus, media non possunt esse mala.*
57 *Captandæ mortis periculum non potest haberi in consideratione, aliàs corrueret tota testamentorum, & primogenitorum materia.*
58 *Valet stipulatio de re aliena si mea erit.*
59 *Non obstante renunciatione facta à filio, potest hæres esse Patris.*
60 *Renunciatio matris filio non præiudicat, quin possit institui ab Auo.*
61 *Testatoris libertas non desumitur ex voluntate hæredis.*
62 *Testator habet liberam testandi facultatem, licet hæres recuset adire hæreditatem.*
63 *Legitima est debita quasi æs alienum.*
64 *Si pater dilapidet bona, potest Filius agere ad legitimam.*
65 *Creditor conditionalis potest de suo credito disponere ante conditionis euentum.*
66 *Non valent licet iurata Pacta negatiua de hæreditate viuentis.*
67 *DD. tenentes talia Pacta non valere licet iurata.*
68 *Seraph. de iuram. priuil. 20. explicatur.*
69 *Surd. cons. 167. pariter explicatur.*
70 *Gratian. discept. 692. & Buratt. decis. 366. explicantur.*
71 *Valet Pactum de futura successione negatiuum, quando est generalis.*
72 *Ius patronatus non potest in alium transferri sine consensu Ordinarij.*
73 *Quando venit in generalitate bonorum potest transferri.*
74 *Renunciatio non desinit esse generalis, quando à principio fuit generalis, licet posteà particulariter aliqua bona sint considerata.*
75 *Species censatur adiecta gratia maioris demonstrationis.*
76 *Expressio eius, quod tacitè inest nihil operatur.*
77 *Explicatur Rota decis. 366. cor. Burats.*
78 *Saluatur opinio Buratti, quia renunciatio facta fuit in vnica Oratione, & periodo.*
79 *Quando prius fit dispositio specialis, & postea generalis, generi per speciem derogatur.*
80 *Quotiescumque species præcedit, & genus subsequitur, species dicitur à suo genere exempta, & in eo non includitur.*
81 *Genus restringitur, quando est post speciem.*
82 *Quando dispositio est priùs generalis, & posteà particularis, species censetur apposita ad demonstrationem specierum in genere contentarum.*
83 *Collateralium linea latè patet, & continet plures gradus, tàm agnationis, quàm cognationis.*
84 *Renunciatio de bonis ascendentium non verificatur nisi in paucis personis.*
85 *Licet agatur de hæreditate personæ incertæ, tamen quando non potest verificari nisi in certis, nō valet.*
86 *Renunciationes intuitu Religionis solent esse magis generales, & abdicatiua.*
87 *Censal. cons. 5. num. 29 post decis. Lucan. reprobatur.*
88 *Pactum futuræ successionis negatiuum non valet, neque causa ingressus in Religionem, sine consensu eius, de cuius agitur hæreditate.*
89 *Religionem ingrediens præsumitur solicitus Bonorum temporalium, quoad Monasterium.*
90 *Rot. coram Buratt. decis. 366. impugnatur à Donat. Ant de Mar. alleg. 128 num. 5. lib. 3.*
91 *Iudæi comprehenduntur in dispositionibus loquentibus de Pactis negatiuis futuræ successionis.*
92 *Iudæi Iuramento adstringuntur.*

HAnc quæstionem tractant communiter omnes Repetentes, ad explicationem *tex. in d. c. quamuis Pactum, de Pact. in 6.* necnon super *l. fin. C. de Pact.* Nec vna fuit hâc de re scribentium sententia.

Namque putarunt aliqui, & præcipuè *Hunn. de Pact. cap. 5 quæst. 7. vers. Contraria sententia, & Hottoman* quem refert, sed non laudat *Valent. Guil. Forst. de Pact. cap. 6. num. 34.* frustra apponi Iuramentum super hisce conuentionibus de futura successione interpositum, quia nihilominus, tamquàm inualidas non admittunt multis rationibus, & 1

Primò, quia Iuramentum ea, quæ sunt Iuris Diuini, vel naturalis, tollere, vel immutare non potest, cum sint immutabilia, *l. Ius sanguinis, 34 ff. de Pact. § sed naturali, Inst. de Iur. nat. gent. & ciuil. l. Iura sanguinis, ff. de reg. iur.* 2

Quod

3 Quod; verò, ſucceſſio liberorum ſit huiuſmodi,
probatur ex *Paul.ad Galat.4.* ibi, *ſi filius ergo hæres,*
l. nam & ſi parentibus 15. ff. de inoff. teſtam. l. cum ra-
tio 7. in princ. ff.de bon.damnat. l.ſcripto 7. in fine, Cod.
vnd.lib. c.ius naturale diſtinct.1.
4 Quapropter ſtatutum fuit à Iure Gentium primam
ſucceſſionis cauſam eſſe liberorum, *Riechard.Inſtr.tit.*
de hæred. quæ ab inteſt.deſer. §.1.*num.9.* vbi,quod hoc
eſt Ius Gentium, magis quàm Ciuile, & lex quædam
5 naturæ; Vnde euenit,quod Filius dicatur portio Pa-
tris,& pars corporis eius,*l.cũ ſcimus,* §.*vlt.C.de agric.*
&.cenſit. lib. 11. & quod hæreditas, & ſucceſſio, non
6 vt collateralium, dicitur lucratiua, ſed debita, *Vueſ-*
ſembec.conſil.11.num.37.par.1.& ad paterna bona ve-
7 nientes quaſi ad propria venire dicantur, *l. in ſuis, ff.*
de liber.& poſth.l. 1. §. *largius, ff. de ſucceſſ. edict. Fa-*
ber.in Cod.lib.6.tit.18.def.35.num.2.Staiban.Iun. reſol.
99.num. 61. quapropter nil valebit Iuramentum
ſuperimpoſitum, vt latè proſequitur *Vnn.vbi ſuprà.*
8 Secundò, quia Iuramentum ideò interponitur, vt
actum confirmet *c.6.c.& ſi Chriſtus, extra de iureiur.*
ſed ſic eſt, quòd interponitur ſuper hæreditate viuen-
tis, ſcilicet, ſuper re, quæ non eſt in rerum natura, &
9 caret ſubiecto, *l.qui ſuperſtitis 94. & ibi DD. ff. de acq.*
hæred. l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. ergo actum non
10 confirmabit, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l.*
eius qui in prouincia, ff.ſi cert. pet. Buratt. dec.293. n.2.
Mager. de aduoc. arm.c.16.num.251. Cyriac. contr.for.
252.num.19. Altogr.conſ.18.num.20.lib.2. nam ſublata
11 materia, tollitur materiatum, *Rip. de actis in mort.*
artic.cap.70.num.2.3. l.quæſitam, §. *illud fortaſſe, ff. de*
leg.3. Altogr.conſ.19.num.19.lib.2.
12 Tertio, pro hac parte, illud vulgatum affertur, quod
Ius publicum priuatorum, pactis mutari non poteſt,
nec Iuramento derogari, *cap.ſi diligenti extr. de for.*
comp. l.Ius publicum 38. ff. de Pact. l. fin. ff. de ſuis, &
legit. hæred. ſed huiuſmodi ſucceſſiones publica vti-
litate ſuadente fuerunt adinuentæ, *l. fin. ff. de ſuis, &*
legit. ergo, &c.
13 Quartò, ſi contrariorum eadem eſt ratio, §.1. *Inſt.*
de his qui ſunt ſui, vel al. Iur. l.1. in princ. ff.eod. l.Pom-
ponius 40. §. *ſed is, in fine, ff. de Procur.* cum ſit cer-
14 tum, quod huiuſmodi Pacta affirmatiua ſacramen-
to non validantur, idem erit de Pactis negatiuis, quia
15 ſicut non poteſt dari pacto hæreditas, & ita nec
adimi, &c.
Vlteriùs, ſi naturalem rationem haudquaquàm
volumus inſpicere, ſaltem nos debet mouere vtilitas
publica, & æconomica; efficit enim, ſucceſſionis
16 ſpes liberos, in exhibendis obſequijs nõ ſolùm prom-
ptos, ſed fideles, atque etiam pios, *l.nec ei 17.* §. *præ-*
tereà, ff.de adopt. l. ſi quando 35. §. *illud etiam, Cod. de*
inoffic. teſt. Qua ſpe ſublata omninò metuendum, ne
honor, reuerentia, ac pietas poſteà in Parentes in-
termittatur, quod non tantùm naturæ dictamini ad-
uerſatur, ſed etiam res eſt peſſimi exempli; propte-
17 reà quantum fieri poteſt à Republica exterminandũ,
c.non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. l. obſeruandum,
47. ff.de Iudic. l.1. in princ. ff.ad S.C.Maced. Cum nulla
18 ratione malitijs hominum, vel anſa præberi, vel indul-
geri debeat, *l.in fundo 38. poſt princ. ff. de rei iudic. l.ſi*
cui 9. ff. de ſeruit. l.fin. C.per quas perſonas, &c.
Et hæc, in ſumma, ſunt argumenta magis ſtringen-
tia, quæ affert *Hunn.* pro ſua opinione, & tradit *Kel-*
lembet.de renunc. ſucceſſ.qu.2. num. 1. & ſeqq. vſque ad
num.12. in recitatione ſententiæ contrariorum.
Verùm tamen eſt, quòd magis communis opinio
19 contrarium ſtatuit; nempè, validari Pacta negatiua
ſucceſſionis futuræ, accedente Iuramento, & opinio
fundatur, in textu Canonico, de quo in ſæpè ſæpiùs
allegato, *c.quamuis Pactum, de Pact.in 6.* vbi rotundis
verbis ſtatuitur, quòd quamuis Pactum Patri factum
à Filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nul-
lum ad Bona paterna haberet regreſſum, improbet
lex Ciuilis, ſi tamen Iuramento non vi, nec dolo præ-
ſtito firmatum fuerit, ab eadem omninò ſeruari de-
bebit, cum non vergat in ſalutis æternæ diſpendium,
nec redundet in alterius præiudicium; Qui textus cum
loquatur in terminis, & caſum decidat, ab eo nullus
recedere debet, prout ab hac ſententia non diſceſſe-
runt communiter Interpretes Canonici ſuper repeti- 20
tione *d.cap.* & Ciuiles *ad tex. l. fin. C. de Pact.* nec non
ſuper l.15. Pactum quod dotale, C.eodem, Pariſ. conſil.6.
num.27. conſil.69. num.23. Crauett.conſil.856.num.12.
Craſſ.§.*ſucceſſio ab inteſtato quæſt.10 num.4. Grat.lib. 1.*
reſp.109. num.2. Seraph. de priuil. Iuram. priuil. 21. in
princ. Gallerat.de renunc. lib.2.cent.1.cap.25.num.51.
Hartm.Piſtor.lib.4 quæſt.5.num.15. Maluaſ. conſil.30.
num.28. lib.1. Simon. de Pret. conſ.151. num.21. Mar.
Anguiſ. conſ.145. num.1. tom.1. Michal. de fratr. par.3.
cap.12. num 25. Robles de repræſ. lib.2. cap.16. num.5.
latiſſimè *Vrceol. conſult. for. cap. 98. num. 52. & ſeqq.*
Caldas.conſ.50.num.6. verſ.Quæ ſanè, Vuillelm. Luduel.
de interp.vlt.vol.par.1.pag.44. & ſuper tit. 54. C. pag.
479. Paſſer. c.quamuis Pactum, de Pact. in 6. num. 14.
& ſeqq.Spad.conſ.317.lib.3. Capyc.Latr. conſ.120.n.48.
& ſeqq. Rot.dec.33. par.6. Kellemb. de renunc. ſucceſſ.
cap.2. num.12. & ſeqq. & ferè omnes ſupra citati *infr.*
cap.1.num.64.
Et quamquàm potuiſſet replicari, cum *Hunn. de*
Pact.cap.5. quæſt.7. id procedere, de Iure Canonico,
non verò de Iure Ciuili, quod ex diametro dictæ ſen- 21
tentiæ repugnat; imò ſtatuit Iuramentum contra
præcepta Iuris ciuilis non eſſe ſeruandum, vt *l. 7.* §.
& generaliter 16. ff. de Pact. ibi enim Vlpian. & ge-
neraliter, inquit, *quoties Pactum à Iure communi re-*
motum eſt, ſeruari hoc non oportet, nam Iuſiurandum
ad hoc adiectum, ne quis agat, ſeruandum, &c. & l.12.
§.*fin.ff.de leg 1.* vbi Diui Seuerus, & Antoninus reſcri-
pſerunt, Iuſiurandum contra vim legis, & authori-
tatem Iuris, in teſtamento, ſcriptum, nullius eſſe mo-
menti; &, cum ſit pugna inter Ius Ciuile, & Canoni- 22
cum, Ius Canonicum Iuri Ciuili debet cedere, nam
repugnat bonis moribus Ius Canonicum, Ius autem
Ciuile non repugnat, imò eſt eiſdem conſentaneum,
vt latiùs idem *Vnn. ibidem.*
Reſpondetur tamen ad tradita per *Vnn.* quod præ-
dicta procedunt, quando Iuramentum interponitur 23
ſuper re prohibita à lege naturali, Diuina, vel Cano-
nica, vt latè *Capon.de Pact. q.63. nu.2.*
Vel quando apponitur in materia pertinente ad 24
bonum publicum, vt latè vidend. *Capon. d. loc. num.3.*
& ſeqq. Fagn. c.ſicut, num.19. 20. de probat. Paſſer. in
d.c.quamuis Pactum, num.32. de Pact.in 6. Formoſ. in c.
ſi diligenti, par.2. de for.comp.
In noſtro verò caſu non poteſt dici, quod pactum 25
bonis moribus aduerſetur, nam pluries fuit repetitum,
malos mores non poſſe conſiderari, in his Pactis, in
quibus de hæreditate ipſorummet paciſcentiũ agitur.
Et ſimiliter contra publicam vtilitatem nõ debent 26
exiſtimari, quia, vt plurimum fiunt à fœmellis in gra-
tiam conſeruationis bonorum in familia, quod eſt fa-
uorabile, non damnoſum Reipublicæ viuentium.
Igitur his non obſtantibus, cum, de animæ ſalute 27
principaliter agatur, diſpoſitio Ciuilis diſpoſitioni
Canonicæ ſubeſſe, & eidem cedere debet, *l. priuilegia,*
12. §.*1. & ibi DD. C.de Sacroſ.Eccleſ.* præcipuè vbi eſt
Iuramentum *Fagn cap. non ſine, num.24. de arbitr. & in*
cap. licet, num. 24. & ſeqq. de cenſib. & generaliter in
alijs etiam materijs, vbi agitur de peccato, Canonibus
etiam in foro Ciuili ſtandum eſt, *Alex. conſil. 59. nu.* 29
9. vol.1. Burſatt.conſil.136.num.96.vol.2. Vueſſembec.
conſ.

conf. 44. num. 37. cum aliis relatis per *Kellembet. de renunc. succeß. d. quæst. 18. num. 18.* vbi, quod Imperator, vt ipse fateri cogitur, subiectus est Deo, *l. 1. in princ. C. de Iur. vet. enuel.* Vndè minimè statuta Dei
30 ei tollere licet, contra naturam namque est, vt seruus facta Domini mutet, vel tollat, *l. 3. C. de Pact. Bursat. consil. 25. num. 12. vol. 1.* & si par in parem non habet
31 Imperium, *text. in cap. debuit, 21. distinct. l. nam & magistratus, ff. de recept. arbitr. Argent. ad consuet. Britann. art. 16. notat. 1. Surd. cons. 47. num. 11.* multò mi-
32 nus sanctio inferioris præiudicare, vel impedimento Superiori esse poterit, *cap. cum inferior 16. extr. de maiorit. & obed. c. denique, dist. 21. Kellemb. vbi supra num. 18. in fin.* & quod inferior non præiudicet legibus Superioris, est *tex. in l. formam, ff. de Offic. Præfect. Prætor. Surd. cons. 58. nu. 6.* Quapropter non obstante prohibitione Iuris Ciuilis, in hac materia renunciationis successionis, Ius Canonicum esse seruandum dixerunt omnes supracitati, & præcipuè *Seraph. de priuil. Iuram. d. priu 21. in princ. Hartm. Pist. d. lib. 4.*
33 *quæst. 5. circa fin.* vbi, quod, non solum Pactum, ob Iuramentum, seruandum est, sed etiam ipsummet contractum Iuramento validari; & ad hæredes obligationem transferri, vt etiam probat, aliis cumulatis, *Gallerat. de renunc. d. cap. 25. num. 51. versic. Et non modo, tom. 2.*

Nec in contrarium adducta huic veritati possunt
34 obstare, nam, ad primum argumentum respondetur esse distinguendum inter Ius sanguinis, aut filiationem, & ipsam successionem, quæ à præceptis legum liberis defertur, si consideramus Ius sanguinis, aut
35 filiationis, illud quidem, vti à natura procedens est inuariabile, & immutabile, nam, licet filius nolit habere filiationem, tamen non potest, quia semper filius
36 manet, & est filius, at successio mutabilis est, & licet procedat ex naturali ratione, non tamen, tamquam quid naturale, inuariabilis censeri debet; datur enim,
37 successio à Iure ciuili, licet debeatur Iure naturali, vt, multis cumulatis, ostendit *Altogr. cons. 56. num. 12. & seqq. lib. 1. & consil. 57. num. 35. & seqq.* & optimè probat *Kellemb. vbi suprà quæst. 2. num. 21.* imitantur successiones naturam, quia ars semper studet naturam sequi, *l. adoptio 19. ff. de adopt.*, at, quia inseruiunt commodo singulorum hominum, vocantur ciuiles, & possunt renunciari, nam cuilibet fauori suo
38 renunciandi concessa est facultas, *l. is potest, & ibi scribentes, ff. de acquir. hæred.* Et verum est, quod median-
39 te ratione naturali liberis datur hæreditas Patris, vt ait *Bald. Nouell. alleg. à Kellemb. vbi suprà*, sed tamen
40 fateri oportet aliud esse habere rationem naturalem, & aliud esse de Iure naturali, *l. si quis à liberis, §. Parens ff. de agnosc. & alend. liber.* potest igitur fieri conclusio, quòd, cum successio liberorum, ex Iure Ciuili principaliter procedat, eorumque commodum concernat, liberos habere liberam eidem successioni renunciandi potestatem.

Ad id, quod dictum fuit, viuentium hæreditates in rerum natura non esse, ob id renunciari non posse, quia non entis nullæ sunt qualitates, facili negocio satisfacere possumus, cum *Kellemb. vbi suprà num. 22.* quòd, licet successio puris contrahatur verbis, perpetuò tamen conditio ista, *si hæreditas filiæ delata fuerit*,
41 pacto subesse intelligitur, Vlteriùs, Pactum renunciatiuum, de quo agitur, non est, ipso Iure, nullum, & ob id non currit axioma, vt respondet *Forster. allat. à Capon. de Pact. qu. 51. num. 9.*

Quod, autem, sit Iuris publici successio liberorum, & ob id priuatorum Pactis non possit immutari, concedimus; Sed, quando consideratur, vti concernens publicam vtilitatem, omnium hominum in genere, non verò, quando de vtilitate singulorum est sermo, nam quilibet potest suo fauori renunciare, vt suprà 42
diximus, & facit *text. l. cum Pater, §. libertis, ff. de leg. 2. l. si quis in conscribendo, C. de Pact. l. quoties, C. de fideic.* cum similibus.

Ad quartum argumentum, à contrario sensu, desumptum, sufficit respondere, quòd illatio cessat, vbi diuersa militat ratio, in vno, quàm in alio, ex con- 43
trariis *Euerard. loc. à contrario sensu, nu 3. Barbos. locis com. argum. loc. 27. num. 27.* quòd, autem, adsit diuersitatis ratio, in Pacto affirmatiuo successionis futuræ, & renunciatiuo, satis dictum est supra *cap. 5. n. 39. lib. 1.* meritò non obstat.

Ad vltimum, dicimus, quòd non est spes successionis præcipua causa, quæ liberos ad pietatem Parentibus exhibendam mouere, ac stimulare soleat, sed illa 44
sanguinis coniunctio, & propensio à natura nobis insita, qua, cogimur amare Parentes, ex quorum visceribus ortum duximus; Quapropter dici non potest, quod per successionis deficientiam, deficiat simul amor, & reuerentia parentibus debita, vt prolixius probat *Kellemb. vbi sup. qu. 2. num. 28.*

Constat igitur, & pro indubitato tenendum est, quod Pacta renunciatiua successionis futuræ, Iuramento confirmata, validantur; Sed hæc, quidem, procedunt, vbi agitur, de Pacto inter Patrem, & filios, vel 45
filias inito, & sic de conuentione illa, quæ fit ab eo, de cuius hæreditate agitur, cum illo, qui sperat eidem succedere.

Si autem loquamur de Pacto, in quo renunciatur hæreditas tertij viuentis, magna est inter Scribentes altercatio, an Iuramento validari possit, vel non possit. Et hic tantum tractatur de Pacto inito absque consensu illius, de cuius agitur hæreditate, quia aliàs, 46
accedente illius consensu, nemo est, qui de illius validitate dubitet; vt est text. rotund. *d. l. fin. C. de Pact.* & ponderauit *Rot. coram Buratt. decis. 894.* etiamsi iurata non sint, ergo fortius erunt valida, sacramento accedente, *Seraph. de priu. Iuram. priu. 20. num. 8. & nu. 31. Thesaur. qq. for. quæst. 95. in princ. lib. 1.* & de hac te non est apud DD. controuersia.

Hoc supposito, quæritur, an sine consensu illius, de cuius agitur hæreditate, valeant iurata Pacta, de quibus est sermo.

Vna opinio fuit affirmatiua, quod, Iuramento confirmentur, & adscribitur principaliter *Bald. in c. 1. §.* 47
moribus si de feud. fuer. contr. int. Dom. & agnat, quem refert, & sequitur *Seraph. de priu. Iuram. priu. 20. nu. 8.* & fundatur in illa sæpè memorata ratione, quod Iuramentum debet obseruari, vbi in salutis æternæ dispendium non vergit, sed in casu isto non vergit in dispen- 48
dium salutis æternæ, quia relinquere, vel non relinquere potiùs vni, quàm alteri hæreditatem, & super ea pacisci, non pertinet ad animarum salutem; similiter, quòd hic non possit considerari votum captandæ 49
mortis, cum quilibet in dubio, præsumatur bonus, & eam habere voluntatem, qualem conuenit.

Vlteriùs, quod dici non possit Iuramentum contra bonos mores, nihil valere, quia id procederet, vbi ageretur de moribus à Iure naturali, vel Canonico reprobatis; secus verò, vbi sermo fit de moribus à censura Iuris Ciuilis admissis, ac aliis similibus in ante actis Capitulis plenè discussis; Quapropter ipsemet *Se-* 50
raphinus, licet *in d. cap. 20. num. 17.* dixerit contrariam sententiam esse magis communem, tamen *num. 22.* fassus fuit hanc Baldi sententiam validioribus considerationibus inniti, & similiter pro hac opinione solent allegari *Ricch. de vn. prol.* & alij cumulati per *Capon. de Pact. quæst. 51. num. 9. Fabrum Linglois, Christianæum*, & alios adducit *Bottigl. de succeß. cap. 3. theor. 44. num. 9.* multa ad fauorem præfatæ sententiæ recitauit *Surd. cons. 133. à num. 1. vsque ad num. 12.* & habemus

mus Rotæ decisionem coram *Buratt. 366. num. 2. & seqq. & Gratian. discept. in cap.692. num. 45. & seqq.* & disputato ad partes articulo, ab hac opinione noluit discedere, *Kellemb. de renunc. success. quæst. 15. à nu.7. vsque ad fin.* & fundat opinionem affirmatiuam hisce argumentis.

Ad dignoscendum, an aliqua dispositio sit valida,
51 est consideranda intentio disponentis, & causa dispositionis ex quibus ea moderatur, *l. si Procuratorem, in princ. ff. mandati, l. 1. ff. de Author. tutor. l. si quis nec causam quartam, ff. si cert. pet.* cum similibus.

Intentio autem, renunciantis in nostro casu, est, consulere familiæ, & agnationis authoritatem illa-
52 striorem reddere, quæ, sicut faciliùs conseruatur ex diuitijs, *Vbald. dec. 170. num. 4.* ita absque nummis,
53 & diuitijs vilescit, *l. Titia cum testamento, 34. §. Lucius Titius, ff. de leg. 2. l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. l. pietatis, C. de susp. Tutor.* & propterea potiùs publico, hoc est, quàm priuato commodo incumbere; Nam, in amplificandis, & augendis illustrium, & nobilium familijs
54 qui studet, publicæ prospicere vtilitati censetur, *l. 1. §. publicæ, ff. de ventr. inspic.* ergò debet valere renunciatio ad fauorem publicæ vtilitatis, licet aliàs non admitteretur, nam plura, in Iure nostro, contra for-
55 mam Iuris recepta sunt, pro vtilitate, & commodo vniuersitatis, & publicæ vtilitatis gratia a regulis Iuris communis receditur, & multa permittuntur, quæ aliàs sunt interdicta, & prohibita, *l. ita vulneratus, 51. versic. multa, ff. ad l. Aquil. l. vnic. §. fin. C. de caduc. toll. Gail. pract. lib. 2. obser. 56. num. 4.*

56 Quapropter dici minùs potest, quòd huiusmodi conuentiones turpitudinem contineant, nam, quando finis est bonus, media mala esse nequeunt.

Nec vrget captandæ mortis periculum, nam, si hæc consideratio habenda foret, tota testamentorum,
57 & primogeniorũ materia corrueret, omnesq; aliæ dispositiones, & Contractus labascerent, in quibus aliquid alicui stipulamur post mortem alterius.

Et, sicuti inter viuos, per stipulationem de re aliena etiam neglecto possessoris consensu, in eum euentum nobis cauere possumus, vt si promissor eam na-
58 ctus fuerit, ad restitutionem eius nobis nostrisque successoribus sit deuinctus, *l. stipulatio ista, §. quæsitum, vbi DD. ff. de verb. oblig.* Non minus etiam, hac in parte, non adhibito Parentis consensu, fratribus à sorore iuratam admittere renunciationem licebit, maximè, cum Iuramentum hoc nullum foueat peccatum.

59 Nec propterea parenti, ex hac renunciatione, libera testandi facultas imminuitur, nam, licet filia iam efficaciter ab eo ampliùs institui nequeat, sed omne commodum fratribus acquiratur, poterit tamen filiæ liberos, si nondum extent sub conditione, si nati fuerint, instituere, *l. Titius, §. Lucius, l. Gallus, ff. de lib. & posth.* & ea ratione in nepotes ex filia descen-
60 dentes bona sua transferre; est enim, in materia satis notum, quod renunciatio matris non præiudicat filijs, qui instituuntur ab auo, vt inferiùs dicemus, & latè ostendit *Capye. Latr. dec. 4. & dec. 41. Donat. Ant. de Mar. cap. 189. lib. 2. Rot. in Arimin. Bonor. 24. Maij 1660. coram R.P.D. Beuilaqua dec. 27. nu. 3. post tract. & in Rauennaten. hæreditatis 24. Ianuarij 1661. coram Reuerendiss. Alberg. Decan. dec. 4. n. 17. post tract.*

61 At frustrà, de hoc quæritur, nam testatoris libertatem, non ex hæredis scripti voluntate, cui inuito liberaliter non datur, *l. inuito, ff. de reg. Iur.* metimur; pars enim, vel nolunt, vel ob Iuris prohibitionem non possunt esse successores *tit. Cod. de Iur. delib. tit. de repud. & abstin. hæred. tit. ff. & C. de his quib. vt indign.* nec tamen, inde defunctum testatorem minus liberum
62 testandi arbitrium habuisse dicendum sequitur, & similiter filia, ex eo, quod parentis noluit admittere successionem, libertati eius detrahere quidquam non potuit.

Et tandem sua concludit argumenta, *Kellembet.*
quod filio, vel filiæ renunciantibus legitima sit, quasi 63
æs alienum, & debito naturali, & necessario descendens *l. Papinianus, §. si quis, ff. de inoffic. test. l. si quis suo,*
C. eod. cum simili, adeò vt, si Pater bona dissiper, pos- 64
sit filius agere, vt aliqua ex hisce pro legitima, & alimentis ei separentur, *Bald. in l. 2. num. 2. 3. & Castr. nu. 6. ff. si quid in fraud. Patr.* cum alijs ibidem congestis, *Vasq. controu. illustr. cap. 37. Gratian. discept. 44. nu. 18. & seqq. Gurb. ad consuet. Messan. cap. 4. gloss. 5. Donat. Ant. de Mar. c. 143. lib. 1. Altogr. cons. 43. lib. 2. Buratt. dec. 3. num. 9.* Vt ergo creditori conditionali in euen-
tum conditionis etiam inuito debitore de suo credito 65
disponere legibus permissum est, *l. quoties 14. § fin. ff. de nouat. l. in re mandata,* cum simil. *C. mandati,* sic idem liceat filiæ quoad legitimam, de qua Pactum Renunciationis principaliter agit.

Sed quidquid asserat *Kellemb.* & alij supra allegati,
contraria opinio est verior, & magis cõmunis; Quod 66
Pacta, de hæreditate viuentis absque consensu illius, de cuius agitur hæreditate, etiam iurata non valeant; Quapropter non substineri renunciationes à filia factas, in manibus Patris de hæreditate Matris, Auiæ, Patronorum, & aliorum absentium firmè scripsit *Ro-*
man. l. qui superstitis, quem ibi sequitur *Aretin. col. 4. de* 67
acquir. hæred. & alij per *Bolognet. alleg. l. fin. C. de Pact. n. 59. Seraph. de Priu. Iur. priu. 21. nu. 56. Hartm. Pistor. quæst. Iun. d. lib. 4. quæst. 6. num. 40.* vbi, quando est facta Fratribus, & sororibus, absente, & non consentiente Patre, de cuius agitur hæreditate, firmè non valet; Nam, cùm, hoc casu, liberi inter se paciscantur, de hæreditate Patris, vtpotè tertij, adhuc viuentis, Pactum hoc turpe captandæ mortis votum continere censetur, ac propterea, tamquàm contra bonos mores naturales initum, Iuramento confirmari non potest, & vlteriùs asserit, nihil interesse, vtrum de amittenda, vel acquirenda, siue diuidenda conuentum fuerit; quia, in omnibus conuentionibus reprobatur; nam de hæreditate tertij adhuc viuentis, & ignorantis improba suscepta est cogitatio, vnde turpe reputatur, nec iuramento firmatur, & huiusce etiam opinionis fuisse testatur, *Bald. in cap. ad nostram, num. 7. de Iureiur. Fulgos. d. l. pactum dotali, vbi Dec. num. 9. C. de Pact. Alexand. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 12. Soc. Sen. consil. 73. vol. 3. Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num. 91. & 95. Didac. d. cap. quamuis par. 3. in princ. num. 6.* vbi etiam *Guttierez num. 2. Gomez. ad ll. 22. Tauri num. 31.* vbi, quòd, quando vnus filiorum promisit alijs fratribus non succedere, videtur diuidere inæqualiter, vt ipse nihil percipiat, alij vero totum; vnde tale Pactum non debet valere, quia censetur de hæreditate viuentis certo modo diuidenda, vel disponenda, & meritò non firmatur Iuramento; est, tamen, verum, quòd, respectu fratrum, censetur Pactum de hæreditate diuidenda, & non valet, etiam cum Iuramento, nisi pater consentiat, & in tali voluntate perseueret, vsque ad mortem, respectu tamen Patris est Pactum de non succedendo, & firmatur Iuramento, &c. quod melius explicauit *Hartm. Pistor. vbi supra, num. 41.* vbi, quod, si filia renunciauerit Patri, non solùm hæreditati Paternæ, sed etiam maternæ, & fraternæ; licet renunciatio ista, quoad Patris hæreditatem, subsistat, tamen, quoad fraterna, & materna bona, hisce non consentientibus, non valet, & latiùs hanc opinionem probauit, *Capon. de Pact. quæst. 51. num. 9. versic. Secunda opinio,* vbi allegat antiquos suprà adnotatos, & *Fachin. lib. 8. contr. cap. 72. Sanchez in Decal. lib. 7. cap. 2. num. 33.*

& melius

& melius figit pedem in materia Surd. conf. 133. num.
17.& seqq.tom.1.vbi,quod si consideretur Pactum, ex
parte renunciantis,quo casu, est de non succedendo,
forsan iuramento validabitur, sed si consideretur,
prout ex parte recipientis erit Pactum de succedendo,
non firmabitur Iuramento, nisi fiat cum consensu
&c.& inferiùs id melius declarat cum Socin.in cons.
73. vol. 3. quod renunciatio facta de Iuribus competentibus
in bonis alicuius absentis, duo habet capita,
vnum, per quod renuncians excluditur à bonis illius,
& hoc respectu pactum non est turpe, quia nedum
non inducitur, sed excluditur votum captandæ
mortis illius, & talis exclusus non efficitur sollicitus
de hæreditate viuentis, quare firmatur Iuramento.
Alterum est caput,per quod impinguatur portio fratrum,
qui non renunciarunt, & eorum respectu, pactum
est turpe,quia inducit votum captandæ mortis,
& fratres redduntur solliciti de hæreditate viuentis
sup.l.fin. C. de Pact. ideò etiam hoc casu Iuramentum
non valet,& pro confirmatione huiusce sententiæ, vltrà
allegatos,adducit Cranett.cons.42. in fine, & conf.
127.num.6.Ruin.cons.98.nu.11.& cons.204.nu.8.vol.1.
Alciat.cons.129.nu.3 Roland.cons.81.nu.1.& seqq. vol.
4 Capoll.cons.378.in fin Cephal.cons.146.nu.6. & cons.
405.num.45.in fin.Cucch.de legit.gl.incipiente,nec vsufructu
defraudari num 57.Aib.cons.11.nu.15. sic etiam
ea de causa, quia Pactum dicitur contrà bonos mores
naturales;comprobarunt hanc negatiuam opinionem,
apud Bottigl. de success. cap.2.theor.42.num.9.
Osasch.dec.100.nu.21.Pereg.cons.69.Petr.Greg.Tholos.
Syntagm.Iur.vniuers.lib.41.c.13.nu.4.Molphes. ad consuet.ad
tit.de renunc.quæst.9.num.7.& cons.38.num.15.
Fusar.de subst.q.319.nu.18.Greua ad Gail. tom 2.obser.
126.nu.3.4.Passer.c.quamuis Pactum de Pact in 6.num.
32.Cyriac.contr.for.88.nu.16.Castill.quot.contr.lib.3.c.9.
num.7.Paschal.de vir.patr.pot.c.7.nu.8. Marcell.Marcian.tom.2.cons.35.in
primo dubio, & multis argumentis,&
authoritatibus exornauit doctissimus Gallerat.
de renunc.lib 3.c.2.num.60.63.Thesaur. quæst.for.lib.1.
quæst.95.in princ.Vrceol.consult.c.98. num.47. Andreas
Censal.ol.benè meritus nostræ Lucanæ Rotæ auditor,
in suo cons.5.impress.post decis.Luc.num.30. & seqq. Io:
Franc.Andreol.contr.310.nu.6. vbi nonnullos adducit
à me non adhuc allegatos, & præcipuè Rot. Rom. dec.
33.nu.6.9 par.6.rec.Vasq.de success.creat.lib.2.§.18.requisit.29.limit.1.nu.147.Simon
de Pret.cons.23. nu.15.
Gabr.cons.138.in fin.lib.1.Mancin.de Iuram.p.4.eff.62.
Bertrand.cons.69.in fin.& cons.141.nu.8.lib.1. Calcan.
cons.33.post med. hanc etiam disputauit quæstionem,
Don.Ant.de Mar.resol.quot.lib.2.c.193.nu.6. & seqq.&
ex rationibus suprà ponderatis hanc firmauit sententiam,&
exornauit multorum auctoritate,& latiùs materiam
tractauit idem Donat.Ant. in cons.impress inter
diuersorum Iurisconsultorum Neapolitanorum allegationes,alleg.128.n.3.
vbi alijs posthabitis,adducit Morot.
cons.22.nu.11.Camill.de Medic.cons.35.num.2.5. Franc.
dec.8.nu.4.& seqq.Vin dec.316.nu.7 Add.ad Molin.de
Hisp primog.lib.2.c.3.num.3.Similiter firmauit articulum
ad fauorem mulieris renunciantis, contrà Iuramentum
add.ad Buratt. dec.894. nu.10. & benè distinguendo
materiam Io:Bapt Spad.cons.317.n.7. & seqq.
tom.3.Nicol.Catan.cons.6.nu.17.& seqq.Paul.Ranut in
cons.impress.post eumdem nu.12. & omnium melius,&
accuratius Altog.noster cons.41.tom.2.per tot.& præcipuè
nu.13.14.& seqq.& Rot Florent.post eumdem cons.
impressa,vers motis autem,& nouissimè, Altogr. Iun.in
eius controuersijs contr.28.per tot.

Quapropter de veritate huiusce opinionis non est
ambigendũ; Nec,ex aduerso adducti DD. aliquid faciunt,
68 ciunt,nam Seraph.in d.priu.20.num.supra alleg.licet videatur
residere in affirmatiua; tamen dicit conclusionem
in contrarium stare,& tandem priuil.21. num.36.
apertè firmauit,Pactum de non succedendo, de hære- 69
ditate tertij etiam iuratum non valere Surd. in cons.
133.vsque ad num.13.tantum affert pro Iuramento argumenta,sed
à d.num.13.vsque ad fin. concludit, contrarium,
& multa quidem pulchra profert pro renunciatione
contrà Iuramentum.Gratian.disc.692.& Bu- 70
ratt.dec.366. fundant eorum dicta in generalitate, &
incertitudine personæ, cuius bonis renunciatur, quæ
licèt sit bona huius conclusionis limitatio;nam verum
est,quod,vbi fit renunciatio,vel Pactum futuræ successionis
non dicitur reprobatum, quando non fuit de
aliqua certa persona cogitatum, vt latiùs probaui
lib 1.c.27. & in terminis Pacti nostri renunciatiui firmant
DD.relati per Bottigl.de success. d. c.2. theor.44.
num.10.Altogr.cons.42.num.3.4.tom.2.Vrceol. consult.
for.c.98.nu.49. cum alijs, qui cumulari possent,tamen
potest esse valde controuersum, an hæc limitatio valeat
adaptari ad casum Rotæ.d.dec.366.Buratt.& Gratian.disc.692.

Firmauit,enim,Rota,& putauit Gratian.quod,quia
ibi sermo erat de renunciatione generali, ac cessione 71
de toto eo,quod ipsa renuncians petere,habere,seu consequi
quomodolibet potest, seu in futurum poterit in, &
super successione,hæreditate, & bonis quibuscumq; &c.
auitis,Paternis,maternis,fraternis, & ex sororibus, prouenientibus,
& alijs quibuscumque ascendentium, &
collateralium,non posset adaptari casus ad dispositionem
l.fin.C de Pact.sed ad dispositionem l. 3. §. illo, ff.
pro Socio,vbi quod valet Pactum ob generalitatem de
hæreditate incerti hominis.

. Ad quorum corroborationẽ facit id, quod dicitur
de Iurepatronatus,quod licet Iure singulari nõ possit 72
in aliũ transferri,sine consensu Ordinarij c.illud, c.suggestum
de Iur.patr.Rot.dec.145.n.5.par.2.& dec.73.nu.
27.par.11.rec.tamen,quando Iuspatronatus venit sub
vniuersitate bonorũ,in generali renunciatione, & donatione
non requiritur dictus consensus Ordinarij, vt
latissimè alijs omissis Rot.in Lunen.Sarzanen.Benef.22. 73
Maij 1662.cor.R.P.D.Ninot.post tract.dec.121.n.9.cõfirmata
12.Febr.1663.cor.eod.post tract.dec.122.n.25.

Et quamquã fuerint specificata bona materna &c.
tamen, quia priùs omnium personarum fuerunt specificata
bona, propter hanc specierum enumerationẽ
renunciatio,ac cessio nõ desinit esse generalis,author.
Decian.resp.44.nu.97.lib.4.& latè Rot.decis.166.nu.26. 74
par.9.rec.nam species censetur adiecta gratia maioris
demonstrationis,l.regula,§.& licet de Iur.fact. ignot.l. 75
stipulationes de verb oblig. & in terminis Iurispatronatus,de
quo suprà voluit eadẽ Rot.dec.d.post tract. 121.
num.11.& dec.122 nu.14.vbi,quod licet ibi esset facta
mentio specifica de Iurepatronatus,nihilominùs,quia
eadem erat expressio eius, quod tacitè inerat, nihil 76
operari poterat, & sic non cessat dicta limitatio l. fin.
tum,quia specificatio prædicta,vbi esset inualida, non
faceret, quo minùs bona materna venirent sub generali
valida illam compræhendente, vt arguit Buratt.
vbi sup nu.5.6.

Ob reuerentiam Rot.Roman.nullus ex DD.voluit,
apertè impugnare hanc assertionem Buratti, explicãt
tamen aliqui,quod procedat,ibi, quia species adiecta 77
erat gratia maioris demonstrationis, & demõstratiuè
stare videbatur;non verò locum habere in expressione
indiuidua hæreditatis,puta,Patris,& Matris, proprijs
nominibus designatorum,vt in casu suo benè discurrit
Lel.Altog.cõs.42.n.10.11.12.& seqq.& ait,quod intrat
tunc conclusio Bart.l.quæsitum, §.si quis fundũ de fund.
instruct. quod difficilius fit restrictio generis per enumerationem
specierum, quam indiuiduorum.

Vlteriùs alia ratione defẽdi potest eadẽ decisio,quia
nimirũ versabatur in casu, quo vnica erat renũciatio,

vna scilicet oratione, & verborum periodo concepta
generaliter expressis aliquibus speciebus, sub illo ge-
nere contentis ad demonstrationem; non verò potuis-
set approbari, vbi, vt in casu *Altogr. d. conf. 42. num. 16.*
78 fuisset facta discretiue, in duabus diuersis orationi-
bus, nam verum est, quod, quando in vno Contractu,
vel testamento fit prius vna dispositio specialis, & de-
79 indè alia generalis, tunc generi per speciem deroga-
tur, adeò, quod generalis dispositio non referatur ad
specificè expressa *tex. l. doli causa 119. ff. de verb. oblig.*
Valenzuel. conf. 83. num. 140. Andreol. contr. 310. num.
9. & seqq. & alij, vt per *Altogr. d conf. 42. num. 18.* om-
ninò videndus, & latiùs ostendit *decis. Flor. super eo*
dem conf. emanata impress post conf 43. Altogr. vers.
quoniam hanc sororis &c. vbi, quod in illo casu, cen-
suerunt DD. renunciationem esse specialem, & com-
præhensam sub dispositione *l. fin. C. de Pact.* quia fue-
rat in duabus separatis orationibus concepta; pri-
ma erat specialis de hæreditate tantum Patris, & ma-
tris loquens, altera generalis, in qua renunciatum
fuerat quibuscumque hæreditatibus tam delatis,
quam deferendis, tam ex testamento, quam ab inte-
stato &c. Nam quotiescumque species, seù specialis
80 dispositio præcedit, genus autem subsequitur, ità spe-
cies dicitur à suo genere exempta, vt in illo includa-
tur, *l. stipulationis 53. l. doli causa 119. ff. de verb. oblig.*
Coccin. dec. 444. num. 1 2. & decis. 714. numer. 5. & seqq.
par. 2. rec.

Et latius, quod quando genus est post speciem, &
in eadem oratione vnum referatur ad aliud, ac ge-
81 nus restringatur, dixit, etiam *Redenasc. conf. 96. num.*
7. Monac. dec. Luc. 13. num. 4. & seqq. Rot. dec. 89. par.
4 tom. 2. & dec. 367. numer. 4. par. 9. rec. quod in casu
Buratti non verificabatur, nam, ibi, vnica renunciatio
erat priùs generaliter concepta, posteà verò species
erant relatæ, quo casu, non ad restrictionem generis,
82 sed ad demonstrationem, & declarationem specie-
rum, quæ sub genere continentur, dicuntur apposi-
tæ, vt latè ostendit etiam *Andreol. contr. 310 num. 7.*
& seqq. & voluit *Rot. in Romana legati 1. Martij 1660.*
coram R. P. D Beuilaqua, decis. 51. num. 13. post tract.
& similiter huic decisioni *Buratti*, satis fit per *Alto-*
grad. Iun. in sua contr. 28. num. 2. & seqq. asserens,
quod in casu *Buratti*, cum ageretur de renunciatio-
ne generali cuiuscumque successionis, & de particu-
lari certarum personarum, licèt renunciatio, quoad
bona materna venire debent sub generali valida illam
compræhendente; in casu, verò, de quo ille fuerat in-
terrogatus, contra renunciationem, respondit, quia
agebatur de renunciatione particularium persona-
rum absque adiectione generalis renunciationis per-
sonarum incertarum.

Vlterius pariter est considerandum, quod in casu
Buratti, renunciatio extendebatur non solum ad bo
83 na materna, paterna, & auita, sed & ad bona aliorum
quorumcumque collateralium, nam, cum linea col-
lateralium latè pateat, & tam ex latere agnationis,
quam cognationis, plurimi, & diuersi possint esse
gradus, & in vnoquoque plures contineri personæ,
Altogr. Iun. contr. 28. nu. 6. Rot. in Marsican. Successionis
4. Febr. 1665. cor. R. P. D. Emerix dec. 116. n. 2. post tract.
potest in eis ratione d. diuersitatis, & pluralitatis quæ-
dam incertitudo considerari.

Vbi verò tantum fuit facta renunciatio bonorum
paternorum, maternorum, & aliorum ascendentium
diuersimodè se habet resolutio; Quia non potest ve-
84 rificari renunciatio, nisi in paucis personis, & certis,
videlicet, in Auo, & vix in Proauo, & perindè est, ac
si nominibus proprijs sint nominati *l. 2. ff. de liber. &*
posth. l. certum, ff. si cert. petat. & proindè locum ha-
85 bet illa conclusio, quod etiamsi agatur de renun-
ciatione hæreditatis plurium personarum viuentium,
dummodò illæ sint certæ, renunciatio absque illorum
consensu valere non possit, *Michal. par. 3. cap. 12. nu.*
85. & alij allegati ab *Altogr. Iun. d. contron. 28. nu-*
mer. 6. 7.

Censal. in eius conf. 5. impress. post decis. Luc. num. 29.
Buratti opinionem non damnat, eo quod, ibi agere-
tur de renunciationibus factis, a monialibus, ex causa
ingressus in Religionem, nam hæ renunciationes so-
lent esse magis generales, & abdicatiuæ quorumcum- 86
que iurium, quam sint renunciationes, quæ fiunt à nu-
bentibus in sæculo, *Buratt.* latissimè *d. dec. 366. num. 6.*
cum alijs allegatis a *Censal. vbi sup. num. 30 & ab An-*
dreol. d. contr. 310. num. 29. Vrceol. consult. 98. num. 50.
Hodiern. contr. 7. Donat. Ant. de Mar. resol. quot. c. 190. &
191. lib. 2. Tondut. quæst. ciuil. par. 13. c 142. Rot. dec. 171.
par. 8. & dec. 40. par. 12. rec.

Sed prædicta limitatio non placet *Altograd. d. conf.*
42. num. 97. nisi accipiatur in casu renunciationis hæ-
reditatis personæ omninò incertæ, vel in renunciatio-
ne simplici abdicatiua tantum, & sic in pacto negati-
uo de non succedendo, non, autem, in renunciatio-
ne ad fauorem alterius, quæ continet Pactum affir-
matiuum de succedendo, & contra voluntatem eius,
de cuius hæreditate agitur; tunc, enim, licèt concur-
rat fauorabilis causa religionis, tamen hic iustæ cau- 87
sæ concursus non tollit, quin saltem respectu eorum,
quibus renunciatio facta est, detur votum captandæ
mortis, nec facit cessare rationem libertatis testandi,
& per consequens dictum consensum possibilè reuo-
candi *Rot. dec. 40. tom. 2. par. 4. rec. Argel. de acquir.*
poss. quæst. 14. art. 3. num. 70. Quapropter, in terminis,
non valere renunciationem factam causa ingressus in
religionem, sine consensu eius, de cuius hæreditate fuit 88
cogitatum, dixerunt *Euerard conf. 206. nu. 7. Bertazzol.*
conf. ciuil. 55. nu. 24. & seqq. & conf. 56, nu. 84. & conf. 57.
per tot. Riminald. Iun. conf. 164. Buratt. dec. 639. & alij de
quibus per *Altogr. vbi sup. n. 47. per tot. Andreol. contr.*
310. nu. 30. Cyriac. contr. 351. nu. 1. Rot. dec. 439. num. 17.
& dec. 33 num. 1. & seqq. par. 6. rec. ea ratione, quia,
quamuis religionem ingrediens non præsumatur soli-
citus de bonis temporalibus, quoad se ipsum, secus est 89
quoad Monasterium, quod ditare velle præsumitur ex
coniectura pietatis, vt sibi abundantiùs necessaria sup-
peditet, & simul stant propositum seruiendi Deo, &
paupertatis votum vna cum desiderio acquirendi
Monasterio, immò pietati dissentaneum videtur, quod
Religiosus per realem, & absolutam renunciationem,
proprium Monasterium, quod est sibi, loco Patris, &
in quo perpetuò degere debet, in omnem casum ex-
cludere voluerit &c.

Ex modernis *Donat. Ant. de Mar. in conf. impreß. in-*
ter allegat. diuers. Iurisc. Neapolitan. alleg. 128. num. 5.
& seqq. indistinctè reprobat opinionem *Gratiani*, *&* 90
Rotæ Rom. vtpotè, quæ sit fundata super assertione
aliquorum DD. qui in effectu hoc non dixerunt, nem-
pè, *Salicet. Fulgos. Cur. Iun. & Cagnol.* dicens prædictos
authores, nullo pacto, firmasse id, ad quod allegantur,
sed tantùm dixisse, valere renunciationem successionis
hominis incerti, & in genere, quod satis differt, à casu
quo quis indiuidualiter renunciat successioni mater-
næ, fraternæ &c. hac enim renunciatione, sic stante, di-
cit indubitanter, idem esse, ac si designatis nomini-
bus matris, & fratrum illorum successioni renuncias-
set, & sic cum dixerim, *Renuncio hæreditati meorum*
fratrum mihi in futurum deuoluendæ, idem esse
ac si dixissem, *hæreditati Petri, & Antonij meo-*
rum fratrum, & sic certi hominis, non autem incer-
ti &c.

Pro cuius opinionis corroboratione moltũ stringit
id, quod fuit tandem a *Rot.* firmatum in *d. caus. Lunen.*

Sarza-

Sarzanen. Benef. in qua, proposito articulo, an expressio Iurispatronatus censeretur adiecta, gratia maioris demonstrationis, licèt pro affirmatiua fuerit bis resolutum, & propterea firmatum valere donationem Iurispatronatus absque consensu Ordinarij, vt ex dictis decisionibus 121. *&* 122. *post tractatum*, tandem, causa reproposita sub *die* 8. *Febr.* 1664. fuit contrarium decisum, quod, scilicet, expressio Iurispatronatus censeretur facta, non accessoriè, & in consequentiam, sed principaliter, & independenter, ac propterea pro nullitate actus fuit conclusum, vt in *d. decis. Lunen. Sarzanen. Benef.* 8. *Febr.* 1664. *cor. eod. Reuerendiss. Gerunden, post tract. dec.* 123. *per tot.*

Et hæc quæ dicta sunt de Pactis futuræ successionis negatiuis, quod valeant, Iuramento accedente, procedunt, & locum habent, etiamsi agatur de renunciatione facta à Iudæo, vel infidele, nam is etiam Iuramen-
91 to adstringitur, & tenetur renunciationem iuratam seruare, vt quidquid dicat, *Roman. cons.* 155. *ad fin. Natt. d. c. quamuis Pactum num.* 26. *Guilel. de Benedict. c. Raynutius, verb. duas habens filias num.* 289. tenent,
92 *Surd. cons.* 122. *nu.* 21. *vsque ad fin.* vbi pluribus argumentis opinionem roborat, *Couarr. d. c. quamuis Pactum*, §. 4. *num.* 1. *par.* 3. *Bolognett. d. l. stipulatio hoc modo num.* 99. *Dec. d. l. Pactum dotale num.* 13. *Gallerat. de renunc. cap.* 35. *cent.* 1. *num.* 53. *tom.* 2. *Kellemb. de renunc. success. quæst.* 12. *per tot.* vbi latissimè *Seraph. de priuil. Iuram. priuil.* 123. *per tot. à num.* 1. *Cyriac. contr. for.* 241. *num.* 24.

CAPVT IV.

Consensus præstitus ab eo, de cuius bonis agitur, an possit reuocari, an ob reuocationem consensus efficiatur inutilis, respectu tertij, vel, respectu omnium paciscentium, & concluditur, quod annulletur, respectu omnium, etiamsi agatur de Pacto iurato, vel de portione legitimæ filijs debita.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas Pacti futuræ successionis negatiui tantum consistit in consensu, & voluntate illius de cuius hæreditate agitur.*
2 *Hic consensus reuocari potest.*
3 *Consensus dicitur reuocatus testando contrarium.*
4 *Vel etiam disponendo inter viuos de re in Pactum deducta.*
5 *Efficitur nulla ob reuocationem consensus tantum respectu Patris, non aliorum paciscentium.*
6 *Aliud est Pactum de hæreditate viuentis, aliud Pactum de non succedendo.*
7 *Thesaur. quæst. for. lib.* 1. *quæst.* 45. *verba referuntur.*
8 *Opinio, quod sit nulla tantum respectu Patris, eo magis procedit in legitima debita filio.*
9 *Iuramentum operatur validitatem renunciationis quoad tertios paciscentes non quoad eum, de cuius agitur hæreditate.*
10 *Non potest in casu nostro reuocari consensus per eum de cuius bonis agitur iuxtà opinionem aliquorum.*
11 *Iuramentum quod est seruandum sine interitu salutis æternæ seruari potest.*
12 *Debitum legitimæ est spes probabilis, & certa.*
13 *Legitima est quasi debita in vita Patris.*
14 *Quod reuocatio sit nulla quoad omnes tam paciscentes, quam Patrem, est magis verum.*
15 *Licet Pactum sonet de non succedendo, tamen virtualiter est de succedendo.*
16 *Pactum inter fratres, vt post mortẽ Patris vnus habeat vnam rem, & alter aliam, non valet.*
17 *Pactum videtur factum sub conditione, dummodò consentiens perseueret in voluntate.*
18 *Non valet, reuocato consensu, etiamsi Pactum sit iuratum.*
19 *Iuramentum sortitur naturam Contractus, super quo interponitur.*
20 *Actus sui natura variabilis semper censetur initus sub conditione, dummodo actus perseueret immutabiliter.*
21 *Dictio, nisi, posita post dictionem negatiuam est conditionalis.*
22 *Quidquid fieri conceditur sub vna conditione, sub contraria poterit adimi.*
23 *Honestas Pacti super hæreditate viuentis pendet ab ipsius consensu, & perseuerantia.*
24 *Quando reuocatur consensus, perindè est ac si numquam fuisset præstitus.*
25 *Per reuocationem consensus iuramentum incipit esse perniciosum, & non valet.*
26 *Consensus consideratur, vt actus vltimæ voluntatis reuocabilis.*
27 *Vltima voluntas est semper reuocabilis licet iurata.*
28 *Per reuocationem consensus euanescit Pactum tamquam deficiente conditione, sub qua fuit initum.*
29 *Quod ampliatur etiam in portione legitimæ debitæ filijs.*
30 *Etiamsi fuerit promißum non reuocare sub aliqua pœna, poterit reuocari absque metu eiusdem pœnæ.*

HVnc articulum examinauimus, suprà *l.* 1. *c.* 30. in terminis Pacti acquisitiui, ideoque superfluum videbatur, rursùs eandem quæstionem reuocare, tamen quia aliqui hìc possent allegari, qui in terminis nostris scripserunt, eorum asserta non piget recensere.

Diximus, inquam, superioribus capitibus, quod, si- 1
cuti in materia *l. fin. C. de Pact.* omne conuentionis robur dependet à consensu illius, de cuius hæreditate fit Pactum, ità, in hac materia, renunciationis tota vis pendet à consensu illius, de cuius agitur hæreditate, *Bartol. l. stipulatio hoc modo concepta num.* 4. *ff. de verb. oblig. Gomez ad ll. Tauri* 22. *num.* 31. *Molin de Hisp. Primog. lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 4. *Surd. decis.* 14. *nu.* 4. *& seqq. Afflict. decis.* 350. *num.* 12. *Gregor. dec.* 85. *num.* 32. *decis.* 166. *nu.* 12. *& seqq. par.* 9. *rec.* hinc successiuè modò quæritur, an quemadmodum in casu *d. l. fin.* tertius consentiens potest pro libitu consensum reuocare, quo facto, etiã Pactum ipsum corruit, idem similiter procedat in Pactis successionis futuræ negatiuis, adeò vt amittant robur, & firmitatem, statim atque consensus interpositus reuocatur, & eo ipso à Iuramenti religione liberatus sit renuncians, & propterea absque metu periurij succedere possit?

Quod iste consensus possit reuocari nemo dubitat, & hoc casu, inualidari renunciationem omnes admittunt, nam verba *text. d. l. fin.* sunt clara, quod non va- 2
leant; nisi ille de cuius hæreditate Pactum est, voluntatem suam eis accommodauerit, & in ea vsque ad extremum vitæ spacium perseuerauerit, & ibi tradunt *Bart. num.* 17. *Bald. num.* 22. *Salic. nu.* 1. *Castr. nu.* 8. ac alij suprà, plena manu, congesti *c.* 30. *num.* & in terminis Pacti renunciatiui, *Gomez ad ll. Taur.* 22. *num.* 31. *Gallerat. de renunc. cent.* 1. *c.* 25. *num.* 28. *lib.* 2. *Marc. Ant. Anguiss. lib.* 2. *cons.* 36. *num.* 6. 7. *Hartm. Pist. lib.* 4. *quæst.* 6. *num.* 42. *Ant. Fab. de err. pragm. err.* 10. *decad.* 13. *per*

tot.latiſſimè *Rot.d.dec.166.num.12.& ſeqq.par.9.rec.*
3 Dicitur autem reuocatus conſenſus, vbi conſentiens, teſtando, contrarium diſponit, *Anch. conſ. 404. num. 3. Bero.conſ.3 num.18 21.lib.3.plenè Rot. dec.33.num. 3.par.6.Anchar.conſ.104.num.3.Gozad. conſ.98. nu.30. Bero.conſ.3.num.18.lib.2.Menoch.conſ.806. nu.1. Surd. conſ.100.num.18. Cyriac.contr.351. num.1. Rot.d.dec. 166. numer.14. part.9. Sanchez. in decal. lib.3. cap. 7. num. 15.* Vel alio quouis modo contra formam Pacti
4 etiam inter viuos, & contrà ſubſtantiam renunciationis ſtatuit *Rot. vbi ſupra numer. 4. Sanchez d.cap. 2. num.15.*

Eſt tamen valdè controuerſum, an nullitas Pacti renunciatiui tantum conſideretur, ex parte Patris reuocantis conſenſum, itá vt reſpectu fratrum, vel aliarum perſonarum, ad quarum fauorem fuit facta ſtipulatio ſemper ſubſiſtat, reuocatione non obſtante; Vel potiùs nullitas Pacti ex reuocatione conſenſus proueniens, ſit itá generalis, quod Pactum annullet, & reſpectu reuocantis conſenſum, & reſpectu illorum, ad quorum fauorem renunciatio facta fuit cum Iuramento.

Quod renunciatio, per reuocationem conſenſus,
5 efficiatur inutilis, tantum reſpectu Patris reuocantis, non reſpectu aliorum, ad quorum fauorem cum iuramento renunciatio facta fuit, voluit præ cæteris *Iaſ.in d.l.fin.num.13.* dicens in hoc Baldum contrarium defendentem erraſſe, *Roman. l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir.hæred. Didac.* qui tamen in hoc non figit pedem, in *c. quamuis 3. part. relect. in princ. num. 8. de teſt.im. Hodiern.ad Surd.dec.14.num.15. 16. Caput. ad conſuet. Neapol.ſi moriatur par.3.§.6 nu.8. Merl.de Legit.lib 3. tit.2.q.25.Thomas tract.4.c.16.n 64.*& latiùs *Theſaur. Iur.qq.for.lib.1.q 95.num.4.5.* vbi cum Iaſone, ita pro
6 ſua opinione argumentatur; Aliud eſt Pactum de hæreditate viuentis, aliud eſt Pactum de non ſuccedendo, prout aliud eſt Pactum, quod fit inter priuatos, de hæreditate alterius viuentis, aliud, quod fit cum eo, de cuius hæreditate agitur; nam Pactum, quod fit de hæreditate viuentis, non valet, niſi accedente conſenſu illius, de cuius hæreditate agitur, &
7 etiam, quod iuratum ſit, numquam ſine conſenſu valere poteſt, ſed pactum de non ſuccedendo, quod non affirmatiuum, ſed negatiuum eſt, licèt propter quandam conuentionem dicatur à iure improbatum, quia non videtur bonum, inſcio illo, cuius eſt hæreditas, de illius bonis agere, & ſuper eis paciſci, tamen non eſt adeò odioſum, quin iuramento confirmari poſſit, quia Iuramentum ligat paciſcentes, itá, vt obſeruent tempore delatæ hæreditatis, quod Iuramento promiſerunt.

Et hæc præcipuè habere locum, quoad legitimam, ait, ipſemet *Theſaur.* nam renunciatio, quæ fit de hæreditate quærenda per filios, vti de re certa quoad
8 legitimam, quæ iure naturæ debetur, licet non ſit certa quantitas, cum ſit Pactum de non ſuccedendo negatiuum iuramento ſubſtinetur; Inferiùs verò proſequitur; quod, ideò illud Pactum de non ſuccedendo cum Iuramento ſubſiſtit, quia illo non obſtante, non aufertur libera diſpoſitio, quin poſſit conſentiens renunciationi liberè teſtari, & etiam ipſum renunciantem inſtituere, vel aliquid teſtamento relinquere; Iuramentum, enim, operatur quoad eos
9 qui de alterius hæreditate paciſcuntur, non autem quoad conſentientem, qui, non obſtante Iuramento poſſet contrà proprium Pactum ſuper propria hæreditate factum venire, & ad hoc rendit illa perſeuerantia à lege requiſita, ne priuatio libertatis teſtandi inducatur.

Et tandem *num.6.* firmiùs in hac opinione reſidet, aſſerendo, quod Pactum factum ſuper hæreditate viuentis, de quo in *d. l. fin.* quatenus tangit perſonam illius, de cuius hæreditate, ſeu bonis agitur, ſemper eſt reuocabile, nam per Iuramentum non poteſt adſtringi libertas teſtandi, & quælibet diſpoſitio ſufficeret ad inducendam reuocationem; Sed pactum de non ſuccedendo, quatenus concernit perſonam
illius, ad cuius fauorem facta renunciatio fuit, non 10
autem illum, cuius eſt hæreditas, eſt irreuocabile, & non attenditur reuocatio conſenſus.

Dominus enim Bonorum poteſt & reuocarè conſenſum, quoad ſe, & de bonis diſponere, neque tamen faciet per iſtam reuocationem, quin illa portio bonorum, quæ ſpectat filio iure naturæ, cui non renunciauit quoad ſe, & quoad Patrem, ſed tantùm ad commodum fratrum, perueniat tempore mortis, ad eum, cum facta, hæreditatis, ſeu portionis renunciatio eſt, & quin Iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & ſine ſcandalo obſeruetur,
etiam quod de futura hæreditate factum fuerit, cum 11
de legitima ſit, & de re certa factum; eſt, enim, debitum legitimæ conſiderabile, & ſpes probabilis, certa,
& approbata, tam à iure naturali, quam poſitiuo, 12
l. ſcripto, ff. vnde liber. l.cum ratio, ff. de bon. damnat. 13
& propterea dicitur quaſi debita, in vita Patris, & tandem alia cumulat ipſemet *Theſaur.* pro confirmatione ſuæ opinionis, quæ hic omittere placet, ne ſim prolixior.

Quidquid autem aſſerant *Theſaur.* & alij ſupra notati, contraria opinio mihi magis arridet, quod tam
reſpectu reuocantis conſenſum, quam reſpectu illo- 14
rum, ad quorum fauorem renunciatio fuit facta, ſit nulla renunciatio, vbi ille, de cuius hæreditate agitur reuocat conſenſum, nec in eadem voluntate perſeuerat vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, vt antè omnes obſeruanit, *Bald. in cap. ad noſtrum numer. 7. de Iureiur.* quem ſequutus fuit, *Oldrad. conſ. 251. num.1. Purpurat. d. l. fin. num.187.* ibi, *Dec. numer.7. Cagnol.num.92. Bolognett.num.57. Natt. d. cap. quamuis 1. limit. num.21. Gulielm. in cap. Rainutius de teſtam. num. 288. Vaſq. d.§. 18. num. 182. & ſeqq.* plures allegat *Gomez ad ll. Tauri 22. num. 31.* & expreſſè dictum *Iaſonis* impugnat tamquam minùs verum, & affert rationem aliàs à me aſſignatam, quia Pactum, de non ſuccedendo, quod fit fratribus, & ſororibus, licèt quoad verborum ſonum neget ſucceſſio-
nem, tamen virtualiter, & effectiuè eſt Pactum de 15
ſuccedendo, & de hæreditate, ac futura ſucceſſione, certo modo, diuidenda, quod non valet, nec firmatur Iuramento; Nam, ſicut, quando agitur inter fratres, quod poſt mortem Patris, vel eius, cuius
ſperatur ſucceſſio, vnus habeat certam partem, & 16
alter aliam, dicitur Pactum de futura ſucceſſione diuidenda, & non valet, vt *l. fin. C. de Pact.* itá, in noſtro caſu, quando vnus frater promiſit alijs fratribus, non ſuccedere, videtur diuidere inæqualiter, vt ipſe nihil percipiat, alij verò totum; vndè non debet valere, quia cenſetur de hæreditate viuentis, certo modo diuidenda; vel diſponenda &c. & pariter *Gomez.* ſequuntur *Alb. conſ. 15. num. 15. Caſtill. lib. 3. contr. cap.9. num.12. Rot. in Romana de Margan. apud Mancin. de Iuram. effect. 62. numer. 3. & dec. 40. in princ. tom.2. & deciſ. 33. num.6. par.6. rec.* & alij, quos refert, & ſequitur, *Altogr. conſ. 41. numer. 12. tom. 2.* quibus addo *Conſt. conſ. 7. num. 15 & ſeqq. Molpheſ. conſ.18 num.38. Surd.dec.14.numer.4. Vaſq. de ſucceſſ. creat.lib.2.§ 18. requiſit.29.num.199.limit.1. Kellemb. de renunc. ſucceſſ. quæſt. 31. numer. 9. Sanchez in decal.lib.7.cap.2.num.18. eadem Rot.deciſ.166. num.20. & ſeqq.par.9. rec.* & melius poſt, *Gutierez, & Craſſ.* probat hanc ſententiam, *Hartm. Piſtor lib.4.quæſt.6. num.42. verſ. quamuis etiam,* vbi, quod, eo ipſo, vt

dictum

dictum fuit, omne huius Pacti robur à voluntate Patris consentientis dependere, neque vltra valere, quam in eadem voluntate perseuerauerit, fuit probatum intentum nostrum, nam certè hinc apparet contrahentes ad voluntatem istam consentientis respexisse,
17 & sub hac conditione pacto conuenisse censentur, idest, si in eadem voluntate perseuerauerit pater, ideoque hac mutata, tamquam deficiente conditione, pactum corruit, idque in pacto absque iuramento simpliciter inito extra controuersiam est, vt notant DD. ad d. l. fin.

Idem similiter procedere debet, Iuramento appo
18 sito, nam illud etiam sub ea conditione, quæ ipsi conuentioni inest, interpositum esse censetur, & propterea illa, ob mutatam voluntatem consentientis, deficiente, ampliùs non obligat, siquidem Iuramentum naturam Contractus, super quo interponitur sortiri, & omnes eius conditiones recipere solet, vt per *text.*
19 *l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. qui satis dar. cog. l. cum quis, §. si iura vers. vbi Iason. de Iureiur.* alias probauimus.

Vlteriùs, vt bene ait *Oldrad. d. cons. 221.* allat. à *Pistor. vbi sup. proximè*, non est rationabile dictum contrariorum, quod tantum sit mutabilis consensus, respectu Patris, non aliorum &c. quia, omnia quæ inter se gerunt fratres respectu actus sui natura mutabilis, eam tacitam conditionem habuisse videntur, si actus
20 ille immutabiliter perseueret, *l. cum quis in princ. ff. de solut. l. 3. §. si emancipatus filius de collat.* Iuramento enim etiam tacitas, & subintellectas conditiones admittunt, *l. fin. C. de non numer. pec. l. Imperatores in princ. ad municip. & not. in cap. quemadmodum de Iureiur.*

Hoc argumentum latiùs explicat *Altogr. d. conf. 44. num. 18.* vbi, quod text. vult ius non acquiri, nec pactum, aut renunciationem valere, nisi conditionaliter, hoc est, nisi ille, de cuius hæreditate fit conuentio, seu renunciatio; consenserit, & perseuerauerit in eodem consensu, vsque ad obitum; dictio enim illa, *n si*, rela-
21 ta, ad futurum, & posita post orationem negatiuam, & prohibitiuam, est conditionalis, & immò conditionem expressam inducit, *l. quidam diebus, §. quidam Titio, ff. de cond. & demonstr. Monac. dec. Luc. 67. num. 35. Barb. d. tit. 217. num. 9.* ideò, si non valet renunciatio ad fauorem eorum quorum commodo facta est; nisi sub conditione, quod persona, de cuius hæreditate agitur consentiat, & perseueret in consensu, clarum est, quod illa met eadem persona consensum prædictum in præiudicium quarumlibet personarum, ad libitum reuocare valet, tum quia alias superuacaneè requisiuisset textus huiusmodi perseuerantiam, si absque ea ius ijs
22 acquiri posset; tum, quia, quod conceditur sub vna conditione, sub contraria adimi videtur *l. al. quando, ff. de condit. Altog. vbi sup. num. 21.* & latiùs *nu. seqq.*

Et, vt benè ponderat, *Didac.* ex mente *d. l. fin.* hone-
23 stas Pacti, super viuentis hæreditate, ab ipsius consensu semel præstito, & perseuerante, dependet; hoc Pactum igitur, non solùm dici debet inhonestum, & improbum, quando à principio non fuit appositus consensus tertij viuentis, sed etiam, quando semel præstitus, fuit reuocatus, præcipuè, quia vtroque casu, nempè, siue à principio non interuenerit, siue ex post facto fit reuocatus, militat eadem turpitudinis ratio, vt latius prosequitur, *Hartm. vbi sup. num. 43. per tot.* & fundat etiam *Gallerat. de renunc. d. cent. 1. cap. 25. num. 32. circa fin. Castill. d. lib. 3. cap. 9. num. 6. Mol. de Hisp. primog. lib. 2. cap. 3. num. 4. Rot. d. dec. 33. num. 1. & seqq. par. 6. rec. Faber. de err. prag. decad. 13. err. 10. nu. 2. vers. accedit,* & latiùs comprobat *Altogr. conf. 41. num. 16. tom. 2.* quod, eo non perseuerante, vsque ad vltimum vitæ spiritum, renunciatio nullum sortitur effectum, & est omninò nulla vsque ab initio, non secùs, ac si consensus aliquis numquam præstitus fuisset, imò per- 24
indè, ac si renunciatio numquam fuisset facta, respectu quarumcumque personarum; Quapropter DD. communiter asserunt eos, quorum fauore est interposita stipulatio non consequi ius renunciatum, ex Pacto, etiam iurato; sed potiùs ex perseuerantia consensus eius de cuius hæreditate agitur, vsque ad mortem côtinuati, & pleniùs *num. 30.* quod multò magis euanescat, ex tribus fundamentis relatis à *Vasqu o*, Et primo, quia Iuramentum incipit esse nouum, perniciosum, 25
& non attendendum, simul ac is, de cuius successione agitur consensum præstitum reuocauit, & ità, ipso iure, euanuit, nam renuncians tenetur ad eius obseruantiam, & maximè, cum incipiat vergere in alterius detrimentum, idest illius, de cuius successione fit conuentio.

Secundò, quia, hic consensus non tàm assimilatur consensui contrahentis, quam consensui vltimam voluntatem condentis, & meritò, cum de eius hæreditate agatur, vndè talis renunciatio consideratur, non vti Pactum, & actus inter viuos, sed quasi actus vltimæ 26
voluntatis, qui ad libitum est reuocabilis, in præiudicium cuiuslibet, etiamsi accesserit Iuramentum de non reuocando, vt aliàs diximus, & probat etiam 27
Bart. l. si quis 22 ff. de leg 3. Felin. in cap. si diligenti num. 33. de for. comp. Iaf. conf. 122. lib. 4 Corn. conf. 272. num. 7. lib. 3. Fachin. lib. 4. contr. contr. 9. in fin. Gratian. cap. 605. num. 4.

Vltimò, quia, sicut renunciatio ipsa, & Pactum de hæreditate viuentis, licèt ad fauorem certarum personarum facta, ex sui natura pendet ab illa conditione, si ille, de cuius hęreditate agitur, consenserit, & in consensu perseuerauerit, vsque ad vltimum vitæ spiritum, ità eamdem conditionem recipit Iuramentum, & contrahentes sub hac eadem conditione sub intellecta, & virtuali iurasse videntur, videlicet, si ille per- 28
seuerauerit in præstito consensu, adeòut statim atque eum pœnituerit, & consensum reuocauerit, Iuramentum quoque euanuerit, & interciderit ex defectu iam dictæ conditionis *Vasq. vbi sup. num. 200. d. lib. 7. c. 2. num. 18. Gutierez d. c. quamuis Pactum num. 5. Faber vbi supra num. 6. Surd. dec. 14. num. 6. 7.*

Et quæ dicta sunt generaliter, adaptantur etiam ad portionem legitimæ filijs, quasi debitam, vt ad par- 29
tes, articulo disputato, tenet *Altogr. d. conf. 41. num. 36. & seqq.* & ita iudicauit *Rota Flor. impress. post conf. 43. Altogr. tom. 2. vers. nec obstat per tot.* reprobatis *Thesaur. Hodiern. Merlin. Thomas.* & alijs, si qui sunt contrarium sentientes.

Insuper adeò verum est, vt possit reuocari talis consensus in præiudicium omnium in Pacto comprehensorum, vt, licèt sit facta promissio pœnæ in casu nullitatis, & reuocationis consensus, nihilominus Contra- 30
ctus non valeat, & promissio non debeatur, *Rot. d. dec. 166. num. 24. par. 9. rec.*

Aliæ quæstiones tradi solent in materia huius consensus præstiti ab eo, de cuius agitur hæreditate in renunciatione; verùm, quia pleraque attigimus suprà *cap. 30. lib. 1.* quando de Pacto affirmatiuo actum fuit ad ea, quæ ibi dicta sunt me remitto.

CAPVT V.

An conſuetudo habeat vim conualidandi Pacta renunciationis futuræ ſucceſſionis, etiam non iurata,

SVMMARIVM.

1 *Pacta negatiua futuræ ſucceſſionis non iurata non valent.*
2 *Valent non iurata attenta conſuetudine.*
3 *Sed quod iure ciuili eſt introductum contrario iure ciuili tolli poteſt.*
4 *DD. tenentes non valere Pacta, noſtra conſuetudine attenta,*

TRaditum fuit, pro regula, quod Iuramento non
interueniente, Pacta renunciationis futuræ, ne-
1 quaquam ſubſiſtere poſſint; Dubitatur modò, an re-
gula patiatur limitationes, & dari poſſint aliqui ca-
ſus, in quibus, licet non ſint roborata Sacramento hu-
iuſmodi Pacta, nihilominùs valeant,

Prima limitatio poteſt eſſe, vbi ſumus in loco, in
quo adeſt Statutum, vel conſuetudo confirmans Pa-
cta futuræ ſucceſſionis, abſque Iuramento, tunc enim,
2 eſſe obſeruanda Pacta prædicta admittit *Bald. l. Pa-
ctum dotali in prima opinione*, vbi, *Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 4.
Natt. d. c. quamuis Pactum ſallent 6. num.* 8, & alij apud
Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 6. num. 3, cum quibus ipſe-
met ſentit, ea ratione, quia cum ſuprà dictum ſit,
quod ratio, cur hæc Pacta ſint prohibita, prouenit ex
iure ciuili præſcribente certum modum ſucceſſioni-
bus, qui Pactis priuatorum tolli non poteſt, ſequitur
Statuto, aut conſuetudine hæc Pacta rata fieri poſſe
ſine Iuramento, cum id, quod iure ciuili introductum
3 eſt, contrario iure ciuili tolli poſſit, vulgatis Iuribus,
quam opinionem defendit etiam pluribus in medium
allatis argumentis, *Rimiuald. Iun. conſ. 164. num. 26. &
ſeqq. Molin. de Rit. nupt. lib. 1. quæſt. 2. 3.* allegatus à *Ca-
pon de Pact quæſt. 54. num. 14.*

Et licet *Kellemb. de renunc. ſucceſſ. quæſt. 2. num. 29.*
4 *Altogr. conſ. 42. tom. 2. in fine, & D. Ioſ. filius contr. 28.
num. 16.* contrarium teneant, quod Statuto, aut con-
ſuetudine, non poſſint roborari, tamen à prima ſen-
tentia ego numquam recederem per ea, quæ à me, la-
to calamo, fuerunt exarata ſupra in *c. 33. lib. 1.* in qui-
bus ſicut firmatum fuit valere huiuſmodi Pacta affir-
matiua, ità idem ſtatuendum eſt in Pacto negatiuo,
cum magis vrgentes rationes militent in primo caſu,
quam in ſecundo, propterea &c,

CAPVT VI.

An valeant Pacta noſtra negatiua, concepta per Pactum de non petendo. Plura de vi huius Pacti,

SVMMARIVM.

1 *Pactum noſtrum per Pactum de non petendo ſactum valet,*
2 *Contra, quod non valeat, neque Pactum de non petendo.*
3 *Valet renunciatio facta per Contractum, inter viuos, adiecto Pacto de non petendo.*
4 *Cæpoll. cauthel. 183. reprobatur.*
5 *In hæreditate delata plus operatur Pactum de non petendo, quàm ſimplex renunciatio*
6 *Pactum de non petendo multum operatur in renunciatione aliàs valida.*
7 *Pactum de non petendo excludit renunciantem etiam per perſonas extraneas.*
8 *Pactum de non petendo non valet interpoſitum ſuper renunciatione nulla, & inualida.*

CAepoll. cautel. 183. incip. Tu ſcis quia ſi filia, *ſcri-
ptum reliquit, ſi filia non ſimpliciter renunciaſ-
ſet, ſed feciſſet Pactum, de non petendo aliquid de Bo- 1
nis paternis, huiuſmodi Pactum etiam non iuratum,
valeret, dans pro cautela Parentibus, quod ità renun-
ciationes ſibi facere curent, ad hoc vt validæ ſint, &
annullari haud poſſint; ſed quamuis, opinionem ſuam
fundet in dicto *Baldi l. fin. C. de Pact. num. 16.* vbi ait,
optimam eſſe cautelam, quod verba non ſint conce-
pta in modum ſimplicis renunciationis, ſed magis in
formam Pacti de non petendo, quod cenſetur quæ-
dam donatio, & ab hac opinione non diſceſſerit, *Ri-
minald. Iun. conſ. 164. num. 61. & ſeqq.*

Tamen communis opinio eſt in contrarium, nem-
pè, quod renunciatio licet fiat per Pactum de non pe- 2
tendo, ſubſtineri non poſſit, ſine Iuramento, vel alijs
ſolemnitatibus de iure requiſitis, vt habemus ex *Dec.
l. Pactum quod dotali num. 2. C. de collat. Pariſ. conſ. 69.
num. 25. 26. Vaſq. d. §. 18. num. 48. Hartm. Piſtor. d. lib. 4.
quæſt. 5. num. 4 Lepid. dec. Luc. 98.* cum alijs ibi adductis
verſ. quam Angeli &c.

Nec obſtant DD. ſuprà relati, quia, vt animaduertit
Hartm. Piſt. Bald. non loquitur in ſimplici renuncia- 3
tione, ſed potiùs in Facto, quod ſapiat naturam pro-
miſſionis per contractum, inter viuos, non per pro-
miſſionem ſucceſſionis (& nihilominùs, vt oſtendit
idem *Piſtor*, dato etiam, quod verſaremur in ſimilibus
terminis, pro nullitate Pacti multa adduci poſſunt.)

Cæpollæ Cautelam expreſsè reprobat *Rot.* noſtra *d.
dec. 98. verſ. ad cautelam*, & præcipuè, quia intelligi de- 4
bet iuxta *Baldi* opinionem, qui loquitur in hæreditate
delata, non verò in deferenda; Quo caſu, certum eſt,
Pactum de non petendo plùs valere, quam valeat re-
nunciatio, vt alijs adductis, firmat, *Donad. de renunc. c. 5
2. num. 68. & c. 3. num. 24. tom. 1. Gallerat. eod. tract. lib.
1. c. 6. per tot. Kellemb. quæſt. 27. num. 1.* & in his termi-
nis loquitur *Rot. Rom. dec. 290. par. 9. rec.* vbi habetur,
quod Pactum de non petendo operatur, vt renuncia-
tio in Pactum, & donationem transfundatur,

Et ſimiliter obſeruari debet, an prędictum Pactum,
de non petendo, fuerit interpoſitum ſuper renuncia-
tione aliàs valida, quia tunc magis operatur, quam 6
renunciatio ipſa, & cenſetur appoſitum pro validiori
renunciantis excluſione; nam renuncians, eo caſu ex-
cluditur etiam per filios, & hæredes teſtamentarios
eorum, in quorum beneficium facta fuit renunciatio;
& non tantum per filios, & hæredes, verum etiam per
agnatos, & cognatos remotiores, & etiam per extra- 7
neos, vt per *Menoch. conſ. 6. lib. 1. Paſchal. de vir. patr.
poteſt. c. 7. num. 48. 57.* & alios apud *Donad. de renunc.
c. 3. num. 28. tom. 1.* & plenè *Gallerat. eod. tract. d. lib. 1.
c. 6. per tot.*

Quando verò, ſuper renunciatione nulla, & inua- 8
lida Pactum de non petendo appoſitum eſt,
ſicuti ipſa corruit renunciatio, ita nun-
quam ſubſiſtit Pactum de non
petendo, quod, vt acceſſo-
rium, conſideratur, vt
lato calamo,
oſtendit
*Donad. de renunc. d. cap.
2. num. 72. &
ſeqq.*

CA-

CAPVT VII.

An valeat Renunciatio sine iuramento, quando filia renunciauit integra accepta legitima; Afferuntur opiniones hinc inde, & pro negatiua concluditur; Et an valeat, quando habet admixtum delictum.

S V M M A R I V M.

1 *Valet Pactum sine Iuramento, quando renuncians legitimam habuit.*
2 *Si Pater assignat filio legitimam in vita est tutus, & non tenetur ampliùs ad aliquid.*
3 *Emancipatus, qui in actu emancipationis habuit suam portionem, non potest ampliùs aliquid prætendere.*
4 *Filia emancipata dotata à Patre, amissa dote non debet redotari.*
5 *Quando filia renuntiat Dote accepta, non potest annullari renunciatio etiam non iurata.*
6 *Dos succedit loco legitimæ.*
7 *Præcipuè, attento statuto, quod fœminæ excludantur propter Dotem*
8 *Quod non valeat renunciatio futuræ successionis licet non iurata, quando renuncians habuit Dotem, vel legitimam.*
9 *Filius, qui accepta legitima renunciauit, dicere potest testamentum nullum.*
10 *Solemnitati à Iure inductæ nemo potest renunciare.*
11 *Quod filius, qui habuit legitimam, non possit renunciationem impugnare.*
12 *Vt Filius instituatur, vel exhæredetur est inductum fauore ipsius filij.*
13 *Filia exclusa à successione per Statutum, licet præterita non potest dicere testamentum nullum.*
14 *Quando filius renunciat accepta legitima, non excluditur ex vi Pacti, sed ex vi perceptionis suæ portionis.*
15 *Gallerat. de renunc. lib. 3 num 49. reprobatur.*
16 *Text. in l. 1. §. si parens, ff. si quis à paren. fuer. manum. explicatur.*
17 *Pater potest Filio persoluere legitimam in vita.*
18 *Filius, qui olim portionem legitimæ habuerat inter viuos, Patre mortuo cum testamento, non poterat impugnare Testamentum Patris.*
19 *Quando vero Pater decedit intestatus, filius non dicitur à successione exclusus.*
20 *Legitima est minima portio eius, quod debetur ab intestato.*
21 *Filius non potest se à successione excludere per Pactum.*
22 *Quando Pater decedit intestatus non valet renunciatio sine Iuramento integra legitima accepta, secùs si decedit cum testamento.*
23 *Sed vtroque casu non valet, quando renunciatio considaratur tamquam Pactum.*
24 *Si Filius accepit legitimam inter viuos, & pater cum testamento decedat, idem testamentum à filio non potest impugnari.*
25 *Et si minus legitima datum sit, debet suppleri vsque ad quantitatem.*
26 *Dummodò hac contemplatione sit datum, vt in legitimam imputetur.*
27 *Tempus ad legitimam imputandam pro validitate Testamenti, est tempus mortis Patris.*
28 *Quando augetur, vel minuitur hæreditas mortuo testatore, est tempus quo datur.*
26 *Legitima est æstimanda secundum tempus, quo persoluitur.*
30 *Testamentum effectum sortitur post mortem testatoris.*
31 *Et ab eo tempore reducuntur omnia in testamento contenta.*
32 *Hodie legitima est relinquenda honorabiliori titulo Institutionis.*
33 *Quod procedit etiamsi esset assignata in vita.*
34 *Etiam hodie valet testamentum, licet filius, qui renunciauit, sit præteritus.*
35 *Filius est instituendus, quando aliter non fuit in vita satisfactus.*
36 *Qui succedere nequit etiam ratione legitima, testamentum impugnare non potest.*
37 *Nullitas testamenti opponi potest viuente filio, non aliter.*
38 *Non valet testamentum, in quo filius est præteritus, licet habuerit legitimam in vita.*
39 *Semper Filius potest impugnare testamentum, quando ei non fuit relicta legitima titulo Institutionis.*
40 *Ex Pacto, quo quis renunciauit accepta legitima, præsumitur renunciatum successioni paternæ, & Iuri de opponendo contra testamentum.*
41 *Differunt inter se successioni renunciare, & testamentum approbare.*
42 *Quando filius non solum legitimam accepit, sed omne id, quod prætendere poterat, valet Pactum sine Iuramento.*
43 *Sed contra, quòd non valeat.*
44 *Valet Pactum nostrum quando habet admixtum delictum.*
45 *Sed contra quod talis limitatio non subsistat.*
46 *Non est turpe accipere pro emancipatione aliquod præmium.*
47 *Tex. in l. 1. §. si parens, ff. si quis à parent. fuer. manum. explicatur.*
48 *Pactum nequaquam valet, etiamsi sit admixtum delictum.*
49 *Valet Pactum à filio naturali factum in actu legitimationis, vt non succedat Patri naturali.*
50 *Sed id non procedit, quando fit legitimatio per subsequens matrimonium.*
51 *Maritus licet voluntariè accipiat in vxorem Concubinam non potest efficere, vt filius ex eo matrimonio natus non succedat.*

AFfirmatiuam tenent, *Bartol. l. fin. num. 7. C. de Pact.* & ibi *Bald. num. 15. Abb. consil. 116. vol. 2.* & alij relati ab *Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 5. num. 5. Capon. de Pact. q. 54. num. 15.* & à *Gallerat. de renunc. d. lib. 3. cap. 2. num. 49. Kellemb. de renunc. success. qu. 2 num. 31.* & multis cumulatis, *Cald. de empt. & vend. cap. 30. num. 46.* Quæ opinio fundatur authoritate *tex. in l. 1. § si parens, ff. si quis à par. fuer. manum.* vbi diuiditur apertè, in secundo casu, quòd, *si filius emancipatus, in Patrem viuus quantum satis est contulerit, ne iudicia eius inquietet, tunc exceptione doli, repellitur à bonorum possessione contra tabulas*, ergò à simili, in casu nostro, si Pater, ea, quæ, de Iure, tenetur relinquere filio, tempore mortis, ante mortem assignet, erit certus, quòd filius eius hæreditatem inquietare non poterit. 1 2

Et pariter procedit in filio emancipato, qui, si in actu emancipationis fecit Pactum de non succedendo, & accepit aliquid, non potest quicquam aliud prætendere, nec querelare testamentum, *l. fin. C. de emanc. liber. Andreol. contr. 288. num. 31.* 3

Et similiter in filia fœmina emancipata, quæ, si fuerit à Patre dotata, non potest amissa dote, iterùm, à Pa- 4

à Patre petere quod dotetur, *Soce.l.2.n.24.ff.sol.matr.*
de quo tamen dubitat *Bero. dec. 231. num. 6. & seqq.*
Hodiern.l.hac edictali quæst.16.num.9.

5 Quæ cùm ita sint, opinio prædicta non solùm ha-
bebit locum, quando Pater filio, vel filiæ integram
assignat legitimam, sed etiam, vbi feminæ congruam
constituit legitimam, sed etiam, vbi feminæ con-
6 gruam constituit Dotem, nam Dos loco legitimæ
succedit *Morotr. consil.23. num.2. Cyriac.contr. for.77.*
num.13.lib.1. Merl.de legit.lib.3.tit.1. quæst.8. num.24.
Ciarl.contr. cap.45. num.33. Rot post Merl.de legit. dec.
74.num.2. & dec.114. num.8. Gratian.discept.689.nu.
44. & 700. num. 29. & 882. num. 36. Post. resol.68.
cum simil. *Michal. de fratr. par. 3. cap. 4. num. 12. &*
cap. 12.num.23.24. Thomas. tract.6. de legit. num.12.
Sabell.resp.60.num.2. Altogr.consil.87.num.11. tom.1.
& cons.173.tom.2. Caren.resol.33. num.5. præcipuè at-
7 tentis statutis, in quibus feminæ propter Dotem ex-
cluduntur, vt, in his terminis, loquuntur supra cita-
ti, & non controuertitur, quin subrogatum sapiat
eius naturam, in cuius locum subrogatur, *l. si cum 10.*
§.qui iniuriarum, & ibi *gl.ff. si quis caut. l.si donatæ 36.*
§.sponsus,ff.de donat.int.vir.& vxor. Barbos.axiom.113.
in princ.Kellemb.de renunc.success.d.cap.2. nu.32.

Contra conclusionem principalem affirmatiuam
8 obstare videtur *text.* clarus *d. l. pactum dotali, & l. si*
quando, §. illud, C. de inoff. testam. ex quibus apparet
etiam huiusmodi Pactum factum ab eo, qui legiti-
mam accepit, non valere, per quem *tex.* contra limi-
tationem, tenet, *Bald. d.l. pactum dotali,* & latiùs, *Ro-*
man.d.l.vlt.num.50. vbi, quod filius, qui, accepta le-
gitima, renunciauit successioni futuræ, si fuerit præte-
9 ritus, vel exhæredatus à Patre, dicere poterit testa-
mentum nullum, non obstante huiusmodi Pacto, quo-
niam, quod filius instituatur, vel exhæredetur, indu-
ctum fuit pro solemnitate, *l. inter cætera, ff.de liber. &*
10 *posth.* cui quidem solemnitati renunciari non potest,
quem *Roman.* sequitur *Vasq.* ex rationibus adductis à
Gallerat.d.lib.3.num.49.versic.Quoad primum dubium.

Hoc tamen non obstante, in eius opinione affirma-
tiua *Gallerat.* figit pedem *ibid.in versic. Contrarium ta-*
11 *men*, & statuit pro indubitato, quod Filius, qui inter
viuos, integra legitima accepta, fecit Pactum de non
succedendo, excludatur à successione, cui renunciauit,
ad quod allegat concordantes *Butrigar. Dec. Bald.*
Angel. Alexand. Natt. Crass. & alios; & asserit non
obstare *text. d. l. illud, & d.l. Pactum dotali*; nam lo-
quuntur, vbi filius recepit minùs legitima, & tandem
num.50. concludit, veriùs videri, quod filius inter vi-
uos, accepta legitima, possit renunciare successioni
per *d.§ si parens*, qui text. euitari non potest, maximè
in secundo responso, cùm, in hac specie, Pater ipse
viuens videatur hæredi futuro prouidere, vt dicitur *in*
12 *l.eum quo, de Pecul. §. fin*, Quod autem filius institua-
tur, vel exhæredetur, vt in *d. l.inter cætera*, id sanè in-
ductum est fauore ipsius filij, *l. filio præterito, ff. de*
iniust. testam. & proindè potest huic beneficio Filius
renunciare, sic etiam filia dotata, per Statutum ex-
13 clusa à Successione, si præterita fuerit, dicere non po-
test testamentum nullum, vt not. *l.maximum vitium.*
C. de liber. præt. Thomat.dec.203.num.32.Sperell.contr.
34.num.17.Redenasc.cons.3.Cyriac.contr.for.contr.400.
Capyc.Latr.consult.77.

Neque obstat, quòd non valeat Pactum negatiuum
de succedendo absque Iuramento, quoniam, vbi Fi-
14 lius recepit integram legitimam, non excluditur, ex
vi Pacti de non succedendo, sed, ex vi perceptionis
partis, quæ ei debebatur, atque excluditur potiùs so-
lutione eius, quod debetur, quàm ex vi pacti, hæc
Gallerat.
15 Sed, pace tanti viri, timeo, quod prædicta non ha-
beant Iuris firmitatem; nam, vt optimè, ait, *Hartm.*
Pistor.d.lib.4.quæst.5.num 5.versic.Sed hoc loco, opor-
tet animaduertere, quod *tex.* ex aduerso allegatus 16
in d. §. parens, licèt de portione legitima Patri debi-
ta loquatur; tamen disertè loquitur in hypothesi,
quòd filius, condito testamento, decedat, id, quod non
solùm apparet ex eo, quia de bonorum possessione
contra tabul. ibi agitur, sed & ex illis verbis, *ne indi-*
cia eius inquietet; Vtrum autem quis testatus, vel in-
testatus decedat, in hoc casu plurimum refert.

Nam quando Pater filio legitimam integram in vi- 17
ta persoluit, quod quidem facere posse nemo du-
bitat, vt, antiquioribus omissis, *Amat. resol.23.n.6.*
latissimè *Altogr. cons. 8. num.31. tom.1. Merl. Pignat.*
contr.c.6.cent.2. & testamentum confecit, tunc filius
tantum accepit à Patre, quantum in testamento Pater
ipsi relinquere tenebatur, & propterea olim testa- 18
mentum impugnare ampliùs non poterat, etiamsi
nullum accessisset Pactum, *l.Papinianus,§.si quis mor-*
tis, ff. de inoffic. testam. l.etiam, §. si debitam, ff.de bon.
libert. l.cum quæritur, C. de inoff. testam. quasi filius
non tàm per Pactum, quàm per testamentum remo-
ueatur à successione; Quando verò, Pater legitima
persoluta intestatus decedit, ipsa quidem perceptio
legitimæ filium à successione minimè excludere po- 19
test, cum legitima minima sit portio eius, quod ab in- 20
testato ei succedenti deberetur, *l.parentibus,C.de inoff.*
testam.d.l.Papinianus,§.quoniam autem, ff.eod. & pro-
pterea filius tantum non percepit, quantum occasio-
ne successionis sibi debetur, sicuti in *d. §. si parens*;
Quapropter nec etiam à successione per pactum re- 21
moueri potest, cum istud per se fieri non valeat, eadem
adhuc subsistente ratione, ob quam eiusmodi Pacta
prohibentur, nè, videlicet, succedendi ratio à Iuris
dispositione dependens Pactis immutetur.

Quapropter in materia, vti distinctione opus est, 22
nempè, vel loquimur, quando Pater intestatus dece-
dit, vel, quando condito testamento.

Primo casu, licet filius, percepta legitima hæredita-
ti renunciauerit, nihilominus Pactum non valet, ne-
que eum à successione propterea remouere potest, vt
clariùs demonstrant, *Bald. Salic. Alex. Curt.* & alij, de
quibus apud *Hartm. Pistor. d.quæst.5. num.9.* & latiùs
Cagnol.d.l.fin.num.199. Bolognet.num.11. per tot.

Altero verò casu, quando pater decedit condito
testamento, quia, Filius accepit inter viuos, quan-
tum ab hæreditate Patris prætendere potest, non po-
test inofficiosi quærelam inuentare, & dicere de nul-
litate testamenti, sed Pactum substinetur.

Ego tamen existimo, quod vtroque casu renuncia-
tio, si consideretur, tamquam Pactum, sit nullius 23
momenti, per ea, quæ supra diximus, nempè, in
euentum, quo Pater filio assignet legitimam, & con-
dito testamento decedat, tunc Pactum valere, non
propter Pactum, sed propter testamentum, si verò
Pater decedat intestatus, renunciationem non subsi-
stere, Pacto non obstante.

Igitur tota vis, quæ facit actum valere, consistit in
testamento, non in Pacto, quod meliùs conuincitur; 24
ponderando, quòd, si filius capiat legitimam inter vi-
uos, & pater cum testamento decedat, idem testamen-
tum à filio impugnari non potest, etiamsi renunciatio
non intercedat, *l. omnimodo 30. C. de inoff. testam. §.*
Sed hæc ita, Inst. tit. eod.

Imò, quamuis minor quantitas, quàm sit legitima, 25
fuerit assignata, quod deest boni viri arbitratu, supple-
ri debet, *tex. l.si non mortis 25. ff. de inoff. testam. Socc.*
Iun.consil.107. num.10. vol.1. Crauett. consil. 162. Bur-
satt.consil. 92. num 2. Clar. de testam. quæst. 38. versic.
Sed numquid tota, Barbos. in collect. ad d. l. omnimodo,
num.1. Arnold.Vinn.ad §.igitur 4. Inst. tit. de inoff. test.
num.5.

num.5. verfic. Etenim, Ofuald. ad Donell. lib.19. c.14.
litt. K, in fin. Cancer. var. lib.1. cap.3. de legit. num.14.
26 dummodò, hac contemplatione, fit datum, vt in le-
gitimam imputetur, *l.si quando 35. §.& generaliter,*
versic. nil mortu, ff. eod. Vnde manifestè liquet, quòd
Pactum renunciatiuum nullam vim habet in hoc, &
ob id meritò dicimus non valere, cum à Iure non
consideretur.

Nec quidquam facit *tex. in d.§. si parens*, quia, vt
optimè sentit, *Pistor. d. quæst.5. num.8.* ibi, *vel nullum*
tale Pactum appositum fuit, sicuti eius etiam nulla fit
mentio, vel si fuit adhibitum, de eo non fuit per tex.
facta consideratio, dum videmus exceptionem Pacti eo
casu non dari, sed exceptionem doli, quod satis clarè de-
notat Pactum per se nullam vim habere.

27 Quibus præmissis fit clarum, quòd tempus ad legi-
timam computandam, pro validitate Pacti, vel (vt
melius dicam) testamenti, non erit tempus Pacti ini-
ti, sed tempus mortis Patris, vt quicquid dicant, *Bu-*
trigar. Angel. Imol. Roman. & alij relati per *Hartm. Pi-*
stor. d. lib.4. quæst.5. num.7. tenet *Bald. in d. l. pactum,*
quod dotali in 6. opposit. & in l. quamuis in fine, C. de
fideic. & alij penes *Gallerat. de renunc. d. lib. 3. cap. 2.*
num.51. Capyc. Latr. consult.78. Rot. dec. 57. num. 12.
par.11. recent. nisi augeatur, vel minuatur, mortuo
28 testatore; quia, eo casu, consideratur tempus, quo
soluitur, vt dixit, *Rot. in Romana legitimæ, 10. Iu-*
nij 1664. coram Eminentiss. Cerro decis. 102. num.4.
post tract. & plura de materia eadem *Rot. in Rauenna-*
ten. Legitimæ 2. Martij 1668. coram R. P. D. Ottalora,
dec. 134 post tract.

Minùs facit, quòd idem *Bald.* alibi nempe *in l.*
successio, C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. & in l. fin.
29 *§.1. num. 14. C. de vsur. rei indicatæ*, existimet legiti-
mam secundùm tempus, quo persoluitur æstimandam
esse, namque, vt obseruat *Hartm. Pistor. d. qu.5. num.8.*
ibi, *in eo casu loquitur Bald. quo Pater vigore statuti te-*
nebatur soluere legitimam, qui quidem ab eo, quando
sponte persoluit, plurimum differt.

Et similiter non valet obiectum, quòd, in casu, vt
Pactum valeat cum Iuramento, tempus in æstiman-
da legitima considerandum est, quando verè assigna-
tur portio, &c.

Nam, eo casu, supponitur Pactum valere, & renun-
ciationem substineri, propter Pactum ipsum, at in
nostro casu, non propter Pactum valere renunciatio-
nem, dicimus, sed propter testamentum, ob id, cum
quoad hoc, vt quis à successione excludatur, totum à
testamento dependeat, necessariò sequitur, legitimam
30 secundùm tempus mortis esse computandam, in
aperto enim est, testamentum post mortem demùm
testatoris effectum sortiri, vt firmant, *Pistor. vbi sup.*
Didac. d. cap. quamuis, par.3. §.1. num.2. Vasq. de success.
31 *creat. d.§.18. lib.2. num.84.* ab eoque tempore omnia
in eo contenta reduci, *Duran. dec.365. num.23. Merl.*
decis.747. num 2. Buratt. dec.639.

Oritur, ex prædictis, alia quæstio, videlicet, an
hodie possit vllo pacto valere renunciatio, quam quis
32 facit accepta legitima, attento quod, ex Iure nouissi-
mo, legitima debet honorabiliori titulo Institutionis
in testamento relinqui, *Auth. vt cum de appell. cogno-*
scit, §. illud quoque c. collat. 8. & tenent communiter
omnes, *Dec. cons.105. num.1. Vasq. illustr. contr. c.106.*
Bursatt. consil.92. num.2. Molin. de Hisp. primog. lib. 2.
cap.15. num.78. Camill. de Medic. consil.8. num.22. Ro-
mit. consil.106. lib.2. num.8. Cyriac. contr.438. num.124.
Barry de success. lib.4. tit. 16. num. 3. Barbat. de Fideic.
par.1. cap.6. num.125. Censal. ad Peregr. art.36. versic.
19. obserua, pag.378. Merl. de legit. lib.5. tit.2. quæst.1.
33 Idque procedit, etiam, si esset assignata in vita, vt per
Giurb. ad consuet. Messan. cap 6. gl.4. num. 2. Si igitur
legitima est relinquenda titulo Institutionis, ad hoc,
vt valeat vltima voluntas, non erit sufficiens inter vi-
uos tradere legitimam absque eo, quod in testamento
relinquatur, vt euidentia demonstrat.

Sed hoc non obstante, autumarunt Interpretes ali-
qui, quod etiam hodie propter Pactum, quo Filius
legitimam percipiens hæreditati Paternæ renunciauit,
valeat testamentum, neque ob prætermissam Institu- 34
tionem impugnari possit, *vt Rom. in. d. l. stipulatio hoc*
modo, num.13. Curt. Iun. d. l. fin. in fine, & ibi *Cagnol. nu.*
200. Bolognet. num.111. in fin. Natt. d. c. quamuis, nu.6.
Gallerat. de renunc. vbi suprà nu.49. vers. Neque obstat.

Et respondent ad *d. §. aliud quoque*, quod tunc so-
lùm necessariò requiritur, vt filius instituatur in legi- 35
tima, quando ei aliàs satisfactum non fuit, & præser-
tim institutionem ideò necessariam non esse, aiunt,
quia, per Pactum à successione quis excluditur; Nam,
qui succedere nequit, etiam ratione legitimæ testa- 36
mentum impugnare non potest, *l. Posthumus §. si quis*
ex his, de liber. & posth. l. si quis filium, C. de inoffic. test.
& nullitas testamenti tantum opponi potest, volente 37
filio, non secùs, *l. filio præterito, ff. de iniust. rupt. & c.*
l. posthumo, C. de contratabul. & latiùs, an tertius pos-
sit opponere, de nullitate testamenti, & illud impu-
gnare in casu præteritionis filij, vide *Cyriac. contr.262.*
num.10. Altogr. consil.80. num.55. lib.1. Merl. de legit.
lib.3. tit.1. quæst.14 num.7. Rot. decis.370. par.4. tom.2.
recent.

Et præcipuè, quòd præteritio fratris, instituta per-
sona turpi, non possit allegari, nisi dumtaxat ab ip-
somet fratre, etiam eius filio excluso, *l. fratris 21. C.*
de inoffic. test. & dixit *Rot. in Auemonen testam. 3. Iulij*
1662. cor. R. P. D. Taya, §. Denique Domini.

Contrarium tamen, quod, per Ius nouissimum, *tex.*
d.§. si parens, sit correctus, & filius etiamsi integra le-
gitima accepta successioni paternæ renunciauerit, te-
stamentum nihilominùs, propter institutionem præ- 38
termissam, impugnare possit, docuit *Bart. d. §. si pa-*
rens, in fine, quem sequitur *Corn. d. l. pactum, quod dota-*
li, Curt. Iun. d. l. fin. n.44. Vinn. §. igitur, Inst. tit. de inoffic.
testam. num.3. & ibidem *Picchard. num. 37.* latissimè
Rot. in Rauennaten. hæreditatis 13. Iunij 1661. coram
Reuerendissimo Albergato Decano § nec resistit, vbi aliæ
decisiones allegãtur, cum alijs cumulatis, per *Hartm.*
Pistor. d. lib.4. quæst.5. num.9. versic. Contra verò, cum
quibus ipse pertransit, & optimam rationem reddit,
nempè

Cùm, vt suprà, dictum fuit, manifestum sit, Pa-
ctum ipsum propter legitimæ perceptionem non va- 39
lere, neque etiam ipsam perceptionem eius efficaciæ
esse, vt a successione filium remoueat, sed vim om-
nem in testamento sitam esse; sequitur, inde, nisi
testamentum solemniter, & ritè factum sit, & vt Iu-
ris ratio exigit, integrum nihilominùs fore filio illud
impugnare, & quod consequens est, nisi Institutio-
nis titulo ei legitima relicta sit, filium nihilominùs
succedere, & testamentum irritum facere posse.

Et frustrà obijceretur, Institutionis solemnitatem
ad eos non pertinere, qui legitimam iam perceperunt,
nam hoc friuolum esse, ex eo perspicuum redditur,
quid, etsi testamento tantum relictum sit filio, quan-
tum ei, ratione legitimæ, debetur, non propterea
tamen eiusmodi testamentum valet, nisi etiam in le-
gitima institutus sit filius.

Neque dicatur, quòd, ex tali Pacto, ex quo renun-
ciatum est successioni, testamenti approbatio possit 40
colligi, tum quia, vt ait *Hartm. Pist. d. nu.9. circa fin.*
inter se differunt renunciare successioni, & approbare 41
testamentum, tum quia id, quod per se non valet,
nullum etiam potest producere effectum.

Et hæc vera sunt circa Pacta renunciatiua facta per
filium,

filium, qui tantum accepta legitima renunciauit.

42 Quid verò sit statuendum, quando acceptum fuit
totum id, quod ex successione peti potest, adhuc am-
bigitur: nonnulli putarunt, hoc casu renunciationem
43 valere, sed *Hartm. Pistor.* contrarium constanter de-
fendit *d. qu. 5. num. 10. per tot.*

Nam ipsa perceptio per se, eius virtutis esse non
potest, vt valere faciat testamentum aliàs nullum, sed
tantùm operatur, vt is, qui succedit, hoc, quod per-
cepit, teneatur conferre, ita vt, si minùs, quam quod
ei, ex successione, deberetur, percepisset, vtique id
plus consequeretur, sin tantumdem, si eius interesset
potiùs bona immobilia ex hæreditate consequi, fa-
cta collatione, succedere, & portionem suam petere
posset.

Altera, secundum aliquos, solet esse regulæ supra-
dictæ limitatio, vt, tunc Pactum futuræ successionis
44 renunciatiuum, licèt sine Iuramento valeat, quando
delictum habet admixtum, & allegant ad hunc effe-
ctum *text. vulg. l. 1. §. si parens, ff. si quis à par. fuer. manum.* in quo habetur, quod Pater, aliquid accipien-
do, pro emancipatione filij, potest eiusdem successio-
ni renunciare, quod fieri existimauit *gl. in d. l. Pactum dotale*, allata per *Gallerat. cent. 1. cap. 25. num. 5. tom. 2.*
propter delictum à Patre commissum, nimirum acci-
piendo pecuniam, vt filium emanciparet, atque ita
emancipationis beneficium vendendo, quorum sanè
opinio communis esse videtur, vt per *Couarr. d. cap. quamuis, par. 3. §. 4. num. 10.* & passim antiquiores, ex
hoc, firmarunt, quòd renunciatio, licèt non iurata
sit valida, quoties habet admixtum delictum, &, præ
cæteris, *Bart. l. fin. quæst. 2. C. de Pact. & l. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.* & communiter approbatur, vt
per *Roman. & Corn. d. l. Pactum dotale*, licet ipsi in con-
traria resideant.

Sed à recentioribus, excepto *Capon. de Pact. qu. 54.*
45 *nu. 15.* nequaquam huiusmodi limitatio admissa fuit,
ea ratione, quia turpe non est, vt supposuit *gloss.* &
cęteri suprà scripti, accipere pro emancipatione ali-
46 quod præmium, *l. vtrum turpem, de verb. oblig.* Qua-
propter *Imol. Dec. Ias. Roman. & Corn.* reprobant in-
tellectum *Bartoli*, quorum dicta refert *Gallerat. vbi suprà proximè num. 50. versic. Verum intellectum*, vbi,
quod non est contra bonos mores, nec est delictum,
vt Pater pecuniam accipiat pro emancipatione filij,
vt *d. l. vtrum turpem*, imò Pater, pro ea, debet præmiũ
capere, *l. cum oportet. §. cum autem*, & ibi notat *Bald. C. de bon. quæ liber.*

47 Quapropter aliter est intelligendus textus prædi-
ctus, *§. si parens*, vel secundum opinionem aliquorum,
quòd ideò valeat, quia Pater accipit suam legitimam
portionem, vt latè superiùs demonstrauimus; Vel
Patrem, ea ratione, excludi, quoniam accipiendo pe-
cuniam, videtur capere præmium emancipationis,
ac beneficij, quod in filium contulit; Quod quidem
præmium Pater aliàs accepisset in bonis filij, vbi pe-
cuniam non habuisset à filio, vt eum emanciparet, vt
latiùs explicant *Alciat. Bolognett. Cagnol. Riminald. Iun. Crot.* & alij apud *Gallerat. vbi suprà d. versic. Verum, circa med.* vbi, quod, accipiendo pecuniam, vt
filium emanciparet, videtur vendere omne Ius, quod
sperat, atque ita transfigere, vt à successione repella-
tur, & dum accipit pecuniam, cessat æquitas, & ratio,
ex qua motus erat Prætor ad vocandum eum ad suc-
cessionem, nam æquum non est, quòd Pater, & pecu-
niam accipiat, & ad bonorum possessionem contra
tabulas admittatur, vt latiùs comprobat doctissimus
Vacon. à Vacun. declarat. 76. per tot.

Quapropter indubitatum est, esse falsam limitatio-
48 nem, de qua suprà, ita vt, siue in renunciatione sit ad-
mixtum delictum, siue non sit, absque Iuramento sub-
stineri non possit, vt, reprobatis contrarijs, tenent, prę
cęteris, *Alciat. d. l. fin. in verbo, Qua contra, vers. Alius casus, Cagnol. d. l. fin. num. 197. Bolognet. ibidem, nu. 508. & seqq. Hartm. Pistor. d. quæst. 5. num. 11. Gallerat. vbi supra, d. versic. Verum intellectum, per tot.* & concludit
etiam *Vacon. à Vacun. d. declar. 76. versic. fin.* ibi, *& ex his perspicuum est in d. §. si parens, non eo amittere bonorum possessiones contra tabulas, quod fuerit Pactum de non succedendo, cum quo esset admixtum delictum, vt tenet Bartolus, &c. Sed eo amittit, quod pecunia à filio accepta iam remuneratum est emancipationis beneficium, & sic cessat æquitas, qua motus erat Prætor ad dandam bonorum possessionem contra tabulas, &c.*

Illa tamen ab omnibus admittitur, in materia, limi-
tatio, quod valeat Pactum renunciatiuum non iura-
tum, quando Pater legitimaret filium suum natura- 49
lem, apposita conuentione, ne sibi ille succederet, vel
idem filius Patri, ita tenet *Bart. l. quæsitum, de adopt. Roman. Natt. Bolognett.* in locis adductis per *Hartm. Pistor. dict. quæst. 5. num. 12. Capon. de Pact. d. quæst. 54. num. 17.* vbi affert rationem, nempè, quia, cùm pater
voluntariè filium legitimauerit, potuit eam conditio-
nem, & legem apponere, quam voluit, *Alex. d. l. Pactum dotali*, vbi *Ias. num. 3.* explicat tamen idem *Ca-*
pon. vt non procedat in legitimatione, quæ fit per 50
contractum matrimonij, si enim quis contrahendo
matrimonium cum ea, ex qua priùs filios naturales
susceperat, vellet pacisci, vt filij ante procreati ex ip-
so contractu matrimonij verè legitimi non efficiantur
quoad totalem successionem, sed quod ei non succe-
dant, id facere non potest validè, quia, licèt maritus
voluntariè vxorem ducat, tamen conuentione illa ef-
ficere non potest, quin filij antea procreati, ex ipso 51
contractu matrimonij, verè legitimi efficiantur, *c. tanta, qui filij sint legitimi*, eos itaque conuentione illa,
à successione repellere non potest, etiamsi aliquid re-
cepissent, quod putant notandum *Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 80. num. 43.*

CAPVT VIII.

An valeat Pactum renunciatiuum sine Iuramento, interposita fide, in verbo Principis: Pro vtraque parte plura argumenta adducuntur, & tandem firmatur, pro nullitate talis Pacti, quando Iuramentum verum non fuit appositum. Plura, quando possit adimpleri Iuramentum per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Valet Pactum sine Iuramento interposita fide, in verbo Principis.*
2 *Fides Principis æquiparatur Iuramento.*
3 *Actum per æquipollens adimplere sufficit.*
4 *In Iuramentis potiùs mens promittentis, quàm verba attendi debent.*
5 *Per Principis fidem dicitur iuratũ per fidem Christi.*
7 *Verba Principum sunt firmissima.*
8 *Principũ dispositiones sunt ab omni malitia semotæ.*
9 *Contra, quod non valeant Pacta nostra interposita fide Principis.*
10 *Pactum futuræ successionis nullam vim obtinet, nisi Iuramento fuerit confirmata.*
11 *Nulli licitum est Ius publicum quibuscumque verborum cautelis circumscribere, & mutare.*
12 *Interpositio fidei Principis Iuramentũ non dicitur.*

13 Con-

13 *Contrauenient contractui iurato mediante fide Principis non incidit in periurium.*
14 *Iuramentum est Diuini nominis renocatio.*
15 *Definitio iuramenti non conuenit promissioni factæ mediante fide Principis.*
16 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
17 *Nullus potest esse Iudex in propria causa.*
18 *Iurans per fidem intelligitur iurare per fidem Catholicam, & est Iuramentum.*
19 *Non minus iurat, qui promittit per fidem Christi, quam qui per Euangelia.*
20 *Forma à lege tradita, est præcitè seruanda.*
21 *Quæ à Iure ob publicum bonum sunt introducta, ijs nec verbo, nec facto potest renunciari.*
22 *Forma, quæ est in specie adimplenda, non potest adimpleri per æquipollens.*
23 *Iuramentum in Pacto futuræ successionis plures effectus producit.*
24 *Quando iuramentum debet adhiberi pro confirmatione actus inualidi, est præstandum in forma specifica.*
25 *Quando iuramentum requiritur pro solemnitate actus, non sufficit dicere sub periculo animæ suæ.*
26 *Si admitteretur Pactum interposita fide Principis duplex resultaret correctio, legis Ciuilis, & Canonicæ.*
27 *Aliud est esse tale, aliud haberi pro tale.*
28 *Princeps in contrahendo habetur tamquam priuatus.*
29 *Promissiones illustrium personarum possunt obligare.*
30 *Quod procedit, quando non requiritur iuramentum, aliàs secùs.*
31 *Consuetudine induci non potest, vt tantum humanæ fidei, quantum Religioni erga Deum tribueretur.*
32 *Etiam de consuetudine Cameræ Imperialis est apponendum iuramentum expressum in renunciationibus.*
33 *Promissio facta à muliere sub fide Principis, non est tanti roboris, sicut promissio facta à Viro.*
34 *Facilius inducuntur mulieres ad renunciandum, quam Viri.*

NOnnullorum opinio est affirmatiua, quod va-
leant huiusmodi renunciationes, interposita
1 fide Pcincipis, absque Iuramento corporaliter præte-
rito; Siquidem omnes affirmant, quòd interpositio
fidei Principis Iuramento æquiparatur, *c.ad aures.de
bis.quæ vi met.caus. c.peruenit 2.de Iureiur Ias.§ si quis
2 postulante, num. 12. Inst. tit. de act.* & de promissione
Principis id sentiunt, *Schurf. Vuessemb. Coler.* & alij
multi penès *Hartm. Pistor.d.lib 4. quæst.6.nu.1.2. Gail.
obseru.59.num.1.2. Bertazzol. consil.47. num.32.* latissi-
mè *Paul.Christin. decis.Belg.125. num.2.lib.2. Kellemb.
de renunc.success.cap.3. num.2. Mager.de aduoc.arm. c.
13. num. 247.* vbi alios allegat; Igitur sufficiet inter-
ponere fidem absque Iuramento, nam actum sufficit
3 per æquipollens adimplere, *Corn.cons.279. num.8 vol.
3. Laur. de Pinu cons. 118. num.14. Kellemb. de renunc.
vbi suprà num.1.*
4 Deinde in Iuramentis, & promissionibus sacris
mens promittentis potiùs, quàm verba debent atten-
di *c. antecessor 11. quæst. 3. c.reatus 22. quæst. 2.* at per
eiusmodi promissionem, in effectu numen inuocatur,
5 *l.qui per salutem 33.ff.de Iureiur.* Nam Princeps, iuran
do, per fidem principalem, non de sua persona, sed
6 eius cogitasse censetur, qui ipsum in statum, & gra
dum ipsius sublimem ordinauit, merito, &c. vt latius
7 prosequitur *Kellemb. d. q.3. num.4.* vbi *num.5.* adiun-
git, quod verba Principum sint firmissima ex *Bald.
cons.327.num.4. vol.1. Dec. cons.286.num 4. Gail.lib.2.
obseruat. 55. num.3.* Iniuria enim non oritur, vnde
Ius originem suam ducit, & Ius nascitur, *l. meminerint.ff. vnde vi*, Sunt namque Principum dispositiones 8
ab omni malitia semoræ; Nihilque est, quod clariori
lumine in Principe perfulgear, quam recta fides, &c.
His autem non resistentibus, contrarium existimant 9
*Hartm.Pistor.d.lib 4 quæst.6.nu.2. vers.Horum tamen,
Kellemb vbi suprà, num.6. & seqq. Carpz.in Iurisp.for.
par.2.const.36.defin.9.num.3. & seqq.*
Nam successionis futuræ renunciatio nullam vim 10
obtinet, nisi Iuramento fuerit confirmata, vt suprà
cap.3.num.20. dictum fuit, ex quo sequitur, quoties
ea iuramenti religio non adest, pactum illud nulla alia
quantumuis firma, & efficaci protectione confirmari
posse, cum contrahentibus licitum non sit Ius publi- 11
cum quibuscumque verborum cautelis circumscribe-
re, & mutare.
Quòd verò interpositio fidei Principis Iuramentum
minimè dicatur, tenent communiter omnes, & 12
præcipuè *Sanchez in Decal. lib. 3. cap.2. num.32. &
de matrim. lib.7. disput.79.num.28. Filliuc.oper. moral.
tract. 25. cap.3.num.88. Leandr. de iuram.tract.1. disp.
3. quæst. 18. Fernand. Mendos. de Pact. lib. 1. cap. 6.
quæst.3.*
Et propterea dicunt DD. quod contraueniens con-
tractui iurato, mediante fide Principis, non incidit in 13
periurium, *Surd. de alim. tit.9. qu. 24. in princ. Zicch.
de oblig. cam. dec.67. num.3.*
Vlteriùs Iuramentum nil aliud est, quàm inuocatio
diuini nominis, in eum finem facta, vt Deus promissi 14
testis, & hoc si non seruetur commissi periurij vin-
dex esse velit, vt benè *Kellemb. vbi suprà num 6.* quæ
sanè definitio promissioni sub nobilitatis fide facta 15
minimè conuenire potest; aliàs dicendum foret pro-
mittentem tantum fidei suæ, quantum religioni erga
Deum tribuere, seque ipsum ob periurium vindicem
habere posse, quod & pietati, & legibus repugnat,
nemo enim est Dominus membrorum suorum, *l.liber 16
homo 13 ff ad l. Aquil. l. non tantum 16. ff. de appellat.*
Nec vllus in propria causa sibi vindex constitui po- 17
test. *l. extat 13. ff.quod met.caus. l.Iulianus 17.de iudic.*
ergo valdè differt vna species promissionis ab alia, &
à quibus remouetur definitio, ab ijsdem etiam remo-
ueri definitum necesse est, *Kellemb. d.loc.num.8.*
Illi autem, qui fidei præstationem iuramenti vim
habere existimant, non intellexerunt de fide politica,
vt apparet ex traditis per *Abb. d. cap. ad aures*, dum
ait, fidei præstationem propterea Iuramenti speciem 18
esse, quia adijcitur religionis vinculum, vt illi per
Euangelia iurant, hoc est per *fidem* nostram, quod
idem est ac iurare per Christum Dominum, nam vt
ait *Felin.* allat. *à Pistor. d. loc.* non minùs iurat, qui
promittit per *fidem Christi*, quàm, qui per Euangelia, 19
& hunc esse intellectum prædictæ conclusionis de-
monstrat *Didac. d.c.quamuis, prælect.1.§.2.num.2. Pi-
nell. l.2. p.3. cap.1. num 3. C.de resc. vend. Guttierez in
auth.Sacramenta Puberum, num.135. C.si aduers.vend.
Kellemb. vbi supra nu.12. versic. Nec quicquam.* Qua-
propter est concludendum, cum *Hartm. Pistor.* quod
illi, qui hanc doctrinam ad fidem politicam, vel fidem
Principum accommodarunt, ea abusi sunt, nihil enim
hæc commune habet cum fide Christiana.
Addi potest, cum *Kellemb. ibi num. 8.* quod forma
à lege tradita præcisè sit seruanda, *l.testandi, 13. C. de 20
testam.* nam, quæ à Iure, ob publicum bonum intro-
ducta sunt, ijs nec verbo, nec facto renunciare licet, 21
l.Ius publicum, ff. de Pact. l.nemo potest, 55.de legat.1.
Forma enim de Iure ad dispositionem aliquam requi-
sita in specie non per æquipollens adimpleri debet, 22
*Laur. à Pin.consil.18. num.13.15 Paris.cons.61. num.5.
volum.3. Andreol.controu.24.num.3. Altogr. consil.46.
num.5. & 15. vol.1. Ciarl.contr. contr.26. Post.resol.67.
num.6.*

num.6.& seqq.Thomat.decis.294.Sperell.decis.125. nu. 14.& seqq.lib.1.

Idque eò magis, quia non simpliciter Iuramentum Pactum huiusmodi confirmat, sed aliquos etiam effe-
23 ctus producit, vt benè obseruat, *Kellemb.d.loc.nu.* 10. vnde cum tot effectus ex solo Iuramento resultent, id sanè, vt solemniter, & in rei veritate præstetur, Iuris ratio omninò postulat, *Bursatt.cons.220.nu.23.vol.2. Tore.cons.20.nu.52.*

Et in omnē casū cùm Iuramentū pro confirmatione actus per se inualidi requiratur, illud in forma solem-
24 ni præstandum est, vt dicit *Pist.loc.cit. num.3.* vbi allegat in terminis, *Felin.Lucam de Penn.& Alciat.* affirmantes, quod, quando Iuramentum requiritur, pro solemnitate, vel validitate actus, non sufficit dicere, sub periculo animæ suæ, sed opus sit solemniter iurare,
25 quod latius etiam probauit, *Carpz.in Iurisp.for.par.2. const.36.definit.nu.3.4.* vbi in terminis latè probat vim Iuramēti non habere interpositionem fidei Principis.

Obseruat tandem *Hartm.Pist.d num.3. vers. magna etiam*, quod si contraria admitteretur opinio, induceretur non tantum Iuris ciuilis correctio, verum etiam Iuris Canonici immutatio, nam, cum Ius ciuile huiusmodi Pacta etiam iurata simpliciter improbet, id autem Iure Canonico catenus tantum corrigatur, vt Iuramenti religio salua sit, efficitur, si idem in promissione sub fide facta obtinere deberet, non tantum Ius
26 ciuile dupliciter corrigi, sed & Iuri Canonico, vltrà casum expressum, aliquid, priuata authoritate, addi, vt fidei præstatio idem operetur, ac Iuramentum; Vnde porrò sequitur in potestate contrahentium situm esse suis cautionibus Iuri tàm ciuili, quam Canonico derogare, aut addere, & fidei præstationem loco Iuramenti substituere, quod non est admittendum, docet *tex.l.fin.ff.de suis.& legit.hæred.*

Nec obstat, quod in contrarium fuit dictum per æquipollens actum adimpleri posse, nam id non pro-
27 cedit in forma, quæ ad actum aliquem perficiendum de Iure requiritur; hæc, enim, vt dictum fuit, est præcisè, seruāda, nec ab vllo potest immutari, aliud enim est esse tale, & aliud loco talis haberi, *Bart.l.1. nu.4.ff. de suis,& legit.* quod maximè in ijs, quæ in facto consistunt, ptout est præstatio Iuramenti, procedit, vt authoritate, *Bald.*& aliorum fundat, *Kellemb.d.loc.*

Et licet verba Principum sint firmissima, tamē hoc semper, & indistinctè verum non est, & Iura allegata tantum volunt, vt debeant esse, non quod semper, & perpetuo sint firmissima, licet enim, (concludit, *Kellemb.nu.15.*) in plurimis constans sit, & perpetua promissorum executio, in contrarium tamen à quibusdā esse actum exempla nō desunt; Vnde etiam rectè DD.
28 tradunt Principem, in contrahendo, censeri tamquam priuatum, eumque vti debere Iure communi *c.1.extr. de probat.c.1.de nat. feud. Gail.lib.2.obseru.56.num.12. Becc.cons.45.Surd.cons.410.num.47. & seqq. Menocch. cons.1.num.226.Altogr.cons.70.nu.26.& seqq.lib.2.*

Et tandem non sufficit dicere, quod saltem de consuetudine Germaniæ promissiones illustrium personarum sub dignitatis splendore factæ, possint obligare,
29 vt tradit, & testatur, *Minsing.cent.1.obseru. 17. Gayl. lib.2.obser.59.nu.6.* & alij apud *Carpz.d.deffin.9.nu.7.8.* namque, si credendum sit *Kellemb.d.loc.num.16.* talis consuetudo in ijs dumtaxat procedit dispositionibus,
30 quæ ad sui validitatem in specie Iuramentum non requirunt, tunc enim, ob splendorem dignitatis, & præsumptionem fidei, quæ in huiusmodi personis exuberare debet, promissiones eo modo peractæ æquè firmæ, ac si Iuramento stabilitæ fuissent iudicantur, non etiam vbi Iuris dispositione expressè, & pro forma actus Iuramentum requiritur, non enim consuetudine induci potuit vt tantum humanæ fidei, quantum religioni erga Deum tribuatur per ea, quæ traduntur *in c.penult.& fin.* & ibi Canonistæ *extr. de consuet.* Quapropter Iure merito, *Ricchard.in cons.52.num.3.4.vol. 1.& cons.81.nu.3.vol.2.* nec non, *Hartm.Pist.d.qu.6.n. 4.vers.minimè igitur in fine*, in specie in renunciationibus filiarum tenent Iuramentum corporaliter præ- 32
stitum requiri, etiam de consuetudine Cameræ Imperialis.

Quod absque hæsitatione est obseruandum, non tantum ex prædictis, sed etiam, quia, vt docet, *Pistor. d.loc.vers.præterea*, licet promissio sub fide Principis propter dignitatem principalem, aut nobilitatis decorem, tantum roboris habere debeat, vt Iuramento, ceteris paribus, æquiparetur, considerandum tamen est, nos agere, in proposito, de renunciationibus successionum, quæ plerumque à fœminis fiunt, & cum 33
alias semper maior censeatur esse dignitas in sexu virili, vtiquè dubium non est, quod promissio sub dignitate facta à muliere tanti ponderis non sit, ac si à viro facta esset; Non verò ab vno ad alterum casum licet arguere in his exorbitantibus, & correctorijs Iuris Communis. Vt omittamus, quod longè facilius adduci solent mulieres, quam Viri ad huiusmodi renunciationes Iuris, quod sibi competere sæpè ignorant, 34
vt vel hac de causa verum Iuramentum necessarium sit, quo religione huius adactæ diligentius rem perpendeant, *hæc Pistor &c.*

CAPVT IX.

An valeat sine Iuramento futuræ successionis renunciatio, quando non per Pactum, sed per abdicationem, vel abstentionem simplicem facta fuit. Quæ sit renunciatio translatiua, quæ abdicatiua, & quæ extinctiua: firmatur, quod valeat sine Iuramento, quando est merè abdicatiua.

S V M M A R I V M.

1 *Ius quod quis habet super bonis alterius viuentis est Ius vanum. & debile.*
2 *Non dicitur in bonis nostris, neque in rerum natura.*
3 *Non potest super bonis viuentis fieri conuentio.*
4 *Renunciatio est priuatio.*
5 *Priuatio præsupponit habitum.*
6 *Super hæreditatibus consanguineorum nobis competit aliqua spes, quæ potest remitti, & renunciari.*
7 *Spes hæredisatis viuentis dicitur probabilis, & competit de præsenti.*
8 *Fructus, vel partus nasci turi possunt deduci in Contractu.*
9 *Renunciatio translatiua dicitur, quando fit cum promissione ad fauorem alterius.*
10 *Fieri potest declaratio, vel protestatio de non succedendo.*
11 *Pactum de non succedendo fieri potest vel mediante Pacto, & stipulatione, cum interuentu personæ, cui fit renunciatio, vel per simplicem abstentionem, & abdicationem.*
12 *Quando quis declarat nolle succedere dicitur abstentio, & abdicatio pura.*
13 *Talis abdicatio fit solius renunciantis voluntate.*
14 *Abstensiua renunciatio ea est, qua mediante quis excludit se à Iure succedendi.*
15 *Actus de bonis viuentis non valent, quando respiciunt tempus præsens.*

16 *Va-*

16 *Valent, quando respiciunt tempus futurum.*
17 *Valent Pacta futuræ hæreditatis siue respiciant tempus præsens, siue futurum.*
18 *Dummodo excludatur votum captandæ mortis.*
19 *Vel adsit Iuramentum in suo casu.*
20 *Renunciatio abdicatiua valet indistinctè etiam non iurata.*
21 *In casu renunciationis abdicatiuæ cessant rationes inualiditatis alias consideratæ.*
22 *Per hanc renunciationem tollitur obstaculum, & non fit Pactum.*
23 *Qui renunciat abdicatiuè non dicitur alienare.*
24 *Eo casu successio non defertur, ex necessitate.*
25 *Abdicatio prodest omnibus ab intestato venientibus.*
26 *Abdicatiua renunciatio potest reuocari quandocumque.*
27 *Renunciatio abdicatiua non habet promissionem.*
28 *Extinctiua renunciatio principaliter considerat exclusionem renunciantis.*
29 *Sed tamen adeo eo casu sunt connexa renunciatio, & acquisitio alterius, vt vnum sine alio stare non possit.*
30 *Vltimus finis est primus in intentione.*
31 *Pactum de non succedendo ex parte vnius est semper Pactum de succedendo ex parte alterius.*
32 *Renunciatio, vel repudiatio sapit semper naturam Pacti, quando fit contemplatione alterius.*
33 *Alia renunciatio est, quæ fit fauore alterius, alia quæ fit ad nullius fauorem, vel contemplationem.*
34 *Renunciatio facta ad nullius fauorem valet sine consensu eius, de cuius agitur hæreditate.*
35 *Renunciatio est semper abdicatiua vbi agitur de hæreditate iuris nondum delati.*
36 *Non potest renunciari quod non est in rerum natura, neque dare possumus, quod non habemus.*
37 *Sed talis conclusio procedit, quando agitur de hæreditate tertij viuentis sine eius consensu.*
38 *Quando adest consensus tertij viuentis spes succedendi non est vana, & potest in contractum deduci.*
39 *Altogr. verba cons. 43. nu. 34. lib. 2. referuntur.*
40 *Valet renunciatio merè abdicatiua absque consensu eius de cuius agitur hæreditate.*
41 *Dummodo non fiat per Pactum, vel contemplatione alterius.*
42 *Carbonius post Marsin. de confiscat. quæst. 45. num. 59. reprobatur.*
43 *Renunciatio facta ad alterius fauorem sustinetur in vim abdicationis, licet non sustineatur in vim Pacti.*
44 *Sed contra, quod non valeat neque in vim abdicationis, neque in vim Pacti, quando fuit facta alterius contemplatione.*

IVs, quod quis habet, in bonis, vel hæreditate tertij
viuentis, vt alias diximus *cap. 1. nu. 12.* est ius vanũ,
1 & debile, nec dicitur esse in bonis nostris, imò neque
2 in rerum natura *l. post emancipationem 7. §. 1. ff. de li-
bert. legat. Castr. cons. 394. nu. 5. vers. præterea lib. 1.* latis-
simè *Altogr. cons. 43. nu 4. lib. 2.* & latius *Rot. Flor. im-
pressa post eumdem cons. §. spes enim,* vbi, quod, quate-
nus huiusmodi spes esset, reputatur acerbissima, va-
na, immatura, & non legitima, & improba, & infe-
rius, quod non modò talis appellatur spes succedendi
in hæreditate cuiusque viuentis, sed etiam spes succe-
dendi in hæreditate ipsorummet parentum, & tradit
etiam, alijs relictis, *Hyeron. Carbon. Macerat. in cons. im-
press. apud Massin. de confisc. q. 45. nu. 62.*
Et propterea multi ex DD. voluerunt nullam fieri
posse conuentionem super dictis bonis, & hæreditate
3 viuentis, vt argumento *tex. in l. si filius, l. constante vbi
gl. C. de donat.* contendunt, *Surd. cons. 298. num. 11. Grat.
dis. for. c. 299. n. 13.* Valent *Guilel Forst de Pact. c. 6. n. 9.
Gedd. c. de contrah. & committ. stipul. c 6. n. 92* & videtur
probare, *Actol. resol. 40. n. 24.* & alij plures relati *sup. in
c. 2. n. 2. & seqq.* & ratio videtur esse apertissima, quia,
cum tale ius nõ sit in rerum natura, nec competat re,
neq; spe, nemo potest ipsum à se abdicare, vel renun-
ciare, siquidem renũciatio est priuatio, & priuatio ha- 4
bitum præsupponit, *l. decem, ff. de verb. oblig. l. eius qui,* 5
*ff. si cert. pet. Surd. cons. 332. nu 4. lib. 3. Galler. de renunc.
cent. 1. q. 25. n. 17. vers. pro qua sententia Donad. eod. tract.
c. 2. n. 2. Faber. de err. pragm. decad. 12 err. 4. circa med.*
Nihilominùs, quamquam hæc vera sint, negari ta-
men non potest, quod si ius non habemus in hæredi-
tatibus cõsanguineorum, nobis saltem competat spes
aliqua, quæ satis de præsenti competere videtur, adeò 6
vt possit remitti, & renunciari, *Bolognet. l. 1. C. de Pact.
nu. 20. Galler. de renunc. cent. 1. num. 18. c. 25.* latissimè
Olea de cess. iur. & act. tit. 3. q. 10. nu. 13. cum alijs ab eo
cumulatis, & firmauit etiam *Rot. in Rom. hæreditatis de
Lanuccijs 25 Iunij 1661. cor. R. P. D. Taya dec. 161. num.
13. post tract. Capon. de Pact. c. 5. nu. 27.* & quod huius-
modi spes, quę remittitur, sit probabilis, & satis videa-
tur competere de præsenti alias diximus *cap. 11. nu. 9.* 7
huius lib. auctoritate *tex. in l. fin. C. de Pact.* in illis ver-
bis *spes alienæ hæreditatis,* & quod spes succedendi su-
perstiti sit ius, quod amitti possit, probatur ex *tex. l. 2.
§ si mater, ff. ad Tertull.* ac pariter, quod in Contractu
deduci possit spes incerta desumitur ex *tex. l. nam hoc
modo, ff. de hæred. vel act. vend. l. nec emptio, ff. de contr.
empt. l. penult. C. de donat.* & similiter fructus, vel par-
tus nascituri possunt deduci in contractu, licèt incerti 8
sint *§. non solum, §. ea quoque res Inst. de legat. §. 1. Inst.
de inutil. stipul. l. interdum, ff. de verb. oblig.* & in termi-
nis nostris *Altogr. cons. 43. nu. 34. lib. 2.*
Imò, non solum fieri potest Pactum de non succe-
dendo hæreditatibus viuentium, mediante renuncia-
tione cum pensione ad fauorem alterius, quo casu, 9
dicitur renunciatio translatiua, vt vidimus *sup c. 1. nu.
45. huius libri,* & dixit etiam *Rot. in Rom. hæreditatis de
Lanuccijs 20. Aprilis 1668. post tract. decis. 200. nu. 2. &
& in Bononien. Bonorum, seu successionis de Sighicellis 2.
Maij 1664. cor. Ottalora dec. 128. num. 19. post tract.* Sed 1
etiam fieri potest declaratio, vel protestatio de non
succedendo, & tunc, vel fit mediante Pacto, & stipula-
tione cum interuentu personæ, cui fit renunciatio, vel
alterius; aut fit per simplicem abstensionem, vel abdi- 1
cationem ad nullius fauorem, tunc autem propriè fie- 12
ri dicitur, quando nulla adhibita stipulatione, quis de-
clarat nolle succedere, & perficitur solius renuncian-
tis voluntate, vt latè ostendit *Galler. de renunc. lib 1. c.* 13
*8. num. 6. 7. 8. & seqq. Passer. in c. quamuis Pactum de
Pact. in 6. nu. 61.* de qua in præsenti agemus.
Abstensiua igitur, vel abdicatiua renunciatio, ità
dicitur, quia ea mediante, quis extinguit, vel excludit 14
à se ius succedẽdi, de medio se auferens, & locum alijs
faciens, puta cohæredibus quibus accrescit portio re-
nunciata, vt est *tex. in l. si duo, ff. de acq. hæred. Franch.
dec. 14. nu. 21. & dec. 101. Bottigl. de success. theor. 43. in
princ. Capon. de Pact. q. 53. nu. 12.* & dixit *Surd. cons. 133.
num 7. 8. Donad. de renunc. cap. 44. nu. 82. tom. 2. Rot. in
Rom. Fideic. de Steccatis 10. Febr. 1662. cor. R. P. D.
Bourlemont. dec. 62. nu. 6. post tract.*
Et licèt nõnulli distinctione vsi sint, videlicet, quod
non valeant actus de bonis viuentium, quando præ-
sens tempus respiciunt, vt allegato *tex. in l. nec non, C.* 15
de Captiuis &c. firmat, *Ann. cons. 54. nu. 32. Bolognett.
l. 1. C. de Pact. n. 77. Surd. cons. 398. n. 23.* Valeant, tamen,
quando sunt fundati in verbo respiciente non tempus
præsens, sed futurum, idem *Ann. vbi sup. nu. 32. Surd. d.
cons. 398. nu. 23. Cagnol. d. l. 1. C. de Pact. nu. 58. Galler. de
renunc. lib. 4. c. 3. nu. 45. Caldas cons. 50 num. 6.*

Tamen, re vera, quod vtroque caſu, valida ſit de-
claratio de non ſuccedendo in bonis viuentis, ſiue
per verba reſpicientia tempus futurum, ſiue præ-
17 ſens, aſſirmant, *Bolognett. l. 1. C. de Pact. num. 78 & ſeqq.* & ibidem *Cagnol. num. 78. 79. Gallerat. vbi ſup.*
num. 47. Vrceol. conſult. for. c. 98. num. 52. & ſeqq. Cal-
das d. conſ. 50. num. 6. pleniſſimè *Hodiern. contr. cap. 78.*
num. 15.

Quod eſt intelligendum, ſemper vt procedat in no-
ſtra renunciatione abſtentiua, vel abdicatiua, ſecùs
verò in cæteris, niſi datis terminis habilibus, videlicet,
18 vt ſi ſit ſermo de renunciatione tranſlatiua, & quæ
ſit per pactum cum ceſſione ad fauorem alterius, vel
extinctiua, mediante Pacto alterius contemplatione,
& fiat de hæreditate tertij viuentis, non inducatur vo-
tum captandæ mortis, ſed excludatur per conſenſum
perſonæ de cuius bonis agitur, vt in *d. l. fin. C. de Pact.*
19 Si verò fiat ad fauorem illius de cuius bonis agitur
adſit Iuramentum iuxtà *tex. in c. quamuis Pactum de*
Pact. in 6.

Cùm, verò, agitur de noſtra renunciatione abdica-
tiua, quæ fit ſolo conſenſu renunciantis per ſimpli-
cem abſtenſionem, & vt dici ſolet, abdicatiuè valet
20 indiſtinctè etiamſi iurata non ſit, nec acceſſerit con-
ſenſus perſonæ, in cuius hæreditate renuncians ſperat
ſuccedere.

Hæc opinio probatur, auctoritate *Surd. conſ. 133.*
num. 6. verſ. reſpondeo, & num. 21. verſ. remouetur Gal-
lerat. de renunc. d. lib. 4. c. 3. num. 45 Hodiern. contr. c. 28.
num. 15. qui dicunt, aliud eſſe, in ſimplici renunciatio-
ne, & abſtenſione, & aliud in Pacto de non ſuccedeu-
do, fauore alterius, & primò quidem caſu, nullum ius
tertio confert renuncians, ſed ſolum ipſemet iure ſuo
priuatur, & hæc cùm ſit quædam abdicatio, & abſten-
ſio, vnius tantum voluntatem exigit, ob quam remo-
uetur impedimentum, quod ex illius renunciantis
perſonà erat paratum, & per eam, ſubducendo ſe de
medio, aperitur via ſuccedentibus ab inteſtato, qui
non à repudiante, ſed ab ipſa lege, quæ hæreditatem
defert, illam habere dicuntur: Et hoc caſu ceſſant ra-
21 tiones, ex quibus DD. firmarunt non valere Pactum
de ſuccedendo; quod, ſcilicet, hæreditas non poſſit
per Pactum transferri, ne auferatur libera teſtamen-
ti factio, & inducatur votum captandæ mortis; Nam
hæreditas illa non prouenit ex Pacto, ſed ſolùm, per
illam renunciationem tollitur obſtaculum, quod ei
22 erat impedimento, & propterea renuncians, per ta-
lem abdicationem, vel abſtenſionem non dicitur alie-
23 nare, vt per *Rot. d. Rom. Fideic. de Steccatis 10. Febr.*
1662. cor. R. P. D. Bourlemont. dec. 62. num. 6. poſt tract.
quia per renunciationem non aufertur portio vnius;
ſed alterius portio impinguatur; minuſque inducit
votum captandæ mortis, cum ex neceſſitate ei cui ſit
24 renunciatio, non deferatur ſucceſſio; nam adhuc po-
teſt quem velit inſtituere, & ſic, per ſimplicem abſten-
ſionem impinguatur, portio omnium, & omnibus
prodeſt ab inteſtato venientibus, & propterea in ea
25 non requiritur conſenſus illius, de cuius hæreditate
agitur; Quæ quidem conſiderationes ceſſant in Pa-
cto de non ſuccedendo fauore certæ perſonæ inito, vt
pluries vidimus.

Benè verum eſt, quod huiuſmodi renunciatio ab-
dicatiua ad nullius determinatæ perſonæ fauorem in-
terpoſita poteſt quandocumque reuocari, antequam
26 alter ius appræhendat, vt per *Gallerat. de renunc. d.*
lib. 4. cap. 3. nu. 8. Et ratio eſt, quia ſimpliciter renun-
cians non dicitur ſe obligare, ſiquidem ſolum abdicat
à ſe ius ſuum, *Caſtr. l. ſi mulier, §. ſi mulier num. 4. ff. ad*
27 *Vell.* & cum ſimplex, & abdicatiua renunciatio non
habeat promiſſionem non poteſt dici, quod inducat
obligationem, vt tenet *Bald. l. iubemus opp. 4. C. ad Vell.*
& alij relati per *Galler. d. lib. 4. cap. 3. num. 37.*

Neque dicatur, quod ea quæ fuerunt ponderata
in abdicatiua renunciatione videantur etiam proce- 28
dere in extinctiua, in qua fit Pactum de non ſucce-
dendo, fauore alterius, eo enim caſu, principaliter
videtur actum de excluſione renunciantis, non de ac-
quiſitione renunciatarij; Namque, hoc admiſſo,
quod, eo caſu, principaliter agatur de excludendo
renunciantem, & acquiſitio perſonæ contemplatæ
veniat in conſequentiam; nihilominùs, vt benè ait,
Gallerat. de renunc. cent. 1. cap. 15. num. 19. adeò ſunt
coniunctæ, & connexæ renunciatio, abdicatio, vel pri-
uatio, & acquiſitio eius, cui fit renunciatio, vt vna 29
minimè eſſe poſſit ſine altera; Imò, vltimus finis,
qui inſpici debet primus eſt in intentione, *l. qui libe-* 30
ris, §. hæc verba vbi Caſtr. de vulg. & pupill. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 45. & ſanè princi-
palis intentio renunciantis, eſt hoc caſu, non, vt ſe
priuet, ſed vt acquirat ei, cui fit renunciatio, aliàs
non eſſet renunciaturus; Vndè, hoc caſu, non poteſt
eſſe Pactum de non ſuccedendo in perſona vnius,
quin ſit de ſuccedendo in perſona alterius, & pro-
pterea non ſubſiſtit, benè *Bolognett. l. fin. numer.*
11. 57. 115. C. de Pact. & melius *Hartm. Piſtor. lib. 4.* 31
quaſt 6. numer. 40. verſ. hoc enim, & admittit etiam
Rot. in Romana hæreditatis de Lanuccijs 20. Aprilis
1668 coram R. P. D. Taya deciſ. 200. nu. 3. poſt tract.
Pat. Paſſerin. cap. quamuis Pactum de Pact. in 6. num.
77. & latius id notat *Surd. d. conſ. 133. numer. 20.*
verſ. nec mouet, vbi ſic ait, *Dum vero dicitur, quod*
principaliter agitur de excludendo renunciantem, &
licet per illius excluſionem alius includatur, tamen id
fit in conſequentiam, reſpondetur, hoc eſſe falſum, quia
renunciatio æquè principaliter tendit ad fauorem eius,
qui includitur, & cuius portio impinguatur, ſicuti re-
ſpicit excluſionem renunciantis; Finis enim, & in-
tentio Patris, qui filiam inducit ad renunciandum non
eſt alius, niſi vt per vnius excluſionem pinguior effi-
ciatur aliorum portio, & hoc finis eſt principium in
intentione, licet quoad executionem poſteriore loco ſe-
quatur, & latius idem *Surd. numer. 21. verſ. remoue-*
tur, proſequitur reſpondendo ad obiectum, in quo
dicebatur renunciantis ſorores non ſuccedere ma-
tri, & Pacto, ſed ex renunciatione, per quam per-
indè eſt, ac ſi renuncians numquam fuiſſet in re-
rum natura, vel ac ſi ipſi renuncianti delata eſ- 32
ſet ſucceſſio, & eam repudiaſſet; Quod, quia, in
ſuo caſu, renunciatio erat facta ad fauorem alio-
rum filiorum, atque illorum contemplatione, illi
cenſentur ex Pacto vocati, & tali caſu, renunciatio
ſapit naturam Pacti; nam alia eſt renunciatio ſim-
pliciter facta, alia, quæ fit contemplatione aliquo-
rum; ea, enim, quæ fit ſimpliciter, impinguat por-
tionem omnium, & prodeſt omnibus, ea vero, quæ
contemplatione alicuius fit, illi tantum non alij pro-
deſt, & ideò, licet regulariter, ſi duæ extent ſoro- 33
res, & vnicus frater; atque ex ſororibus vna nuben-
do ſimpliciter renunciet Paternæ hæreditati, pro-
ſit illa renunciatio omnibus, vt dicit *Bald. & Caſtr.*
allegati per *Surd. ibidem,* tamen, ſi renunciatio ſit
facta contemplatione fratris tantum, vt, quia ab eo
ſolo ſit acceptata, prodeſt ſoli fratri, vt multorum
auctoritate, comprobat idem *Surd. vbi ſup. num. 23.* &
à me latiſſimè aliàs fuit comprobatum *cap. 11. num. 9.*
huius libri.

Ex quo deducitur, quod, licet valeat renunciatio
abſtentiua, & abdicatiuè concepta abſque conſenſu 34
eius de cuius agitur hæreditate, id tamen procedit
dumtaxat, quando non fuit concepta alicuius fauore,
& contemplatione, quia, eo caſu, tranſit in renuncia-
tionem tranſlatiuam, vel extinctiuã, vt vidimus, & nõ
poteſt

potest substineri non accedente consensu personæ, de cuius Patrimonio agitur.

Et quamquam, apud nonnullos DD. ea passim admittatur conclusio, quod, vbi agitur de hæreditate iu-
35 ris nondum delati, semper renunciatio dicatur abdicatiua, non purè extinctiua; adeò vt, per talem refutationem quis de medio se subtrahat, alijsque, quicumque illi sint, successoribus ab intestato faciat locum; non verò valet sua iura transferre in tertium ex rationibus suprà deductis, quod ius super hæreditate tertij viuentis, non sit in bonis nostris, vndè transferri non possit, quod non est in rerum natura, neque dare pos-
36 simus, quod non habemus, vt præ ceteris, *Gabr. cons. 35. num. 22. & seqq. vol. 1. Io: Andr. de Georgijs alleg. 29. per tot.* & præcipuè *num. 14 22. Capye. Latr. consult. 76. num. 47. 48.* & latissimè probauit, *Franc. de Andria in eius cons. impress. apud Bottigl. de success. post theor. 49. c. 2. per tot. cons.* & præcipuè *num. 18. Hieron. Carbon. Maceraten. in eius cons. penes Massin. de confisc. quæst. 45. num. 58. 59. & seqq.* & videtur etiam ità sentire doctis. *Altogr. cons. 43. num. 37.* ibi, *Secundò dicitur renunciationem de huiusmodi spe incerta posse solùm substineri virtute Pacti simplicis de non petendo, & habere vim abdicatiuam tantum, & esse simplicem repudiationem &c.*

Nihilominùs eorum opinio ità est intelligenda, vt cedat, quando versamur in renunciatione hæreditatis
37 tertij viuentis, absque consensu eius, de cuius agitur hæreditate; Siquidem certum est, quod, eo casu, nequaquam potest substineri in vim Pacti, & quatenùs est renunciatio translatiua, & ad fauorem alterius ob impedimentum voti captandæ mortis; sed tantum substineri posset tamquam renunciatio facta per abstentionem, & abdicationem, quia, eo casu, non potest illa ratio voti captandæ mortis adaptari ad hanc renunciationem, vt dixi.

Quando, verò, agitur de hæreditate tertij viuentis, & accessit consensus consanguinei, de cuius hæreditate agitur, certum est, quod indistinctè valet renunciatio, siue fiat, in vim Pacti, ad fauorem alterius, siue per abstentionem ad nullius fauorem; & parum re-
38 fert, quod in Pactum deducatur ius futurum, & incertum, quia semper renunciatio est valida, nam, eo casu, illud ius futurum, seù incerta spes non dicitur vana, inanis, & debilis, vt, se explicando, tradidit, doctissimus *Altogr. d. cons. 43. numer. 34. & seqq. lib. 2.* ibi, *Ad id vero, quod subijcitur renunciari posse ius*
39 *futurorum, & de futuro, iuxta ea, quæ dixi consil. 66. &c.*

Respondetur, quod, si consistat in iure deuoluendo ex hæreditate viuentis, est verissimum, suppositis, tamen, terminis habilibus, & necessarijs ad constituendum in esse tale ius, quod cessibile sit, hoc est consentiente eo, de cuius hæreditate agitur, & in consensu, perseuerante, aliàs id subsistere non potest, Molin. de Rit. nupt. lib. 3. quæst. 83. num. 8. 9. & infra num. 15. Cabed. decis. 164. nu. 1. 2. 3. 4. cum circumscripto dicto consensu, & perseuerantia, talis spes de hæreditate viuentis, non habeat habitum iuris, nec veniat appellatione bonorum, actionum, vel iurium, nec sit in bonis nostris, nec quis dicatur habere ius in spe, sed solum spem quamdam immaturam, acerbissimam, & improbatam, quæ non dicitur esse ius aliquod &c. Bertazz. consult. decis. 56. num. 90. & infra, & consult. 57. num. 1. & seqq Torniol. cons. 12. num. 1. & ideò diximus *suprà hanc inanem spem non esse iuridicam, ad effectum de ea disponendi, & in alios transferendi, ad cuius conclusionis maiorem comprobationem, addo Castr. cons. 195. incipit videndum in fine lib. 1. Tusc. pract. concl. lit. I, conclus. 529. & lit. S, concl. 365.* præcipuè *num. 6. Bertazzol. d. cons. 57. nu. 10.* Hæc *Altograd.*

Ex cuius auctoritate comprobatur mea supra allata conclusio, quod valet renunciatio abdicatiua, & abstensiua etiam sine Iuramento, & consensu eius, de cuius agitur hæreditate, & quod ius, vel 40
spes, quam quis habet in bonis alterius potest per abstentionem, & abdicationem repudiari, & renunciari.

Et hæc, vt alias diximus, sunt strictè intelligenda in casu simplicis abdicationis, & abstensionis nullius fauore factæ, & interpositæ iuxta considerationem allatam per *P. Passer. d. c. quamuis Pactum de Pact. in 6.* 41
num. 61. quia, si renunciationes habent admixtam Iurium translationem, vel fiunt in manibus tertij ipsius contemplatione, nequaquam erunt validæ, nec tamquam renunciationes translatiuæ, nec tamquam abdicatiuæ, licèt contrarium videantur sentire *Car-* 42
bon. penes Massin. de confisc. d. quæst. 45. num. 59. & seqq. Franc. de Andria post Bottigl. d. theor. 49. num. 18 Capye. Latr. d. consult. 76. num. 47. 48. & alij plures ab ipsis allegari, qui firmarunt renunciationem factam ad alterius fauorem, in vim Pacti, non substineri tamquam translatiuam, sed, vti abstensiuam, & abdicatiuam esse va- 43
lidam, adeò vt renuncians non possit ampliùs ad bona renunciata adspirare, sed fiat locus alijs agnatis successiuè vocatis. Hæc, enim, conclusio de iure non procedit, nam, vt suprà firmauimus, quando renunciatio transit in vim Pacti, & contemplatur aliqua persona, ad cuius fauorem fit, semper contrà ipsam militant efficaces rationes inualiditatis suprà ponderatæ, ex quibus redditur inanis, & nullius momenti, 44
ac si facta non fuisset, & per consequens persona, quæ renunciauit, ad ipsa bona, hæreditates, & successiones renunciatas admitti debet, pariter ac si renunciatio facta non fuisset &c.

CAPVT X.

Renunciatio futuræ successionis, quando sit realis, quando personalis stabilitur diuisio in translatiuam (quæ semper est personalis, dummodo non fiat de re iam delata, respectu renunciatarij) extinctiuam, quæ regulariter est realis, sed potest aliquando esse personalis (& abdicatiuam simplicem) quæ semper est realis.

S V M M A R I V M.

1. *Renunciatio vel est extinctiua, vel translatiua, vel abdicatiua.*
2. *Renunciatio alia realis, alia personalis.*
3. *Translatiua renunciatio, quæ sit.*
4. *Translatiua renunciatio potest esse realis, & personalis.*
5. *Imò potest etiam esse mixta.*
6. *Translatiua semper est personalis.*
7. *Est semper personalis, quia interuenit persona, cui fit renunciatio.*
8. *Et habet pro causa finali fauorem alicuius personæ.*
9. *Potest esse realis, quoad renunciationem translatiuam.*
10. *Est realis translatiua, quando fit de re iam delata.*
11. *Renuncianti actiones suas non datur regressus.*
12. *Renunciatio iuris delati est donatio.*

13 *Donatori non datur regreſſus ad bona donata.*
14 *Renunciatio translatiua poteſt aliquando eſſe realis quoad renunciantem.*
15 *Verba demonſtrant finem, & intentionem renunciantis.*
16 *Nullum eſt noſtræ voluntatis clarius teſtimonium, quam verba.*
17 *Verba repreſentant hominum intentionem, ſicut facies ſpeculum.*
18 *Renunciatio eſt realis, quando apparet renunciantem ſe voluiſſe perpetuo excludere.*
19 *Eſt perſonalis, quando non apparet ſe voluiſſe perpetuo excludere, ſed in caſu exiſtentia perſonæ contemplatæ.*
20 *Dictio, quibuſcumque efficit, vt renunciatio ſit realis, & ſemper in renunciatione ſubintelligitur.*
21 *Dictio, in perpetuum efficit renunciationem realem.*
22 *Et quando adeſt clauſula, vt vllo vnquam tempore habeat regreſſum.*
23 *Pactum de non petendo cum Aquiliana ſtipulatione efficit renunciationem realem.*
24 *Et hoc caſu cenſetur renunciatum ſucceſſioni vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati.*
25 *Renunciatio propter dotem eſt realis.*
26 *Renunciatio propter dotem eſt realis non obſtantibus clauſulis in contrarium.*
27 *Quando fit renunciatio titulo donationis ſemper eſt realis.*
28 *Facta intuitu religionis renunciatio ſemper eſt realis.*
29 *Et etiamſi non exprimatur cauſa religionis, quando fit renunciatio paulo ante religionem, dicitur realis.*
30 *Correſpectiuitas deſumitur ex vicinitate actuum.*
31 *Quando in renunciatione eſt expreſſum, quod debet eſſe realis eſt ſemper talis.*
32 *Effectus renunciationis realis eſt, vt renuncians ſit perpetuò excluſus.*
33 *Eſt ſemper perſonalis renunciatio, quando fit contemplatione perſonæ cui renunciatur.*
34 *Eſt difficile, vt quis transferat in alium propria bona, & non cogitet de acquiſitione renunciatarij.*
35 *Quando eſt contemplata perſona, eſt perſonalis renunciatio.*
36 *Et reſoluitur per mortem perſonæ contemplatæ.*
37 *Non obſtantibus clauſulis prægnantiſſimis.*
38 *Eſt ab omni ratione alienum voluiſſe renunciantes ſe ipſos excludere, vel Monaſterium ab hæreditate etiam in concurſu agnatorum remotorum, & poſt decimum gradum fiſci.*
39 *Eſt intelligenda renunciatio ſecundum veriſimilem ſenſum renunciantis, & renunciatarij.*
40 *Et non obſtantibus quibuſuis clauſulis renuncians reuertitur ad ſua bona, deficientibus perſonis contemplatis.*
41 *Clauſula, quibuſcumque, Pactum de non petendo, & aliæ ſi quæ ſint non poſſunt efficere realem translatiuam renunciationem.*
42 *Neque etiam verba ipſa, quod renunciatio ſit realis.*
43 *Nam intelligitur extantibus perſonis contemplatis.*
44 *Et quamquam ſit concepta per verba denotantia donationem.*
45 *Donatio non cadit in bonis nondum quæſitis.*
46 *Donatio in renunciationibus non alterat eorum naturam.*
47 *Donatio corruit per deficientiam perſonæ contemplatæ.*
48 *Cauſa ingreſſus in religionem non operatur validitatem renunciationis.*
49 *Afferuntur verba Paſſer. cap. quamuis Pactum de Pact. in 6. num. 63. vbi quando verò ſit perſonalis renunciatio.*
50 *Clauſula ampliſſima in translatiua renunciatione operantur pro vniuerſalitate renunciationis, & pro realitate exiſtentibus perſonis contemplatis.*
51 *Et quod in perſonas contemplatas translatum ſit dominium rei renunciatæ.*
52 *Quando in renunciatione translatiua adſunt verba adeo prægnantia, vt clariſſimè deducatur voluntas diſponentis, poteſt eſſe realis.*
53 *Quando verba ſunt clara non eſt locus diſputationi.*
54 *Extinctiua renunciatio eſt realis.*
55 *Quæ veniunt in conſequentiam non attenduntur.*
56 *Poteſt nihilominus aliquando eſſe perſonalis.*
57 *Contemplatio perſonarū excludit omninò realitatē.*
58 *Tacita perſonarum contemplatio inducit perſonalem renunciationem.*
59 *Verba ſunt inſpicienda, & clauſulæ ad inducendam realitatem, & perſonalitatem renunciationis extinctiuæ.*
60 *Abdicatiua renunciatio eſt ſemper realis.*
61 *Dummodo habuerit effectum ad fauorem alterius, aliàs poteſt reuocari.*

DIxi aliàs *in cap. 1. n. 40. hoc eod. lib.* renunciationes
eſſe, vel translatiuas, vel extinctiuas, vel abdica- 1
tiuas, nunc, autem, eſt opus eamdem renunciationem
ſubdiuidere, quod alia ſit realis, alia perſonalis; quādo,
autem, verè dicatur perſonalis renunciatio, & quando
realis, eſt materia ſatis à DD. agitata, in qua plerumq;
confunduntur ſcribentes, ego, autem, pro maiori faci- 2
litate, vtar in hac quæſtione eadē diſtinctione, de qua
ſupra, & prius agā de translatiua renunciatione, poſt-
modū de extinctiua facta ad fauorem alterius, & tandē
de abdicatiua, vel abſtenſiua ad nullius fauorem.

Translatiua, igitur, renunciatio, quę fit, quādo quis, 3
diſponendo, renunciat cum ceſſione ad fauorem alte-
rius, vt alias vidimus, & determinat *Andreol. cōtr. 310.*
n. 14, Rot. in Bonon. Bonor. ſeu ſucceſſionis de Sighicellis 2.
Martij 1663. cor. R. P. D. Ottalora dec. 127. n. 8. poſt tract.
& 2. Maij 1664. cor. eod. dec. 128. n. 18. poſt d. tract. & in
Rom. hæreditatis de Lanuccijs 20. April. 1668. cor. R. P.
D. Taya dec. 200 n. 2. poſt tract. poteſt eſſe realis, & per-
ſonalis, iuxtà tradita per *Donad. de renunc. c. 44. nu. 89.* 4
tom. 2. Alij etiam addunt tertiam ſpeciem, & dicunt 5
eamdē, tripliciter conſiderari poſſe, nempè, prout di-
uiditur, in perſonalem, realem, & mixtam, vt explicat,
P. Paſſer. ad l. quamuis Pactum de Pact. in 6. n. 44.

Ego tamen puto renunciationem translatiuā ſem-
per eſſe perſonalem, habito reſpectu ad perſonam, cui 6
renunciatur; namque, ſi perſonalitas deſumitur, ex cō-
templatione perſonæ, cui fit renunciatio, *Menoch. cōſ.*
335. n. 30. 31. Rot. cor. Merl. dec. 62. nu. 23. & in Rom. Fi-
deic. de Steccatis 15. Iunij 1665 cor. R. P. D. Bourlemont,
dec. 63. n. 4. poſt tract. & in d. Rom. hæreditatis de Lanuc-
cijs 20. April. 1668. cor. R. P. D. Taya dec. 200. nu. 4. poſt
tract. & firmarunt etiam cumulati per *Donad. d. c. 44. n.*
90. tom. 2. & alij infrà allegandi, non poteſt eſſe perſo-
nalis, quocumq; modo, concipiatur, quia ſemper adeſt
& interuenit perſona, cui fit renunciatio, & in quam 7
transferuntur iura ceſſa, & renunciata, vt tradit nouiſ-
ſimè, *Io: Petr. Actol. reſol. 40. nu. 26. verſ. quia ſufficit*, &
optimè obſeruat etiam *P. Paſſer. d. c. quamuis Pactū de*
Pact. in 6. n. 46. vbi ait, *falſum eſt, quod ſcribit Donad. de*
renunc. c. 44. to. 2. n. 89. ſcilicet, quod renunciatio transla-
tiua diuidatur in realem, & perſonalem, quia imò omnis
renunciatio translatiua eſt perſonalis, cum renuncians,
per eam, nedum à ſe abdicet dominium rei propriæ, ſed
illud transferat in alium, & inferiùs *num. 54. omnis igi-*
tur renunciatio translatiua, vt translatiua, eſt perſonalis, 8
quia habet pro cauſa finali fauorem perſonæ in quam
transfertur dominium &c.

Benè verum eſt, quod, licet ſemper ſecundum ſe, re-
nunciatio trāslatiua ſit perſonalis, quoad renunciata- 9
rium,

9 rium; tamen quoad renunciantem est aliquando rea-
lis,& operatur effectus realis renunciationis, & de ea
judicatur tamquam de reali, & præcipuè id accidit,
vbicumque fit renunciatio translatiua,de re iam dela-
ta; tunc, enim, benè adaptatur regula, de qua pluries
10 mentionem fecimus,quod renuncianti actiones suas,
11 non datur regressus *Honded. cons. 1. num. 5. vol. 1. Rot.*
dec. 328. nu. 4. par. 12. & decis. 290. par. 9. rec. & in Rom.
hæreditatis de Lanuccijs 21. Iunij 1661. cor. R.P.D. Ta-
ya post tract. dec. 161. num. 3.
Et ratio est,quia, eo casu renunciatio transit in do-
12 nationem,vt,alijs omissis, firmat *Donad. de renunc. c.*
44. num. 79. tom. 2. Rot. decis. 290. par. 9. rec. In donatio-
ne verò, nequaquam donatori datur regressus ad bo-
13 na donata, *l. 1. ff. de donat. l. si quis argentum, §. fin. ad fin.*
C. eod. l. Senatus, C. eod. & in terminis renunciationis,
per viam donationis, fuit latè firmatum *in Rom. Fi-*
deic. 27. Iunij 1660. cor. R.P.D. Beuilaqua decis. 48. nu. 1.
& seqq. post tract. & in Firman. Bonorum 7. Iunij 1662.
cor. Eminentiss Card. Cerro decis 87. num. 6. post tract. &
in d. Rom. Fideic. de Steccatis 10 Febr. 1662. cor. R.P.D.
Taya dec. 62. num. 1. post tract.
Quando, verò sumus in renunciatione translatiua
de bonis non delatis,sed deferendis,& in certis,vt sunt
14 consanguineorum hæreditates,tunc,quamuis,vt vidi-
mus, renunciatio sit semper personalis, habito respe-
ctu ad personas,quibus fit renunciatio,tamen potest,
iuxtà facti circumstantias aliquando esse realis, & ali-
quando personalis, quoad renunciantes; iuxtà quo-
rum voluntatem, & intentionem est regulandus actus
renunciationis.
Ad dignoscendum, igitur, hoc casu, an realis, vel
15 personalis sit renunciatio,verba,& formula renuncia-
tionis sunt inspicienda, nam verba demonstrant finē,
& intentionem renunciantis *l. fin. §. fin. ff. mandati, l. cum*
seruus, ff. de verb. oblig. Donad. de renunc. c. 44. num. 52.
tom. 2. vbi, quod nullum nostræ voluntatis maius, &
16 clarius est testimonium, quam verborum expressa
qualitas, *Surd. dec. 238. num. 8.* cum simil. *& dec. 47. nu.*
16. Verba, enim, repræsentant hominis intentionem,
17 sicuti speculum faciem *Peregr. de fideic. art. 11. nu. 36.*
idem Donad. vbi sup. nu. 53.
Si,itaque,ex verisimili mente renunciantis apparet,
eundem renunciantem semper voluisse se excludere,
18 renunciatio erit realis, vt multis cumulatis ostendit
Rota de priuil. mul. c. 4. pag. 371. nu. 9. Donad. de renunc.
d. c. 44. nu. 27. tom. 2. Merl. Pignat. contr. tom. 1. c. 5. Ma-
strill. dec. 65. nu. 12. & seqq. latissimè cum multis cumu-
latis, *Capyc. Latr. consult. 76. n. 45. & seqq. & consult. 77.*
nu. 30. & seqq. Rot. in d. Rom. Fideic. de Steccatis 10. Feb.
1662. cor. R.P.D. Bourlem. dec. 62. num. 2. post tract. & in
Firm. Bon 7. Iunij 1662. cor. Eminentiss. Cerro dec. 87. nu.
2. post tract. & in Rom. Fideic. 27. Iunij 1660. cor. b. m.
Emerix dec. 48. nu. 3. post tract. & in Rom. hæreditatis de
Lanuccijs 21. Iun. 1661. cor. R.P.D. Taya dec. 161. nu. 8.
9. post tract.
Quando,verò,ex verbis apparet renunciantem non
19 se voluisse perpetuò excludere, sed dumtaxat in casu
existentiæ personæ contemplatæ erit personalis, vt,
omissis antiquioribus,probat *Donad. de renunc. c. 44. n.*
9. & seqq. tom. 2. & ponderauit *Rot. in Rom. Fideic. 24.*
Maij 1662. cor. R.P.D. Taya decis. 160. nu. 5. 6. post tract.
in Mant. Bonor. 10. Martij eiusdem anni cor. Eminentiss.
Cerro dec. 89. n. 6. in d. Rom. Fideic. de Steccatis 15. Iunij
1665. cor. R.P.D. Bourlemont. dec. 63. nu. 2. 3. post tract. &
in Marsicana successionis 4. Feb. 1665. cor. b. m. Emerix
decis. 116. nu. 16. rursus in ead. Rom. Fideic. de Steccatis
4. Feb. 1667. cor. R.P.D. Bourlemont. dec. 64. n. 3. & seqq.
post tract. in Rom. Fideic. de Lanuccijs 20. Aprilis 1668.
dec. 200. nu. 3. 4. post tract. & in Rom. Fideic. 27. Martij
1669. cor. R.P.D. Calataiù dec. 72. nu. 89. post tract.

Et propterea tenent renunciationem esse realem in
casu, quo sit renunciatum Iuri, quod quis habet, vel
habere sperat,competenti,& competituro,eius hære-
dibus,& successoribus quibuscumq; nam talis dictio,
quibuscumque,efficit,vt realis dicatur renunciatio, nō 20
solùm ad fauorem hæredum, & successorum sangui-
nis, sed quorumcumque consanguineorum, vel non
consanguineorum,vt,multis cumulatis, obseruat *Do-*
nad. de renunc. c. 44 nu. 27. lib. 2. Capyc. Latr. consult. 77.
nu. 30. quod talis dictio, *quibuscumque*, compræhendit
omne genus personarum, *Cancer. var. par. 3. c. 15. num.*
17. & seqq. & latè ostendit, *Conciol. alleg. 31. num. 5.* vbi,
quod, quamuis non sint expressa verba, *quibuscumq;*
tamen subintelligantur, per clausulam *Successoribus,*
&c. & ità etiam voluit *Rot. dec. 34. nu. 10. par. 12. rec.* &
dixit etiam *Molin. de ritu nupt lib. 3 qu. 85. num. 60 &*
seqq. quem refert *decis. 143. nu. 13. par. 12. rec.* & latiùs
decis. 328. nu. 7. & in allegata Fideic. de Steccatis 10. Feb.
1662. cor. R.P.D. Bourlemont dec. 62. nu. 5. post tract.
Et præcipuè, id procedit, quando, vltrà prædicta,
adest in renunciatione,dictio, *in perpetuum*,tunc enim
semper censeri realem,autumarunt *Conciol. consult. 31.* 21
nu. 7. 9. & alleg. 50. nu. 43. Capyc. Latr. d. consult. 77. n. 30.
lib. 2. Rouit. cons. 44. nu. 6. lib. 1. Merlin. Pignat. contr. for.
c. 5. nu. 10. vel quando fuit additum, *ità quod nullo vm-*
quam tempore, & quauis causa, & occasione habeat re-
gressum ad bona &c. Altogr. cons. 66. num. 45. lib. 1. Rot.
dec. 714. nu. 6. par 2. rec. & dec. 186. nu. 5. par. 3. Merlin.
dec. 62. nu. 23. & in Rom. hæreditatis de Lanuccijs 21. Iu- 22
nij 1661. cor. R.P.D. Taya dec. 161. nu. 8. 9. 17. post tract. &
in Firmana Bonor. 7. Iunij 1662. cor. Eminentiss. Cerro
dec. 87. nu. 7. post tract.
Vlteriùs multum operari Pactum de non petendo
cum Aquiliana stipulatione, ad inducendam realita-
tem,admittunt citati DD. & præcipuè, *Donad. vbi sup.* 23
nu. 27. Capyc. Latr. d. consul. 37. nu. 33. 34. Merl. Pignat.
contr. c. 5. nu. 12. 13. 14. Conciol. d. alleg. 50. num. 44. &
seqq. Mastrill. dec. 65. nu. 12. & præsertim facta renun-
ciatione,non solum ex Testamento,sed etiam ab inte-
stato, quia tunc censetur renunciatum cuicumque
successioni vndè liberi, vndè agnati, & vndè cognati 24
Menoch. cons. 401. nu. 104. Altogr. cons. 66. nu. 4. 5. to. 1.
Donad. de renunc. d. c. 44. nu. 29. Capyc. Latr. d. consul. 76.
nu. 46. Merl. dec. 62. num. 22. Rot. d. Rom. hæreditatis de
Lanuccijs dec. 161. nu. 9. post tract.
Et similiter dicitur realis, quando fuit inita renun-
ciatio propter dotem habitam,vt tenet, *Peregr. de Fi-* 25
deic. art. 52. nu. 74. & seqq. Rouit. cons. 43. num 9. tom. 1.
Merl. Pignat. d. contr. 5. num. 2. 3. vbi,quod,eò casu,non
est opus recurrere ad coniecturas &c. quia talis renun-
ciatio, ex causa dotis, excludit renunciantem, omni
casu,& ab omni successione,& ità etiam voluit *Capyc.* 26
Latr. consul. 76. nu. 47. Conciol. d. alleg. 31. nu. 10. Cutell. de
donat. discur. vlt. par. vlt. n. 127. quem refert,& sequitur
Rot. in d. Rom. hæreditatis de Lanuccijs 21. Iunij 1661.
cor. R.P.D. Taya decis. 161. nu. 11. post tract.
Et quia, vt vidimus, hæc materia tota consistit in
voluntate expressa,vel præsumpta renunciantis,realis
præsumitur,& iudicatur,quando fit renunciatio,titu-
lo donationis,quæ eius est naturæ, vt semper donato- 27
rem excludat,vt dixi *sup. nu. 13.* quibus addo, *Conciol.*
alleg. 50. num. 34. ità in indiuiduo firmauit *Rot. in Rom.*
Fideic. 3. Decemb. 1655. & 9. Maij 1659. cor. b. m. Verosp.
confirmata 21. Iunij 1660. cor. R.P.D. Beuilaqua allega-
ta in d. Rom. Fideic. de Steccatis 4. Febr. 1667. cor. R.P.
D. Bourlemont. dec. 64. num. 5. post tract. & prius dixerat
eadem *Rot. in Firmana Bonor. 7. Iunij 1662. cor. Emi-*
nentiss. Cerro decis. 87. num. 6. post tract.
Et sic pariter,quia mulier renuncians ob ingressum
in Religionem censetur renunciare, ad hoc, vt bonis
temporalibus exuta, & sæcularibus curis sepositis,

facilius Deo ſeruiat, eiuſque famulatui, realiter dici-
28 tur renunciatum omnibus ſucceſſionibus, quocumque
tempore, ad ipſam ſpectantibus *de Franch. deciſ.* 375.
Couarr. cap. quamuis Pactum de Pact. in 6. §. 3. *num.* 9.
Actolin. reſol. 40. *num.* 26. *Maſtrill. deciſ.* 65. *num.* 11. latè
Donad. de renunc. d. c. 44. *num.* 137. *& ſeqq. lib.* 2. ibi, *di-*
citur realis eo ipſo, quod fuit facta in ingreſſu Religionis,
vt mundum relinquat, Deo ſeruiat, ac etiam ne à vita
contemplatiua diſtrabatur, nullo tempore credendum
velle regreſſum habere ad diuitias, quas poſſidere non
poteſt, & propterea ea renunciatio iudicatur, & dicitur
realis, Gratian. diſcept. for. c. 568. *num.* 31. *Merl. Pignat.*
d. cap. 5. *num.* 4. *Rouit. conſ.* 44. *num.* 7. 14. *lib.* 1. *Molin. de*
Iuſt. & Iur. diſp. 579. *num.* 19. *verſ. dixi regulariter Al-*
togr. conſ. 66. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 37. *num.* 33. *& ſeqq. lib.*
2. *Franc. Palm. conſ.* 37. *num.* 10. latiſſimè *Conciol. alleg.*
31. *per tot.* & præcipuè *num.* 3. alios allegans *Rot. deciſ*
614. *in fine par.* 2. *rec. Eminentiſs. Ottbob. dec.* 10. *nu.* 38.
& ſeqq. Merl. dec. 12. *num.* 14. & alijs cumulatis, mo-
dernioribus deciſionibus, firmauit, eadem *Rot. in cita-*
ta Fideic. de Steccatis dec. 98. *nu.* 3. *poſt tract. in d. Rom.*
hæreditatis de Lanuccijs deciſ. 161. *nu.* 11. *poſt tract. & in*
Marſicana Succeſſionis 4. *Febr.* 1665. *cor. b. m. Emerix*
dec. 116. *nu.* 22. *poſt tract.* & fuit etiam dictum in *Ari-*
minen. Donationis 24. *Maij* 1660. *cor. R. P. D. Priolo dec.*
139. *num.* 9. *poſt tract.*

Imò, quamquam, non ſit expreſſa cauſa ingreſſus
in Religionem, nihilominùs vbicumque fit renuncia-
29 tio paulò antè ipſum ingreſſum, præſumitur ad illum,
& non ad alium finem facta, ac operatur omnes effe-
30 ctus realis renunciationis *Rot. in Firm. Bonor.* 7. *Iunij*
1662. *cor. Eminentiſs Cerro dec.* 87. *nu.* 9. *poſt tract.* vbi,
quod temporum vicinitate ſatis probatur correſpe-
ctiuitas actuum.

Quæ, cum ità ſint, vbi realitas renunciationis deſu-
mitur ex ſubintellecta voluntate renunciantis, elicita
31 ex dictis clauſulis, eo magis ſibi locum inuenient in
caſu, quo in renunciatione adſint verba expreſsè di-
ſponentia, quod renunciatio ſit, & eſſe debeat *realis,*
& realiſſima; hoc, enim, caſu, dum verſamur in claris,
non eſt opus coniecturis, vt voluit, *Capyc. Latr. conſul.*
76. *nu.* 45. & clariùs *conſult.* 77. *num.* 40. *lib.* 2.

Effectus, autem, realis renunciationis eſt, vt renun-
cians cenſeatur, perpetuò excluſus, & nequaquam ad-
32 mittatur ad bona renunciata, ac ſi non eſſet in rerum
natura, *Guliel. de Benedict. in c. Raynut. extra de teſtam.*
verſ. & vxorem nomine Adelaſiam num. 100. *Cutell.*
de donat. inter Pat. & Fil. tract. 1. *diſc.* 3. *par.* 6. *nu.* 127.
Careu. reſol. 68. *num.* 8. *Altogr. conſ.* 66. *nu.* 46. *lib.* 1. *Merl.*
Pignat. d. contr. 5. *nu.* 11. *Noguerol. alleg* 37. *num.* 23. *Con-*
ciol. d. contr. 31. *num.* 1. *& ſeqq.* & multis omiſſis con-
cordantibus, de quibus alibi mentionem feci, latè tra-
dit *Rot. in d. Romana Fideic. de Steccatis* 10. *Febr.* 1662.
cor. R. P. D. Bourlemont. deciſ. 62. *num.* 2. *poſt tract.* & rur-
ſus *in eadem cauſa* 4. *Febr.* 1667. *cor. eod. deciſ.* 64. *pariter*
num. 2. *poſt tract.*

Sed, licet hæc vera ſint, conſiderata regulariter, &
in abſtracto, tamen valdè dubito, quod in noſtris ter-
minis renunciationis translatiuæ, non ità facilè pro-
cedant; Nam, ſicut, vt ſupra diximus, renunciatio
33 ſemper eſt perſonalis, quando fit contemplatione
perſonæ, cui renunciatur, ità difficiliter poteſt dari
caſus, vt renuncians transferat in alium propria bo-
na, abſque eo, quod principaliter cogitet de acquiſi-
34 tione per renunciatarium fienda, vt benè ait *P. Paſſer.*
d. c. quamuis Pactum de Pact. in 6. *num.* 46. quem ſequi-
tur *Rot. in d. Rom. hæreditatis de Lanuccijs* 20. *Aprilis*
1668. *cor. R. P. D. Taya dec.* 200. *num.* 3. 4. *poſt tract.* &
per conſequens poſſit excludi perſonalitas renuncia-
tionis, vt vidimus *ſup. num.* 19. Si, igitur, eſt conſidera-
35 ta, in hac renunciatione translatiua perſona, cui re-
nunciatur, erit omnimoda perſonalis renunciatio, vt,
multis cumulatis, comprobat, *Actol. d. reſol.* 40. *num.*
30. *Donad. de renunc. d. c.* 44. *num.* 8. *Andreol. contr.* 310.
num. 10. *Rot in ſæpius allegata Rom. Fideic. de Steccatis*
4. *Febr.* 1667. *dec.* 64. *num.* 6. 7. *poſt tract. in Marſicana*
ſucceſſionis deciſ. 116. *num.* 16. *poſt tract. in d. Rom. hære-*
ditatis de Lanuccijs deciſ. 200. *num.* 4. *poſt tract.* & reſol- 36
uibilis per mortem perſonæ contemplatæ, *Surd. dec.*
163. *num.* 10. *& conſ.* 179. *nu.* 20 *lib.* 2. *& conſ.* 448. *nu.* 13.
lib. 3. *Marcian. diſp.* 8. *num.* 11. *Donad. de renunc. quæſt.*
3. *num.* 20. 21. *tom.* 1. *& c.* 44. *num.* 8 9. *tom.* 2. *Theodor.*
alleg. 36. *num.* 31 *Franc. Roſel, reſp.* 48. *numer.* 6. *& ſeqq.*
Altogr. conſ. 43. *num.* 54. *lib.* 2. *Donat. Ant. de Mar. reſol.*
quot. c. 190. *lib.* 2. & nouiſſimè *P. Paſſer. ad cap. quamuis*
Pactum de Pactis in 6. *nu.* 48. *& ſeqq. ead. Rot. in dd. dec.*
64. *num.* 6. 7. 116. *num.* 16. *& deciſ.* 200. *nu.* 4. *& ſeqq. poſt*
tract.

Idque procedit, non obſtãtibus clauſulis prægnan-
tibus ſuprà ponderatis; Nam, vt optimè ait *d. deciſ. in* 37
Rom. hæreditatis de Lanuccijs deciſ. 200. *poſt tract. nu.* 1.
cum militet ad fauorem translatiuæ, & ſic perſonalis
renunciationis vrgentiſſima coniectura, quod ab om-
ni ratione alienum ſit voluiſſe renunciantes, ſe ipſos 38
excludere, hæredes, vel Monaſterium ab hæreditate
Patris, & Fratrum, vt deferantur ad remotiorem gra-
dum cognationis incertum, & deficiente decimo gra-
du ad fiſcum, eademque intentione voluiſſe acceptare
Patrem, & Fratrem renunciationem, Iudicem verò
decretum interponere; ideò quia hæc intentio nõ ſa-
nè fuiſſet hominis, ſecundùm veriſimilem ſenſum re-
nunciantis, & renunciatarij eſt intelligenda renuncia- 39
tio, vt defunctis contemplatis perſonis redeat ad re-
nunciantem, vt dixit optimè *P. Paſſer. d. c. quamuis*
Pactum de Pact. in 6. *num.* 42. & aliàs etiam *Rot. Roma-*
na huius fuit opinionis, & præcipuè in *deciſ.* 62. *num.*
29. *cor. Merl. & dec.* 543. *num.* 13. *par.* 5. & latiſſimè *in d.*
Rom. de Fideic. de Steccatis 1667. *coram R. P. D. Bour-*
lemont deciſ. 64. *num.* 10. 11. *poſt tract & in Romana Fi-*
deic. 27. *Martij* 1669. *cor. R. P. D. Calatau deciſ.* 72. *nu.* 9.
poſt tract.

Et propterea, non obſtante, quod in renunciatione
adſint clauſulæ ampliſſimæ denotantes perpetuita-
tem renunciationis, nihilominùs ſemper cenſetur per-
ſonalis, quando apparet fuiſſe factam pro conſerua-
tione agnationis, & deficientibus agnatis, renuncians 40
admittitur, vt benè obſeruat *Rot. in dec.* 143. *num.* 1. *&*
per tot. par. 12. *rec.* nec illa clauſula, *pro hæredibus qui-*
buſcumque; Pactum de non petendo, Aquiliana ſtipu-
latione adiecta, vel alia quantumuis ampla, & gene-
ralis, eo caſu, poteſt renunciationem, in qua fuit ali- 41
qua perſona contemplata, efficere penitus realem, vt,
alijs adductis, tenet *Actolin. d. reſol.* 40. *nu.* 35. *& ſeqq.*
& nu. 41. *& reſol.* 74. *nu.* 27. 28. *Paſſer. d. c. quamuis Pa-*
ctum nu. 55. *Donad. de renunc. d. c.* 44. *tom.* 2. *nu.* 20. *Rot. in*
d. dec. 63. *nu.* 4. *poſt tract. confirmata* 4. *Febr.* 1667. *deciſ.*
64. *n.* 11. latiſſimè in alleg. *Rom. hæreditatis de Lanuccijs*
20. *Aprilis* 1668. *dec.* 200. *nu.* 8. *poſt tract. & nu.* 12.

Et quod plus eſt, neq; etiam ipſamet expreſſa ver-
ba, quod renunciatio, & donatio intelligatur, *& ſit*
realis, & realiſſima, & omni tempore valitura operãtur 42
pro inducenda realitate renunciationis in præſenti ca-
ſu, vt benè deducit *Paſſer. d. c. quamuis Pactũ n.* 52. *ead.*
Rot. in d. Marſicana Succeſſ. 1665. *cor. b. m. Emerix dec.*
116. *nu.* 20. *poſt tract.* quæ deciſio fuit approbata in *d. de*
Steccatis 15. *Iunij* 1665. *dec.* 63. *poſt tract. nu.* 6. & ratio
eſt, quia licet adſint verba omnimodam realitatẽ im-
portantia, nihilominùs, dũ renunciatio poſteà reſtrin-
gitur tandem ad fauorem certarum perſonarũ, quæ
fuerunt contemplatæ, licet illis viuentibus duret rea-
litas renunciationis, ijs tamen deficientibus, expirat il-
licò, & habetur, ac ſi fuiſſet perſonalis, vt allegato *Me-* 43
noch.

nocb.consil.706.nu.41.Fusar.de substit.q.269.nu.2.Donat.
Ant.de Mar.resol.109.n.6.& seqq.lib.2.Altogr.cons.43.
num. 59. lib. 2. Cyriac. contr. 475. & alijs firmat *Rot.*
d.decis.63. post tract. num.5. & allegata eademmet de-
cisione de Steccatis, imò potiùs transcripta cum om-
nibus authoritatibus, ibi cumulatis firmat etiam
P. Passer. d. cap. quamuis Pactum, num. 49. & latiùs
num. 52.

Quo casu, nil resistit, quòd renunciatio sit conce-
44 pta per verba denotantia donationem potiùs, quàm
renunciationem; quia nihilominùs dicitur personalis
renunciatio, & restricta ad causas, & personas con-
45 templatas; non solùm, quia in bonis nondum quæ-
sitis donatio non cadit, *Tiraq. l. si vmquam, verb. do-*
natione largitus, num. 180. & seqq. C. de reuoc. donat.
Ruin. consil.170. num. 11. lib.1. & alij relati per *Donat.*
Ant. de Mar. in add. ad Reuerter. dec.155. num.2. Rot.
decis. 325. num. 6. & seqq. par. 6. rec. & in d. Romana
Fideic. de Steccatis 15. Iunij 1665. post tract. dec. 63. n. 6.
& latiùs *4. Febr. 1667. decis. 64. num. 21. post tract.* & *in*
Bonon. Bonorum, seu Successionis de Sighicellis 2. Maij
1664. dec. 128. num. 17. post tract. sed etiam quia, vt
benè ponderat *Passer. d. cap quamuis Pactum, num. 76.*
& pluries firmauit *Rot. d. dec. 63. num. 8. & dec. 64. nu.*
46 *18. post tract.* & nouissimè in *Romana Fideic. 27. Martij*
1669. R.P.D. cor. Calataiù, dec. 72. post tract. nequaquam
ea verba operantur, quod renunciationi sit annexa
donatio, quoniam donatio complicata in similibus
renunciationibus non alterat earum naturam, quan-
do non principaliter, sed consecutiuè ad renunciatio-
nem, & pro maiore illius robore apponitur.

47 Præterquam quod, vt benè obseruat, *d. decis. 64. nu.*
19. post tract. quamuis de vera donatione ageretur, ta-
men dato, quod sit aliqua persona contemplata, &
specificata causa finalis renunciationis, ea cessante,
& defectis personis compilatis, corruit donatio.

48 Nec causa ingressus in Religionem operari potest,
vt renunciatio sit semper realis, siquidem dum sup-
ponitur fuisse renunciatum fauore personæ, non ex-
cluditur personalitas etiam in renunciatione ob in-
gressum in Religionem inita, *Donat. Anton. de Marin.*
resol. 109. nu. 6. & seqq. lib. 2. Cyriac. contr. 475. Actolin.
d. resol. 40. num. 32. & seqq. Altogr. cons 43. num. 59.
lib. 2. & alijs omissis, in his præcisis terminis, voluit
Passer. d. cap. quamuis Pactum, num. 63. ibi, *sequitur se-*
49 *cundo, quod renunciatio facta etiam intuitu Religiosæ*
professionis, si consideretur vt translatiua, (quia transla-
tiuæ renunciationis causa finalis propria semper est ali-
quis fauor personæ contemplatæ) regulanda est iuxta
leges renunciationis translatiuæ, & personalis, &c.
& quidem primo, vt non possit extendi ad personas
non contemplatas, sed si facta sit Patri tantum, non
se extendat ad filios; si Patri pro filijs masculis tan-
tum, non se extendat ad feminas; si Patri pro se, &
suis hæredibus, se extendat ad illum, dumtaxat, &
ad nominatos ab eo hæredes; Secundo, vt huiusmo-
di renunciatio, vt translatiua deficiat, deficientibus
personis contemplatis; & quod renuncians succe-
dat in bonis renunciantis, & sic renunciatio illa resol-
uatur, & non noceat renuncianti, & pluries firmauit
Rot. præcipuè in Decis. moderni oribus, vt *in d. Roma-*
na Fideic. de Steccatis 15. Iunij 1605. & 4. Febr. 1667.
dec. 63. 64. post tract. in d. Romana hæreditatis de La-
nuccijs 20. Aprilis 1668. cor. R. P. D. Taya decis. 200.
post tract. & in d. Romana Fideic. 27. Martij 1669. cor.
R.P.D. Calataiù dec. 72. post tract.

Et ex his est concludendum renunciationem tran-
slatiuam factam de hæreditatibus deferendis, non
obstantibus quibusuis clausulis, vt suprà, expressis,
esse personalem, quoad admissionem renunciantis ad
bona dimissa, & renunciata, in defectu personæ con-
templatæ; operantur tamen, tales clausulæ ad fauo-
rem renunciantis, quod renunciatio sit vniuersalis,
respectu bonorum renunciatorum, vel etiam ex parte 50
alicuius generis personarum, ad cuius fauorem fit re-
nunciatio, vel quod renunciatio fit pro tempore per-
petua, durantibus personis, in ea contemplatis; vel
quod in personas contemplatas realiter, & cum effe-
ctu translatum sit Dominium bonorum renunciato- 51
rum, sed numquam operantur, quominùs renuncia-
tio sit personalis, vt latè ostendit *Passer. d. c. quamuis*
Pactum, de Pact. in 6. num. 51.

Non tamen hinc inferri potest, quod semper, & in 52
omni casu procedat hæc conclusio, quod sit persona-
lis renunciatio translatiua, quia, si in aliqua renun-
ciatione adsint verba adeò prægnantia, vt ex illis de-
sumatur intentio renunciantis volentis inire renun-
ciationem realem, voluntas disponentis præualebit,
vt v. g. si dictum sit, quod *renunciatio intelligatur rea-*
lis, & realissima, & quod operetur effectum non solùm
ad fauorem personæ, cui fit renunciatio, & eius hære-
dum, & successorum, siue sint hæredes sanguinis, siue
non, siue ex testamento, siue ab intestato, sed etiam ad
fauorem quarumcumque personarum, etiam extranearũ,
tunc enim erit realis, & realissima renunciatio, quam- 53
quam translatiua, & habens admixtam personæ con-
templationem, & eo casu, cùm verba sint clara deno-
tantia exclusionem renunciantis, omni tempore, &
pro omni casu, nõ erit disputationi locus, vt animad-
uertit *Actolin. d. resol. 40. num. 45.* & in nonnullis Rotæ
decisionibus fuit obseruatum allegatis per *d. Romana*
Fideic. de Steccatis 4. Febr. 1667. dec. 64. post tract. n. 13.
& hæc quoad renunciationem translatiuam.

Quo verò ad extinctiuam renunciationem factam, 54
mediante Pacto ad alterius fauorem, videtur conclu-
dendum eam esse realem, & non personalem renun-
ciationem, quia, ibi non agitur de aliqua cessione ad
fauorem alterius, sed tantum fit per renunciantem
declaratio se nolle succedere, vt per *Gallerat. de renun-*
ciat. d. cap. 44. num. 120. lib. 2. & quamquam ad alterius
fauorem facta supponatur, tamen, cum principaliter
actum sit de excludendo renunciantem, non est cu-
randum de eo, quod venit in consequentiam, nempè,
de contemplatione personæ, cui fit; At, nihilominus 55
arbitror, quòd ea, quæ suprà in translatiua renuncia-
tione dicta sunt, procedãt etiam in hac renunciatione
extinctiua facta in alterius contemplationem; & mo-
ueor, quia, vt in antecedenti *cap.* dixi, adeo sunt
connexæ renunciatio, abdicatio, vel priuatio, & ac- 56
quisitio eius, cui fit renunciatio, vt vna minimè esse
possit sine altera *Gallerat. de renunc. cent. 1. c. 25. n. 19.*
& latè *Surd. cons. 133. num. 20.* & alij supra cumulati
d. cap. antecedenti num. 29. quæ personarum contem- 57
platio omninò realitatem excludit, vt dixit *Rot. d. Ro-*
mana hæreditatis de Lanuccijs 20. Aprilis 1668. decis.
200. num. 4. post tract. maximè, quia, non solùm ex-
pressa, sed etiam tacita personarum contemplatio 58
sufficit ad realitatem summouendam, vt in *d. Roma-*
na Fideicom. de Steecatis 4. Febr. 1667. dec. 64. num. 8.
post tract.

Vnde, in hac materia, sunt ponderanda verba re-
nunciationis, ex quibus, si eliciatur, fuisse contem-
platas personas, quibus renunciatur, renunciatio
erit personalis, licèt concepta verbis denotantibus
extinctionem, nam ea verba erunt intelligenda in ca-
su dumtaxat, quòd extent personæ contemplatæ, non
verò, ipsis penitùs extinctis; si verò è contrà ex clau- 59
sulis in renunciatione appositis desumitur voluntas
disponentis, quod in perpetuum, & in infinitum vo-
luerit se excludere, renunciatio erit realis, vt vidimus
suprà in primo casu renunciationis translatiuæ.

Tandem quoad renunciationem merè abdicatiuã,
vel

60 vel abstentiuam, eam esse omninò realem quocumque casu, arbitror; siquidem, cum ad nullius fauorem facta dicatur, neque alicuius personæ contemplatione, ea non potest esse personalis, sed realis, & perpetua, talis enim dicitur ea renunciatio, per quam renuncians nulla habita consideratione, ad quas personas bona renunciata perueniant, abdicat à se bonorum illorum Dominium, *Andreol. contr. for. c. 310. n. 12. Passer. d. c. quamuis Pactũ, de Pact. in 6. n. 47. Merl. dec. 62. n. 23.* & alij allati *in d. dec. 63. post tract. n. 1.* Quod est intelligendum, vt dixi suprà, de mera abdicatiua, iuxta tradita *in d. cap. antecedenti num.* 20. quæ solius renunciantis consensu perficitur, non verò de ea, quæ fit alterius contemplatione, quia tunc transit aliquan-
61 do in personalem, Dummodò tamen ea renunciatio abdicatiua habuerit effectum ad fauorem alterius, aliàs enim, subijceret reuocationi, pro parte renunciantis, *vt supra vidimus cap. antecedenti, num. 26.* & dici minimè posset realis.

CAPVT XI.

Renunciatio facta ad fauorem vnius ex fratribus, an prosit alijs fratribus in renunciatione non comprehensis, vbi de renunciatione extendenda, vel restringenda; plura adducuntur argumenta ad fauorem omnium fratrum, & plura contra, sed prior sententia defenditur, præcipuè in renunciatione extinctiua, non translatiua; & quando non agitur de hæreditate delata.

S V M M A R I V M.

1 *Res inter alios acta alteri non nocet.*
2 *Conuentio non extenditur vltra casum expressum.*
3 *Renunciatio numquam extenditur.*
4 *Renunciatio non extenditur de vno fratre ad alium.*
5 *Alteri per alterum stipulari non potest.*
6 *Non est maior vis taciti, quam expressi.*
7 *Renunciatio facta ad fauorem vnius personæ non extenditur ad aliam.*
8 *Renunciatio facta inter aliquos tertio non prodest.*
9 *Renunciatio vni ex fratribus facta non prodest alijs.*
10 *Renunciatio facta fratri de feudo, vel emphyteusi semper est personalis.*
11 *Refutatio semper est personalis.*
12 *Renũciãs eo statu reducitur, ac si penitus mortuus esset.*
13 *De natura iuris accrescendi est, vt portio deficiens non personæ, sed portioni accrescat.*
14 *Portio vacans per ius accrescendi spectat ad aliam personam.*
15 *Renunciatio ab vna filia facta omnibus fratribus prodest.*
16 *Renunciatio est priuatio alicuius iuris, & remissio obligationis.*
17 *Cessio facta à fœmina resultat in commodum omnium fratrum.*
18 *Non omnes ad assignandam eidem suam portionem sunt obligati.*
19 *Est de natura Pactorum, quæ sunt liberatoria, vt extinguant omnem obligationem.*
20 *Renunciatio facta vni ex fratribus prodest omnibus.*
21 *Præcipuè quando in contrarium non adest aliqua coniectura.*
32 *Vel quando agitur de renunciatione extinctiua, vel abdicatiua.*
23 *Obligatio de nouo constituenda non potest alteri per alterum fieri, secus si agatur de obligatione iam constituta.*
24 *Liberatio vni facta iuuat cæteris insolidum obligatis.*
25 *Quando agitur de renunciatione hæreditatis delatæ, renunciatio facta ad fauorem vnius, ei soli prodest.*
26 *Repudiatio facta post hæreditatem delatam non operatur ius accrescendi.*
27 *Liberatio vni facta prodest omnibus alijs absentibus obligatis.*
28 *Cessante successione, cessat ius accrescendi.*
29 *Vna via exclusus potest alia succedere.*
30 *Semel hæres non potest amplius desinere esse hæres.*
31 *Renunciatio esse non potest successionis aditæ.*
32 *Adita hæreditate, pars eius qui adiuit, dicitur incorporata cum suo patrimonio.*
33 *In portione quæsita cessat ius accrescendi.*
34 *Vnusquisque ex pluribus hæredibus est hæres pro sua portione.*
35 *Socius obligans fundum, facta diuisione eadem bona remanent hypothecata ad fauorem creditoris.*
36 *Secus in hæreditate, qui facta diuisione non potest molestari à creditore alterius cohæredis.*
37 *Nisi simus in causa dotis, quia fauore dotis omnes tenentur insolidum.*
38 *Vel in hæredibus, qui tenentur soluere insolidum vsuras, & fructus non debitos.*
39 *Vel in casu, quod agatur de facto in re indiuidua.*
40 *Pupillus potest aditam hæreditatem repudiare.*
41 *Repudiatio aditæ hæreditatis, non admittitur nisi in proprium præiudicium.*
42 *Vel quando putat quis se esse hæredem ab intestato, & postea testamentum reperitur.*
43 *Prodest renunciatio vni ex fratribus, quando fit renunciatio per Pactum de non petendo.*
44 *Quando renunciatio est restricta nominatim fauore alicuius personæ, ei tantum prodest.*
45 *Personalis liberatio non egreditur personam.*

IN hac quæstione, pro vtraque parte, militant Iura, & argumenta, & quidem pro negatiua.

Primò, facit regula illa, quod res inter alios gesta 1
alijs non nocet, neque prodest *tot. tit. C. de re int. al. act.* & quod conuentio vltrà casum expressum non extenditur, sed omissus pro omisso habetur *l. quidquid ad-* 2
stringendæ 99. ff. de verb. oblig. l. si cum dotem 22. in pr. ff. sol. matr. & in specie de renunciatione, quod non ex- 3
tendatur, *Altogr. cons. 32. num. 42. & seqq. lib. 2. Rot. dec. 157. num. 17. par. 8. rec.* Sed sic est, quod in renunciatione non fuit alia persona nominata, nisi quæ interuenit, meritò illi tantùm proderit stipulatio, non item fratribus absentibus, & non nominatis. 4

Secundò, in iure satis exploratum est, quod alteri per alterum stipulari non sit permissum *l. si tibi 17. §. si* 5
pactus sim, ff. de Pact. l. quæcumque 56. de act. & oblig. & si hoc non licet per verba expressa pariformiter permissum non erit neque tacitè; nam maior vis taciti, quam expressi non est, *l. qui ad certum 14. ff si cert. pet.* 6
Vndè regula generalis est, quod renunciatio facta, fauore vnius personæ, personam illam non egrediatur, vt latè *Bece. cons. 74. num. 3.* quem sequitur *Galeott. lib.* 7
2. contr. 8. num. 10. Tondut. quæst. ciuil. par. 3. c. 142. num. 24. & seqq. Donat. Ant. de Mar. c. 193. lib. 2. Thomat. dec. 50. nu. 62. Merlin. dec. 894. Et quod renunciatio facta inter aliquos non prosit tertio, vt est *text. in l. iubemus* 8
C. ad Velleian.

Qua propter, in terminis nostris, quod renunciatio facta vni tantum ex fratribus, non prosit cæteris, tenuerunt *Bald. & Castr. in l. Pactum, C. de Collat. Surd. cons. 446. num. 13. 14. lib. 3. & num. 15. 16. & seqq. Gu-* 9
tierez

tierez in c.quamuis pactum in princ.num.7.8 Gallerat.,
de renunc.c.25.cent.1. num.31. vers. contrarium tom.1.
cum alijs adductis per Donad. de renunc. c. 13. num. 1.
Capyc.Galeott.lib.2.contr.8.num.11. 12.& seqq. vbi re-
fert Surd. testantem idem procedere in renunciatione
facta fratri de feudo,vel emphyteusi, quod semper est
10 personalis,ita quod nullus alius agnatus præter eum,
cui renunciatur, potest in ipsa renunciatione se fun-
dare,vel ipsa iuuari &c. & inferiùs, quod, si vnus ex
fratribus renunciauit per verba,quæ compræhendant
etiam ius de futuro, non accrescet ius nisi ei tantum,
cui fuit renunciatum, etiam, quando locus est iuri
accrescendi,ea ratione,quod refutatio semper est per-
11 sonalis,& ad hoc,vt prosit omnibus, necesse est quod
sit realis &c.

Pro contraria sententia,quod renunciatio,eo casu,
non solum fratri, cui fuit promissum, sed etiam cæte-
ris absentibus afferat vtilitatem, militant infrascripta
argumenta.

Primò,quia persona renuncians, per istud Pactum
in eo statu reducitur, quasi penitus mortua esset, &
12 ampliùs non existeret l.1.§.penult. l.si post mortem, ff.
de bon.poss.circa tabul.quapropter omnes ab intestato
succedentes, tamquam esset de medio sublata perso-
na renuncians,succedunt in eius portione; est enim de
13 natura iuris accrescendi, vt portio deficiens non per-
sonæ,sed portioni accrescat l.si totam 83.l.qui ex dua-
bus 53 ff.de acq.hæred.Kellemb.de renunc.c.16.num.6.in
fine,latè,Merl.Pignat.contr.cent.1.c.32. num. 13. vbi,
quod portio vacans per ius accrescendi, spectat ad
aliam portionem, non autem ad personas, & dicit,
14 quod huiusmodi argumento vtitur subtilis Franc.
Aret.in cons.90. huius sententiæ defensor acerrimus,
& Molin.de Rit.nupt.lib.3.quæst.85.num.11.& seqq. &
in terminis Bald.in d.l.Pactum dotali quæst.8. C. de col-
lat.vbi, quod, quando repudiatio fit per sororem hæ-
reditatis maternæ vni ex fratribus recipienti, quia
15 nulla præcessit aditio ad fratrem pertinere non potest
nisi per ius accrescendi, & cum eius iuris ea sit natu-
ra, vt portio non accrescat personæ, sed alteri por-
tioni, ideò hinc fit, vt, etsi specificè vni fratri sit re-
pudiatum, adhuc admittantur omnes fratres si ad-
sint &c.

16 Secundò renunciatio nil aliud est, quam priuatio
alicuius iuris, obligationisque remissio, quapropter,
cum frater habeat obligationem insimul cum alijs di-
uidendi hæreditatem Patris, & suam portionem assi-
gnandi personæ, quæ renunciauit, si huic obligationi
17 renuncians cedit, resultat in beneficium omnium hæ-
18 redum Patris huiusmodi remissio, quia æqualiter
omnes erant ad diuisionem adstricti l.2. l.cohæredibus
7.ff.fam.ercisc. est, enim,de natura Pactorum,quæ li-
19 beratoria sunt,vt totam obligationem extinguant, ac
omnibus debitoribus etiam absentibus, & ignoranti-
bus proficiant,vt benè ponderauit, Kellemb.vbi sup.
num.8. Quapropter his,& similibus argumentis mo-
ti statuerunt infrascripti DD. quod si soror renuncia-
uerit vni ex fratribus tantum, adhuc illa portio com-
municatur cæteris fratribus, in renunciatione non
20 contemplaris, vt ex Dyno cons.3. tradit Aret. cons.9.
Boer.decis.104.num.9.& dec.184.num.3. & alijs addu-
ctis,firmat,Donad.de renunc.c.10. num.3. & seqq. Kel-
lemb.d.c.16.per tot.Rota de priuil.mul.in alleg ad cap.4.
pag.397.num 5.& seqq.Cancer. var.c.3.lib.1.num.51.
Rota cons.70.num.6.& seqq lib.1. Caren. resol.97. num.
2.Olea de cess.tit.1. quæst.2. num 13. Bottigl. de success.
c.2.theor.50.num.31. à qua opinione non esse rece-
dendum videtur, præcipuè, quando alias non adesset
in contrarium aliqua coniectura, ex qua colligeretur
21 noluisse sororem, alijs fratribus applicari, seu com-
municari partem suam, ad fauorem vnius fratris re-
nunciatam, quia si extaret huiusmodi coniectura soli
fratri,cui facta fuisset renunciatio prodesset, vt tenet
Bald. Boer. & Surd. locis citatis, & clarè habemus ex
Donad.d.c.13.num.2.3.Bottigl.vbi sup.num.31.& in his
terminis sunt intelligendi Galeott.Surd.Gallerat.& alij
in contrarium citati.

Vtraque ex his opinionibus substineri potest, cum
declaratione tamen, quod prima procedat in casu, 22
quod non solum renuncians abdicet se à iure succe-
dendi,sed vlterius renunciet,fauore alterius iuxta ad-
notata suprà c.9.num.9.secundo,verò,habeat locum,
in terminis renunciationis abdicatiuæ, dumtaxat, ad
nullius fauorem interpositæ, vt in d.c.9. num.20. vel
extinctiuæ;tunc,enim, licèt fiat in præsentia vnius, ex
fratribus;nihilominus, quia ad eius fauorem expresè
non fuit facta, videtur cogitatum de omnibus fratri-
bus,vt latè Kellemb.vbi sup.num.15.& seqq.Bottigl.d.c.
2.theor.50.in fine.

Qua distinctione firmata, non obstat id, quod in
contrarium facere videbatur, quod stipulatio non
possit per alterum fieri, & quod facta ab vno alteri
non possit nocere,neque vtilitatem afferre; siquidem 23
respondetur, id procedere, quando agitur de aliqua
obligatione, de nouo constituenda, non verò de tol-
lenda obligatione,iam constituta; nam primo casu,
cum obligationum vincula præcipuè inuenta sint, vt
ijs sibi quisque, quatenus sua intersit prospiciat d. l.
stipulatio,§.alteri,ff.de verb.oblig.æquitatis ratio mini-
mè patitur,vt ijs etiam, qui pacto non adstitere, vllo
modo consensu inuicem obstringantur; altero, verò,
casu, nempè, in pactis liberatorijs, cum hæc fiant ad
beneficium quorumcumque interesse habentium, li-
beratio vni generaliter de tota obligatione facta in-
solidum tollitur, & pariter omnibus debitoribus ac-
quiritur iuxta text.l.in duobus, ff. de Pact. Amat. var. 24
resol.tom.1.cap.37. Capyc. Latr. consult.89. num. 4. &
seqq. & benè ad propositum Kellembec. vbi suprà
num.9.

Et hæc, de plano, procedunt, vbi agitur de renun-
ciatione hæreditatis viuentis,nondum delatæ. Quid
verò statuendum sit, in renunciatione hæreditatis de-
latæ,non est omninò decisum;nam, aliqui, vt Castr. in 25
l.si actionem, & Alex. num.2. C. de Pact. & cons.149.
num 5.vol.7. Io:Andr. in addit. ad specul. tit. de testam.
§.in primis, tenent quod non possit pars renunciata
omnibus fratribus acquiri, quando agitur de repu-
diatione hæreditatis iam delatæ. quia, cum filia, per
aditionem dominium paternorum bonorum sit con-
sequuta,fieri non potest, vt portio illa tamquam de-
ficiens omnibus accrescat l.1.circa fin. ff.de vsufruct. 26
accresc.l.aquam 16.in fin.ff.quemadm seruit.amitt.&c.
sed hanc opinionem reijcit Kellemb. vbi sup. num. 10.
dicens,quod, quando diuisio adhuc sequuta non est,
inter fratres, quia omnes fratres tenentur æqualiter
assignare sorori suam portionem, eadem regula pro-
cedit, quod liberatio vni facta reliquis etiam absenti-
bus prodest l.si ex pluribus 9.ff.de suis,& legit.nec va- 27
let dicere, quod cessante successione, per aditionem
cesset etiam ius accrescendi, quia fratres non ratione 28
successionis tantum,sed etiam ex vi, & natura libera-
tionis ad portionem sororis deficientem admittun-
tur; vndè, licet vna via videantur exclusi, alia tamen
admitti non prohibentur, l.si domus 21.ff.de seruit. 29
vrb.præd.l.stillicidium 8.quemadmodum seruit.amitt.
Imò dici etiam potest, quod ratione successionis illa
portio deficiat,nam licet regulariter semel hæres am-
plius non possit desinere esse hæres l.ei qui soluendo,ff. 30
de hæred.instit. & successionis iam delatæ, & agnitæ 31
nulla ampliùs renunciatio esse possit l.sicut, C. de ab-
stin. & repud. hæred. Nihilominùs huiusmodi regula
procedit secundum Kellemb.d.loc. vbi agitur de com-
modo

modo illius, qui velit hæreditatem repudiare, ne ad-
onera hæreditaria adstringatur, nec aliquem consen-
tientem habuit; secùs quando reliqui cohæredes con-
sentiunt, vt quis possit repudiare hæreditatem, ac in se
ipsos omnia onera hæreditaria transferunt *l. ex con-
tractu, ff. de re iud.*

Sed quicquid dicat *Kellemb.* prima opinio appro-
batur à *Bottigl. de success. c. 2. theor. 50 num. 37. & seqq.*
32 ea ratione, quòd adita hæreditate pars sorori con-
tingens est incorporata in suo patrimonio, & ob id,
quando renunciat, donare dicitur, quæ donatio, cum
non comprehendat alias personas vltrà expressas,
quia de vno fratre tantum facta est mentio, ideo illi
tantum acquiritur, & cum fuerit portio quæsita, ces-
33 sat ius accrescendi *l. 1. circa fin. ff. de vsufruct. accresc.
d. l. aquam 16. in fin ff. quemad. seruit. amitt.*

Nec allata in contrarium officiunt, quia verum non
est, quod fratres sint rei debendi, pro portione hære-
34 ditaria, nam potiùs eo ipso, quod hæreditas adita
fuit, vnusquisque dicitur hæres pro sua portione, &
proindè soror cohæres solum dicitur habere portio-
nem in hæreditate iam quæsita per aditionem, &
quamquam diuisio non sit facta, non per hoc fratres
dicuntur solùm hæredes, sed omnes fratres, & sorores
simul; lex enim diuidit portiones hæreditarias, quas
fecisse dicitur ab initio aditionis.

Qua ratione, licet regulariter diuisio subsequuta
35 inter socios possidentes fundum pro communi, & in-
diuiso obligatum ab vno ex illis nono peretur extin-
ctionem hypothecæ in portione debita consocio non
obliganti, sed saluum remaneat ius creditori agendi
super quacumque parte iuxtà *text. l. si consenserit 7.
§ vlt. ff. quib. mod. pign. vel hyp. soluitur, l. creditor §. fin.
ff. qui pot. in pign. hab.* latissimè *Merl. de pign. lib. 2. tit.
1. quæst. 36. num. 22. & seqq. Fontanell. de pact. claus. 4.
gl. 9. par. 2. num. 48. Salgad. labyr. cred. par. 3. c. 13. nu. 35.
& seqq. Rot. dec. 205 num. 3 & seqq. par. 7. rec.* & latè fir-
mauit *in Rom. contributionis 15. Iunij 1665. cor. Emi-
nentiss. Cerro.*

Tamen limitatur conclusio in hæredibus possiden-
36 tibus pro communi, & indiuiso bona hæreditaria,
nam, facta inter eos, diuisione, creditori remanet actio
solum super portione obliganti contingente, *Ann.
Robert. lib 3. rerum iudicatar. c. 19. Fontanell. vbi supra
num. 50. Cancer. var. resol. c. 145.* qua de re plura scri-
pserunt *Donat. Ant. de Mar. c. 263. lib. 1. Olea de cess. tit.
4. quæst. 6. Reyas dec. 440. n 8. Rot. dec. 413. par. 9. & dec.
159. num. 13. & seqq. par. 11.*

In casu, verò, dotis, omnes indistinctè hæredes con-
ueniuntur in solidum, *Andreol. contr. 209. Hodiern. ad
37 Surd. dec. 90. Gratian. discept. 16. num. 15. Cornazz. dec.
140. Caualer. dec. 453. nu. 2.*

Nec non hæredes, qui tenentur soluere insolidum
38 vsuras, & fructus non debitos, vt per *Merend. contr. c.
4 lib. 16.* & similiter fauore causæ piæ *Hodiern. ad Surd.
39 decis. 90.* & obligati ad factum in re indiuidua *Rot. dec.
50. num. 10. & dec. 159. num. 22. par. 11. rec.*

Nec obstat *text.* desumptus *ex d. l. ex contractu*,
quia ex eo non infertur, quod quilibet possit, aditam
hæreditatem repudiare, cohæredibus non dissentien-
tibus, sed illa lex procedit tantum in pupillo, fauore
minoris ætatis, qui potest, mediante in integrum re-
40 stitutione, hæreditatem aditam repudiare, *Mantic. de
coniect. lib. 12. tit. 12. num. 21. Rot. dec. 92. par. 4. tom. 2. &
dec. 358 par. 12. rec.* non item in cæteris, in quibus re-
pudiatio hæreditatis iam aditæ non admittitur, nisi
41 in proprium præiudicium non tertij, *Crauett. cons. 26.
num. 6. Reyas dec. 27. num. 3. Rot. dec. 115. num. 16. 17.
par. 4. tom 2. rec.* vel nisi in casu, quo quis adiuerit ab
42 intestato, & deinde de nouo reperiatur testamentum,
*Socin. Iun. cons. 95. nu. 10. lib. 2. Paris. cons. 63. n. 23. lib. 1.
Rot. in Firmana Fideic. 23. Martij 1661. cor. R. P. D. Taya
dec. 156. nu. 14. post tract.*

Et similiter dicta *lex, si ex pluribus* per *Bottigl. d. loc.
num. 40. 41.* Retorquetur contrà illam inducentes ad-
uersus suam ipsius opinionem, quæ proindè opinio
Bottigl. meritò est tenenda, & etiam quando per Pa-
ctum de non petendo fuit facta renunciatio vni tan-
tum ex fratribus, omnibus prodest, vt latè circa *Boer.* 43
Castr. & Ruin. probat *Kellemb. vbi sup. num. 12. versic.
secundo etiam*, vbi ad obiecta contrariorum optimè
satisfacit.

Et hæc omnia intelligenda sunt iuxtà ea, quæ *supra
num. 14.* dicta fuerunt, in casu, quod renuncians gene-
raliter dicat successioni paternæ, vel maternæ renun-
ciare, vel se nihil ex successione paterna petituram; si 44
verò dicat ad fauorem Titij renunciare, vel à Titio se
nihil petiturum, tunc certum est, quod ad fauorem
Titij tantum dicitur renunciatum, & dumtaxat pro
rata eidem Titio contingente hæreditas censetur li-
berata; non verò pro parte aliorum cohæredum, per
regulam, quod personalis liberatio personam non 45
egreditur *l. si actionem, C. de Pact. l. Iuris gentium §. Pa-
ctorum l. idem, §. 1. ff. de Pact. l. 1. C. de transact.* cum si-
milibus.

CAPVT XII.

Renunciatio, an prosit fratribus ex altero matrimonio procreatis; argumenta tam pro negatiua, quam pro affirmatiua afferuntur, sed hæc vltima opinio tamquam verior recipitur, siue agatur de hæreditate deferenda, siue de delata.

S V M M A R I V M.

1 *Portio renunciantis non potest cedere commodo fratris diuersi matrimonij.*
2 *Verba legis cui conueniunt, ei etiam legis dispositio conuenit.*
3 *Filius diuersi matrimonij est verè filius, & hæres Patris.*
4 *Quando vocatur proximior sufficit, vt verificetur tempore, quo defertur successio.*
5 *Quamuis tempore dispositionis aliud esset.*
6 *Qualitas requisita à disponente debet adesse de tempore delatæ successionis*
7 *Qualitas requisita in beneficio debet adesse tempore præsentationis.*
8 *Quando stipulatio est facta pro se, & hæredibus, includitur etiam filius diuersi matrimonij.*
9 *Hæredum mentio omnes includit.*
10 *Indefinita æquipollent vniuersali.*
11 *Hæredum appellatione veniunt tam sanguinis, quam extranei.*
12 *Renunciatio in dubio facta præsumitur commodo omnium fratrum.*
13 *Renunciatio per viam Pacti de non petendo substinetur in vim donationis.*
14 *Et quando mulier renuncians dixit se dote contentam.*
15 *Filij alterius matrimonij non possunt succedere in portione renunciata.*
16 *Quælibet hominis dispositio censetur conformis dispositioni iuris communis.*
17 *Verba dubia semper sunt referenda ad intellectum iuris communis.*

18 *Fra-*

18 *Frater ex vno latere coniunctus in bonis maternis excluditur à fratribus ab vtrnque parte coniunctis.*
19 *Soror vtrinqne coniuncta fnccedit fratri vtrinque coniuncto excluso nltero frntre ex vno latere.*
20 *Dilectio regulatur secundum affectionem.*
21 *Stipulntio facta censetur secundum formam statuti.*
22 *Ius commune videtur tacitè ineße contractui.*
23 *In Pacto videtur inesse id quod à statuto disponitur.*
24 *Portio vacans spectat per Ius accrescendi ad aliam portionem.*
25 *In renunciatione attenditur præsumpta renuncinntis voluntas, & renunciatarij.*
26 *Renuncians censetur consuluisse potius suæ, quam alienæ posteritati.*
27 *Voluntas Patris ita præsumitur, vt voluerit inter filios æqualitatem seruare.*
28 *Aeqnitas non suadet, vt alter ex filijs habeat portionem pinguiorem nlio.*
29 *Renunciatio semper ita facta intelligitur, ne ex aliena snbstantia ditentur filij alterius coniugis.*
30 *Affectio non eadit in ignotis, & non natis.*
31 *Dilectio mngis præsumitur erga personas, quas Pater notas habet.*
32 *Non est supponendum filiam cogitnsse de morte matris.*
33 *Distructio nntecedenti oritur distructio consequentis.*
34 *Mater vocans filios de filijs intelligitur eiusdem matrimonij.*
35 *Hæredum nomine veninnt tam filij, quam extranei.*
36 *Præcipnè in contractu.*
37 *Aliquando nomen hæredis restringitur ad solos filios.*
38 *Quando dictum fnit de hærede in hæredem, intelligitur de filijs, & hæredibus sangninis.*
39 *Dictio hæredibns tantum importat filios, quando facta est Patri.*
40 *Qunndo augetur Patrimonium per renunciationem intelligitur fauore filiorum.*
41 *Renunciatio etinm facta per Pactum de non petendo nullum Ius tribuit Patri.*
42 *Renunciationis tempore à Patre filia nihil debetur, nisi Dos.*
43 *Renunciatio nil aliud operatur, nisi remissio, ac refutatio illius, qnod habitura esset ab intestato.*
44 *Renunciationes à Pnrentibus procurantur ad hoc, vt filiæ succedere neqneant, & Pater possit in eornm præiudicium disponere.*
45 *De portione à filia renunciatn intelligitur, vt Pater disponere voluerit in præiudicium sncccedentis ab intestato.*
46 *Quãdo filia possit agere ad supplementum legitimæ.*
47 *Filin viuente Patre nullum Ius habet in bonis filij.*
48 *Surd. cons. 244. explicatur.*
49 *Renunciatio Iuris delati dicitur donatio.*
50 *Repndiatio habet tncitam conditionem, si hæreditas renuncianti deferntur.*
51 *Actus potius dicitur fieri tempore, quo effectum parit.*
52 *Acqnisitio momentnnea non consideratur.*
53 *Factum non dicitur quod non durat.*
54 *Renunciatio facta à matre pro filijs, intelligitur pro filijs illius matrimonij.*
55 *Renuncians mortnis fratribus habet regressum ad bona renunciata, non obstnntibus filijs diuersi Matrimonij.*
56 *Hac ratione dicitur interposita renunciatio, vt filia non succedat, qnasi non extaret.*
57 *Portiones deficientes nccrescunt non personis, sed rebus.*
58 *Portio assumit naturam portionis, cui nccrescit.*
59 *Portio vncnns per Ins accrescendi spectat ad portionem, non ad personas.*
60 *Portio ablata alicui nlterius contemplatione illi soli accrescit.*
61 *Tristis euentus à lege non consideratur.*
62 *In ignotis, & non natis nulla cndit affectio.*
63 *Affectio magis prnsumitur erga personas, quas testator cognitas habet.*
64 *Maior affectio eadit inter magis sanguine coninnctos.*
65 *Frntribus vtrinque coniunctis deficientibus debet potius admitti renuncians, qnam consanguinei fratres.*
66 *Vnusquisque ex filijs diuersi matrimonij venit ad portionem suæ matris.*
67 *Aequalitas non seruaretur inter fratres, si renunciatio mulieris filijs diuersi matrimonij prodesset.*
68 *Quando fit rennnciatio post obitum matris prodest filijs diuersi matrimonij.*
69 *Hæreditas dicitur adita per retentionem dotium apud Patrem.*
70 *Ex renunciatione hæreditatis inducitur aditio eiusdem hæreditatis.*
71 *Aditio præsumptn ex retentione Dotium maternarum facta per pactnm non est propriè aditio.*
72 *Silentium, & negligentin non significant animnm, & voluntatem.*
73 *Negligentia est quid medium inter adire, & renunciare.*
74 *Aditio, quæ ex rennnciatione præsumitur, non habetur in consideratione.*
75 *Quomodo, & ad quem effectum aditio inducatnr.*
76 *Post diuisionem inter fratres bona non dicuntur amplius paterna, sed frntrum.*
77 *Qunndo femina renunciat ante diuisionem requiritur portio renunciatn frntribus eiusdem matrimonij.*
78 *Donatio facta Sponsæ, & Sponsæ fratribus diuersi matrimonij non prodest.*
79 *Mater vocnus maritum, & deinde filium intelligitur vocaße proprinm filium, & non alterius.*
80 *Filius alterius matrimonij non succedit in lucro, quod venit in vim alterius coniugis.*

HÆc quæstio; an renunciatio prosit fratribns; ex
altero matrimonio disputari solet, in casu,
quod filia, accepta Dote, vel ob religionis ingressum
bonis maternis renunciet, ad fauorem Patris, eiusque
filiorum, & hæredum, & pater post deficientiam primæ
vxoris, alteram ducat, & liberos suscipiat; an
deficientibus frattibus vtrinque coniunctis, filia renuncians
redeat ad bona renunciata, vel excludatur
à fratribus consanguineis. Et prima fronte videba- 1
tur quæstio diuidenda pro fratribus consanguineis,
contra renunciantem, videlicet, quod eis existentibus
excluderetur renuncians.

Primo, quia, cui conueniunt verba legis, vel Pacti, 2
eiusdem legis, vel Pacti dispositio etiam conuenit
*l.4. §.toties, ff de damn.infect. l quod constituc. de milit.
testam. Tusc. pract. concl.tom.8. lit.V, concl.89.in princ.*
vbi, quòd axioma procedit in quacumque dispositione,
siue hominis, siue legis; Sed sic est, quòd filius, 3
licèt diuersi matrimonij est verè filius, & hæres Patris,
*Menoch.cons.40 num.20. Bellon. Iun. consil 73. num 7.
Cyriac.contr.for.497. num.2.3. bo: me: Otthob. decis.89.
num.98. Andreol. contr.99. num.4. & seqq.* ergo omninò
ei debetur portio renunciata.

Nec remouet, quòd, tempore renunciationis natus
non esset; siquidem sufficit, quòd verificentur verba
Pacti, tempore delatæ hæreditatis, *text. in l. interuenit,
ff. de legat. præst.* & regulare est in omni successione, 4
quòd, quando proximior vocatur, ad hæreditatem,
sit inspiciendum, quis sit proximior, tempore, quo
defertur hæreditas, *Olen de cess.iur. tit.3. quæst.3. n.2.
& seqq. Donat. Ant. de Mar. cap. 175. lib. 2.* quamuis
tempo-

tempore difpofitionis aliud effet Ruin. conf. 96. nu. 17.
5 vol. 2. Gamm. decif. 354 nu. 8.
Vlteriùs facit etiam, quod qualitas requifita à di-
fponente debet adeffe, tempore delatæ fucceffionis,
6 nec fufficit, vt fit antè, vel poft, Menoch. conf. 220. nu.
127. Tiraq. de iur. primog. quæft. 34. nu. 28. Amas. refol. 1.
n. 19. & feqq. Altogr. conf. 77. n. 37. lib. 2. Redenafc. conf.
52. Rot. dec. 337. nu. 7. par. 11. rec.
Hinc eft, quod qualitas requifita in beneficio de-
bet effe de tempore præfentationis, nec fufficit, vt
7 præcefferit, vel fuperuenerit, Lotter. de re benef. lib. 2.
quæft. 47 nu. 15. Gutierez conf. 1. num. 15. Surd. conf. 445.
nu. 20. Gratian. difcept. 976. nu. 4. & 29. Peun dec. 4. n. 11.
& dec. 216. nu. 5. par. 2. & dec. 89. nu. 10. & feqq. par. 11.
rec. latiffimè D. mens Aloyf. Manf. confnl. 62. & feqq. vt
ad confult. 70.
Præcipuè, vbi ftipulatio non tantum fuit facta pro
8 fe, & filijs, fed etiam pro hæredibus, quia, eo cafu,
Pater fibi foli ius quærit, & non alijs, & per hanc re-
nunciationem hæreditas Patris augetur, qua propter,
Patre defuncto, eis defertur, qui eiufdem Patris perfo-
nam repræfentant, videlicet, eius hæredibus, vt latè
tenet Surd. conf. 244. num. 11. 12. & alij relati per Merl.
Pignat. cent. 1. c. 32. nu. 7. Hodiern. l. hac edictali quæft.
11. num. 2. hæredum, enim, mentio omnes includit, &
9 indefinita æquipollent vniuerfali, l. fi pluribus, ff. de leg.
10 2. c. vt circa in princ. de electione in 6. & veniunt hære-
dum appellatione omnes, tam fanguinis, quam ex-
11 tranei, Bart. l. 8. Gallus, §. etiamfi num. 4. ff. de liber. &
pofth. Menoch. de præfumpt. lib. 4. præfumpt. 130. Ri-
minald. Iun. conf. 252. num. 2. Fufar. de fubft. qu. 339.
nu. 2. Barbof. de appell. verb. app. 104. nu. 5. Buratt. dec.
204. num. 4.
Vlteriùs renunciatio, in dubio, præfumitur facta
contemplatione omnium fratrum, non tantum vtrin-
que coniunctorum, & proindè omnibus ex ea ius
12 quæritur, latè Surd. conf. 144. num. 12. & alij allegati
per Merl. vbi fup. nu. 7. verf. tertio quia Alex. conf. 149.
vol. 7. Hodiern l. hac edictali quæft. 11. num. 1.
Potiffimum, quando fuit facta ftipulatio pro fe, &
hæredibus, nam videtur contemplata ipfius Patris
perfona, eiufque hæredum, & fucceflorum, vel filio-
rum nulla habita confideratione, ex quo matrimonio
fint orti Merl Pignat. cent. 1. cap. 32. num. 7. Boer. decif.
184. num. 4. Hodiern. l. hac edictali quæft. 11. numer. 2.
eoque magis, videtur huiufmodi opinio, indubitabilis
13 vbi renunciatio facta fuiffet per Pactum, & de non pe-
tendo, nam, eo cafu, renunciatio fubftinetur in vim
donationis Bald. l. fin. C. de Pact. verf. fed hic incidenter,
Soc. conf. 34. vol. 4. Fab. de Ann. conf. 45. num. 21. vol. 1.
Et vbi renuncians dixiffet, fe dote contentam, vt latè
14 Surd. cit. conf. num. 14. & alij allegati per Hodiern. vbi
fup. quæft. 11. num. 5. 6. 7. vbi, quod hoc in cafu, re-
nunciatio non dicitur fimpliciter facta, fed qualifi-
cata propter portionem receptam; ob quod fit, vt
illud ius futurum pro portione habita vendidiffe cen-
featur.
His, tamen, non refragrantibus, contraria fenten-
tia in iure eft probabilior, nempè, quod filij fecundi
Matrimonij non poffint Patri fuccedere in bonis per-
uentis à prima vxore, & à fratre vel forore confan-
15 guinea renunciantis, vt probat Franc. de Aret. conf.
90. quem fequitur Boer. decif. 184. & 104. num. 9. Can-
cer. var. par. 3. c. 15. num. 44. Riminald. Iun. conf. 245. nu.
41. Caren. refol. quot. c. 39. num. 15. Bottigl. de fucceff. c. 2.
theor. 51. Donad. de renunc. c. 7. num. 26. circa fin. latiffi-
mè Merl. vbi fup. d. c. 32. per tot. Hodiern. l. hac edictali
quæft. 11. num. 12. vfque ad num. 59. vbi alios concor-
dantes allegat, & latè etiam in controuerfijs cap. 7. num.
10. & feqq. D. Altogr. Iun. latiffimè contr. 27. per tot. &
præcipuè num. 8. & feqq. vbi multi afferuntur, & te-
ftatur fecundum hanc opinionem per Rotam noftram
Lucanam fuiffe decifum de anno 1654. in caufa D. Ca-
tharinæ de Minuccianis cum D. Io: Vincentio Riccio
Kellemb. de renunc. fucceff. quæft. 44. num. 1. & feqq. Rot.
Rom. decif. 177. num. 5. tom. 2. par. 4. rec. & facit etiam
decif. 418. par. 12. rec. & probatur conclufio his argu-
mentis.
Primò, quia in omni difpofitione ab homine facta,
nifi exprefsè de contrario conftet, femper præfumi- 16
tur, quod quis velit fe reddere conformem difpofitio-
ni iuris communis iuxtà theoricam Bartol. & aliorum
in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell. Surd. dec. 272.
num. 25. Anchar. conf. 6. num. 8. & conf. 393. numer. 2.
Gozzad. conf. 88. num. 9. Ofafeb. dec. 167. nu. 6. Andreol.
contr. 112. num. 30. & feqq. nam verba dubia, funt refe- 17
renda ad intellectum iuris communis Paul. de Caftr.
conf. 270. num. 2. vol. 2. Aret. conf. 254. numer. 11. Dec.
conf. 227. num. 8. Sed de iure communi, in bonis ma-
ternis admittuntur fratres vtrinque coniuncti, exclu-
fis alijs ex vno tantum latere aut poft fratres. C. de le- 18
git. hæred. Mart. de fucceß. leg. tom. 1. par. 3. quæft. 4. art.
2. num. 1. Craff. §. fucceffio quæft. 17. num. 12. Borr. de fuc-
ceff. lib. 18. tit. 1. num. 14. & fratri vtrinque coniuncto
fuccedunt fratres ex vtroque latere, non autem ex
vno auth. poft fratres, C. de legit. hæred. Franch. decif. 26.
num. 8. & decif. 99. num. 1. Mart. vbi fup. art. 2. numer. 1.
Eminentifs. Otthob. dec. 91. & pariter foror vtrinque 19
coniuncta fuccedit fratri vtrinque coniuncto excluſo
altero fratre, ex vno latere Royas dec. 413. num. 2. Du-
ran. dec. 111. Donat. Ant. de Mar. c. 21. lib. 1. ergo renun-
ciatio facta per forores folos fratres vtrinque coniun-
ctos refpicit, non verò natos ex fecunda vxore. Quo
argumento, ad probandam hanc conclufionem, vtun-
tur præcipuè Pignat. loc. mox cit. num. 10. 11. Hodiern.
l. hac edictali d. c. 11. num. 18. & feqq. vbi, quod verifi-
milis mens renunciantis eft, vt contemplatione om-
nium fratrum vtrinque coniunctorum, non, verò, con-
fanguineorum renunciatio facta cenfeatur, nam, ficut
illi confanguineos in fucceffione excludunt, ità foror
renuncians cenfetur eos magis diligere, quam fra-
tres confanguineos tantum, ex quo dilectio ex ordi-
ne fanguinis procedit, & fecundum affectionem re-
gulatur renunciatio Menoch. lib. 4. præf. 16. in 3. conect. 20
Mart. fuccefs. legal. par. 4. quæft. 10. art. 1. num. 2. 3.
Quod fi ceffaret iuris communis difpofitio exclu-
dentis fratres coniunctos, ex vno tantum latere in
concurfu fratrum vtrinque coniunctorum, adhuc in
loco, vbi viget ftatutum idem mandans, vt eft no-
ftrum Lucanum in c. 9. lib. 2. verf. in maternis autem
bonis &c. huiufmodi argumentatio procederet; nam, 21
ficuti diximus fuprà, de iure communi, ftipulatio, eo
cafu, facta cenfetur fecundum formam Statuti Dec.
conf. 74. num. 23. cum alijs latè congeftis per Hodiern.
vbi fup. num. 30. & feqq. & num. 22. dicit cum Bartol.
quod ficuti ius commune videtur tacitè ineffe Con-
tractui quocumque in loco contrahatur, ita ius mu- 22
nicipale, quod derogat iuri communi, quemadmo-
dum fpecies derogat generi, l. de quibus in fine, ff. de
leg. illud, enim, quod à Statuto difpofitum eft, perindè
contractibus ineffe videtur, ac fi pactum effet expref-
fum l. fi fundus. ff. de ciuit. l. quod fi noluit, §. quia affidua, 23
ff. de edil. edict. cum fimili.
Secundo, quia, vt latè fundat Merl. d. loc. num. 13.
huiufmodi Pactum renunciatiuum, cum fiat antè adi-
tam hæreditatem, potiùs dicitur repudiatio, quam
renunciatio; vndè portio vacans per ius accrefcendi
fpectat ad aliam portionem, nempè, ad cohæredes
Dotium maternarum, non verò ad perfonas, vt benè 24
Bottigl. vbi fup. num. 8. & allegat Montan. contr. 10. nu.
23. verf. ac fi tempore, & latiùs profequitur Merl. d.
loc. num. 13. vbi, quod hoc eft primum argumentum,
quo

quo vtitur subtilis *Aret.* huius sententiæ defensor
acerrimus.
Tertiò, quia in omni renunciatione, tam attenditur voluntas præsumpta renunciantis, quam renun-
25 ciatarij; sed vtraque in casu nostro verisimilitet adesse præsumitut.
Quò enim ad filiam renunciantem magis credendum est eam voluisse consulere fratribus suis, quam
aliquid Patri recipienti donare ex coniectura affe-
26 ctionis renunciantis, quæ suæ, & non alienæ posteritati fauisse censetur, & magis sibi coniunctos dilexisse
ad tradita per DD. *l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi, C. de Fideic.*
Quò verò ad Patrem pariter ambigendum non est, quin voluerit æqualitatem inter liberos seruari
27 *l. fin. C. comm. vtriusque Iudic. Roa. dec. 202. Rot. dec. 177. par. 4. tom. 2.* Sed sic est, quod, si filij secundi matrimonij succederent, æqualitas haud seruaretur inter fratres, meritò &c.
Minor probatut, nam filij secundi matrimonij eorum matris dotem, vel eorum Patris bona præcipua habetent, quæ ex Patris, matrisuè Pacto diminui non possunt; filij, verò, secundi matrimonij sua bona tam materna, quam paterna non haberent, sed ex Patris facto ea cum filijs secundi matrimonij communica-
28 rent, quod æquitas non suadet, vt obseruat etiam *Rot. in Rauennaten. success. 12. Ian. 1663. cor R.P.D. Priolo,* quæ præsumptio tantæ est efficaciæ secundum *Aret.* quem refert, & sequitur *Hodiern. vbi sup. nu. 13. & Merl. d. c. 32. num. 15. 16.* vt siue fiat renunciatio per Pactum de non petendo, siue aliquo dato, vel accepto, semper intelligatur facta eo modo, ne ex aliena substantia ditentur filij alterius coniugij, qua propter in terminis, quod filia promisisset ampliùs ad bona
29 materna regressum non habere, secundum hanc sententiam fuit pet *Rot.* iudicatum, vt testatut *Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 14. art. 1. num. 10. post Alb. conf. 11. nu. 15.* vbi respondet *Decio* contra sentienti.
Et eo fortiùs argumentum stringit, quia, cum huiusmodi renunciationes fiant viuente propria matre, & nondum natis filijs, ex secunda vxore, susceptis, di-
30 ci non potest renunciantem de ipsis cogitasse; nam, in ignotis, & non natis nulla cadit affectio *Socin. Iun. cons. 155. num. 2. vol. 3. Roland. à Vall. cons. 82. num. 39. Surd. cons. 21. nu. 3. vol. 1. Menoch. cons. 33. num. 5. Fusar. de subst. quæst. 318 nu. 6.* & semper dilectio maior præsumitur erga personas, quas testator cognitas habet,
31 quam erga incognitas, *Molin. de primog. lib. 3. c. 5. num. 53. Peregr. de Fideic. art. 32. num 67.* latè, *Bottigl. d. c. 2. theor. 51. nu. 3. 4.* vbi etiam quod dici non potest filios ex secundo matrimonio fuisse contemplaros; nam, si id esset, sequeretur filiam cogitasse de secundis nuptijs, per Patrem contrahendis, & consequenter de morte matris, quos tristes euentus lex non præsumit
32 fuisse consideratos, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. si quis posthumus in princ. ff. de liber. & posth.* ergo, si secundæ nuptiæ non dicuntur consideratæ, neque dici potest fuisse contemplatos filios ex illis nascituros, nam, destructo antecedenti, destruitur,
33 & consequens, *l. 1. §. huius rei, ff. de off. eius l. quidam tabularum in princ. ff. de furt.* & regulariter etiam mater
34 vocans filios intelligitur de filijs eiusdem matrimonij, vt tenet *Spad. cons. 345. nu. 12. lib. 2.*
Qua conclusione firmata, non repugnant, quæ in contrarium fuerunt allegata, & præcipuè, quod renunciatio facta ad fauorem hæredum intelligatur, pro quibuscumque hæredibus, siue filijs, siue non filijs, quia responsio est in promptu, scilicet, quod, quamuis hæredum nomine veniant, tam filij, quam
35 extranei, *Crauett. cons. 467. num. 4. Menoch. cons. 423. num. 6. Buratt. dec. 894. num. 4. Altogr. cons. 15. num. 27. lib. 1.* & præcipuè in contractu latè *D. meus Aloys.* 36
Mans. cons. 2. per tot. lib. 1. dec. 244. num. 24. par. 11. rec.
Tamen aliquando limitatur, & restringitur vocatio
ad solos filios, vt in materia correctoria, & præcipuè 37
in emphyteusi de sui natuta non extendenda ad extraneos *D. Aloys. Mans. vbi sup. nu. 38.* in fideicommissis *Rot. dec. 171. par. 12. rec.* & in terminis, in quibus dictum fuit *de hærede in hæredem*, quod intelligatur de filijs, & descendentibus sanguinis latè probat eadem
Rot. in Rauennaten. Fideic. 6. Martij 1665. coram R. 38
P. D. Ottalora post tract. dec. 132. num. 1. & in Bonon. Fideic. de Papalis 27. Iunij 1666. cor. R.P.D. Bourlemont. post tract. dec. 55. nu. 14.
Præcipuè verò dictio, *hæredibus*, solos filios impot-
tat, quando facta est Patri, vt suprà diximus, & pro- 39
bant etiam *Pistor. lib. 4. quæst. c. 6. nu. 45. Cancer. par. 3. var. c. 15. nu. 33. & 34.* & alijs allegatis, firmauit, *Hodiern. d. q. 11. nu. 38. Bottigl. vbi sup. nu. 9.*
Et similiter, quando dicitur per renunciationem
augeri Patrimonium Patris intelligitur, fauore filio- 40
rum tantum, ità vt, illis tantum accrescat *Mandell. cons. 23. nu. 12. 13.* quem sequitur, *Bottigl. in loco mox cit.* sed quia est probatum fuisse contemplatos dumtaxat vtrinque coniunctos, tam inspecta voluntate filię renunciantis, quam Patris renunciatarij; meritò dicimus ipsos tantum fore admittendos.
Minùs quoque valet dicere hanc censeri quandam satisfactionem, seu liberationem, vel donationem, si-
quidem, vt optimè ostendit *Hodiern. d. loc. num. 39.* hu- 41
iusmodi renunciatio etiam per viam Pacti de non petendo, acceptaque dote nullum ius Patri tribuit, solum enim filia pet eam censetur priuata iure succedendi, per viam abdicationis, non translationis, & rationem assignat, quia, tempore renunciationis a
patre filiæ nihil debetur, nisi dos, *Merl. Pignat. contr.* 42
3. Thomat. dec. 203. num. 21. & seqq. quæ, cum non debeat esse minor legitima, renunciatio nihil aliud operatur, nisi remissionem, & refutationem illius, quod
habitura fuisset pro illius supplemento, *l. 1. vbi gl.* 43
& communiter DD. C. de Pact. cap quamuis Pactum, ibi, *de Dote contenta, ff. de Pact. in 6. Thesaur. lib. 2. quæst. for. quæst. 93. per tot.* & sic ad finem, vt ipsa succedere nequeat in morte Patris, in eo pluri, sed non vt Pater de ea disponere possit; si quidem cum nullum Ius viuente Patre habeat, dare Patri potestatem disponendi non poterit, *Surd.* post alios quos allegat *cons. 133. num. 7. 8. Gabr. cons. 135. vol. 2.* vbi, quòd, siue testatus, siue intestatus, Patet decedat, renunciatio facta nihil ei Iuris tribuit, sed solùm efficit, vt nihil petere possit; Renunciationes enim procurantur
à Parentibus, ad hoc, vt filiæ succedere nequeant, 44
& Pater de bonis, de quibus, circumscripta renunciatione, disponere nequiret, possit in præiudicium ipsarum filiarum disponere, non autem, in præiudicium filiorum, qui non renunciarunt, & quibus auctoritate legis portio eius, quæ renunciauit, ap-
plicatur; Siquidem de ea parte credendum est Pa- 45
trem fieri voluisse id, quod ius disponit ad *tex. l. si duo, ff. de acquir. hæred. Boer. dec. 62. num. 18.* vbi, quod, si stante renunciatione iurata, ad supplementum ampliùs filia agere non possit, tamen procedit conclusio, quando masculi, & fœminæ sunt hæredes instituti pro conseruatione Domus, secus si extranei essent hæredes instituti, quoniam eo casu ad supplementum agere posset, & propterea renunciatio di-
ci non potest donatio, nam, cum renunciatio non 46
respiciat nisi futuram successionem, *cap. quamuis Pactum de Pact. in 6.* & ibi *Couarr. par. 3. §. 3. in fi-*
ne; filia, viuente Patre, nullum ius habet in 47
bonis ipsius Patris, sed solùm spem succedendi,

tamquam filia; quam spem donare non potest, nam
donatio dicitur doni datio *l. Senatus, § donatio, ff. de
donat. caus. mort.* & datio est dominij translatio, absq;
quo non potest esse propria donatio.

48 Nec obstat *Surd.* ex aduerso allegat. *cons.* 244. nam
loquitur in renunciatione facta à filia post obitum
matris, & ob id postquam hæreditas iam erat delata,
quo casu, non dicitur repudiatio, sed donatio, nam
quotiescumque fit renunciatio alicui certæ personæ,
& ius renunciatum est delatum, dicitur donatio, quia
supponit priùs aditionem, repudiatio, verò, est quæ-
49 dam abdicatio, & sic simpliciter ad nullius fauorem,
*Afflict. dec. 350. in fin. Ann. cons. 45. num 17. 18. lib. 1.
Gallerat. vbi sup. lib. 1. c. 2. num. 23.* & latè prosequitur
Bottigl. vbi sup. num. 21. 22. cum alijs a me adductis,
d. c. 10. num. 60. pro qua opinione, licet adducat con-
cordantes multos modernos, tamen ipse *à num. 23.
vsque ad fin. quæstionis*, contrarium concludit, quod
etiam in iure, vel hæreditate iam delata procedat re-
gula, vt renunciatio non comprælendat fratres ex
alio matrimonio natos.

Nam ratio aditionis hæreditatis iam factæ à re-
nunciante, ob quam, supra diximus, fieri portionem
renunciatam patrimonium patris, tenet, quod proce-
dat etiam in casu hæreditatis, nondum delatæ, in quo
pariter si non eodem tempore, quo renunciatur, hæ-
reditas delata est, tamen eo tempore supponitur fuis-
se renunciatum, quo hæreditas desertur; nam semper
continet repudiatio tacitam conditionem, si hæredi
50 tas debeatur, *Franch. decis. 67. num. 3. Ronit. cons. 44.
num. 22. vol. 1.* quo tempore, statim renunciatario ap-
plicatur, cui adstipulatur, quod actus potius fieri di-
citur tempore, quo effectum patit, quam tempore
51 constitutionis *l. in tempus, ff. de hæred. inst. l. quod spon-
sæ, C. de donat. ant. nupt.* Si igitur etiam in primo casu
consideratur huiusmodi aditio hæreditatis, & nihilo-
minùs tenent DD. quod hæreditas renunciata non
profit filijs alterius Matrimonij, meritò idem etiam,
hoc secundo casu, erit tenendum. Verùm, opinio
Bottigl. haud mihi satisfacit, quia, licet verum sit,
quod etiam in casu hæreditatis non delatæ suppona-
tur aditio in renunciante, ea tamen hæreditas, vel
portio repudiata, fingit lex, quod statim deueniat
ad renunciatarium absque vllo facto hominis, &
tantum, per momentum resideat in renunciante, vt
52 benè ait *Gratian. disc. for. c. 132. num. 25.* vndè, cum di-
cta acquisitio sit momentanea non est considerabilis,
*Natt. cons. 441. num. 28. Soc. Iun. cons. 53. num. 28. lib. 4.
Gratian. discept. for. c. 316. num. 23. Fontanell. de Pact.
nupt. claus. 5. gl. 8. par. 12. num. 36.* quasi non dicatur fa-
53 ctum, quod non durat, *Socin.* quem refert, & sequitur
Gratian. vbi sup. nu. 25.

Quapropter ex suprà deductis concludendum est,
quod, quando fuit facta renunciatio à filia super bo-
nis matris viuentis, licet sit facta in manibus Patris,
stipulantis pro se suisque filijs, & hæredibus, semper
54 facta censeatur pro filijs illius Matrimonij, non alte-
rius, & deficientibus fratribus vtrinque coniunctis, re-
nuncians habebit regressum ad bona renunciata, non
obstante, quod supersint filij alterius Matrimonij iux-
55 tà *decis. Boer. 184. Gutierez in c. quamuis Pactum num.
62. de Pact. in 6. Molphes. ad consuet. Neapol. de renunc.
quæst. 2. num. 8. Hodiern. d. c. 7. per tot. & ad l. hac edicta-
li quæst. 11. nu. 1. & seqq. Merlin. contr. for c. 32. Bottigl.
d. theor. 51. Altogr. Iun. d. contr. 27. nu. 9. 10.*

Quod comprobari potest etiam alia ratione, nem-
pè; Quod parens hac renunciatione id tantum con-
56 secutus sit, ne filia maternam agnosceret successio-
nem, & in eum statum redigeretur, quasi non exta-
ret, sed penitùs extincta esset, & propterea eius por-
tio, vt deficiens reliquis hæredibus maternis, idest
fratribus, ex vtroque parente coniunctis accrescet,
Kellemb d. quæst. 34. num 1. Solent enim portiones de- 57
ficientes non personis, sed rebus accrescere, & reli-
quorum cohæredum augere portionem *l. 3. § fin. cum
duob. l. l. seqq. ff. de bon. poss. l. 1. C. quando non petent. part.
l. si totam 83 ff. de acquir. hæred.* & firmat vltra, *Kel-
lemb. vbi sup Montan. contr. 10. nu. 23. vers. ac si tempo-
re*, quem refert, & sequitur, *Bottigl. de success. c. 2. theor.
51. nu. 8. Cephal. cons. 29. nu. 9.* vbi, quod portio assumit 58
naturam portionis, cui accrescit, & in terminis, quod
portio vacans ius accrescendi spectet ad aliam por-
tionem, non autem ad personas, firmauit, *Merl. Pi-
gnat. cent. 1. c 32. nu. 12. 13.* vbi, quod hoc argumento
vtitur subtilis *Francisc. Aret* huius sententiæ acerri- 59
mus defensor *cons. 90.* & alij, vt ibi per eum, quo, etiam,
argumento vsus fuit *Gabr. cons. 135. vol. 2.* allegatus *ab
Hodiern. l. hac edictali quæst. 11. num. 41.*

Vlterius facit, quod portio ablata alicui alterius
contemplatione illi solum accrescit, iuxtà *text. in l. 2.* 60
*§ si duo, ff. de collat. bonor. l. post legatum, § amittere,
ff. de his quib. vt indign. Cancer par. 3. var. c. 22. num. 8.
Eugen. cons. 33. num. 71. Bottigl d. theor. 51. nu. 7.* at fauor
fratrum in renunciatione consideratus solum primos
respicit, non secundos, meritò illis tantùm accrescit;
minor propositio est indubitata, siquidem, si filij se-
cundi matrimonij essent considerati, diceretur filiam
cogitasse de secondis nuptijs, per patrem contrahen-
dis, & consequenter de morte matris, qui, vti tristes
euentus a lege non considerantur *l. inter stipulantem,
§ sacram, ff. de verb. oblig.* cum simil. & dixi supra 61
num. 32.

Et eo magis, quia in ignotos, & non natos nulla
cadit affectio, *Bart. l. Lucius, ff. de hæred. inst. Surd. cons.* 62
*21. num. 3. vol. 1. Merl. Pignat. d. c. 32. num. 17. Hodiern.
ad Surd dec. 322. nu. 4. Bellon de iur. accresc. c. 5. quæst.
26. num. 268. Castill. quot. contr. c. 84. num. 43. lib. 5.* vbi,
quod maior est in magis cognitis, *Rub. de testam. c. 67.
num. 36.* & affectio maior præsumitur erga personas, 63
quas testator cognitas habet, quam ad incognitas
*Mol. de Hysp. primog. lib. 3. c. 5. nu. 53. Peregr. de Fideic.
art. 32. nu. 67.* Vnde, *Bart. in l. Lucius § quæsitum de leg.
3. Bald. in l. iubemus, § fin.* allati à *Merl. d. c. 32. nu. 17.* in-
quiunt, quod soror renuncians in beneficium fratrũ,
intelligitur de primis fratribus, non de vlterioribus,
eo quia maior affectio cadit inter magis sanguine
coniunctos *Mart. summ. success. leg. tom. 2. par. 4. quæst.* 64
10. art. 1. nu. 1. Ronit. cons. 94. nu. 17. Est igitur conclu-
dendum, quod si contemplatio non cadit super hos
fratres ortos ex secundo matrimonio, nulla portio
renunciata poterit illis applicari, non tantum in con-
cursu fratrum, ex vtroque Parente, sed etiam nullis
existentibus fratribus germanis; debet, enim, potiùs
admitti renuncians fratribus vtrinque coniunctis de-
ficientibus, quam consanguinei fratres ex Patre tan-
tum, vt latè *Boer. dec. 184. Gutierez in c. quamuis Pa-* 65
ctum nu. 62. de Pact. in 6. Cancer. var. par. 3. c. 15. nu. 43.
& alij relati per *Pignat. d. c. 32. nu. 30.*

Tanto magis plausibilis hæc est sententia, quia se-
cundum eam seruatur inter fratres æqualitas, quæ
non seruaretur prima opinione admissa; nam, eo ca-
su, filij ex secundo matrimonio haberent antè omnia
dotes propriæ matris, & de iure vnusquisque ex filijs 66
diuersi matrimonij venit ad portionem suæ matris,
*Ciarl. contr. 80. Hieron. Palm. cons. 14. & D. meus Franc.
Palma filius cons. 65. D. meus Aloys. Mans. cons. 31. Ro-
yas dec. 399.* & postea concurrerent cum primis ad
portionem renunciatam bonorum illorum matris, &
sic æqualitas inter eos minimè seruaretur, vt ponde-
rat, *Franc. de Aret. d. cons. 90.* quem refert, & sequitur 67
cum alijs, late cumulatis *Hodiern. ad l. hac edictali d. q.
11. nu. 13. per tot. Bottigl. cit. theor. 51. nu. 7.*

Qua-

Quapropter his, & similibus argumentis innixi, hanc latè defendunt, vltrà adductos, *nn.54 Pappon.lib.16.tit.4.arrest.15.Gomez l.22.Tauri n.11.Roland.cons.26.num.34.vol.3.Tusc.concl.lit.R,concl.181.nu.16.49. Kellemb.de rennnc.success.qu 34. Merl. Pignat. d.c.32. Cap de Pact.quæst.55.num.2.*

Et hæc procedunt, quando fit renunciatio hæreditatis non dum delatæ viuente eadem matre; Altero, verò, casu, quando fit renunciatio hæreditatis maternæ post obitum matris; tunc secundum opinionem
68 nonnullorum prodest renunciatio, tam fratribus vtrinque coniunctis, quam consanguineis tantum, vt firmat, *Surd.cons.244.* & probat *Hodiern. d.l. hac edictali quæst.11.num.45.46.Montan.contr.10.num.22.23.* & rationem assignat, quia illo casu hæreditas non solum est delata, sed potiùs adita, nedum per retentio-
69 nem dotium, apud Patrem *Canal. dec.504. num.6.22. Capyc.Latr.dec.13.nu 12. Altogr.cons.81.in princ. lib.1. Bottigl.d.theor.51. nu.21.* sed etiam ex renunciatione facta illius hæreditatis *l. si auia, C.de iur.delib.Mantic.*
70 *de coniect.lib.12.tit.12.nn.17.Cancer.var.lib.3.c.15.de renunc.nu.160.* & proptereà propriè paterna, & hæreditaria portio efficitur, vndè quoad eam attenditur ordo successionis patris, & non matris.

Sed hæc Doctrina minùs videtur vera; Siquidem huiusmodi aditio præsumpta insurgens ex retentione à Patre facta, de bonis maternis, non est propriè adi-
71 tio, vt voluit, alijs cumulatis, *Altogr.cons.81.nn.9.tom.1.* vbi, quod iste actus retentionis, & non restitutionis dotis sit solum silentium, aut potiùs negligentia, ex qua nihil infertur, cum silentium, aut negligentia non
72 significet animum, & voluntatem hominis sine qua non inducitur aditio, imò medium quid sit inter adi-
73 re, & repudiare, iuxtà *tex.l.si infanti, C.de iur.delib.* ibi, *sed si hoc parens neglexerit*, vbi, ex actu, qui consistit in negligendo non inducitur aditio.

Et similiter aditio, quæ ex renunciatione præsumitur non habetur in consideratione, & tantum inducitur ad validitatem vnionis, non tamen quod aliter censeatur adijsse hæreditatem, & sic quod possit conueniri à creditoribus hæreditarijs, vt pluribus cumu-
74 latis, ostendit, *Cancer.var.d.lib.3.c.15.nu.160. & seqq. Hodiern.d.quæst.11.nn.47.Surd.cons.244.num.19. Rot.dec.190.nu.10.par.11.rec.* & latiùs quomodo inducatur aditio hæreditatis, & ad quem effectum per re-
75 nunciationem hæreditatis plura *Menoch.de præs.præs.101.num.15.lib.4.Hodiern.ad Surd.dec.14.num.10. & dec 137.num.25. Redenasc. cons.46. Olea de cess. tit.2. quæst.3.num.39.& seqq.Rot.dec.204.nn.1.post Cenc.de cens.& dec.649. par.3. rec.* Quamquam verò impropriè dicatur aditio, non tamen militat diuersa ratio ab ea, quæ suprà, in primo casu hæreditatis nondum delatæ fuit considerata, nam pariter, eo casu, præsumitur aditio in renunciante, quia semper in renunciatione adest tacita conditio, si renuncianti hæreditas deferatur, quo facto statim renunciatario applicatur, & nihilominùs, vt suprà vidimus, renunciatio non potest extendi ad fauorem filiorum diuersi Matrimonij, vt latissimè ostendit *Bottigl. d. theor. 51. nu.23.& seqq.*

Soluerem ego quæstionem, ope distinctionis allatæ à *Kellemb.d.quæst.34.nu.10.& seqq.*

Aut versamur in casu, quod renuncians iam possidet eius portionem, de bonis matris iam diuisis inter fratres; aut verò eamdem portionem adhuc indiuisam possidet Pater renunciatarius, eamque ex legis concessione curæ suæ commissam habet.

Primo casu, cum filia non modò matri in veritate successerit, sed bona eius hæreditaria, per diuisionem realiter consecuta fuerit, adeò vt ista non ampliùs
76 paterna, sed propria filiæ bona habeantur *l.sed si plures 10.§.filio, ff.de vulg. & pupill. l. cum hæredes 23. in princ.ff.de acq. poss.* non est de ijsdem bonis eadem regula statuenda, de qua in simplici renunciatione; fuit enim diuidendæ successionis obligatio, vt loquar cum *Kellemb.vbi sup.num.12.in med.* qua sibi suos cohæredes antè hæreditatis agnitionem obstrictos habuerat per *l.cohæredibus, C.fam.ercisc.* per realem diuisionem omnimodò sublata, adeò vt ratione eius nullum ampliùs vinculum inter eos subsistat, quare per huiusmodi Pactum nil fuit ipsis acquisitum, sed tantum parenti, qui de ipsis bonis renunciatis disponere valet, inter suos hæredes, & successores.

Si, verò, materna successio minimè fuerit inter liberos diuisa, æquum est, vt hoc Pactum in solum cōmodum, & fauorem liberorum primi matrimonij interpositum interpretemur; quia, eo casu, cum hære-
des matris teneantur ad diuisionem bonorum ma- 77
ternorum æqualiter cum filia, renunciatio ab eo interposita id, tantum efficit, vt de medio tollatur ipsa, & filia eiusque portio alijs fratribus accrescat, nec eo casu, Pater renunciatarius in filiæ locum substitui, & cum cæteris cohæredibus ad diuisionem admitti potest, vt optimè comprobat idem *Kellemb. d. quæst.34 circa fin.*

Adijcitur, pro comprobatione eorum, quæ dicta sunt; Quod renunciatio non prosit fratribus diuersi
matrimonij, *Rot.dec.230.par.12.rec.* vbi, quod dona- 78
tio facta Sponso, & Sponsæ non quæritur filijs alterius matrimonij, & quod mater vocans maritum, & deindè filium intelligitur suum non alterius Matri-
monij, *Andreol.contr.99.Spad.cons.345.num.12.lib.2.* 79
Tondut qq. ciuil. c.46. vbi, quod filius alterius matrimonij non succedit in lucro, quod venit in vim alte-
rius coniugij *Merend. contr. lib. 23. cap.5. Eminentiss.* 80
Otthob.dec.99.& dec.133.ead.Rot.dec.33. dec.230. & 428.par.12.rec.

CAPVT XIII.

Absenti, an fieri possit renunciatio, & an possit reuocari antè acceptationem: multa, quando fit renunciatio, Notario stipulante, & quando est iurata, vel munita clausula, Constituti: an Notarij possint pro absentibus acceptare, & stipulari, & quid operetur hæc acceptatio.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio abdicatiua fieri potest absente parte.*
2 *Et potest quandocumque reuocari antequam alterius appræhendat.*
3 *Valet de iure Canonico renuntiatio translatina.*
4 *Valet renunciatio sine Iuramento, quando agitur de iure iam delato.*
5 *Renunciatio facta præsente donatario valet irreuocabiliter.*
6 *Renunciatio facta cum consensu eius, cui acquiritur, transit in Pactum.*
7 *Et non potest reuocari.*
8 *Et sufficit præsentia sine acceptatione.*
9 *Præsens acceptare videtur quæ in sui fauorem, & commodum redundant.*
10 *Præsentia habet vim tacitæ acceptationis.*
11 *Renunciatio facta præsenti, & tacenti, statim parit exceptionem Pacti.*
12 *Renunciatio de bonis Patris absentis non valet.*
13 *Valet renunciatio facta à Filia Patri absenti.*

14 Dummodo sequatur ratificatio.
15 Præcipue si notarius pro absente stipuletur.
16 Renunciatio ab eo cui fit, non acceptata non valet.
17 Valet tamen ratificatione sequuta.
18 Hæreditas cum sit iuris publici non potest tolli Pacto priuatorum.
19 Pacta super hæreditate tertij viuentis non valent inscio eo, de cuius agitur hæreditate, etiamsi acceptetur à Notario.
20 Requiritur in donatione partis præsentia ad hoc vt valeat.
21 Valet donatio facta donatario absente.
22 Propositus donandi efficit actualem donationem.
23 Donatarij præsentia requiritur in donatione translatiua.
24 Etiamsi fiat fauore piæ causæ.
25 Donatio facta absenti potest ante acceptationem reuocari.
26 Excipitur tantum casus dotis.
27 In donatione ad piam causam non requiritur acceptatio pro conualidatione.
28 Ante acceptationem nullum ius dicitur donatario acquisitum.
29 Donans ante acceptationem dicitur dominus, & potest de re donata disponere.
30 Conditionalis est donatio facta absenti, & potest antè acceptationem reuocari.
31 Nulla oritur obligatio nisi interueniat vtriusque consensus.
32 Donatio non dicitur perfecta nisi concurrente donantis, & donatarij voluntate.
33 Iuramentum efficit, vt renunciatio dicatur perfecta ante acceptationem.
34 Deus est vbique præsens.
35 Per Iuramentum quæritur actio etiam absentibus.
36 Iuramentum supplet partis præsentiam.
37 Iuramentum non supplet partis præsentiam in donatione.
38 Iuramentum non supplet consensum donatarij absentis.
39 Quis non obligatur per Iuramentum nisi consentiat, vel ratificet is, ad cuius fauorem fuit præstitum.
40 Iuramentum non potest supplere plures defectus.
41 Iuramentum supplet aliquandò plures defectus.
42 Renunciatio facta absenti valet, quando fuit facta irreuocabiliter, & quis promisit se vllo vmquam tempore reuocare.
43 Contra, quod hæc clausula nihil operari possit.
44 Donatio facta Notario stipulante valet reuocabiliter.
45 Operatur acceptatio Notarij, vt valeat non interueniente nuncio, vel epistola, non tamen efficit, vt sit irreuocabilis.
46 Acceptatio Notarij validat donationem de præsenti, sed sub conditione, quatenus donatarius acceptauerit.
47 Nullus Contractus sine mutuo partium consensu effici potest.
48 Bona ante ratificationem alteri donata non possunt à primo donatore auferri.
49 Dominium rei donatæ, vel renunciatæ non acquiritur ante acceptationem.
50 Etiamsi adsit clausula, Constituti.
51 Clausula, Constituti, nil ante acceptationẽ operatur.
52 Et generaliter procedit in quolibet Cõtractu, vt clausula, Constituti, nihil ante acceptationem operetur.
53 Notarius non dicitur persona publica quoad acquirendum, sed tantum quoad stipulandum.
54 Notarij antiquitus erant serui.
55 Serui tamen Reipublicæ, non singulorum.
56 Constitutum ad fauorem absentis nihil operatur.
57 Etiamsi interuenerit Procurator, vel negociorum gestor.
58 Contra quod valeat irreuocabiliter donatio facta absenti Notario pro eo stipulante.
59 Notarij dicuntur serui publici.
60 Persona publica potest alteri stipulari, & illi acquirere.
61 Ad effectum acquirendi dominium requiritur acceptatio absentis, non verò ad effectum consequendi actionem.
62 Ante acceptationem non acquiritur possessio rei donatæ.
63 Possessio non nisi animo requiritur.
64 Donatio dicitur à principio perfecta ante acceptationem quoad actionem donatario competentem, non verò quoad reuocabilitatem donationis.
65 Donata res remanet donanti ante ratificationem donatarij.
66 Donatarius non potest agere, quando ante ratificationem fuit ius tertio quæsitum.
67 Donatio ante ratificationem potest esse perfecta ad effectum, vt reuocabilis non sit, sed non ea perfectione, quæ requiritur ad hoc, vt donans non possit obligare rem donatam.
68 Inter contrahentes non debet adesse inæqualitas.
69 Ratihabitio est necessaria ad acquisitionem irreuocabilem, sed non ad acquisitionem simpliciter.
70 Donatius potest ad libitum de sua re disponere.
71 Donatario non acceptante stipulatio est inefficax.
72 Notarius non obligat inuitum, nec quærit nisi acceptanti.
73 Donatario nolente acceptare, licet donatori reuocare donationem.
74 Contra quod stipulatio Notarij non solum det vtilem actionem, sed dominium, & possessionem.
75 Lælius Altograd. laudatur.
76 Possessio nõ acquiritur sine animo debẽtis acquirere.
77 In quolibet contractu requiritur vtriusque partis consensus.
78 Præsentia partis, est necessaria in qualibet acquisitione.
89 In cessione requiritur cõsensus cedentis, & cessionarij.
80 Et etiam in incorporalibus vtriusque consensus, scilicet tradere, & acquirere volentis requiritur.
81 Quemadmodum acquiritur possessio per traditionem, ita acquiritur per cessionem.
82 Cessio iuris intellectu est quædam quasi traditio.
83 Consensus ad acquisitionem necessarius suppletur per Notarium, cui vti publico ministro concessum est recipere, & stipulari.
84 Per stipulationẽ Notarij absentis suppletur cõsensus.
85 Notarius potest pro absente stipulari etiam in extraiudicialibus.
86 Notarius non sibi acquirit stipulando pro altero, sed ipsi tertio.
87 Stipulari nil aliud est, quam promittenti absentire.
88 Stipulatio Notarij pro absente idem operatur ac ipsa partis acceptatio.
89 Abb. cons. 266. num. 26. reprobatur.
90 Ex stipulatione Notarij statim acquiritur absenti ius, & actio personalissima contra cedentem.
91 Facilius per liberam personam acquiritur possessio, & dominium, quam personalis actio.
92 Ad acquisitionem possessionis requiritur animus, & consensus acquirere debentis.
93 Sed procedit quoad acquisitionem dominij, & possessionis irreuocabiliter, non ad effectum simplicis acquisitionis, quia possessio, & dominium acquiritur donatario, licet reuocabiliter.
94 Cõtra, quod per stipulationẽ Notarij nõ possit acquiri domi-

Dominium, & possessio est opinio magis communis.
95 *Altogr.consf.39.lib.2.impugnatur.*
96 *Notarius potest pro absentibus stipulare, sed iuxta formam legum.*
97 *In stipulationibus, quis debet respondere post interrogationem alterius partis.*
98 *Donatori licet antè acceptationem transferre in alium possessionem rei donatæ.*
99 *In acquisitione possessionis, consensus ab initio requiritur.*
100 *In acquisitione iuris à principio non requiritur animus, sed ex post.*
101 *In quo differat acquisitio iuris ab acquisitione dominij, & possessionis.*
102 *Duo fictiones non possunt simul concurrere circa idem.*
103 *Notarius validè pro infante stipulatur.*
104 *Per stipulationem Notarij pro absente cum traditione acquiritur possessio absque ratificatione.*
105 *Per Notarij stipulationem actio personalis datur absque ratificatione.*
106 *Donatio secunda valet non obstante prima facta mediante Notarij stipulatione.*
107 *Nec bona donata possunt à secundo donatario vindicari.*
108 *Ratificatio præsumitur in actu lucratiuo.*
109 *Non verò in actu, vel Contractu oneroso.*
110 *Ex sola scientia eorum, quæ commodum afferunt censetur induci acceptatio.*
111 *Scientia debet esse certa, & non præsumpta, ad hoc vt dicatur inducta acceptatio.*
112 *In Contractu lucratiuo ex sola scientia donatarij inducitur acceptatio.*
113 *Nemo præsumitur velle repudiare rem sibi vtilē.*
114 *Ratificatio non præsumitur eorum, quæ habent aliquod onus annexum.*
115 *In Contractibus correspectiuis, & onerosis nulla lege cauetur quod Notarius possit absentem obligare sine eius consensu.*
116 *Donatio remanet ex titulo lucratiuo, quando onus est quid minimum habito respectu ad lucrum.*
117 *Et propterea censetur inducta eo casu ratificatio.*
118 *Ad hoc vt valeat secunda donatio post primam factam absenti, notario stipulanti, debet adesse realis traditio in secunda donatione.*
119 *Quando secunda donatio esset tantum verbo facta nihil operari posset.*
120 *Sed prima substinetur non obstante reuocatione verbo facta.*
121 *Donatio non dicitur reuocata, quando secundus donatarius titulo vniuersali successit donatori.*
122 *Et ratio est quia eo casu valet donatio in præiudicium successorum donantis.*
123 *Et procedit etiamsi acceptatio facta fuerit mortuo donante.*
124 *Ius reuocandi donationem non transit ad hæredes.*
125 *Renunciatio facta per ingredientem in religionem non potest per Monasterium reuocari.*
126 *Ius reuocandi donationem transit ad hæredes donatarij.*
127 *Contrarium quod non transeat ad hæredes.*
128 *Effectus constituti morte constituentis extinguitur.*
129 *Nec trahi potest in præiudicium hæredis.*
130 *Quia eo casu extrema non sunt amplius habilia ad se iungendum.*
131 *Statuta particularia faciunt cessare ius commune circa acceptationem Notariorum pro absentibus.*
132 *D. Petri Francisci de Rubeis allegatio per extensum refertur.*
133 *Facti series dictæ scripturæ adducitur.*
134 *Ad hoc vt valeat donatio facta à Prælato in vita, necesse est vt traditio interueniat antequam quis infirmetur ad mortem.*
135 *Donatio non dicitur perfecta ante acceptationem, quando fit absenti, Notario stipulante.*
136 *Et procedit quamuis Procurator, vel negociorum gestor interuenerit in faciendo constitutum.*
137 *Possessio per constitutum non transfertur, nisi accedat animus, & voluntas.*
138 *Ratificatio debet fieri in tali casu re integra, antequam alicui sit ius quæsitum.*
139 *Infirmus Clericus desinit esse vsufructuarius, & non habet amplius facultatem disponendi.*
140 *Non sufficit facta traditio per Constitutum ad effectum transferendi dominium, & possessionem rei donatæ.*
141 *Dominium rei acquiritur ignoranti.*
142 *Quando tamen fit stipulatio habenti mandatum speciale, non verò habenti mandatum generale.*
143 *Dominium rerum à nobis non abdicatur per declarationem, quod illud amplius nolumus, sed per effectualem traditionem.*

RResolutiuè procedendo in solutione quæstionis suprà positæ, arbitror, distinctione opus esse; Siquidem, vel loquimur, de renunciatione abdicatiua, vel de translatiua, iuxtà ea, quæ dicta fuerunt supra in *c.9.num...*

Si de renunciatione abdicatiua certum est, quod
potest fieri, absente parte, & potest quandocum-
que reuocari, antequam alter ius apprælıendat, *l.si* 1
*me, ff.de acq.poss.Gallerat. de renunc. lib.4.c. 3. num.*8. 2
& alij à me supra allegati *d. c.9. nu.26.* & in hoc non
est controuersia.

Si verò, sermo sit de renunciatione translatiua, vel
extinctiua, quæ fit per Pactum, (quæ est materia pro-
pria tractatus nostri) ea vel fit personæ, de cuius agi-
tur hæreditate, vel vt euenit in renunciatione facta à
filia Patri in terminis *c. quamuis Pactum de Pact. in 6.*
& tunc, licèt de iure ciuili minimè valeat, tamen iure 3
Canonico, accedente Iuramento subsistit, vt aliàs ple-
nè diximus *cap.3.huius libri.* Sicuti etiam secluso Iu-
ramento est valida, dum agitur de iure iam delato,
quia, eo casu, sapit donationem, & eiusdem regulis
mensuratur, vt firmat, alijs omissis, *Bottigl.de renunc.* 4
success.c.2 nu.2.

Huius modi, igitur, renunciatio facta ad fauorem
personæ de cuius agitur hæreditate, vel fit, præsente
renunciatario, vel eo absente; Primò casu, certum est,
quod valet irreuocabiliter, nam cum accedente eius, 5
cui acquiritur consensu, transierit in Pactum *l. si me* 6
vacuam, ff.de acq.poss. Bolognet.l.1.num.12.& 54. C.de
Pact.& in *l.postquam nu.1.C eod.*non poterit reuocari,
vt tenet, *Bart.d.l. postquam liti quæst. antepenult. C. de* 7
Pact. Bolognet.l.1.C.eod.nu.12. Galler.de renunc. lib. 4.
*c.3.nu.12.*Et sufficit præsentia renunciatarij, licet non
assentiatur, nam videtur ab eo, cuius fit, fauore acce-
ptata, & proindè vim Pacti obtinet *Surd.consf.136.nu.* 8
10.& consf.398.nu.3.4.Galler.d.loc. nu.15. & ratio est,
quia pars præsens acceptasse videtur id, quod ad eius
commodum pertinet, *l.qui patitur, ff.mandati,* cũ alijs
allatis per *Cyriac.contr.315.n.17.Canal.decis.12.nu.7.* 9
& latiùs, quod præsentia eius, cuius fauore fit renun-
ciatio, vim habeat tacitæ acceptationis, dixit, *Palaez*
de maiorat.par.1.quæst.36.n.12.Couarr.de test.par.3.nu.
13.Gutierez d.c.quamuis Pactum nu.58. propterea re- 10
nunciatio facta præsenti, & tacenti statim operatur,
vt is, cuius fauore fuit facta, habeat exceptionem Pa- 11
cti, *Tiraquell.de retract.lign.§.1.gl.9.num.115. & seqq.*
Et quamquam, eo casu, renunciatio in consequen-
tiam redundet in beneficium aliorum filiorum renũ-

ciantis,vel hæredum ab inteſtato venientium; nihilo-
minùs non eſt neceſſe, vt tempore Pacti præſentes
ſint, quia Patri tantum fuit facta renunciatio, vt Pa-
ter, excluſa renunciante poſſit inter filios teſtari, vt
benè ait, Couarr.d.c.quamuis Pactum 3.par. principij
nu.6.in fin Purpur.l.vlt.C.de Pact.nu.41.Capon.de Pact.
quæſt.24.num.27. verſ.reſpondet, & videtur admittere
Faber.de err.pragm.decad.14.err.2.nu.6.
12 Si verò,fiat renunciatio de bonis paternis ad fauo-
rem ipſius met Patris abſentis, abſque dubio renun-
ciatio videtur nulla,ſiue Iuramentum acceſſerit, ſiue
non;Probauimus,enim,latiſſimè in c.111.nu.66.quod
Pacta futuræ ſucceſſionis de bonis perſonæ viuentis,
non valeant eorum conſenſu non accedente.
Aliqui,tamen,contrarium tenuerunt,ſcilicet,vale-
13 re renunciationem à filia factam Patri abſenti, ar-
guendo à renunciatione ad donationem, per tex in l.
nec ambigi,l.ſi aliquid,C.de donat.l.conſenſu,ff.de Pact.
Sachez de Matr.diſp.7.nu.23.24.
Et hæc opinio eſt probabilis, dummodo tamen ſe-
14 quatur ratificatio Patris,aliàs non,vt latè Couarr. d.c.
quamuis Pactum in initio tertiæ partis nu.4. vbi, quod
ſufficit Patris abſentis ratihabitio, aut acceptatio, ſi
Notarius pro parte abſente fuerit ſtipulatus,allegans
15 pro confirmatione Soc. conſ.74.lib 3.Salicet.l.vlt.C.de
Pact.col.penult.Purpur.num 45.& benè Gallerat.de re
nunc.lib.4.c.3. nu.19. vbi, quod multo magis vim Pa-
cti tunc habet renunciatio, quando ſubſequitur illius
acceptatio à parte facta, alias renunciatio non acce-
ptata ab eo cuius fauore emiſſa fuit non valet, Me-
16 noch.conſ.891.nu.10.Surd. conſ.364. num 230. & conſ.
151.num.96 & in terminis Faber. de err. pragm. decad.
14 err.2.nu.2. vbi pluribus medijs oſtendit renuncia-
tionem fore nullam ad fauorem abſentis,admittit ta
men eam eſſe validam,ſequuta ratificatione, vt nu.8.
17 & alijs allegatis id etiam tradit Altogr. Iun. contr.28.
nu.12.
Nec obſtat, quod non valeat Pactum de hæredita-
te viuentis ſine conſenſu eius,de cuius agitur hæredi-
tate; Quia,id procedit in renunciatione facta de hæ-
reditate tertij viuentis,non verò,in renunciatione hę-
reditatis eius cui fit Pactum,vt in caſu noſtro,& licet
etiam hoc caſu renunciatio ſit nulla, vt vidimus ſup.
c.5.nu.50.lib.1.eò quia hæreditas, cum ſit iuris publi-
18 ci,non poteſt Pacto priuatorum dari, nec tolli; nihi-
lominùs,attenta diſpoſitione cap. quamuis Pactum de
Pact. in 6. fuit ius ciuile correctum, dummodò in re-
nunciatione Iuramentum interueniat, & propterea
admitto, quod Pacta noſtra ſint iurata, & de hære-
ditate illius perſonæ, cui ſit renunciatio, erit vali-
da, licet facta abſente Patre, Notario pro eo ſtipu-
lante.
Vel ſit renunciatio hæreditatis tertij viuentis ad
fauorem alterius, vt ſi filia renunciet bonis paternis,
& maternis in fauorem fratrum, vel aliorum conſan-
guineorum, & hoc caſu,eſt rurſus diſtinguendum; vel
enim fit renunciatio,inſcio eo, de cuius bonis, & hæ-
reditate tractatur, vt quando filia renunciat ad fauo-
rem fratris bonis paternis,& maternis,Patre, vel ma-
tre conſentientibus, & eo caſu non valet renunciatio,
ſiue facta fuerit præſentibus renunciatarijs, ſiue ab-
ſentibus; nam,vt iam pluribus locis oſtendimus, Pa
cta futuræ ſucceſſionis tertij viuentis nullatenus ſub-
19 ſiſtunt,inſcio eo,de cuius hæreditate agitur, & ſic ni-
hil refert,an fuerit acceptata à notario ſtipulante pro
renunciatarijs,vel non; ſiquidem neutro caſu non va-
let, ſicuti nec etiam ſubſiſtit ipſomet renunciatario
interueniente,& conſentiente,vt,multis argumentis,
probauimus d.c.111.nu.66.& eſt text. expreſſ. in l.fin.
C.de Pact.
Vel ſit Pactum futuræ ſucceſſionis renunciatiuum
ad fauorem tertij,accedente voluntate, & conſenſu
illius perſonæ, de cuius bonis agitur.
Et tunc, ſicuti certum eſt, quod valet præſentibus
renunciatarijs etiam ſine Iuramento, ita quæri po-
teſt vtiliter,an ſubſiſtat,ſi fiat ad fauorem abſentis.
Et in primis poteſt quæſtio diſputari,in caſu, quod
nullus interueniat in Contractu, qui acceptet pro re-
nunciatario abſente; vel è contra in caſu, quo adeſt
Patris,vel alterius perſonæ,aut Notarij ſtipulatio pro
eodem renunciatario abſente.
Primo caſu,multi tenent renunciationem fore nul-
lam, in renunciatione, enim, ſicuti in donatione, re-
quiri præſentiam partis, ad eius validitatem, dixit
Couarr.d.c.quamuis Pactum par.3.num.4.Gutierez ibi- 20
dem par.2.nu.52.& optimis argumentis,comprobauit
Fab.de err pragm.decad.14 err.2.per tot.Hartm.Piſtor.
lib.1. quæſt.13. Sanchez de Matr. lib.1. diſp. 6. Cancer.
par.1.c.8 num.36.Oſnald.ad Donell lib 13. cap.22. cum
alijs congeſtis per Capon. de Pact. quæſt. 54. num. 24.
verſ.ſed contraria Bottigl. de renunc. ſucceſſ. c.2. theor.
43.num 3.
Et licet nonnulli contrarium adſtruant,ſcilicet,va-
lere renunciationem,vel donationem abſque præſen-
tia renunciatarij,vel donatarij,attento,quod per No- 21
uell.Iuſtin.in l ſi quis argentum, §.fin. C. de donat. ſunt
correcta iura antiqua id diſponentia; dum vult ea-
dem Nouella, vt ſolum propoſitum donandi efficiat
actualem donationem,vt præ cæteris, firmat Honded.
conſ.37.num.13.14 vol.1.Gratian.tom 3. diſcept.c.531.
num.43.Caſtill contr.lib.4.c.37. nu.41. cum alijs cumu-
latis per Andreol.contr.292.num.3.Bottigl.d.theor.42. 22
num.3.
Nihilominùs contraria opinio eſt verior, quod
tam in donatione, quam renunciatione requiratur
Donatarij præſentia,ad hoc vt valeat,& ius irreuoca-
biliter quæratur, attento quod illa Iuſtiniani conſti-
tutio ſolum diſponit circa ſtipulationem, aut rei tra-
ditionem, quæ de iure antiquo, ad perfectionem do-
nationis requirebatur; nihil verò immutauit circa
præſentiam donatarij; in hoc itaque cum incorrecta
remaneant iura antiqua,dicendum eſt, renunciatarij
præſentiam requiri, in tranſlatiua renunciatione, vt
firmat,alijs omiſſis Bottigl.vbi ſup. d.c.2. nu.3. verſ.at 23
quia Sanchez de Matr.lib.1.diſp.6.num.1. & ſeqq. Cu-
tell.de donat.tom.2.tract.2.diſcurſ.1.ſpec.9.n.5 Dexart.
dec.1. Clar.§.donatio quæſt.12.in fin n.6.quem refert,&
ſequitur Donat.Ant.de Mar.reſol 89. nu.18. lib.1. vbi 24
firmatur,non valere donationem Eccleſiæ,piæ cauſæ,
vel Pauperibus factam, niſi aliquis pro ipſis accepta-
uerit,& ità etiam voluit Andreol.contr.375.vbi latè.
Hinc eſt, quod tenent communiter omnes, dona-
tionem abſenti factam, poſſe reuocari antè accepta-
tionem donatarij,vt Gomez.var.lib.2.c.4.n.4. Micrez 25
de Maiorat.par.1.quæſt.36.nu.1.Surd.conſ.351.num.29.
& ſeqq. Mart.conſ.9.nu.11.& conſ.10. nu.8. Cancer.lib.
1.var.c.8.nu.36.& ſeqq. vbi num.37. quod non valet
etiam ad fauorem Eccleſiæ,vel piorum locorum, ex-
cepto tantum caſu dotis idem Cancer. nu.37. Sperell. 26
dec.81.num.25. (ſed contra, quod acceptatio non re-
quiratur in donatione facta ad piam cauſam, vide
Gratian.diſcept.for.c.358.nu.34.Caual.decis.606. num.
10.& dec.173.nu.3.par.12.rec. & dubitant idem An- 27
dreol.contr.197.Sperell. d.dec.81.) Valenzuel. conſ.63.
nu.11.lib.1.& conſ.119.nu.10. lib.2. Theſaur. deciſ.70.
Clar.d.§.donatio quæſt.13.num.5. Ann. conſ.52.num.5.
Paſchal.de vir.patr.pot.par.3.c.60.nu.41.de Franc dec.
74.Manſi conſult.20.nu.33.Andreol.contr.375. num.1.
Donat.Ant.de Mar.d.c.89.nu.20.lib.1. Regens Reuert.
dec.3.nu.2.Rot.dec.421.nu.1.& dec.428. num.2. par.2.
rec.Sperell.dec.81.nu.33.34. quod autem donatio fa-
cta abſenti non ſit perfecta antè actualem ratifica-
tionem,

tionem, seù acceptationem, dixit *Rot. in Fauentina*
Bonorum 9. Iunij 1664. cor. Eminentiss. Cerro, vers. vl-
tra quod post tract. dec. 86. num. 14. Et ratio est apertis-
28 sima iuxta opinionem DD. supra relatorum; Siqui-
dem, antè acceptationem nullum ius donatario fuit
acquisitum, sed remansit penès donantem, qui cum
interim sit Dominus, potest de re donata disponere
29 *Paul. de Castr. in l. Titia §. idem respondit il 2. num. 2. ff.*
de verb. oblig. & benè *Cuman. in l. absenti* 10. *in fine, ff.*
de donat. vbi, quod donatio absenti facta est condi-
tionalis, nempè, si acceptauerit, & antequam condi-
30 tio ista adimpleatur impossibile est acquisitionem
fieri, & firmat etiam *Alciat. resp* 119. *num.* 22. *lib* 9.

Vlteriùs, quod donationis Contractus sit perfectus
antè absentis acceptationem, est, de iure, impossibile,
31 quia nulla potest contrahi, nec ciuilis, nec naturalis
obligatio, nisi vtriusque partis concurrat assensus *l.* 1.
§. 1. ff. de Pact. vndè fit, quod interim, antequam con-
currat donatarij voluntas cum voluntate donantis
32 non potest esse donatio perfecta, benè, *Menoch. cons.*
443. *num.* 23. *Valenzuel. cons.* 119. *num.* 5. 6. *& seqq. Do-*
nat. Ant. de Mar. in add. ad Reuert. dec. 3. *num.* 3. latissi-
mè, *Andreol. contr.* 375. *num* 4. *per tot. D. Aloys. Mans.*
d. consul. 20. *nu.* 34. *Sanchez de Matr. d. lib.* 1. *disp.* 6. *n.* 2.
qui similibus argumentis comprobant supra firma-
tam conclusionem.

Et licet iuxta opinionem nonnullorum, attento
Iuramento renunciationes dicantur perfectæ antè ra-
tificationem donatarij absentis; nam, cum Iuramen-
33 tum Deo præstari dicatur, qui vbique præsens est,
c. debitores, & c. si Christus, vbi *DD. de iureiur.* & ipsi
34 Deo præsenti pro absentibus promissio facta intelli-
gatur, vt alijs omissis tenet, *Seraph. de priuil. iur. priu.*
85. quem refert, non tamen sequitur *D. Aloys. Mans.*
d. consul. 20. *num.* 37. *Anchar. cons.* 21. *nu.* 18. *Corn. cons.*
37. *num.* 4. *lib.* 1. vbi, quod per Iuramentum, actio quę-
ritur omnibus, quorum interest etiam absentibus,
35 *Cancer. par.* 1. *c.* 8. *num.* 39. *Gutierez de Iuram. par.* 1. *c.* 8.
in princ. Cartar. dec. 43. *Gratian. discept.* 575. *numer.* 13.
Anton. de Amat. var. lib. 1. *c.* 30. *num.* 9. *Mantic. de tacit.*
& ambig. lib. 13. *tit.* 7. *num.* 22. *Mancin. de Iuram. par.* 4.
eff. 23. *num.* 1. vbi ait, non mediocrem effectum esse,
quem Iuramentum operatur in actibus, absente par-
36 te gestis, cum suppleat eius præsentiam, & valeant, ac
si parte præsente facti fuissent, *Hodiern. ad Surd. dec.*
111. *num.* 10. *Ciarl contr.* 137. *num.* 13. *Marcabr. cons.*
30. *num.* 233. cum alijs cumulatis per *Altogr. cons.* 37.
num. 20. *lib.* 2. & fusè citatis per *Andreol. contr.* 292.
num. 7. 8.

Tamen huiusmodi conclusio non adaptatur ad ca-
sum nostrum; nam, omisso, quod in terminis donatio-
nis, multi volunt Iuramentum non posse supplere
37 partis præsentiam, vt videre est penes *Andreol. contr.*
375. *num.* 1. *Gutierez in c. quamuis Pactum num.* 55. *de*
Pact. in 6. *Abb. in c. sicut il* 3. *de iureiur.* vbi, quod Iura-
mentum potiùs respicit personam Donatoris, quam
supplere valeat consensum Donatarij absentis; quis,
38 enim, non obligatur per Iuramentum, nisi consentiat,
vel ratificet is, ad cuius fauorem fuit præstitum, vt la-
39 tissimè *Rot. dec.* 27. *num.* 11. 12. *par.* 7. *rec. & dec.* 440.
par. 9. *rec.*

In terminis renunciationis cessat omnis scrupulus,
quia Iuramentum apponitur ad conualidandum
Contractum, & consequenter non potest supplere
alium defectum, videlicet, renunciatarij præsentiam,
nam Iuramentum non potest plures iuris defectus
40 supplere, vt tenet, in proposito, *Bottigl. de success. d. c.* 2.
theor. 43. *num.* 5. & nos alias, vt in *cap.* 32. *num.* 6. Hæc,
tamen, consideratio *Bottigl.* non militat, in casu no-
stro, quia agimus de renunciatione inita, super bonis
tertij viuentis, cum consensu illius, de cuius hæredi-
tate agitur, quæ valet sine Iuramento.

Vlteriùs plures casus dari possunt, quod Iuramen-
tum suppleat plures defectus, vt fatetur ipsemet *Bot* 41
tigl. vbi sup. num. 6. & præcipuè quando Iuramentum
sub verborum generalitate in clausula generali in fine
Instrumenti adiectum fuit, tunc enim supplet omnes
eiusdem Instrumenti defectus, perindè, ac si plura, &
tot Iuramenta fuissent explicita, qunt aderant in eo-
dem Instrumento sanandi defectus, vt probat, *Bartol.*
in auth. Sacramenta pub. num. 14. *C. si aduers. vendit.* vbi
etiam cæteri scribentes, vt *Alberic. Salicet. Fulgos.* &
alij, *Seraph. de priu. Iuram. priu* 83. *num.* 49. *Gratian, di-*
scept. 27. *num.* 38. *Maresc. var. lib.* 2. *c.* 27. *nu.* 15. *Seraph.*
dec. 1184. *Mart. Medic. dec.* 29. *num.* 6. *Ciarl. contr.* 122.
num. 8. *Andreol. contr.* 6. *num.* 39. 40. *Hodiern. ad Surd.*
dec. 154. *nu.* 13. *D. Aloys. Mans. consul.* 22. *nu.* 31. *Rot. dec.*
447. *nu.* 28. *par.* 5. *rec.*

Tandem existimat *Altogr. cons.* 37. *num.* 21. *tom.* 2.
quod valeat renunciatio absenti facta, vbi renuncians
dixerit se donare, irreuocabiliter, & promiserit se, nul- 42
lo vmquam tempore, reuocaturum, nec ei contrauē-
turum sub quouis prætextu, colore, vel causa &c. &
allegat *Menoch. cons.* 1153. *num.* 65. *& seqq. Hodiern. ad*
Surd. dec. 111. *num.* 10. *Cioff. cons.* 124. *num* 6. & alios, vt
ibi per eam; Sed contrarium defendit *Valenzuel. cons.*
119. *num.* 41. *& seqq.* quem refert, & sequitur *An-*
dreol. contr. 375. *num* 6. eò quod si donatio absenti fa-
cta antè acceptationem est reuocabilis, hæc etiam
clausula promissionis non reuocandi reuocabilis cen- 43
seri debet, *l. sub conditione, ff. de bon. poss. cir. tabul. l. in*
seruitutem, §. sed & si quis, ff. de bon. libert. cum simili-
bus adductis per *Andreol. vbi sup.*

Secundo casu, quando interuenit persona pro Do-
natario absente acceptante, & stipulante, vtputa No-
tario, vel Patre, an valeat irreuocabiliter Donatio?
est inter DD. valdè dubium, pro vtraque enim opi-
nione, non desunt scribentes, & quidem innumeri.

Et quòd, non obstante stipulatione Notarij, rema-
neat Donatio, vel renunciatio reuocabilis ante Do-
natarij acceptationem, præ cæteris defendit *Paul. de* 44
Castr. cons. 195. *num.* 1. *vers Non obstat, lib.* 2. quem se-
quitur, *Dec. cons.* 598. *num.* 3. 4. vbi quod dicta stipula-
tio, siue acceptatio Notarij operatur solùm, quod
etiam non interueniente Nuncio, vel Epistola, vti de
Iure requirebatur in *d. l. absenti*, donatio in sui initio
subsistat, non tamen efficiat eam irreuocabilem, *Dec.* 45
l. 1. *num.* 22. *C. de Pact. Ruin. cons.* 126. *nu.* 10. *lib.* 1. *Bero.*
cons. 4. *num.* 35. 36 *lib.* 1. *Bertrand. cons.* 105. *num.* 5. *lib.* 1.
Couarr. var. lib. 1. *c.* 14. *num.* 11. 12. *Grat. cons.* 25. *num.* 37.
& cons. 127. *num.* 21. *lib.* 1. latissimè, *Giurb. obser.* 52. *per*
tot Molphes. ad consuet. Neapol. de renunc. quæst. 1. *num.*
50. 51. vbi, quod stipulatio, & acceptatio Notarij va-
lidat quidem, donationem de præsenti, sed sub condi-
tione, quatenus Donatarius absens acceptauerit, & 46
consequenter conditio suspendit donationem, & dat
facultatem donatori reuocandi, & donatario non ac-
ceptandi, & meliùs *Peregr. cons.* 28. *nu.* 9. *lib.* 5. Quam-
uis Notario stipulante, & acceptante donationem
pro donatario absente conualidet Donatio; At-
tamen, vt effectualiter acquiratur donatio necessaria
est ratihabitio donatarij per rationem viuam, quia
nullus Contractus sine mutuo partium consensu cō- 47
fici potest *l.* 1. *§. conuentiones, ff. de Pact.* idcircò opor-
tere accedere consensum donatarij vltrà stipulatio-
nem Notarij, ad effectum, vt donatarius trahat ad se
donationis contractum, & pro hac etiam opinione
plures refert, & sequitur *Gratian. discept. for.* 575. *num.*
7. *Sanchez de Matr lib.* 1. *disp.* 7. *num.* 11. *vers. verius ta-*
men Mol. de primog. lib. 4. *cap.* 2. *Ludouic. dec. Perus.* 29.
num. 7. *Sanfelic. decis.* 192. *num.* 2. *Ciarl. tom.* 2. *contr. cap.*
136. *nu.* 11. *& seqq. Franch. dec.* 339. latissimè *Andreol.*
contr.

contr.375.n.2. D. Aloys. Mans. d. consul. 20. nu. 41. Bottigl.
de renunc. d. theor. 43. nu. 9. 10. & seqq. ead. Rot. dec. 173.
part. 12. rec. subdit tamen, quod, non potest reuocari
ab hærede donantis.

Hinc est, quod, si antè ratificationem bona à do-
nante fuerint alteri donata, secundus donatarius est
48 præferendus, vt tenet Alciat. Parerg. lib 3. cap. 13. Si-
mon. de Pret. cons. 150. num. 42. Cherard. Massol. cons. 66.
num. 2. Manent. cons. 65. nu. 12. 13. cum alijs adduct. per
Altogr. cons. 28. nu. 35. & latius in appendice ad d. cons.
pag. mihi 774. vers. an autem sit.

Et quod donatario antè ratificationem donationis
sibi factæ Notario pro eo stipulante, non acquiratur
49 rei donatæ vel renunciatæ dominium, vel possessio,
est in Iure magis communis opinio, vt per Surd. cons.
60. num. 16. Menoch. cons. 380. num. 27. Donat. Ant. de
Mar. c. 89. num. 23. Rot. dec. 684. num. 4. part. 1 diuers. dec.
12. num. 3. part. 1. & 369 nu. 3. part. 2. rec. Add. ad Greg.
dec. 97. num. 8. ead. Rot. in Rom. domus 9. Aprilis 1660.
cor. Eminentiss. Cerro post tract. dec. 96. nu. 7. & 26. Febr.
1663. post tract. dec. 97. num. 7. Et procedit conclusio,
50 quamquam vltra Notarij stipulationem adsit clausula
constituti, siquidem constitutum factum à donante in
fauorem absentium non prius in illos trãsfert posses-
sionem rei donatæ, quam ipsi ratum habeant, & ac-
51 ceptent, vt est tex. l. si ego 24 ff. de neg. gest. l. commu-
nis seruus 13. §. 1. vers. quod si sua sponte ff. de acq. poss.
Purpurat. cons. 478. num. 21. vol. 2. quem refert, & sequi-
tur, Rot. dec. 683. num. 4. vers. & idem est part. 1. diuers.
& licet eadem Rota in Roman. seu Farsen. bonorum 30.
Aprilis 1660. cor. R. P. D. Priolo decis. 145. num. 1. post
tract. videatur tenere contrarium, quod nempe, per
clausulam cõstituti transferatur, vera possessio nihilo-
minus est intelligenda post ratificationem vt expli-
cat eadem decisio num. 8. & generaliter est in quolibet
52 contractu, vt per Roland. cons. 4. num. 10 & seqq. vol. 2.
Tiraq. de iure constit. part. 3. limit. 30. nu. 1. & infra Va-
lenzuel. cons. 119. num. 7. & seqq. vol. 2. Gratia. discept.
365. num. 17. Barbos. claus. 31. num. 38. Hodiern. contr. c.
29. nu. 19. 20. Io. Ant. ab Eccles. obser. for. Senat. Pedem.
part. 1. obser. 184. num. 13. latissimè Giurb. obser. 52. per
tot. & ea mouetur ratione, quia Notarius non dicitur
53 persona publica, nisi quoad stipulandum, quo verò
ad acquirendum reputatur persona priuata, vt in au-
th. de Tabell. per tot. tit. Bald. in l. 1. col. 4 C. per quas per-
son. nob. acq. & licet, vt animaduertit Bottigl. vbi supra
54 d. theor. 43. num. 10. antiquitus Tabelliones essent in
publicum empti, vt in publicis ministerijs haberentur
l. 1. §. seruum ff. de quæst. & vt Reipublicæ nomine sti-
pularentur, aut transigerent, erant nihilominus serui
55 Reipublicæ non singulorum, vt tradit Tiraq de nobilit.
c. 30. nu. 9. Pyccard. in tit. Inst. de adopt. Osuald. ad Do-
nell. lib. 6. comment. c. 5. lit. C. & lib. 12. c. 11. lit. D.

Imò adeò vera est opinio, de quâ supra, quod con-
stitutum in fauorem absentis absquè acceptatione, &
56 ratificatione nihil operatur, de quâ re latè Merl. Pi-
gnat. c. 35. num. 26. cent. 1. Royas. dec. 445. nu. 7. Durand.
dec. 62. num. 28. & dec. 356. par. 9. rec. vt procedat,
etiamsi Procurator, vel negociorum gestor interuene-
rit tempore constituti, vt per Tiraq. d. limit. 30. nu. 7.
Bolognett. d. l. quod meo num. 49. vers. & si Procurator
57 per tex. in l. certè 6. §. si Procurator, ff. de precar. d. l. com-
munis seruus §. 1.

Contraria opinio, quod valeat irreuocabiliter do-
natio, vel renuntiatio facta absenti, dummodò No-
tarius pro absente acceptauerit, & stipulatus fuerit,
habet, & ipsa suos asseclas, & præcipuè hanc tuetur,
58 Oldrad. cons. 30. num. 2. Bart. in l. nec ei §. eorum num. 2.
ff. de adopt. & in l. stipulatio ista §. si stipuler col. 2. vers.
tertio fallit, ff. de verb. oblig. plures adducit Osasc. dec.
33. per tot. triginta tres congerit Thesaur. DD. hanc
tenentes dec. 70. num. 4. decem, & octo refert, & sequi-
tur Riminald. Iun. cons. 242. num. 97. viginti sex laudat
Menoch. cons. 1153. num. 54. Surd. decis. 111. num. 5. Ma-
gon. dec. flor. 39. num. 14. Milan. dec. 4. num. 4. & seqq.
Gamma dec. 8. num. 2. Mastrill. dec. 301. num. 21. 22. lib.
4. Cancer. part. 1. var. cap. 8. num. 44. Fontanell. de Pact.
nupt. claus. 9. gl. 1. num. 4. 5. Mart. de succes. leg. part. 1.
quæst. 16. art. 2. num. 21. 22. Staib. Sen. cons. 8. num. 10.
Virgil. de legit. person. c. 13. num. 16. lib. 2. Salgad. Labyr.
cred. par. 2. cap. 26. num. 37. Ronit. cons. 16. num. 6. lib. 2.
Ciarl. contr tom 2. cap. 119. Cene. de cens. quæst 67. n. 32.
vbi plures Rotæ decis. allegantur, & alijs adductis,
firmat, etiam hanc opinionem Andreol. contr. 292. n. 5.
Cyr. contr. 322. & in terminis renuntiationis Gallerat.
de renunt. d. lib. 4. cap 3. nu. 18. in fine tom. 1. Buratt. dec.
149. num. 45. vbi add. Rota decis. 314. num. 3. Merl. dec.
404. num. 3. & in recent. dec. 428. num. 3. part. 4. tom. 2.
& 308. num. 10 part 5. & dec. 440. num. 3. & 447. n. 9.
par. 9. tom. 2 ead. Rot. in Bonon. donationis 17. Iunij 1661.
cor. Beuilaqua post tract. dec. 32. & latius 10. Martij
1662. §. nec applicari cor. R. P. D. Bourlemont.

Et hæc opinio vltrà tot DD. auctoritatem, ratione
fulcitur, iuxta tradita per Bottigl. vbi supra d. theor. 42. 59
num. 14. vers. quæ sententia. Quoniam secundum ve-
riorem sententiam Notarij serui publici dicuntur, vt
tenet Marcell. in l. non enim aliter 18. ff. de adopt. ibi,
quasi cauerit seruo publico, Vlpianus l. si pupillus absens,
ff. rem pupilli, saluam fore, ibi, seruum publicum apud
Prætorem stipulari debere Iustinian. in §. cum autem
Inst. tit. de inut. stipul.

Cùm igitur, Notarius sit persona publica, poterit
alteri stipulari, & illi acquirere, vt firmat Angel. in d. 60
l. sit pupillus, ff. rem pupilli saluam fore Castr. in l. stipu-
latio ista §. alteri col. 3. vers. fallit. ff. de verb. oblig. &
ita, in practica seruari, fatetur Roman. cons. 513. Alex.
& Ias. in locis alleg. per Bottigl. vbi supra num. 15. ante.
vers. accedit notabile, vbi, alijs argumentis, compro-
bat hanc sententiam, & refutat contrariorum argu-
menta.

Huiusmodi conclusiones, ex diametro, pugnantes
conciliari possunt, videlicet, quod prima opinio ha-
bet locum quoad acquisitionem Dominij; secunda
verò, quoad actionem quæsitam donatario antè rati-
ficationem, vt benè, distinguit add. ad Ludouis. dec. 97.
num. 8. vbi quod, aut agitur ad effectum, vt sit acqui-
situm Ius, seu dominium absenti, & tunc requiritur
acceptatio absentis, aut ad effectum, quod non possit
antè ratificationem absentis ille qui se obligauit pæ-
nitere, & tunc non est necessaria acceptatio eandemq;
distinctionem sequuta est Rot. in dec. 683. n. 4. par. 1. di-
uers. & declarat etiam Surd. cons. 60. nu. 16. & cum hac 61
distinctione reducuntur ad concordiã duæ decisiones,
quæ videntur contrariæ, scilicet, decis. 262. num. 5. par.
1. rec. vbi firmatur, quod magis communis opinio est,
vt per stipulationem Notarij acquiratur ius absenti,
etiam sine ratificatione, cuius contrarium latè firma-
uit in dec. 12. num. 3. eadem par. 1. quæ distinctio fuit
etiam nouissimè approbata ab eadem Rot. in Rom. Do-
mus 26. Febr. 1663. cor. Eminentiss. Cerro post tract. dec.
97. ibi, tum etiam quia acceptatio ad effectum acquisi-
tionis dominij omninò requiritur, licèt secus sit ad effectũ
irreuocabilitatis contractus ex parte donantis, seu pro-
mittentis, ad hoc ne possit pænitere, nec à Contractu re-
cedere ante ratificationem absentis, & plenissimè etiam
pro eius corroboratione scripsit Donat. Ant. de Mar.
lib 1. c. 89. num. 23. Buratt. dec. 773. num. 2. Royas dec.
314. num. 20. vbi, quod, licet, ob stipulationem Nota-
rij donatio ex parte donantis fiat irreuocabilis, &
donatario absenti acquiratur ab initio actio persona-
lis ad rem donatam consequendam, non tamen ac-
quiritur rei donatæ possessio antè acceptationem do- 62
nationis,

63 nationis,ea ratione, quia possessio non nisi animo ac-
quiritur, & inferiùs, quod, non obstante Iuramento
apposito in d. donatione procedit distinctio de qua
suprà; nam illud dicitur respicere personam donan-
tis, non autem valet supplere consensum donatarij.

Sed alij, alia distinctione vsi sunt, nempè, quod do-
natio dicatur perfecta à principio antè acceptatio-
64 nem quoad actionem collatam donatario pro conse-
quutione rei donatæ; non verò quoad reuocabilita-
tem donationis in præiudicium iuris tertio quæsiti
super bonis donatis; asserentes quod si donatarius
non ratificet donationem, & interim donans alteri
obliget eadem bona donata, donatarius non poterit
65 obtinere, quamuis Notarius pro eo stipulatus fuerit,
vt optimè *Vinc. de Franch. dec. 339. nu. 3. vers. ex prædi-
ctis*, & ratio est, quia illa stipulatio Notarij non facit,
vt acquiratur ius non sequuta ratificatione, sed ope-
ratur, vt sine cessione vtilis tantum actio acquiratur,
& in similibus terminis, quod donatarius non possit
agere vbi ante ratificationem fuit Ius tertio quæsi-
66 tum, firmauit, multis cumulatis, *Hodiern. ad Surd. dec.
111. num. 3. & in contr. contr. 29 num. 5. 6. & seqq.* benè
Barz. dec. Bonon. 26. Mastrill. dec. 211. num. 26. & seqq.
& quæstionem confirmat *gl. in l. 1. C. de Iur. fisc. lib. 10.
verb. perfectam*, dum ait, donationem perfectam esse
ante traditionem, vt non possit reuocari, non autem
perfectam, vt non cadat res donata in obligatione, &
67 *gl.* sequitur *Bart. ibid. num. 9. Berò cons. 60. num. 1. lib. 1.*
dicens, quod donatio potest esse perfecta, ad effe-
ctum, vt reuocabilis non sit, sed non ea perfectione,
quæ requiritur ad hoc, vt donans non possit obligare
rem donatam, ante traditionem, quoniam requiritur
vltra donationem, quod res sit tradita, & ratio mani-
festissima est; nam, & si Notarius pro absente stipule-
tur, non tamen illi irreuocabiliter acquirit, quia pen-
det, vtrum acceptetur ab illo, antè verò acceptatio-
nem, si diceremus esse irreuocabilem ex parte donan-
tis, & reuocabilem ex parte absentis donatarij dare-
68 tur inæqualitas inter contrahentes contrà *tex. in l.
non debet de reg. iur. l. Iulianus, §. si quis colludentes, ff.
de act. empt.* vt prosequitur idem *Hodiern. d. contr. 29.
num. 5. 6.* sic etiam benè distinxit *D. Aloys. Mans. in d.
sua consul. 20. num. 43.* vbi, quod aut quærimus de ac-
quisitione actionis donatario, & tunc concedendum
est, non esse necessariam ratificationem, cum ipso iure
per stipulationem Notarij statim donatario acquira-
tur actio, ità vt absque acceptatione aliqua, re inte-
gra, & donatione non adhuc reuocata, ex ea
agere possit; Si verò, quærimus, an sit necessaria acce-
ptatio ad effectum reddendi ipsam donationem irre-
uocabilem, & in his terminis nemo negat solam sti-
pulationem Notarij nequaquam sufficere, verum
omninò necessariam esse acceptationem donatarij,
vt donatio reddatur irreuocabilis referēs verba *Ruin.
cons. 126. vol. 1. num.* 10 qui ait, *licet sit verum, quod per
Notarium quæratur ipso iure, & antè ratihabitionem,
non tamen quæritur irreuocabiliter; rati ergo habitio est
69 necessaria ad acquisitionem irreuocabilem, sed non ad
acquisitionem simpliciter, & Ruin.* sequitur *Rolād. Curt.
Iun. Purpur. Mant.* & alij ibidem per *Mansi alleg. n. 43.*

Et huic vltimæ distinctioni fauet, quod si ex mente
Rotæ Rom. & aliorum suprà, in prima distinctione, al-
legatorum, donatarius non dicitur acquirere, neque
dominium, neque possessionem rei donatæ antè rati-
ficationem, penès ipsum donatorem interim remane-
bit & dominium, & possessio, idemque poterit tran-
sferre in tertium in præiudicium primæ donationis
non ratificatæ non solum, quia vti dominus potest
70 ad libitum de re donata disponere, vt dixit, *Paul. de
Castr. l. Titia, §. idem respondit il 2. ff. de verb. oblig. Cu-
man. l. absenti in fine, ff. de donat. Alciat. resp. 119. num.
22. lib. 9.* quos refert, & sequitur, *D. Aloys. Mans. consul.
20. num. 34.* & latissimè, *Hodiern. d. contr. 29. num. 5. 6.*
sed etiam, quia potest præsumere donatarium noluis-
se acceptare, quo casu, stipulatio est inefficax, *Gratian.* 71
dec. 39. num. 8. vbi, quod quamuis Notarius stipuletur,
non tamen obligat inuitum, nec vlli quæritur, nisi ac-
ceptanti *Mol. de Hisp. primog. lib. 3. c. 2. num. 69. & seqq.* 72
nec dicatur, quod per stipulationem Notarij ipso iu-
re quæratur ius super re donata, quia procedit, ipso
volente, ipso, autem, nolente acceptare, licet donatori
donationem reuocare, vt benè *Surd. cons. 60. num. 16.* 73
vers. non obstat, & pro hac opinione refert fuisse deci-
sum in Senatu Pedemontano *Faber. in C. lib. 8. tit. de
reuoc donat. def. 10.* & alibi idem *Hodiern. d. contr. 29.
num. 6 7.*

Vtramque ex prædictis distinctionibus reijcit *Al-
togr. cons. 39. per tot. lib. 2.* asserens, quod non solum
vtilis actio quæritur donatario absenti, Notario pro
eo stipulante ad consequendam rem, sed, quod hac
stipulatione mediante, & dominium, & possessio pe- 74
nes eum transeat, adeò, vt donator non possit, in præ-
iudicium primæ donationis rem donatam, vel alteri
hypothecare, vel in alterum transferre quocumque
titulo.

Et prima quidem fronte opinio *d. D. Altogr.* viri
apud me semper in summo honore habiti ob eius ex- 75
cellentiam in iuridica facultate, videtur iuri consona.

Nam, non negatur in primis, quod possessio sine
animo non acquiritur, vt est *tex. in l. 1. §. adipiscimur* 76
*l. 3. & l. quemadmodum, ff. de acq. poss. l. absenti, ff. de do-
nat.* & dixit, *Vegg. cons. 38. num. 19. Alb. cons. 266. num.
26. Rot. dec. 683. nu. 3. par. 1. diuers. Seraph. dec. 472. n. 3.*
& ex hoc dicimus ante ratihabitionem donatarij nul-
lum omnino & ius acquiri, & nil actum censeri, non
obstante stipulatione Notarij, quia non est coniun-
ctus consensus vtriusque partis, prout requiritur in 77
quolibet Contractu per *tex. in l. 1. ff. de Pact.* & facit
optimè *Donat. Ant. de Mar. in add. ad Reuert. dec. 3. n. 3.*
vbi, hoc esse de iure indubitatum, Contractum dona-
tionis duo habere extrema, vnum à quo incipiat, ni-
mirum donantem, alterum in quo consistere, & resi-
dere possit, scilicet donatarium.

Imo hoc etiam fatetur ipse *Altogr. vbi sup. num. 17.*
18. & hanc conclusionem extendit non solum ad ac- 78
quisitionem dominij, vel possessionis, sed etiam ad
quamlibet aliam acquisitionem, vbi sit necessaria præ-
sentia partis per *tex. in l. nec ignorans, C. de donat. l. ex
maleficijs, §. longè, l. ex consensu, ff. de act. & oblig.* & te-
net *Bald. in l. per diuersas num. 18. vers. Doctores repræ-
hendunt, C. mandati Roland. cons. 19. nu. 18. lib. 1.*

Vndè cessio Iuris, & actionis fieri non potest ab-
senti, quia in cessione requiritur consensus cedentis,
& cessionarij, *Bald. d. l. per diuersas num. 18. vers. 14.* 79
quæro C. mandati, tam, enim, in corporalibus, quam in
incorporalibus concurrere debet animus volētis tra-
dere possessionem, aut quasi, & animus volentis acci-
pere, *Post. de manut. obser. 20. num. 22. Rot. post eum dec.* 80
188. num. 5. Roland. d. cons. 19. num. 18. lib. 1.

Firmat, tamen, quod, quando cessionarius est ab-
sens, & animum suum declarare non potest, possit ce-
dens supponere aliquem Notarium, qui recipiat pro
absente iuxtà cautelam *Bald.* in loco nuper allegato,
vbi inquit, quod, quemadmodum, per traditionem 81
acquiritur possessio, ità acquiritur per cessionem, quæ
iuris intellectu est quædam quasi traditio rerum in-
corporalium, & sic animus, & consensus necessarius 82
ad acquisitionem ex ministerio legis suppletur, per
Notarium, cum ei vti publico ministro concessum sit,
recipere vtiliter, & stipulari pro absente etiam quoad
ea, quæ animum, & consensum acquirere debentis 83
necessariò exigunt, vt optimè ostendit idem, *Bald. loc.
alleg.*

alleg. Rol. d. conf.19. num.18.28. lib.1. & quod per sti-
84 pulationem Notarij suppleri possit consensus absen-
tis, *Rimina'd. Iun consil.112. num.238. & consil.127. num.8.9. & seqq. Post. Imol.consil.176.num 25. Paris. conf.90.num.25.lib.3.* & latissimè *Donat. Ant. de Mar. resol.quot.lib.2.resol.70.num.6.* quos refert & sequitur idem *Altogr.conf.39.num.22. per tot.*

Et quod Notarius hodie possit pro absente stipu-
lari, etiam in extraiudicialibus est opinio irrefraga-
85 bilis, licet antiquis temporibus, de hoc aliquandò
fuerit dubitatum, vt plurimorum authoritate, comprobat idem, *Altog. vbi supra num.23.* cui addo exarata per *Bottigl.de renunc. success.cap.2. theor.43.num.15. & seqq. Arias de Mesa var. cap.50. lib.3. num.15.* Sicuti supposito, quod stipulari valeat, verum non est quòd sibi acquirat, adeò vt cedere debeat actio-
86 nes absenti pro quo stipulatus est, vt multis placuit
relatis per *Tusc. lit. C, concl. 211. num. 3.* Quia contrarium hodie communiter admittitur, scilicet, Notarium posse pro alio stipulari absque cessione, *l.2.3. ff.rem pupilli salnam fore,&c. l.1.§.exigere, ff.de magistrat.conuen l.non aliter, ff.de adopt.§.cum autem impubes,Inst.eo.* & firmant latissimè allegati per *Altogr. vbi suprà num. 26. & seqq.*

87 Supposito, igitur, quod Notarius stipulari possit,
poterit consensum acquisitioni necessarium præstare, cùm nil aliud sit stipulari, quam promittenti assentiri, *l.5.§.stipulatio, ff.de verb.oblig. Brisson.de verb. sign. in verb. stipulatio est, Calic. in Lexic. Iur. verbo stipulari.*

88 Vnde sequitur, quòd, stipulante Notario pro ab-
sentibus, perindè omninò est ad effectum, de quo agitur, ac si ipsimet præsentes, & acceptantes fuissent *Port. Imol. conf. 176. num. 5. Torniol. consil.105. num.20.* ex quo deducit idem *Altogr.d.consil.39.n.28.* non esse admittendum, quod dicit *Alb.conf.266.n.26.* Notarium posse stipulari pro absente, sed nullum absenti Ius acquiri, nisi eius sequatur ratificatio, ex quo, vt ipse ait, iunctus non est vtriusque contrahentis consensus, nam, eo ipso, quod fatetur Notarium posse stipulari pro absente, ni velit, eum facere actum nullum inutilem, & sine spiritu, oportet etiam, vt oportet absentis, consensum Iuris ministerio censeri præstitum per Notarium, vti publicum seruum, & ministrum, cui adesse stipulationi sit necessarium,
89 & quamquam *Albæ* opinionem sequantur alij, &
præcipuè *Paul. de Castr. consil.195. num.2. lib.2. Dec.* & alij relati per *Tusc. lit. D, concl. 640. num. 5. 6.* firmantes nil acquiri absenti per Notarij stipulationem, nec aliquid actum censeri, nisi ipsius sequatur ratificatio.

Tamen verior est opinio contraria, & ab omnibus
90 approbata, quod, ex stipulatione Notarij statim,
ipso Iure, acquiratur absenti Ius, & actio personalis contra cedentem absque vlla cessione, & ratificatione, vt multorum authoritate probat idem *Altogr. d. conf.39 n.32. & seqq.* & nos supra firmauimus auctoritate *Rot.Rom.* & præcipuè *dec.12 n 3. & dec.262. n.5. par.1.rec. Buratt.dec.773.num.2. Royas dec.314.nu.20. in Romana Domus 26. Febr. 1663. §. tum etiam quia, coram Eminentiss.Cerro, dec.97.post tract.* quibus addo in terminis *Cyr. contr. 332. num. 3. 4. Giurb. obser. 52. num.1.2. Donat. Ant.de Mar. in add.ad Reuert. dec.3. num.4.circa fin.*

Igitur, si Notarius pro absentibus validè stipulatur, si Ius, & quidem irreuocabile, nec non, & actionem personalem absque cessione, aut ratificatione ijs acquirit, non secùs, ac si ipsi præsentes, & acceptantes fuissent, & tamen hę etiam acquisitiones animum, & consensum acquirere debentis omninò requirunt, cur non item idem Notarius recipiendo constitutum poterit ijsdem acquirere possessionem, & dominium? maximè cum faciliùs per liberam personam acquiratur possessio, & dominium, quam personalis actio,
l.ea quæ ciuiliter, ff. de acq. rer. Dom. & in puncto ita 91
arguendo, *Soc.Sen.conf.90.num.7.lib.3.Ferret.conf.5. num.4.Guid.Pap dec.49.num.1.versic. Bartolus ait,* & alij latè cumulati per *Altogr. vbi sup. num.38.*

Nec obstat huic opinioni, id quod tradit *Altogr.* 92
vbi sup.num.39. quod quamuis ad acquisitionem possessionis, & dominij, requiratur animus, & consensus acquirere debentis, vltrà stipulationem Notarij, tamen, id procedat, ad effectum, vt dominium, & possessio quæratur donatario, pro quo stipulatio interposita est, irreuocabiliter, non autem ad effectum simplicis acquisitionis, nam per stipulationem Notarij recipientis Constitutum possessio, & dominium secundum eum acquiritur donatario, sed reuocabiliter, cum ipse possit à se illud abdidare per repudiationem, ex quo non infertur, quin interim factus sit
Dominus, & possessor, vt in indiuiduo citat *Rum.conf.* 93
126.nu.10.vers.nec est conf.172.nu.16.& seqq.lib.1.& conf.47.nu.4.lib.5.Ferrett.conf.5.num.4.in fin. Roland. conf.19.nu.28.Riminald.Iun.conf.242. num.138. & alij plures, quibus addo *Ciarl.contr.137.nu.17.*

Hæc enim, licet subtilia, & digna tanto viro non possunt, ni fallor, prosternere contrariam sententiam non solum tot DD. sed etiam ipsiusmet Sacræ Rotæ Rom. auctoritate munitam, firmiter tenentium, ne-
quaquam posse per donatarium absentem acquiri 94
possessionem, & dominium rei donatæ, mediante stipulatione Notarij, & clausula, Constituti, vt latissimè firmauimus *sup. num. 28.* & sexcentis DD. cumulatis firmat *Giurb. obser. 52. num.1. per tot.* & vltra DD. & decis. à me aliàs allegatas admittit etiam hanc opinionem doctiss. *Salgad.in Labyr.cred. par.2.c.26.n.86. & 100.* & ratio ea sola est, quod in acquisitione possessionis requiritur animus eius, cui acquirere volumus possessionem, vt expressè tradit *gl. in l.quod meo, in verbo possidere, ff.de acq.poss.*

Nec argumentum, alias acutissimum *Altogr.* quod Notarius validè possit pro alio stipulari, & sic vicem
gerere eius principalis in præstando consensu, mihi 95
videtur tale, vt commodam non admittat responsionem, scilicet, quod, licet verum sit Notarium posse pro absentibus stipulari, id tamen est intelligendum,
vt aduertit *Merend.contr.lib.8.c.32.num.1.* iuxtà nor- 96
mam legum circà stipulationem latarum, videlicet, quod sicuti in alijs stipulantibus scriptum est debere nos incontinenti respondere postquam intelleximus
interrogationē alterius partis *l.1.§.qui præsens l. con-* 97
tinuus 127.in princ. ità in stipulatione per Notarium interposita, id est obseruandum, quod statim post notitiā Contractus debet donatarius, vel alius pro quo Notarius fuit stipulatus consentire, aliàs liberum erit donatori resilire, secùs enim resultaret inæqualitas inter contrahentes, si donatarius haberet tempus ad deliberandum, non verò donator, quæ doctrina ad casum nostrum applicata, mihi videtur innuere, quod
liceat donatori ante ratificationem donatarij tran- 98
sferre rei donatæ possessionem in alium in præiudicium primi donatarij, vt latiùs etiam supra multorum auctoritate deduximus.

Ad aliud, verò, argumentum, in quo dictum fuit, quod si Notarius, stipulando pro absente, acquirit ad eius fauorem actionem personalem contrà donatorem, ergo pari modo, poterit, stipulatione mediante, & dominium, & possessionem, pro eo nancisci, præcipuè, quia etiam in his acquirendis animus, & consensus acquirere debentis requiritur.

Respondetur, quod licet vtroque casu, nempè in acquisitione iuris, & possessionis animus requiratur,

diuer-

diuersimodè, tamē, necessarius est in acquisitione pos-
sessionis, nam eo casu requiritur ab initio, vt tenent
99 *gl. & DD. in l. quod meo verb. possidere, ff. de acq. poss.*
in acquisitione, verò, iuris nullus à principio requiri
tur animus, cum absque eo acquiratur ius, & actio
absenti, necesse tamen est ex post, vt acquisitio ex
100 parte ipsius absentis fiat irreuocabilis, vt obseruat
Giurb. vbi sup. num. 48. qui vlterius aliam diuersitatis
101 rationem animaduertit in acquisitione Iuris, & in
acquisitione dominij, & possessionis; primo, enim,
casu, scilicet, in acquisitione Iuris, vna tantum adest
fictio, scilicet, quod acquiratur Ius absenti absque
102 animo, in acquisitione verò possessionis, duæ con-
currerent fictiones, prima, quod sine animo acqui-
reretur, secunda, quòd, per actum fictum, fieret ac-
quisitio; quæ duæ fictiones non possunt simul con-
currere circa idem, *Bart. l. si quis pro emptore, num.* 71.
ff. de vsucap. & ex alij per *Giurb. adduct. vbi supra n.* 50.

Neque releuat DD. caterua, qui pro contraria
opinione allegantur, quia, vt (singillatim eorum di-
ctis perpensis) animaduertit, *Giurb. d. obser.* 52. *à num.*
103 3. *vsque ad num.* 47. pauci ad rem faciunt, nàm pleri-
que loquuntur in infante, ad cuius fauorem absque
dubio Notarius validè stipulatur, etiam quoad pos-
sessionem acquirendam, vt tenet *Rot decis.* 683. *num.* 6.
part. 1. *diuers. Seraph. dec.* 472. *num.* 8. *Ciarl. d. contr.* 137.
num. 44. & alij plures relati per *Altogr. d. cons.* 39. *num.*
10. alij supponunt, quod effectualiter traditio rei in
stipulationem deductæ, Notario stipulante pro ab
sente, facta sit, quo casu, iuxtà opinionem nonnullo-
104 rum acquiritur possessio absque ratificatione, & cæ-
teri, vel de actione personali debent intelligi, vel
materiam confundunt nulla adhibita distinctione.

Propterea concludendum est quoad effectum, vt
acquiratur possessio, & dominium absenti mediante
persona Notarij stipulantis requiratur eiusdem ab-
sentis acceptatio.

Quo, verò, ad consequendam personalem actio-
nem, & quoddam Ius aduersus donatorem, ità, vt
105 non possit pænitere donationem reuocando, tunc ve-
rum est, acceptationem non esse necessariam, ex hoc
autem non benè infertur quod facta per donatorem,
antè acceptationem donatarij translatio rei donatæ,
106 in tertium, titulo singulari, ipse tertius tueri se mi
nimè possit aduersus primum donatorem, nam con-
trarium est verius, scilicet, primam donationem fuis
se irreuocabilem quoad donatorem tantū, non verò,
107 quoad tertium, qui, cum possessionem habuerit à do-
natore vero domino rei, potuit in eum transferre, &
dominium, & possessionem, & ad eius fauorem vali
da fuit reuocatio donationis, vt fatentur etiam ij qui
pro contraria allegantur ab *Altogr* & pręcipuè *Ciarl.
contr.* 137. *num.* 32. *Cyriac. contr* 322. *num.* 4. 5. *& seqq.
Mastrill. dec.* 211. *num.* 26. *& seqq.* & licet *Donat. Ant.
de Mar. in cap.* 70. *num.* 5. *& seqq. lib.* 2. videatur tenere
contrarium, tamen in *cap* 89. *num.* 23. *& seqq. lib.* 1.
& in obser. ad dec. reuers. dec. 3. *num.* 4. *vers. nec refert*
hanc nostram defendit sententiam.

An, verò, huiusmodi ratificatio pręsumatur ex par-
te donatarij quoties non constat de contrario, & est
distinguendum uel enim loquimur in donatione, &
108 renunciatione merè lucratiuâ, vel in donatione, & re-
nuntiatione onerosa; primo casu, modo constet, eam
deuenisse ad notitiam donatarij, acceptata præsumi
tur; secundo, verò, casu, non vt, alijs omissis, firmat,
109 *Rot. dec.* 274. *num.* 4. *part.* 6. *rec. & dec.* 27. *nu.* 21. *& seqq.
part.* 7. *Rot. dec.* 315. *num.* 21. *in Rom. Domus* 9. *Aprilis.*
1660. *cor. Eminentiss. Cerro post tract. d. dec.* 96. *Bonon.
donat.* 10. *Maij* 1662. *cor. Bourlemont. §. quod hinc.*

Et ratio est, quia, ex sola scientia in his, quæ affe-
110 runt commodum etiam in absente, censetur inducta
acceptatio, vt dixit, *Rot. in Rom. Saluiano de Casalibus*
21. *Iunij* 1641. *cor. Eminentiss. Cerro, & in dec.* 189. *num.*
15. *post Zaceb. relat. in d. dec. Rom. Domus* 9. *Aprilis*
1660. *cor. præfato Eminentiss. Cerro, vers neque dicatur,
post tract dec.* 96. *n*... vbi, quod in proposito huiusmodi
scientia debet esse certa, nec sufficit præsumpta (licet 111
contrarium dicat, *Andreol contr.* 292 *num.* 13.) & ita
etiam tenet *Giurb. obser.* 53. *num* 9. & iuxta hanc distin-
ctionem firmauit eadem, *Rot. in Fauent. bonor.* 9. *Iunij*
1664. *cor. Eminentiss. Cerro post tract. dec.* 86. *num*... ibi,
*& cum non versemur in donatione merè fauorabili, sed
potiùs mixta, quamplura onera continente, non suffra-
gatur tacita ratificatio, nequè acceptatio Notarij pro
absente, sed omninò requirebatur vera, & effectualis
ipsius donatarij acceptatio &c.* & latius, *Rom. Domus*
26. *Febr.* 1663. *cor. eodem* post tract. dec. 97. vbi quod in
contractu lucratiuo ex sola scientia donatarij induci- 112
tur acceptatio, cum nemo præsumatur velle repu-
diare rem sibi vtilem, secus verò, quando acquisitio
habet mixturam oneris, quo casu, cum possit damnū 113
afferre, non inducitur ratificatio ex simplici scientia,
sed necessarius est explicitus consensus, vt etiam ob-
seruat *Altogr. cons.* 37. *num.* 11. 12. *lib.* 2. eadem *Roe.* 114
apud Merl. dec. 35. *num.* 5. vbi quod in contractibus
corrispectiuis, & onerosis, nulla lege, aut ratione
cauetur, quod Notarius possit absentem obligare si- 115
ne eius consensu, & ita etiam in similibus terminis vo-
luit eadem *Rota in Roman. Fideicommissi* 11. *Februarij*
1669. *coram R. P. D. Calataiù decis.* 71. *num.* 8. *& seqq.
post tractatum.*

Prædicta tamen, sunt temperanda in casu, quod
onus in donatione appositum non sit considerabile,
habito respectu ad lucrum longè maius, tunc, enim,
si onus est quid minimum, habito respectu ad rem
renunciatam, multi valoris donatio non desinit esse 116
ex titulo merè lucratiuo, nec cessat ratio, quod dona-
tarius ratam donationem sit habiturus, vt, multis cu- 117
mulatis, optimè probat, *Altog. cons.* 38. *num.* 7. *lib.* 2.
Rot. dec. 27. *num.* 2. *part.* 7. *rec.* & dixit *Rot. in d. Bonon.
donat.* 17. *Iunij* 1661. *cor. R. P. D. Benilaequa post tract.
dec.* 32. *num.* 4. confirmata 10. *Maij* 1662. *§. vel quia,
cor. Bourlemont.*

Ex his, quæ diximus *supra num.* 106. constat, quod
ad effectum, vt prima donatio absenti facta stipulante
Notario, & acceptante pro absente dicatur reuoca-
ta; opus est, vt donans tertio effectualiter donet, & 118
tradat possessionem eius rei, quam priùs donauerat
absenti, nàm alias si verbo tantum, & non facto, de-
clarauerit velle à donatione recedere, frustra erit hæc
verbo tenus facta declaratio, nàm, ea non obstante,
poterit primus donatarius rem adhuc existentem pe- 119
nes donatorem vindicare, non, verò, quandò antè ra-
tificationem donatarij in tertium translatum est Do-
minium, vt probat, *tex. in l. Titius, ff. de donat.* vbi,
quod, licet secundum ea, quæ proponuntur perfecta
sit donatio, ante traditionem tamen creditores, qui
medio tempore Ius acquisiuere firmā pignoris obli-
gationem habent, secus, verò, si renunciatio, vel do-
natio fuerit simplici pænitentia, & verbo tenus tan-
tum reuocata, vt distinguendo tradit *Couarr.* 3. *part.* 120
rubr. extra de testam. vers ex quibus Mastrill. d. dec. 211.
num. 26. *& seqq. Ciarl. d. contr.* 137. *num.* 11. *& seqq.
Cyriac. d contr.* 321. *num.* 3. & admittit idemmet *Altog.
in cons.* 37. *num.* 22 *& cons.* 38. *num.* 14. *lib.* 2.

Imò est necesse, vt titulo singulari translatum sit
Ius, & possessio rei donatæ in tertium, ad effectum, 121
vt tutus sit aduersus primum donatariū, aliàs enim,
si titulo vniuersali donatori successerit, tenetur ad
fauorem primi donatarij, ac si donatio reuocata non
esset, *Seraph. dec.* 472. *num.* 6. *Cyr. d contr.* 322. *num.* 5.
Ciarl. d. contr. 137. *nu.* 32. 33. *Donat. Ant. de Mar. d. c.* 10.
num. 3.

num.3. Altogr. d.cons.37.num.32.& cons.38.num.21.
lib.2. & ratio est, quia, cum, hęredes donantis eius
personam repræsentent, sicuti in præiudicium eius va-
let irreuocabiliter donatio, ità, in præiudicium hære-
122 dum eius, & successorum titulo vniuersali, vt latè
Ciarl.d.contr.136.num.23.

Quod procedit, etiamsi acceptatio facta fuerit,
mortuo donante, nam, minimè poterit hæres, reuo-
123 cando contrauenire, cùm, omninò teneatur ratum
habere, quod suus prædecessor donans fecit, & si de-
functus donationem sic peractam dum Notarius pro
absente stipulatus est, reuocare non poterat, ita nec
eius hæres illum repręsentans, vt, reprobato, Paulo
Castr.tenet Aym.cons.252. Regens de Ponte cons.120.
lib.2. Couarr. vbi supr.num. 13. vers.illud pro facto, &
alij allegati per Donat. Ant. de Mar. in add.ad reuert.
dec.3.num.4. latissimè Ciarl.d.contr.137.num.24.25.
& seqq. & quod istud Ius reuocandi non transeat ad
124 hæredes dicit Franc.dec.339.num.3. Hodiern.ad Surd.
dec.111.num.1.& contr.for.contr.3.Tondut.quæst.ci-
uil.cap.54.num.17.& seqq. Duran.dec.84. Merl. dec.
692.num.80.& dec.360.num.37.part.11.rec. Cancer.
var.lib.1.cap.8.num.41. & alij alleg. per Altogr. cons.
125 37.num.11.12. vbi firmatur, quod renunciatio facta
ab ingrediente Religionem non potest per Monaste-
rium reuocari, & latiùs cons.38.num.4.

An verò, Ius ratificandi donationem transeat ad
hæredes donatarij, affirmatiuam tenet, alijs cumula-
126 tis, Cyr. contr. 322. num. 7. thesaur. dec. 70. num. 59.
latissimè Ciarl.d.contr.137 num.26.& seqq. Surd. dec.
206.Sperell.dec.81.num.36.& dec.69.70.

Sed contrarium probat Andreol.contr.339.num.10.
Barbos.vot.decis.126.num.104.Ginrb.d.obser.53.nu.4.
127 eius tamen dictum est intelligendum quoad domi-
nium, & possessionem, vt scilicet, non quæratur hæ-
redi renunciatarij, facta ratificatione per ipsos hære-
des, & ratio est quia effectus constituti extinguitur
128 morte constituentis l.cum hæredes.ff.de acq.poss. Andr.
contr.68. num. 5. cum similibus; Nec retrahi potest
in præiudicium hęredis denunciantis, vt alijs addu-
129 ctis idem Ginrb. d. obseru. 53.num. 4. vers. adeò vt, ea
ratione, quia extrema non sunt amplius habilia ad se
coniungendum Andr.contr.11.num.21. & contr.50.
130 num.8.9. Peregr.cons.100. lib.5.

Quę suprà exarata fuerunt, in materia stipulatio-
nis Notarij pro absente, quod non valeat irreuocabili-
131 ter antè acceptationem non habent locum in locis,
vbi particularia adsunt statuta disponentia contra
Ius commune posse Notarium pro absentibus stipu-
lari quoad præfatam acquisitionem, vt de simili Sta-
tuto Cathaloniæ loquitur Cancer. d.lib.1.cap.8. n.44.
vers. quod maximè, & de consuetudine, & Iure Regio
Hispaniæ, Salgad. labyr.cred.d.part.2.c.26.num.57. de
Statuto Bonon. mentionem facit Rot.in Bonon.donat.
10.Maij 1662.§. vel quia, cor. Bourlemont.

Post hæc scripta ad manus meas peruenit quædam
allegatio Illustriss. D. Petri Francisci de Rubeis Sacræ
Concistorialis Aulæ Decani, in qua plura de mate-
ria nostra donationis factæ absenti Notario stipulan-
te, & acceptante reperiuntur solida eruditione, &
singulari doctrina, tractata, eamdem allegationem
hic volui addere per extensum, cum nostram confir-
met distinctionem, de supra num.94.

Meliten. donationis Bibliothecæ.

Bon. Mem. Gregorius Panzanus Episcopus Meliten
die 12. Aug.1658. per acta Dominici Alamannæ Apo-
132 stolici, ac Regis Notarij in Ciuitate Mileti titulo do-
nationis inter viuos liberè, gratiosè, absolutè, & nullo
Iure sibi retẽto, vel reseruato dedit, donauit, cessit, ac
renunciauit D. Iacobo Panzono Fratri suo germano,
eiusquè filijs absentibus, dicto Notario pro eis stipu-
lante, Bibliothecam, & libros tam impressos, quàm
manuscriptos reconditos in capsis 45. & singillatim 133
descriptos vna cum dictis capsis addito in eisdem In-
strumento, dictosque libros impressos, & manuscriptos
sicut supra donatos vnà cum eorum capsis, me Notario
præsente, & stipulante, &c. idem D. Episcopus consi-
gnauit, & in nostra præsentia consignat RR.DD.Canoni-
cis Donato, & Dominico, & Clerico Andreæ Scarano
fratribus vtrinque, & cuilibet eorum insolidum de d.
Ciuitate Mileti hic præsentibus, & recipientibus, &c. ad
effectum de eis faciendi quidquid iubebit d.D. Iacobus,
dum vixerit, & filij eiusdem. Promitentes præfati de
Scarano præsentes vnà simul &c. cũ iuramento tacto pe-
ctore, more Clericorum, &c. interim dum venerit dictus
ordo, & voluntas dicti D. Iacobi prædictos libros vna
cum capsis custodire diligenter, & bona fide, & illos, ac
illas postea transmittere modo, & forma, prout iubebit
d.D. Iacobus ad omnem ipsius, vel suorum filiorum sim-
plicem requisitionem, & instantiam integrè iuxtà præ-
insertum notamentum, ità, quod, decedente ab hac vita,
d. D. Iacobo, teneantur ipsi de Scarano exequi mandata
D. Francisci, eoquè præmortuo D. Antonij Mariæ, &
ipso præmortuo aliorum filiorũ ipsius D. Iacobi; ita quod
ex nunc in antea, & in perpetuum Bibliotheca prædicta,
siuè libri impressi, & manuscripti (vt præfertur) notati,
nominati, & præinserti vnà cum capsis, & eorum Iuri-
bus omnibus, &c. ex præsentis donationis causa transeant
in plenum dominium, possessionem, perceptionem, &
potestatem, &c. d. D. Iacobi eiusquè filiorum ad haben-
dum, vendendum, vtendum, cedendum omne Ius, &c.
ponens, &c. & constituens, &c. quoniam nullum Ius,
&c. & constituit se, &c. per simplex constitutum, &c.
tenere, &c. volens, &c. L.S.V. &c.

Adiectaq; in fine, infrascripta promissione, Pro qui-
bus omnibus obseruandis, &c. d.D. Episcopus ex vna, &c.
& præfati RR. DD. Canonici Donatus, & Dominicus, &
Clericus Andreas de Scarano fratres Germani vna simul,
&c. ex altera, &c. prout ad vnum quemlibet ipsorum
spectat, & pertinet attentis prædictis, &c. obligant se
ipsos, eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredes, & successo-
res, & eorum bona omnia, &c. præsentia, & futura, &c.
acquisita, & acquirenda, &c d. D. Iacobo, & eius filijs
absentibus, & pro eis mihi Notario, &c. præsenti, &
stipulanti, &c. sub pœna dupli, &c. mediante, &c.
constitutione precarij, &c. pacto de capiendo, &c. in
forma causarum R.C.A. suscipientes in seipsos, & quem
libet ipsorum mandatum executiuum, &c. renunciantes,
&c. & tacto pectore, &c. iurarunt, &c.

Cùm, præfatus Episcopus obierit, priusquam di-
cta Bibliotheca re ipsa perueniret ad manus Iacobi,
& filiorum, imò etiam priusquam legitimè appareat
hos aliquem ordinẽ dedisse dictis Canonicis, & Cleri-
co. Quæritur, primò, an cessante illius reali traditione,
quæ fuit donatarijs absentibus facta in vita donantis,
eiusmodi donatio sit efficax. Secundò, quatenus ea-
dem Bibliotheca tũc Romæ non Mileti fuisset, sicquè
falsè dictum fuit, quod Episcopus illam consignauerit
dictis Canonicis, & Clerico in præsentia Notarij, ac
testium, & hac falsa assertione cum fide Instrumenti
corruat ipsa donatio.

Et sanè, quoad primum, cum ad inefficaciam dona-
tionis, quam Prælatus in vita, dum sanus est, facit de
quæsitis ex redditibus Ecclesiasticis, necesse sit, vt
actualis traditio rei donatæ fiat donatarijs tempore
habili, scilicèt, antequam donans infirmetur ad mor-
tem, ex traditis à Barbatia in cap. ad hæc num. 6. de 134
testament. notante, quod, ad hoc, vt valeat ista dona-
tio, est necesse, quod ipse in vita tradat rem pro elee-
mosina, si autem viuus non tradidit, non dabitur post
mortem eius; Ideo sis cautus, quod facias tibi eroga-
te in vita, & Redoan. de Tol. quæst. 3. §. 10. stantibus
illis

istis repugnantijs sub fine num.10. vers.vnde oportet à
vinente fieri traditionem istorum bonorum.
Videndum est, An huiusmodi traditio adsit, hoc
casu? Et quatenus ea deducatur, ex clausula Constitu-
ti, negatiuè respondendum est propter absentiam do-
135 natariorum; Nam Constitutum factum à donante in
fauorem absentium non priùs in illos transfert pos-
sessionem rei donatæ, quam ipsi ratum habeant, &
acceptent ad tex.l.si ego 24 ff.de neg.gest. & l. commu-
nis seruus 13.§.1. vers.quod si sua sponte, ff. de acq. poss.
sicut ex traditis ab Alex.in l. quod meo 18. nu.4. vers.
item istud hic dicitur, & Bologn.num.31.vers.hoc tamen
dictum restringit, ff.eod.tit.de acq. poss. in terminis do-
nationis respondit Purpurat.cons.478. num.21. vol.2.
cuius dictum probauit Rot. dec.683. num. 4. vers.&
idem est par. 1. diuers. & generaliter asserunt Roland.
cons.4.num.10.& seqq.vol.2.Tiraq.de iur.const.par.3.
limit.30 num.1.& infra Valenzuel·cons.119.num.27.&
seqq.vol.2.Grattian.discept.365.num.17.& infra Theo-
dos.Rub.singular.Rotæ tom.2.par.4.claus.217.num.13.
Barbos.claus.31.num.38. & Io: Ant. ab Eccl.obser.for.
Sen.Pedem.par.1.obser.184.nu.13.
Quod procedit etiamsi Procuratot, vel negocio-
rum gestor interuenerit in faciendo Constitutum,
quia, nihilominùs requiritur, vt Constitutarij ratum
136 habeant Tiraq. d. limit.30. num.7. Bolognett. d. l. quod
meo num.49. vers. & si Procurator per tex.in l.certè 6.
§.si Procurator, ff.de precar.d.l.communis seruus §.1. Ac
etiamsi Notarius stipulatus sit pro absentibus, quia
nec tunc possessio transfertur per Constitutum, nisi
accedat animus, & voluntas eorum, quibus illam
137 quærere volumus secundum gl. in d. l. quod meo, verb.
possidere; veluti dixerunt, Castr.cons.195.in secundo du-
bio ex num.1.par.2. nisi accedat animus, & alij, quos
plena manu congerit Tiraq.d.limit.30.ex nu.8. præci-
puè num.10. & sequitur num. 53. cum pluribus seqq.
Bolognett. d. num.49. vers. & idem quando Notarius,
Natt.cons.189.num.2.3.Ruin. cons.180. num. 15.in fin.
vers.nec est verum, & num.16.vol.1. Valasc. consul.55.
num.3.vers.non verò ad transferendum tom.1. Io: Ant.
ab Eccl.d.obser.184.num.13. vers.quod procedit & Lu-
dou. Paitell.in adnot. 74. ad expedit. caus. ciuil. Part.
num.32.
Et quia ratificatio fieri debet re integra, antequam
138 alteri sit ius quæsitum, Alex.d.l.quod meo nu.6. quem
ibidem sequitur Bologn.sub nu.34.Castr.d.cons.195. nu.
1.in fin. vers. & ex hoc videtur cum seqq. par.2. Dec.
cons.226.num.14. & cons. 247. num. 5. sub vers. 4. hoc
idem confirmatur, Gozad. cons.14. num. 7. 8. Roland.d.
cons.4.nu.11.cum seqq.vol.2.Theodos.Rub.d.claus.217.
num.14.Paitell.d.adnot.74.num.33.debuisset hoc casu
præcedere vltimam infirmitatem dicti Episcopi, ex
qua obijt, cum, eo ipso, quod in illam incidit res de-
fierit esse integra, quia ex vsufructuario habente in
139 sanitate facultatem disponendi de acquisitis ex red-
ditibus Ecclesiasticis euasit simplex vsuarius ea peni-
tus carens iuxtà distinctionem gl.in c. præsenti 9.vers.
reseruari, vers.nam Clericus habens administrationem
de Offic.Ordin.in 6. & Rot. dec.41. num. 2. de probat. in
antiq. quam scribentes communiter sequutos esse te-
statur Molin.de Primog.Hisp.lib.2.c.10.num.37. addit-
que Clar.in §.testamentum num.8.sub vers.aut Clericus,
generali consuetudine approbatam esse, ac ità com-
muniter obseruari.
Quatenùs, verò, traditio deducatur ex præasserta
consignatione d. Bibliothecæ cum Capsis ab ipso
Episcopo in Notarij, ac testium præsentia facta præ-
fatis Canonicis, ac Clerico, ea lege, vt de illa exeque-
rentur ordinem Donatariorum, eamque interim dili-
genter, ac bona fide custodirent; dicitur, quod neque
satisfuit ad translationem possessionis, & Dominij in
dictos Donatarios, sicut de vera, & actuali traditione
rei donatæ vltra constitutum donantis facta Notario
stipulanti pro Donatarijs absentibus respondit Curt.
Iun.cons.120.nu.4. vers. ex cuius dicto, ponderan.tex. 140
in præalleg. l.si ego, ff.de neg. gest. vbi debitor verè, &
actualiter tradiderat gerenti negocia Creditoris ab-
sentis pecuniam ei debitam, & tamen Paulus I.C. ne-
gat Dominium d. pecuniæ acquiri Creditori, nisi se-
quuta ratificatione, & dictum Franc.de Aret.cons.17.
nu.6.post med.vers.nec valet si dicatur, asserentis non
constare de traditione rei donatæ absenti, quamuis
illa tempore donationis esset penès Donatarium, ip-
seque donans in ea consenserit, quoniam ipse consen-
sus de tradendo interpositus in absentia donatarij,
non est efficax per se ad perficiendam traditionem,
nisi ipse donatarius habens notitiam donationis di-
cat se de illa contentum esse.
Nec dicatur rei dominium acquiri etiam ignoran-
ti si eius nomine tradita sit Procuratori l. si Procura-
tor 13.ff.de acq. rer. Dom. nam loquitur de traditione 141
facta Procuratori habenti ad hoc mandatum specia-
le; atque ideò secus dicendum est de rraditione facta
negociorum gestori, & Procuratori habenti manda-
tum generale, vt ibidem aduertit gl. vers. etiam igno- 142
ranti, apponendo tex.in præalleg. l. si ego de neg. gest.
vbi ità distinguit verb. non acquiritur, & in l. res ex
mandato meo 59.ff.eod.tit. de acq. Dom. vbi quoque se
remittit ad not. in l.qui mihi donatum 13. verb. acqui-
ritur, ff.de acq. poss. Vndè liquet dictam legem si Pro-
curator inappellabilem esse præfatis Canonicis, &
Clerico, qui nec speciales, nec generales donatario-
rum Procuratores erant, sed ab Episcopo donante
proprio Marte electi fuerunt, vt super dicta Biblio-
theca exequerentur ordinem illorum, eamque inte-
rim custodirent.
Hinc, etiam, patet Dominium præfatæ Bibliothe-
cæ non fuisse, per dictam consignationem abdicatum
ab Episcopo, qui donauit, sed ea non obstante, quia
non docetur de ordine donatariorum penès illum re-
mansisse, vt priùs vsque in tempus, quo propter no-
uissimam eius infirmitatem ex vsufructuario euasit
vsuarius, resque desijt esse integra quoad actum ra-
tificationis necessariæ, vt supra. Non enim Domi-
nium rei à nobis abdicatur ex eo, quod declaremus
nolle ampliùs esse Dominos illius, nisi per traditio-
nem alteri verè quæratur ad tex.express. in l.si quis vi 143
17.§. differentia, ff. de acq. poss. vbi ità nos docet Vl-
pian. Differentia inter Dominium, & Possessionem hac
est, Quod Dominium nihilominùs eius manet, qui Domi-
nus esse non vult; Possessio autem recedit, vt quisque
constituit nolle possidere. Quare gl.in præcit.l.quod meo
§.si dum in alia propè fin.vers.in Dominis, non sic, dixit,
per Constitutum non amitti Dominium solo animo Do-
mini nisi alteri quæratur.
Ex quibus videtur concludendum pro huius do-
nationis inefficacia, vtpotè facta absentibus, quos
non constat eam ratam habuisse, antequam donans
inciderit in nouissimam ægritudinem, ex qua obijt.
Quare &c.

Petrus Franciscus de Rubeis &c.

R A-

CAPVT XIV.

Renuncians ſucceſſioni, an poſſit, aliquo modo, regreſſum habere ad bona renunciata; Plura in hac hypotheſi afferuntur, quando Pater deceſſit inteſtatus, vel quando inſtituit renunciantem, & firmato, quod ſuccedat, vtroque caſu, renuncians, quæritur; an idem procedat, quando filia renuncians expreſsè promittit non ſuccedere, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio eſt priuatio, ſeu abdicatio iuris ſibi competentis.*
2 *A priuatione ad habitum non datur regreſſus.*
3 *Renuncianti non datur regreſſus ad ius remiſſum.*
4 *Renunciatio priuat.*
5 *Renuncians ſibi præiudicat.*
6 *Sera eſt poſt ius amiſſum pænitentia.*
7 *Quod placuit ſemel amplius diſplicere non poteſt.*
8 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*
9 *Plus nocet renuncianti renunciatio, quam ſententia.*
10 *Quod aliquando quis poſſit poſt renunciationem ſuccedere.*
11 *Voluntas Patris dat regreſſum ad bona renunciata.*
12 *Filia Patre volente ſuccedit non obſtante renunciatione.*
13 *Qui iurauit non repetere vſuras poteſt volente creditore repetere.*
14 *Patris voluntas eo caſu poteſt eſſe tacita, & expreſſa.*
15 *Tacita eſt, quando Pater renunciatarius teſtamentum non facit, vel iuramentum remittit.*
16 *Expreſſa quando honoratur in teſtamento.*
17 *Quando Pater non facit teſtamentum renuncians eſt omninò excluſa.*
18 *Renuncians ſimpliciter cenſetur ſe excludere voluiſſe quocumque iure.*
19 *Præcipuè quando fuit inita renunciatio per verba denotantia donationem.*
20 *Eo caſu perinde habetur ac ſi renuncians non eſſet in rerum natura.*
21 *Inteſtatus videtur tacitè inuitare legitimos ſucceſſores.*
22 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
23 *Filia renuncians licet prætérita teſtamentum non rumpit.*
24 *Ius dicendi nullum teſtamentum regulatur à ſucceſſione ab inteſtato.*
25 *Qui non poteſt ab inteſtato ſuccedere non rumpit teſtamentum.*
26 *Filia excluſa per Statutum, & quæ renunciat parificantur,*
27 *Contra, quod filia poſſit ſuccedere ab inteſtato renunciatario, quamuis renunciauerit.*
28 *Renuncians nequaquam dicitur excluſus à ſucceſſione, quod ex coniecturis apparet de voluntate renunciatarij.*
29 *Coniectura eſt mors renunciatarij ab inteſtato, qui cenſetur voluiſſe proximiores inuitare.*
30 *Renunciatio efficit, vt renuncians non inquietet voluntatem renunciatarij, non vero quod ipſe non poſſit ab inteſtato ſuccedere.*
31 *Et dicitur vocata filia eo caſu tanquam ſuperueniente Patris voluntate.*
32 *Et procedit etiam in renunciatione, dote recepta.*
33 *Contrarium tamen nonnulli tenent, quod non ſuccedat in renunciatione recepta dote.*
34 *Limitatur tamen regula, quod renuncians ſuccedat ab inteſtato, quando non fuit facta tantum contemplatione Patris, ſed aliorum, vt puta filiorum.*
35 *Mulier dicitur tacitè inuitata, & ſuccedit in bonis renunciantis, quando per renunciatarium remittitur iuramentum.*
36 *Remiſſio Iuramenti per eum ad cuius fauorem fuit præſtitum operatur ipſius Iuramenti reſolutionem.*
37 *Et procedit licet ſit facta renunciatio etiam fauore filiorum.*
38 *Quia Pater remittit Iuramentum in præiudicium filiorum.*
39 *Quando renunciatarius inſtituit renunciantē, vel aliquod ei legatum relinquit in teſtamento ſuccedit.*
40 *Melius de voluntate Patris, apparere, non poteſt, quam ex teſtamento.*
41 *Renunciatio ſemper intelligitur ſubſiſtente eadem cauſa.*
42 *Renunciatio ſemper regulatur ad ius præſens, non vero ad id, quod de nouo ſuperuenit.*
43 *Numquam trahitur ad iura futura.*
44 *Aliquando ex clauſulis prægnantiſſimis renunciatio extenditur ad iura de futuro.*
45 *Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.*
46 *Iuramentum inſeruit tantum confirmationi actus, non præiudicat contrahentibus.*
47 *Pars, cui fuit iuratum poteſt remittere Iuramentū.*
48 *Et eo caſu vinculum Iuramenti reſoluitur.*
49 *DD. tenentes renunciantes poſſe ſuccedere, ſi inſtituantur.*
50 *Limitatur, quando is, qui renunciauit fuit inſtitutus poſt renunciationem, ſecus ſi ante.*
51 *Contra, quod ſuccedat ſiue ante, ſiue poſt renunciationem ſit inſtituta.*
52 *Ius ſuitatis amiſſum per renunciationem filia reaſſumit per Inſtitutionem Patris.*
53 *Et propterea poterit tranſmittere hæreditatem, & alia habebit priuilegia, quæ ſuis hæredibus cōpetunt.*
54 *Et ſufficit, vt filia inſtituatur, non expreſſè, ſed in genere.*
55 *Poteſt etiam ſuccedere quamuis expreſſè tali ſucceſſioni ex teſtamento renunciauerit.*
56 *Aliàs impediretur teſtandi facultas, quod non eſt ferendum.*
57 *Per Inſtitutionem Pater remittit Iuramentum, quo remiſſo renunciatio remanet inualida, & inefficax.*
58 *Contra quod mulier, quæ expreſſè renunciauit ſucceſſioni ex teſtamento nequaquam ſuccedat.*
59 *Multi ſunt inteſtabiles, & tamen non dicitur, quod impediatur facultas teſtandi.*
60 *Succeſſio eſt iuris publici, & tamen Pacto iurato tollitur.*
61 *Impedimentum teſtandi nō menſuratur à tertij perſona, ſed ab ipſamet voluntate teſtatoris.*
62 *Simplex Inſtitutio non dicitur Iuramenti remiſſio.*
63 *Superflua non ſunt admittenda in qualibet diſpoſitione.*
64 *Non eſt facienda interpretatio, vt verba ſtent otioſa, & ſine effectu.*
65 *Sed magis communis opinio eſt in contrarium, quod renuncians ſuccedat eo caſu.*
66 *Renunciatio reſpicit tantum perſonam renunciātis, non eum, ad cuius fauorem fuit facta.*
67 *Quod fuit inductum in fauorem non eſt retorquendum in odium.*

68 *Actus*

68 *Actus contrarius protestationi attenditur, non protestatio.*
69 *Actus vltimæ voluntatis semper habet admixtam conditionem, si voluntas mutata non sit.*
70 *Imo etiamsi renunciatio facta sit Patri fauore filiorum potest Pater instituendo renunciantem filijs præiudicare.*
71 *Limita quoad bona, quæ debentur ratione legitimæ.*
72 *Sed contra hanc limitationem multa faciunt.*
73 *Legitima licet sit quasi debita filijs, non incipit deberi nisi Patre mortuo.*
74 *Kellemb. cap. 31. num. 8. de renunciatione, reprobatur.*
75 *Pacta futuræ successionis non iurata non valent.*
76 *Iuramentum sequitur naturam actus, cui interponitur.*

QVod non possit renuncians habere regressum ad
bona renunciata respondendum videbatur, pri-
mo aspectu; Nam si inspiciatur finis, seu effectus re-
1 nunciationis, nil aliud est, quam priuatio, seu abdica-
tio iuris sibi competentis, vt latè *Gallerat. de renunc.
lib. 2. c. 5. in princ. lib. 1.* sed à priuatione ad habitum
2 non datur regressus *l. homo liber, ff. de stat. hom.* qua-
propter patet consequentia, vt renuncianti ad ius re-
3 missum minimè detur regressus *l. quæritur, §. si vendi-
tor, ff. de edil. edict. l. Herennius in princ. ff. de euict. l. nihil
§. omnibus, ff. de leg. 1. l. si maritus, §. si negauerit, ff. ad
l. Iul. de Adult. l. homo liber*, ibi, *non reuertitur ad sta-
tum, à quo se abdicauit, ff. de stat. hom. l. si quis Iusiuran-
dum, C. de Iureiur.* vbi, satis absurdum est redire ad
hoc, cui renuntiandum putauit, & per integras co-
lumnas allegationum probat *Gallerat. vbi sup. num. 4.
per tot. Rota de priuil. Mulier. c. 4. pag. 368. Rot. in Rom.
Fideic. de Steccatis 10. Febr. 1662. cor. R. P. D. Bourle-
mont dec. 62. nu. 1. post tract. in Firmana Bonor. 7. Iunij
1662. cor. Emmentiss. Cerro post tract. dec. 87. num. 1. &
seqq. & dec. 328. n. 4. par. 12. rec. ead. Rot. in Rom. Fideic.
22. Martij 1669. cor. R. P. D. Calatanù dec. 72. nu. 8. post
tract.*

Verum est, enim, quod renunciatio priuat, vt ait
4 *Bart. l. sed & si, ff. de acq. hæred.* proindè renuncianti no-
5 cet, ac renuncians sibi præiudicat *Menoch. cons. 80. nu.
50.* ea, enim, est renunciationis natura, vt ipsimet re-
nuncianti præiudicet, *Anchar. cons. 34. num. 8.* igitur ei
est imputandum *l. veteribus, ff. de Pact. Roland. cons. 17.
6 in fine lib. 4.* meritò non datur ei regressus, qui à iure
suo se exclusit, cum sit sera post ius spontè amissum
pænitentia *Crauett. cons. 511. nu. 3.* & quod semel pla-
7 cuit amplius displicere non potest *l. in diem, ff. de aqua
pluuia arc. l. ei apud quem §. vlt. ff. depositi*, & tunc illud
adaptatur, quod potui nolui, quod volui adimplere
8 nequiui; Quapropter affirmat *Galler. vbi sup. n. 6. vers.
imo plus* post *Oldrad. cons. 227. nu. 5. & Dec. cons. 39. nu.
44. lib. 2.* quos allegat; quod plus operatur, & præiudi-
cat renunciatio renuncianti, vt quæ est actus pendens
9 à spontanea voluntate, quam sententia, quæ est actus
à consensu coacto pendens; vbi etiam *num. seqq. vs-
que ad nu. 24.* latissimè probat huius conclusionis ve-
ritatem, eamque, multis exornat argumentis, & illa-
tionibus.

Hæc tamen, licet vera sint in abstracto, in concreto
10 tamen, multi dantur casus, in quibus post renuncia-
tionem mulier, & quilibet alius renuncians succedit
Patri, vel ei, cuius hæreditatem repudiauit.

Et præcipuè Patris voluntas, vel illius, de cuius hæ-
reditate actum fuit, efficere potest, vt non obstante
11 abdicatione, & renunciatione succedat renuncians, vt
benè ait *Hartm. Pist. d. lib. 4. qu. 6. nu. 33.* vbi, quod hæc
renunciatio iurata hanc recipit interpretationem, ne
filia præter, vel contrà voluntatem Patris possit suc-
cedere, interim, tamen, illam non impedit, quominùs,
eo sic volente, succedat, *Passer. c. quamuis Pactum de* 12
*Pact. in 6. nu. 33. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Iur. vniu.
par. 3. lib. 41. c. 17. nu. 7. 8.* & notat gl. communiter ap-
probata *c. ad nostram in verbo probarent de Iureiur.*
vbi, *qui iurauit non repetere vsuras, potest tamen repe-
tere, volente creditore*, & facit etiam alter *tex. in c. de-
bitores de Iureiur.* vbi optimè *Barbos.* neq; ab hac opi-
nione discessit idem *Galler.* siquidem *d. c. 10. n. 18. vers.* 13
sed hanc, limitat, ea, quæ supra latè scripserat contrà
renunciantes, vbi apparet de contraria mente Patris,
& latiùs prosequitur inferiùs *nu. 24. & seqq.*

Hæc autem Patris voluntas potest esse tacita idem
Galler. d. nu. 18. vers. sed hanc, Hartm. d. n. 33. vers. & suf- 14
ficere, & potest esse expressa; Tacita dicitur, vbi testa-
mentum non facit Pater renunciatarius, de cuius hæ- 15
reditate agitur, vel Iuramentum remittit; expressa,
vbi nominatim in Testamento relinquitur hæres re- 16
nuncians, vel eidem aliquod legatum relinquitur, de
quibus singillatim videamus.

Quando, igitur, decedit intestatus Pater renuncian-
tis, aliqui sunt arbitrati, penitùs censeri exclusam mu-
lierem renunciantem, ea ratione, quia cum simpliciter
renũciauerit videtur omni possibili renunciasse *gl. l. 1.* 17
§. sed videndum, ff. de success. edict. quæ ait, quod, quan-
do quis ad successionem duplici iure, venire potest, ci-
uili, & Prætorio, repudiando simpliciter, & genericè
vtrique iuri renunciare censetur, quam *gl.* singula- 18
rem appellat *Castr. l. 3. in fine, ff. de acq. hæred.* & pro-
bant Canonistæ *d. c. quamuis Pactum de Pact. in 6.* vt
Gutierez qui *in vers. nullum ad bona paterna*, dicit istã
opinionem esse receptissimam, *Gomez. var. tom. 1. c. 9.
num. 30. Laur. de Pinu cons. 69 num. 3. Afflict. dec. 350.
num. 8.* latissimè *Put. post cons. add. lib. 1. nu. 33. Conciol.
alleg. 50. num. 36. Merl. contr. lib. 8. c. 71 per tot. dec. 245.
nu. 7. par. 12. rec.* & præcipuè id procedit, quando fuit
inita renunciatio per verba denotantia donationem,
vt latè *Rot. in Firm. Bonor. 7. Iunij 1662. cor. Eminentiss.* 19
Cerro dec. 87. nu. 7. post tract. & ratio euidens videtur,
Cancer. lib. 3. c. 15. de renunc. nu. 19. nam tunc habetur
pro eo, ac si filia non esset in rerum natura, vndè non
est mirum, si alius proximior Patri succedat, vt, in 20
terminis, ostendit etiam *Surd. dec. 292.* & multi hanc
sententiam communem appellant relati per *d. Put.
post Odd. d. num. 33. 34.* cui adstipulatur quod dicit *Gal-
lerat. de renunc. cap. 25. cent. 1 num. 62. tom 2.* Quod li-
cet intestatus tacitè censeatur inuitare eius legitimos
successores *l. conficiuntur, ff. de iur. codic.* Tamen id 21
non procedit in filia, quæ spontè se exclusit à Patris
successione per Pactum iuratum, quoniam expres-
sum facit cessare tacitum, *Vasq. de success. lib. 2. §. 18.* 22
requisit. 29. limit. 1. num. 119. vbi dicit hanc esse ve-
ram, & communem opinionem, & hanc etiam refert,
& sequitur *Rot. in Rom. Hæreditatis de Lanuccijs 21.
Iunij 1661. coram R. P. D. Taya dec. 161. num. 4. & seqq.
post tract.*

Et multum facere videtur illatio pro comproba-
tione huius opinionis adducta per *Capon. de Pact. q. 55.* 23
num. 10. Quod si talis filia sit præterita, non rumpit
testamentum, quia in textu dicitur, *nullum ad bona pa-
terna regressum habeat*, nam, per talem renunciatio-
nem efficitur, veluti extranea, & amittit suitatem,
& Ius succedendi ab intestato; Ius, enim, dicendi
nullum testamentum; regulatur à Iure successionis ab 24
intestato, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testam. l. paren-
tibus, C. eodem, l. 1. C. de bon. possess. contratab. text.
clar. §. eadem, versic. item, §. adoptiuus. Inst. quæ ab
intest. defer.* vbi traditur pro regula, eum, qui caret 25
Iure succedendi ab intestato, neque posse testamen-
tum rumpere, *Bartol. l. 1. §. qui habebat, ff. de bon.
possess. contratab. Gomez ll. 22. Tauri, num. 8.* latissimè

Galler.de renunc.lib.2.c.10.nu.19.tom.1. Cyr.contr.for.
262.nu 49.non secus ac filia exclusa per Statutum, oã
26 parificantur inter se filia exclusa per Statutum, & fi-
lia,quæ renunciauit Cancer.par.3.c.15.de renunc.nu.9.
licet in aliquibus differant renunciatio, & Statutum
Fab.de err.decad.12.err.8.nu.14. Fontanell.claus.1.gl.
8.par.5 num 17.

Sed nihilominùs, prædictis haud resistentibus, exi-
stimo conclusionem in genere sumptam esse magis
veram,quod mulier, quæ renunciauit successori alte-
rius, possit, non obstante renunciatione, succedere
27 quatenus intestatus decedat renunciatarius,& mulie-
ris sit prima succedendi causa in eius bonis ab inte-
stato; Nam,si verum est,quod numquam mulier cen
setur exclusa ab hæredirare,quam renunciauit, vbi ex
coniecturis constat de contraria mente illius,ad cuius
28 faoorem renunciatio fuit facta,vt probat Galler.d.lib.
2.quæst.10.n.18.vers.sed hanc; nulla melior dari potest
coniectura voluntatis contrariæ renonciationi,quam
vt ille,ad cuius fauorem renunciauit, sine testamento
decedat,ex quo,enim, is voluit hæreditatem suam
29 peruenire ad succedentes ab intestato quos censétur
vocasse l.conficiuntur de iur. codicill. vtiq; præsumitur
tacitè inuitasse renunciantem ad qoem hærediras ab
intestato deuoluitur,& poterit renuncians,non obstã-
te renunciatione,& iuramento succedere, Pater,enim
v.g. renunciationem filiæ censetur voluisse,ne filia pa-
30 tris judicium subuertere posset, casu, quo alios insti
tuerit hæredes, vndè, cum testamentum non fecerit,
videtur eam vocasse d.l.conficiuntur, & per consequẽs
succedere potest,vt optimè Bald.cons.438.per tot.lib.1.
& præcipuè nu.2.per tot. vbi quod licet repulsa sit, vt
filia, tamen ex tacita voluntate parentis, quæ super-
uenit post Pactum,tempore mortis Patris, quia in il-
lo puncto Pater eam videtur tacitè instituisse, nil mi-
rum,si ipsa admittitur,æquè ac si expressè foret insti-
tuta,non simpliciter, tamquam filia, sed ex superue-
31 niente voluntate parentis Angel. cons.52. circa fin.
Corn.cons.291.nu.8.Crauett.cons.42.Gabr. cons.131. nu.
13.& cons.135.num.34.lib.2. Seraph. de Priuil.iuram.
priu.20.nu.24.Hartm.Pist.d.lib.4.qu.6.nu.58. doctissi-
mè Cancer.d.c.15.de renunc. nu.24. & seqq. vsq; ad nu.
35.& 41. vbi hæc opinio est semper tenenda in con-
sulendo,& iudicando Rouit.cons.23.nu.21. & cons.44.
nu.912.lib.1.Theoder.alleg.36.num.30.vers.imo dicunt
de Pont.cons.40.nu.8.vol.1.Rot.dec.75.par.2. rec. inter
recollect.per Farinac.Hodern l.hac edictali qu.11.n.9.
Donat.Ant.de Mar.resol.quot.lib.2.c.189.n.15.& seqq.
Merl.de Legat.lib.3.tit.1.qu.5. nu.12. vbi latissimè Do-
nad.de renunc.c.7.nu.39.Nouarr.qq.for.67.per tot. par.
1.Censal.cons.5.impress.post dec.Luc.num.25. vbi alio-
32 rum ostendit auctoritatibus procedere conclusionem
etiamsi sit facta renunciatio, dote recepta; licet con-
trarium ipse statuat,nempè, quod, vbi fuit facta re-
nunciatio dote recepta non possit ab intestato succe-
33 dere Fontanell.de Pact.nupt.claus.9.gl.vnic.par 1.num.
70.vbi nu.71.affert decision, Senat. Cyr.contr.for.262.
nu.48.& contr.263.nu.2.3.

Nec obstant DD.in contrarium allegati, quia lo-
quuntur,in diuersis terminis, nempè, vbi renunciatio
non fuit facta solum contemplatione Patris in fauorẽ
cuius fuit renunciatum,sed in fauorem filiorũ,& alio-
34 rum agnatorum,vt ostendit de Marin. d.c.189.nu.16.
de qua re,nempè,quãdo renunciatio censeatur facta,
fauore Patris taotum, vel aliarum personarum, Deo
dante,videbimus infrà;modo probasse sufficiat,quod
regulariter renuociãs potest succedere ab intestato ei,
in cuius fauorẽ renunciatio fuit facta, & hoc ex præ-
sumpta voluntate testaotis, & si aliquando contra-
rium seruatur,id euenit, vbi contemplatione alterius
personæ fuit renunciatum,de qua re latius infrà.

Vlteriùs ex præsumpta voluntate renunciatarij In-
telligitur ad successionem vocata mulier, vel quilibet
alius renuncians, quando ei per ipsummet renuncia- 35
tarium, ad cuius faoorem renunciatio fuit facta, re-
mittitur Iuramentum,nam, eo nõ obstante,tunc po-
terit ab intestato succedere renuncians,quia regulari-
ter in potestate eius, cui Iuramentum præstitum est,
dicitur esse, vt illud remittat, & hoc facto ampliùs iu-
ramenti vinculo non tenetur c.1. de iureiur c præterea 36
de Sponsal.Hartm.Pist.d.lib.4.qu.6.nu 33.circa fin. Cyr.
contr.58 nu.24. Merl.dec.443. num.15.& per hæc iura
dicit hanc opinionem approbasse Ias.d.l.stipulatio hoc
modo num 15 Zaz.num.34.Didac. d.c.quamuis par.3. in
princ.num.7.vers.primus casus proponitur Vasq. d.§.18.
num.182.

Et in hac senteotia residet, etiamsi renunciauerit fi-
lia Patri in fauorem filiorum existentium, licet Zazius 37
d.l.nu.34.& 39. existimauerit remissionem eiusmodi,
ijs quorum fauorem respicit Iuramentum, præiudi-
care non posse; Qnia Iuramentum tacitam in se ha-
bet conditionem,vt Patre ità volente,iurans succede-
re possit,neque filijs, in quorum fauorem facta est re-
nunciatio,tale inde sit ius quæsitum,quod testando,
vel alia ratione auferri non possit, vt probatur l. Seia
de Dot.prælcg.& notant DD. l.qui Roma,§.Flauius,ff.
de verb.oblig.

Concludendum,igitur,est Patrem, vel renunciata-
rium quemlibet in præiudicium filiorum Iuramen- 38
tum remittere posse, vt tandem figit pedem post du-
bitationem Dec.d.l.Pactum nu.6.in fin.Didac.& Gutie-
rez in locis per Hartm.loc.cit.allegati.Et hæc pro nunc
sint dicta de successione illius, qui renuociauit, ab in-
testato decedente eo, ad cuius fauorem fuit facta re-
nunciatio.

Restat,iam videre,qoid sit statuendum, quando fi-
lia,quæ renunciauit, in testamento hæres instituitur,
vel eidem aliquod legatum relinquitur.

Et commooiter tenent scribentes,eo casu,posse,re-
nunciatione non obstante,succedere; Non solũ qoia,
vt dictum est,renunciatio ad eum tantum casum per- 39
tinet, quando præter, vel contrà volontatem Patris,
non,autem,quando,eo volente succedit,& de hac Pa-
tris voluotate,melius,quam ex testamento apponere 40
non potest Hartm.Pist.d.quæst.6.num.35.Mol.de Hisp.
primog.lib.2.c.3.nu.5.

Sed etiam,quia quando filia testamento instituitur
ex noua causa jus succedendi conseqoitur, & renun-
ciatio etiam iurata semper intelligitur subsistente ea-
dem causa l.quæro,§.inter locatorem, ff.locati l. qui ser- 41
num,ff.de verb.oblig. Natt. d.c.quamuis Pactum num.
17.Bolognett.l.1.nu.85.C.de Pact.Menoch.cons.749.nu.
14.& 806.nu.5.Surd.dec.289. nu.13. Seraph. de priuil.
Iuram.priuil.20.nu.21.Gallerat.de renunc.d. lib.1.c.5.
nu.24 tom.1.& semper ad ius præsens refertur,non ve- 42
ro ad id, quod de nouo superuenit c. cum inter de re-
nunc.Hartm.Pist.vbi sup.quapropter affirmat Botegl.
de success.d.c.2.nu.5. quod renunciatio numquam ad
iura futura trahitur, etiamsi fuerit dictum in renun-
ciatione de eo,quod habeo,& habere spero, argumento 43
text. in l. quod Seruius, ff. de cond. caus. dat. l.1. ff. de
Stat.liber. vbi statu liber dicitur, qui libertatis spem
aliquam habet,& si omnis seruus ad libertatem aspi-
rare possit, sic sub generali renunciatione compræ-
henditur ius, quod ex præsenti tractum habet, non
verò,quod de futuro sine vlla causa de præterito ori-
tur,& effectum habet.

Et quatenus,etiam ob prægnaotiam verborũ, hoc
ius merè futurum, sub generali renunciatione com-
præhenderetur,vt,quando fuisset dictum,ex quacum- 44
que causa mihi successio deferatur, Paris. cons.142.
nu.15.& seqq.Ferentill.ad Buratt.dec.310.lit.B. Ciarl.
contr.

*contr.for.c.86.nu.20.Altogr.cons.66.tom.*1.non per hoc denegatur facultas hæredem instituendi renunciantem.

Additur, etiam, quod Pactum, de quo agitur, cum supponatur principaliter fuisse initum ad fauorem illius, qui posteà renunciantem in testamento hæredem scribit, non potest ambigi, quin ille facultatem dero-
45 gandi huic fauori suo habeat per *l. si quis in conscribendo cum simil. C.de Pact.* vt discurrit *Kellemb. de renunc.success.quæst.31.num.1.* vbi etiam monet in præsenti casu nequaquam Iuramentum impedire, nam cum hic actus solummodo confirmationi inseruit, vt vtrique partium ius suum sit, & maneat saluum *c. &*
46 *si Christus extra de iureiur.* virtus eius nulla super esset, si per expressam, vel tacitam disponentium voluntatem actus obligatio sublata appareat *cap. 2. extra de sponsal.c.1.c.quemadmodum 25.extra de iureiur.* potest enim pars in cuius fauorem iuratum est, iuramentum remittere, licet illud, quod principaliter Deo, & non
47 parti sit obliget *c.debitores de iureiur.l.Iurisiurandi, C. de reb.cred.Gayl.pract.lib.1.c.24.num.1.* & eo casu, vti contrahentes, sic etiam Deus vinculum, quod ex Iu-
48 ramento sibi quæsitum est, remittit *d. c. 1. de sponsal. Kellemb.d.quæst.31.nu.1.in fine.*

Quapropter, his, & similibus rationibus moti, magis communiter scripserunt Interpretes, quod, si renuncians hæres institutus fuerit, non obstante renun-
49 ciatione, succedere poterit, vt *Bartol.* & alij *in l. stipulatio hoc modo, ff.de verb. oblig.* & præcipuè *Zazius nu. 32.Soc.Iun.num.37. Bolognett. num.85. & ad l.Pactum dotali Bald.Castr.Roman.Corn. Dec. Curt. Iun. num.16. Natt.d.c.quamuis nu.16.* & ibi, *Gutierez nu.11.Couarr. par.3.in princ.nu.8.Gomez l.22.Tauri num.10. vers.secundo Crass.de success.§.successio ab intestato qu.10. n.8. Afflict.dec.350.nu.8.Menoch.cons.806.nu.9. Surd.cons. 100.nu.18.& cons.113.nu.24.Gail.obser.148.nu.11.lib. 2.Capriol.de success.ab intest.lib.1.num.511. Minsinger. obser.7.cent.2.Faber in suo C.lib.2.tit.3.de Pact. Mol.de ritu nupt.lib.3.qu.94.num.10. Fontanell.de Pact. nupt. claus.9.gl.vnic.par.1.nu.70.Euerhard.cons.112. Galler. de renunc.lib.2.c.5.nu.25.tom.1.& cent.1.c.25.nu.63. tom.2.Bottigl.de success.d.c.2.theor.45. nu.2. Seraph.de priuil.Iuram.priu.20.nu.21.Cyriac.contr.for.351.num.1. & 475.nu.17.& seqq.Rot.cor.Gregor.XV.dec.85.num. 14.* latissimè *Donad.de renunc.c.7.num.66.& seqq.tom. 1.Kellemb.de renunc.success.d. quæst. 31. in princ.* benè *Cancer.lib.3.c.15.num.36. Donat.Ant.de Mar.lib.2.c. 194.num.2.per tot.Mol.de Hisp.primog.lib.2.c.3.nu.6. Capon.de Pact.quæst.55.num.16.Hartm.Pist.lib.4.qu.6. num.35.Thesaur.Iun.qq.for.lib.1.quæst.95. nu.2. in fin. add.ad Mol.de Hisp.primog.d.lib.2.c.3.num.6.Passerin. c.quamuis Pactum de Pact.in 6.nu.33.Paul.Christ.decis. Belg.279.nu.20.& seqq.lib.1. Gaspar. Mans. de testam. valid.vel inualid.ex capit.præteritionliber. num.461. Rot.dec.160.nu.7.& seqq.par.3.rec.& in Roman.hæreditatis de Lanuccys 21.Iunij 1661.cor.R.P.D.Taya dec. 161.nu.6.post tract.*

Declarat *Dec.* hanc conclusionem, vt procedat quando is, qui renunciauit in testamento institutus fuit post renunciationem, secus, si antè renunciatio-
50 nem, nam, hoc casu, renunciatio compræhendit etiam Institutionem præcedentem in *d. l. Pactum dotali nu. 6.vers. & supradicta*, & hanc limitationem videtur etiam comprobare *Kellemb. de renunc. quæst.31. num. 5.* vbi constituit differentiam, an sit filia hæres instituta antè renunciationem, an verò post renunciationem, & primo casu, tenet, quod succedere non possit; nam, cum verba illa *ex testamento*, tempore interpositæ renunciationis verificari potuerint, existimandum non est ea frustrà adiecta fuisse, sed potiùs præsumendum est, parentem id, quod huic in testamento

priùs ascripserat, per subsequentem dotis constitutionem compensatum, in eaque voluntatem suam reuocatam, & extinctam voluisse.

Contrarium, tamen, magis communiter tenet DD. quod siue antè, siue post renunciationem sit instituta
filia, possit succedere; siquidem post renunciationem 51
permanendo Pater in eadem voluntate, neque mutando testamentum, satis creditur tacitè voluisse decedere cum priori voluntate, vt probat *Aretin.* quem allegat *Galler.de renunt.d.lib.2.c.5.num 25. supradicta tamen tom.1.Gomez d.l.Tauri 22.nu.10. vers.imò quod magis*, benè *Rot.nostr.Lucens.apud Lepid.dec.98. vers. contrariam igitur vsque ad fin. Cyriac.contr.475. num. 17.& seqq.* & latiùs *Hartm.Pistor.d.lib.4.quæst.6.num. 36.* vbi, quod potest filia ex testamento succedere, etiamsi eadem filia priùs fuisset instituta, & deinceps simpliciter renunciasset successioni, non enim propterea illa ex testamento succedere prohibetur, quia, ex quo Pater non mutauit testamentum in eadem voluntate, vsque ad extremum vitæ spiritum permansisse, & filiam hæredem relinquere voluisse, censetur &c. & benè etiam facit ad propositum *Surd.dec. 14.num.7.8.Cancer.d.lib.3.c.15.de renunc num.38. 39.* cum alijs adduct. per *Capon.de Pact. d.qu.55. num.16. vers.imò si Pater.*

Et eò vsque valet Institutio filiæ in testamento, vt
licet per renunciationem ius suitatis amisisset, per 52
Institutionem superuenientem illud recipiat, & propterea poterit hæreditatem transmittere, atque habebit omnia alia suitatis priuilegia, perindè, ac si numquam renunciasset, vt latè ostendit *Gomez d. l. Tauri 22. num. 10. vers. & in tantum &c.* quem re-
fert, & sequitur *Gallerat. vbi sup.d.num.25. vers.quin* 53
etiam, cum alleg. per *Capon. de Pact. d. quæst. 55. num.17.*

Nec est necesse; quod filia, vel alia persona, quæ renunciauit, expressè instituatur in testamento, sed sufficit eam in genere, vel indefinitè vocare, tradit
Gomez d.l.22.num.10.vers.imo quod, vbi inquit, ita iu- 54
dicatum fuisse, *Galler. vbi sup. proximè vers. sed prædicta Hartm. Pistor. d.lib.4. quæst 6. num.37.* ibi, *sufficit, quod Pater tantummodo generaliter omnes suos filios, vel indistinctè filios suos instituisset*, & in his terminis consuluit *Euerbard. cons. 112.* vbi firmat pro renunciante in casu, quod ille, ad cuius fauorem renunciatio facta fuerat, reliquerat bona suis veris hæredibus, in quorum numero erat renuncians, quæ per renunciationem non desijt hæres esse saltem sanguinis, vbi etiam latiùs materiam tractat vsque *in fin. consil.*

Sicuti autem hæc transeunt absque difficultate, vbi simpliciter quis successioni renunciauerit, ita valdè in iure dubium est, & controuersum, an prædicta procedant in casu, quod renuncians expressè dixerit se nolle succedere, neque ex testamento, neque ab intestato.

Bald. affirmatiuam opinionem tenet, quod, non obstante, quod filia renunciet, tam successioni ab in-
testato, quam successioni ex testamento, nihilominùs 55
succedere possit, vt *in d. l fin. col.4. C. de Pact. & in l. Pactum dotali, C. de coll.it.* latè ostendit, ea ratione, quia, si valeret, impediretur libera testandi facultas, & ob id ne hoc absurdum sequatur, dicendum est, quod Pacto non obstante, renuncians instituta ex testa-
mento succedere possit, vt defendit etiam *Dec. d. l.* 56
Pactum dotali num 6. Ias.d l.stipulatio hoc modo num. 9. Soc.Iun.num.60. Paris. cons.24. num.90. lib.2. Menoch.cons.806.nu.12.Crass.d.§.ab intestato qu.10. nu.9. Gutierez d.c.quamuis Pactum nu.12.vers.omninò.Galler.de renunc. d.lib.2. cap.5. num 25. vers.imo quod, & alijs allegatis firmat, *Donad. de renunc. c.7. num. 69.*

Moliu.de Hisp.primog lib.2.c.3.num.6. Add.ad Rot.cor. Ludouis.dec.75.num.32. & omnium latissimè *Donat. Ant.de Mar.d.c.194.num,2.lib.2.*& vltrà suprādictam rationem alia etiam potest adaptari,quod in potestate eius, cui Iuramentum præstatur positum est, vt istud remittere possit,& testator instituendo heredem eum,qui renunciauit, hoc ipso Iuramentum remisisse
57 censetur, cui adstipulatur *Ias. d. l. stipulatio hoc modo num.15.Natt d.c.quamuis num.22.*existimans Patrem, instituendo, in necessariam consequentiam videri remisisse Iuramentum, quapropter huic opinioni se se addixerunt,vltrà prædictos *Crot.d l.stipulatio num.26. Marc.Ant.Eug.cons.88.num.103. Lepid. decis. Lucan. 98.vers.tamen quia,*& alij apud *Hartm.Pist. d.quæst.6. num.39.in fin.*

Contradicunt *Alex. d. l. stipulatio hoc modo num.8.*
58 *Roman,d.l.pactum num.10 Ias.d.l. stipulatio nu.14. Bottigl.nu.27.Crot.num.26.Bolognett.num.86.Natt.d.cap. quamuis nu.21.in fin.Afflict.dec.350.num.12. Vasq. de success.creat.lib.2. §.18. requisit.29. limit.1. num.145.* cum alijs,de quibus apud *Galler. vbi sup. vers. verum illa ratio,*quibus addo *Thesaur. quæst.for.95. num.3.9. lib.1.Cyr. contr.for.cap.351.num,11.Actol.resol.40. nu. 6. vers. nec resistit num.11.* qui respondent opinioni *Baldi*,& sequacium,quod,ideò eo casu, libera testandi facultas non impeditur, nam plurimi sunt intestabiles, & qui testamento institui non possunt, non ta-
59 men propterea dicitur impedita libera testandi facultas;Nec quisque obijciat, quod incapacitas illa ex legis dispositione descendat, eaque propter lex etiam possit voluntatem testandi impedire, in nostro verò casu impotentia testandi proueniat ex conuentione inita inter contrahentes, qui non possint eorum pactionibus iuribus publicis derogare.

Nam respondetur etiam successionem esse iuris publici,& tamen pacto iurato,tolli posse, idem ergo
60 in testamenti factione passiua præstabit Iuramentum, quod imperat, & est superius omnibus legibus ciuilibus.

Vlteriùs animaduertendum est, quod testandi facultas in persona testatoris, & ex persona eius æstimanda est,non verò, ex voluntate, & arbitrio tertij, qui nolit,vel non possit succedere,quod vt ait *Hartm.*
61 *Pistor.loco proximè citato* exindè liquet,quia licet iura libertati testandi plurimum faueant, tamen, liberum relinquunt hæredi,vtrum hæres esse velit,nec nè.

Quapropter, sicuti Pactum istud renunciatiuum personam tantum hæredis respicit, ipsum verò testatorem non afficit, itá eumdem testatorem non obligat,sed testamenti factionem liberam relinquit,& instituendi,quéuelit,etiamq;ipsummet,qui renunciauit.

Licet,igitur,magna sit testandi libertas,tamen, eo non progreditur,vt eum,qui hæres esse nolit, & Iuramenti religione id affirmauit, cogatur hæres esse, spreto Iuramento,& protestatione Deo facta.

Et de hoc habemus argumentum indubitatum, nam diximus suprà, quod Pater ad cuius fauorem fuit renunciatum potest Iuramentum remittere, & relinquere hæreditatem ipsimet renuncianti; signum euidens, quod eius voluntas non limitatur, nec restringitur; Secunda pariter illatio videtur esse nullius momenti, namque non negatur, quin possit renunciatarius Iuramentum remittere, sed dicitur In-
62 stitutionem simplicem pro remissione habendam non esse; Quia ex Pacto inito cum filia, ne succedat etiam ex testamento, videtur à principio protestari, & voluntatem suam declarare, quod Institutionis actus in futurum faciendus non valeat, neque filia, etiam, hoc casu, succedere debeat, alioquin verba
63 illa *ex testamento* , omninò superfluè essent apposita contrà iuris regulas, dictantes in qualibet dispositione superflua esse euitanda *Rot.dec.41.num.10. Duran. dec.324.num.9.*& quamlibet admitti debere interpretationem, ne verba stent otiosè, & sine effectu ope- 64
randi,*Roland.cons.62.nu.30.& seqq.lib.3.Menoch cons. 81.nu.32.Barbos axiom.iur.216.nu.1.& seqq.*& in proposito firmat *Kellemb.de renunc.success.d.c.31.num.4.* & latius argumentum prosequitur longa verborum serie *Hartm.Pist.d.lib.4.qu.6.num.39. vers.Alexander autem* cum quatuor sequentibus.

Non est tamen recedendum ab opinione magis communi,quod renuncians succedat,vbi in testamento fuit instituta, licet iurauerit expressè ex testamen- 65
to succedere nolle.

Siquidem,vt considerat *Pistor.vbi sup.* consideratio *Alexandri*, quod Pater renunciationem acceptando videatur declarare voluntatem de futura Institutione,quod valere non debeat,nō potest subsistere,quia, vt dictum fuit, renunciatio tantum respicit renuncian-
tis personam, non vero eum, ad cuius fauorem facta 66
fuit,is namq; valet aliter disponere contra renunciationem,etiamsi protestetur nolle contrauenire; nam in eius est potestate suam mutare voluntatem; alias id, quod eius fauore fuit inductum retorqueretur 67
in odium, quod non est ferendum *l. quod fauore C. de legib. cap. quod 61. de reg. iur. in 6. Surd. cons. 195. num.5.*

Et quatenus vlteriùs per huiusmodi renunciationem videatur facta protestatio, quod nolit, vt filia 68
succedat;hac non obstante, est potius considerandus actus contrarius subsequutus, vt propter hunc a præcedente protestatione mutata voluntate, recessum esse videatur *tex. in l. cum in plures, §. locator Horrei de locat.*eò magis,quia hic nulla contraria expressa adest protestatio, & quia agimus de successione, in vltima voluntate, quæ voluntas, cum sit ambulatoria vsque 69
ad mortem,quidquid hoc nomine,agitur,habet tacitam conditionem,nisi voluntas mutata fuerit; Quapropter eò minùs est admittendum Patrem acceptādo renunciationem voluntatem suam de futura institutione ita simpliciter declarauisse,vt supponit *Alex.* sed eatenus tantum, quatenus in eadem voluntare perseuerauerit,neq; illam mutauerit, & sequitur postea idem *Pistor.* in versiculis subsequentibus, alia argumenta producens ad roborationem conclusionis; benè verum est,quod tandem concludit *num.39.in fine,*omnium sanè tutissimum esse, vt is, cui talis facta est renunciatio,si mutato animi proposito renuncian. tem ex testamento succedere voluerit, Iuramentum expressè remittat; hac, enim, ratione securiùs conscientijs consuletur.

Et hæc ità procedunt, vbi renunciatio facta fuit Patri ad fauorem eiusdem; Quando, verò,fuit facta Patri,& cum consensu eius[illegible],sed tamē contemplatione fratrum, & ad eorum fauorem, an per reuocationem testamenti, & Institutionem personæ renunciantis censeatur recessum à consensu, adeò, vt renunciatione minimè obstante, succedat renuncians, habet in se difficultatem,ob opinionum conflictum;Sed verior est opinio,quod etiam, respectu fratrum licitū
sit Patri consensum reuocare,instituendo personas, à 70
quibus fuerat renunciatum,ad fauorem dictorum fratrum,vt lato calamo,probamus *infr. c.4. nu.14.* authoritate multorum,& præcipuè *Altogr. & Rot.Flor.* quibus addo nunc *Marcell.Marcian.to.3. cons.35.* quē refert & sequitur *Bottigl.de success.c.2. theor.45. num. 7. Donat.Ant.de Mar.resol. quot. lib.2. cap.194. num. 4. & seqq.Kellemb.de renunc. success. quæst.31. num.2.* benè verum est, quod *de Marin.loco mox cit.* distinguit, & declarat conclusionem, non habere locum,
respectu portionis legitimæ, de iure naturæ debitæ, 71
in qua portione, cum Pater liberam non habeat
dispo-

dispositionem, certè non poterit in præiudicium filiorum, quorum fauore facta fuit renunciatio, reuocare consensum, quasi per hoc dicatur filijs Ius quæsitum, &c. & in hoc laudatur à *Bottigl. d. theor.42. nu. 10.* vbi, alijs argumentis, opinionem *de Marinis* com-
72 probare conatur, sed horum opinio in puncto Iuris vera mihi non videtur per ea, quæ scripsit *Altog. conf. 41. num. 36. & seqq. tom. 2. & Rot. Flor. post eumd.* nam portio legitimæ, licèt sit quasi debita filijs, ni-
73 hilominùs non incipit deberi nisi Patre mortuo, eiusque quantitas inter viuos semper est incerta, vt latiùs alio loco.

Eoque minùs possũ subscribere sententiæ *Kellemb. d.cap.31.num.8. versic.siu verò*, quatenùs distinguit in materia, videlicet, quando fauore fratris fuit facta renunciatio, esse animaduertendum, vtrum facta fue-
74 rit cum consensu Patris, de cuius hæreditate disputabatur, vel sine consensu; primo casu, dicit posse reuocari per Patrem instituendo filiam hæredem, rationibus ibi cumulatis; Secundò casu, non, ea de causa, quia tunc Iuramentum non principaliter annullatur, sed immò absolutè dominatur, sustulitque omnem vim, *d.l.fin.C.de Pact.* propterea Iuris ratio dictat, vt hac in parte dispositio patris non ampliùs attendatur, sed filia ob Iuramentum a successione tam legitima, quàm testamentaria penitùs excludatur, &c.

Nam, si verum est, prout esse verissimum suprà
75 probaui, Pactum de hæreditate tertij viuentis absque consensu illius, de cuius agitur hæreditate etiam iuratum non valere vtique Iuramentum renunciationi
76 appositum corruit, quia sequitur naturam actus, cui accedit *Escobar de ratioc. cap.10.nu.19. Penn.dec.953. num.10. Buratt. dec.18. num.5.* immò cùm ipsemet *Kellemb. in versic. antecedenti*, dicat, quod potest reuocari consensus, & renuncians successioni ex testamento, nulla habita ratione renunciationis, succedet vocatus in testamento, licet consistat renunciatio facta cum consensu eius, de cuius bonis agitur, multo magis poterit fęmina, quæ renunciauit succedere, vbi renunciatio fuit inutilis, & inualida, sine consensu nempè, illius, de cuius agitur hæreditate; sed non mirum, quod in hoc errauerit *Kellemb.* nam falsò supponit, id quod suprà firmauerat contra communem, & veriorem opinionem, renunciationem iuratam valere sine consensu eius, de cuius agitur hæreditate.

CAPVT XV.

Renunciatio an obstet renuncianti, vbi facta fuit alicui contemplatione alterius, & is, cuius contemplatione fuit facta decedat ante donatarium. Plura circa renunciationem restringendam, & non ampliandam, & an mulier, per prædecessum personæ contemplatæ, succedat Patri decedenti cum testamento; An nomen hæredum compræhendat, tam masculos, quàm fæminas, tam hæredes sanguinis, quàm extraneos: Et ad cuius fauorem facta dicatur renunciatio, quando non est satis expressum.

S V M M A R I V M.

1 *Filia si Patri renunciat contemplatione filiorum, & ipsi filij decedant ante Patrem, filia ipsa, non obstante renunciatione, ad bona renunciata succedit.*
2 *Renunciatio est stricti Iuris.*
3 *Et nullo modo extenditur vltra expressa.*
4 *Non ampliatur vltra personas, de quibus fuit cogitatum.*
5 *Etiamsi in eis vrgeret eadem, vel maior ratio.*
6 *Etiamsi habeat clausulas generales.*
7 *Renunciatio ei tantum prodest, cuius fauore facta fuit.*
8 *Renunciatio facta Patri à filia ei soli prodest.*
9 *Si ad commodum filij naturalis, ei soli prodest.*
10 *Stipulata à sorore alicui ex fratribus ei prodest.*
11 *Renunciatio facta fauore filiorum, intelligitur si superuiuant.*
12 *Causa cessante cessat effectus.*
13 *Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus.*
14 *Statu obligationis mutato, Iuramentum mutat vim suam.*
Et præcipuè filia succedit eo casu, quando Pater nullo testamento condito decedit.
16 *Quando vero Pater decedit facto testamento, mulier non succedit.*
17 *Renunciationes fæminarum duplici ex causa factæ dicuntur, nempè vt prouideantur liberis, &, vt Pater sibimet ipsi prospiciat.*
18 *Vna ex his causis cessante, remanet altera.*
19 *Contra quod siue Pater decedat testatus, siue intestatus, semper succedat renuncians per obitum personæ contemplatæ.*
20 *Angel. cons. 52. reprobatur.*
21 *Marant. concl. 1. disp.10. num.14. reprobatur.*
22 *Causa, quæ reducitur ad non causam euanescit.*
23 *Quando renunciatio est facta Patri eius intuitu, & hæredum per mortem filiorum ante Patrem, non expirat.*
24 *Renunciatio non dicitur extincta, quoties extat persona, quæ ex voluntate Patris renunciantem excludit.*
25 *Et ampliatur conclusio, quod renunciatio euanescat per mortem personæ contemplatæ ante renunciatarium, etiamsi personæ contemplatæ extarent, sed succedere, & hæreditatem adire nollent.*
26 *Vel etiam quando filij essent exhæredati à Patre.*
27 *Paria sunt non extare, vel extare, & non posse succedere.*
28 *Item procedit quamquam filij contemplati extarent, sed Pater instituisset extraneos; eo enim casu quoad portionem extranei renunciatio non habet locum.*
29 *Limitatur tamen regula, quando persona contemplata decedit relictis liberis.*
30 *Statutum vocans fratres ad successionem comprahendit etiam fratris filios.*
31 *Nepotes quando veniant filiorum appellatione.*
32 *In Contractibus, nepotes non veniunt filiorum appellatione.*
33 *Contractus contra proferentes sunt interpretandi.*
34 *Mens contrahentium est semper perpendenda.*
35 *Nepos venit appellatione filij, quando aliud suadent verba dispositionis.*
36 *In fauorabilibus Nepotes veniunt appellatione filiorum.*
37 *Etiam ad exclusionem substituti, vel loci pij.*
38 *In Statutis excludentibus fæminas propter masculos veniunt Nepotes filiorum appellatione.*
39 *Recipiens feudum pro se, & filijs compræhendit nepotes.*
40 *Quando dispositio extenditur ad futurum euentum sub filijs nepotes semper compræhenduntur.*
41 *Eadem ratio militat in Patre fauore masculorum, ac in matre fauore fæminarum.*

42 Neptes non excludunt renunciantem.
43 Renunciatio, quæ ſemel habuit effectum non poteſt annullari.
44 Vbi ſemel effectus cauſa eſt conſumatus, licet poſtea ceſſet cauſa, non ceſſat effectus.
45 Quando effectus eſt perfectus, cauſa ceſſante, non ceſſat.
46 Quando non conſtat cuius fauore ſit facta renunciatio, verba renunciationis ſunt inſpicienda.
47 In materia renunciationis veriſimilis mens contrahentium actum facit.
48 Mentes paciſcentium ſunt attendendæ in materia renunciationis.
49 Renunciatio ita ſubſiſtit, quoties extat perſona, quæ ex veriſimili mente contrahentis excludit renunciantem.
50 Mens, & voluntas non poteſt haberi niſi à verbis contrahentium.
51 Voluntas in verbis conſiſtit, ſicus facies in ſpeculo
52 Idomne cogitatum exiſtimatur, quod verbis expreſſum eſt.
53 Verba ſunt notæ, & ſigna paſſionis eorum, quæ in animo ſunt.
54 Renunciatio in dubio facta dicitur eius contemplatione, cui ſit.
55 Hæredum nomine tam maſculi, quam fœminæ comprehenduntur.
56 Et eo caſu filia renuncians erit excluſa tam à maſculis, quam à fœminis.
57 Si tantum de maſculis fuit facta mentio, maſculis deficientibus fœmina reuertitur ad bona renunciata.
58 Fœmina excluſa ſemper admittitur poſt maſculos.
59 Maſculis deficientibus fœmina venit appellatione primogeniti.
60 Venit appellatione deſcendentium per lineam maſculinam.
61 Etiamſi ſit habita ratio conſeruandæ agnationis.
62 Hæredum nomen non reſtringitur ad hæredes ſanguinis, ſed omnes hæredes comprehendit.
63 Quando fuit facta renunciatio à filia potius, quam ipſa, admittitur frater Patris ad ſuccedendum.
64 Hæredum appellatione quando deſcendentes continentur.
65 Conditio tam debet poſſe ſubſiſtere, quam deficere.
66 Conceſſio facta pro ſe, & ſuis hæredibus non acquirit hæredibus extraneis.
67 Renunciatio facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus numquam euaneſcit, donec extant hæredes Patris.
68 Appellatione hæredum veniunt tantum hæredes ſanguinis, ſi quando repugnat ſubiecta materia, aliàs non.
69 Contemplatio agnationis habet locum exiſtentibus agnatis, alias non.
70 Appellatione deſcendentium non veniunt fœminæ, ſi fuit habita ratio conſeruationis agnationis, ſed intelligitur temporaliter, quamdiu adſunt agnati, illis tamen deficientibus etiam fœminæ admittuntur.
71 Licet hæredum nomen ſit generale, tamen non eſt intelligendum de exteris intellexiſſe.
72 Nemo cenſetur ſuam poſteritatem alienæ poſtponere.
73 Verba generalia ſunt reſtringenda, ne extranei præferantur filijs.
74 Clauſulæ quantumuis ampliſſimæ comprehendunt dumtaxat hæredes, & ſucceſſores, qui ex præſumpta mente contrahentium contemplati fuerunt, non autem omnes hæredes, & ſucceſſores.
75 Renunciatio prout qualibet alia diſpoſitio reſtringitur iuxta mentem contrahentium.
76 Præſumitur quod Pater recipiat renunciationem fauore deſcendentium, & agnationis conſeruandæ.
77 Pater præſumitur diligere propriam, eamque præferre minus dilecto.
78 Votum Patris potius præſumitur, vt ſua bona potius in deſcendentes, quam extraneos deuoluantur.
79 Non eſt præſumendum Patrem voluiſſe eſſe ingratum erga filios.
80 Non eſt præſumendum Patrem voluiſſe fiſcum ſuccedere excluſa propria filia, licet renunciauerit.
81 In materia renunciationis eadem eſt facienda interpretatio, vt renunciatio minus præiudicet.
82 Renunciatio facta pro hæredibus per Aquilianam ſtipulationem operatur realem renunciationem.
83 Per Aquilianam ſtipulationem quid efficiatur in renunciatione.
84 Monialis renunciatio facilius dicitur realis.
85 Falſum eſt aſſerere, quod per Aquilianam ſtipulationem, & Pactum de non petendo mulier ſit perpetuò excluſa.
86 In renunciatione verba, pro hæredibus, intelliguntur pro hæredibus ſanguinis.
87 Præcipuè vbi adſunt verba ſuorum.
88 Verbum, hæredibus, aliquando impropriatur ad ſolos filios, etiamſi hæredes non ſint.
89 Et præcipuè quando verbo, hæredibus, adijcitur maſculis, &c.
90 Renunciatio facta præſumitur quoties ex deſcendentibus Patris aliquis ſuperuiuat.
91 Non eſt præſumendum Patrem voluiſſe admittere extraneos repulſa propria filia.
92 Multi DD. reprobantur tenentes renunciationem pro hæredibus comprehendere etiam hæredes extraneos.
93 Imo eo caſu defunctis filijs admittitur renuncians facto etiam teſtamento per Patrem renunciatarium.
94 Mulieres ideo Patri renunciant, vt ipſe Pater poſſit prouidere alijs liberis, vel ſibi ipſi.
95 Quando Pater condit teſtamentum, videtur ſibimet ipſi velle proſpicere.
96 Mulier renuncians numquam admittitur, quoties extat perſona, quæ ex veriſimili mente renunciantis eam excludit.
97 Potior eſt cauſa in Patre renunciatario, vt poſſit alijs prouidere liberis.
98 Explicatur Emin. Ottbob. deciſ. 10.
99 Verbum, deſcendentes, vti generale comprehendit tam maſculos, quàm fœminas.
100 Quando in renunciatione fuit facta mentio non ſolum filiorum, ſed etiam agnatorum renunciatio ad quoſcumque agnatos extenditur.
101 Quando eſt facta contemplatione alicuius agnati, non extenditur vltra perſonas nominatas.
102 Maſculorum, & Agnationis reſpectus tantum ad filios reſtringitur in renunciatione.
203 Renunciatio quomodo dicatur restricta ad deſcendentes, quando non fuit expreſsè cogitatum de liberis.
104 Quando tempore renunciationis extant tantum filij maſculi, renunciatio dicitur ad fauorem maſculorum facta, & maſculis deficientibus ſuccedit renuncians.
105 Non habetur in conſideratione id, quod fit, ſed illud, propter quod aliquid fit.
106 Et non habentur in conſideratione filij ad excluſionem renunciantis, quando tempore renunciationis non erant nati.
107 Quando tempore renunciationis adſunt fœminæ, renunciatio cenſetur facta fœminarum contemplatione, & donec extant fœminæ, renuncians non admittitur.

108 Et

108 *Et hoc casu tantum nullis existentibus liberis succedit.*

109 *In non natis non cadit affectio.*

110 *Pater condito testamento relicta filia renunciante alteram instituere potest.*

111 *Quando vero Pater decedit testatus, aliqui putant fęminā superstitem non excludere renunciantem.*

112 *Decedens Pater intestatus videtur tacitè omnes vocasse, siue renunciantes, siue non.*

113 *Aequalis censetur Patris erga filios dilectio.*

114 *Aequalis affectio non dicitur, dum Pater ab vna filia recepit renunciationem, ab alia non.*

115 *Expressum facit cessare tacitum.*

116 *In incertis, non in certis locus est coniecturis.*

117 *Renunciatio licet restringenda non tamen ab eo licet discedere, quod ipsa verborum pronitas, & negocij gesti qualitas præsefert.*

118 *Quando tempore renunciationis tam masculi, quam fęminæ existunt, nonnulli volunt, quod renuncians excludatur à sorore superstite defunctis masculis.*

119 *Alij volunt, quod pariter sit admittenda cum alijs fœminis, masculis prædefunctis.*

120 *Sed distinguitur, an filia, quæ superstit, renunciauerit, nec ne.*

121 *Si non renunciauit talis fœmina excludit renunciantem, non secus.*

122 *Vna coniectura aliam excludit.*

123 *Illa coniectura est præferenda, quæ potentior est.*

124 *Quando aliæ filiæ renunciarunt, tunc dicitur tantum renunciatum fauore filiorum, & propterea deficientibus masculis omnes fœminę admittūtur.*

125 *Dispositio recipit interpratationem ex eo, quod verisimiliter disponens esses responsurus.*

126 *Doctrina Io: Angeli Pisanelli post resol. de Marin. 195. explicatur.*

127 *Si Pater aliquas filias renunciare facit, alias non, ex hoc desumitur magis affectio versus non renunciantes.*

128 *Quando nullus masculus, vel fœmina extant tempore renunciationis, renunciatio facta præsumitur fauore filiorum nascendorum.*

129 *Quilibet præsumitur suam posteritatem alienis voluiße præferre.*

130 *Et hoc casu præsumitur renunciationem factam fuiße omnium filiorum contemplatione.*

131 *Limitatur, quando filia renuncians dixit expressè se nolle succedere, etiamsi non nascantur liberi, & ab intestato, & facto testamento.*

132 *Quando vero fuisset dictum, quod Pater ad extraneos transferre posses bona renunciata defuncto ab intestato renunciatario, renūcians est admittenda.*

133 *Quando Pater nullos habet filios, neque habere sperat, tunc renunciatio facta præsumitur fauore agnatorum, & ideo non admittitur, quoties extant agnati etiam remotiores.*

134 *Contra alij sentiunt, quod etiam eo casu mulier admittatur non natis liberis.*

135 *Præcipuè quando Pater decedit intestatus.*

136 *Mulier renuncians in casibus supradictis semper admittitur, licet agatur de renunciatione facta dote recepta.*

137 *Renunciatio facta recepta dote est realis.*

138 *Vnde excludit renunciantem omni tempore, & quocumque casu.*

139 *Renunciatio quamuis recepta dote semper dicitur facta etiam ob agnationem conseruandam, vel propter masculos.*

140 *Et propterea salis ratio, cum cesset etiam in renunciatione propter Dotem, renuncians admittitur defunctis personis contemplatis.*

141 *Causa agnationis semper præsumitur in renunciatione adesse.*

142 *Non est præsumendum Patrem de excludenda filia sollicitum fuisse, nisi in commodum aliorum liberorum.*

143 *Duabus causis concurrentibus, ea quæ est potentior potiùs attendi debet.*

144 *Quando est dubium, an propter Dotem, vel propter agnationem sit stipulatio interposita, semper præsumitur ob agnationem fuiße factum.*

145 *Cessante causa principaliori dispositio cessat.*

146 *Et hæc procedunt, quamuis sit facta renunciatio verbis, & clausulis amplissimis per Pactum de non petendo, & Aquilianam stipulationem.*

147 *Renunciatio licet generalis ad specificata restringitur.*

148 *Causa in specie restringit dictum in genere.*

PRoposita quæstio potest exemplificari in filia, quæ
Patri renunciat filiorum contemplatione, si casus
contingat, quod filij, quorum contemplatione fuit re-
nunciatum, decedant ante Patrem; Quęritur, an fęmi- 1
na renuncians, non obstante renunciatione iurata,
possit succedere; Et communis scribentium senten-
tia fauet filiæ, quod, nempè, succedat *Bald. l. Pactum*
Dotali, qu.4. nu.3. C.de collat. quem sequuntur ibidem
Dec.n.9. Bolognet. d.l. stipulatio hoc modo, n 93. Nat. d.c.
quamuis, limit.8. n.58. Didac. d. par.3. c.3. n.4. Paris. cons.
3. n.27. vol.2. & cons.26. num.20. vol.3. Cravett. cons.42.
Cephal. cons.62. n.42. Cacher. decis. Ped.98. n.11. Gomez
l.22. n.12. Cancer. lib.3 c.15. n.33. & seqq. Merl. de Leg.
lib.3. tit.1. qu.5. n.12. Seraph. de priu. Iuram. priuil.21. n.
24. Hartm. Pist. qq. for. lib 4. q.6. n.44. Prat. discept. for.
c.39. n.45. Altogr. Iuu. contr.27. n.1. Anton. Fab de err.
pragm. decad.13. err.9. Passer. c. quamuis Pactū, de Pact.
in 6. n.34. Mastrill. dec.65. n.14 Thomat. dec.50. n 62 65.
Merl. contr. for. c.32. nu.2 tom.1. Hodiern. l. hac edictali,
qu.11. num.22 Valenzuel. cons.17. num.38. Laur. à Pinu
cons.69. n.1. Galler. de renunc. lib.1 cap.10. nu.21. Mart.
de success. leg. par.3. q.5. Donad. eodem tract. de renunc.
c.13. nu.11. Bottigl. de success. c.2. theor.49. n.8. Kellemb.
de renunc. success. q.39. in princ. multos congerit *Donat.*
Ant. de Mar. resol. quot. lib.2. c.189. n.1 & c.190. nu 32.
Cyr. contr.375. nu.2.3. Castell. de donat. disc.3 par 6. num.
127. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Iur. vniu. par.3. lib.41.
cap.17. n.3.4. Rot. de priuil. mul. c.4. pag.268. n.5. Rot. in
Rom. Fideicomm. de Steccatis 15. Iunij 1665. cor. R.P.D.
Bourlemont. dec.63. num.2. post tract. & latiùs *in Rom.*
Hæreditatis de Lanuccijs 20. Aprilis 1668. cor. R.P.D.
Taya dec.200. nu.1. & seqq. post tract. & in Rom. Fideic.
27. Martij 1669. cor. R.P.D Calataiù dec.72. n.9. post tr.
in Marsicana Successionis 4. Feb.1665. cor. bo:me: Emerix
dec.116. num.13. post tract. cum alijs sexcentis, qui pos-
sent adduci.

Ratio, verò, huius communissimæ conclusionis illa
est, quia renunciatio, dicitur stricti iuris *Soc. cons.96. in* 2
fin. lib.1. Gallerat. de renunc. lib.1. c.10. in princ. Cravett.
cons.42. nu.2 lib.1. Donat. Ant. de Mar. c.190. nu.25. &
nullo modo extenditur ad non expressa *Altogr. cons.* 3
32. nu.42. & seqq. tom.2 Rot. in Marsicana successionis 4.
Febr.1665. cor. bo:me: Emerix dec.116. nu.13. post tract.
Nec ampliatur vltra personas, de quibus in renunciatione
tione fuit cogitatum *l. si vnus vers. antè omnia, ff. de* 4
Pact. Cravett. cons.242. nu.6. Decian. cons.21. num.75.
lib.1. Menoch. cons.6. nu.3. eod. lib.1. de Marin. d.c.190.
nu.25. Capyc. Galeot. contr.8. nu.11.12. lib.2. etiamsi in
eis vigeret eadem, vel maior ratio, *Cephal. cons.62. n.8.* 5
lib 1. quem sequitur *Gallerat. d. lib.1. quæst.10. num.2.*
Io: Petr. Actolin. resol.40. n.2. & etiamsi habeat clau- 6
sulas generales, *Duran. dec.268. n.10. Merl. dec.122. n.7.*
& dec.523. par.4. tom.3. & dec.157. n.17. par.8. rec.

Vnde

7 Vnde traditur pro regula, quod renunciatio ita
debet restringi, vt ei tantum prosit, cuius fauore facta
fuit, *l. si actionem, C. de Pact. Crauett. consil. 254. num. 4.*
Viuius decis. 316. num. 8. Hodiern. l. hac edictali qu. 11.
num 56. optimè *de Marin. cap. 191. num. 4. 9. Galeot.*
contr. lib. 2. contr. 8. num. 7. Donad. de renunc. cap. 13. n. 2.
Kellemb. eod. tract. quæst. 39. num 13.

8 Quapropter, si renunciatio sit facta Patri à filia, ei
soli prodest, non alteri, *Alex. consil. 149. num. 5. lib. 7.*
Galler. de renunc. d. cap. 10. num. 19. si sit facta ad com-
9 modum filij naturalis, in beneficium eiusdem non
alterius cedit, *Surd. consil. 446. circa fin.* & quatenùs
sit stipulata à sorore alicui ex fratribus ipsi tantùm
10 cõmodum affert, non item cęteris fratribus, *Galler. vbi*
sup. n. 19. vers. preterea, Galeot. contr. 8. n. 7. & seqq. lib. 2.

Iure, igitur, merito potest etiam in casu nostro
adaptari conclusio, quòd renunciatio Patri facta fa-
uore filiorum liberis defunctis, successio in bonis Pa-
tris defertur sorori renuncianti, non alicui alteri, & ob
id, cum non possit cuiquam beneficium afferre renun-
ciatio, prætèrquam fratribus iam defunctis, admitti-
tur renuncians, *Galler. d. cap. 10. n. 21. & c. 5. lib. 2. n. 26.*
Hodiern. l. hac edictali d. q. 11. n. 22. 23. & contr. 7. n. 20.
& seqq. Altogr. Iun. d. contr. 27. n. 1. & 21. vbi nu. 4. 5.
dicit nullam esse differentiam, an renunciatio sit facta
11 Patri à filia, vel fratri à sorore, & semper ita intelligi-
tur renunciatio facta fauore fratrũ, vt scilicet, habeat
locum, si fratres ipsi superuiuant latè *Cald. de emphyt.*
de pen. eligend. & e. lib. 3. c. 10. n. 20. Hodiern. ad l. hac edi-
ctali q. 11. Fontanell. dec. 570. Merl. dec. 879. n. 7. & seqq.

Vlteriùs, cùm renunciationis causa tunc facta dica-
tur ad commodũ personæ contemplatæ, ea deficiente
deficit, & ipsa renunciatio, quia, causa cessante, cessat
12 effectus, *cap. cum cessante, de appell. l. filio præterito, ff.*
de iniusto rapto, & in terminis arguunt *Hartm. Pistor.*
d. lib. 4. qu. 6. nu. 44. Altogr. Iun. d. contr. 27. nu. 21. An-
dreol. contr. 332. nu. 5. Donad. de renunc. d. cap. 7. n. 27. 28.

13 Nec quicquam stringit, eo casu, Iuramentum, quia
intelligitur, rebus sic stantibus, atque permanentibus
l. quod seruus, ff. de cond. ob caus. & l. fin. qui satisd. cogan.
14 *Paris. consil. 3. num. 27. vol. 2.* & statu obligationis mu-
tato statim etiam vim suam mutat, & amittit, *cap.*
quemadmodum extra, de Iureiur. Kellemb. d. qu. 39. n. 3.
Hartm. Pistor. d. q. 6. num. 44. Merl. Pignat. d. contr. 32.
n. 23. 24. Galler. vbi sup. lib. 2. c. 5. nu. 26. vers. Et pro hac.

Et hæc sine difficultate procedunt, vbi Pater dece-
dit, nullo condito testamento; nàm tunc, vt aliàs fuit
15 dictum, filia tacitè à Patre censetur vocata, & renun-
ciatione non obstante, succedit, vt per *DD. d. c. quamuis*
Pactum, & benè habemus ex *Hodiern. d. l. hac edictali,*
qu. 11 num. 9. vbi, quòd, vt fęmina succedat, non ob-
stante renunciatione, fundatum est, non in renuncia-
tione, quæ sit restringenda ad casum superexillentiæ
fratrum, sed ad voluntatem Patris, qui intestatus de-
cedens, videtur tacitè voluisse fęminam præferri ex-
traneis, & latiùs *Eminentiss. Otthob. decis. 10. in princ.*
& alij supracitati *num. 29. cap. 14. huius libri.*

Quando, verò, Pater condito testamento, decedit,
Interpretes disceptant, an per præmorientiam personę
contemplatæ ante Patrem, de cuius agitur hæredita-
te, possint renunciantes habere regressum ad bona
16 paterna. Et opinio negatiua videbatur validior, nam
renunciationes fęminarum factæ Patri pro se, & filijs,
vel heredibus acceptanti, duplici ex causa factę dicun-
tur, nempè, vt prouideatur liberis, & vt Pater sibimet
17 ipsi prospiciat, vt de bonis suis ad libitum disponere
possit in quemcumque extraneum, *Crauett. consil. 42.*
Gabr. consil. 135. n. 25. & seqq. lib. 2. inquiens, similes re-
nunciationes procurari a Parentibus ad impinguan-
dam eorum hæreditatem, & vt ipsi disponere possint
de bonis renunciatis, de quibus seclusa renunciatione
disponere non possent, *Mastrill. dec. 65. n. 15. 16. Capyc.*
Latr. dec. 3. n. 26. & seqq. Greg. dec. 85. nu. 12. cum alijs,
pleno calamo, congestis per *Eminentiss. Otthob. dec. 10.*
nu. 4. & seqq. Hodiern. l. hac edictali d. qu. 11. nu. 10. vbi,
quod, si Pater, condito testamento, decedat, licet filij 18
iam mortui sint, & ob id cesset ratio renunciationis
factæ propter fratres, remanet adhuc alia ratio, vt Pa-
ter sibimet ipsi prospiciat, & propterea filia renun-
cians contra Patris voluntatem admittenda non est,
& in fortioribus terminis allegatur *Ias. in l. fin. n. 23. C.*
de Pact. dicens, quod si renunciatio paternæ hæredi-
tatis in masculorum fauorem facta fit, tamen cogi
non possit Pater masculis relinquere, cum possit te-
stando illis præiudicare, quæ opinio fuit approbata
à *Rot. dec. 75. par. 2. rec. num. 5.*

Sed re meliùs considerata, opinio contraria verior
apparet, quod, siue testatus, siue intestatus decedat 19
Pater ob pręmorientiam filiorum, in cuius fauorem,
& quorum contemplatione fuit facta renunciatio, re-
uerti potest ad successionem filia, quæ renunciauit, &
contra testamentum Patris succedere poterit, si Pater
ei legitimam portionem non reliquerit; nam omnes
rationes, quæ supra adductæ fuerunt, nempè, quod re-
nunciatio non porrigit vires vltra personas, in ea no-
minatas, quod deficiente causa renunciationis, ipsa
quoque renunciatio deficiat, & quod eadem renun-
ciatio intelligatur semper rebus sic stantibus, hìc quo-
que commodè adaptatur; Quapropter, cum eadem
militet in vno, ac in altero casu ratio annullatiua, ea-
dem dispositio in vtroque esse debet, vt optimè per
Pistor. d. lib. 4. quæst. 6. nu. 45. vbi monet cauendum ab
Angelo cons. 52. qui contrarium voluit, nempè, mu- 20
lierem censeri exclusam condito per Patrem testa-
mento, nec non à *Marant. disp. 10. concl. 1. n. 14. in fine*, 21
qui, vt ipse ait, seductus ab *Angelo* eiusdẽ doctrinam
approbauit, & hanc sententiam tanquam verissimam
probat etiam, multis cumulatis, *Kellemb. de renunc.*
success. q. 39. n. 2. vbi, quòd filia non solùm ab intestato,
sed & quando in testamento paterno præterita, vel
iniquè exhæredata fuerit, inuito Patre contra ipsius
dispositionẽ admittitur, & disputato articulo, multis
argumentis, ita firmauit doctissimus *de Marin. lib. 2.*
contr. c. 191. per tot. nec non subtiliss. *Hodiern. ad l. hac*
edictali q. 11. n. 55. vbi concludit, quod opinio contra-
ria procedit, vbi renunciatio fuit facta Patri eiusdem
Patris intuitu, & contemplatione filiorum; vbi verò
fuit stipulata pro filijs, & eorum personis contempla-
tis tantum, certè Pater, defunctis liberis, non poterit
de portione renunciata ad libitum disponere; Siquidẽ
cùm causa renunciationis reducatur ad non causam,
filia, siue testatus, siue intestatus Pater decedat, ad eius 22
successionem admittetur, tanquam renunciatione re-
soluta, *c. cessãte, de appell. l. adigere, §. quamuis de Iurep.*
l. his honoribus. §. acuti, ff. de vacation. muner. Aliàs se-
queretur absurdum, scilicet, quòd cessaret renuncia-
tio, sed nihilominùs operaretur, nam poterit Pater te-
status decedens extraneum instituere, quod manifestè
implicat contradictionem, vt benè considerat *Hodier.*
vbi sup. namq; aut conclusio illa, quòd, deficientibus
masculis, cesset renunciatio, est vera, & certè renuncia-
tio, vti resoluta ampliùs in consideratione habenda
non erit, nam fingitur illam non interuenisse, ex defe-
ctu conditionis per mortem masculorum, aut vera nõ
est, & ad quid illam DD. admittunt? & propterea as-
serere renunciationem cessare præmorientibus mas-
culis; & filiam Patre testato decedente non succedere
est quid incompatibile, prout etiam indistinctè firma-
runt *Viu. dec. 221. n. 51. Gomez, ll. Tauri 22. n. 11.* & alij
apud *Hodiern. loc. cit. n. 55. in fin. Rot. in Marsicana Suc-*
cessionis 4. Februar. 1665. coram R. P. D. Emerix d. decis.
116. num. 16. post tract.

DD. verò

DD. verò, qui in contrarium afferuntur, vel con-
23 tra communem, & magis æquam opinionem scripse-
runt, vel in eo casu sunt intelligendi, quando reunun-
ciatio fuit facta Patri eiusdemmet Patris intuitu, &
hæredum, non filiorum, tunc enim, licèt filij deceda-
dant, cùm adhuc Pater remaneat, cuius persona fuit
principaliter in renunciatione obseruata, non euane-
scit renunciatio, sed substinetur, fauore Patris, vel
eius hæredum, & agnatorum iuxta voluntatem Pa-
tris, ad formam tamen renunciationis restrictam;
nam verum est, quod regula in hac materia funda-
mentalis est, vt, eo casu numquàm renunciatio dica-
24 tur extincta, quoties extat persona, quæ ex voluntate
Patris renunciantem excludit, vt, in terminis suppo-
nit *Eminentiss. Ottbob. d. dec.* 10. *num.* 2. 3. & alibi nos
diximus.

Et hæc, quæ dicta sunt non tantum procedunt, vbi
filij, vel aliæ personæ contemplatæ non extant, sed
25 etiam, quatenus extarent, mortuo Patre, sed ei suc-
cedere, & hæreditatem adire nollent, tunc enim filia,
renunciatione, ob fauorem masculorum facta, non
obstante, succedere posset, vt in terminis statuti pro-
bant *Bart. Marant.* & alij allegati à *Pistor. d. lib.* 4. *qu.* 6.
num. 46. *Merl. de Legit. lib.* 3. *tit.* 1 *quæst.* 2. *num.* 65.
Galler. de renunc. d. lib. 2. *cap.* 9. *num.* 26. *versic. Sed &*
26 *quod, Hodiern. contr. d. q.* 11. *num.* 58. qui etiam am-
pliant, quando filij superstites exhæredati a Patre,
vel alias ad succedendum inhabiles facti essent, nam,
neque, eo casu, renunciatio attenditur, quamuis
etiam alij hæredes sint instituti, vt, multis auctoribus,
comprobat *Pistor. d. loc. num.* 47. & ratio est euidens,
quia accommodantur ea, quæ supra in terminis defi-
cientiæ fuerunt considerata, paria quippè sunt non
27 extare, vel extare, & non posse succedere, *l si ex mo
dica*, §. *si filius*, *ff. de bon. libert. l.* 2. §. *& si sint*, *& §.
vidend. ad Tertull.* cum simil.

Imò *Angel. in l. Auus, ff. de Pact.* eius fuit opinionis,
vt prædicta conclusio non tantum sit amplianda, vbi
masculi, quorum contemplatione facta est renuncia
28 tio, mortui sint, sed etiam, si viui essent, & extranei
fuissent instituti, cùm, respectu portionis extraneis re
lictæ renunciatio non obsit, quod, tamquam notabi
le prius attulit *Aret. in l. qui superstitis, col.* 5. *num.* 4.
versic. vtrum autem, in fin. & Dec. consil. 31. *num.* 1. &
posteà fuit comprobatum per *Pistor. vbi sup. num.* 48.
& Hodiern. d. quæst. 11. *num.* 57. 58. qui tandem conclu
dunt limitationem hanc esse extendendam ad om-
nem aliam causam, ob quam facta est renunciatio, vt
deficiat cessante illa causa.

Illa tamen conclusio sic generaliter ampliata, re-
29 stringitur, & limitatur in vno casu, nempè, quando
is, in cuius fauorem fuit facta renunciatio, viuo Pa-
tre, decedat relictis liberis, in quibus eadem subest
renunciationis causa, vt puta, si in fauorem filiorum
renunciaretur, & hi decederent relictis nepotibus,
nam hi renunciantem æquè excluderent, ac Patrem
ipsorum (quod procedit etiam in Statutis vocantibus
30 ad successionem, fratres, nam comprehendunt etiam
fratrum filios, *Anchar. cap.* 1. *de constit. Vinc. Franc.
dec.* 542. *Donat. Anton. de Mar. cap.* 103. *num.* 14. *lib.* 2.)
cùm enim eadem subsit renunciationis ratio, in Patre,
quæ in filijs, ac cessent rationes circa hanc limitatio-
nem consideratæ, renunciatio firma manet, vt post
Marant. disput. 10. *concl.* 3. *nu.* 17. *Guttierez d. c. quamuis Pactum, verb. omninò seruari debebit, num.* 3. *Menoch. consil.* 197. *num.* 74. quos adducit, & firmat *Pistor.
vbi supra num.* 50. & latiùs probat *Kellemb. q.* 39. *n.* 4.
& fundat, quod in omnibus dispositionibus, quoties
31 filia ad fauorem alterius ab aliquo commodo exclu-
ditur filiorum nomine, etiam nepotes comprehen-
duntur *Bart. l. liberorum, num.* 12. 16. *ff. de verb. signif.
Surd. dec.* 72. *per tot.* Quare, licet, in contractibus ap- 32
pellatione filij regulariter nepos non veniat, *l. quod
si nepotes, ff. de testam. tut. Hond. consil.* 54. *num.* 42. *lib.* 1.
Rot. dec. 473. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 279. *num.* 12.
par. 6. *rec. & in Bononien. Fideicom. de Sala.* 16. *Ianuar.*
1662. *cor. bo: me: Verospio dec.* 173. *num.* 3. *post tract.*
cùm verba contractus contra proferentem strictè sint 33
interpretanda, *l. veteribus, cum simil. ff. de Pact. Ias.
in l. Gallus*, §. *instituens num.* 24. *ff. de lib. & posthum.*
Si tamen mens contrahentium, quæ semper perpen-
denda venit, *l. in conuentionibus, ff. de verb. signif.* 34
aliud suadeat, iusta interpretatione nepotes, licèt ex-
pressè nominati non fuerint, continebuntur, *l. iusta,
l. filij, ff. de verb. sign. l. Lucius*, §. *fin. ff. de hæred. inst.* 35
Mantic. de tacit. lib. 22. *tit.* 12. *Barbos. de appell. verb.
appell.* 99. *num.* 90 91. *Seraph. dec.* 409. *n.* 11. *Altogr.
consil.* 10. *num.* 2. 3. *lib.* 1. idemque procedit in fauorabi- 36
libus, in quibus nepotes veniunt, nomine filiorum, vt
est *textus in l. iusta* 28. *ff. de verb. signif.* etiam ad ex- 37
clusionem substituti, vel pij loci, *Rot. in Rauennaten.
Transactionis* 3. *Decembris* 1660. *cor. Eminent Celso*,
§. *filiorum enim.* Vnde etiam in Statutis excludenti-
bus fœminas propter masculos, filiorum appellatio
nepotes sub se comprehendit, *Bart. d. l. liber, num.* 12. 38
cum seqq. Et fundum pro se suisque filijs recipiens,
non minus nepotibus, & reliquis ex se descendenti-
bus, quàm filijs prospexisse intelligitur, *Alex. & Ias.* 39
d. l. Gallus, §. *Instituens, num.* 24. & generaliter tradi
solet, quod si verba dispositionis in futurum euentum
extendantur, & incertum sit; an casu eueniente filij,
vel nepotes superstites extituri sint (prout in renun- 40
ciationibus contingere solet) filiorum nomine nepo-
tes quoque comprehenduntur, *l. Lucius* 85. *in fin. ff.
de hæred. inst. Alex. consil.* 26. *num.* 5. *vol.* 3. & alij per
Kellemb. vbi sup. num. 4. *in fin. Cutell. de donat. discur.* 3.
par. 6. *num.* 127. *versic. Scio verò.*

Similiter hisce rationibus, quoties renunciatio fa-
cta sit in fauorem sororum, & hæ, viuo Patre, decef-
serint relictis filiabus, quia eadem ratio militat in Pa- 41
tre ad fauorem filiorum masculorum, ac in matre ad
fauorem fœminarum, neptes excludunt amitam re-
nunciantem, vt post *Marant. d. disp.* 10. *concl.* 6. *num.*
27. *in fin.* tradit *Pistor. loc. cit. num.* 50. *versic. Sic
quoties.*

Et è contra, quando in liberis eorum, quorum in-
tuitu facta est, cessat causa renunciationis, puta, si
filij, in quorum fauorem facta est renunciatio, dece-
derent, relictis filiabus, tunc hæ neptes renunciantes 42
non excluderentur à successione, sed renunciatio per-
inde, ac si illi absque liberis decessissent, euanesceret,
& propterea renuncians vna cum nepte succederet,
vt probant *Bart. Alex. Mar.* & alij allegati à *Pistor.
loco mox cit. versic. Contra vero.*

Id etiam scire oportet, hucusque exarata circa
nullitatem renunciationis procedere in casu præmo-
rientiæ personarum, quarum contemplatione facta
fuit renunciatio, antequam diem suum claudat ex-
tremum Pater, vel illa persona, de cuius hæreditate 43
sermo est; secùs verò, quando post mortem Patris
extarent, & hæreditatem adirent, nam tunc licet po-
steà decedant, tamen filia non succedet in portione
renunciata, quia cùm renunciatio semel effectum sit
sortita, & filia exclusa non est ampliùs admittenda,
vt probat *Alex. consil.* 20. *num.* 7. *vol.* 1. *Dec. consil.* 31.
num 5. *Boer. dec.* 107 *num.* 22. *Bellon. Iun. consil.* 27. *num.*
77. *Rout. consil* 42. *num.* 8. *lib.* 1. *Mol. de Primog. lib.* 2.
cap. 3. *num.* 47. *Hartm. Pistor. d. lib.* 4. *quæst.* 6. *ante nu.*
52. *Bottigl. de success. cap.* 2. *theor.* 49. *num.* 10. *Andreol.
contr.* 233. *num* 10. & assignat rationem, quia vbi se-
mel effectus causæ est consummatus, licèt posteà ces-
set causa, non cessat effectus, *Tiraq. de caus. cess.* 44
limit.

fauorem alicuius,& eius hæredum,nam,primo câsu,
coniectura suadet filiam nullos præterquam fratres,
tunc temporis existentes respexisse;Secus,si non Patri
simpliciter, sed & suis hæredibus expresse fauere vo-
luit;Nam,sicuti renunciatio, ex parte puellæ, eo de-
mum tempore, vires recepit, quo delata huic fuerit
successio, sic quoque Pactum de non petendo succes-
sionem,omnes eos,hoc in casu,iuuabit, qui tunc fue-
rint proximiores.

Et tandem ad traditionem *Bartoli in l.Gallus,§.& si*
66 *parentes n.4.ff.de lib.& posth.* asserentis concessione
alicui facta pro se suisque hæredibus non acquiri hæ-
redibus extraneis,si iniquitas indè aliqua exoriatur,
aut mens contrahentis verisimiliter repugnet, vt in
casu præsenti euenire videtur, respondet, quod Dos
filiæ sufficienter tradita; Nobilitatis fauor,qui prin-
cipaliter hoc facto subuenitur,& publica salus,quæ in
hoc versatur, omnem iniquitatis suspicionem exclu-
dunt;nec de consensu filiæ erga Patruum est dubitan-
dum, nam præter quam quod causa renunciationis,
quæ in agnationis conseruatione, & propagatione
consistit hanc sententiam satis probat, suadet etiam
ipsa verborum proprietas, *l.hæredis, l.sciendum, ff.de*
verb.sign. cui perpetuò standum, donec contrarium
dilucidè probetur,*l.ille aut ille post princ. l.non aliter,*
ff. de leg.3.& l.1.§.si quis nauem cum seqq.ff.de
exerc.act.

Et huic opinioni,optimè adstipulatur *Rot.cor Emi-*
nentiss.Otthob.dec.10. multis argumentis, ostendens,
quod vbi renunciatio facta fuit, pro aliqua persona,
& pro hæredibus,vel successoribus,numquam renun-
ciatio euanescit,dummodò extent hæredes Patris,vel
67 illius personæ,ad cuius beneficium fuit renunciatum;
& licet prædicta Decisio videatur præcipuum funda-
mentum suæ opinionis constituere super testamento
paterno,in quo fuerant instituti extranei, quasi quod
diuersimodè statuendum putet in causa non facti te-
stamenti,nihilominùs *num.19.* generaliter firmat non
68 semper esse verum,quod appellatione hæredũ,& suc-
cessorum veniant tantum hæredes sanguinis, sed tùm
demũ,quando subiecta materia repugnat,idest,quan-
do agitur de re sui natura ad hæredes non transitoria,
vbi,autem,prout in terminis nostris, materia subiecta
est transitoria ad hæredes,verius esse appellatione hę-
redum etiam extraneos comprahendi,allegatq; deci-
siones concordantes,& præcipuè 587.*nu.2.3.par.1.&*
251.n.6.par.5.cor.Buratt.dec.894.n.4.& in Rom. Suc.
de Comitibus 23.Iunij 1641.& 22.Iunij 1642. coram
Decano; idque potissimum vendicat sibi locum agna-
tis non existentibus, nam contemplatio agnationis
69 semper pręualet, existentibus agnatis, cessat autem,
illis non existentibus, vt, in simili licet appellatione
descendentium non veniant fęminæ, si fuit habita
ratio agnationis conseruandæ, hoc, tamen, intelli-
gitur temporaliter, quamdiù adsunt agnati, illis
verò, deficientibus etiam fęminæ admittuntur, vt
70 probat *Emmentiss.Otthob.* auctoritate *Gabr.Peregr.*
& Rota d.dec.10.num.25.

Altera opinio est ad fauorem mulieris renunciãtis,
quod scilicet censeatur exclusa à bonis renunciantis,
71 quoties extant liberi,& descendentes Patris,secùs ve-
rò,illis deficientibus,nam,& si hæredũ nomẽ generale
sit,non tamen præsumendum est paciscẽtes de exteris
intellexisse,sed tantum de his, qui à Patre descẽdunt,
cum nemo censeatur alienam posteritatẽ suæ antepo-
72 nere,*Rot.in Rom.Fideic.de Steccatis 4.Febr.1667.cor.*
R.P.D.Bourlem.dec.64.n.8.post tract. & propterea ver-
ba generalia restringenda sunt, nè extranei cũ maxi-
73 ma iniuria præferantur filiæ *l.cum Auus, ff.de cond.&*
demonstr.l.3.C.de inoff.test.l.talẽ Pactũ, §.fin.ff.de Pact.
l.cum acutissimi,C.de Fideic.l.ex facto, §.fin.ad trebell.

cum simil.& probat *Hart.Pist.vbi sup.n.53.Actol.resol.*
40.n.35.& late firmat *d.dec.in Rom.Fideic.de Steccatis*
4 Febr.1667.dec.64.n.22.post tract. optimè *Don.Ant.*
de Mar.lib.2.c.190 n.24.& seqq. vbi in casu,quod erat
facta renunciatio nõ solum Patri,sed omnibus,& qui-
buscumque illorum,& singulorum hæredibus,tam ab
intestato,quã ex testamento,& alias quomodocumq;
successoribus,licet ex lata horum verborum significa-
tione videretur esse ampliandã renunciationẽ ad quo-
scumque hęredes,& successores etiã extraneos,siue ex
testamento, siue ab intestato veniẽtes iuxta opinionẽ
Menoch.d.cons.6.Alex.d.cons.29.& aliorum,pręcipuè,
attentis clausulis prægnantissimis subsequentibus, in
quibus data erat façultas Patri de omnibus Bonis, ac
Iuribus liberè disponere,perindè,ac si ipsa renuncians
numquam fuisset in rerum natura.

Tamen contrarium resolutum fuit; quoniam dicta
verba amplissima visa fuerunt comprahendere illos 74
dumtaxat hæredes, & successores, qui ex præsumpta
mente contrahentium contemplati fuerunt, non autẽ
omnes hæredes, & successores indefinitè, & sic etiam
extraneos,cũ renunciatio, prout quælibet alia dispo-
sitio restringatur iuxtà mentem contrahentium, quã- 75
uis verba generaliter concepta sint, vt supra,fuit pon-
deratum,& tenent etiam *Palm.cons.32.num.13. Merl.*
dec.319.nu.3.Otthob.dec.190.nu.3.

Quod verò, in hoc casu adsint præsumptiones pro
inclusione filiæ, non potest controuerti; prima enim
est iuris præsumptio, iuxta quam Pater præsumitur
huiusmodi renunciationem recipere à filia fauore de-
scendentium,& agnationis conseruandæ,adeò,vt, illis 76
non extantibus, aut decedentibus ab intestato non
præsumatur voluisse excludere propriam filiam à bo-
nis renunciatis,eadem *Rot.in d.Rom.Fideic. de Stecca-*
tis 4.Febr.1667.dec.64.nu.8.post tract.& in Marsicana
success.4.Febr.1665.cor.bo:me:Emerix.dec.116.nu.17.
& seqq.post tract.

Altera desumitur ex charitate, & dilectione erga
propriam filiam,quam pater præsumitur summoperè
diligere,eamque propterea,voluisse præferre, vti ma-
gis dilectam cuicumq; hæredi extraneo vti minùs di- 77
lecto,cùm votũ Patris esse soleat, vt bona sua potiùs
in descendentes,quã in extraneos deuoluantur, *l.scri-* 78
pto 6.ff.vnd.lib.l.nam & si Parẽtibus 15.ff.de inoff.test.
vt obseruat etiam,alijs cumulatis,*Actol.resol.40.nu.9.*

Accedit ingratitudo Patris,qua,alias posset redar-
gui, si filiam erga se ipsum liberalissimam exclude-
ret, & hæredem extraneum, à quo nihil habuerit ad- 79
mittere vellet,vt considerat *Cancer.d.c.15.num.50.&*
seqq.lib.3.

Nec vllius ponderis est alia inuerisimilitudo, quæ
posset considerari in filia, quæ si in casu obitus Patris 80
absque descendentibus voluisset renunciare ad fauo-
rem cuiusque hæredis etiam extranei, comprahende-
ret etiam Fiscum, qui de iure, non existentibus agna-
tis,vel cognatis,vsq; ad decimum gradum, tamquam
hæres ab intestato succedere potuisset, quod non est
præsumendum, & dixit *Rot.in Rom.Fideic.de Stecca-*
tis 4.Febr.1667.d.dec.64.post tract.in Rom.hæreditatis
de Lanuecijs 20.Aprilis 1668.dec.200.nu.1.post tract.
& num.11.

Neq; illa verba,quod Pater possit disponere de bo-
nis renunciantis,ac si renuncians numquã fuisset in re-
rum natura,in casu prædicto,releuant; Quia,cum sint
consecutiua ad personas suprà vocatas,sunt intelligẽ-
da,retenta eadem præsumpta mente contrahentium,
vt,scilicet,censeatur dispositum ab intestato ad fauo-
rem illarum personarum, quæ ex præsumpta mente
contemplatæ fuerunt, taliter, quod illis deficientibus
renunciatio perindè haberi debeat, ac si facta non es-
set,cum in hac materia ea sit capienda interpretatio, 81

quæ renuncianti minùs præiudicet *Cyr. contr. 291. n. 9.*
Gratian diſcept for. 292. nu. 6. Bottigl. c. 2. theor. 48. nu. 8.
Actol. d. reſol. 41. nu. 10.

Quapropter, his rationibus, & alijs in tota *Reſol.*
190. cumularis, concludit *Don. Ant. de Mar.* mulierem
poſſe reuerti ad bona renunciata, & ita in ſimilibus
terminis renunciationis, nēpè, factæ à muliere ad be-
neficium fratrum dotantium, eorumq; hæredum, &
ſucceſſorum, de omnibus bonis, & ſucceſſionibus de-
uolutis, & deuoluendis cum Aquiliana ſtipulatione, &
Pacto, de non petendo, ac alijs clauſulis realitatē im-
portantibus, conſuluit in alia *Reſol.* 191. & latiùs *Bot-*
tigl. d. c. 2. theor 49. vbi, licet in principio dubitaret, an
filia quæ renunciauerit hæreditati ſui Patris, adhibita,
Aquiliana ſtipulatione, & Pactis ampliſſimis exclude-
retur ab agnato remotiori, defuncto Patre ab inteſta-
to, ſine deſcendentibus, ea ratione, quia filia per renū-
ciationem factā dicitur, de medio ſe ſuſtuliſſe, ac alijs
in gradu remorioribus locum feciſſe, vt argumento
l. 1. § quibus diebus, ff. de ſucc. edict. probat, *Napod. in*
conſuet. ſed ſi morienti. gl. ipſi ſucceſſores, & eo magis,
quando eſt facta pro hęredibus cum Aquiliana ſtipu
82 latione, quæ operatur realem renunciationem, ita vt
per maſculos remotiores excludatur ad tradita per
Franc. dec. 375. Maſtr. dec. 65. n. 12. Surd conſ. 359. nu. 3.
& alios allatos a *Bottigl. d. loc.* & præcipuè per Aqui-
83 lianam ſtipulationē, quæ eſt tantæ virtutis, vt renun-
cians excludatur, etſi defuncti ſint illi, quorum con-
templatione facta fuit renunciatio, vt habemus ex *Ro-*
uit. tom. 1. conſ 42. 43. 44 Merl. tom. 1. contr. c. 5. & Ca-
pyc. Latr. conſult. 77.

Nihilominùs, optimis rationibus conſideratis, mi-
litantibus ad fauorē renunciantis, & ex tacita, vel ex-
preſſa voluntate paciſcentiū reſultantibus ad fauorē
filiæ, quæſtionē firmat; Maximè quia allati in contra-
84 rium loquuntur, in renunciatione facta per Monialē,
quæ facilius realis cēſetur potiùs, quam perſonalis, vt
videbimus infrà; Illorum vero opinio, qui fuerunt ar-
bitrati per Aquilianam ſtipulationem, renunciantem
excludi, & ſi ceſſet perſona in renunciatione contem-
plata, dicit *nu. 16.* eſſe erroneam, & falſam; Sicuti aſſe-
rere, quod, per Pactum de non petendo, & per Aqui-
85 lianam ſtipulationem mulier penitùs ſit excluſa, nec
ampliùs poſſit ad bona renunciata redire, non eſt ab-
ſolutè verum, nā ſemper intelligitur appoſita, ſub illa
conditione contemplationis fratrū, & mentio hæredū
non omnem hæredum ſpeciem; in hoc caſu, compræ-
hendit, ſed tantum filios maſculos &c. & meliùs, & la-
tius, alijs adductis comprobat *Donad. de renunc. c. 7. n.*
30. & ſeqq. vbi pariter rationes ſuprà cōſideratas enu-
merat, firmat *Altog. Iun. contr. 27. n. 19. & ſeqq. Hond.*
conſ. 29. n. 91 lib. 1. Rot. dec. 543. n. 40 & ſeqq. to. 2 par. 5.
rec. Mart. ſumm. ſucc. leg. par. 3. q. 6. art. 1. nu. 6. de Ponte
conſ. 39. n 1. & conſ. 40. n. 8. lib. 1. Rouit. conſ. 23. n. 21. lib.
1. & quod renunciatio in pręſenti caſu intelligatur, de
86 hęredibus ſanguinis, ſcilicet de deſcendentibus, non,
verò, de alijs agnatis; præcipuè, vbi adiectū eſt prono-
men, *ſuorum*, ſiquidem appellatione ſuorum hęredū, &
87 ſucceſſorum veniunt ſolū illi ſanguinis, *Bero. conſ. 100.*
n. 32. lib. 2. Menoch. conſ. 958. nu. 11. Surd. Rot. dec. 306.
dec. 171. n. 7. par. 12. rec. & firmauit *in Firm. Fideic. 16.*
April. 1663. cor. bo: me: Card. Vicecomite dec. 199. n. 22.
poſt tract. Prat. diſcep. for. c. 39. Merl. Pign. cont. 32. n. 25.
vbi *n. 26.* expreſsè tenet idē procedere in materia feu-
dali, in qua licet tantū præualeat proprietas verborū,
vt extra illam nihil fas ſit coniecturari, ſed ſemper ip-
ſorum tenor attendendus ſit, nihilominùs verbū illud,
88 *hæredibus*, ad ſolos filios impropriatur, & ſi hæredes
nō ſint, vbicumq; ex coniecturis pręſumptio eſt, quod
teſtator voluerit filijs magis proſpicere, præſertim, ſi
verbo, *hæredibus*, adiungatur dictio, *maſculis*, nā, tunc
ſine dubio intelligitur de filijs &c. quod, etiam clariùs 89
dixit authoritate multorum idē *Altog. Iun. d. contr. 27.*
n. 24 & latè etiā de materia *Io: Petr. Actol. reſol. 74. n. 5.*
& ſeqq. & opinionem ſupra firmatam ad fauorē filiæ
renunciantis cōprobat, etiam multis argumētis, *Can-*
cer. var. lib. 3. c. 15. nu. 26. & ſeqq. vbi quod ſemper eſt
cenſendum dictam renunciationē tacitā in ſe habere
conditionē, ſi aliquis ex deſcendentibus Patris ſuper-
uiuat *Laur. à Pinu conſ. 69. n. 7. Pariſ. conſ. 26. nu. 17.* & 90
notat *Gomez. l. 22 Tauri n. 12. Bero. conſ. 70. n. 10. vol. 2.*
& potiſſimum, quia non eſt veriſimile Patrē voluiſſe
in ſuis bonis admitti extraneos repulſa propria filia
Gutier. d. c. quamuis Pactum verſ. nullum ad bona pater- 91
na n. 13. Hond. cōſ. 91. n. 91. Fab. de err. prag. par. 1. decad.
13. err. 9. n. 8. Iacob. Gall. conſ. 40. n. 45. & magis expreſsè
dixit doctiſs. *Altog. Sen. conſ. 43. n. 56. 57. lib. 2.* vbi *n. 59*
allegat in terminis terminantibus *Hond. conſ. 19. n. 79.*
& ſeqq. lib. 1. Roland. conſ. 26. n. 34. lib. 3. Franc. de Petr.
conſ. 51. n. 14. Molpheſ. ad conſuet. Neap. q. 17. per tot. &
conſ. 49. n. 27. 28. Lanar. conſ. 90. Kellemb. de renunc. ſucc.
q. 39. nu. 18 & ſeqq. Andreas Georz alleg. 29. nu. 15. &
ſeqq. Sacc. conſ. 93. n. 2. & ſeqq. Craſſ. com. opin. c. 10 q. 2.
in fin. Mol. de primog. lib. 2. c. 3. n. 47. Thor. vot. 82. n. 17.
& alij apud *Andreol. contr. 310. n. 26.* & fuit latè firma-
tum per *Rot. in d. Rom. fideic. de Steccatis 15. Iunij 1665.*
& 4. Febr. 1667. dec. 63. & 64. poſt tract. in d. Rom. hære-
ditatis de Lanuccijs dec. 200. poſt tract.

Quapropter, cum ſit huiuſmodi ſententia tot fun-
damētis tantiſq; DD. auctoritatibus roborata, de eius
veritate dubitare nemo poteſt, præcipuè, quia DD. 92
qui cōtrarium amplexi ſunt expreſsè reprobantur, vt
Menoch. Put. ab Hart. Piſt. d. lib. 4. q 6. nu. 54. & alij ab
alijs DD. vt oſtendit *Ioſeph. Altog. cit. contr. 27. n. 26.*

Et allata concluſio ampliatur, ab *Hart. Piſt. d. q. 6. n.*
164. vt procedat, non tantū, vbi Pater, de cuius bonis
agitur, ab inteſtato decedit, ſed etiā, quando, condito
teſtamento extraneū hæredē inſtitueret, quia, vtroq; 93
caſu, poteſt fęmina renūciās ad bona renūciata habe-
re regreſsū, & allegat cōcordātes *Didac. Gomez. & Gut.*

Hæc autem ſententia non ſatis tuta videtur per ea,
quæ tradunt paſſim DD, nempè, duplici de cauſa Pa-
trem ad renunciationem accipiendam moueri po-
tuiſſe; vel, vt prouideret alijs liberis, vel, vt ſibimet ipſi
proſpiceret, ad hoc vt de bonis ſuis pro libitu diſpo-
nere poſſet, vt omnes ſupra citati in numero antece-
denti latè firmant, & ſicuti certum eſt has binas ratio- 94
nes ceſſare, vbi Pater decedit, nullo cōdito teſtamēto,
& ob id admittitur mulier ad bona renunciata, ità, in
caſu, quo Pater, condito teſtamento, & extraneo inſti-
tuto decedit, adhuc militare videtur illa ratio, vt vo-
luerit ſibimet ipſi proſpicere, vt de bonis renunciatis
diſponere poſſit; proindè meritò videtur, hoc caſu, cō- 95
cludendum mulierē eſſe excluſam, quia extat adhuc
perſona, (nempè ſcriptus hæres) quæ ex voluntate Pa- 96
tris renunciantem excludit, vt, lato calamo, arguit
Rot. cor. Eminentiß. Otthob. d. dec. 10. nu. 2. 3. 4. & ſeqq.

Ego tamen exiſtimarem, vbi clarè non conſtat per
contrahentes fuiſſe conſideratos non tantū hæredes
ſanguinis, ſed etiā quoſlibet alios hæredes extraneos,
non eſſe recedendum à ſententia Piſtorij per ea, quæ
ſuperiùs diximus auctoritate de *Marin. Hodicr.* & alio-
rum, & præcipuè, quia, licet verum ſit, quod prædictæ
duæ cauſæ poſſint conſiderari veriſimiliter in renun-
ciationibus, de quibus agitur, nempè, vt pater proui- 97
deat cæteris liberis, &, vt ſibi met ipſi proſpiciat, nihi-
lominùs, (vt conſiderat *Piſt. loc. cit.*) prior cauſa longè
vincit, & ſuperat poſteriorem.

Cum, enim, Pater ſemper cenſeatur ſucceſſionem
liberorum præferre voluiſſe exterorum ſucceſſioni, vt
diximus, vtique, indè minimè exiſtimandum eſt, eum
renunciationem hac de cauſa, vt bona ſua in extra-
neum

neum transferret, acceptasse, atque adeò posterior causa propter priorem locum obtinere plane non potest, quamdiù clariùs non appareat Patrem ad extraneos etiam hæredes respexisse; Hoc enim, sola vocabuli, *hæredum*, proprietas præstare non potest, vt ex iam dictis apparet; merito itaque prioris causæ habenda est potior ratio, & secundum eam negotium hoc definiendum.

Non obstat *Eminentiss. Ottbob. in dec. alleg.* 10. quia,
98 vltrà quod loquitur in renunciatione facta à fœmina in ingressu religionis, quæ interpretatur regulariter contrà mulierem, vt videbimus inferiùs, in illo casu aderant clausulæ in renunciatione, ex quibus eliciebatur à contrahentibus fuisse consideratos etiam hæredes extraneos, & præcipuè illa, in qua dictum fuit, *quod si Petrus Paulus Floriani renunciatarius decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, ac successoribus renunciatio facta intelligatur ad fauorem Felicis fratris germani dicti Petri Pauli, ac eius hæredum, & successorum*, ex qua apparebat à renunciante non fuisse consideratos tantum filios, & descendentes renunciatarij, sed etiã filios, & descendẽtes Felicis extranei &c.

Et hæc, quæ dicta sunt, de renunciatione in qua fuit appositum, verbum, *hæredibus*, procedunt etiam in casu, quod de descendentibus facta sit mentio; nam, etiã vocabulum, *descendentes*, est generale, & tam mascu-
99 los, quàm fœminas comprehendit *tex. in l. fin. C. de suis, & legit. auth. de hæred. ab intest. in princ.* & in terminis *Parij. cons. 76. n. 34. vol. 3.* quem allegat *Pist. d. q. 6. n. 52.*

Idem similiter, quoties in renunciatione verbum aliquod est expressum, ex quo dignoscatur intentio contrahentium, ea etenim in primis est attendenda ad inclusionem, vel exclusionem renunciantis, ob id, quã-
100 do adiecta est clausula, *vt bona in agnatione, & familia conseruentur*, non solum filiorum, sed & agnatorum respectu renunciationem factam videri, dicit *Purpur. cons. 510. nu. 26. Pist. d. loc. nu. 55.*

At nihilominùs, vbi esset facta contemplatione alicuius agnati ad alios agnatos non extenderetur, nam fauor agnationis vltrà personas, tam verisimiliter cogitatas, quam nominatim expressas minimè extendi-
101 tur *Kellemb. de renunc.* latissimè *q. 39. nu. 13.* Qua propter affirmat *Alsogr. Iun. d. contr. 27. nu. 19.* quod masculorum, & agnationis respectus ad filios, & descendentes tantum restringitur, nec ad alios agnatos ex-
102 tenditur, id quod prius probauerat *Hart. Pist. d. q. 6. nu. 57. vers. est præterea.*

Hactenùs dictum est, quid sit obseruandum, vbi cõstat ex verbis expressis renunciationem fuisse interpositam ad fauorem alterius, & ille viuo parente decesserit; Nec non plura adduximus ad ostendendum, quando ex tacita mente contrahentium, ex verbis resultante, præsumendum sit personas fuisse contemplatas. Restat, igitur, videre, quid sit statuendum, quando ex verbis paciscentium de mente eorum, &
103 quo potissimum respexerint, non satis appareat; tunc autem obseruandum est, quis fuerit renunciationis tempore status rei; Namque eo tempore, vel
Filij tantum extiterunt, aut
Filiæ tantum, aut tam
Filij, quam filiæ simul, aut verò nulli alij liberi præter renunciantes.

Primò casu, quando renunciationis tempore, tantum filij masculi extiterunt, apud omnes receptum est, quod ob fauorem masculorum tantum sit facta
104 renunciatio agnationis conseruandæ causa, & propterea, masculis deficientibus, non obstante renunciatione ad hæreditatem admittitur filia, vt multis cõgestis, latè probat *Galler. de renunc. d. lib. 2. c. 5. nu. 26. per tot.* vbi rationes suprà à nobis memoratas reassumit, quę adaptantur, eodem modo, ad casum præsentem, & se-

quitur etiam *Pistor. nu. 56.* latiùs *Kellemb. q. 39. nu. 11.* vbi, quod eo casu, licet familiæ fauor non deprehẽdatur expressus, renunciatio tamen, dumtaxat, in masculorum commodum facta censetur, quapropter solos masculos, qui renunciationis causam dederunt, & per quos familiæ dignitas conseruatur, & propagatur, obstare renunciani, & ijs sublatis aditum minimè interclusum voluisse censendũ fore, nam, vt *Bursatt.* refert, *cons. 134. nu. 25. vol. 2.* non id, quod fit, sed illud potiùs propter quod aliquid fit in consideratione haberi debet, & latiùs *q. 39. nu. 13. 14. 15. 16.* & hanc conclusionẽ 105
cum *Don. Ant. de Mar. c. 189 nu. 1. per tot.* fuerunt secuti, præ cæteris, *Bald. Salic. Paul. Castr. Io. de Imol. Alex. Roman.* & alij vlque ad nauseam allegati, quibus addo *Bottigl. de succ. d. c. 2. theor. 49. nu. 7. 8. Reg. Reuert. dec. 581. Hodiern. ad l. hac edictali q. 11. nu. 24.*

Et secundum eum *Alex. cons. 29. nu. 8. 9. vol. 3.* declaratur, vt locum tantum habeat in filijs existẽtibus renunciationis tempore, non autem in illis, qui deindè nati fuerunt, quia isti nequaquã possunt cõsiderari ad exclusionem renunciantis, cum in rerũ natura nõ fue- 106
rint renunciationis tẽpore, & horũ respectu facta dici non possit renunciatio, ex regula, quod in non natis non cadit affectio, *Hodier. ad Surd. dec. 322. n. 24. Bellon.* 107
de Iur. accr. c. 5. q. 26. n. 268. Castill. quot. contr. c. 84. n. 43 lib. 5. cuius Alexandri dictũ refert, & sequitur *Pist. d. q. 6. n. 57. & Hodiern. vbi sup. n. 24. vers. & in fortioribus.*

Secundo casu, vbi tẽpore renunciationis, extant tãtũ filiæ fœminæ, quia tunc, nulla potest desumi coniectura, renunciationem fuisse factã, habito respectu ad 108
masculos, qui non sunt in rerũ natura, sed ex personarum extantiũ qualitate, benè liquet, intuitu reliquorũ liberorum in genere renunciatum fuisse; Ideò quamdiù, ex liberis aliquis superstes est, etsi fœmina fuerit, vtpotè durãte adhuc renunciationis causa, excluditur renuncians, & demum nullis extantibus liberis succedere poterit, *Alex. cons. 29. vol. 3. Afflict. dec. 161. Parif. cons. 26. n. 18. & cons. 69. n. 43. vol. 3. Didac. d. c. quamuis par. 3. §. 3. n. 4. vers. sexto est, Vasq. de success. §. 18. n. 108. Laur. à Pinu cons. 69 n. 58. Bottig. de succ. d. c. 2 theor. 49.* 109
n. 8. vers. & si masculi, Hartm. Pist. d. lib. 4. q. 6. n. 58. Kellẽb. de renunc. succ. d. q. 39. n. 22. vbi, quod, licet æqualis præsumatur in parentibus erga filias amor, & dilectio, *Giouag. cons. 62. nu. 17.* aliquando tamen euenit, vt istis quædam fiunt reliquis acceptiores, maiorique habeantur in gratia, vti docent *tit. ff. & C. de inoff. test. & tit. C. de liber. prat.*

Quod generaliter est accipiendum, siue testamento condito, siue intestatus Pater decesserit; Cõdito, enim testamento, nullus est, qui impugnet conclusionem, vt dicit *Pist. loc. mox cit.* quod Pater non possit, relicta filia renunciante alterã non renunciantem instituere, quia, 110
(vt alio loco dictum fuit) inter cæteras rationes Pater renunciationem procurasse censetur, vt pro libitu disponere possit; Quando, verò, Pater ab intestato decedit, licet *Bald. cons. 473. vol. 1.* putauerit per sororẽ su- 111
perstitẽ non excludi renunciantẽ, tum, quia Pater intestato decedens, eã tacitè vocasse videtur *l. conficiuntur l. si quis eum, C. de iur. cod.* Tum quia æqua censetur 112
Patris esse erga filias dilectio argum. *l. 2. C. de inoff. test.* 113
Tum deniq; quia huiusmodi renunciationes odiosæ sunt, & propterea restringi debent. Tamen à contraria non discedit *Pist. vbi sup. vers. verumtamen*, vbi respondet primo argumento *Baldi*, hoc casu, fœminam renunciantem non censeri vocatam, dum apparet, ipsam renunciasse successioni Paternæ, eamque renunciationem à Patre fuisse acceptatam. Ad secundum desumptum, ab æquali affectione Patris erga filias dicit, quod ipsa diuersitas filiarum, quarum vna renunciauit, & aliæ non, demonstrat Patris affectio- 114
nem æqualem non esse erga omnes fœminas in-

diſtinctè, vt conſiderat *Alex.d.conſ.25.nu.5. in fin. vol.*
115 *3.Pariſ.conſ.69.nu.3.vol.3.* expreſſum, enim, facit ceſſa-
re tacitum, & in incertis, non in certis locus eſt conie-
116 cturis, *Alt.ogr.conſ.12.nu.36 lib.1.Odd.conſ.100.nu.37.*
& quamuis renunciationes reſtringendæ ſint, non ta
men propterea ab eo, quod ipſa verborum proprie-
117 tas, & negocij geſti qualitas præſefert diſcedere licet,
l ſi alij, ff.de vſufruct.legat. Vndè concludit à prima
opinione non eſſe recedendum, cum *Vaſq. & Pariſ.lo-
cis ſup.not.*

Tertiò caſu, vbi tempore renunciationis tam filij
maſculi, quam fæminæ exiſtant; nonnulli exiſtimarunt
118 renunciantem excludi a Sorore ſuperſtite, defunctis
maſculis vt *Afflict. dec. 161. vbi add. Roman. conſ. 22.
Minad.parit.conſ.22.Mart.dec.Piſan.250. Laur.à Pinu
conſ.169. Craſſ. §.ſucceſſio ab inteſtato q.10. num.13.14.
Mangil.de imput.q.72.nu.13.* nec non *à Ponte conſ.39.
nu.3.lib.1.* & alij allati à *Bottigl.d.c.2.theor.49. nu 9.*

Contrariam alij ſententiam probarunt, filiam re-
nunciantem admitti debere vna cum alijs filiabus
119 maſculis prædefunctis, & præcipuè *Salern. Carauit.
Molpheſ.* & alij relati per *Donat. Ant. de Mar. d.c.193.
nu.2. Bonit.conſ.23.nu.11.lib.1.* nec non *Io: Ang. Piſa-
nell.in conſ.impreſſ poſt d.contr.193.de Marin.per tot.* &
præcipuè *num.13.14.* & latius concordantes adducit,
idem *de Marin.c.189.nu.20. Bottigl.d.loc.nu.9.* & me-
lius Reg. *Renert.d.dec.481.per tot.* vbi, quod ſi in actu
renunciationis interrogatus fuiſſet Pater renunciata-
rius, an contingente caſu, vt abſque filio maſculo de-
cederet, voluiſſet necnè, vt Ioanna renuncians inſimul
cum alijs ſororibus ei ſuccederet, certè affirmatiuè
reſpondiſſet, quia nulla, eo caſu, ſe obtuliſſet cauſa il-
lam à ſucceſſione excludendi, dum maſculus non exi-
ſtebat &c.

Sed in hac opinionum varietate illa eſt diſtinctio
adhibenda, an filiæ, quæ ſuperſunt non renunciaue-
120 rint, vel ipſæ etiam renunciauerint; primo caſu, eſt te-
nenda opinio contra renunciantem, quod excludatur
121 per ſuperuiuentiam ſeminarum, nam, vt monet *Hart.
Piſtor.d.nu.58.verſ.quod ſi*, licet propter filiorum exi-
ſtentiam, tempore renunciationis aliqua videatur
ſubeſſe cauſa, ex qua veriſimiliter colligi poſſit ad fi-
lios in renunciatione habitum fuiſſe reſpectum; ta-
men, quia non ſolum cauſa iſta, ex eo quod ſimul fi-
liæ adſunt, redditur dubia, ſed etiam ex hoc, quod Pa-
ter vnam tantum filiam renunciaſse curauit; alias ve-
ro filias ab hoc immunes eſse voluit, liquido apparet
de mente eius, quod hanc in ſuccedendi Iure illi re-
nuncianti præpoſuerit, eaſque magis dilexerit, itaque
clara hæc mentis coniectura illam alteram dubiam
facilè vincit, vt ſecundum hanc, tam filiorum, quam
maſculorum reſpectu renunciationem factam fuiſse
iudicandum ſit, & propterea filia renuncians quam-
diù aliquis ex liberis ſupereſt ad ſucceſſionem admit-
tenda non ſit, ſed etiam defunctis maſculis, per filias
tantum ſuperſtites, excluſa maneat, vna, enim, conie-
122 ctura aliam excludit *l. Diuus, ff.de reſt. in integr. Royas
dec.396.nu.9. Buratt.dec 480.nu.7. Merl.dec.670.nu.7.*
& ſemper præferenda eſt illa, quæ eſt potentior *l.ſi qui*
123 *adultery, C.de adult.c.literas de præſumpt. & Merl.dec.
718.nu.17.*

Vbi verò, Pater omnes filias ad renunciandum in-
duxerit, & ſolis pepercerit filijs, tunc ex hoc ipſo, ſatis
124 deprænditur eum renunciationem fauore tantum
filiorum procuraſse, & propterea locum etiam tunc
inuenit quidquid ſupra dictum fuit exiſtentibus tan-
tum maſculis, vt habemus, ex *Piſtor.loc.mox cit.* & hãc
diſtinctionem probat etiam *Hodiern.d.q 11.nu 28.* ibi,
vbi tempore renunciationis altera filia exiſteret, eo
caſu renuncians non ſuccederet, quando illa ſimiliter
non renunciaſſet; alias, ſi illa quoque renunciaſset, eſ-
ſet ſecùs, cum renuncians ſuccederet, ea non obſtante,
& ſic omnes ſuccederent *ex Reg.tex. l.tale Pactum §.
fin.ff.de Pact.* ſcilicet, vt diſpoſitio recipiat interpreta-
tionem ex eo, quod veriſimiliter diſponens eſſet re- 125
ſponſurus, ſi interrogatus fuiſſet &c. & latius *Kellemb.
d.c.39.nu.17.vidend.*

Et licet hæc diſtinctio videatur eſſe contra Conſul-
tum *d.Io: Angel Piſanell.poſt Marin.contr.193. per tot.*
nam ibi mulier, quæ renunciauerat, fuit admiſſa pari-
ter ad ſucceſſionem cum alijs ſeminis non renuncian-
tibus.

Nihilominùs ſi benè perpendatur factũ in illa cau-
ſa, potius dicta allegatio *Piſanelli* fauet diſtinctioni 126
ſupradictæ, quam contradicat; nam, ibi Pater in eius
teſtamento expreſsè cauerat, omnes filias renunciare
debere, antequam matrimonio copularẽtur, quapro-
pter, licet quæ remanerent innuptæ, quæ non renun-
ciauerant, nihilominùs debebant, tempore nuptiarũ
renunciare, & ob id dici haud poterat Patrem magis
dilexiſſe has innuptas, quam alias, vt benè proſequi-
tur *d.conſ Piſanell.nu 26.* vbi, quod Pater non fecerat
dictas filias renunciare, reſpectu non nuptarum, nam
in teſtamento, in quo reliquit dotes, dictis filiabus nõ
nuptis, voluit eas, eodem modo, renunciare, prout, &
alias nuptas, ergo non earum contemplatione vide-
tur facta renunciatio. Quod comprobat ex *Alexan.
conſ.29.* vbi tenuit, quod filiæ non renunciantes ſucce-
dunt excluſis renunciantibus, eo caſu, in quo ipſe cõ-
ſuluit, illa ratione, quia ibi filias primas fecit renun- 127
ciare, & deindè maritauit alias, quas non fecit renun-
ciare, ex hoc apparet, (dicit *Alex.*) quod noluit eſſe
inter eas æquale ius, ſed quod renunciatio fuit facta
contemplatione earum, quæ non renunciauerunt,
quia ſi ita Pater voluiſſet, iam feciſſet eodem modo
renunciare &c.

Ex quibus concludendum eſt filiam admitti ad ſuc-
ceſſionem cũ alijs ſororibus, niſi probabilibus argu-
mentis, ſiuè coniecturis, appareret, recepiſse Patrem
a filia renunciationem, vt alijs filiabus prodeſſe poſ-
ſet, & vt illæ omninò ſorori renuncianti præferren-
tur, vt monet de *Marin.d.c.189.num.20.*

Tandem, ſi tempore renunciationis nullus extat
ſiuè maſculus, ſiuè ſemina, præter renunciantem, nihi- 128
lominùs, & contemplatione filiorum naſciturorum
renunciatio facta intelligitur, propterea liberis non
natis, vel illis deficientibus antè Patrem, filia, tamquã
ceſſante renunciationis cauſa, admittenda erit, potius
quam, vt hæreditas ad extraneos deuoluatur ex ſu-
pradicta ratione, quod quilibet præſumitur ſuam po-
ſteritatem alienis præferre voluiſse, ità ſenſit *Aretin.* 129
*conſ.17.nu 10. Bolognett.conſ.35.nu.15. Anton Gomez.
d.l.22.Tauri nu.12. Gutierez.d.c. quamuis verſ. omninò
ſeruari debet nu.2. Galler.de renunc.d.c.5.num 26.verſ.
quin imò non ſolum, Cancer. var. d.lib 3.c.15.num.33.
Hartm.Piſt.d.lib.4.q.6.nu.59 Hodiern.l.hac edictali qu.
11. num.25.* quod etiam probauit reprobando *Carol.
Ant.Put.in conſ.impreſſ.poſt conſ.Odd num.33.34 Don.
Ant.de Mar.d.conſ.189 nu 21.* vbi præ cæteris allegat
*Molin.de rit.nupt.lib.3.qu.92. nu.46. Sanchez in decal.
lib.7.c.7.nu.20.* quibus addo *Mart de ſucceſſ.leg.par.1.
qu.14.art.1. Lanar.conſ.49 Maſtrill. dec.65. nu.14 Ro-
uit.dec.43.nu.1. vol.1.* & alij adducti per *Donad. de re-
nunc.lib.1.c.7.nu.26.* & latiùs *Bottigl. de ſucceſſ. d. c. 2.
theor.49.nu.13.*

Quo caſu, cum nulla poſſit conſiderari coniectura,
ex qua appareat ad filios magis, quam ad filias habi- 130
tum fuiſse reſpectum, ideò renunciationem omnium
filiorum contemplatione factam fuiſse exiſtiman-
dum, ac propterea etiam filiabus tantùm, deinde na-
tis, & ſuperſtitibus renuncians à ſucceſſione remo-
uendus erit, vt oſtendit, *Hartm.Piſt. vbi ſup.num.59.
in fine*

*in fine Galler. de renunc. success. num. cit. vers. contra-
riam tamen.*

Restringitur prædicta conclusio secundum *Gutie-
rez*, quem allegat, & sequitur *Pistor. d. loc. num.60.* vt
non procedat; quando renuncians dixit, si non na-
scantur liberi, quod Pater sua bona possit relinquere
131 venientibus ab intestato, vel cuilibet extraneo; tunc,
enim, renuncians, liberis non natis, succedere non po-
test, cui opinioni subscribit pariter *Donat. Ant. de
Mar. d.c.189. num.29.* & rectè, nam verba satis mani-
festè quoduis excludunt dubium, quando (vt illi po-
nunt) de successione ab intestato expressa mentio fa-
cta fuit.

Vbi verò hæc clausula, *ab intestato*, fuit omissa, &
tantum dictum fuit, quod Pater de bonis suis, pro li-
bitu, disponere, & hoc modo, ad extraneos transferre
posset, tunc, eo intestato decedente, res aliter se ha-
132 beret, (sequitur *Pistor. mox cit.*) & filia, vtpotè cessante
causa ab intestato succedere posset; Quod etiam op-
timè distinguit *Donat. Ant. d. c.189. num. 29. per tot.*
vbi licet non neget hæredes ab intestato posse succe-
dere exclusa filia, quæ renunciauit, quando dictum
fuit, quod si Pater liberis non natis, ab intestato de-
cederet, filia à succedendo repelleretur, nihilominus
in casu suo, vbi stipulatio ita canebat, vt renunciatio-
nes haberent effectum, tàm ad fauorem Patris, quàm
Francisci filij, eorumque hæredum, & successorum
vniuersalium, & particularium, adeòvt numquam
prætendi posset, quod per mortẽ eorumdẽ donatario-
rum absque descendentibus sint expiratæ, siue factæ
contemplatione familiæ, & agnationis, hoc, quidem,
Pactum aliud non importat, nisi, quod, eo casu, libera
esset illis disponendi facultas indefinita descenden-
tium, vt eleganter docet *de Marin. d. loc.*

Vlteriùs restringitur eadem conclusio suprà fir-
mata, vt illi locus non sit, quando Pater nullos liberos
habet, neque habere sperat, tunc, enim, præsumendum
est, quod filia renunciauerit propter agnatos, & pro-
133 pterea non est admittenda, quamdiu extant agnati,
etiam remotiores, vt ostendit *Zaz. in l. stipulatio hoc
modo num.44.* quem refert, non tamen sequitur *Pistor.
d. loc. num.61.* & huius etiam opinionis fuit *Fab. de err.
pragm. tom.1. decad.13. err.9. num.10.* relatus ab *Ho-
diern. c.11. nu.26.* & alij DD. citati à *Donad. de renunc.
d.c.7. nu.44.*

Sed non placet *Pistorio vbi sup. num.61.* huiusmodi
134 restrictio, quia renunciationis huius etiam in casu,
quo nulla subest spes prolis, hæc potest esse ratio,
quod Pater liberam de bonis suis disponendi, & te-
standi facultatem habere voluerit; Cum, autem existi-
mandum non sit, quem posteritati suæ alios præferre
voluisse, præsertim, vbi alia potest subesse coniectura
d.l. cum Auus de cond. & demonstr. vtique, vt bona po-
steritati propriæ conseruentur, ob hanc potiùs ratio-
nem, quam ob illam alteram à *Zazio* adductam exi-
stimandum est renunciationem factam, & secundùm
eam de renunciatione ista iudicandum, hæc verò ra-
tio, ad eum tantum casum pertinet, quando Pater, vel
testamentum condidit, vel alias, bona sua in alium
transtulit; eo, verò, ab intestato decedente planè ces-
sat, consequens est igitur, filiam renunciantem ad
successionem Patris, qui intestatus decessit admitten-
135 dam potiùs, quam vt bona paterna ad agnatos deue-
nire debeant &c. Tum, quia, vt dictum est, cessat cau-
sa renunciationis; tum, quia verisimile est, quem suam
posteritatem alijs præferre voluisse, vt arguit *Corn. d.
cons.291.* quem sequitur *Paris. d. cons.26. allat. à Pistor.
d. loc.*

Et quæ hucvsque dicta sunt, de regressu mulieris
renunciantis ad bona renunciata, in casu decedentiæ
illius, ad cuius fauorem renunciatio est directa locum
sibi vindicant, etiam in casu, quod sit facta renuncia-
tio, dote recepta, vel legitima, vt probant communi- 136
ter *DD d.l. Pactum quod dotali, C. de Pact.* & præcipuè
*Salic. num.5. Corn. cons.291. vol.4. Bald. cons.473. num.2.
lib.2. Theodor. alleg.36. nu.31. & seqq. Altog. Iun. contr.
27. nu.2. Hodiern. l. hac edictali quæst.11. nu.24. Hartm.
Pistor. d. lib.4. quæst.6. nu.62. Kellemb. de renunc. success.
quæst.39. nu.19.*

Nec valet obijcere, renunciationem factam, dote
recepta semper esse realem ad tradita per *Peregr. de* 137
fideic. art 52. num.74 quem sequitur *Rouit. cons.43. nu.
9. vol.1.* & videtur admittere *Rot. dec.351. per tot. par.
12. rec. Rot. de priuil. mul. c.4. pag.370. num.8.* ideoq; per
eam excludi renunciantem, omni casu, & ab omni suc-
cessione, nec esse opus recurrere ad coniecturas, an
censeatur necnè facta contemplatione masculorum,
vt præ cæteris, firmat *Soc. cons.34. vers. sed prædictis* 138
vol.4. Paris. cons.26. n.45. vol.3. & alij citati à *Menoch.
cons.197. nu.77. & Put. d. cons. post Odd. nu. 44.* quos se-
quitur *Merl. Neapol. contr. for. c.5. n.3.* & latiùs *Fab. de
Ann. cons.45. nu.55. Relat. ab Hodier. d. qu.11. nu.5.6.7.*
vbi, quod hæc renunciatio non dicitur simpliciter fa-
cta, sed qualificata propter portionem receptam, ob
quod fit, vt illud ius futurum pro portione habita vẽ-
didisse censeatur. *Dec. cons.181. & in l. Pactum dotale
nu.18. C. de collat.* & sic super dicto iure dicitur transe-
gisse propter portionem de præsenti habitam, ità, vt
reputetur filia, transigendo, vel vendendo, renunciasse
totam successionem ad se pertinentem, cui adstipulã-
tur per me exarata *in c.10. num.26. huius libri.*

Nam vltra responsionem datam huic argumento
sup. d.c.10. nu.40. egregiè respondet *Keil. d. loc. nu.19.*
quod licet Instrumentum renunciationis ob solam
dotem interpositum censetur, non tamen propterea
illius dotis nomine, sed potiùs agnationis fauore id à
filia processisse dicendum est; namque in hac contin-
gentia duo sunt, quæ dederunt causa renunciationi,
dos, & agnatio; Dos principaliter, & in eum finẽ nu-
merari solet, vt Pacti huius æquitas eluceat; nam, cũ 139
renunciatio sapiat donationem, & per cõsequens ha-
beat læsionem annexam, ad hoc vt subsisteret, aliquo
æquitatis tutamine fuit roborata, quod est portio do-
tis, quæ solet tradi fæminis renunciantibus, quasi in re-
compensationẽ factæ liberationis *d.c. quamuis*, & pro-
pterea ne renunciatio iniquitatem aliquam fouere vi-
deretur dotis mentionem in Instrumẽto renunciatio-
nis filiam facere voluisse dicendum est, non autẽ exi-
stimandum, quod personis extraneis, quibus agnatio
finitur *l. pronunciatio in fine, ff. de verb. sign.* ob solam
dotem (ad quam Parẽtem nihilominùs ex iuris neces-
sitate adstrictum habuerat *l. fin. C. de dot. promiss.* cum
simil.) in casu deficientiæ masculorum paternam suc-
cessionem concedere voluerint; Quare, cũ ratio agna-
tionis vincat dotis rationem, sequitur renunciationẽ
potiùs propter agnationem, quam propter dotem
fuisse interpositam; & quamuis in Instrumento renũ- 140
ciationis huiusmodi causa agnationis non sit inter-
posita; nihilominùs semper ex præsumpta paciscen- 141
tium mente pro expressa habetur, vt optimè *Kell. d.
loc.* & sequitur *vsq; ad num.20.* inclusiuè.

Quod etiam clariùs explicauit *Pist. cit. qu.6. nu.62.*
vbi, quod, licet, propter dotem, filia renunciauerit, &
illud expresserit; rarò, tamen, hæc sola renunciationis
causa, principalis est, sed plerumque cæterorum libe-
rorum, vt ijs pinguiùs consulatur maior habetur ra-
tio, ac proindè hæc finalis, ac principalior ratio esse
soleat.

Neque, enim, credendum est Patrem de excluden-
da filia solicitum fuisse, nisi in commodum aliorum
liberorum *d.l. cum acutissim. C. de fideic. & cit. l. cum
Auus de cond. & demonstr.*

Quantumuis,igitur,filia renuncians ad Dotem ha-
buerit respectum,& hæc causa duret;Quia tamen de-
functis cæteris liberis cessat altera, quæ principalior
est,meritò,etiam,euanescit renunciatio,nam,concur-
rentibus duabus causis,illa tantummodò considerari,
& secundùm eam negocium dijudicari solet, quæ est
143 principalior,& potentior, *Eminentiss.Ottbob.dec.129.
nu.13.& dec.251.nu.10.par.6.rec.*

Sic concludit idem *Pistor.* & rectè *d.num.62.vers.
quamobrem*,quod opinio *Socini*,& sequacium tantum
procedat, vbi clarè constet propter Dotem fuisse in-
terpositam renunciationem, & illa tantum de causa;
quando, verò, est dubium, potiùs existimandum fa-
144 ctam fuisse fauore reliquorum liberorum, & prope-
rea,liberis deficientibus, vt potè, cessante causa prin-
145 cipaliori,etiam renunciatio deficiet,vt, allegato *Bald.
Didac.& Vasq.* sentit idem auctor, & quamuis *Didac.*
hæc ad eum casum restringere videatur, quo renun-
ciationis tempore, alij supersunt liberi, tamen dicit,
quod,etiam vbi nulli extant filij, idem est tenendum,
namq; eadem subest ratio in vno,ac in altero casu &c.

Et huiusmodi conclusiones benè procedunt etiam
in casu,quod renunciatio facta sit,verbis amplissimis,
cum Pacto de non petendo, Aquiliana stipulatione, &
146 similibus clausulis prægnantissimis, vt firmat *Socin.
cons.24.num.11.lib.1.* post *Bald.in l.iubemus, C. ad Vel-
leian.*quos refert *Reuert.dec.581.circa med.* vbi, quod
renunciatio generalis restringitur ad specificata,nam,
147 licet verba sint generalia, sunt tamen prolata, respe
ctu certæ causæ finalis, in specie, & per hoc,causa in
specie restringit dictum in genere; vndè, his clausulis
non obstantibus, consuluerunt ad fauorem renun-
148 ciantis DD.allati à *Donat.Ant.de Mar.d.c.189. per
tot.* & præcipuè *num.1.& num.71.& seqq. num.74.
78 & seqq. & c.190.num.17.18.& seqq.& num.37.
& seqq.Donad.cap.7.num.30.31. Altog. Iun. contr.27.
num.2.3.*cum alijs ab ijsdem alleg. *Rot. in dd. decis. de
Stectatis 63.64.post tract.& in d.dec.200.*

CAPVT XVI.

Renuncians, an possit ad bona renunciata redire, quoties facta fuit renunciatio ad fauorem alicuius de hæreditate tertij viuentis, & renunciatarius decedat antè tertium. Plura de transmissione in Contractibus conditionalibus admittenda,nec ne.

SVMMARIVM.

1 *Casus quæstionis proponitur.*
2 *Hæc casui non potest adaptari, nisi ad casum, quod renunciatio sit pro se tantum stipulata.*
3 *Hæreditas non delata, neque adita non transmittitur.*
4 *Tex.in l.1.§.si impuberi, ff. de collat. bonor. explicatur.*
5 *Hæredi filiorum non debetur legitima,si filij ante Patrem decedant.*
6 *Valet argumentum à donatione ad renunciationem.*
7 *Donatio euanescit si Donatarius ante donantem decedat.*
8 *Transmissioni est locus in Contractibus conditionalibus.*
9 *Tex.in §.ex conditione Inst. tit. de verb. oblig. explicatur.*
10 *In Contractibus conditionalibus respectu mortis denegatur transmissio.*
11 *In Contractibus conditionalibus habet locum transmissio,quando est ad inuicem obligatio.*
12 *Quod in donationis Contractu detur transmissio multi volunt.*
13 *DD. disputantes, an in donatione transmissio locum habeat.*
14 *Spes assequendi aliquid sub incerto euentu ad hæredes transmittitur.*
15 *Renunciatio facta ad fauorem tantum renunciatarij non hæredum non transmittitur.*
16 *Cessante causa motiua Iurium conditionalium cessat transmissio.*
17 *Voluntas Testatoris gubernat transmissionis materiam.*
18 *In testamentis non habet locum transmissio.*
19 *Præcipuè in substitutionibus.*
20 *Est locus transmissioni quando ità apparet ex coniecturata testatoris voluntate.*
21 *Donatio non transmittitur,si ità vult donator.*
22 *Renunciatio non transmittitur, quando fuit facta sub conditione,qua non fuerit adimpleta.*
23 *Reseruatio conditionalis transmittitur ad hæredes.*

DIximus,in præcedenti;an,& quo casu, mulier renuncians possit ad bona renunciata habere regressum,si ille,cuius contemplatione fuit facta renunciatio,antè renunciantem decedat; verum,quia huic affinis est illa quæstio, an renuncians, quæ ad fauorem alicuius renunciauit successionem tertij viuentis, possit redire ad bona renunciata, si ille tertius superuiuat renunciatario, de hoc dispiciamus in præsenti.

Et casus, pro faciliori intelligentia ità figurari po-
test; mulier accepta dote, vel aliqua alia ex causa, re-
nunciat,ad fauorem fratris sui hæreditatem, & Bona, 1
quæ sperat à Patre, vel Matre adhuc viuentibus, ter-
minis, tamen, habilibus præsuppositis, nempè, cum
eorum consensu;Antè obitum Patris, & Matris dece-
dit frater renunciatarius; quæritur; an tempore, quo
deficit Pater,vel Mater, portio, quæ ad filiam renun-
ciantem spectare debebat,iure transmissionis defera-
tur ad hæredes,& successores fratris renunciatarij,vel
potiùs ad sororem renunciantem.

Et in primis adimaduertere oportet,quæstionem,
in illo casu, agitari, vbi renunciatio fuit facta alicui 2
stipulanti tantum pro se ipso, non verò pro filijs, &
hæredibus, quia alias cum de mente contrahentium
satis apertè constaret, ad hæredes renunciatarij vo-
luisse hæreditatem transmittere, nullus esset dubita-
tioni locus.

Quo supposito, contrà hæredes renunciatarij ad
fauorem renunciantis, quod non transmittatur hæ-
reditas,facit illa generalis regula, qua habetur hære- 3
ditatem nondum delatam, neque aditam transmitti
non posse *tex. l.3. l. quoniam, ff. de acq. hæred. Hond.
cons.16.num.29. Mart.summ. succ. leg.par.1. quæst.24.
art.3.num.8.Galuan.cons.13.num.91. Noal. de transm.
cas.8.num.1.*latissimè *Vel.dissert.iur.disser.11.num.3.* &
in terminis probat *Altogr.cons.43.nu.44.& seqq.tom.
2.ex textu,*iudicio suo, clarissimo,in *l.1.§.si impube- 4
ri,ff.de collat.bon.* quem *textum*, licet aliqui,pro fun-
damento transmissionis habeant, quasi innuere vi-
deatur, quod ius competens ex beneficio legis trans-
mittitur ad hæredes, priusquam deferatur, tamen si
benè percipiatur eius intellectus,*in §.si hoc ita,*contra-
riũ statuit expressè,asserendo,non trasmitti portionẽ
quartæ debitæ filio arrogato, si pater adoptiuus vi-
uat,nã præmatura est spes, cum adhuc viuat is, cuius
de bonis quarta debetur, & latiùs *Bottigl. de succ. c.2.*

theor.

theor.55. nu.1.2.3. & seqq. & magis prolixè idem *Al-*
5 *togr. vbi suprà num.45. & seqq.* vbi, quod ita statutum
est in legitima, vt non debeatur hæredibus filiorum,
si filius ante Patrem decedat; nam, hæc spes præma-
tura non est in bonis nostris, & transmissio non fit,
nisi de his, quæ sunt in bonis nostris, *l. quoniam soro*
rem, C. de Iur. delib. Franc. dec.60. in princ. & decis.89.
num.3. cum simil. *Duran. dec.448. num.14.*

Vlteriùs renunciatio vim sapit donationis, & de
6 vna ad aliam licet arguere, *l. contra Iuris, §. donatio,*
ff. de donat. l. si mulier, ff. de donat. ob caus. Capon. de
Pact. quæst.53. num.3. Aucudan. de Met. cap.3. num.45.
& cæteri apud *Donad. de renunc. cap.7. num.38.* sed sic
7 est, quod donatio euanescit, si donatarius ante do-
nantem decedat, vt ex *text. l. Lucius Titius, ff. de seruit.*
rustic. præd. tenet *Fab. de err. pragmat. lib.8. decad.41.*
err.2. versic. Ea ratio, & in Cod. lib.8. tit. de reuoc. donat.
quæst.21. & Noal. de transmiss. cas.94. num.1. & seqq.
latiùs ostendit *Bottigl. vbi suprà num.5.6.* meritò idem
in renunciatione, &c.

Sed in contrarium facere videtur alia regula satis
8 nota desumpta ex *tex. in §. ex condit. Inst. de verb. oblig.*
vbi, quod transmissioni est locus in contractibus con-
ditionalibus, vt probat latissimè *Bottigl. vidend. vbi*
sup. num 17.

At facilis est responsio, quod textus loquitur de spe,
9 quæ oritur ex Contractu, non de spe improbabili,
cuiusmodi est spes de hæreditate viuentis, *Menoch.*
cons.442. num.25. & alij apud *Altogr. cons.43. num.50*
tom.2. nam in Contractibus conditionalibus, respectu
10 mortis transmissio denegatur, *Peregr. de fideic. art.52.*
num 20. & alij, vide apud *Bottigl. vbi sup. num* 8.

Et tunc, ex contractu conditionali Ius ad hæredes
transit, quando adest, in eo, ad inuicem contrahen-
11 tium obligatio, vt optimè *Noal. de transmiss. cas.5. n.2.*
quod cessat in renunciatione, & donatione, in quibus
tantùm donans, & renuncians obligatur, *Altogr. d.*
cons.43. num.51. vide etiam *Bottigl. num.56.*

Sed nihilominus materia redditur dubia, quia con-
clusio supra posita de donatione, vt hæredes donata-
12 rij decedentis ante donatorem non admittantur Iure
transmissionis, non est, in Iure satis tuta, nam, contra
scripserunt ipsemet *Faber* sibi contrarius, vt notat
Bottigl. d. cap.2. theor.55 num.17. in fin. Capon. de Pact.
quæst.53. num.3. & fuit latè probatum à *Capyc. Galeot.*
contr.21. per tot. tom.2. quod etiam admisit pro indu-
13 bitato *Donat. Ant. de Marin.* omninò videndus *lib.2.*
cap.190. num 4.5. & plura de materia tradidit *Noal.*
de transm cap.44. per tot. Sperell. decis.169. Fontanell.
dec.154. Duran. dec.84. Merl. dec.664. eadem Rot. dec.
9. num... par.7. recent.

Et pro hac parte videntur facere adnotata per *Vel.*
14 *dissert. Iur. dissert.11. num.4.* vbi, quod spes assequen-
di aliquid etiam sub incerto euentu, ad hæredes trans-
mitti, & in alium transferri potest præcipuè in Con-
tractibus.

Quapropter existimo, pro concordia opinionum
illud esse inspiciendum, quod superiùs in antecedenti
quæstione fuit traditum, nempè, fauore cuius fuerit
facta renunciatio; si enim fauore tantum fratris, non
15 hæredum, non egrediatur personam renunciatarij, &
ad hæredes non transmittatur, sin aliter, transmitta-
tur, &c. & idem in hac quæstione concludere etiam
mihi videtur *Bottigl. vbi suprà num.20. in fine, Marin. d.*
cap.190. num.5.6. Altogr. d. cons.43. num.52. vbi, quòd,
in his semper debet inspici mens, & voluntas contra-
hentis, cuinam voluerit stipulari, an donatario, sci-
licet, & eius filijs, & sic hæredibus sanguinis, vel etiam
16 extraneis; Nam, si causa motiua Iurium conditio-
nalium cessat, cessare etiam debet transmissio, &c.
17 *Menoch. consil.388. num.46.* Voluntas, enim, testato-
ris hanc materiam transmissionis regulat, vt, alijs
omissis, firmat, *Noal. d. tract. cas.1. num.68 Bellon. de*
Iur. accresc. cap.7. quæst.41. nu.55. Gratian. discept.637.
num.3. Buccafer. cons.34. num.24.

Vndè, licet in testamentis, & vltimis voluntatibus
non habeat locum transmissio, vt latè *Noal. de trans* 18
miss. cas.8. per tot. plenissimè *Vel. d. dissert.11. nu.6. &*
seqq. & præcipuè in Institutionibus, vt per *Rot. decis.* 19
148. num.3.4. par.11. rec. in legatis, & fideicommissis
conditionalibus latè *Noal. de transmiss. cas.1. num 2.*
Rot. dec.241. num.10. & seqq. & dec 425. num.7. par.9.
rec. & in Interamnen. Fideic. 1. Febr. 1668. cor. Eminent.
Carpin. §. minus admittendus, decis. 228. post Tractat.
tamen, quando aliter constat de voluntate testatoris
etiam in vltimis voluntatibus est transmissioni locus, 20
vt alijs omissis, latè probat *Altog. cons.85. per tot. lib.2.*
& admittit *Rot. in d. Interamnen. Fideicom. 1. Februarij*
1668. coram Eminentiss. Carpin. §. vlt. decis. 227. post
Tractatum.

Et in terminis donationis, quod nequaquam trans-
mittatur, si est restricta donatio ad personam Dona- 21
tarij, eo quia constat de morte donantis habemus ex
Merl. dec.664. num.4. Andreol. contr.339.

Et pariter non erit transmissioni locus, si renuncia-
tio facta fuerit sub aliqua conditione, quæ a donata-
tio, vel renunciatario non fuerit adimpleta, tunc enim
is non poterit transmittere ad hæredes Ius percipien- 22
di bona renunciata, *Gratian discept.612. num.2. decis.*
428. part.2. recent. cum alijs allegatis in *Ariminen.*
Laudi 10. Iunij 1661. coram Eminentiss. Cerro decis.83.
num.4. post Tractatum.

Si, verò, pro parte eiusdem renunciantis aliqua
subsit in renunciatione conditio, de habendo regres- 23
sum ad bona renunciata, talis conditionalis reserua-
tio poterit ad hæredes transmitti, vt post *Crauett.*
consil.127. num.9. & seqq. fundat *Noal. de transmiss.*
cas.5. num.4.

CAPVT XVII.

Renuncians, an possit ad bona renunciata habere regressum, quoties sibi regressum reseruauit, sub aliqua conditione, vt, Masculis deficientibus, &c. Item reseruata renunciatione in casu obitus sine filijs, an si alter decedat sine filijs, renuncians habeat regressum ad illam portionem. Plura, quando, & quomodo pluralitas resoluatur in singularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ad tempus hæres esse potest.*
2 *Qui semel est hæres, non potest desinere esse hæres.*
3 *In odium retorquenda non sunt ad fauorem inducta.*
4 *Dictio,* donec, *&* quousque, *in dispositione non attenditur.*
5 *Semel exclusus perpetuò dicitur exclusus.*
6 *Renuncians sub conditione regressus, eueniente conditione, est admittenda.*
7 *Reseruatio conseruat Ius reseruanti.*
8 *Reseruatio est pars Contractus.*
9 *Mulier disponere non potest de portione reseruata in casu mortis sine filijs.*
10 *Pendente conditione reseruatio remanet in suspenso.*
11 *Renunciatio est stricti Iuris, & non extenditur.*

12 *Et*

12 *Et procedit etiamsi renanciatio sit purè facta absque reseruatione, nam eo casa deficientibus masculis fœminæ admittantur.*
13 *Ratio dispositionis est inaestiganda in omni casu.*
14 *Ratione cessante dispositio cessat.*
15 *Renunciatio facta censetur commodo mascalorum.*
16 *Mens, & voluntas colligitur ex tribus, scilicet, primò.*
17 *Ex verisimilibus coniectaris.*
18 *Ex qualitate personaram coniectura desumitur.*
19 *Secundò ex qualitate proferentis.*
20 *Tertiò ex subiecta materia.*
21 *Femina est agnationis finis.*
22 *Non dicitur amplias de familia.*
23 *Et tantum conseruat agnationem, dum viait.*
24 *Per descendentes ex femina non conseruatur agnatio.*
25 *Nemo præsumitur velle præferre suam posteritatem alienæ.*
26 *Regulariter renunciationes in fauorem masculorum interponuntur.*
27 *Et quæ tacitè insant nulla egent expressione.*
28 *Concesso feudo ad fauorem masculorum, & fœminaram, masculi præferuntur feminis, sed mortuis masculis admittuntur.*
29 *Ad Iura renunciata non datur regressus.*
30 *Renunciationes aliquando fiunt ad fauorem fratrum, aliquando ob dotem.*
31 *Agnatio considerata in vno casu non dicitur considerata in alio.*
32 *Fideicommissa non extenduntur vltra personas nominatas.*
33 *Neqae ampliantur de casu ad casum.*
34 *Etiamsi familiæ conseruatio sit considerata, nam dicitur consequutiua ad præcedeni fideicommissum.*
35 *Fœmina, quæ admittitur non extantibai masculis non potest postea admitti, si sit masculus tempore mortis.*
36 *Renunciatio facta pluribus sub conditione mortis sine filijs, an mortuo altero sine liberis renancians reuertatar ad illam portionem.*
37 *Qaod talis portio deueniat ad fratrem, non verò ad renunciantem.*
38 *Donat o non reuertitur ad Donantem, nisi omnibus defunctis sine filijs.*
39 *In conditionibus copalatiuis vtriasque adimplementam requiritur.*
40 *Si Pater instituat hæredem vxorem, & filiam impaberem, & dederit substitutum, si hæredes non erunt, tali casu adita per eos hæreditate, licet filias in papillari ætate decedat, substitutas non admittitur.*
41 *Legato reitcto libertis, vno ex libertis decedente, sua portio spectat ad alios, non ad sabstitutam.*
42 *Facta inuestitura duobus eum pacto reuersiuo in casu obitus sine filijs, vno mortuo, emphyteusis non reuertitur ad concedentem, sed alteri cessionario.*
43 *Renunciatio facta pluribas in casu mortis sine filijs, vno mortao, sine filijs, eius portio reuertitar ad renunciantem.*
44 *Substitutus post mortem plarium, vno decedente, verificatur conditio pro parte decedentis.*
45 *Facta substitutione post mortem plarium, vno ex eis defancto, poterit substitutus admitti ad portionem illius.*
46 *Quoties duo sunt contemplati, vno ex illis defuncto, superstiti pars tantum erit restituenda.*
47 *Et pracipaè, quando per orationem distinctam, & separatam fuit facta sabstitutio.*
48 *In dimiduis plures si quod fuerint stipulati, cuilibet rata solummodo promissa censetur.*
49 *Purè datum si sub conditione adimatur, sub contraria conditione datum dicitur.*
50 *Pacta sunt interpretanda ad fauorem Donatoris contra Donatarium.*
51 *In dubio semper ad fauorem Donatarij non donantis Pacta sant interpratanda.*
52 *Pluralitas resoluitur in singalaritatem, vbi agitar de hæreditate delata.*
53 *Coniunctio realis operatur Ius non decrescendi.*
54 *Quæstio, an pluralitas resoluatur in singalaritatem dependet à voluntate disponentis.*
55 *Dictio, &, est intelligenda disiunctiuè.*
56 *Quælibet materia dispositiua à voluntate disponentis regulatur.*
57 *Pluralitas resolaitur in singularitatem in substitutionibus.*
58 *Tamen limitatar vbi extat persona, qaæ ex præsumpta mente testatoris substitutam excludit.*
59 *Resolutio sabstitutionis in singularitatem prouenit ex præsumpta mente testatoris.*
60 *Discretiuus modus loquendi arguit in hac materia voluntatem testatoris.*
61 *Quando pluralitas resoluatur in singularitatem.*
62 *Ius accrescendi non habet locam in Contractibus.*
63 *Pracipuè post qaæsitum emolumentum.*
64 *Ex conaentione partiam locum habet Ius accrescendi.*
65 *Etiam post quæsitum emolumentum.*
66 *Emphyteusis concessa pluribus, vno mortuo defertur ad concedentem ex verisimili voluntate Contrahentiam.*
67 *Si maritus, & vxor donant bona Monasterio post mortem, vnius obitu sequuto Monasterium admitti poterit.*
68 *Facta renunciatione, an mulier renuncians possit declarare pro quo intellexerit.*
69 *Qui declarat nihil de nouo dat.*
70 *Nec aliquid noai inducere dicitur.*
71 *Limitatur in casu, quod quis ex declaratione damnum sentiret.*
72 *Sed limitatio procedit, quando dispositio est perfecta, & clara, non verò quando est dubia.*
73 *Portio reseruata an spectet ad hæredem, vel renunciatarium.*

Contra renunciantem in proposita quæstione respondendum videtur, quòd non obstante reseruatione succedere non possit, in bonis iam renunciatis.

Primò, quia nemo ad tempus hæres esse potest, *l. hæreditas, 34. ff. de hæred. inst.* & qui semel hæres non 1
potest desinere esse hæres, *l. qui soluendo 88. l. 3. §. qui* 2
fideicommissariam, ff. de hæred. inst. cum igitur persona, ad cuius fauorem fuit renunciatum iam sit hæres, non potest desinere esse hæres, & sic ei, qui renunciauit nullus ampliùs potest patere locùs.

Secundò, dubium non est, quin huiusmodi Pacta
sint interposita ad fauorem renunciatarij; ergo non 3
sunt in eorum odium retorquenda, *l. quod fauore, ff. de reg. Iur.* retorquerentur, autem, in odium, si ipsorum liberis hæreditates istæ auferendæ essent, cum votum Parentis sit, vt in ijs succedant, *l. scripto, ff. vnde lib. l. ratio, ff. de bon. damnat. l. eum acatissimi, C. de Fideic.*

Tertio, affertur *text. in l. Imperatores, 52. ff. de ma-* 4
num. testam. vbi, quod huiusmodi dictiones, *donec quousque, &c.* non attenduntur; quapropter relicta libertate seruo, licèt, postea huiusmodi conditio apponatur, *donec sit iuuenis, &c.* conditio pro non apposita habetur, sic pariter, in casu nostro, similis conditio in consideratione habenda non est.

Et tandem facit alter text. *in l. si qais sub conditione, ff. de testam. tutel.* vbi Tutor legitimus, quamdiu testamen-

stamentarius adest non admittitur *Viu. dec. 2. num.7.*
& si semel fuerit exclusus, licèt posteà testamentarius
remoueatur, legitimus non succedit loco testamenta-
rij, ergò, & similiter in casu nostro, licèt impedimen-
tum, & causa ex post facto cessauerint, renuncians,
cùm semel fuerit exclusus, perpetuò manebit exclu-
5 sus, *Peregr. de fideicomm. art.27. num.17. Eminentiss.*
Otthob. dec.244. num.13. & in terminis fideicommissi
Surd. consil.370. num.16. dec.37. num.2. par.8. & dixit
eadem *Rot. in Bonon. Fideicom. de Cesareis 24. Ianuarij*
1663. coram Reuer. Decano, versic. Secundo moti, con
firmata 22 Iunij eiusdem anni, §. nec subsistit.

Quæ argumenta adducuntur à *Kellemb.* per modũ
disputandi *d. tract. cap.18. num.1.2.* sed tamen ipsemet
Kellemb. contrariam defendit *num. 3. & seqq.* quem
sequitur *Bottigl. d. tract. theor.50. num.1. & seqq.* Nam,
cùm expressè renuncians sibi regressum reseruauerit,
in illo casu, eo verificato, debet ad Iura renunciata
6 redire, Regulariter, enim, reseruatio Ius reseruanti
7 conseruat, *l. & si quis 14. § plerique, de Relig. & sumpt.*
funer. l.4. §.1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. l. penult.
ff. de aq. quotid. & æstiu. cum simil. Vnde habemus,
8 quod reseruatio debet ad vnguem obseruari, cum sit
pars contractus, *Rot. coram Merl. dec.2. num.9. & dec.*
413. n.7. & coram Eminentiss. Otthob. dec.113. n.10.11.
& in alijs Decisionibus allat. *in Rom. Vineæ ad aquam*
Sanctam 28. Ianuar. 1661. coram R.P.D. Priolo, & pro-
9 pterea mulier de dote disponere non potest, dum re-
seruatur in casu mortis, sine filijs, vt per *Rot. in Ascu-*
lana Dotis 24. Martij 1662. §. pro duabus.

Et interim, pendente conditione, renunciatio stat
in suspenso, & remoto obstaculo, reseruatio incipit
10 habere effectum, vt, pluribus adductis, firmat *Kel-*
lemb. vbi sup. num. 4. eiusdem, enim, sunt, naturæ
verba illa, *donec, &c.* vt importent conditionem sus-
pensiuam, *tex. in l. legatum, ff. de ann. legat. Surd. cons.*
186. num.15. Bottigl. d. loc. num.2.

Adijcitur, quod huiusmodi renunciationes sunt
11 stricti Iuris, propterea non extendendæ, vt alias vidi-
mus, & in proposito firmat *Kellemb. d.q.18. num.6.* &
vt sunt limitatæ, ita debent limitatum effectum pro-
ducere, *l. Iubemus, C. ad Vell.*

Et hæc opinio absque dubio est verior, & ad con-
traria optimè respondet *Kellemb. d. cap.18. n.8. & seqq.*
quem vide

Quod ostendit *Kellemb. quæst. 19. num. 7. & seqq.*
12 etiam in casu, quod renunciatio fit purè facta absque
reseruatione, nam, etiam, eo casu, dicit deficientibus
masculis, fęminæ renuncianti dari regressum, etenim
ratio, ob quam renunciatio fit (quæ in omni disposi-
13 tione est inuestiganda, quæque si cessauerit, cessat
14 dispositio, *cap. cum cessante, extr. de appell. Paris. cons.*
12. num.91. vol.1. Laur. à Pinu consil. 111. num. 10.)
ea tantum solet esse, vt bona masculis acquirantur,
ad hoc, vt, ex ijs familiæ dignitas auctior, atque illu-
strior reddatur, vndè, cessante causa renunciationis,
idest, deficientibus masculis, licèt fęminę superuiuant,
renunciatio reducitur ad non causam, & renuncians
admittitur, quod confirmatur, per ea, quæ supra de-
duximus, scilicet, quòd, si, extantibus masculis fęmi-
na renunciat, licèt familiæ fauor expressus non de-
pręhendatur, ea tamen, dumtaxat, in masculorum
15 commodum facta censetur, *vt suprà cap.15 num.102.*
quibus addo *Kellomb. vbi sup. num. 12.* qui vlteriùs
num.17. subiungit, quòd, ex mente etiam filiæ renun-
ciantis, huiusmodi quæstio deciditur; Nam mens, &
16 voluntas ex tribus potissimum colligitur. Primò, ex
17 verisimilibus coniecturis, *l. in obscuris, ff. de regul. Iur.*
c. inspicimus eodem in 6. cap. licet causam 9. §. ex præ-
missis extra de probat. Buratt. dec. 113. num. 8. Censal.
18 *dec. Luc.7. num.34. dec. 350. num.7. par.4. rec.* quæ ex
qualitate personæ maximè deducuntur, *Tondut. quæst.*
ciuil. par.2. cap 109. num.21. Buratt. dec.297. num.15.
Secundò, ex qualitate proferentis, *l. qui Iure militari 7.* 19
ff. de testam. milit. l. quibus diebus 40. §. Dominus, ff. de
cond. & demonstr. Tertiò ex materia subiecta, *l. si stipu-* 20
latus 4. ff. de vsur. l. damni infecti 43. ff. de damn. infect.
l.3. §. si quis hæredi, ff. de stat. liber.

Quę omnia in huiusmodi renunciatione benè con-
siderari possunt; nam, quoad verisimilem coniectu-
ram ea dignoscitur, ex eo, quod verisimile non est, vt
renuncians voluerit, vt bona sua extra omnem cau-
sam alienæ familiæ aggregarentur, nam fęmina finis 21
est agnationis, nuptijsque contractis alienam sequitur
l. pronunciatio, in fine, ff de verb. signif. nec dicitur am- 22
pliùs de familia *Aitogr. consil.92. num.55. & seqq. lib 1.*
Spad. cons.9. nu.14. lib.2. licet contrarium scribat *Rot.*
dec.234. num.3. Quæ sententia est verior, dum viuit
ipsa mulier, tunc, enim, conseruat agnationem *Ca-* 23
tan. cons.3. num.10. Greg. dec.393. num.10 ea, verò, de-
functa per eius descendentes non conseruatur, *Gra-* 24
tian. discept.621. n.11. Rot. decis 432. nu.4. par.2. rec.

Vlteriùs dictat Iuris præsumptio, quod, nemo alie-
nam posteritatem sibi, suisque præferri velit, *l. cum* 25
acutissimi, C. de fideicom. l. generaliter, C. de inst. & subst.
Qualitas, autem, fęminæ renunciantis, cum eiusdem
sit naturæ, vt, nisi summa, & maxima ratio suadeat,
propria bona in alium non transferat, eaque libera-
liter concedat, *l. sed ego, 4. in fin. & ibi gl. ad S.C Vell.*
l. si stipulata 33. § si vxor, in fine, ff. de donat. int. vir.
& vxor. l. si sponso 16. §. ibi quod rarò accedit, C. de
donat. ant. nupt. extinctis masculis nulla verisimilis po-
test haberi coniectura, quod fratrum filios sibi præ-
ferri voluerit, & propterea dicendum erit, quòd, de
masculis tantùm senserit; & denique materia subie-
cta hoc suadet, nàm, quia, vt diximus, renunciatio-
nes regulariter in fauorem solùm masculorum inter- 26
ponuntur, Iuris ratio dictat, filiam hac in parte, etiam
causam istam respexisse, & ijs deficientibus se se ad-
mittendam cogitasse; Quapropter, cum, ex his om-
nibus, satis appareat de mente renunciantis, quod
masculos dumtaxat, sibi impedimento esse voluerit,
non fuit opus, vt illa clausula, *donec masculus super-*
uixerit, adijceretur, dum ea, quæ tacitè insunt nulla 27
egent expressione, siue specificatione, *Bursat. cons.32.*
num.61. vol.1. per l. tale Pactum, § fin. ff. de Pact. l. non
rectè, 3. C. de fideiuss.

Quibus rationibus addi potest secundum notat. per
Bottigl. d. theor. 50 num.5. vt similiter in materia feu-
dali, in qua, concesso feudo sub tenore inuestituræ
tibi, & liberis masculis, & fęminis, licèt fœmina illa
excludatur per existentiam masculi, defuncto tamen
illo ad feudum admittitur, & Domino non aperitur,
vt docent *Mynsing. cent.5. obseru. 74 Vnessemb. consil.* 28
74. Rosental. de Feud. cap.7. concl.96. Andreol. controu.
189. Io: Bapt. Spad. cons. 185 lib.3. Burat. dec. 884. &
838. Rot. dec.46. num.10. & seqq. par.10. rec. Montan.
controu. cap.23. num.4.5. Et rationem assignat, quia fę-
mina est vocata ad successionem feudi, & solum ei
masculus præferendus est; quo iam defuncto reuiui-
scit habilitas ad succedendum; Et hoc idem dici po-
test, in casu nostro, quia soror renunciauit successio-
nem, fratrum fauore, ab illaque repellitur, ob illorum
existentiam. Ergo, illis cessantibus, poterit renuncians
portionem sibi tangentem renunciatam petere.

Sed opinionem suam, quantum velit extollat *Kel-*
lemb. ergo contra renunciantē semper responderem,
quòd, facta renunciatione, sine expressa reseruatione,
masculis deficientibus, vel donec masculus superui-
xerit, nequaquam renuncians admittatur, dato etiam
quod ille ad cuius fauorem fit renunciatio decedat,
relictis tantum fęminis.

Hoc

Hoc, enim, ſuadet regula illa, nemini ignota, ad
iura renunciata non dari regreſſum, vt firmat optimè
Gallerat.de renunc. lib.2.cap.5. num.4. tom.1. Gratian.
29 *Diſcept. for.cap.960.num.4. Surd. dec.235. num.13.* &
cęteri allati à *Bottigl. d. theor. 50. num. 6.* vltrà *Piſt.*
d.lib.4. quæſt.6. ante num.52. Andreol. contr.233. n.10.
& alios à me ſupra allegatos *cap. 14. num.3.* Et con-
ſequenter non poterit admitti ad iura incorporata in
patrimonio renunciatarij, licet abſque maſculis de-
ceſſerit, vt latè fuit dictum *d.cap.15. num.56.*

Nec reſiſtunt pro contraria opinione argumenta;
nam, ad primum, non eſt verum, quod ſemper fiant
renunciationes ad fauorem fratrum, pro conſerua-
30 tione agnationis; nam aliquando fauore ipſorummet
fratrum, fit pactum ob dotem, quam filiæ accipiunt
ante matrimonium, imò, vt obſeruat *Bottigl. loco
cit. num. 6. verſic. Sed argumentum*, licèt fauor fami-
liæ eſſet conſideratus, nihilominus ſufficiens non eſ-
ſet ad inducendum, vt, decedentibus renunciatarijs;
ſine prole, admitteretur renuncians; Nam, fami-
liæ conſeruatio fuit conſiderata, reſpectu illarum
perſonarum, in renunciatione mentionatarum, nec
debet habere tractum ſucceſſiuum in infinitum, ſci-
licet, vt quoties ceſſat familiæ conſeruatio, dandus
31 ſit regreſſus ad iura renunciata; facit, quod agna-
tio conſiderata in vno caſu, non dicitur conſiderata
in alio, *Caſanatt.conſ.38.num.84.*

Et procedit etiam in fideicommiſſis, quæ non ex-
tenduntur vltra perſonas nominatas, licet familiæ ra-
32 tio fuerit explicata, *Merlin.tom.1.contr.cap.72. Alto-
grad.conſil.60. num.124.* & alij penès *Bottigl. d. loco.*

Sicuti regulariter, neque de caſu ad caſum amplia-
33 tur fideicommiſſum, *Andreol. contr.284. Rot.dec.238.
par.11.& dec.53. num.22. par.12. rec.*

Et quamquam familiæ conſeruatio ſit conſiderata,
dicitur nihilominus ſtare conſecutiuè ad præcedens
fideicommiſſum, & illud tantum extendit, ad notata
34 per *Brllon.Iun. conſ.12.nu.43. Merlin. Pignatell.contr.
72.num.7. cent.2. Rot.coram Merlin.dec.12.n.9. etiam
Emmentiſs.Ottbob.dec.111.num.23.dec.15.nu.5.par.7.
& deciſ. 254. num.3. par. 12. rec.*

Præterea idem *Bottigl.* reſpondet *num.8.* ad mo-
tiuum deſumptum ex feudiſtis, quod opinio allegata
nonnullos habet contradictores, & præcipuè *Burſatt.
conſil.80. num.10. lib.1.* vbi alios adducit; & in om-
nem caſum adeſt maxima diſparitas de vno caſu ad
alium; nam ſupponitur in caſu mentionato, fęmįnam
fuiſſe vocatam, ad ſucceſſionem feudi, ſimul cum ma-
ſculo, ſed fuiſſe excluſam ob illorum exiſtentiam; &
ſic quando illi deficiunt ob mortem reuiuiſcit illa vo-
catio, tamquam cauſa ceſſante, ſed in caſu noſtro filia
ſe pactione excluſit, fauore fratrum, quæ ratio fuit
conſummata, eo tempore, quo fuit factus caſus ſuc-
ceſſionis, & illa fuit excluſa ob renunciationem fa-
ctam; Vnde licet poſteà deceſſerint, effectus iam con-
ſummatus reuiuiſcere nequit, vt in ſimilibus terminis,
35 habemus, quod fęmina, quæ admittitur, non extanti-
bus maſculis, non poteſt poſteà admitti, ſi ſit maſcu-
lus, tempore mortis, vt latè *Redenaſc.conſ.5a per tot.*
Alia verò ſuprà pro contraria parte ponderata pro-
cedunt in caſu, quod renunciatarius decedat, ante-
quam ſit factus locus ſucceſſioni portionis renuncia-
tæ, vt latè vidimus ſuprà *in cap. 15.* non verò in caſu,
quod renunciatarius iam ad bona renunciata ſucceſ-
ſerit, quia, eo caſu, cum renunciatio effectum fuerit
conſecuta, non eſt ampliùs renuncians admittendus,
vt latè fuit probatum *d.cap...*

Diximus, itaque, quod mulier poteſt habere regreſ-
ſum ad bona renunciata, quando ſub aliqua condi-
tione fuit reſeruatus regreſſus in ſui fauorem, non
verò, ſi renunciatio purè, & ſimpliciter facta ſit; di-
ximus etiam, quod huiuſmodi renunciatio fieri ſolet
donec maſculus ſuperuixerit, vel ſi renuncians, abſq;
filijs decedat; Verùm, quia, aliquando contingit, vt 36
fiat renunciatio ad fauorem plurium fratrum, vel
aliorum, hac appoſita conditione, quod ſi decedant
fratres abſque filijs, vel maſculis deficientibus, mulier
intendit habere regreſſum ad bona renunciata, quæri
poteſt; an ſi alter ex renunciatarijs decedat abſque
filijs portio illius, qui obijt ſine filijs, ſpectet ad renun-
ciantem, vel eius hæredes, aut potiùs accreſcat alijs in
renunciatione nominatis.

Vna opinio eſt ad fauorem fratris ſuperſtitis, quod
portio decedentis abſque maſculis ad eum ſpectet, 37
non verò ad renunciantem, & præ cæteris, hanc de-
fendit *Kellemb.d.tract.quæſt.21.num.18.& ſeqq.* & pro
hac opinione videtur ſentire *Spad.conſil.168 tom.3.* &
in terminis donationis, quod non reuertatur ad do- 38
nantem, niſi omnibus defunctis ſine filijs probat *Me-
rend.contron.lib.8. cap.36. num.2. & ſeqq.* (licet num.
ſequenti dicat contrariam eſſe magis æquam) *Cyriac.
controu.for.cap.276.num.10.Menoch.conſ.995.per tot.*

Pro qua ſententia facit Primò, regula, quod in con-
ditionibus copulatiuis vtriuſque ad implementum re-
quiritur, vt eſt *tex. in l. is qui ducentum, §. vtrum, ff. de* 39
reb. dub. ergo neceſſe eſt, vt omnes in renunciatione
nominati decedant ſine filijs maſculis ad hoc, vt re-
nuncians regreſſum habeat.

Secundò benè facit textus *in l.quamuis 4. C. de Im-
pub.& alijs ſubſtit.* vbi Imperator dicit, quod ſi pater
inſtituerit hæredem vxorem ſuam, & filium impube-
rem, & dederit ſubſtitutum, ſi hæredes non erunt, tali
caſu, adita per eos hæreditate, licèt filius in pupil-
lari ætate decedat, ſubſtitutus non admittitur; ita à 40
pari dicendum eſt in caſu noſtro, quod, ſi filia regreſ-
ſum ſibi reſeruauit in caſu decedentiæ plurium ſine
filijs, non dicitur adimpleta conditio per mortem
vnius ſine liberis.

Tertiò viget textus *in l.Codicillis, ff.de vſufr.leg.* vbi,
facto legato ſuis libertis, de quodam prædio cum
onere, vt poſt eorum mortem illud ad rempublicam
perueniret, ſi vnus ex libertis moriatur, textus ait 41
rempub. admitti non poſſe, ſed vltimus, qui decederet
ad reſtitutionem teneretur.

Quartò poteſt allegari textus *in l. penult. C. de Im-
pub. & alijs ſubſtit.* vbi pater, duobus filijs hæredibus
ſubſtitutis, ſub hac forma ſubſtituit, ſi vterque impu-
bes deceſſerit, quærebatur, an vno impubere defun-
cto, ſubſtitutus admitti poſſet, & reſpondet Impera-
tor, quòd non, cum ſubſtitutus vocatus dicatur neu-
tro impubere exiſtente; Ex quo videtur etiam in caſu
noſtro dicendum, tunc ſororem admitti ad iura renun-
ciata, quoties vtriuſque mors ſequuta fuerit ſine filijs.

Hinc habemus, quod facta conceſſione prædij, vel
domus in emphyteuſim, duobus ſub pacto, quod ipſis
decedentibus, ſine filijs, eadem res in emphyteuſim
data, ad ipſos concedentes reuertatur, ſi vnus ex fi-
lijs inueſtiti ſine filijs decedat, pars illius non reuerti- 42
tur ad concedentem, ſed alteri conceſſionario accre-
ſcit *Iaſ. l.2.num.201.quæſt.17. C.de Iur. emphyt. Alex.
conſ.17.num.9.lib.5. Fuſar.de ſubſtit. quæſt.473.num.79.
Kellemb.de renunc.quæſt.21.n.11.Bottigl.d.cap.2. theor.
50.num.26. Altogr.* latiſſimè *conſ. 11. per tot. lib.2. Cy-
riac. controu.276. num.* ta.

Contrariam opinionem, quod renuncians admit-
tatur in portione decedentis ſine filijs, in terminis 43
terminantibus tenuit *Oſaſch.dec. Pedem.110. Theſaur.
dec.189. Crauett.conſ.109. Capon.de Pact. qu.55. n.21.
verſ. Imò ſi filia, Gallerat.de renunc. lib.2.c.5. num.26.
verſic. Sed & illud, Cancer. var.lib.3. c.15. de renunc.
num.257. Merend. d.lib.8.c.36.num.5. & ſeqq.*

Et fundantur præcipuè, in *text. l. fin. §. filium, ff. de*
leg. 2.

leg. 2. l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. vbi in terminis
omninò similibus decisum fuit, quod, si aliquis fuerit
substitutus post mortem plurium, vno decedente, ve-
44 rificatur conditio pro parte mortui, & admittitur
substitutus, & ratio est, quia, eo casu pluralitas re-
soluitur in singularitatem text. in l. falsa, §. fin. ff. de
cond. & demonstr. l. qui duos, ff. de vulgar. & pupill.
Quapropter approbari solet communis illa conclu-
sio, quod facta substitutione post mortem plurium
45 vno ex eis defuncto poterit substitutus admitti ad
portionem illius, Cravett. consil. 109. Alb. consil. 51.
Cacher. d. dec. 110. num. 7. 8. Cancer. d. lib. 3. cap. 15. num.
257. vltrà allat. à Bottigl. vbi supra num. 13. Mantic.
de coniect. lib. 7. cap. 5. num. 7. & seqq. Rustic. l. cum
auus, lib. 3. cap. 14. num. 2. ff. de cond. & demonstr. Casa-
nat. consil. 4. num. 6. & 28. Castill. tom. 6. contr. cap. 121.
acerrimè Rot. in Romana Fideic. de Ferratinis 4. Ianuar.
1667. coram R.P.D. Ottalora decis. 137. post tract. con-
firmata 17. Iunij 1669. coram Eminentiss. Carpin. dec.
82. post tract.

Vlteriùs facit text. in l. Pater filius, 36. § filiam suam,
ff. de leg. 3. in quo Pater prohibuit filiæ ædificium ei
relictum distrahere, quia ad suos vernas pertinere vo-
lebat, si filia cum vernis decedat, vno ex eis tantum
superstite; quærebatur, an ad vernam superstitem
totum pertineret ædificium, vel potiùs tantùm sua
portio, & respondet tex. eidē pertinere tantùm suam
portionem, non verò totum ædificium, & rationem
46 assignat Bart. ibi, quia quoties duo sunt contemplati,
vno ex illis defuncto superstiti pars tantum erit re-
stituenda, & similiter in casu nostro, si mulier plures
fratres contemplauit, eo ipso, quod vnus ex illis obijt,
cessat fauor contemplatus, quoad illam portionem,
quæ sorori renuncianti applicanda erit; vnde fuit
decisum in Senatu Granatēsi teste Larrea dec. 61. n. 19.
quod relicto fundo duobus cum onere, vt absque li-
beris decedentibus, fundus ille ad quandam Cappel-
laniam perueniret, defuncto vno ex eis absque liberis
Cappellania esset admittenda, prout fuit admissa, ad
medietatem fundi; Et præcipuè procedit hæc con-
clusio, quando, per Orationem distinctam, & separa-
tam fuit facta substitutio alteri, ex institutis; tunc,
47 enim, non requiritur purificatio conditionis in om-
nibus, sed sufficit, vt sit adimpleta pro parte vnius,
ad hoc, vt illius portio deuoluatur ad secundo loco
vocatos, vt latissimè fuit decisum per Rot. in Terraci-
nen. Cappellæ 15. Iunij 1661. cor. Eminen. Cerro dec. 105.
post tract. num. 2. & seqq.

Et semper pro regula est tenendum, quòd, in diui-
48 duis plures, si quid fuerint stipulati, cuilibet rata so-
lummodò promissa censetur, l. eamdem rem, in princ.
l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis, l. si quis testamen-
to 79. ff. de leg. 1.

Et tandem affert Bottigl. pro hac parte suum argu-
mentum, videlicet, quod, facta renunciatione purè,
& reseruatiuè ad succedendum, casu quo omnes fra-
tres sine liberis decesserint, videtur renunciatio facta
sub contraria conditione, si omnes fratres cum filijs
decesserint, nàm habemus, in Iure, regulam, purè
datum, si sub conditione adimatur, sub contraria con-
49 ditione datum censeri, l. 6. ff. quand. dies legat. ced. l. si
legatum purè 10. ff. de adim. legat. Surd. dec. 7. num 19.
Galganet. de cond. & demonstr. par. 2. cap. 10. quæst. 105.
per tot. & consequenter, si renunciatio facta sit, casu,
quo omnes fratres liberos haberent, si vnus sine illis
moriatur tanquam, defecta conditione, in illius per-
sona posset admitti ad illius portionem.

Quibus addi potest, quòd, huiusmodi Pacta vim
50 habent donationis, & ob id sunt interpretanda ad fa-
uorem donatoris contra donatarium Thesaur. decis.
189. & latè Io: Baptista Spad. cons. 168, num. 3. 4. lib. 3.
& admittit Donat. Ant. de Mar. in add. ad Reuert. dec.
194. num. 5. igitur in quæstione, an sit admittenda
femina donans, vel renuncians, vel donatarius, & re-
nunciatarius, ad fauorem feminæ erit tenendum, licèt
contrarium, quòd in dubio semper ad fauorem Do- 51
natarij non donantis sit decidendum, firmant DD.
relati à Cancer. var. lib. 3. c. 15. num. 258. & seqq. & à
Bottigl. vbi suprà num. 24. Merend. contr. lib. 8. cap. 36.
num. 1.

Sed licèt argumenta, tàm pro prima, quam pro
secunda opinione pugnantia, valdè stringant, nihilo-
minus nil fuit dictum in illis, cui cōmoda non possit,
pro vtraque parte, adaptari responsio, vt videre est
apud Bottigl. cit. cap. 5. per tot. vnde ex alio est quæren-
da propositæ quæstionis solutio.

Ipsemet Bottigl. putauit num. 28. quem sequitur
etiam Capon. de Pact. quæst. 55. in fin. esse distinguen-
dum, an simus in renunciatione hæreditatis delatæ,
& non aditæ; an verò hæreditatis aditæ, hoc vltimo 52
casu, quia facta renunciatione hæreditatis aditæ di-
citur propriè facta donatio, vt colligit Ann. cons. 45.
num. 1. benè procedunt supradicta pluralitatem illam
resolutam fuisse in singularitatem, & in his terminis
loquitur, Osasc. d. decis. 110. nam in figuratione casus,
supponit fuisse renunciatum hæreditati personæ iam
defunctæ; Si verò hæreditas non est delata, vel est de-
lata, sed non adita, primam opinionem, quam defen-
dit Kellemb. contra renunciantem, ait, esse veriorem,
quoniam, eo casu, non dicitur facta donatio, sed me-
ra repudiatio, seu abstensio, vt probat Montan. for.
contr. contr. 10. quapropter cum repudiatio sit facta
ad omnium fauorem, habet locum inter renunciata-
rios Ius non decrescendi, & cum omnes ad totam hæ- 53
reditatem vocentur, videtur adesse quædam conuen-
tio realis, quæ operatur hoc Ius non decrescendi.

Ego puto, solutionem propositæ quæstionis, pen-
dere à verisimili renunciantis mente, nempè, esse in-
spiciendam eiusdem voluntatem, ex tenore verbo-
rum expiscandam; si enim ex ipsismet verbis contra-
ctus apparet, quod renuncians voluit potiùs fratri 54
superstiti, quam sibi ipsi prospicere, non potest re-
nuncians habere regressum, nisi deficientibus omni-
bus renunciatarijs, absque masculis, quod si è contra
verba indicant aliter fuisse mentem contrahentium;
tunc eadem seruanda erit, & defuncto altero ex eis
sine prole masculina, mulier renuncians admitti po-
terit ad partem bonorum illius, qui decessit sine mas-
culis; pluries enim supra adnotauimus, quod in ma-
teria nostra voluntas disponentium totum facit, &
quod semper excluditur renuncians, quoties extat
persona, quæ fuerit contemplata, & è contra admit-
titur, quando nulla alia est persona, de qua in renun-
ciatione, vel tacitè, vel expressè fuerit facta mentio.

Et in hoc sensu sunt intelligendi DD. supra allega-
ti, quia, licèt Kellemb. firmet opinionem pro parte
renunciatarij contra renunciantem, tamen fundat
se in eo, quod verisimiliter est præsumendum mulie-
rem renunciantem habuisse respectum ad masculos,
& ad conseruationem agnationis, quo casu, certum
est, quod donec extant masculi mulier renuncians ad-
mitti minimè potest; è contra verò fuit decisum pro
muliere renunciante in Senatu Pedemont. vt refert
Osasc. dec. 110 & Thesaur dec. 189. quia in casu Osas-
chi renunciatio fuerat facta ad fauorem extraneo-
rum, vnde dici haud poterat, factam fuisse pro con-
seruatione agnationis, dum non aderat persona, quæ
ex verisimili mente renunciantis ipsam excluderet;
Et quoad casum Thesauri Senatus iudicauit ad fauo-
rem renunciantis, quia renunciatarij erant vocati
per dictionem, Et, ibi, Si Titius, & Sempronius sine 55
liberis decederent, liceret sibi redire ad bona sua, &c.

& pu-

& putarint DD. illam dictionem, &, disiunctiuè esse
intelligendam non copulatiuè; vnde tota vis fuit facta
in verbis, & fuit dictum pluralitatem resolui in singu-
laritatem.

Et regula est in omni materia, quod à voluntate
56 disponentis reguletur, vnde habemus, quod licet re-
gulariter pluralitas resoluatur in singularitatem in
substitutionibus, vt puta si dictum sit, instituo Caium,
57 & Seium, quibus sine liberis decedentibus, substituo
Titium; tunc, vno ex eis, sine liberis, decedente, in eius
portione admittitur substitutus, vt est *tex. l. vlt. ff. de
leg. 2. § filium, l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell.* latè *Fusar.
de subst. qu. 473. num. 22. & seqq. dec. 408 par. 1. diuers.
Greg. dec. 296. num. 1. dec. 437. num 7. par. 9. rec.* & fuit
dictum in *Rom. Fideic. de Ferratinis 4. Ian. 1667. cor.
R. P. D. Ottal. dec. 137. num. 2. post tract.* confirmata 17.
*Iunij 1669. cor. Eminentiss. Carpineo dec. 82. num. 2. post
tract.* tamen limitatur regula, vbi extat persona, quæ
ex præsumpta mente testatoris substitutum excludit,
58 vt firmat *Fusar. vbi sup. num. 30. Mantic. de coniect. lib.
11. tit. 5. num. 18. Cyr. contr. 521. nu. 11. Peregr. de Fideic.
art. 13. num. 35. Rot. d. dec. 137. post tract. num. 5. 6.* con-
firmata *17. Iunij 1669. cor. Eminentiss. Carpineo dec.
82. num. 3. post tract. & num. 10. 23.* & melius idem *Fu-
sar. num. 77. & Mantic. num. 2.* vbi quod resolutio sub-
59 stitutionis in singularitatem prouenit ex præsumpta
mente testatoris.

Et pariter cessat, vbi constat de contraria volunta-
te, vt colligitur ex traditis per *Spad. d. cons. 168. tom. 3.*
& facit etiam eadem dec. in *Terracinen. Cappellæ 15.
Iunij 1661. cor. Eminentiss. Cerro dec. 105. post tract. nu.*
60 *12.* vbi, quod discretiuus modus loquendi arguit in
hac materia voluntatem testatoris *in d. Rom. Fideic.
de Ferratinis dec. 137. post tract. per tot. & d. dec. 82. per*
61 *tot.* vbi, an, & quando sint sufficientes coniecturæ, nec
ne, & latissimè, an, & quando pluralitas in singulari-
tatem resoluatur, & quando secus *Spad. cons. 168. per
tot. tom. 3. Cyr. contr. 521. per tot.* & præcipuè *num. 23. &
seqq.* & similiter, licet in Contractibus Ius accrescendi
62 locum non habeat *Osuald. ad Donell. lib. 7. c. 12. lit. L,
Riminald. Iun. cons. 297. nu. 18 Altogr. cons. 11. num. 2.
tom. 1.* latissimè *Bellon. de Iur. accresc. c. 6. qu. 32. nu. 10.
& seqq. Reuert. dec. 194. num. 2.*

Præcipuè post emolumentum quæsitum *Fulgin. de*
63 *emphyt. de contr. emphyt. quæst. 34. num. 27. Kellemb. de
renunc. quæst. 21. num. 4 Reuert. d. dec. 194. num. 3.* Nihi-
lominùs, ex mente, vel ex conuentione partium lo-
64 cum habet in Contractibus Ius accrescendi *Cancer.
var. lib. 3. c. 22. num. 60. Bellon. d. c. 6. quæst. 32. num. 48.*
65 *& seqq. Penn. dec. 876.* Etiam post emolumentum
quæsitum *Decian. cons. 73. num. 12. vol. 2. idem Cancer.
vbi sup. num. 60.*

Et in illa quæstione, an emphyteusis concessa plu-
ribus fratribus, durante linea masculina reuertatur ad
concedentem, vna linea defecta quamquam dictum
sit supra, quod non deuoluitur ad concedentem, sed
alteri cessionario, attamen contrarium procedit, vbi
66 verisimilis concedentis voluntas aliud suadet *Cancer.
var. lib. 3. c. vlt. num. 60. Fulgin. de emphyt. quæst. 34. nu.
14. Reg. Reuert. dec. 479. num. 3.* & alij relati à *Bottigl.
d. c. 2. theor. 50. num. 26. quod argumentum Magon. dec.
Luc. 8. num. 14. 15. vol. 2.* & plura de materia vide in
*dec. 186. par. 3. dec. 192. par. 4. tom. 2. & dec. 176. num. 6.
par. 5. recen Fesulana Bonor. 30. Aprilis 1668. cor. Beui-
laqua dec. 33. post tract.*

Et ipsemet *Bottigl.* ab hac nostra solutione dissen-
tire non videtur, nam, firmato, quod in hæreditate
non adita illa reseruatio successionis verificatur om-
nibus decedentibus renunciatarijs sine liberis, tan-
dem stringit, & concludit, si verisimilis adsit sororis
voluntas à principio, videlicet, si renunciatio facta sit
à sorore ingrediente Monasterium, in qua considera-
tur simpliciter se voluisse à successione excludi, prout
pariter in voluntate donatoris præsumpta se fundat
Merend. contr. d. lib. 8. c. 36. nu. 5. & seqq. ad fundandam
opinionem pro donatore.

Et in simili, si maritus, & vxor donauerint Bona
Monasterio post mortem vnius, obitu sequuto Mo-
nasterium admitti poterit *Bart. in l. si mihi, & Titio in
fine, ff. de verb. oblig.* Secus, si coniunctus existat; tunc 67
enim Monasterium non succedit *Pereg. cons. 59. num.
10. lib. 1. Cancer. par. 3. var. c. fin. de Iur. accresc. num. 22.
Fontanell. de Pact. nupt. tom. 1. c. 4. gl. 7. numer. 31.
& seqq.*

Dixi renunciantem posse sibi reseruare regressum
in casu deficientiæ renunciatariorum, sine filijs; an ve-
rò, facta renunciatione, possit renuncians per aliud in-
strumentum declarare, de quibus filijs intellexerit,
quod ad portionem vnius sine filijs defuncti, super-
stites debeat succedere, vel potius sit locus successioni
ad fauorem donantis, quæri potest.

Affirmatiua opinio est verior, quod possit eius in-
tentionem declarare, eidemque declarationi sit stan-
dum firmat, præ cæteris, *Decian. resp. 7. num. 10. lib. 1.* 68
latissimè *Cancer. var. lib. 1. c. 8. de Donat. num. 180. Fon-
tanell. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 5. num. 11. pag. 84.* latè
Rot. dec. 234. num. 17. par. 11. rec. & dixit eadem *Rot. in
Regien. Benef. 9. Aprilis 1666. cor. R. P. D. Bourlemont.
§. & si quæ dubietas;* & rationem assignant, quia, qui 69
declarat nihil de nouo dat *l. hæredes palam, §. si quid
post, ff. de testam. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 73. Boer.
dec. 171.* Item, qui declarat, non dicitur aliquid noui
inducere *l. adeo §. cum quis in fin. ff. de acq. rer. Dom.* 70
Surd. dec. 70. num. 1. cum simil. Et licet *Cancer. & Fon-
tanell. locis prædictis*, firment hanc conclusionem non 71
procedere in casu, quo quis ex declaratione damnum
sentiret, tamen secundum *Rot. d. dec. 234. par. 11. rec.*
id procedit, quando dispositio est clara, & perfecta,
tunc, enim, in tertij præiudicium non potest immuta-
ri mediante declaratione, secùs, verò, quando est du-
bia dispositio, & declaratio deducitur tantummodò 72
pro adminiculo, & ad magis probandam mentem, &
intentionem donantis, cum qua opinione transit
etiam *Rot. in d. Regien. Benef. 9. Aprilis 1666. cor. Bour-
lemont. d. §. & si quæ.*

Circa quam quæstionem videndi etiam sunt *Mo-
lin. de Rit. nupt. lib. 5. quæst. 24. num. 295. Cutell. de donat.
tract. 2. discur. 1. spec. 7. num. 27. Merl. dec. 802. num. 3.*

Si, verò, renuncians aliquam certam portionem si-
bi reseruauerit, & de ea inter viuos non disposuerit 73
neque in vltima voluntate, dubitari solet, an talis por-
tio accrescat Donatarijs, vel Renunciatarijs, vel po-
tius spectet ad hæredes ab intestato; quæstio est inter
DD. controuersa, vt latè ostendit *Merend. contr. c. 38.
lib. 16. per tot.* Sed *Rot. Rom. in vna Eugubina Donatio-
nis 7. Iunij 1662. cor. bo: me: Card. Vicecomite post tract.
dec. 198. num. 7.* tenet, quod spectet ad hæredem ab in-
testato, non verò ad Renunciatarium; alias, enim, si
Donatario acquireretur, reseruatio nihil operatur
*Cranett. cons. 285. Franc. dec. 168. Duran. dec. 799. num.
9. 10. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 13. num.
9. & dec. 288. num. 12. tom. 1.* & de hac quæ-
stione meminit etiam *Amat. var. re-
sol. 76. num. 23. Tondut. qq. ciuil.
par. 2. cap. 110.* & ego ipse
alias plura de mate-
ria adno-
taui.

CAPVT XVIII.

Renunciatarius, an possit aleinare bona renunciata, quando cum regressus reseruatione sub conditione aliqua fuerunt renunciata. An, & quando quis possit transferre dominium, alienando rem prohibitam alienari; & plura etiam de Fideiussoria cautione, an peti possit à renunciatario per renunciantem.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis rem possidet, quam post aliquod tempus restituere tenetur, non potest eamdem rem alteri vendere, ac venditio est nulla, nec in emptorem dominium transfert.*

2 *Pendente conditione res vendi potest, valet alienatio, & in emptorem transfertur Dominium.*

3 *Sed postquam conditio extiterit, retrotrahitur alienatio.*

4 *Qui tenentur rem restituere, non possunt eamdem rem vendere, nec transfertur.*

5 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

6 *Res cum sua causa, & qualitate ad alios transit.*

7 *Res supposita restitutioni transit cum eodem onere in quemcumque transeat.*

8 *Resoluto iure datoris ius accipientis resoluitur.*

9 *Facta alienatione à renunciatario, qui tenetur bona restituere sub aliqua conditione, valet alienatio, & in emptorem transfertur dominium.*

10 *Seruus sub conditione legatus pleno iure hæredis est, quantumuis manumitti non possit.*

11 *Fideicommissarius est verus Dominus rei, quam debet restituere sub conditione.*

12 *Donator non potest ampliùs de re donata disponere.*

13 *Facta donatione cum aliqua reseruatione ad testandum non potest donator petere bona donata, sed habet actionem contra donatarium.*

14 *Dominus rei potest ad libitum de re sua disponere.*

15 *Dominus potest rem suam alienare, nec Pacto valet sibi legem dicere ne alienet.*

16 *Pactum appositum de non alienando est nudum Pactum.*

17 *Ex nudo Pacto non transfertur Dominium in paciscentem.*

18 *Non contractibus nudis, aut voluntate, & consensu contrahentium, sed traditionibus, & vsucapionibus dominia rerum transferuntur.*

19 *Alienatio nititur traditione, & Pacto, & propterea est Pacto validior, quod solo Pacto nititur.*

20 *Alienatione sequuta agitur contrà alienantem ad interesse, vigore promissionis non seruatæ, non verò contra tertium ad rem recuperandam.*

21 *Tacita prohibitio alienationis non est tanti valoris, quam expressa.*

22 *Paritas rationis paritatem causat dispositionis.*

23 *In casu alienationis bonorum fideicommisso suppositorum est in arbitrium, vel agere contra grauatum, & eius hæredes, vel contra bonorum possessorem.*

24 *Datur hypotheca contra grauatum, & eius hæredes in casu alienationis, si de fideicommisso scientiam habuit.*

25 *Prohibitio alienationis facta in vltima voluntate inducit nullitatem actus alienando.*

26 *Reipublicæ interest, vt voluntates defunctorum mandentur executioni.*

27 *Alienatio facta contra legem non valet.*

28 *Ita non valet contra voluntates testantium.*

29 *Alienatio facta contra prohibitionem testatoris non transfert dominium in emptorem.*

30 *Quando prohibitio est facta in contractu valet alienatio.*

31 *Et non potest agi contra tertium possessorem, sed contra alienantem, & eius hæredem.*

32 *Est regulare in obligationibus facti, quod quis aduersario in id, quod interest condemnetur.*

33 *Emphyteuta, Vassallus, & Vsufructuarius non possunt alienare, quia verè Domini non dicuntur.*

34 *Vsufructuarius non potest alienare vsumfructum.*

35 *Emphyteuta non habet dominium.*

36 *Res dicitur esse alicuius, licet vsusfructus alterius sit.*

37 *Qui habet rei dominium potest illud transferre in alium.*

38 *Qualitas rei semper alienationi manet annexa in realibus, & quæ rei cohærent.*

39 *Non vero, quæ cohærent personæ, vt est restituendi obligatio.*

40 *Resoluto iure alienantis, resoluitur ius accipientis in alienatione iurium, quæ separatam à Dominio naturam habent, & separatim alicui concessa fuerant.*

41 *Consolidato vtili dominio cum directo datur rei vindicatio contra quemcumque possessorem.*

42 *Manutentio datur domino directo finita linea contra emphyteutam.*

43 *Non sunt rescindenda, quæ ab initio legitimè facta sunt.*

44 *Non transfertur dominium per alienationem, quando super re adest expressa hypotheca.*

45 *Prohibitio in contractu non impedit dominij translationem, nisi adsit hypotheca.*

46 *Sufficit tamen hypotheca generalis.*

47 *Renuncians an possit petere à renunciatario cautionem fideiussoriam in casu reseruationis alicuius portionis sub conditione.*

48 *Cautio fideiussoria admittitur in legatis, & fideicommissis.*

49 *Imò Pater potest grauari ad hanc fideiussionem à Filio.*

50 *Valet argumentum de Contractu ad vltimam voluntatem.*

51 *Debitor conditionalis tenetur cautionem præstare in Contractibus de satisfaciendo, conditione purificata.*

52 *Quotiescumque deficit auctoritas Iuris Communis Iudex debet subuenire.*

53 *Cautio non est præstanda vbi non est timor dilapidationis.*

54 *Contractus sunt stricti iuris, & in eis fit strictior interpretatio.*

55 *Cautio Mutiana præstari potest in relictis sub conditione negatiua.*

56 *Quando conditio negatiua est in Contractu, non admittitur.*

57 *Fideiussio peti non potest à debitore sub conditione.*

58 *Fideiussor euictionis non potest adstringere principalem, vt eum liberet à fideiussione.*

59 *Fideiubens pro alio quando diù stetit in obligatione potest cogere principalem debitorem ad se ab obligatione eximendum.*

60 *Cautio non est præstanda à Patre obligato restituere filijs.*

61 *Vel ſi frater ſit obligatus reſtituere alteri fratri.*
62 *In contractibus non debet eſſe locus cautioni, niſi adſit periculum dilapidationis.*
63 *Quando creditum ſtat in ſuſpenſo præſtatur cautio, non verò quando eſt conditionale.*
64 *Quando adeſt timor dilapidationis Iudex poteſt cautionem decernere.*
65 *Cautio præſtanda ab obligato reſtituere ſub conditione receſſit ab Aula ſecundum aliquos.*
66 *Aliqui tamen contrarium, quod ſit in vſu tenent.*

DIxi, in antecedenti quæſtione, quod aliquando
ſolet concipi renunciationis Contractus, cum
clauſula regreſſus ad bona renunciata ſub aliqua cõ-
ditione, puta, maſculis deficientibus, extincta linea,
&c. qua occaſione non erit incongruum diſputare;
An, pendente conditione poſſint interim à renuncia-
tario vendi bona renunciata, ità vt, in emptorẽ tranſ-
feratur dominium; Et præcipuè vtilis erit huius di-
ſputationis reſolutio; quia ex eo pendet articulus; an
tertius poſſeſſor bonorum in renunciatione compræ-
henſorum poſſit cogi ad eorundem reſtitutionem.

Et contrà alienationem, primo intuitu, reſponden-
dum videtur. Siquidem negari non poteſt, quin renun-
ciatio, in caſu noſtro, ſub conditione fuerit facta non
purè, ſcilicet, in caſu, quod maſculi ſuperuiuant, eis
verò deficientibus habeatur regreſſus ad bona renun-
ciata; ergo paret conſequentia, quod alienatio non te-
net; nam, quando quis rem poſſidet, quam poſt ali-
quod tempus, reſtituere tenetur, non poteſt eandem
rem alteri vendere, ac venditio eſt nulla, nec in em-
1 ptorem dominium transfertur *l. Marcellus §. res quæ, ff. ad Sen. Conſ. Trebell. l. fin. §. ſed quia noſtra cum §. ſeqq. C. commun. de legat. Gaill. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 137. in princ.*

Et licet ſecus res ſe habeat, quando non purè, vel
in diem certam, ſed ſub conditione aliqua aut in diem
2 incertam, (quæ pro conditione habetur *l. dies incertus, ff. de condit. & demonſt.*) quis rem poſſidet: nam,
pendente conditione, ea vendi poteſt, & valet aliena-
rio; ac in emptorem domininm transfertur, *l. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui & à quib.* Nihilominus,
3 poſtquam conditio exriterit, dominium, ipſo iure, re-
trotrahitur in eum, cui eſt facienda reſtitutio, & abſq;
vlla reali, vel verbali poſſeſſione ei competit contra
poſſidentem rei vendicatio *l. peto §. prædium, ff. de leg. 2. Gaill. vbi ſuprà num. 6.* latè *Mart. Medic. examin. 3. nu. 4. Peregr. de Fideic. art. 4. num. 6. Rot. dec. 215. par. 2. rec.* ergo, in caſu noſtro, ſiue dicatur conditionalis
reſeruatio, ſiue non, eueniente conditione, & mortuis
maſculis, renuncians ad bona renunciata regreſſum
habebit, in quamcumque perſonam reperiantur alie-
nata.

Quod etiam euenit, in marito, vſufructuario, em-
phyteuta, Vaſſallo; ipſi, enim, quia tenentur reſtituere
4 rem in dotem, vſumfructum, feudum conceſſam, ea
propter alienare non poſſunt, neque dominium tranſ-
ferunt in emptorem *l. neque mater pro filia 14. C. de iur. dot. l. vſusfructus 66. ff. eodem, l. 2. 3. C. de iur. emphyt.*

Adſtipulatur regula, quod nemo plus iuris in alium
5 transferre poteſt quam ipſe habet, *l. nemo 65. & l. 163. ff. de reg. iur.* Et quod res cum ſua cauſa, & qua-
6 litate ad alios tranſit. Igitur ſi alienans poſſidet bona
renunciata cum hac conditione, quod mortuis ma-
ſculis, reuertantur ad renunciantem, cum hoc vinculo
tranſibunt in quoſcumque alios poſſeſſores habentes
7 cauſam à renunciatario, *l. generaliter, §. quoties, ff. de fideic. libert. l. aqueductus 47. ff. de contrah. empt. l. in*
8 *venditione 41. ff. de act. empt.* & reſoluto iure dato-
ris, erit etiam ius accipientis reſolutum iuxtà *tex. in l. lex vectigali 31. ff. de pignor. l. neceſſario, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. §. 1. Inſtit. de vit. & habit. Gaill. pract. obſer. lib. 1. cap. 117. nu. 3.*

His, tamen, non obſtantibus, contrariam opinio-
nem exiſtimat veriorem, *Kallemb. de renunc. quæſt. 23.*
num. 5. ſcilicet, quod in terminis quæſtionis noſtræ fa- 9
cta alienatione a renunciatario, valeat, & reſcindi
non poſſit, ac per eam transferatur dominium in ac-
cipientem, ea præcipua ratione, quod, per interpoſi-
tam renunciationem, renuncians transferat omne
ius ſuum in renunciatarios, eosve, veros Dominos
faciat.

Pro qua facit *textus in l. non ideò minùs, ff. de rei*
vendic. vbi, quod ſeruus ſub conditione legatus, pleno 10
iure, hæredis eſt, quamuis illum manumittere ne-
queat. Et quod fideicommiſſarius, licet debeat reſti-
tuere ſubſtituto ſub conditione, interim ſit verus do-
minus *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 19. num. 4.*
& ſeqq. Pereg. de Fideic. art. 40. nu. 6 Fontanell. dec. 298. 11
num. 5.

Quæ, ſi procedunt, in terminis vltimarum volun-
tatum multò magis locum habebunt, in contracti-
bus inter viuos, vt in donatione, & renunciatione,
quia donator ſtatim atque donationem facit, exuit
ſe dominio rerum donatarum, & illud transfert
in donatarium, ità vt ampliùs de illis diſponere non 12
valeat *l. 1. ff. de donat. l. ſequens 70. ff. de leg. 2.*

Vndè tenet *Fontanell. cit. dec. 298. per tot.* & præci-
puè *num. 8. & ſeqq.* quod facta donatione cum ali-
qua reſeruatione ad teſtandum, non poſſit donator,
neque quoad quantitatem reſeruatam alienare bona 13
donata, ſed tantum habeat actionem contra donato-
rem ad petendum valorem, quam concluſionem im-
pugnauit *Seſſ. dec. Arag. 185.* cui plurimum defert
idem *Fontanell. d. dec. 186.* videnda.

Conſequitur, igitur, ex hoc, quod liberè poſſint bo-
na renunciata in alios transferri; nam Dominus rei de
ea poteſt ad libitum diſponere, ad *tex. in l. re mandata* 14
C. mandat. princip. tit. inſtit. quibus alien. lic. vel non, Fontanell. dec. 298. nu. 5.

Et rei ſuæ alienandæ poteſtas, adeò inhæret Domi-
no, vt nec etiam, pacto, expreſsè fieri poſſit, quò mi-
nùs alienatio valeat, vt eſt *textus in l. ſi ità 135. §. ea* 15
lege, & ibi latè *Donell. ff. de verb. oblig.* Et clarè, quod
pactum interpoſitum in contractu, vt Dominus alie-
nare non poſſit, rem ſuam, non valeat, tenet *Petr. de Fideic. quæſt. 4. art. 2. circa finem, Fuſar. de ſubſt. qu. 674. nu. 2.* Propterea, pacto non obſtante, valet alienatio,
& dominium transfertur in acquirentem, *l. ea lege 3. C. de condit. ob cauſ. Fuſar. de ſubſt. qu. 717. num. 29. Toſſ. conſ. 4. nu. 45. Andreol. contr. 68. nu. 9.*

Ratio eſt, quia pactum appoſitum de non alie-
nando, eſt nudum pactum, & ex nudo pacto non 16
transfertur dominium in paciſcentem *l. traditionibus*
20. C. de Pact. vbi, quod non contractibus nudis, aut 17
voluntate, & conſenſu contrahentium, ſed traditio-
nibus, & vſucapionibus dominia rerum transferun-
tur *Melch. de Valent. cap. 4. tom. 1. Gnoz. de Apic. iur.* 18
lib. 4. cap. 9. num. 1. ideò, quia pactum nititur ſolo pa-
cto, alienatio, verò, nititur traditione, & pacto, actus
perfectior dicitur alienatio, quam pactum, & ob id,
tamquam maioris virtutis eſt validior, *Cartar. dec.* 19
Gen. 104. nu. 1. Surd. dec. 254. num. 11. Peregr. de Fideic. art. 51. num. 72. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5. quæſt. 140. num. 1. Igitur, alienatione ſequuta, ſolùm agitur con-
trà alienantem ad intereſſe, vigore promiſſionis non
ſeruatæ de non alienando, non verò contrà tertium
ad rem recuperandam *d. l. 135. §. ea lege, ff. de verb.* 20
oblig. Cartar. d. dec. 104. nu. 12. Rot. dec. 284. nu. 39. par. 6. rec. Merlin. de Pign. lib. 4. tit. 5. qu. 140. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 715. num. 31.

Si, igi-

Si, igitur, nec pactum expressum, in instrumento,
appositum de non alienando rem suam, valet, eaque
non obstante, alienatio subsistit, multò magis erit va-
lida alienatio, quando non fuit expressè conuentum
de non alienando rem renunciatam, sed solùm inita
fuit renunciatio cum regressus reseruatione, sub con-
ditione, si masculi deficiant &c. Nã regulare est, quod
tacita alienationis prohibitio, non est tanti valoris,
quanti expressa, vt optimè, in proposito, tradit, vidẽ-
21 dus *Surd.cons.331. nu.35.36.* Et quod prohibitio alie-
nationis tacita minùs operetur, quam expressa, & in
specie, quando est expressa operetur, vt res alienata
sit omninò nulliter alienata, quando, verò, est tacita,
transferatur dominium, & detur tantum actio ad pre-
tium, tradit, *tex. in l. vltima, ff. de leg. 2. Becc. cons. 97. nu.
7. Petr. de Fideic. quæst. 11. num. 563. Altograd. cons. 69.
num. 30. lib. 2.*

Aliam assignat rationem *Kellemb. d. quæst. 23. nu. 6.
vers. accedit denique*, eam, scilicet, quod antè conditio-
nis istius deficientium masculorum existentiã, vt plu-
rimum, sororibus nulla certa rerum paternarum por-
tio, per diuisionem assignari soleat, sed plerumque in
euentum vsq; conditionis istius toti hæreditati mixta,
atque confusa maneat. In casu, verò, quando non cer-
ta quædam species, vel tota vniuersitas, sed pars tota
huius indiuisa conditionaliter restituenda venit, dum
pendet conditio, facta ab hærede alienatio minimè
irritatur; sed tantum honorato ad æstimationem obli-
gatur, *auth. contrà cum rogatus, C. ad Sen. Cons. Trebell.*
Igitur, in casu nostro, cum idem dictet eadem iuris
ratio, etiam dispositio, quæ in illo locum habebit; Pa-
22 ritas, enim, rationis paritatem causat dispositionis *l. à
Titio 108. ff. de verb. oblig. l. illud 32. ff. ad leg. Aquil.*

At, re vera, hæc vltima ratio mihi videtur incon-
grua, quia dispositio *d. auth. contrà cum rogatus*, dispo-
nit, quod, si contingat, vt rogatus restituere partem
hæreditatis, eam dissipauerit, grauatus debeat sup-
plere de proprio; Sed tamen, deficiẽte, substantia gra-
uati, datur actio hypothecaria in rem fideicommissa-
rio aduersus rerum acceptores, at clarè disponit tex-
tus. Meritò huius textus dispositio non est hic allegã-
da; quia, vbi renunciatarius, vel eius hæredes non ha-
berent de proprio, pro satisfactione renunciãtis, ter-
tius possessor tenetur ad bona dimittenda; Et regula
suprapolita falleret; vel saltem est in arbitrio substitu-
ti, vel agere contrà grauatum, & eius hæredes, vel cõ-
23 trà bonorum possessores, *Cyriac. contr. 5. nu. 4. & seqq.*
& latissimè *Rot. dec. 234. par. 11. rec.* & admittit in *Ro-
mana Fideicommissi de Maximis 8. Februarij 1664. cor.
R.P.D Beuilaqua dec. 50. nu. 12. post tract.*

Et eò magis contrà grauatum, & eius hæredes da-
tur hypotheca, in casu alienationis, si de fideicom.
24 scientiam habuit, vt optimè *Rot. in Fulginaten. Fidei-
commissi 7. Iunij 1660. cor. R.P.D. Beuilaqua dec. 37. nu.
1. post tract. & in Romana Saluiani 4. Febr. 1661. coram
Eminentiss. D. Card. Cerro dec, 103. nu. 11. post tract.*

Nec resistit, quicquid in contrarium fuit pondera-
tum, & præcipuè, quod possidens rem, quam euenien-
te conditione, debet restituere, eam non possit vende-
re, vel alienare; Respondetur enim supra allatam con-
clusionẽ procedere in casu fideicommissi, vel alterius
rei prohibitæ alienari per testamentum; Tunc, enim,
ob specialem fauorem vltimarum voluntatum, alie-
25 natio est prohibita *l. 2. §. sin autem, & auth. res quæ, C.
com. de leg.* Nã publicè interest, vt horum dispositio-
nes, si legitimè fuerint confectæ, executioni manden-
26 tur *l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. negare, ff. quemad. test. aper.*
imò eadẽ est, in hac materia, virtus legis, & testatoris,
vt, sicuti alienatio facta, contrà legem, non valet *l. 2.*
27 *& seqq. ff. de fund. dotal.* ità contrà testantium volun-
28 tates, *d. §. sin autem, d. auth. res quæ, Rot. dec. 243. num. 2.
par. 2. & dec. 295. num. 1. eadem par. 2. recent.*

At diuersum, in contrahentium, & viuẽtium dispo-
sitionibus, constitutum est, vt vidimus; & ideò passim
scribentes affirmant, quod, licet, alienatio facta cõtrà
prohibitionem testatoris sit nulla, neq; per eam, trans-
feratur dominium in emptorem, latè *Molin. de Hisp.* 29
*Prim. lib. 1. c. 12. nu. 30. & seqq. Mart. Med. exam. 13. nu.
1. 2.* tamen, quando prohibitio est facta in contractu
non tenet; quia possunt vendi bona prohibita à fidei-
commissario alienari, & valet alienatio, ità vt nõ pos- 30
sit agi contrà tertium, sed tantum ad interesse contrà
alienantem *Gaill. pract. lib. 2. obseru. 137. nu. 16. Rot. dec.* 31
284. nu. 39. par. 6. rec. quam sequitur *Merl. de Pign. loco
mox cit. Cioff. cons. 4. num. 5. Fusar. de substit. quæst. 717.
nu. 15. 29. Molin. de Hisp. Primog. lib. 1. cap. 12. num. 30.
Mart. Medic. exam. 3. nu. 3.*

Et ratio ea est, quia, eo casu, pacta, & contractus
eo principaliter tendunt, vt, vel id, quod conuentum
est, vel interesse præstetur *Kellemb. vbi sup. antè nu. 10.*
Et regulare est in obligationibus facti, quod quis ad- 32
uersario in id quod interest, condemnetur, si nõ adim-
pleat, *Olea de Cess. tit. 5. q. 8.* latè *Cioff. cons. 4. nu. 5. Rot.
dec. 284. nu. 31. par. 9. dec. 138. num. 2. & dec. 251. num. 5.
par. 10. & dec. 14. nu. 9 par. 11. rec.*

Nec exemplum, de vsufructuario, emphyteuta, &
vassallo vrget; Nam ab ipsis facta alienatio ideò non
valet, quia verè Domini dici non possunt rei possesse, 33
dum dominium proprietatis, & directum residet pe-
nès veros Dominos, apud quos proprietas eadem re-
sidet. Vt de vsufructuario, quod Dominus non sit, ne-
que vsumfructum alienare possit, est *tex. in l. vsusfru-
ctus, ff. de iur. dot. Acost. de priuil. credit. reg. 3. ampl. 51.* 34
*nu. 106. Cancer. lib. 3. var. cap. 7. nu. 47. Fontan. de Pact.
nuptial. claus. 7. gloss. 3. par. 8. nu. 28. Valenz. cons. 56. nu.
20. tom. 1. Noal. de transmiss. cas. 65. nu. 15. D. Io: Bapt. de
Luca de vsuf. disc. 54. tom. 4.* Et de emphyteuta, quod
non dicatur habere dominium *Bartol. in l. si quis §. dif-* 35
*ferre num. 6. ff. de acquir. poss. Bald. cons. 160. lib. 3. Socin.
cons. 256. lib. 2.*

Et vera est regula, quod tunc aliqua res alicuius esse
dicitur, cuius vsusfructus alterius est *l. si quis, ff. de leg. 3.* 36
Similiter non valet obijcere, quod nemo plus iuris
in alios transferre possit, quam ipse habeat. Siquidem,
vt benè respondet, *Kellemb. alleg. cap. 13.* cum fratres
plenè dominium habuerint rei renunciatæ, hoc etiam
in alios transferre potuisse concedendum erit, *vt d. l.* 37
*in re mandata Dec. in l. plerumque fit num. 1. & seqq. ff.
de regul. iur.*

Nec refert, quod causa, siue qualitas rei, semper
alienationi annexa maneat, & cum ea in quascumque
transeat *d. l. generaliter, §. quoties, ff. de fideic. libert.* Nã 38
respondetur, hoc procedere, tantum in realibus, &
quæ rei cohærent, ab eaq; difficiliter separari possunt
*l. dolia 76. §. eum, ff. de contrah. empt. l. etiam si in rem
8. ff. de iureiur. l. emptori 6. ff. de hæred. vel act. vend.*
secus in his, quæ personam, prout est restituendi
obligatio, concernunt; hæc, enim, personis contra-
hentium cohęrent, nec vlla ratione, in singularem suc-
cessorem transeunt *l. 3. ff. de Nouat. l. fin. C. de contrah.* 39
empt.

Tandem non nocet, quod, resoluto iure alienantis,
resoluatur ius accipientis; nam hæc regula procedit
in alienatione iurium, quæ separatam à dominio na-
turam habent, & separatim alicui concessa fuerant, 40
pront est vtilitas rei, quo casu, vtili, cum directo do-
minio, consolidato, contrà quemcumque possessorem
vindicatio Domino datur, *Clar. sentent. lib. 4. §. feudum* 41
quæst. 31. num. 9. Ruin. cons. 176. nu. 13.

Imò nõ solũ rei vendicatio, sed etiã manutentio eo
casu, in summarijss. possessorio datur Dño directo pro
cõsequenda possessione naturali bonorũ emphyteuti- 42

eorum, dummodò conſtet clarè de lineæ deficientia, vt alijs omiſſis, tenet *Fulgin. de emphyt. de diuerſ. quæſt. quæſt. 8. num. 6. 7. Donat. Anton. de Marin. cap. 97. lib. 1. Ciarlin controu. cap. 8. nu. 4. & ſeqq. D. Aloyſ. Manſ. conſult. 8. nu. 1. & ſeqq. Rot. dec. 13. par. 11. rec.*

Aliud dicendum, quando res ab initio in totum legitimè alienatur; nam tunc, iuxtà regulam reſcindenda non ſunt, quæ ab initio legitimè facta ſunt, licet
43 in eum caſum deducantur, à quo incipere nequeunt *l. nec enim 2. ff. de itiner. act. priu. l. ſancimus 15. C. de Admin. tutor. l. qui furore 20. ff. de ſtat. hom.*

Quamquam hæc vera ſint, poſſunt tamen ſibimet ipſis proſpicere renunciantes, in caſu, quod cum hac reſeruatione paciſcantur, nempè, apponendo in contractu, pactum expreſſum de non alienando cum ſpeciali hypotheca ſuper re renunciata in caſu alienationis, eo enim caſu, ſi fiat alienatio, eſt nulla, ne-
44 que dominium in alios transfertur, vt per Doctores *in d. l. 135. §. ea lege, ff. de verb. oblig. Gabriel de Pignor. concl. 1. num. 3. Cyriac. controu. for. 10. nu. 69. & controu. 405. nu. 54. Andreol controu. 68. num. 10. Magon. dec. Luc. 21. nu. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 674. num. 12.*

Ea enim eſt natura prohibitionis factæ in contractu, quod, niſi addatur hypotheca, & aliæ clauſulæ ampliſſimæ, non poteſt impedire dominij translatio-
45 tionem, *Reuerter. dec. 240. num. 3. vbi Add. Rot. dec. 623. num. 12. par. 4. rec. Merlin. de Pignor. d. lib. 4. tit. 5. quæſt. 138. num. 6 & ſeqq.* vbi, quod ſufficit etiam
46 generalis hypotheca, & ita etiam tenet, *Andreol. controu. 68. num. 9. Fuſar. d. quæſt. 674. num. 7. Ludouic. concl. 74. verſ. ampliatur primò*; Vel pacto interpoſito, quod, in caſu alienationis, transferatur poſſeſſio ad concedentem.

Poteſt etiam renuncians iuxtà *Kellemb.* opinionem *quæſt. 24. num. 16.* pro eius indemnitate petere à re-
47 nunciatario cautionem fideiuſſoriam de reſtituendo bona, eueniente conditione; quod remedium non videtur denegandum: Nam paſſim admittitur, præcipuè in debitoribus ex cauſa legati, vel fideicommiſſi, aut aliter ſub conditione ad reſtituendum grauatis,
48 vt eſt *tex. in l. hac ſtipulatio & tot. tit. ff. vt leg. nom. cau. l. 1. in princ. l. is à quo, §. fin. ff. vt in poſſeſſ. leg. & l. cum Archemidoram, C. eod. tit.* latè *Peregr. de Fideic. art. 40. num. 10. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 515. per tot. Bardellon. conſ. 6. num. 3. Morott. conſ. 31. num. 18. Petr. de Fideic. quæſt. 10. numer. 13. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 15. num. 1. Gratian. diſcept. for. cap 822. numer. 1. Barbat. de Fideic. par. 1. cap. 5. num. 6. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 15. vbi add. Valaſc. conſ. 184. num. 14. Caſtill. quotid. controu. cap. 176. num. 11. Barboſ. l. in omnibus 41. ff. de iudic. numer. 12. Hering. de Fideiuſſ. cap. 5. num. 70. & ſeqq. Ludouic. dec. Peruſ. 73. Fontanell. dec. 541 num. 9. Rot. dec. 193. num. 1. par. 6. & dec. 188. num. 1. par. 8. rec.* Et de fideiuſſione præſtanda per patrem alienantem ad fauorem filij grauati, plura *Me-*
49 *rend. controu. lib. 4. cap. 5.*

Quæ cum ità ſint, eadem regula locum habebit in contractibus, nam, de contractu, ad teſtamentum, va-
50 lidum eſt argumentum, & è contrà *l. ſeruum filij, §. eum qui, ff. de leg. 1.* plenè *Barboſ. de loc. argum. loco 26. num. 3.*

Vlteriùs, quod debitor conditionalis in contractibus teneatur cautionem præſtare de ſatisfaciendo,
51 purificata conditione, eſt textus expreſſus *in l. ſi tutela 3. ff. de tutel. & ration. diſtrahen. Rot. dec. 218. num. 8. par. 5. & dec. 112. nu. 11. par. 10. rec.*

Et quatenus etiam deficeret textus auctoritas, æquitas impellit iudicem ad id decernendum; Nam quotieſcumque actio, ſiue iuris communis auctoritas deficit, ſed æquitas auxilium aliquod dictat, ex offi-
cio Iudex flagiranti ſubuenire debet, *Bartol. l. illicitas in princ. ff. de Offic. Præſid. Guid. Pap. dec. 362. n. 2.* 52

Ego autem ſupradicta argumenta non admitto; Nam quicquid dicat *Kellemb.* exiſtimo, quod ſit, diſtinguendum, in propoſito caſu, vtrum immineat periculum dilapidationis, necnè; ſi imminet dilapidationis periculum, *Kellemb.* opinionem recipio, ſi non imminet, illam renuo, quod probo & ratione, & auctoritate.

Auctoritate per *tex. in l. in omnibus, ff. de iudic. & l. inter omnes, ff. qui ſatiſd. cogantur*, vbi, quod debitor contractus non tenetur cautionem præſtare, niſi de dilapidatione, vel diſſipatione eſſet ſuſpicio, *Bartol. in l. in omnibus*, ponderans verba textus, *Iuſta cauſa*, ibi, 53
cauſam iuſtam intelligo ſi debitor eſt ſuſpectus, quo caſu, ſine in contractibus bona fidei, ſiue ſtricti iuris poteſt peti cautio, quem ſequuntur; *Addens ad eundem liter. C.* & benè explicant *Gomez. tom. 2. variar. cap. 11. nu. 37. verſ. non obſtant etiam iura, Gomez. ad ll. Taur. 40. num. 78. circa medium, Mol. de Hiſp. Primog. lib. 1. cap. 15. nu. 3 Cancer. var. lib. 1. cap. 2. num. 130.* vbi afferit, ſe ita iudicaſſe.

Ratione: Nam contractus ſunt ſtricti iuris, & in eis fit ſtrictior interpretatio, cum apertiùs diſponens ſibi potuerit prouidere *l. quicquid 99. ff. de verb. oblig.* 54
Gomez. Cancer. & Molin. locis alleg.

Hinc videmus, quod, in ſimilibus terminis, licet cautio Mutiana poſſet præſtari in relictis ſub conditione negatiua, tamen, quando conditio eſt in contra- 55
ctu appoſita, non admittitur, latè *Gomez. tom. 2. var. cap. 11. nu. 37. Pycchard. § ſi quis ità num. 9 Inſtit. tit. de* 56
verb. oblig. Capon. de ſtipul. diſp. 7. nu. 40. 41.

Vltrà quod renunciatarius, in caſu præſenti, dici non poteſt debitor, quia ſub conditione tenetur, vt *in l. debitor, ff. de verb. ſignif.* proptereà ab eo peti non 57
poteſt fideiuſſio, vt accidit in fideiuſſore euictionis, qui, cum ſit obligatus, quatenus euictio contingat, non poteſt principalem adſtringere, vt à fideiuſſione eum liberet, *Gaill. pract. obſeru lib. 2. obſeru. 29. num. 6.* 58
Afflict. dec. 41. nu. 24. Maur. de fideiuſſ. ſeſſ. 5. cap. 3 num. 39. Rip. obſeru. 353. & obſer. 35. Fenzon. ad ſtat. vrb. cap. 157. nu. 4. lib. 1. Rot. apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 105. num. 2. licet regulariter fideiubens pro alio, quando diù ſtetit in obligatione, poſſit cogere principalem debitorem ad ſe ab obligatione eximendum, vt habemus, ex citatis auctoribus, quibus addo *Ma-* 59
gon. dec. Luc. 6. num. 9. Buratt. dec. 401. eum add. Barboſ. in cap. eum pro quo de fideiuſſ. Reuerter. dec. 499. per tot.

Hiſce rationibus addi poteſt, quod in huiuſmodi materia cautionis præſtandæ à debitore obligato ſub conditione, ea eſt approbata limitatio, vt locum non habeat cautio allegata, quando pater eſt obligatus reſtituere filijs, vel alijs deſcendentibus, latè *Cancer. var. par. 1. cap. 2. num. 130. Tondut. Sanleger.* 60
quæſt. ciuil. 70. num. 2. Ludouic. Bell. conſ. 106. numer. 7. Add. ad Reuerter. dec. 310. per tot. Vel ſi frater ſit obligatus reſtituere alteri fratri de mandato parentis, vt *Fuſar. quæſt. 115. num. 11. Cancer. vbi ſuprà num. 130.* 61
Molin. d. tit. 15. num. 31. & ſeqq. Tondut. d. reſol. 70. nu. 4. Rot. dec. 168. num. 9. par. 5. rec. Sed ſic eſt, quod huiuſmodi renunciationes fiunt, vt plurimum, à fæmellis, vel maſculis, ad fauorem parentum, vel fratrum, meritò inter haſce perſonas ità ſanguine coniunctas, non eſt petenda ſupradicta cautio fideiuſſoria.

Neque obſtant in contrarium adducta, quod, ſcilicet, eadem ratio, militare debeat in teſtamentis, ac in contractibus; Quia, vt reſpondent *Cancer. & Gomez.* locis relatis, fauore vltimæ voluntatis id fuit ſpecialiter à iure approbatum, non verò fauore contractuum, in quibus potiùs eſt denegata petitio huius 62
remedij

remedij absque causa per iura supra allegata.

Nec turbat *textus in d.l. si tutela 3.ff.de tutel.& rat. distract.* quia, vel potest responderi, quod huiusmodi textus loquitur de debitore incerto, ratione quantitatis, sed certo ratione debiti, ibi, *incerto hoc quantum ab aduersarijs debeatur*. Ob id, cum creditum non sit in suspenso, benè potest peti cautio, vt, liquidato eredito, soluatur. Secùs, vt in casu nostro, quando creditum est conditionale, & incertum.

Vel si huiusmodi solutio non placet; Nam *Bartol.*
63 & alij scribentes, nec non ipsamet *gloss.* in figuratione
casus loquuntur de obligato sub conditione; potest
responderi, quod ille textus concordat cum alijs supra allegatis *l.in omnibus,ff.de iudic.& l.inter omnes, ff.qui satisd.cog.* vt, scilicet, peti possit causa iusta interueniente; nam dicit textus, *arbitratu iudicis cauendum*, idest si iudici videbitur, inesse causa legitima.

Et pariter non resistit, quod saltem ex benignitate, si non lege expressa, iudex debet decernere hanc cautionem ad fauorem renunciantis sub conditione; quia, si, vt suprà vidimus, potest peti cautio, quando inest probabilis dilapidationis timor, sufficit, vt eo, casu, iudex suam interponat æquitatē pro renuncian-
64 te, *Cancer.var.par.1.cap.2.n.129.Castill.quot.contr.cap.
176.num.14.lib.5.* non verò ad id faciendum cogi potest, nulla causa interueniente.

Tandem pro Coronide huius Capituli est animaduertendum, quod, licet nonnulli ex nostris interpretibus affirment huiusmodi cautionem præstandam, ab obligatis restituere sub conditione, ab aula recessisse,
65 nec in praxi ampliùs esse admissam, vt *Peregr. art.
40.num.14.in fine, Cyriac.controu.282.nu.34. Bell.cons. 106.nu.7.Gratian.discept.822.nu.2. Moliu. de Hispan. primog. d.cap.15.num.35. Censal. ad Peregrin. loco citato versic. ex his tamen in principio, Vincent. de Franch.dec.627.num.5. Rot. decis.193.numer.3.par.6. recent.*

Nihilominùs alij probant contrarium, inter quos *Merlin.de Legit.lib.3.tom.1.quæst.15. num.3.* vbi testatur, ità se patrocinante fuisse obseruatum Foriliuij,
66 *Fontanell.dec.156.num.15.* vbi de Practica Regni Ca-
thaloniæ *Rot. dec. 168. par.5. rec. Castill.controu. 176. num.16.vers.cur enim*, ibi, *cur enim stare, aut in vsu forensi seruari, & practicari prohibetur id quod nullo iure nullauè lege prohibitum, aut alteratum inuenit?* Et præcipuè vbi agitur de bonis mobilibus *Rot. dec.193. par.6.rec.Sauleger.d.quæst. Ciuil.70. num.8.*

CAPVT XIX.

Renuncians successioni, an legitimam habere possit. Plura afferuntur pro vtraque opinione argumenta, & auctoritates; Et tandem firmatur conclusio, quod in renunciatione generali compræhenditur legitima, præcipuè, quando ex coniecturis apparet, de voluntate renunciantis, & quæ sint tales coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non cadit in renunciatione nulla, & non facta cum iuramento, si agitur de hæreditate vnius ex paciscentibus, vel cum consensu Domini, si de bonis tertij.*

2 *Renuncians successioni non potest agere ad legitimam.*

3 *Iuramentum in renunciatione appositum facit valere renunciationem, etiam quoad legitimam.*

4 *Tex.in cap.quamuis pactum de Pact.in 6.disponens, quod ad nulla bona paterna habeat regressum compræhendit legitimam.*

5 *Legitima est portio successionis, quæ debetur ab intestato.*

6 *Legitima ei non debetur, qui nullam ab intestato partem prætendere potest.*

7 *Qui sunt ab intestato exclusi legitimam petere non possunt.*

8 *Exclusus à statuto legitimam non prætendit.*

9 *Qui repudiat hæreditatem non potest legitimam retinere.*

10 *Exclusus à successione non generaliter, sed certo modo, potest legitimam consequi.*

11 *Exclusa à successione, non consequitur legitimam.*

12 *Aliquando in iure eis datur legitima, qui succedere non possunt.*

13 *Renunciatio generalis compræhendit legitimam.*

14 *Legitima non est necesse, vt nominatim, & specialiter renuncietur.*

15 *Iuramentum habet vim specificæ expressionis.*

16 *Iuramentum in fine positum extenditur ad omnia capitula instrumenti.*

17 *In toto pars continetur.*

18 *Filius exclusus à successione per pactum non potest testamentum impugnare.*

19 *Patre viuente, filia nulla debetur legitima.*

20 *Contrà, quod filius, qui renunciauit successiani consequatur legitimam.*

21 *Generalis renunciatio legitimam non compræhendit.*

22 *Iuramentum non efficit, vt dispositio trahatur ad incogitata.*

23 *Iuramentum extenditur ad id, ad quod extenditur renunciatio.*

24 *Iuramentum vim habet clausulæ specificatæ.*

25 *Limita quando lex requirit pro forma.*

26 *Opinio, quod in generali renunciatione legitima compræhendatur est magis communis.*

27 *Tex.in l.si quando, §.generaliter, C.de inoff. testam. explicatur.*

28 *Valet renunciatio legitimæ etiam in genere, & absque certa expressione.*

29 *Siue fiat renunciatio fauore patris adhibito iuramento.*

30 *Siue de renunciatione successionis facta alicui de hæreditate tertij.*

31 *Quod procedit, quando verisimiliter possit coniecturari de legitima fuisse cogitatum.*

32 *In hæreditate compræhenditur legitima; sicuti in bonis; ideoque renunciat hæreditati, & successioni vel bonis, dicitur renunciare legitimæ.*

33 *Censetur legitimæ renunciatum, quando renunciatum fuit omnibus iuribus.*

34 *Renunciatio de hæreditate tertij valet tantum cum eius consensu.*

SVppono in præsenti quæstione, quod renunciatio sit inualida, secundum præcepta, de quibus in Capitul. præcedentibus, videlicet, si renunciatio facta sit de hæreditate alterius ex paciscentibus, & iuramentum interuenerit; Si, verò, pactum sit initum inter duos de hæreditate tertij viuentis, tale pactum

ſit roboratum conſenſu illius, de cuius hæreditate
agitur; alias enim, quando pacta renunciatiua ſucceſ-
1 ſionis non fiunt eo modo, quo ſuprà, certum eſt,
quod ſunt nulla, & non poſſunt legitimam compræ-
hendere, nedùm ex cauſis de quibus fuit, lato calamo
diſputatum in cap. 1. huius libri; ſed etiam ex textu
rotundo in l. ſi quando 35. §. illud etiam, ff. de inoff. te-
ſtam. & latè proſequitur Merl. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt.
25. numer. 7. 8 Gallerac. de renunc. tit. 47. cent. 1. tom. 2
numer. 16. Peregr.n. de fideic. art. 36. num. 79. cum ſi-
milibus.

Hoc, igitur, ſuppoſito, reſolutiuè procedendo, exi-
ſtimo, quod renuncians ſucceſſioni, non poſſit ad le-
gitimam agere, argumento text. in cap. quamuis pa-
2 ctum de Pact. in 6. vbi Couarr. 3. par. §. 3. num. 3. Bald. in
l. ſi quando, §. illud, & ibi etiam Iaſ. ff. de Inoff. teſtam.
Dec. conſ. 26. & conſ. 118. Tiraquell. l. ſi vnquam in prin-
cipio num. 144. ff. de renoc. donat. Menoch. conſ. 71. num.
24. Roland. à Vall. conſ. 99. num. 19. vol. 4. Riminald. Iun.
conſ. 164. num. 20. Seraphin. de Priuil. iuram. priuil. 70.
num. 11. Facchin. lib. 3. contr. cap. 25. Cucch. de legit. ver-
bo legitima nullum grauamen num. 55. & ſeqq. Merlin.
eod. tract. d. lib. 3. tit. 2. quæſt. 25. num. 55. & ſeqq. Mal-
uaſ. conſ 89. num. 23 Burſatt. conſ. 249. num 62. & conſ.
248. num. 16. Decian. conſ. 6. num. 45. lib. 1. Anton. Fab.
de error. pragm. decad. 12. error. 5. num. 6. 7. & probant
pariter nonnulli relati per Chriſtin. dec. Belgic. 249. nu.
2. vol. 1. & dicit ita ſeruari de iure Bauario, Gaſpar.
Manſ. de teſtam. valido, vel inual. tit. 12. quæſt. 48. num.
13. cum alijs plenè cumulatis per Gallerat. de renunc.
d. tit. 47. num. 5. in fine, & melius num. 16. verſ. verum ſi,
vbi, ſi huiuſmodi renunciationi, aut pacto acceſſerit
iuramentum, iuſiurandi religio operabitur, vt va-
3 leat, & filius ita renuncians excludetur etiam à legi-
tima, & eius ſupplemento, Hartm. Piſtor. lib. 4
quæſt. iur. quæſt. 6. num. 15. Peregr. de Fideic. art. 36.
numer. 79. Altograd. conſ. 42. num. 35. 36. vol. 2. Barz.
dec 103.

Quæ ſententia probatur, ex clara diſpoſitione tex.
d. cap. quamuis pactum, ibi enim dicitur, filiam renun-
ciantem nullum ad bona paterna regreſſum habere,
nec non pactum omnino ſeruari debere, quæ verba
tam vniuerſalia, & præciſa, ſatis clarè demonſtrant,
filiam renunciantem ab omni ſucceſſione excluſam
eſſe, & ab hæreditate paterna, neque legitimam, neq;
quamcumque aliam portionem deducere poſſe, alias,
enim, diceretur habere regreſſum ad bona paterna,
4 contrà textum expreſſum, ac pactum non omninò
ſeruaretur, vt optimè Hart. Piſt. vbi ſup. verſ. probatur
autem, & Maluaſ. alleg conſ. 89. num. 21. 22.

Prætetea legitima nil aliud eſt, quam portio ſuc-
5 ceſſionis eius, quod debetur ab inteſtato, l. Papinia-
nus, §. quoniam, & l. cum quæritur, C. de inoff. teſtam.
Cephal. conſ 5. nu. 43. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 1. qu.
13. art. 21. nu. 4. Bellon. Iun. conſ. 54. nu. 1. Giouagn. conſ.
96. nu. 12. lib. 1. Buccaferr. conſ. 32. num. 37. Si, igitur, re-
nuncians, ob renunciationem nullam partem ab inte-
ſtato eſt habiturus, legitimam non habebit; Nam ei
non debetur, qui nullam ab inteſtato partem præten-
6 dere poteſt, Menoch. conſ. 154. nu 8. & conſ. 280. nu. 2.
Bellon. Iun. conſ. 45. nu. 2. Becc. conſ. 107. lib. 7. Surd. conſ.
427. nu. 28. Cyriac. contr 6. nu. 13. 14 & contr. 243. nu.
38. Rot. dec. 35. nu. 12. par. 8. rec.

Semper, enim, eſt vera regula, vt qui ab inteſtato
7 ſunt excluſi, legitimam petere non poſſint l. poſthu-
mus, §. ſi quis ex rebus, ff. de inoff. teſt. l. cum quæritur,
& l. parentibus, C. eodem tit l. maximum vitium, §. cum
enim, C. de liber. & poſth. Toto, igitur, ſuccedendi iure
ſublato, pars etiã, vt tollatur, neceſſe eſt, vt concludit
8 Piſt cit. loco antè n. 17. Et propterea à ſtatuto excluſus
legitimam non prætendit Rot. dec. 9. nu. 1. par. 6. rec.

Conſentaneum, igitur, eſt, vt proſequitur idem Piſt.
quod renuncians, neque legitimam petere poſſit, ſi
cut, & ille, qui repudiat hæreditatem, legitimam reti
nere non valet, Fachin. lib. 4 conc. cap. 65. Grat. diſcept. 9
249. nu. 3. Cyriac. contr. 402. nu. 31. Hodiern. lib. 1. contr.
cap 8 num. 66. Redenaſc. conſ. 78. num. 42. Cenall. Com.
contrà com. quæſt. 701. num. 8. Trentac. de ſubſtit. par. 1.
cap. 9. nu. 13. Peregr. dec. 49. nu. 7. & conſ. 21 nu. 5. lib 1.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 296. num. 70. Mart. ſumm. ſucceſſ.
leg. par. 1. quæſt. 25. art. 6. Rot. dec. 15. nu. 14. par. 4. tom.
2. rec.

Et licet aliqui præcipuè Buttigl. in l. ſtipulatio hoc
modo, ff. de verb oblig. relatus ab Hartm. Piſt d. loco nu.
19. floccipendendam eſſe exiſtiment huiuſmodi ra-
tionem, aſſerentes quod concluſio, in qua habetur 10
eum, qui non ſuccedit, legitimam petere non poſſe,
tantum locum habet in eo, qui ſimpliciter, & genera-
liter non eſt ſucceſſurus, ſecus in eo, qui tantum, cer-
to modo, non eſt ſucceſſurus, innuentes per renuncia-
tionem non ſimpliciter, quem a ſucceſſione excludi,
ſed percepta demum legitima ad exemplum eius,
quod multi autumant, filiam quæ à ſtatuto excluſa
eſt, a ſucceſſione, legitimam petere poſſe.

Id tamẽ, vt optimè, de more cõſiderat Piſt. vbi ſup.
non reſiſtit concluſioni allegatæ; nã ſupponunt, quod
renunciatio non ſit facta generaliter, ſed cum tacita
reſeruatione portionis legitimæ; Hoc autem ſuppo-
ſitum, non ſolum eſt, id de quo quæritur, ſed immo eſt
falſum ex verbis d. cap. quamuis.

Neque exemplum ſtatuti excludentis fęminas me-
retur allegari; nam veritas potiùs eſt in contrarium;
ſcilicet, quod excluſa à ſucceſſione legitimam petere
non poſſit, vt tenent vltra, Tiraquell. & alios relatos 11
a Piſtor. vbi ſuprà num. 18. Honded. conſ. 10. num. 11. &
12. vol. 1. Surd. conſ. 401. num. 23. Gratian. diſcept. 496.
num. 41. Cyriac. contr. for. 366. num. 7. Crinell. dec. Do-
lan. 53. num. 4. Lepid. dec. Luc. vltima verſ. nec aliquam,
Rot. coram Gregor. dec. 135. num. 7. & dec. 9. num. 2. par.
6. rec.

Et ſimiliter non reſiſtit obiectum aliquorum, quod
dantur, in iure, aliqui caſus, in quibus legitima etiam
ijs debetur, qui non poſſunt ab inteſtato ſuccedere,
vt in l. ſi arrogatur, ff. de adopt. in auth. ſi qua mulier, C. 12
de Sacroſ. Eccleſ. & l. quiſquis, § filia. ff. ad leg. Iul. Ma-
ieſt. & l. ſed cum patrono, ff. de bonor. poſſ. ex quo patet,
hoc non eſſe perpetuum; Namque in omnibus illis
caſibus, ideò legitima poteſt peti, quia perſonæ illæ
non ſimpliciter a ſucceſſione excluduntur, ſed legiti-
ma eis expreſsè fuit reſeruata, propterea non impe-
dit, quò minùs generaliter verum maneat, quod illi,
qui ſimpliciter abſque vlla legitimæ reſeruatione ex-
cludantur, illam petere nequeant.

Quinimò ex hoc ipſo, quod legitima, in illis caſi-
bus, expreſsè reſeruatur, (proſequitur ſæpè citatus
Hartm.) liquido apparet eos non penitus ab omni
ſuccedendi iure excluſos eſſe, ſed id ſaltem quoad le-
gitimam competere; Non igitur illi caſus quicquam
faciunt ad propoſitum, vbi renunciantem ſuccedere
planè non poſſe, iam probatum eſt, & firmum atque
ſolidum manet argumentum noſtrum &c.

Et ex hoc diſcurſu putat idemmet Hartm. Piſt.
ſatis apertè probaſſe, quod renunciatio generalis
compræhendat legitimam; nec ſufficiat, quod de ea
in renunciatione ſit facta ſpecialiter mentio; ve-
rum, quia concluſio eſt apud Doctores admodum 13
controuerſa, de ea aliquid, licet breuiter attinga-
mus.

Sunt igitur nonnulli, qui putant cum Hartm. Piſt.
quod in renunciatione generali legitima compræ- 14
hendatur, & præcipuè hanc probant allati per Cucch.
de legit. verſ. legitima nullum grauamen nu. 48. plures
adducit,

adducit *Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil.70. num.11.*
& ſeqq. & optimis rationibus hanc opinionem de-
fendit *Merlin.de Legit. lib.3. tit.2. quæſt. 26. num. 10.*
11. & 12. Menoch. conſ.71.nu.5.6. Barz. alios allegans
deciſ. 103. num.21. Ludouic. dec. Luc. 28. num.71. 72.
Riminald.Iun. conſ.164.num.21.22. Altograd.d.conſil.
42. num.15.16. tom.2. cum alijs de quibus per *Galler.*
de renunc. tit.47. cent.1. num.8. verſic. Contrarium ta-
men, tom.2. Fachin. controu. Iur. lib.3. cap.25. Anton.
Fab.de Err. Pragm. error.5. decad.12. num.6.7. Rot. in
Ceſenaten. Dotis 11. February 1669. coram R. P. D. Ca-
lataiñ deciſ 68. nu.6 poſt Tractatum.

Nonnulli iuramento tribuunt hoc priuilegium, vt
Gallerat.de Renunc.d.loco num.3. circa finem, & alios
de quibus per *Seraphin. vbi ſuprà num. 11. Merlin. de*
15 *Legit.d.cap.26.num.14. Barz. dec.103. num.23.* Nam
regulariter iuramentum habet vim ſpecialis expreſ-
ſionis, idem *Seraphin.d.priuil.71.in princ. Merlin. d.lo-*
co, num.14. vbi, quòd opinio caret omni dubio, quan-
do iuramentum concurrit in renunciatione, quia il-
lud habet vim ſpecialis expreſſionis; & habetur, ac
ſi de ea facta eſſet mentio, vel ſaltem quod cenſeatur
16 de ea in genere cogitatum, etiamſi generaliter, &
ſimpliciter iuramentum ſit appoſitum, & in fine in-
ſtrumenti, eo quia iuramentum in fine poſitum ex-
tenditur ad omnia capitula inſtrumenti, *Giurb. dec.*
Sicil.45. num.8. Penn.dec 923.num.5.

Alij, tamen meliùs, eo vtuntur argumento, de quo
ſuprà, quòd legitima eſt pars ſucceſſionis ab inteſta-
17 to, in toto autem pars continetur, *cap.in toto de Reg.*
Iur. in 6. ergo in renunciatione ſucceſſionis totius
continetur etiam hæc pars, nempè legitima, *Fachin.*
d.cap.24 verſ. Probatur hæc ſententia, idem *Gallerat.*
vbi ſupra num.8. verſ. Pro hac ſententia, vbi allegat
Gutierez d.cap.quamuis pactum, verſic.omninò, num.6.
Altogr.d.conſil.42.num.35. Menoch.conſ.71, num. 6.7.
vbi citat *Bartol.* & alios aſſerentes, quod, ſi filius ex-
cluſus ſit à ſucceſſione patris, ex pacto inito, non po-
18 terit deinde præteritus à patre ipſo teſtamentum im-
pugnare, quod equidem poſſet facere, ſi ei legitima
deberetur.

Conſiderant etiam nonnulli, quòd tunc filius nul-
lum ius in ea legitima habet; nam, patre viuente,
filio non debetur legitima, *l. 1. §. ſi impuberi, ff. de*
collat. bonor. Non igitur mirum ſi à iure quærendo,
ita facilè excluditur, & ſi, patre viuente, conſiderari
19 poteſt aliqua legitima filij, illa dicitur vnita ipſi pa-
trimonio, quo fit, vt filius ſimpliciter renunciando
bonis, & hæreditati patris, excludatur etiam a legi-
tima ipſa, *Baccon. l.Gallus, §. & quid ſi tantum, n.168.*
de liber. & poſth. quem ſequitur *Menoch. vbi ſuprà*
20 *num.7.8. Bellon. Iun. de Iure accreſc. cap.6. qu.8.n.22.*
Altograd.d.conſ.42.num 96. qui alios citat.

Contrariam nihilominùs, opinionem alij ample-
21 ctuntur, & præcipuè *Cucch.de legit. d. §.nullum grauā-*
men admittit, num.50. & alij allati per *Seraph. de Pri-*
uil. Iuram. d.cap.70. num. 10. & latiùs *num.12. & 13.*
vbi allegat, præ cæteris, *Grammatic. dec.57. num.26.*
& dec.101.num.5. Boer.dec.3.num.9. Guid.Pap.qu.427.
Anton.Fab. de Error. Pragm. decad.12. error.3.nu.5.6.
Cald.ad tit. Inſtit. de inoff. teſtam. §. Sed hæc, num. 33.
verſ. Quod adeo, Chriſtin.dec. Belgic.249.num.1. & ſeqq.
tom. 1. Gaſp. Manſ. de Teſtam. val. vel inual. ex parte
legit.tit.12.quæſt.49.num.12. Altograd.conſ.95. nu.75.
lib.1. Hodiern.in l.hac edictali quæſt. 11. num.114. Cald.
conſ.7.num.32 verſic. Quemadmodum, & conſ.50. nu.4.
verſ. Nam legitimæ, Durnn.dec.146.nu.35. Gregor.dec.
568. num.4. per integram columnam citat *Gallerat.d.*
cap. num.6. quibus addo, *Donad. de Renunc. tom. 1.*
cap.4 num.5.6. & fundatur in textu *in l. ſi quando, §.*
& generaliter, ibi, *niſi hoc ſpecialiter, ff. de inoff. teſtam.*
vbi, quòd generalis renunciatio legitimam non com- 22
præhendit.

Nec reſiſtere, aiunt, iuramentum; Nam efficacio-
rem quidem reddit actum, vel contractum, ſuper quo
apponitur, non tamen extendendi poteſtatem habe-
re dicendum eſt, & ad incogitata diſpoſitionem tra-
hendi, & latiùs *Seraph. vbi ſuprà num. 13.* quòd, 23
quamuis iuramentum faciat valere actum, omni me-
liori modo, quo poteſt, non tamen operatur, vt ad
id extendi poſſit, de quo ſpecialis mentio fieri debet.

Item addit, quòd ſimplex renunciatio generalis
non compræhendit legitimam, ex textu claro *in l. ſi* 24
quando, §. generaliter, C. de inoff. teſtam. ergo nec iu-
ramentum in eo appoſitum, quia ad eos tantùm caſus
extenditur, ad quos ipſa renunciatio, &c. & iuramen-
tum non trahitur ad incognita *Rot. deciſ. 420. num.5.*
parte 4. recent.

Alia etiam afferri ſolet ratio, quòd ſpecialis renun-
ciatio circa legitimam exigitur pro forma, & proin-
de non ſufficiat generalis renunciatio cum iuramen-
to: quamuis enim iuramentum vim habeat clauſulæ
ſpecificatæ, *l.cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2.* 25
tamen illud procedit, niſi lex requirat pro forma
actum ſpecificari; quia, tunc iuramentum non ſup-
plet formam, ideo, cum *tex. d. §. generaliter*, diſpo- 26
nat, quod ſpecialiter ſit renunciandum legitimæ,
meritò, &c.

Prima opinio, quæ communis eſt, mihi videtur
magis tuta, & ad argumentum, de quo ſupra, quod
iuramentum nullum poſſit validitatis gradum tribue-
re renunciationi, quia non extenditur ad incogitata, 27
& alijs de cauſis ſimilibus, reſponderem cum *Hartm.*
Piſt. d.loco num.18. verſ. quo ſtante; quod renunciatio
ex rationibus in prima opinione adductis, ſubſiſtit,
per ſe abſque efficacia iuramenti conſiderata, ſcilicet,
quia renuncians cum ſit ab omni ſuccedendi iure ex-
cluſus non poſſit legitimam conſequi; Iuramentum
verò, tantum robur, ac vim addit renunciationi, cam
autem, vltrà quam natura eius ferat, minimè ex-
tendit.

Ad *text.* verò, *d. l. ſi quando, §. & generaliter, C. de*
inoff. teſtam. reſpondet *Didac.* allatus à *Piſt. vbi ſuprà*, 28
ibi non agi de pacto renunciationis hæreditatis, ſed
de ſecuritate facta, per filium, qua cauerat ſe lega-
tum à patre relictum accepiſſe, non reſeruata peti-
tione reſidui, quæ quidem cautio a generali hæredi-
tatis renunciatione plurimum differt.

Quapropter eſt concludendum, quod valeat renun-
ciatio generalis, & legitimam compræhendat etiam 29
abſque certa expreſſione ſiue loquamur in caſu,
quod quis in manibus patris renunciet ad fauorem
ipſiuſmet patris, adhibito tamen iuramento *Maluaſ.* 30
conſ.89.num.23. Cucch.de legit. vbi ſupra numer.35. &
ſeqq. Merlin.d.lib.3.tit.2 quæſt.25.num.12. & ſeqq. Me-
noch.conſ.71.num.5. Gallerat. vbi ſuprà num. 16. verſ.
verum; Siuè de renunciatione ſucceſſionis facta alicui
de hæreditate tertij, accedente conſenſu illius, de cu-
ius agitur hæreditate, non verò, abſque conſenſu
Cucch.loc.cit.nu.55. & ſeqq. Merlin.nu.15 16. Gallerat. 31
d.nu.16. verſ. ceterum legitima num.182.

Ea verò, de quibus ſupra mentionem fecimus, ſcili-
cet, quod generalis renunciatio legitimam compræ-
hendat, ſunt temperanda, & intelligenda, ſecundum
Seraphin. vbi ſup. num. 17. dummodò veriſimiliter poſ-
ſit coniecturari, aliquo modo, de legitima fuiſſe co- 32
gitatum, quam etiam limitationem probat, *Gallerat.*
vbi ſup. num.7. & ſeqq. Merl.de Legit. d. tit.2. quæſt.26.
num.15.16. Menoch. conſ.71. num. 11. 12. neque eam
omninò excludit *Hartm. Piſt. vbi ſuprà nu.19. verſ. da-*
to prætereà.

Proptereà ait *Seraphin. vbi ſuprà num.17.* quod, ſi
quis

quis renunciauit hęreditati, ſui patris, cenſetur etiam
renunciaſſe legitimæ; nam in hæreditate compræ-
henditur etiam legitima; Idem, ſi fuiſſet renunciatum
33 bonis, in quibus dicitur contineri legitimam; Vel, ſi
renunciatum fuerit toti ſubſtantiæ, vel ſucceſſioni,
vt etiam oſtendit *Gaſp. Manſ. de teſtam. val. vel inua-
lid. ex parte legit. tit. 12. quæſt. 48. num. 6.*

Alia exempla refert, *Menoch. cit. conſ. 71. num. 5.
& ſeqq.* & præcipuè *num. 11. & ſeqq.* vbi quod renun-
ciatio de omnibus bonis paternis integraliter, & ſine
diminutione legitimam comprehendit, & ſimiliter
num. 13. idem præſumi, ait, ſi dictum ſit, quod, de
cœtero, nihil plus petet de bonis, & hæreditate dicti
34 ſui patris, ac pariter de ea cenſetur cogitatum, vbi,
proteſtatione præmiſſa, fuit facta renunciatio, quòd
etiam renunciabit omnibus iuribus dicentibus, ge-
neralem renunciationem non valere, niſi ſpecialiter
& nominatim renunciauerit, & latiùs idem demon-
ſtrat; Et ſimiliter alia adducit exempla *Gallerat. vbi
ſuprà num. 11. in medio.*

Quando verò fit renunciatio hæreditatis tertij vi-
35 uentis, cum conſenſu illius, de cuius hæreditate tra-
ctatur, in tantum valent hæ renunciationes, qua-
tenus ille, qui conſenſum interpoſuit in eadem vo-
luntate perſeueret vſque ad mortem, non verò, ſi
conſenſum reuocauerit. Si quidem eo ipſo, quod
reuocatur conſenſus reſcinditur renunciatio, vt op-
timè probatur *Altograd. conſil. 42, num. 34. & ſeqq.*
& alij de quibus fecimus mentionem ſupra *cap. 4.*

CAPVT XX.

Renuncians, an poſſit agere ad ſupplementum legitimæ, quando bona poſt renunciationem ſunt aucta. Pro negatiua firmatur nonnullorum auctoritatibus, & argumenta in contrarium refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Filius, viuente patre, non poteſt illum compellere ad ſibi tradendum legitimam.*
2 *Tamen ſi pater velit, & filius conſentiat, valet talis aſſignatio.*
3 *Poteſt filius à Patre, dum viuit recipere legitimam, & renunciare ſucceſſioni.*
4 *Auctis facultatibus debetur ſupplementum, non obſtante renunciatione.*
5 *Validum eſt argumentum de legitima ad Dotem.*
6 *Dos filiæ augetur auctis facultatibus.*
7 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
8 *Renuncians non cenſetur cogitaſſe de bonis ſuperuenientibus.*
9 *Quod legitima non debeat augeri, auctis facultatibus.*
10 *Et procedit quamquam ſolutio dotis ſit dilata in tempus mortis patris.*
11 *Quando legitima non eſt aſſignata in vita, ſed debet aſſignari poſt mortem, ſi patrimonium diminuatur abſque culpa hæredis cedit damno tam hæredis, quam legitimarij.*
12 *Quando filius in vita patris accipit legitimam, & renunciauit non eſt ampliùs habendus in conſideratione, auctis facultatibus.*
13 *Nulla læſio poteſt conſiderari in dubio euentu.*
14 *Quis non debet poſtulare cuius contrarium eſſet redditurus.*
15 *Facta dotis aſſignatione in vita, patris filia, quæ renunciauit non poteſt ampliùs petere ſupplementum, licèt bona ſint aucta:*
16 *Congruitas Dotis attenditur de tempore eius Conſtitutionis.*
17 *Filius in legitima eſt debitor ad diem incertam.*
18 *Tex. in l. etiam, §. fin. ff. de Bon. libert. & l. ſi patronus, §. fin. ff. eodem, explicantur.*
19 *Tex. in l. ſi quando, §. illud, ff. de inoffic. teſtam. explicatur.*
20 *Quando renunciatio non eſt iurata, ſi augeantur facultates debet augeri legitima.*
21 *Quando à principio non fuit integrè ſoluta legitima quis poteſt petere ſupplementum, licet renunciauerit.*
22 *Et ſimiliter quis poteſt petere ſupplementum, quando adeſt enormiſſima læſio.*
23 *Quando præcipuè non conſtat renunciantes de legitima cogitaſſe.*

HVIuſmodi quæſtio; An renuncians poſſit agere
ad ſupplementum legitimæ, quando bona poſt
renunciationem ſunt aucta, diſputari ſolet, vbi filius,
ob legitimam perceptam, vel fęmina, propter dotem
habitam, renunciauit ſucceſſioni paternæ. Nam
alias, ſi renunciatio pura eſſet, & facta cum ſole-
mnitatibus neceſſarijs, nil amplius renuncians con-
ſequi poſſet, vt vidimus in antecedenti quæſtione.

Nec dubitatur, quin pater poſſit huiuſmodi con-
tractum inire cum filijs: quamuis, eo viuente, non 1
poſſit compelli ad legitimam filio tradendam *l. 1. § ſi
impuberi, ff. de collat. bona.* Si tamen patri placuerit,
& filius conſentiat, fieri poteſt aſſignatio legitimæ in
vita patris, *l. 1. §. ſi parens, ff. ſi à paren. quis fuerit ma-* 2
num. l. cum quo, § fin. ff. ad leg. falcid. & alijs adductis,
firmat, *Cancer. var. lib. 1. cap. 3. num. 22. Merlin. de Le-
git. lib. 5. tit. 3. quæſt. 1. num. 10. & quæſt. 7. num. 41. Tor-
niol. conſ. 46. numer. 2. Altograd. conſ. 8. num. 31. lib. 1.*
& ceteri plena manu, relati à *Bottigl. de renunc. cap. 2.
Theor. 47. num. 6.* Et in terminis, quod pater, dum vi-
uit, poſſit filio tradere legitimam portionem, atque
ab eo pactum recipere, de non ſuccedendo in eius
hæreditate, firmat *Pariſ. conſ. 69. num. 102. lib. 3.* quem 3
refert, & ſequitur *Gallerat. de renunc. tit. 25. num. 36.
tom. 2.*

Occaſione, igitur, huius aſſignationis, & renuncia-
tionis reſpectiuè, diſputari ſolet; An ſi, poſt factam
aſſignationem bona patris augeantur, poſſit renun-
cians proportionabiliter petere legitimæ augu-
mentum.

Alij ex Doctoribus, affirmatiuam ſententiam pro-
bant, quod, auctis facultatibus, ſupplementum de- 4
beatur, non obſtante renunciatione, ſumpto argu-
mento, à dote, ad legitimam, quod in iure validum
eſt, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 296. num. 68. Eugen. conſ. 9.* 5
num. 29. lib. 1. In dote, enim, quæ filio fuit aſſignata,
ita ſolet obſeruari, vt, ſi bona patris augeantur poſt
factam aſſignationem, ſupplementum peti poſſit
Bald. cap. cum emptor col. 7. de Conſtit. quem refert, *Gal-* 6
lerat. d. cap. 25. num. 38. idem *Bald. l. 2. & l. pactum, quod
dotali, C. de Collat. Anton. Fab. de Error. Pragmat. dec.
13. error. 5. Theſaur. quæſt. for. lib. 2. quæſt. 93. numer. 1.*
nec non *Bottigl. de ſucceſſ. Theor. 47. num. 11. & ſeqq.*
vbi *per tot. cap.* plura oſtendit argumenta, iudicio
ſuo, fortiſſima & indubitata, & ſic etiam firmauit
*Rota in Rauennat. Legitimæ 2. Martij 1668. cor. R. P. D.
Ottal. deciſ. 134. nu. 1. poſt tract.*

Nec iuramentum obſtare dicunt; quoniam ſemper
intelligitur, rebus ſic ſtantibus, *l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* 7
cap. breui de Iureiur. Neque iuramentum extendi de-
bet ad incogitata, maximè, ad facultates ſuperue-
nientes

nientes, de quibus non censetur renuncians cogitasse
8 *Tiraquell. l. si vnquam in præfat. C. de renoc. donat. num.48.*

Contrariam epinionem, vti veriorem, defendunt
9 *Bald.* sibi contrarius *l. quamuis in fine, C. de inoff. testam.* & alij citati à *Didac. in cap. quamuis num. 2. par. 3. §. 1.* vbi etiam *Gutier. verbo à filia num. 11. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 79. & seqq. Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 6. num. 30. Vinc. de Franc. dec. 133. nu. 8. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cent. 2. cas. 149. num. 15. Petr. de Fideic quæst. 15. num. 131. Paseth. cons. 205. per tot. Pappon. Arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 1.* vbi ait, *vers. nonnulli*, quod procedit opinio, quamquam solutio dotis sit
10 dilata in tempus mortis patris. (Sed de hac conclusione dubitarem; Siquidem, casu quo legitima non sit assignata in vita, sed debeat assignari post mortem, si patrimonium diminuatur, absque culpa hæredis, non tantum cedit damno illius, sed etiam quota eedit damno Legitimarij), sicuti augumentum accrescit com-
11 modo vtriusque *Peregrin. de Fideic. art. 36. numer. 13. Rot. dec. 602. num. 6. par. 3. & dec. 475. num. 1. par. 4. rec.* & fuit dictum in *Romana Legitimæ* 10. *Iunij* 1664. *coram Eminentiss. D. Card. Cerro dec. 102. nu. 4. post tract.*) & idem probant *Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 93. num. 2.* & latius *num. 10.* vbi, præ ceteris, allegat, *Lap. in cap. per vestras in textu, §. 2. 3. num. 3. pag. 154.* qui, ait, filium non posse agere, auctis facultatibus, si aliquo recepto cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ, & illam esse veram, & magis communem opinionem, & quod talis sententia sit verior, & de consuetudine obseruata, *Decian. cons. 6. num. 45. & seqq.* Et pro hac opinione iudicauit Senatus Pedemont: vt refert *Thesaur. vbi suprà num. 10. in medio*, & quod sit tutior, & communis testatur etiam *Cancer. variar. lib. 1. cap. 4 de legit. numer. 25. Crass. sentent. §. legitima quæst. 13. vers. contrarium, Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, verb. in eodem numer. 120. de testam. Cod. Fabr. lib. 2. tit. 3. de Pact. defin. 21. Peregr. de Fideic. art. 36. num. 29. Cancer. lib. 3. cap. 15. num. 66.* ibi. *Estque ratio, quia, vbi filius in vita patris accepit legitimam, & renunciationem cum iura-*
12 *mento fecit, non est amplius in consideratione: An postcà augeantur patris facultates, vel diminuantur; quia ex eo tempore habetur pro excluso ab hæreditate patris, adeò vt, pater, eum in testamento præterire possit*, idemque sentit *Iul. Capon. de Pact. quæst. 57. numer. 6. Merlin. de Legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. num. 10. Amat. var. resol. resol. 23. num. 6. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 13. gloss. 14 num. 3. Mangil. de imput. quæst. 54. Castill. de vsuf. cap. 54. nu. 13.* & alij de quibus fit mentio per *Bottigl. d. theor. 47. num. 1. vers. quorum sententia.*

Et hæc opinio, in eo fũdatur, quod bona ità possũt minui, sicut augeri, & ob id propter dubium euentum non potest considerari aliqua læsio, *l. de fidei-*
13 *commisso, C. de transact.* benè, *Gallerat. vbi suprà, Capon. de Pact. d. quæst. 57. num. 6.* vbi, quod, sicuti, facultatibus diminutis, filius non cogitur restituere par-
14 tem legitimæ sibi assignatæ, ità, auctis facultatibus, non est audiendus, petendo supplementum, nec debet quis postulare, cuius contrarium non esset redditurus *l. si ea lege, C. de vsur l. penult. C. de solut.*

Qua firmata opinione, non valet obijcere, quod iuramentum debet intelligi, rebus sic stantibus, & quod non extendatur ad ius superueniens, & incogitatum; Nam renuncians propter repræsentationem legitimæ, quæ sibi datur antè tempus, censetur cogitasse de augumento ac diminutione facultatum; nec non de dubio euentu, super quo conuentum fuit, vt benè *Gallerat. vbi suprà numer. 38. in fine.*

Nec exemplum dotis est allegandum; quia potiùs magis communis opinio est in contrarium, quod, fa-
cta dotis assignatione in vita patris, filia, quæ renun- 15
ciauit, non potest ampliùs, eo defuncto petere supplementum, licèt bona sint aucta, vt tenet *Paseth. cons. 205. per tot. Cephal. consil. 265. num. 13. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 24. nu. 14. Fontanell. de Pact. nupt. tom. 2. claus. 9. gloss. vnic. par. 1. num. 18. Anton. de Amat. lib. 1. var. cap. 23. num. 3. & seqq. Peregrin. de Fideic. art. 36. num. 29. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. nu. 68. Capon. de Pact. d. quæst. 57. nu. 7. Thesaur. Iun. quæst. for. 93. num. 2. 3.* & latiùs *num. 10. D. Altograd. controu. for. contr. 24. num. 13. & 14.* & alij, qui cumulari possent.

Semper, enim, verum est, quod congruitas Dotis
attenditur, de tempore eius constitutionis, & si au- 16
geantur facultates patris, non potest supplementum peti, *Dec. cons. 276. Couarr. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 7. de Pact. in 6. Merlin. de Primog. Hispan lib. 2. cap. 3. num. 29. Rot. coram Pen. dec. 478. num. 6.*

Et licèt, contra hanc communem opinionem insurgat *Bottiglier. d. Theor. 47. num. 11.* pluribus argu-
mentis, & præcipuè, quod filius in legitima est debi- 17
tor ad diem incertam, & non potest solui debitum ante diem, propterea pater non valet filio legitimam in vita assignare; tamen argumentum locum sibi vindicaret, quando, inuito filio, fieret assignatio, non verò eo consentiente, vt supra probauimus; Vnde, si communissima est omnium Doctorum opinio, quòd filius potest cum patre pacisci de renunciando hæreditati ei soluta legitima, est ponere os in Cęlum, dicere, quod huiusmodi legitimæ assignatio facta in vita à patre, filio, non subsistit.

Nec textus *in l. etiam, §. fin. ff. de bon. libert. & l. si pa-*
tronus, § fin. ff. eodem, vbi, quòd datum, vel assigna- 18
tum in vita, imputatur in legitimam; Et perindè non est dicendum, quod ei ampliùs legitima non debeatur, sed quod tantum de portione habita debeat haberi ratio, in ea calculanda, possunt contra communissimam opinionem allegari; Siquidem loquuntur in portione simpliciter habita à patre, non ea mente, vt deseruiat pro legitima, sed purè, & simpliciter, & vlteriùs ibi facta dicta assignatione, non interuenit renunciatio de bonis, & hęreditate materna, addito sacramento, vt verba textus demonstrant.

Et pariter *tex. in l. si quando, §. illud etiam, ff. de Inoff.* 19
testam. in quo tantùm se fundat *Bottigl. d. loco nu. 21.* nullius est impedimenti, quia, vt suprà vidimus, ibi non agitur de renunciatione iurata, interposita conuentione, de ampliùs non succedendo in bonis patris, sed tantum de securitate facta per filium, qua cauerat, se legatum à patre relictum accepisse, non reseruata petitione residui, & sic nec integram legitimam filius habuerat, quo casu, vt mox videbimus, datur actio ad supplementum, habito respectu, ad tempus mortis patris, non verò pacti initi, &c.

Alia argumenta adducta à *Bottigl.* videant legentes, penès ipsum, quæ tamen talia sunt, vt facillimè ex suprascriptis, & mox dicendis refellantur.

Valet, igitur, renunciatio facta à filio, recepta legitima, vel à filia, dote assignata. Nec, auctis facultatibus, possunt conqueri de inofficiosa dote, vel legitima.

Diximus, quòd valeat renunciatio iurata; aliàs enim iuramento non interposito, sicuti renunciatio est nulla, ita non habetur in consideratione portio
habita pro legitima; Et si bona sint aucta post mor- 20
tem patris, ad supplementum potest agi, tam à filia, accepta legitima, vt latè *Hartm. Pist. d. quæst. 6. nu. 30. versic. Licet aliud*, quam à filia, dote sibi assignata plenè *Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 93. num. 4. 5.* vbi latissimè, & secundùm hanc limitationem sunt intelligendi suprà relati.

Prætereà dixi, quod valeat renunciatio, accepta à filia

filia legitima, vel dote à fęmina: Siquidem conclusio suprà firmata, quod, auctis facultatibus non detur actio ad supplementum post mortem patris, est intelligenda, quando à patre fuit integra legitima assignata, habito tamen respectu ad bona patris, tempore assignationis: non verò, quando portio tradita fuisset legitima minor; quia, eo casu, cum habeatur
21 pro non assignata, si filius superuiuat patri, potest petere supplementum legitimæ, habita consideratione ad bona patris, tempore obitus, vt tenet *Trentacinq. var. lib. 1. tit. de legit. resol. 2. num. 9. Gerard. Maynard. dec. 19. num. 4. Cancer. var. lib. 1. cap. 3. num. 26. Crass. sentent. §. legitima, quæst. 13. versic. aut verò filius*, latè *Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 93. num. 11.* vbi, quòd iuxta hanc declarationem sunt intelligendi Doctores, & Decisiones Senatus; qui excludunt etiam à legitima auctis facultatibus, quando renunciatum fuit, aliquo recepto, cum iuramento; nam intelligitur, modo receperint tempore renunciationis congruam portionem: Nam tunc, auctis etiam, in immensum, facultatibus, attento iuramento, non audiretur renuncians.

22 Fallit tamen hæc conclusio, interueniente enormissima læsione, &c. & ita etiam discurrit, *Capon. de Pact. quæst. 57. in fine, Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 28. Anton. de Amat. resol. 23. num. 7. & 22. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 12. nu. 12.* plenè *Altograd. Iun. controu. 24. num. 15. Bottigl. d. Theor. 47. in fine.*

Hæc autem, cum hac moderatione sunt intelligenda, scilicet, vt locum habeant, vbi in renunciatione non adesset expressa legitimæ renunciatio, vel ex verbis ipsiusmet renunciationis non colligeretur renunciantes de legitima cogitasse, tunc enim, vt latè pro-
23 bauimus *in cap. antecedenti*, valet renunciatio etiam quoad legitimam, vt in terminis voluit etiam *Cancer. vbi suprà cap. 3. nu. 25. vers. hæc opinio, Molin. de Hisp. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 30.* & alij passim.

Vel quando tantum fuit renunciatum ob legitimam, vel propter dotem, tunc enim, si filius, vel filia renuncians sint læsi, non valet renunciatio, vt videbimus infra.

Dato verò, quod renunciatio puta sit, est valida etiam si nihil sit datum pro ea, vt pariter videbimus.

Quomodo autem sit calculandus valor bonorum ad effectum cognoscendi an adsit læsio: Vide *Rot. in d. Rauennaten. Legitimæ 2. Martij 1668. coram R.P.D. Ottalora decis. 134. post Tractat.*

CAPVT XXI.

Dotem, & alimenta, an petere possit, qui renunciauit futuræ successioni. Quoad dotem resoluitur quæstio, negatiuè, quo verò ad alimenta, affirmatiuè.

SVMMARIVM.

1 *Generalis dispositio dotem non comprehendit.*
2 *Qui renunciauit futuræ successioni, potest petere dotem.*
3 *Dos habet separatam rationem ab ipso succedendi iure.*
4 *Pater tenetur dotare filiam etiam iam maritatam.*
5 *Generalis dispositio dotem non comprehendit.*
6 *Validum est argumentum de dote ad legitimam.*
7 *Ex diuersis non fit illatio.*
8 *Renunciatio expressa de dote valet.*
9 *Mulier, quæ cum iuramento promisit non reuocare alienationem rei dotalis, sibi præiudicat.*
10 *Causa dotis respicit primariò priuatam vtilitatem, secundariò respicit publicam.*
11 *Iuramentum valet, super rebus respicientibus priuatam vtilitatem primariò, licet secundariò publicam respiciat.*
12 *Alimentis quis non potest renunciare per generalem renunciationem.*
13 *Neque per specialem, & expressam.*
14 *Super alimentis fieri non potest transactio.*
15 *Iuramentum, quod continet iniquitatem, non est seruandum.*
16 *Quod dictum est, vt quis non possit alimentis renunciare, intelligitur quando non habet aliundè alimenta.*
17 *Dos succedit loco legitimæ.*
18 *Dos ab alimentis plurimum differt.*
19 *Alimenta peti possunt ab eo, qui dotem renunciauit.*

FAcilis est resolutio huius quæstionis; nam, quoad dotem, certum est, quòd in generali renunciatione non censetur comprehensa; Generalis, enim, di- 1
spositio dotem non comprehendit, *Cyriac. controu. 295. Tondut. Sanleg. quæst. Ciuil. cap. 57. num. 25. & seqq. lib. 1. Altograd. consil. 53. lib. 2. Andreol. controu. 73. num. 51.*

Et proinde, quæ successioni renunciauit, quod do-
tem petere possit, indubitatum est, vt tenet *Imol. Rom. in. Alex. & Natt.* allegati ab *Hartm. Pist. lib. 4. q. 6. nu. 25. P. Paßerin. in cap. quamuis pactum, de Pact. in 6. num. 18.* in medio, alijque Doctores allegati per *Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2. num. 48. versic. Non absimili.* 2

Vera, autem, resolutionis ea est ratio; quia dos separatam habet rationem, ab ipso succedendi iure,
vt probatur *ex l. hæreditas, C. de Pact. conuent.* & appa- 3
ret manifestè, quòd illa, viuente patre, peti potest, cum, eo tempore, non adhuc sit successio, quæ viuentis minimè datur; Igitur, non potest hæreditatis, vel successionis renunciatio extendi ad dotem, de qua neque actum, neque cogitatum fuit.

Et hæc conclusio extendenda est, etiam in filiam
iam nuptui tradita, vel maritata; Namque hanc etiã 4
pater tenetur dotare, perindè ac nondum nuptam, *Petr. de Fideic. quæst. 8. num. 454.* plenè *Menoch. de Præsumpt. præs. 189. num. 72. lib. 4. Hartm. Pist. vbi suprà lib. 4. quæst. 6. num. 26. Molin. de Primog. lib. 2. cap. 16. num. 6. & seqq. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 26. num. 17. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 5. gloß. 1. nu. 4. & 85. Rot. coram Merlin. dec. 457. num. 5. Barbos. ad Concil. seß. 24. cap. 1. de Reform.* & latissimè *Rot. in Romana Dotis 12. Februar. 1666. cor. R.P.D. Ottalora dec. 132. per tot. post tract.*

Vlteriùs regula est satis nota, quòd generalis dispo-
sitio, vt dixi, non comprehendit dotem, *Bursatt. cons. 32. num. 11. & 58. & cons. 56. num. 1. Cagnol. l. 1. num. 16. ff. de reg. iur. Rauden. de Anal. cap. 33. num. 22. Barbos. solut. matrim. par. 1. l. primæ, num. 5.* & quod generalis renunciatio non comprehendat dotem, tenet etiam *Paris. de Resign. Benef. lib. 1. quæst. 18. num. 28.* 5

Neque ea, quæ de legitima suprà dicta fuerunt, scilicet, quod in generali renunciatione, legitima censeatur inclusa, conclusionem potest minus veriorem reddere, non obstante, quod argumentum, de
vna ad aliam validum sit; Siquidem, vt benè admo- 6
net *Pist. vbi suprà num. 26.* plurimum legitima à dote differt; nam legitima ab ipso succedendi iure dependet; Vnde, viuo parente, peti nequit; Dos verò,
cum nihil habeat commune cum successione, in vita 7
patris peti potest, quapropter attenta disparitate,
non

non poteſt de vna ad aliam fieri illatio, vulgata *l. Papinianus, ff. de minor.*

Prædicta, verò, tantum ſunt intelligenda, vbi gene-
8 ralis renunciatio ſucceſſionis futuræ facta ſit, non ve-
rò, quando expreſsè etiam doti renunciatum fuerit,
quia tunc erit valida renunciatio, vt tenet *Piſt. vbi ſu-
pra numer.* 27.

Nam ea ratio, ob quam, eiuſmodi pactum, iura-
mento firmari, diximus, hoc etiam caſu locum inue-
nit, & confirmatur, exemplo mulieris, quæ cum iura-
mento promittit non reuocare alienationem rei do-
9 talis; obligatur, enim, efficaciter, & in dote ſibi præ-
iudicat *cap. cum contingat de Iureiur. & cap. licet mu-
lieres ead. tit. in 6. Barboſ. ſolut. matr. par. 1. leg. prima, nu.
68. Surd. de Alim. tit. 56. num. 46. 47.* ergò etiam iure-
iurando doti renunciare poterit, vt concludit *Piſt. loco
allegato num.* 27.

Nec eſt mirum, quod iuramentum robur addat
hiſce conuentionibus, alias à iure improbatis, nam
cum dotis conſtitutio ſecundario tantum publicam
10 vtilitatem reſpiciat, principaliter verò priuatum vxo-
ris commodum *tex. in l. aſſiduus, C. qui potior. in pignor.
habe. Doctores ad l. primam, ff. ſolut. matrim.* & præcipuè
11 *Bartol. num. 24. Soccin. num. 59. Bolognet. num. 112. Co-
uarr. cap. quamuis pactum, de pact. in 6. par. 2. §. 1. nu. 5.*
& alij relati a *Barboſ. ſol. matrim. parte l. primæ nu. 63.*
Iuramentum eſt ſeruandum, & pactum ſubſtinetur,
*Barboſ. vbi ſuprà num. 68. Hartm. Piſt. loco cit. num. 27.
verſic. Neque ſanè*

De alimentis, verò, magis communis opinio eſt,
quod ijs renunciari non poſſit, tam per generalem
12 renunciationem, vt latè habemus *ex Felin. in cap. ſi di-
ligenti, num. 5. de For. compet. l. cum hi, & ibi Bartol. ff.
de Tranſact. Crauett. conſ. 116. num. 2. vol. 1. Maſcard.
de Probat. concl. 1265. num. 39. Gail. obſeru. 147. nu. 14.
lib. 2. Rauden. de Anal. cap. 22. num. 3. Gallerat. de Re-
nunciat. lib. 4. cap. 2. nu. 48. verſic. Non continetur, Surd.
de Alim. tit. 56. num. 54. Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 6. nu.
28. Donad. de renunc. cap. 4. nu. 31. 32. tom. 1. & cap. 45.
13 num. 53. tom. 2.* quam per ſpecialem, & nominatam,
vel expreſſam, *Gomez. ad ll. Taur. 22. num. 12. in fine,
Guttier. d. cap. quamuis, verbo Omninò, nu. 5.* & ibidem
*Paſſerin. num. 18. in medio, Crauett. conſ. 116. num. 2.
vol. 1. Donad. de renunc. d. cap. 45. num. 53. Hartm. Piſt.
14 d. quæſt. 6. num. 28. Barboſ. in cap. ſi Epiſcopus num. 6. de
priuil. in 6. Prat. diſcept. for. cap. 8. num. 40. & ſeqq. &
cap. 17. num. 85.* vbi, quòd nec ſuper ijs fieri poteſt
tranſactio, *Andreol. contrPo. 15. num. 35. Giurb. deciſ.
Sicil. 5. num. 35. & dec. 6. Rot. coram Duran. dec. 95. n. 11.
& dec. 31. num. 2. par. 1. rec.*

Neque, hoc caſu, iuramentum poteſt haberi in
conſideratione; quia, cum naturali æquitati repu-
gnet, qua pater ad alendos liberos eſt deuinctus, dici-
15 tur iniquitatem continere, & non valet, *Surd. de Alim.
vbi ſuprà, num. 54. Hartm. Piſt. d. loco, num. 28. Donad.
d. cap. 45. num. 54. tom. 1.* vbi, quod non valet etiam
cum iuramento, ex quo renuncians non tenetur illud
obſeruare, per quod incideret in periculum mortis,
cum indigemus potu, & cibo.

Id tamen eſt intelligendum, de liberis, qui aliundè
non habent vnde ſe alant, nam ij, qui alia ratione,
ſibi de victu poſſunt proſpicere, non ſunt audiendi
ſuper petitione alimentorum, *l. ſi quis à liberis, §. ſed
ſi filius, ff. de liber. agnoſc.* igitur, non erit diſputan-
16 dum; an, eo caſu, valeat renunciatio, cum hoc ca-
ſu, etiamſi renunciatum non eſſet, alimenta ta-
men peti non poſſent, benè *Piſt. d. loco, num. 8. verſic.
Quod tamen.*

Neque ex eo, quia firmauimus, non valere renun-
ciationem alimentorũ, poteſt inferri, quod pariter nec
17 valeat dotis renunciatio; quaſi dos, loco alimẽtorum
ſuccedit, & ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius
locum ſubrogatur, reſpondet enim, optimè, huic
obiecto *Hartm. Piſt. vbi ſuprà num. 27. verſ. nam certo,*
quod generaliter concluſio vera non eſt, vt dos vicem
obtineat alimentorum, ſed dos ipſa ab alimentis plu-
timum differt, neque ab vno ad alterum rectè inferri 18
poteſt, vt declarat *Coler. lib. 2. de alim. cap. 10.* Et quod
licet doti ſit renunciatum, poſſunt nihilominùs ali- 19
menta peti, & tandem concludit, quod iuſtius, & tu-
tius fuerit, vt filia, quæ doti renunciauit alimenta tan-
tum petat.

CAPVT XXII.

Qui renunciauit futuræ ſucceſſioni, an poſſit quærelam inofficioſi teſtamenti proponere. Plura de filiorum exhæredatione, & de ſuitate amittenda per renunciationem; qua occaſione quæritur, in quibus differat repudiatio, à renunciatione.

SVMMARIVM.

1 *Pater debet filios quos habet in poteſtate, vel inſtituere, vel exhæredare.*
2 *Filius præteritus, vel iniuſtè exhæredatus poteſt impugnare teſtamentum paternum.*
3 *Pater non tenetur inſtituere filium, qui renunciauit ſucceſſioni.*
4 *Vbi nulla eſt ſucceſſio, ibi nulla eſt neceſſaria hæredis inſtitutio.*
5 *Ius impugnandi regulatur à ſucceſſione ab inteſtato.*
6 *Quibus nulla debetur legitima, non habet opus vt inſtituatur.*
7 *Vis renunciationis efficit, vt habeatur pro mortuo renuncians.*
8 *Paria ſunt non extare, vel extare & non poſſe ſuccedere.*
9 *Filius, vel filia per renunciationem efficitur extraneus.*
10 *Filia, quæ renunciauit amittit ſuitatem, & legitimam.*
11 *Et ſic etiam, quæ renunciauit.*
12 *Filia excluſa per ſtatutum, & quæ renunciauit, parificantur.*
13 *Valet teſtamentum, in quo filius ſit præteritus dummodò filius abſtineat.*
14 *Quærela inofficioſi, diſſimulatione, & renunciatione tolli poteſt.*
15 *Qui renunciauit præteriri poteſt, ac ſi in rerum natura non eſſet.*
16 *Qui renunciauit, non poteſt proponere quærelam inofficioſi teſtamenti.*
17 *Contrà quod renuncians poſſit quærelam inofficioſi intentare.*
18 *Filius in poteſtate eſt inſtituendus, vel exhæredandus, aliàs teſtamentum non valet.*
19 *Iuri repugnat naturæ, vt quis priùs renunciet ſucceſſioni, quam vbi delata ſit.*
20 *Delatio præcedit acquiſitionem.*
21 *Delatio fit ſola legis poteſtate.*
22 *Acquiſitio, ſola hominis voluntate.*
23 *Voluntas hominis non poteſt facere, vt lex locum non habeat.*
24 *In ſuis hæredibus idem inſtans eſt delationis, & acquiſitionis.*

25 *Filij*

25 *Filij in primo gradu, & in potestate dicuntur sui hæredes ipso iure, licèt possint se abstinere ab hæreditate.*
26 *Non dicitur sine hærede, qui suum hæredem habet licèt abstineat.*
27 *Renuncians remanet suus hæres, & potest contratabulare testamentum.*
28 *Anton. Fab. de Error. Pragm. decad. 12. error. 3. nu. 8. reprobatur.*
29 *Renunciatio hæreditatis à repudiatione differt.*
30 *Repudiatio tantum vnius voluntate perficitur.*
Renunciatio efficitur pacto, & statim ac filia conuentionem peregit efficaciter adstringitur.
31 *Non accipit vires à morte parentis, sed à tempore obligationis.*
33 *Conditio pendente conditione nil ponit in esse.*
34 *Quando conditio non dispositionem principalem, sed executionem dumtaxat concernit, dicitur actus purus, & non conditionalis.*
35 *Et dicitur modus, & non conditio.*
36 *Venditio spei non dicitur conditionalis, sed pura.*
37 *Venditio rei incertæ ante præstationem est perfecta.*
38 *Delatio hæreditatis est iuris publici.*
39 *Iuri publico priuatorum pactis non derogatur.*
49 *Pacta futuræ successionis commodum priuatum principaliter respiciunt.*
41 *Mulier renuncians licet præterita non potest dicere testamentum nullum.*

1 SAtis est, in iure notum, quòd pater liberos, quos habet in potestate, vel instituere, vel nominatim exhæredare debet, ad hoc, vt eius vltima dispositio sit valida, *princ. tit. Instit. de exher. liber.* Aliàs enim filius, qui præteritus fuit, vel iniustè exhæredatus
2 potest testamentum patris impugnare, eique competit querela inofficiosi testamenti, *Principio tit. Instit. de inoff. testam.* Quæritur ergo hic: An huiusmodi regula procedat etiam ad fauorem filij, qui renunciauit successioni paternæ, ita vt, si præteritus sit in testamento, vel exhæredatus, valeat paternas tabulas impugnare, ac vti querela inofficiosi testamenti.

3 Et contra filium ad fauorem testamenti, est certè concludendum; nam verba textus *in d. cap. quamuis pactum*, sunt clara, ibi, *nullum ad bona paterna regressum haberet*. Si, igitur, nullus datur regressus ad bona paterna, excluditur filius à successione quoquo modo, & Pontifex eo ipso, quod renunciationem admisit, etiam iuris Ciuilis subtilitatem, qua omnes liberi à parentibus instituendi erant, sustulisse censetur; nam,
4 vbi nulla est successio, ibi minùs est necessaria hæredis institutio; Regulatur, enim, ius impugnandi testamentum à iure successionis ab intestato, *l. pater*
5 *filium, ff. de inoff. testam. l. 1. §. 1. & §. penult. §. illud 4. §. 1. ff. de bonor. poss. contratabul.* optimus tex. *in §. eodem 12. versic. Idem adoptiuus, Instit. tit. de hæred. instit.* vbi traditur pro regula, eum, qui caret iure succedendi ab intestato, neque posse testamentum rumpere *Gomez ad ll. Taur. 22. num. 9.*
6 Et ij, quibus nulla debetur legitima, non etiam opus est, vt instituantur, *l. Posthumus 6. ff. de inoffic. testam. l. cum quæritur, 6. C. eodem, Bartol. l. si iuss. ad Sen. Cons. Vellei. Alex. conf. 280. num. 2. vol. 5.*
7 Imò, cum virtute huius renunciationis videatur renuncians non esse in rerum natura, *Menoch. consil. 211. num. 13. vol. 3. Donad. de renunc. cap. 2. num. 122. tom. 1. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. num. 3.* nullo pacto potest in successione considerari; nam paria sunt, non
8 extare, vel extare, & non posse succedere, *l. 1. §. qui habebat filium, l. si post mortem, §. liberi, ff. de bonorum poss. contratabul. l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. §. sed nostram, Instit. de success. libert. Surd. consil. 137. num. 3. lib. 1.* latè, *Gomez. ad ll. Taur. 22. num. 9. versic. Confirmatur*, vbi, quòd filius, vel filia, per talem renunciationem efficitur extraneus, & amittit suitatem; & 9
latiùs, quod, sicuti, per exhæredationem exclusus à successione patris suitatem amittit, cum sibi debeatur legitima, ita etiam, qui abstinuit à successione, virtute renunciationis iuratæ, tenet *Gallerat. lib. 2. cap. 15. num. 19. in fine, Capon. de Pact. quæst. 55. num. 10. Surd. d. cons. 137. num. 4.* 10

Quæ conclusio pariter procedit, in filia, quæ per statutum exclusa fuit à successione, vt latè *Thesaur. lib. 2. quæst. for. quæst. 68. num. 3. & lib. 4. quæst. 4. num. 13. Put. in conf. impress. post Odd. num. 42. 43. Thomat. decis. 203. num. 32. Sperell. dec. 34. num. 7. Redenasc. consil. 3. Capyc. Latr. dec. 128. num. 29. Capon. d. loco num. 10.* 11

Nam inter se parificantur, filia exclusa per statutum, & filia, quæ renunciauit *Caucer. d. cap. 3. num. 9. & Capon. d. num. 10.* 12

Probatur etiam conclusio principalis, de qua supra, quòd valeat testamentum, licèt renuncians præteritus sit, ex textu *in l. filio præterito, 17. ff. de iniust. rupt. & fact. testam.* vbi, ex æquitate prætoria, substinetur testamentum, in quo liber præteritus sit si ipsemet præteritus filius se bonis abstinuit. Meritò 13
etiam in casu nostro, licèt sit præteritus filius, mediante pacto de non succedendo, potest validare testamentum alias nullum. Nec in iure est nouum, quod querela inofficiosi dissimulatione, & renunciatione tolli possit, vt per *textum in l. Papinianus, 8. §. si* 14
post rem, ff. de inoffic. testam. & l. 1. C. de in integr. restit. minor. firmat *Oroz. de Apicib. Iur. lib. 3. cap. 12. num. 9. versic. Prætered.*

Quapropter, his, & alijs rationibus, innixi, dixerunt *Crauett. conf. 289. Guid. Pap. quæst. 192. & 568. Gallerat. de Renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 19. tom. 1.* & 15
alij supracitati, quod, ille, qui renunciauit, potest in testamento præteriri, ac si in rerum natura non esset: Et, quod nequaquam renuncians possit testamentum impugnare, & querelam inofficiosi proponere, communiter est receptum, vt tradunt, *Bartol.* 16
l. 2. §. qui habebat, ff. de bonor. possess. contratab. Castren, l. qui superstitis, num. 4. ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. 1. num. 3. 4. ff. de inoffic. testam. Crauett. conf. 856. num. 4. Menoch. consil. 749. num. 3. idem Gomez. ad ll. Taur. 22. num. 9. & var. tom. 1. cap. 11. num. 9. versic. item quæro, Vasq. de success. creat. d. §. 18. num. 112. Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 6. num. 10. Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 68. num. 3. Put. in conf. impress. post Odd. num. 43. Natt cap. quamuis pactum, num. 6. de Pact. in 6. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. de Renunc. num. 6. & seqq. Cyriac. contron. for. cap. 272. num. 48. 49. Gallerat. de Renunc. lib. 2. cap. 5. num. 19. tom. 1. & cent. 1. cap. 25. num. 62. tom. 2. Donad. de Renunc. cap. 4. num. 124. tom. 1. Capon. de Pact. d. qu. 55. num. 10. Pappon. Arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 7. Gasp. Manf. de Testam. valid. vel inual. ex cap. præter. liber. num. 459. Io: Franc. Marcian. disput. 8. nu. 40. & seqq. lib. 1. Merlin. Pignat. controu. cap. 3. cent. 1. Cald. conf. 50. num. 6. versic. vnde parentes.

Hæc opinio, licèt sit communissima, nihilominùs impugnatur ab *Anton. Fab. de Error. pragm. decad. 12.* 17
error. 3. num. 8. & latiùs *decad. 13. error. 1. vbi num. 3.* quòd eiusmodi sententia ei semper displicuit. Propterea contrarium defendit, multis argumentis, quod non valet testamentum, in quo fuit præteritus filius, licèt renunciauerit successioni patris.

Siquidem, cum mulier, vel filius, qui renunciauit tempore conditi testamenti, & mortis testatoris, sit in potestate eius, clarè decidit lex Ciuilis, vt debeat institui, vel iuridicè exhæredari, aliàs testamentum est nullum, tam veteri Pandectarum iure, *l. inter cetera, 90. & tot. tit. de liber. & posth.* quam noua Iustinia-

stiniani Constitutione, *vt Nouell.115. vt cum de ap-
pell.cognosc.§.aliud quoque*. Contrà quam iuris com-
munissimam sententiam, ait *Faber*, quod non resistit
renunciatio licet iurata.

Nam renunciatio hæreditatis tantum in eum euen-
tum facta censetur, si delata sit hęreditas, vel legitima
portio: nam iuri naturæ repugnat, & quis prius suc-
19 cessioni renunciet, quam sibi delata sit; delatio enim,
20 sicut omninò præcedit acquisitionem, *l. delata 151.
ff.de verb.signif.* ità vt exclusionem, vt præcedat ne-
cesse est, & cum exclusionem dicimus, de exclusione
acquisitionis intelligimus, non delationis. Nimirum,
21 quia delatio fit sola legis potestate, acquisitio, præ-
ter quam in suis hæredibus, solam hominis volunta-
22 te. Non potest, autem, renunciatio, quæ hominis est,
facere, quò minùs legis locum habeat, sed tantum id
impedire, quod lex, postquam effectum sortita est, in
23 deferenda successione relictum, vult in potestate illius
esse cui ius detulit, idest, quod ad acquisitionem per-
tinet, non quod ad delationem; sed, cum in suis hære-
dibus idem instans sit delationis, & acquisitionis;
24 imò, nec hæreditas vlla esse intelligatur *l. in suis 11.
de lib.& posth.* quia, ipso iure, sunt sui hæredes, licet
25 possint abstinere *l. 1. §. qui sunt in potestate, ff. si quis
omiss.caus. test.* adeoque, licet abstinuerint *l.generali-
tati 30.§.sed etsi seruus, ff.de Fideic.libert.* Planè conse-
quens est, vt sicut renunciatio non impedit delatio-
nem à *l.faciendam filiæ*, quæ mortis tempore erat in
potestate, ità nec impediat acquisitionem illam, quę,
mero iure ciuili concomitatur delationem, sed eam
tantum, quæ ex filiæ arbitrio pendet, idest quæ fit per
immissionem, cui contraria est abstentio.

Ergo quemadmodum non dicitur esse sine hære-
de, qui suum hæredem habet, quamuis se abstinen-
26 tem *d.§.sed etsi suus*, ità nec eò minùs dicenda est fi-
lia sua hæres patri, quod viuo adhuc eo, futuræ suc-
cessioni renunciauerit, sed perindè habendum quoad
acquisitionem illam, quæ fit ipsa etiam inuita ex sola
iuris Ciuilis auctoritate, ac si non renunciassez, ac
mortuo, demum, patre dumtaxat abstinuisset, ex quo
fit consequens, non posse ea præterita subsistere te-
27 stamentum, sed ex eiusdem iuris regulis hæredis præ-
teritione nullum & iniustum esse.

Huiusmodi argumentum, pace *Antonij Fabri* aliàs
viri doctissimi, & subtilissimi, non percutit casum no-
strum, nam procedit in casu, quod facta esset repu-
28 diatio hæreditatis, vt latè probauimus suprà, aucto-
ritate *Bolognett.l.1.C.de Pact. num.20. Bottigl. Theor.
42.num.8.Galterat.de Renunc.cent.1.cap.25. num.18.
tom.2.*& aliorum, non verò tangit punctum, vbi agi-
tur de renunciatione hæreditatis, quæ à repudiatio-
29 ne, longè distat, vt tradit *Ruin.cons.170. num 8. vol.1.*
quem sequitur *Kellemb. de Renunc. successi. num. 29.
quæst.1.* vbi, quod repudiatio nullam conuentionem,
sed nudam tantum voluntatis contestationem ha-
bet; quare non immeritò huiusmodi voluntatis de-
claratio frustranea habetur si non existat id, quod re-
30 pudiatur, cum repudians, non hac principaliter ege-
rit, vt alijs, vel obligatio, vel aliud quid ex sua perso-
na acquiratur, sed vt sibi solum sine alterius commo-
do, vel incommodo præiudicetur, secus in renuncia-
tione.

Hæc enim pacto efficitur, & statim atque filia con-
uentionem peregit, efficaciter adstringitur, vt *Ruin.
31 d.num.8.* neque ex morte parentis, & eo tempore,
quo successio defertur, sed quo conuentum est, vires
32 recipit, neque conditionalis, sed pura est: Alias, si tota
renunciationis, & dispositionis vis ex conditione de-
latæ hereditatis penderet, dicendum foret, in casu
quo filia fuisset pręterita, & sic nulla ei successio de-
lata, renunciationem in totum concidere, quęrelam-
que nullitatis, non solum fratribus inæqualiter insti-
tutis, sed & ipsi filiæ esse concessam, cuius conditio,
quamdiù pendet, nil ponat in esse, sed dispositio de-
mum ea existente robur accipiat *l. si quis sub conditio-* 33
*ne 8.ff.si quis omiss.caus.testam. l. filius familias 114. §.
cum ergo ff.de leg.1.l.si post diem ff. quand. dies leg.ced.*
sed nullus Iurisc. hoc in casu, filiæ ius aliquod super-
esse contendit.

Non ergo renunciatio ex euentuo delatæ hæredi-
tatis pendebit, sed conditio ista pacti solum execu-
tionem respiceret; itàvt, si quando filiæ successio de-
lata fuerit, (non quidem, vt ad renunciationis sub-
stantiam delatio requiratur) ab ea sese abstinere de- 34
beat; & propterea non conditionalis, sed pura erit.
Quando, enim, conditio, non dispositionem principa-
lem, sed executionem dumtaxat concernit, actus non
conditionalis, sed purus habetur *l. ex his 5. C. quand.
dies leg.ced.l.si cui 49.ff. de leg. 1. l. decem eum petiero
48.ff.de verb.oblig.*

Et quod sit modus, & non conditio, & ideò non 35
reddeat actum imperfectum, quando conditio non
respicit principaliter dispositionem, sed eius execu-
tionem, dixit optimè *Altograd.cons.101.lib.2 Donat.
Anton. de Marin. resol. quotid. cap.33. lib. 1. Andreol.
contr.358. Arias de Mes var. cap.3. num.14. lib.2. Cy-
riac.contr.247.num.29.& seqq.*

Sic etiam venditioni spei semper ea inest conditio
vt id, quod euenturum speratur, si existat, præstetur 36
emptori, nec tamen ideò venditio eiusmodi condi-
tionalis, & si nihil extiterit irrita habētur, sed pura
est, & nihilominùs subsistit, solumque, venditor ratio-
ne præstationis, & executionis emptori conditiona-
liter adstrictus manet *l. tactus retis ff. de act. empt. l.
cum hæreditatem 7.ff.de hæred.vel act.vend.* cum simi-
libus.

Et ità procedit in venditione rei incertæ, quæ antè
præstationem est perfecta, & solum venditor tenetur 37
ad præstationem rei, *Moccia Silu. for. cap.62. Spad.
cons.321.lib.2. Altogr.cons.9.lib.2.Rot.dec.190. num.3.
par.3.rec.& dec.307 par.4.tom.2.*

Alia adducit argumenta *Faber vbi suprà*, scilicèt,
quod hæreditatis delatio à iure publico procedit:
Lex cum 12. tabularum non solum licentiam testan-
di Ciui Romano dedit, sed etiam hæreditatum, & hę-
redum ab intestato iura induxit *l.3. ff.qui testam. fac.
poss l.verbis 120.l.lege 130.ff.de verb.signif.* Ob id pa- 38
ctis priuatorum derogari nequit. Sed huic argumen-
to fuit latè responsum supra in *cap.3. num.42.* quod, 39
vbi lex Ciuilis concernit principaliter Reip. fauorem,
& secundariò priuatam vtilitatem, tunc priuatorum
pactis, licet iuratis, derogari non potest. Quando,
verò, principaliter respicit commodum priuatum, & 40
secundariò vtilitatem publicam, benè potest præiu-
dicari legi Ciuili adhibito iuramento *cap. cum con-
tingat de Iureiur.* huiusmodi autem pacta commo-
dum priuatum principaliter respiciunt *Kellemb. d.
quæst.1.num.32.* meritò &c.

Est igitur concludendum cum *Kellemb. vbi su-
prà cap.1. in fine*, filiam renunciantem mi-
nimè esse à parente instituendam;
neque ratione factæ præteritio-
nis nullitatis quærelam
fore conceden-
dam.

CAPVT XXIII.

Renuncians fucceffioni paternæ, vel maternæ: An poffit fuccedere fratri in bonis habitis à patre, affirmatiuè refoluitur, & argumenta pro contraria fententia diluuntur. Item difputatur: An talis regula procedat in delata hæreditate, & non agnita.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians bonis paternis non poteft fuccedere fratri in bonis habitis à Patre.*
2 *Semper bonorum origo eft infpicienda in fucceffionibus ab inteftato.*
3 *Mater, quæ fecundo nupfit, poteft fuccedere liberis defunctis, fed in bonis paternis, quoad vfumfructũ, in reliquis etiam quoad proprietatem.*
4 *Per aditionem confunditur actio non qualitas bonorum.*
5 *Contrà quod per renunciationem bonorum paternorum non dicatur fraternis renunciatum.*
6 *Filius exhæredatus à patre, fratri poteft fuccedere in bonis habitis à patre.*
7 *Accufans teftamentum de falfo, fi fuccumbat in petitione, non fuccedit ei.*
8 *Renunciatio ftrictiffimè eft accipienda.*
9 *Mortuo patre, bona delata fratri non dicuntur paterna fed fraterna.*
10 *Renunciatio quantumuis generalis non compræhendit, quæ ex noua caufa fuperueniunt.*
11 *Renunciatio tantum reftringitur ad perfonam, cuius nomine fuit renunciatio interpofita.*
12 *Mutatione perfonæ rei conditio dicitur mutata.*
13 *Subftitutus pupillariter licet fuccedat tam patri, quam pupillo dicitur potiùs fuccedere pupillo quam patri.*
14 *Tex. in l. fed fi plures, §. impuberi, ff. de vulg. & pupillar. explicatur.*
15 *Inftitutus in re certa nullo dato cohærede vniuerfali, totam defuncti fucceffionem acquirit.*
16 *Subftitutio in re certa conuertitur aliquando in fubftitutionem vniuerfalem.*
17 *Tex. in auth. in teftamento, C. de fecund. nupt. explicatur.*
18 *Culpa fuos debet profequi Auctores.*
19 *Tex. in l. fin. §. fin autem, C. de bon. quæ liber. explicatur.*
20 *Hæredis bona propriè dicuntur, quæ deducto ære alieno fuperfunt.*
21 *Hæreditas paterna per fratrem non adita non dicitur fraterna.*
22 *Si filia poft obitum patris, & fratris generaliter renunciat hæreditati patris, excluditur à portione, quæ fuerat delata fratri licet ab eo non agnita.*
23 *Generalis renunciatio omnem fucceffionem, & vniuerfa bona compræhendit.*
24 *Quilibet habet triplex fuccedendi ius.*
25 *Exclufus ab vno iure fuccedendi, ad aliud admittitur.*
26 *Renunciatio excludit renunciantem à quolibet iure fuccedendi.*
27 *Renunciatio hæreditatis compræhendit omnia legum beneficia quæ acquifitioni ipfius poffunt inferuire.*
28 *Hæreditas extraneis delata antè aditionem non debetur hæredibus.*
29 *Secus hæres hæreditatem non delatam ad quofcumque hæredes etiam extraneos tranfmittit.*
30 *Certioratio efficit, vt mulier præfumatur interrogata de omnibus in renunciatione compræhenfis.*
31 *Renunciationes, ità funt accipiendæ, vt minùs quam fieri poteft noceant renuncianti.*
32 *Nunquam cenfetur renunciatum bonis fraternis, quando renunciatio reftringitur ad paterna, licet adfint claufulæ prægnantiffimæ.*
33 *Ex renunciatione iurium, & actionum non infertur neceffariò ad renunciationem hæreditatis.*
34 *Filiæ competit ius petendi fupplementum congruæ Dotis.*
35 *Ius petendi conftitutionem nouæ Dotis in prima deperditur.*
36 *Renunciatio eft ftricti iuris, & folum ea compræhendit quæ exprimuntur.*
37 *Nunquam inducitur renunciatio quando verba neceffariò illam non important.*
38 *Renunciatio iuribus, quæ quis habet & habere fperat non compræhendit hæreditatem.*
39 *Menoch. conf. 335. & 441. reprobatur.*
40 *Claufulæ generales, vt plurimum ftylo notariorum apponuntur.*
41 *Si filia expreffè renunciat paternæ, & fraternæ fucceffioni tunc non poteft fuccedere in hæreditate fratrum.*
42 *Quando verò eft dubium, an renunciauerit necne hæreditati fratris, eft capienda interpretatio pro renunciatione.*

HÆc quæftio difputatur fubtiliter, de more, ab
Antonio Fabro de Error. Pragm. decad. 14. error. 1
3. Et pro negatiua opinione, contrà renunciantem,
fcilicet, quod non poffit fuccedere fratri, in bonis, quę
iam erant paterna, videtur facere *tex. l. fed fi plures*
10. §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. fubftit. vbi, habetur,
quod, fi filio, impubere hęrede ex affe inftituto,
fubftitutus quis fit, & exiftit patri filius hęres, non poteft
fubftitutus feparare hæreditates, vt filij habeat,
patris non habeat, fed aut vtriufque debet hæreditatem
habere, aut neutrius, cuncta enim hæreditas
capit.

Quapropter etiam in cafu noftro dicendum, quod
hæreditas patris, & hæreditas filij feparari non poffint,
proindè ficut ille, qui renunciauit hæreditati patris,
ei nec poterit fuccedere, ità non erit admittendus
ad hæreditatem fratris, quo argumento, etiam
vtitur *Dec. l. hæreditas nu. 8. ff. de reg. iur.*

Secundò facit *tex. in auth. ex teftamento, C. de fe-* 2
cund. nupt. vbi habetur, quod femper bonorum origo
eft infpicienda in fucceffionibus ab inteftato, & per
confequens bona paterna a fraternis effe feparanda,
ità, vt renuncians illis minimè fuccedat; ipfis verò fraternis
fuccedat; deciditur, enim, in *textu citato*, quod
mater, quæ ad fecundas conuolauit nuptias poffit
quidem liberis fuis defunctis fuccedere, fed in bonis
paternis dumtaxat quoad vfumfructum, in reliquis
verò, quo ad plenam proprietatem, vt eft etiam de
mente Doctorum, vt latè *Cyriac. controu. 139. num. 8.* 3
Ciarlin. controu. for. cap. 86. Spad. conf. 108. lib. 1.
Anfald. conf. 99. Donat. Anton. de Marin. cap. 190.
numer. 15. lib. 2. Spercll. dec. 32. 33. 34. Rot. dec. 223.
par. 5. rec.

Tertiò poteft allegari, pro hac opinione, *textus*
in l. fin. §. fin autem, C. de bon. quæ liber. vbi, quod etiam
hæreditate alicuius adita, & bonis per fucceſſorem
acquifitis, nihilominùs funt, & dicuntur hæreditaria.

Et

Et ratio est, quia per aditionem, confunditur actio
4 non qualitas bonorum, *Ruin. cons.58. numer.7. lib.5.*
Vincent. de Franch. dec.307. num.10. Mart. summ. suc-
cess. leg. par.2. quæst.4. art.1. num.9. & seqq. & in termi-
nis, *Hodiern. contr.24. nu.20. & seqq.* Igitur, in nostro
casu, qui renunciauit bonis, & hæreditati paternæ,
non potest in eis succedere, licet transitum fecerint
ad fratres; nam tunc etiam bona paterna, & patris
bona dicuntur.

Sed his non obstantibus, contrarium sentit ipse-
5 met *Faber vbi suprà*, scilicet, vt qui bonis paternis re-
nunciauit, non censeatur renunciasse fraternis, non
solum, si bona illa habuerit aliundè, quam à patre,
sed etiam, si ab ipso patre profecta sint, & secun-
dum hanc opinionem sentit Iurisconsultorum scho-
la, vt *Cappell. Tholos. dec. 458. Roman. cons. 168. in*
princ. Paris. cons.23. num. 52. vol.1. Mynsing. resp.33.
num.9. Afflict. dec.127. Maluas. cons.30. numer.29. &
seqq. Gail. pract. obseru.148. numer.13. lib.2. Menoceh.
cons.401. num.91. & 416. num. 31. & 448. numer. 12.
Viu. dec.211. numer.9. Riminald. Iun. cons.276. nu. 53.
lib.3. Thesaur. decis.62. Crass. §. successio ab intest.
quæst.10. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus.4. gloss. 24.
num.66. & latiùs *claus.9. gloss. vnica par.1. num.76. Cu-*
tell. de donat. tom.2 disc.1. spec.39. num.6. Hartm. Pist.
lib.4. quæst.6. num.63. & seqq. Capon. de Pact. quæst.55.
num.11. & 12. Donat. Anton. de Marin. cap. 193. num.
23. tom.1. Eugen. cons.88. num. 8. lib.1. Spad. cons.353.
num.3. lib.2. Gallerat. de renunc. cap.5. lib.2. numer.27.
tom.1. & cap.25. cent.1. num.63. vers. sed & filia tom.
2. Altograd. Iun. contr.27. per tot. Petr. Gregor. Tholos.
Syntagm. iur. vniu. par.3. lib.41. cap.17. num.9.10. Mer-
lin. dec.63. Duran. dec.121. num.42. Royas dec.66. Ton-
dut. quæstion. Ciuil. cap.200. & latissimè *Rot. in Viter-*
bien. Hæreditatis 2. Maij 1664. coram R.P.D. Taia dec.
166. num.1. & seqq. post tract.

Quæ opinio probatur ex textu *in l. fin. ff. de leg. 3.*
vbi filius à patre exhæredatus non prohibetur, quin
6 fratri, qui patris hæres factus succedere possit, non,
enim, Patri, sed fratri succedere dicitur.

Nec non ex textu *in l. qui Titij 7. ff. de his quibus, vt*
7 *indign.* vbi licet accusans de falso testatorem, ne-
queat ei succedere, si in petitione succumbat, *Gra-*
tian. discept. 429. numer.37. & seqq. Rot. in Romana
Fideicommissi de Agazzarijs 12. Decembris 1644. §.
neque coram Peutingerio; tamen, non prohibetur
succedere illius hæredi, vel alteri personæ, ad quam
bona testatoris peruenerunt, vt est *tex. in d. l. qui*
Titij.

Et ratio est euidens; nam renunciatio strictissimè
est accipienda, nec vllos casus, præterquam expres-
8 sos, compræhendit *l. quicquid adstringendæ, ff. de*
verb. oblig. l. si domus, ff. de seruit. rust. præd. & vrb.
l. si extraneus, ff. de condit. ob caus. Et propterea, cum
renunciatio facta sit de hæreditate Patris, non est
extendenda ad hæreditatem fratris, in cuius succes-
sione, & hæreditate, licet sint bona patris, quibus
fuit renunciatum, tamen eadem bona post mortem
patris deuoluta successione ad fratrem, non am-
9 plius bona paterna dicuntur, sed fraterna, *tex. in §.*
1. Instit. de hæred. qualit. & differ. l. sed si plures §. fi-
lio impuberi, ff. de vulg. & pupill. Gomez. ad ll. 45.
Taur. num.134. & latiùs *Hartm. Pistor. quæst. for. lib.*
4. quæst.6. num.63. Capon de Pact. quæst.55. numer.11.
Donat. Anton. de Marin. resol. 193. numer. 27. tom. 1.
Spad. cons.353. num.3. Gallerat. de renunc. lib.2. cap.2.
num. 27. vers. ratio autem tom. 1. vt firmauit *Rot. in*
Ariminen. Successionis 1. Februarij 1664. decis. 107.
num.6. post tract.

Additur, quod renuncians non debet excludi à
bonis paternis, postquam eadem bona deuenerunt
ad hæreditatem fratris; quia, eo casu, renuncians
succedit, ex nouo iure, non verò, ex iure cesso, vel 10
renunciato; Et certum est, quod renunciatio, quan-
tumuis generalis non comprærhendit, quod ex noua
causa superuenit, neque trahitur ad incogitata,
Doctores *in d. l. stipulatio hoc modo num. 64. & ibi Bo-*
lognett. num.65. Vasq. d. §. 18. num.176. Gomez. ad ll.
Taur.22. numer. 11. Gallerat. loco mox cit. & benè,
Kellemb. de renunc. Successionis cap. 36. numer.3. vbi,
quod non obstat, quod renunciatio dicatur realis, &
in rem, bonaque paterna, per eam, adeò affici, vt re-
nuncianti, in perpetuum, nulla amplius earum videa-
tur permittenda acquisitio, & possessio. Nam re-
spondetur, quod renunciationes habentur reales,
sed hoc solum intuitu, quod renuncians ad successio-
nem renunciatam, nullis ampliùs remedijs aspira-
re valeat, non verò, vt bonis, quibus antea renun-
ciauerat, si ex alterius, & tertij alicuius successione ei
obueniant, priuari debeat; Et propterea, quia reali-
tas hæc, solum successionem remissam respicit, ex-
tendi ista ad aliam, de qua minimè cogitabatur, non
poterit. Personalis, enim, renunciatio tantum ad
personæ illius successionem, cuius nomine, interpo-
sita fuit, restringitur *l. cum pater, §. euictis & §. dulcis,* 11
ff. de leg.2. l. si de certa 31. C. de Transact. cum simili-
bus, & semper mutatione personæ, rei conditio mu-
tata videtur, *cap.1. de Iurepat. in 6.* vbi latissimè *Bar-* 12
bos. Valasc. de Iur. Emphyt. quæst.17. num.15. vers. qui-
bus accedit, & est *textus in l. Paulus, ff. de acquir.*
hæred. l. cum quidam, §. si debitores, ff. de Public. Au-
cbar. cons.108.

Qua opinione, ità, firmata, non obstant ea, quæ ex
aduerso fuerunt allegata, & præcipuè *tex. in l. sed si*
plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. Nam 13
respondet ipsemet *Faber. decad.14. error.3.* quem
sequitur etiam *Kellemb. vbi suprà quæst. 36. num. 5.*
quod ibi substitutus non potest separare hæreditates
filij, & patris, quia pupillaris substitutio respicit suc-
cessionem pupilli, & ex necessaria consequentia, om-
nia huius bona, quocunque modo, sibi fuerint acqui-
sita, in se complectitur; Habetur, enim, patris testa-
mentum pro dispositione, & testamento pupilli *§.1.*
Instit. de Pupill. substit.

Et substitutus pupillariter, licet succedat tam pa-
tri, quam pupillo, dicitur potius succedere pupillo,
quam patri, *Merend. controu. cap.6. lib.8. Altograd.* 14
cons.76. lib.1. & cons.78. lib.2. Amat. var. resol.15. Ton-
dut. quæst. ciuil. par.2. cap. 168. Franc. Palm. cons. 61.
Giurb. dec. Sicil. 11. Rot. dec. 172. & dec. 198. par.
4. rec.

Siue substitutio vniuersaliter in tota pupilli hære-
ditate, siue indefinitè, siue in re certa facta fuerit;
Nam sicut institutus in re certa, nullo dato cohære-
de vniuersali totam testatoris defuncti successionem
acquirit *l.1. § si ex fundo, ff. de hæred. Instit. l. cohæres* 15
§. videri, ff. de vulg. & pupill. Donat. Anton. de Marin.
cap.270. lib.1. Altograd. cons.204. lib. 2. Sperell. dec.
147. Buratt. dec. 257. num.4. Eminentiss. Ottbob. dec.
162. num.6. eadem Rot. dec.209. num.3. par.3. rec. & in
Tiburtina Castrorum 10. Febr. 1660. coram R.P.D.
Beuilaqua dec.53. num.10. post tract. sic substitutio in
re certa facta conuertitur in substitutionem vniuer-
salem *l. cohæredi §. fin.* & ibi Doctores, *ff. de vulg. &* 16
pupill.

E contrà verò renunciatio solam paternam suc-
cessionem afficit, qua cessante cessat omnis vis re-
nunciationis, nec de successione ad successionem ex-
tenditur, & strictissimè accipi debet.

Imò potiùs, vt obseruat *Kellemb. vbi sup. n.6. vers.*
nā quemadmodū, huiusmodi textus dispositio potius
ad fauorē nostræ opinionis est allegenda. Siquidē, dū

diſponit, quod hæres pupilli non ſolum aduentitia,
ſed bona etiam paterna per ſucceſſionem in eum
translata conſequitur: Sic etiam ſoror, quæ ex iuris
diſpoſitione hæres fratris extitit, omnem fratris ſub-
ſtantiam, quacunque ratione, acquiſitam ſibi vindi-
cabit.

Et pariter nullius eſt roboris, *tex. in auth. ex teſta-*
17 *mento, C. de ſecund. nupt.* vbi, quod origo bonorum in-
ſpici debet, & conſequenter bona paterna a fraternis
eſſe ſeparanda, & filiam ab his, licet ad illa admitta-
tur, perpetuò manere excluſam.

Nam reſpondetur, vel cum *Anton. Fabr. vbi ſupra*
num. 10. quod diſpoſita *in d. auth.* procedunt potius
ex Iuſtiniani Nouella Conſtitutione, quam ex vera
iuris ratione, Nam, antè Iuſtiniani tempora, aliter ius
erat; Quapropter ex eo iure, quod non vlla iuridica
ratione, ſed ſola Iuſtiniani voluntate nititur, non po-
teſt argumentum ſumi, quod trahatur ad noſtram
diſputationem.

Vel cum *Kellemb. vbi ſupra*, quod huiuſmodi di-
ſpoſitio fuit lata in pęnam matris denuò nubentis,
quapropter, cum pęnæ ſolummodò delinquentes
coercere debeant, nec vlla in filia renunciante depræ-
18 hendatur culpa, æquitas non patitur, vt aliquod da-
mnum ei per bonorum ſeparationem adijciatur *cap.*
ſine culpa de Reg. Iur. in 6.

Ad tex. in l. fin. §. ſin autem, C. de bon. quæ liber. vbi,
quod bona dicuntur hæreditaria patris, poſt ſucceſ-
19 ſionem filio delatam, facilis eſt reſponſio, ſcilicet,
quod impropriè ſolum dicantur hæreditaria, non
propriè, vt poſt *Ruin.* quem allegat *conſ. 116. num. 3.*
vol. 2. tenet *Kellemb. vbi ſupra num. 4. verſ. nec vrget,*
& in d. §. ſin autem, eam maximè ob cauſam, hoc no-
men ſortita ſunt; quia onus, quod inerat hæreditati,
nondum ex ſolutum erat; Et hæredis bona proprie
20 dicuntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt *l. nihil ff.*
de verb. ſignif. cum ſimilibus.

Ampliatur regula ſupra firmata, vt non ſolum
procedat, quando, poſt aditam hæreditatem pater-
nam, decedit frater renunciantis, ſed etiam, ſi decede-
ret, antè aditam hæreditatem, & prius quam ſe immi-
ſceat; Nam, etſi, hoc caſu, hæreditas paterna, per fra-
21 trem non adita, fraterna dici non poſſit, *l. ſed ſi plures*
§. filio impuberi, ff. de vulg. ſubſtit. Et ob id ratio ſupra
conſiderata, quod hæreditas ſit fraterna, non pater-
na, ceſſet; nihilominus, quia adhuc militat alia ratio,
quod filia, ex diuerſo iure, ſcilicet, ex perſona fratris,
& tanquam hæres eius in hæreditate illa ex deliberā-
di iure a ſe tranſmiſſo ſuccedat, filia renuncians eſt
admittenda, vt tenent communiter omnes, & præci-
puè *Capra conſ. 12. num. 3. Dec. conſ. 309. Gomez ad ll.*
Taur. 22. num. 13. Capon. vbi ſup. nu. 13. Afflict. dec. 178.
Hartm. Piſt. d. loc. nu. 67. Galler. d. cap. 2. nu. 27. verſ. ex-
tenditur tom. 1. Don. Ant. de Mar. d. cap. 193. num. 23. &
latiſſimè *Rot. in Viterbien. Hæreditatis 2. Maij 1664.*
dec. 166. num. 2. poſt tract.

Limitatur, tamen, ſecundum *Dec. in conſ. 266. nu. 4.*
& ſeqq. Purpur. at l. fin. nu. 203. quos refert, & ſequitur
Hartm. Piſt. vbi ſupra nu. 63. Si filia, poſt obitum pa-
tris, & fratris generaliter renunciauerit hæreditati
patris. Tunc enim excluditur etiam à portione, quæ
fuerat delata fratri, licet ab eo non agnita, ea forſan
22 ratione, vt ait *Kellemb. de renunc. d. cap. 36. nu. 11.* quia
renunciationis generalitas omnem ſucceſſionem, &
23 vniuerſa parentis bona comprehendit *l. ſi duo 13. ff.*
idem Iulianus, l. in duobus 28. §. quod ſi reus, ff. de iu-
reiur.

Eſt, enim renunciatio in rem, & totam reſpicit
hæreditatem, ità, vt, licèt renuncians duplex caput
24 regulariter ſuccedendi habeat, & ab vno excluſa ex
25 alio admittatur *l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edict.*

Per renunciationem, tamen, ab omnibus iſtis ſimul
excluditur, *Pariſ. conſ. 69. num. 90. vol. 3. & conſ. 23.*
num. 51. vol. 1. Burſatt. conſ. 114. num. 14. vol. 1. Et re- 26
pudiatio relata ad hæreditatem omnia legum bene-
ficia, quæ illius acquiſitioni inſeruire poſſunt com-
præhendit, atque conſumit, *Bartol. l. nec is, §. 1. num.* 27
3. ff. de acquir. hæred. Bald. l. illud 27. ff. acquir. hæ-
red. Cyriac. controu. 43. numer. 128. Andreol. con-
trou. 297. Capyc. Latro conſ. 119. Catan. conſ. 51. nu-
mer. 132.

Hæc tamen ſententia non videtur tuta ſecundum
Kellemb. de renunc. d. cap. 36. nu. 12. & iuxtà tradita
per *Rot. d. Viterbien hæreditatis 2. Maij 1664. dec. 166.*
poſt tract. nu. 6.

Quia, licet hæreditas extraneis delata, antè adi-
tionem, ipſorum hæredibus non debeatur, cum prius
nihil in ea iuris acquiſitum habeant *l. pretia rerum 63.* 28
ff. ad leg. Falc. d. tamen ſecus erit in filijs, qui iuris mi-
niſterio ad ſucceſſionem paternam ſunt vocati, &
hæreditatem ac ſucceſſorem tranſmittunt abſque
agnitione.

Quapropter in eis nulla intelligitur eſſe hæredi-
tas iacens, & hæreditatem etiam non aditam in hæ-
redes quoſcumque extraneos quoque tranſmittunt 29
l. vnica, C. de his qui ant. apert. tab. l. ſi fratris, C. de
iur. delib. l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit. cum ſimi-
libus allatis à *Capyc. Latro dec. 117. Altograd. conſ.*
83. lib. 1. Hodieru. ad Surd. dec. 138. numer. 15. Rot.
coram Penn. deciſ. 651. & deciſ. 217. numer. 4. part.
5. rec.

Hinc, quia fratri defuncto paterna ſucceſſio, ipſo
iure, eſt acquiſita, eaque, abſque vlla fratris agni-
tione in ſororem ſit tranſmiſſa, non poteſt com-
prehendi in renunciatione paternæ ſucceſſionis;
nam hæc eſt potius fraterna ſucceſſio, & vnius
iuris remiſſio alterius renunciationem non inclu-
dit.

Quæ licet vera ſint, placet tamen *Kellemb. d. loco*
num. 16. illa diſtinctio, quod, vel mulier tempore
renunciationis fuit certiorata de valore bonorum
paternorum, & poſtquam inſtructa, & certior fa-
cta fuerit, nulla interpoſita reſeruatione omnibus 30
bonis renunciauerit, tunc vera ſit opinio, quod
bona paterna non poſſit habere, Nam huiuſmodi
certiorationi quædam adeſſe interrogatio, & ſtipula-
tio videtur, ad quam, filiam per renunciationem re-
ſpondiſſe, eorumque bonorum omnium, de quibus
certior facta fuerit, exactionem ſeſe nullam habitu-
ram promiſiſſe cenſetur, *l. quæritur 15. §. fin. ff. de ædil.*
edict. §. præterea Inſtit. de inutil. ſtipul. l. legatorum 33.
§. fin. ff. de leg. 2.

Et licet renunciationis pactum, tantum bona pa-
terna reſpiciat, & fraternorum nulla ſit facta men-
tio, nihilominus materia, de qua agit renunciatio,
ſatis declarat filiam generaliter omnibus etiam fra-
tri acquiſitis voluiſſe renunciare bonis, & vo-
luiſſe hæc, ſub paternorum bonorum appellatione
comprehendere, quia paternis iſta adhuc confuſa,
nec vlla ratione à fratre defuncto poſſeſſa fue-
rint.

Si verò nulla certioratio bonorum renunciatio-
nem præceſſit, ſed pactum ſimpliciter de bonis pa-
ternis factum fuit, contraria opinio eſt verior. Nam
renunciatio eſt ſubijcienda regulis iuris communis,
quæ non admittunt, vt appellatione bonorum pa-
ternorum, veniant fraterna. Vltrà quod ſemper
ita ſunt accipiendæ renunciationes, vt minùs, 31
quam fieri poſſit noceant renuncianti, vt alias vi-
dimus.

Quibus rationibus moti, arbitrati fuerunt magis
communiter Doctores, quod nequaquā intelligatur
renun-

renunciatum bonis fraternis, etiam si renuncians,
verbis admodum generalibus, & clausulis prægnantibus
vsus fuerit, dum tamen huiusmodi verba diri-
32 gantur ad bona paterna, *Aretin. consil.61. num.3. vol.*
3. plures allegat *Gallerat. de renunc. vbi supra numer.*
27.28. Spad. consil.353. num. 8. 9. tom.2. Merlin. dec.22.
num.11. & seqq. & dec. 62. Duran. dec. 121. num.42.
Royas dec. 66. Tondut. quæst. Ciuil. cap. 200. par.2. &
benè *Rot. eadem dec. 166. post tract. per tot. Altograd.*
Iun. controu.27. num. 6. vbi per totam controuersiam
firmat, non censeri renunciatum bonis, & hæreditati
fratrum, licet renunciatum esset inquit; *Omnibus,
& quibuscumque iuribus & actionibus, & prætensionibus,
quæ habet & habere sperat, sibique melius
competierunt, aut competere possunt quomodolibet
in futurum in omnibus, & quibuscumque bonis dictorum
Iacobi, & Barbaræ eius parentum, etiamque
in bonis ipsius fratris, & sororum, & cuiuslibet eorum,*
& suam fundat opinionem in eo, quod ex iurium,
actionum, & prætensionum renunciatione non infe-
33 ratur necessariò ad renunciationem hæreditatis,
quia plura iura filiæ à patre dotatæ in futurum, super
bonis eius fratrum competere possunt, vltra ius
hæreditarium; Videlicet, ius petendi supplementum
congruæ dotis, quæ filiæ semper competit in
34 bonis patris *Peregrin. dec. 36. Vrsill. ad Afflict. dec.*
160. numer. 30. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 5.
gloss. 8. par. 1. num. 23. Reuerter. dec. 275. (de qua
materia nos latè diximus supra) ius pro nouæ Dotis
constitutione, si eueniat casus, quod, citrà fi-
35 liæ culpam, dos à patre data consumpta remaneat,
vt firmant *Gratian. discept. for. cap.65. num.15. Boer.*
dec.131. nu.5. Surd. de alim. tit.7. quæst.5. num.5. Rot. in
Roman. Dotis 7. Iunij 1663. cor. bo: me: Verospio dec.184.
num.14. post tract.

Vlteriùs operari potest exclusionem à petitione
alimentorum. Si igitur verba renunciationis in alio
possunt verificari, nunquam censetur renunciatum
successioni. Nam renunciatio est stricti iuris, &
solum ea compræhendit, quæ exprimuntur, aut
per necesse ex expressis resultant, & nunquam in-
36 ducitur renunciatio, quando verba necessariò il-
37 la non important, *Eugen. consil.13. numer.39. 40. lib.*
1. Rot. apud Caualer. dec. 341. numer. 1. Duran. dec.
268. num.10. 11. Valenzuel. Valasc. cont. 179. numer.
44. & seqq. latissimè *Rot. d. dec. 166. post tract. num.8.*
& seqq.

Et in puncto, quod renunciatis iuribus, quæ quis
habet, & habere sperat in bonis alicuius non intelli-
38 gatur eius hæreditas renunciata *Rot. dec. 543. par. 5.*
rec. & dec.154. nu.21. & seqq. par. 8. Casanat. consil.16.
num. 19. & alij allegati per *Altograd. d. controu. 26.*
num.22.

Proptereà non est assentiendum *Menoch. consil.335.*
& consil.401. qui dixit renunciantem non posse bona
paterna à fratre adita vindicare, vbi renunciatio fa-
39 cta fuit, hac adiecta clausula; *Renuncio omni iuri,
quod habeo, & in futurum de bonis istis habere
spero.*

Præcipuè, quia, vt *Kellemb. vbi supra quæst.36.*
num. 9. ait, huiusmodi clausulæ generales sæpiùs ex
40 notariorum solum more, non vt consensum augeant
contrahentium solent apponi, *Alex. consil.*
119. num. 6. vol. 1. proindè, diligenter est aduertendum,
num aliqua de reliquorum successione
certioratio præcesserit, nè renuncians vltrà eius intentionem,
& iuris scripti dispositionem, ex vna
renunciatione à pluribus successionibus exclusus fit,
at si non ex disponentis voluntate, verba ampla,
processisse appareat, omni prorsus virtute destituuntur,
& plus scriptum, quam dictum intelligi-
tur *Alex. consil. 52. numer. 27. volum. 1.*

Est igitur concludendum in hac quæstione, quod
mulier renuncians, vel expressis verbis non solum
paternæ successioni renunciat, sed etiam fraternæ, 41
& tunc non succedit in hæreditate patris, licet bona
deuenerint in filium, & fratrem respectiuè, *Anguisciol.
consil.145. vol.1. Morott. consil. 7. num. 31. Prat.*
discept. for. cap. 12. num. 3. par. 1. Vel non apparet
expressis verbis, an voluerit fraternam successionem
includere in renunciatione, & tunc, in dubio, de-
ciditur ad fauorem renunciantis, *Crauett. consil.* 42
407. numer. 34. Rot. coram Eminentiss. D. Cardinali
Ottbob. dec. 109. num. 8. Si verò manifesta est, ex
pactis in renunciatione appositis, voluntas renunciantis,
propter certiorationem eidem tempore renunciationis
factam, vel per clausulas amplissimas,
ex quibus necessariò inferatur fuisse renunciatum
etiam fraternis bonis; Quæstio deciditur contrà
renunciantem; maximè, quando constat renuncianti
in bonis paternis, nullum ius competere,
Merlin. Pignatel. capit. 5. numer. 1. & seqq.

CAPVT XXIV.

Liberi renunciantis, an ad bona à patre renunciata possint adspirare; Diuiditur materia in casu, quod liberi decedant antè patrem, vel postea. Primo casu, possunt, per successorium edictum ad hæreditatem aui adspirare, iuxtà distinctiones, & limitationes allatas. Secundo casu pariter liberi renunciantis succedunt in bonis aui. Quæritur vlteriùs, quomodo succedant, quando Nepotes concurrunt cum auunculis, vel sobrinis. Item, an locum habeat talis opinio, quando sunt matris hæredes, & quando fit renunciatio à matre, quæ declarauit se dote contentam. Et tandem quæritur; An portio habita à matre debeat conferri à Nepote in successione aui.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
2 *Descendens ab excluso etiam ipse est exclusus.*
3 *Statutum excludens filiam à successione censetur excludere etiam descendentem ab ea.*
4 *Filia, quæ renunciauit, præiudicat eius filijs hæredibus.*
5 *Volentes succedere cum auunculis non possunt succedere nisi ex persona matris.*
6 *Est potentius ius accrescendi, quam successorium edictum.*
7 *Quando liberi renunciantis succedere volunt in bonis aui cum alijs nepotibus ex præmortuo filio, renunciatio matris eis non obest.*
8 *Matre per renunciationem exclusâ eius liberi per successorium edictum cum sobrinis admittuntur.*

9 *Proximiore excluso, proximiores in gradu admittuntur.*

10 *Quoties proximior non vult, vel non potest succedere, sequens in gradu admittitur.*

11 *Mors & repudiatio parificantur, quoad admittendum sequentem in gradu.*

12 *Succedentibus ex priuilegio, non datur ius accrescendi.*

13 *Mors & repudiatio parificantur quoad successionem sequentis in gradu.*

14 *Quando superest persona contemplata, ea succedit in portione illius, qui renunciauit.*

15 *Nepotes veniunt per successoriom Edictum ad hæreditatem aui, quando non extant nisi transuersales.*

16 *Ius accrescendi non datur nisi inter cohæredes, vel collegatarios.*

17 *Hæredes patris dicuntur masculi quam fæminæ.*

18 *Per successorium Edictum portio proximioris non petentis ad sequentes in gradu deuoluitur.*

19 *Quando filia dote contenta est, videtur successisse.*

20 *Mulier à patre dotata non est patris hæres.*

21 *Mulier dicitur succedere in dote titulo particulari, & non vniuersali.*

22 *Et si dicitur succedere, tantum succedere dicitur in illa portione, & non in residuo.*

23 *Exclusa matre à successione sui patrui ex edicto successorio eius filius admittitur.*

24 *Nepos ex filia, siue concurrat cum sobrinis, siue cum alijs collateralibus ad aui successionem excluditur à beneficio successorij edicti.*

25 *Descendentes ex fæmina respectu aui materni, non dicuntur agnati.*

26 Faber decad. 28. error. 7. de Error. Pragm. *impugnatur.*

27 *Mors & repudiatio in quibus parificentur.*

28 *Obligationes personales sunt ad hæredes transitoriæ.*

29 *Renunciatio dicitur continere obligationem personalem.*

30 *Iuramentum est personale, & extinguitur cum persona iurante.*

31 *Limitatur quoad periurij reatum.*

32 *Non verò quoad efficaciam obligationis, quia eo casu ad hæredes transfertur.*

33 *Filius mulieris à statuto exclusæ succedere non potest etiamsi mater prædecedat.*

34 *Liberi renunciantis succedunt in bonis aui, quando mater renunciatario prædecedit.*

35 *In renunciatione adest tacita conditio, si renunciauti hæreditas deferatur.*

36 *Actus sub conditione factus euanescit, vbi conditio non euenit.*

37 *Renunciatio est stricti iuris, & non extenditur de vno casu ad alium.*

38 *Ius successionis, quod potest competere liberis superstitibus parentibus, diuersum est ab eo, quod competit nepotibus post obitum eorum patris.*

39 *Ius liberorum præmorientium, & per renunciationem exclusorum, non transmittitur ad eorum liberos.*

40 *Nepotes, remotis liberis, primum gradum obtinent in successione.*

41 *Renunciatio facta de Iure, quod competit filijs, non potest tollere ius, quod nepotibus datur ex lege.*

42 *Nepotes ex propria persona succedunt in hæreditate aui non verò ex iure patris.*

43 *Non tenentur nepotes succedentes, ad debita patris.*

44 *Ius nepotum eo tempore incipit competere, quando antè patrem decedunt.*

45 *Verisimile non est fuisse cogitatum de casu, quod non solet contingere.*

46 *Renunciatio ea non comprehendit de quibus verisimiliter non fuit cogitatum.*

47 *Obligatio personalis transit ad hæredes, quando pura fuit orta obligatio, non verò conditionalis.*

48 *Pactum futuræ successionis habet admixtam conditionalem obligationem, scilicet, si hæreditas deferatur renuncianti.*

49 *Est de natura conditionis, vt priùs debeat impleri, quam commodum.*

50 *Deficiente conditione dispositio nulla redditur.*

51 *Conditio nil ponit in esse, si non fuit impleta.*

52 *Quod procedit non solum in expressa, sed in tacita conditione.*

53 *Taciti & expressi par est virtus.*

54 *Argumentum à statuto ad successionem habet locum negatiuè, & non affirmatiuè.*

55 *Successorio edicto non est locus, quando adsunt alij anteriores in gradu.*

56 *Filij renunciantis non possunt admitti, quando veniunt cum sobrinis vel auunculis.*

57 *Secus quando veniunt cum personis eiusdem gradus.*

58 *Contrà quod venientes etiam cum auunculis succedant.*

59 *Filij renunciantis, licet cum auunculis concurrant veniunt ex propria persona.*

60 *Nepos veniens ad successionem cum auunculis repræsentat tantum gradum non personam.*

61 *Aliud est succedere in ius alterius, aliud in alterius locum.*

62 *Duplici modo in ius alterius deficientis succeditur nempè per transmissionem, & per remotionem.*

63 *Nepos intrat in locum parentis, quoad gradum non quoad personam.*

64 *Renunciatio habet tacitam conditionem, si hæreditas delata fuerit.*

65 *Nepotes admittuntur ad successionem, siue concurrant cum patruis, auunculis vel sobrinis.*

66 *Limitatur, quando intendunt succedere transuersalibus non auo.*

67 *Patrui hæreditas non est ità debita sicut auita.*

68 *Nepos potest aui testamentum impugnare, querela inofficiosi testamenti.*

69 *Auus tenetur nepotem instituere matre de medio sublata.*

70 *Etiam si parentes sint exhæredati vel exclusi.*

71 *Nepos ex filio exhæredato facit deficere conditionem si sine filijs.*

72 *Dum quis venit ad patrui successionem, non potest venire nisi repræsentando matrem.*

73 *Et ideò, hoc casu, nepotes non admittuntur, si mater renunciauit.*

74 *Contrà, quod etiam si nepotes ex filia, quæ renunciauit venians ad hæreditatem auunculi possint adspirare, est magis communis opinio.*

75 *Nepotes admittuntur ad successionem ex legis beneficio, & non ex persona matris.*

76 *Nemo potest transmittere successionem ad quam fuit inuitatus.*

77 *Dubia est quæstio; An nepotes admittantur ad aui successionem, quando sunt hæredes matris, quæ renunciauit.*

78 *Talis renunciatio matris iuxta opinionem aliquorum filijs non nocet licet hæredibus.*

79 *Contrà,*

79 *Contra, quod filij matris hæredes non possint adspirare ad bona aui.*

80 *Hæres tenetur seruare factum eius, cuius est hæres.*

81 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*

82 *Renunciatio patris in feudalibus non obstat filio.*

83 *Secùs quando quis renunciauit pro se, filijs, & hæredibus.*

84 *Filius potest facto patris cuius est hæres contrauenire, quando habet ad ipsam rem renunciatam ius diuersum, & separatum à patre.*

85 *Quilibet censetur hæredes suos obligare tantum ad id ad quod ipse est obligatus.*

86 *Obligatio ex persona hæredis non augetur, neque minuitur.*

87 *Quando promissio in principali parte dispositionis pro filijs, & hæredibus facta fuit, censentur, eo casu, contrahentes duo reduxisse nempè ius suum, & ius filiorum.*

88 *Præcipuè, vbi in principali dispositione de filijs facta est mentio, secùs quando in clausulis accessorijs.*

89 *Nepos, qui est hæres matris non potest adspirare ad successionem quam ipsa renunciauit.*

90 *Stipulans pro se, & hæredibus, intelligitur, quatenus ageretur de re ad eos transitoria vti hæredes.*

91 *Limita tamen ex stipulationibus, quæ ad hæredes sunt transitoriæ.*

92 *Secùs cum obligationes vna cum paciscentibus interennt.*

93 Text. in l. si stipulatio ista, §. sed si quis vti frui, ff. de verb. oblig. *explicatur.*

94 *Parens simpliciter stipulando pro se, & filijs rem sui natura non transitoriam ad extraneos filijs non vti hæredibus, sed vti filijs stipulatum censetur, secùs si transitoriam.*

95 *Renuncians simpliciter feudum non præiudicat filijs.*

96 *In contractibus nil superfluum apponi solet.*

97 *Omnia in contractibus censentur dicta, vt aliquid operentur.*

98 *Nulla syllaba debet esse in contractibus frustratoria.*

99 *Verba contrahentium sunt accipienda cum effectu operandi.*

100 *Renunciatio filiæ pro se, & hæredibus, non præiudicat Nepotibus quantumuis hæredibus.*

101 *Non est dicendum in renunciatione fuisse cogitatum de casu insperato, & inopinato.*

102 *Obligatio filiæ renunciantis hanc habet tacitam conditionem, si hæreditas ei superstiti delata fuerit.*

103 *Ex persona hæredum non immutatur conditio obligationis principalis.*

104 *Siue de his tacitè, vel expressè actum fuerit.*

105 *Hæredum obligatio pendet à principali promissione renunciantis.*

106 *Renunciatio facta sub conditione, quæ non extitit, corruit.*

107 *Stipulatio purè facta animo vocandi obligationem conditionalem, habet tacitam conditionem, si eueniat conditio obligationis nouandæ.*

108 *Et procedit, si ne mulier simpliciter pro se, & hæredibus, & filij sint matris hæredes.*

109 *Non Entis nullæ sunt qualitates.*

110 *Resoluto actu, æquè censentur resoluti effectus ab eo procedentes.*

111 *Quando hæreditas spectat nepotibus per legitimam successionem renunciatio matris filio non obest.*

112 *Renunciatio facta intelligitur de iure suo, & non de iure alterius.*

113 *Promissio facta per matrem intelligitur prout cantat, scilicet, quod nec ipsa, nec illius hæredes contrauenerint renunciationi factæ per matrem, quæ ad eam deuoluitur.*

114 *Hæres non dicitur facto defuncti contrauenire, quando eo iure vtitur, quod ex ipsa natura contractus descendit.*

115 *Renunciatio facta sub vna conditione, censetur sub contraria continere negatiuam.*

116 *Nepotes petentes succedere auo, non obstante renunciatione matris, non veniunt aduersus renunciationem, sed dicunt illam fore extinctam.*

117 *Qualitas hæreditaria non consideratur quando quis non venit, vti hæres.*

118 *Non habetur ratio qualitatis hæreditariæ, quando quis venit ex propria persona.*

119 *Sunt inter se diuersa esse hæredem matris, & velle succedere auo posteà defuncto.*

120 Bald. in l. qui re parens, *explicatur.*

121 *Doctorum dicta sunt potiùs attendenda in loco vbi expressè materiam tractant, quam vbi perfunctoriè.*

122 *In renunciatione simplici hæredes comprehenduntur.*

123 *Expressio eius, quod tacitè inest nihil operatur.*

124 *Doctores volentes, quod nepos hæres matris, quæ renunciauerit non possit auo succedere, explicantur.*

125 *Declaratio matris, quod intendit præiudicare filijs etiam in iure ipsorum proprio, non obstat, quin nepotes succedant auo.*

126 *Iuramentum respicit tantum iurantis personam, nec ad hæredes transit.*

127 *Iuramentum quoad efficaciam ad hæredes transit.*

128 *Iuramentum firmat contractum per se nullum, quoad ius ipsius contrahentis, non alterius.*

129 *Alienatio rei dotalis nocet filijs, qui aliàs in ea successuri essent, non tamen illis præiudicat in iure, quod vel ex aui, vel ex alia dispositione in ea re habere possunt.*

130 *Contractus iuramento non firmatur, quoad ius alteri competens.*

131 *Iuramentum non firmat contractum in alterius præiudicium.*

132 *Renunciatio vnius alij non nocet.*

133 *Contractus per se nullus potest ab eo reuocari, qui promisit.*

134 *Et multo magis ab eius hærede.*

135 *Hæredes possunt impunè recedere à contractu nullo.*

136 *Quod matris renunciatio noceat filijs, quando de eis facta est mentio expressa in renunciatione si sunt hæredes matris.*

137 *Contra quod filius non possit auo succedere, non obstante matris renunciatione, est verior opinio.*

138 *Præcipuè quando est hæres beneficiatus.*

139 *Obstat renunciatio matris hæredibus Nepotibus, quando fuit dictum, quod filij non possunt neque ex propria persona venire, etiam si mater prædecedat.*

140 *Attamen contrarium tenent nonnulli, quod talis renunciatio iuramento non firmetur, & propterea non sit attendenda in præiudicium nepotum.*

141 *Rotæ opinioni multum est deferendum.*

142 *Euictio promissa à matre, quæ renunciauit, nihil operatur quando euanescit renunciatio.*

143 *Euictio non habet locum in promissione, vel contractu nullo.*

144 *Obstat filijs renunciatio, quando renuncians dixit se esse contentam portione sibi tradita.*

145 *Filia, quæ renunciauit, & dixit, se portione habita contentam, censetur, viuo patre suam portionem accepisse.*

146 *Et eius*

146 Et eius portio non dicitur vacare, nec eſſe poteſt locus ſucceſſorio edicto.
147 Imò quamquam renunciatio facta ſit ſimpliciter abſque contemplatione filiȷ, reſiduum accreſcit hæredibus patris.
148 Hoc caſu filia dicitur tranſegiſſe, & potiùs portionem habere certam, quam futurum euentum incertum.
149 Nemo eius ſucceſſionis commodum bis conſequi poteſt.
150 Renunciatio ſupponit acceptationem.
151 Satisfactio habetur pro ſolutione.
152 Donatio de bonis omnibus intelligitur de præſenti ibus, & valet.
153 Donatio eſt perfecta, quamuis donans ſibi reſeruet donatum vſque ad mortem.
154 Reſeruata in donatione ſpectant ad donatorem, & eius hæredem ab inteſtato.
155 Tempus acceptationis Dotis ſubrogatur loco temporis mortis.
156 Contrarium, quod renunciatio matris etiam dote contentæ non poſſit obſtare nepotibus venientibus ex propria perſona.
157 Omnia argumenta ad fauorem nepotum procedunt, quamquam mater renuncians dixerit ſe dote contenta.
158 Ius filiæ diuerſum eſt à iure nepotum.
159 Filio in dote matris non datur plenaria ſucceſſio, ſed quædam notio.
160 Auorum votum, non eſt idem in nepotibus ac in filijs.
161 Diſpoſitio facta ab auo de filijs non præiudicat nepotibus.
162 Non valet argumentum à filia ad nepotum priuatione.
163 Pater non poteſt mediante quadam tranſactione præuenire ſucceſſionem in præiudicium nepotum.
164 Nepotes vocantur à lege ad aui ſucceſſionem.
165 Hæres grauatus non liberatur per reſtitutionem fideicommiſſi factam ante tempus.
166 Grauatus reſtituere poſt mortem, ſi reſtituat in vita ei qui præmoriatur, ſibi præiudicat.
167 Paria ſunt aliquid non factum, vel ob conditionem deficientem, extinctum.
168 Quando nepos venit ex propria perſona ſucceſſorio edicto non eſt opus.
169 Tranſactio de vna re facta, non porrigitur ad aliam.
170 Tranſactio ſuper vna ſucceſſione facta non extenditur ad aliam ſucceſſionem.
171 Acceptatio antè renunciationem tacitè ſubintelligitur, dum corruit renunciatio, corruit acceptatio.
172 Acceſſorium à natura ſui principalis non recedit.
173 Solutio facta filiæ de legitima portione, non impedit quin nepos poſſit ipſam legitimam prætendere, ſi mater prædecedat auo.
174 Et pariter nepotes ſuccedere auo poterunt, quamuis diſponat eſſe contentos dote matri ſoluta.
175 Nepotes an teneantur conferre portionem, quam habuit eorum mater in actu renunciationis.
176 Quod teneantur conferre multi tenent.
177 Contrarium quod non teneantur conferre.
178 Collatio eſt facienda, quando talis portio prouenit iure hæreditario à patre, & non ab auo.
179 Non eſt facienda, quando habuerunt ab auo, mediante parentis perſona.
180 In legitimam, & eius ſupplementum non imputatur niſi id quod, quis conſequitur ex ſubſtantia illius de cuius hæreditate agitur.
181 Si aliquid Nepoti obuenit ex ſucceſſione paterna, vel materna non eſt ei imputandum in legitimam debitam in bonis aui.
182 Nepos tenetur conferre dotem matris, quando ei fuit tradita in poteſtate conſtitutæ.
183 Quando dos fuit data in actu renunciationis efficitur proprium filiæ patrimonium, & non confertur.
184 Dos, quæ ad patrem redire debet, dici poteſt effectus, & ſubſtantia aui.
185 Dos remanet apud filios, attenta Bulgari Conſtitutione.
186 Et nihilominus eam dicuntur habere ex diſpoſitione aui.
187 Pro conſentiente habetur, qui poterat prohibere, & non prohibuit.
188 Dos data à matre, & non à patre nunquam confertur.
189 Etiamſi pater in contractu matrimonij declarat dotem filiæ reddi, habes enim eo caſu filiam à patre tanquam donatam.
190 Valida eſt hoc caſu donatio inter patrem, & filiam in poteſtate.
191 Indiſtinctè ſecundum aliquos eſt facienda collatio habitæ portionis, vel à patre, vel ab auo.
192 Portio habita propter renunciationem non datur, vt ſit opus ſucceſſionis, vel legitimæ, ſed in pretium ceſſionis.
193 Et propterea non ſubiacet collationi, nam fuit effectum proprium patrimonium.
194 An verò dos veniat in collatione, quando non renunciauit filia dotata, eſt alta quæſtio.
195 Quando fuit pacta per pactum de non petendo renunciatio, multi volunt, quod renunciatio matris noceat nepotibus.
196 Sed contrarium eſt magis verum.
197 Quamis pacta contractui oppoſita, ſecundum eius naturam ſunt intelligenda.
198 Quoties principalis obligatio non nocet, neque acceſſoria nocet.
199 Neque renunciatio filiæ nepoti, quamuis alius promiſerit pro matre, quod neque renuncians, neque hæredes eius quicquam poſtulabunt.
200 Promiſſio recipit à contractu principali interpretationem.
201 Reſoluto contractu principali, reſoluitur promiſſio, in eius executionem interpoſita.
202 Exceptio competens principali datur fideiuſſori.
203 Fideiuſſor liberatur principali liberato debitore.
204 Imò quamuis valeat contractus, & reſcindatur, fideiuſſio non tenet.
205 Multo magis corruit fideiuſſio, quando à principio contractus eſt nullus.

Quæſtio iſta, quoad primum caput videtur reſoluenda negatiuè; Siquidem nulli dubium eſt, quod renunciantibus iura ſua non datur vlterior regreſſus, vt aliàs diximus, & probatur ex textu *l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de Edil. Edict. l. Herennius in princ. ff. de Euict.* 1

Vnde, ſi ipſemet renuncians, eſt excluſus, non poſſunt eius liberi ad bona renunciata adſpirare, nam cauſam habent à radice infecta. Et eſt regula, quod deſcendens ab excluſo eſt etiam ipſe excluſus, *l. Lucius Titius, ff. de leg. 2. Surd. deciſ. 41. num. 1. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 317. num. 2. & ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 12. num. 5. Cyriac. controu. 8. num. 33. Barz. dec. Bonon. 3. per tot. Rot. dec. 37. par. 8. & dec. 366. num. 4. par. 11. rec.* & in celebri cauſa *Bononien. Fideicommiſſi de Bologninis, vt coram Carillo 22. Iunij 1643. §. abſque quod, coram Reuerendiſs. Imolen. Ghiſlerio 8. Iunij 1648. §. in noſtro.* 2

Ideò

Ideò dicimus, quòd statutum excludens filiam à
3 successione, censetur quoque excludere nepotem ex ea, secundùm *Bald. in l. maximum vitium, nu. 2. C. de liber. prater. & in l. venia, in fine, num. 13. C. de in ius vocan. Alex. cons. 36. num. 14. lib. 6. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 17. nu. 24. Altogead. consil. 58. nu. 4. tom. 1.* & admittunt relati à *Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Iur. Vniu. par. 3. lib. 41. cap. 16. num. 1.* & firmauit *Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 25. num. 8.* cum alijs ab eo allatis.

Verum, licet supradicta vera sint in abstracto, & generaliter loquendo, tamen nonnulli dantur casus, in quibus fallit regula negatiua, qui, vt meliùs percipiantur, necesse est, materiam nostram bifariam diuidere; nempè, quando filia, vel alia persona, quæ renunciauit, moritur iuxta ordinem naturæ post patrē, relictis filijs. Et quando mater, turbato naturæ ordine ante patrem decedit, superstitibus eius filijs, auo, nepotibus, vt benè distinguunt *Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 90. num. 2. Surd. cons. 133. num. 29. Matt. cons. 122. num. 7. Donat. Anton. de Marin. cap. 189. nu. 91. lib. 2. & alleg. 128. num. 16. & seqq. Robles de repræs. lib. 1. cap. 16. num. 9. Pater Passerin. cap. quamuis pactum, num. 21. de Pact. in 6.*

Si igitur moritur iuxta ordinem naturę renuncians post patrem, rursùs animaduertendum est, an liberi eius, qui in bonis aui succedere intendunt, sint matris hæredes, nec ne, si matris hæredes sunt, omnes conueniunt, matris renunciationem eis obesse, quin possint petere aui successionem, vt, alijs allegatis, fir-
4 mat, *Morott. d. cons. 22. num. 7.* quem sequitur *Thesaur. d. quæst. 90. num. 2. Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 11. num. 2. Castill. dec. 189. num. 4. Michal. de Featrib. par. 3. cap. 12. num. 29. Pet. Gregor. Tholos Syntagm. Iur. vniu. par. 3. lib. 41. cap. 16. nu. 3. Gasp. Mans. de Testam. val. vel inual. tit. 12. quæst. 49. nu. 16. Rot. in Arminen. Bonorum 24. May 1660. coram R.P.D. Beuilaqua, dec. 27. num. 2. post tract. & in Placentina Bonorum 2. Decembris 1661. coram eodem dec. 40. num. 10. post tract.*

Si verò hæredes matris non sunt, sed ex persona propria, vti filij successionem aui vindicare volunt; rursus tres casus sunt distinguendi, nempè

An filij renunciantis ad aui materni successionem venire intendant, cum auunculis.

Vel, an filij renunciantis ad aui successionem concurrere velint cum alijs nepotibus ex filio premortuo.

Vel quando moritur pater, cui est renunciatum, nullis relictis descendentibus ex filio, vel filia forsan prædefunctis, sed tantùm relicta superstite filia, quæ renunciauit, ac, ex ea, nepotibus, & alijs, de linea collaterali, coniunctis.

Primo casu, quando, cum auunculis ad successionem aui venire volunt nepotes ex filia, certum est de consensu omnium Doctorum, quod non admittuntur: Nam superexistentia matris renunciantis eis obest.

Et ratio est euidens, quoniam volentes succedere cum auunculis non possunt, nisi ex persona matris
5 viuæ, quæ, per renunciationem, reperitur exclusa, vt latè *Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 25. num. 4.* ac proindè ipsi quoque filij repelluntur; & illa portio, quæ matri deberetur, si non renunciasset, accrescit fratribus per ius accrescendi, non autem nepotibus
6 per successorium edictum; Potentius est, enim, ius accrescendi, quam successorium edictum, *l. meminimus, C. de legit. Hæred. §. fin. Instit. de Bonor. Poss.* Sic tenent Doctores communiter, & præcipuè *Morott. d. cons. 22. num. 7. in fine, Couarr. in cap. quamuis pactum, par. 3. §. 3. num. 7. Boisigner. de success. cap. 2. Theor. 46. num. 46. vers. quintus, & vltimus, Donat. Anton. de Marin. resol. Iur. lib. 2. cap. 189. num. 92.* & *Regens Ronit. cons. 46. nu. 32. lib. 1.* quem refert, & sequitur idem *de Marin. alleg. diuers. alleg. 128. num. 17. Anton. Faber de Error. Pragm. error. 6. num. 2. 3. Decad. 28. Castill. vbi suprà num. 4.* Latissimè *Robles de Repræs. lib. 2. cap. 16. num. 11. & 14.* vbi plures adducit.

Secundo casu, quandò liberi renunciantis volunt succedere in bonis aui insimul cum alijs nepotibus ex præmortuo filio.

Magis cōmunis Doctorum opinio est, quod renunciatio matris illis non obstet; Siquidem, cum concurrant ad aui successionem cum personis æqualis gra-
dus, ità, vt matris personam, siuè gradum sub- 7
ingredi non indigeant, dubium non est, quin, matre, per renunciationem, exclusa, filij ex ea orti, per
successorium Edictum cum sobrinis succedant, *Rot.* 8
dec. 392. & 378. par. 9. rec.

Est, enim, de iure satis notum, vt proximiore, ob aliquam causam, à successione excluso, sequentes in gradu admittantur *Bartol. in l. qui superstitis, num. 2.
vers. aduerte siquidem, ff. de acquir. hæred.* vbi etiam 9
Imol. antè num. 2. & alij de quibus per *Donat. Anton. de Marin. d. alleg. 138. num. 18. Morott. cons. 22. num. 7. vers. secundò, Thesaur. quæst. for. d. quæst. 90 num. 23. lib. 2.* ibi, *cum omnes sint in pari gradu res videtur clara, quod non obsit renunciatio hæredibus venientibus iure proprio, & absque repræsentatione.* Prout in omnibus descendentibus concludit *Io. Andr. Georg. alleg. 30. num. 38. Gallerat. de Renunc. lib. 2. cap. 5. num. 28. vers. ex quibus, Bologn. in l. pactum dotali, num. 91. 92.* allegatus à *Donat. Anton. de Marin. d. resolut. 189. num. 93. lib. 2. Anton. Fab. decad. 28. error. 6. num. 3. Rot. dec. 362. & 378. par. 8. rec.*

Nec, vt benè ait *de Marin. d. alleg. 128. num. 9.* resistit obiectum, quod dùm mater viuit, & renunciauit, non potest eius filius, vti proueniens à radice infecta succedere. Siquidem animaduertere operæ pretium est, quod in iure nouum non est, vt existentia personæ proximioris exclusæ, non modo immediatè sequentes à successione coniuncti decedentis non repellat, sed potiùs illorum operetur
inclusionem, eapropter à iure successorium edictum 10
proditum est, vt quoties proximior nolit, vel non possit succedere, sequens in gradu admittatur; & sicuti persona, quæ renunciauit, dato casu, quod non renunciasset, sed obijsset, eius liberi ab aui successione non essent exclusi, ita, si viuit, & declarat nolle succedere, pari modo, ex successorio edicto, eius liberi admittuntur, vt sunt iura clarissima *in l. 1. §. quibus gloss. verbo noluerit, ff. vnd. Cagn. & in l. 1. vbi Doctores, C. de success. Edict.* parificantur enim per hæc
iura mors, & repudiatio; quod latiùs probat idem 11
de Marin. auctoritate *Salicet. in auth. post fratres, num. 3. C. de legit. hæred.*

Neque, in hoc secundo casu procedit regula iuris accrescendi, de qua supra in primo casu; siquidem nepotes ex fratre renunciantis, si cum eorū amita in casu non renunciationis succedere noluissent, id obtinere minimè possent, nisi, ex priuilegio, sed succedentibus
ex priuilegio denegatur ius accrescendi, *l. 3. §. si con-* 12
iunctim, l. filium, §. si legata, ff. de leg. 1. l. mulier, & l. Titio, ff. de condit. & demonst. ergò, &c. & latiùs probāt, quòd mors, & repudiatio, quoad admittendum sequentem
in gradu parificentur, *Mangil. de Imput. quæst. 64. nu. 3.* 13
Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 3. q. 11. Roderic. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. ampl. 10. num. 56. quæ loca latiùs exornantur à *Donat. Anton. sæpiùs cit. alleg. 128. num. 22.*

Quæ licet procedant in casu dumtaxat quo renunciatio contingat post obitum patris, tempore delatæ successionis, idem tamen est iudicandum, in casu, quo

tem-

tempore nuptiarum, propter dotem, vel alia ex cauſa fœmina renunciet ſucceſſioni paternæ, nondum delatę; Nàm nulla repetitur diuerſitatis ratio inter vnum, & alterum caſum, vt teſtatur *de Marin, loco mox cit. num.* 23. vbi, quod obijcere non releuat illam diuerſitatis conſiderari rationem; quia, quando filia paternę ſucceſſioni deferendæ per pactum de non petendo renunciat, videtur, quod ſit inducta tacita donatio in hæredem vniuerſalem patris collata; Non ſic etiam quando, quis paternam hæreditatem ſibi delatam repudiat: Non ſolùm, quia, hoc eſt diuinare, cum nullus id dicat, ſed etiam, quia, ſi vera eſſet hæc aſſeueratio, ſequeretur, vt ſi quis ab inteſtato decederet, ſuperſtite ex linea deſcendente filia tantùm, & ex ea nepote, tranſuerſalis, ſiuè agnatus, ſiuè cognatus, quantumuis remotus neceſſariò hæres patris renũciatarij eſſe deberet; atque adeò hunc dici donatarium filiæ renunciantis: ſed hoc eſt contrà communem, vt videbimus infrà in tertio caſu, meritò &c.

Et hæc ſunt accipienda, vbi renunciatio fuit ſimpliciter facta, vel propter dotem, non verò, vbi apparet fuiſſe renunciatum fauore maſculorum, qui ſuperuiuant; Nam, eo caſu, hi admittuntur, non liberi renunciantis. Alijs enim diximus, quod, quãdò ſupereſt perſona contemplata, ea ſuccedit; In qui-
14 bus terminis ſunt intelligenda dicta *per Caſtren. in d. l. qui ſuperſtitis num.* 5. *& in l. pactum dotale C. de Collat. num.* 7. vt probat idem *de Marin. d. alleg.* 128. *num.* 24. *& ſeqq.* qui reſpondet *Aret.* & alijs contrà ſentientibus.

Tertio caſu, videlicèt, quando nepotes petunt hæreditatem aui, non exiſtentibus auunculis, vel alijs
15 nepotibus, ſed agnatis tranſuerſalibus, de linea collaterali, magis communis opinio eſt, quod, non obſtante matris renunciatione, ad hæreditatem aui per ſucceſſorium edictum venire poſſunt, penitùs excluſis collateralibus agnatis, non obſtante quod filia renuncians dotem receperit, ac patri ſuperuixerit.

Et ratio euidentiſſima eſt; nam, ſi agnatus colla-
16 teralis admitti vellet ad hæreditatem, excluſo nepote ex filia, id obtinere minimè poſſet, niſi, vel per ius accreſcendi, vel per ſucceſſorium edictum, ſed neutrum eis poteſt competere, ergò

Non ius accreſcendi, quia practicari non poteſt, niſi inter cohæredes, & collegatarios; ſed hæredes patris defuncti, de iure dicuntur tam maſculus, quã
17 fęmina, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Igitur, quando fœmina reperitur renunciaſſe, portio, quæ ad eam ſpectaret, per ius accreſcendi deuoluitur ad fratrem maſculum ſuum cohæredem, & maſculo non exiſtente, non poteſt accreſcere collaterali, ex quo ille cohæres filiæ renunciantis dici non poteſt.

Sic pariter ad eius fauorem non poteſt admitti ſuc-
18 ceſſorium Edictum; nam, per hoc portio proximioris non petentis, vel ex aliqua cauſa excluſi ad ſequentes in gradu deuoluitur, *l. 1. Cod. de ſucceſſ. Edict. §. placabat, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Verùm, excluſa filia à patris ſui hæreditate, ſtante eius renunciatione, inter ſubſequentes coniunctos reperiuntur in potiori gradu eius filij, qui ſunt defuncti nepotes, & ſic deſcendentes, quam quilibet alius de linea collaterali; Propterea illi ad aui ſucceſſionem, per ſucceſſorium edictum ſunt admittendi, non autem collaterales, vt oſtendunt *Caſtren. in l. qui ſuperſtitis* 93. *nu.* 3. *verſ. & hoc, ff. de Acquir. hæred. Gomez ad ll. Taur.* 22. *num.* 10. *in princ. & in verſ. vnum tamen eſt, Morots, conſ.* 22. *num.* 7. *Craſſ. §. legitima quæſt.* 4. *num.* 3. *Sanch. in Præc. Decal. lib.* 7. *cap.* 7. *numer.* 38. *Merlin. de Legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 11. *numer.* 5. *Gabriel Com. concl. de Iur. dot. concl.* 1. *num.* 54. *Bottigl. de ſucceſſ. d. Theor.* 46. *nu.* 48. *Donat. Ant. de Mar. d. lib.* 2. *reſol. cap.* 189. *nu.* 94. *& d. alleg.* 128. *nu.* 23. *Robles de repræſ. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 18.

Verùm, contrà hanc concluſionem inſurgunt nonnulli, aſſerentes, eidem locum non eſſe, quoties filia, dote accepta, renuntiat, cum declaratione, quod remanet, ſua portione contenta; dicunt enim, quod, eo caſu, non poteſt intrare ſucceſſorium Edictum, non vi repudiationis, ſed vi ſucceſſionis; Nam, cum filia renuncians videatur ſucceſſiſſe, non eſt ampliùs tra- 19
ctandum, quod nepotes veniant per ſucceſſorium edictum, vt præ ceteris, oſtendit *Robles de repræſ. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 32.

Sed reſpondetur, negando aſſumptum, quod, quia filia dixit ſe dote contentam, ideò videatur ſucceſſiſſe; Siquidem, re vera, nullibi cautum reperitur, quod mulier à Patre dotata dicatur patris hæres, vt 20
benè idem *de Marin. d. reſol.* 189. *num.* 97. demonſtrat, & latè probat *Faber. de Error. Pragm. decad.* 27. *error.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* Nam licet dici poſſit filiam conſequi dotem, loco portionis hæreditariæ, non tamen in illa portione dicitur ſuccedere, titulo vniuerſali, & 21
tanquam hæres, ſed titulo particulari.

Vndè ſequitur, quod, quando datur caſus, vt filia, ob renunciationem à patris hæreditate excludatur, non poteſt dici excluſa, vi ſucceſſionis, quia, tanquam hæres ſucceſſit in portione hæreditaria, ſed vi repudiationis, quia, dote accepta, reſpuit patris hæreditatem.

Vlteriùs reſpondet idem de *Marinis, loco mox citato*, quod ſi diceremus filiam, per receptionem dotis, vere ſucceſſiſſe patri dotanti, certò certius eſt, quod dici non poteſt ſucceſſiſſe, niſi in illa portione data; quid igitur fiet de alia portione patris, dum non habemus perſonam in pari gradu cum filia, vt poſſit per ius accreſcendi reſiduum conſequi? Certè, ſi non datur ad fauorem Nepotum ius accreſcendi, reſiduum hæreditatis inteſtati defuncti remanebit ſine ſucceſſore.

Et ſi dicatur habere locum ſucceſſorium edictum, 22
ſed non ad beneficium filiorum renunciantis filiæ, ſed aliorum collateralium, erit hoc contrà *textum in l. 1. C. de ſucceſſor. edict.* vbi excluſa matre à ſucceſſione ſui patrui, ex edicto ſucceſſorio, eius filius ad ſuccedendum fuit admiſſus, & contrà *textum in §. placebat, Inſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ.* vbi, excluſo primo in gradu, admittuntur ſequentes.

In quibus iuribus, licet prouiſum ſit, in caſu, quo 23
primus in gradu nihil de mortui hæreditate conſecutus fuit, tamen adaptatur diſpoſitio text. etiam ad caſum noſtrum; quia loquimur de caſu inteſtati, & obiectum procederet, ſi de caſu teſtati ageretur, tunc enim, quia mater legitimam portionem aſſecuta fuit, ampliùs petere non poteſt, non verò in caſu inteſtati, quo, nulla lege, cautum reperitur, vt quia filia ſucceſſit in parte, non poſſint filij ex propria perſona venientes in reſiduo ſuccedere, vt latiùs oſtendit *de Marin. cit. alleg.* 189. *nu.* 98. 99.

Contra ſuperiùs ſcripta in ſecundò & tertiò caſu, inſurgit *Fab. de Error. Pragm. dec.* 28. *error.* 7. quem ſequitur *Bottigl. loco mox cit. numer.* 48. *& ſeqq.* Aſſerit, enim, *Faber*, quod nepos ex filia, ſiuè concurrat cum ſobrinis, ſiue cum alijs collateralibus agnatis, ad aui materni ſucceſſionem, ſemper debet excludi à beneficio ſucceſſorij edicti; quia prætor ex cuius iuriſdictione illud beneficium eſt, nunquam 24
admittit cognatos, aut alium quemquam ex capite, *vndè cognati*, quamdiù ex prioribus gradibus, aut hæreditas acquiri iure ciuili, aut bonorum poſſeſſio peti poteſt; Sed re vera, ſi concurrunt alij nepotes, hi ſunt admittendi, tanquam habentes primam cauſam in ſuccedendo *Nouell.* 118. *de hæred. ab inteſt.*

venient.

venient. cap. 1. Si verò alij agnati, ad ipsos defertur
successio, & nunquam cognati, nisi post agnatos ad-
mittuntur. Nepotes verò, de quibus tractamus non
possunt admitti ad successionem aui materni, neque
tanquam ex descendentibus, quia anteuertit eos ma-
ter, cui non obstante renunciatione acquiritur hære-
ditas; neque tanquam agnati, cum non coniungan-
tur auo materno per masculum; descendentes enim
ex fęmina, respectu aui materni, non dicuntur agna-
ti, sed cognati, *l. sunt autem, ff. de legit. agnat. tutel. l.*
Iurisconsultus, §. 1. versic. cognationis origo, ff. de Gradib.
§ 1. Instit. de legit. Agn. tutel. vbi Picchard. num. 4.
Consequens est igitur, vt non possint admitti, nisi,
tanquam cognati, ac proinde eis non tantum cęteri
nepotes, sed & agnati omnes, quantumcumque re-
moti, præferuntur.

26 Sed quicquid dicat *Faber*, aliàs subtilissimus, &
eruditissimus Iurisperitus, sententia contraria est ma-
gis communiter approbata, vt vidimus; Nec resistit,
quòd, quando Nepotes veniunt cum alijs nepotibus
ex alia filia, vel filio, non possint succedere, tanquam
descendentes; cum mater eos anteuertat; Nam, vt
diximus, in secundo casu, tunc mater habetur pro
mortua, eiusque filij succedunt ex propria persona.
27 Siquidem quoad hunc effectum parificantur mors, &
repudiatio, *vt l. 1. §. quibus, ff. vnd. Cognat. & l. 1.*
C. de success. edict.

Ex quo soluitur etiam aliud argumentum, quòd,
quando concurrunt cum alijs agnatis transuersalibus,
non possunt gaudere beneficio successorij edicti, quia
postquam mater repudiauit, agnatis defertur succes-
sio non cognatis. Dato, enim, quod mater renun-
cians habeatur pro mortua, dum renunciantis filij,
iure proprio, tanquam descendentes primo loco ad
hæreditatem aui vocantur, vt per *text. in alleg. Nouell.*
118. *de hæred. ab intest. venient.* & latiùs probauimus
suprà in tertio casu, meritò à sententia magis com-
muni non est recedendum.

Diximus, hucusque, quomodo, & quando possint
filij renunciantis ad aui hæreditatem adspirare in ca-
su, quo eorum mater decedat post patrem, de cuius
agitur hæreditate; nunc superest videndum, de altero
casu, scilicet, quando præuertendo naturæ ordinem
decedit filia renuncians ante patrem.

Et huiusmodi articulus videtur esse facilis resolu-
tionis, ad fauorem negatiuæ opinionis, contra filios
renunciantis. Nam, in iure satis est tritum, quod
obligationes personales, quæ commodum pecunia-
28 rium, & rei prosecutionem continent ad hæredes
transitoriæ sunt, *l. ex contractibus, 49. ff. de oblig. &*
Action. l. veteris, C. de contrah. & committ. stipul. l. vium
29 *veritatis, C. locat.* cum ergo, & renunciatio de horum
numero existat, & pacto perficiatur, etiam liberi ex
necessitate pacto materno remanebunt adstricti.

Nec obiectum valet, quod iuramentum, ex quo vi-
res capit pactum nostrum sit personale, & cum per-
30 sona iurante extinguatur, *cap. veritatis 14. de iureiur.*
Nam hoc solum procedit quoad periurij reatum,
Gail. obseru. lib. 1. obseru. 27. num. 3. Vinculum enim
31 spirituale, quod inest iuramento, personæ iuranti co-
hæret, nec de Anima ad Animam, si non alicuius spe-
cifica intercesserit voluntas, transire solet, *Gail. vbi*
supra num. 3. Sed robur, quod pactum ex iuramento
accipit, perpetuò subsistit, & in hæredes descendit;
32 non enim ex personis hæredum ius creditoris, & obli-
gationes mutantur, *l. 2. §. his, ff. de verb. oblig. l. cum*
quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3.

Addi etiam potest exemplum filiæ à statuto, vel
33 consuetudine exclusæ, quæ non solùm obstat eius ne-
potibus, vt non possint succedere in bonis aui, quan-
do post patrem decedit, sed etiam quando, eo viuo,
suum diem claudit extremum, vt tradunt Doctores *in*
l. maximum vitium, C. de liber. Prætor. Marcabr. consil.
79. num. 27. 28. Riminald. Iun. cons. 731. num. 24. Surd.
cons. 25. num. 10. & seqq. Robles de Repræs. lib. 2. cap. 16.
num. 42. qui à *num. 33. vsque ad 46.* octo argumentis
hanc opinionem confirmat.

Vnde hanc sententiam defendit *Roman. in l. qui su-*
perstitis, ff. de acquir. hæred. & alij allegati per *Fachin.*
cap. 23. lib. 2. littera D, Eugen. cons. 98. nu. 6. Robert. rer.
Iudic. lib. 2. cap. 5. Charend. lib. 5. Respons. cap. 8. ac alij
apud *Robles d. lib. 2. cap. 16. num. 45.*

Sed re vera, his non obstantibus, contrarium ve-
rius est secundum opinionem communissimam; scili-
cet, quod liberi renunciantis succedant in bonis aui, 34
in casu, quo mater renuncians prædecedat, renuncia-
tione non obstante, vt fatentur omnes per *textum in l.*
si ex paternis, §. fin. ff. de bon. libert. l. si quis filio exhære-
dato in princ. ff. de Iniust. rupt. & irrit. fact. testam. &
latiùs probant interpretes *in l. qui superstitis, ff. de acq.*
hæred. l. pactum dotale, C. de collat. l. stipulatio hoc modo,
ff. de verb. oblig. Quibus in locis, vno ore tenent hanc
opinionem pro verissima, & communissima, eamque,
vti talem, defendunt *Grammat. dec. 57. Molin. de Hisp.*
Primog. lib. 2. cap. 3. num. 47. Mynsing. cons. 37. num. 19.
Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Iur. vniu. lib. 41. cap. 16.
num. 2. & alij cumulati per *Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 7.*
num. 1. vbi quod eam etiam, optimis fundamentis,
tuentur ac defendunt *Marant. disp. 10. Vasq. in l. si quan-*
do, §. illud, C. de inoff. testam. num. 56. versic. Tertius
casus, Crass. §. legitima, quæst. 4. num 4. Tiraquell. de
Primog. quæst. 40. num. 13. Crauett. cons. 84. num. 5. &
cons. 703. Bertrand. cons. 138. lib. 1. alijque multi allega-
ti per *Andreol. controu. 212. num. 1. Castill. dec. 189 Ho-*
diern. tom. 1. controu. cap. 23. num. 12. Capon. de Pact. qu.
53. num. 8. Cupyc. Galeott. controu. 15. num. 45. vbi de
communi, & magis communi, pro qua pluries iudi-
catum, & inconcussè seruatum testatur auctoritate
de Franch. dec. 67. num. 7. Regens de Ponte cons. 40. nu.
6. Peregr. de Fideic. art. 52. num. 93. quibus addi pos-
sunt *Reuerter. dec. 40. num. 1. vbi Add. de Marin.* mul-
tos adducit ab alijs non allegatos, vt *Aueudan. ad ll.*
Taur. 40. gloss. 17. num. 32. Molin. de Rit. Nupt. quæst.
84. num. 20. lib. 3. Robles de Repræs. lib. 2. cap. 16. nu. 46.
& seqq. Cupyc. Latro dec. 4. & 41. num. 4. & 16. & pro
hac etiam opinione plenè scripsit *Merlin. Pignatell.*
controu. cap. 11. nu. 7. cent. 1. & plenè *Viuius dec. 211.*
num. 1. Donad. de renunc. cap. 3. num. 21. & cap. 2. num.
116. Ricch. de V[illegible]ion. Prol. cap. 7. num. 61. Surd. cons. 533.
num. 16. Faber de Error. Pragm. decad. 28. error. 7. nu. 23.
& seqq. Altograd. Iun. controu. 21. num. 21. Gratian.
Discept. for. cap. 785. num. 11. & 12. Donat. Anton. de
Marin. lib. 2. Resol. cap. 189. nu. 91. & cap. 192. in princ.
& alleg. diuers. 128. num. 15. Michal. de Fratr. par. 3.
cap. 12. num. 30. & 31. Passerin. in cap. quamuis pactum,
de Pact. in 6. num. 21. Cald. de empt. & vendit. cap. 30.
num. 47. Christin. dec. Belgic. 50. num. 48. vol. 1. & dec.
118. num. 7. 8. latissimè *Salgad. Labyrint. credit. par. 2.*
cap. 25. num. 10. & seqq. Gasp. Mans. de Testam. valid.
vel inualid. tit. 12. quæst. 49. num. 18. Rot. dec. 29. nu. 14.
& seqq. par. 8. rec. & pleniùs in *Rauennaten. Hæredita-*
tis 24. Ianuarij 1661. coram Reuerendiss. Albergato De-
cano dec. 4. num. 17. post tract.

Ex quibus apparet, quod huiusmodi opinio est ferè
ab omnibus approbata. Ratio verò, quare hanc senten-
tiam sequuntur interpretes, illa est potissima, quod
huiusmodi renunciationes, de hæreditate viuentis
nondùm delatæ, hanc tacitam recipiant conditio- 35
nem, si superstiti renuncianti delata fuerit hæreditas,
cum, nisi deferatur, nec renunciari quidem ei potue-
rit, vt concludunt omnes suprà citati, & benè osten-
dit *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 7. num. 2. Surd. cons. 133.*
num.

num.18. ibi. *Renunciatio continet tacitam conditionem,*
ſi renuncianti hæreditas fuerit delata, impoſſibilè enim
eſt aliquem per renuncitionem à ſucceſſione excludi, ſi
non deferatur, vt etiam proſequuntur *Capyc. Galeott.*
d. controu. 15. num. 44., Reuer. dec. 40. num. 2., Viu.
dec. 211. pariter num. 2., Altog. controu. 29. num. 21.,
Robles d. lib. 2. cap. 16. num. 54. 71., Rot. d. dec. 4.
num. 15. & 16. poſt. tract.

At conditio prædicta, cum deficiat, filio, vel filia
antè parentem decedente, vtique etiam renunciatio
pro ea habenda eſt, ac ſi facta non fuiſſet, *l. pecuniam*
ff. ſi cert. Pet. l. neceſſariò §. ſi quis fundum ff. de con-
trab. empt. cum ſimilibus: Nàm ſemper actus ſub
conditione factus euaneſcit, vbi conditio non euenit,
36 vt eſt *tex. in l. cedere diem ff. de Verb. oblig.*, Latiſſimè
Botsigl. de ſucceſſ. Theor. 46. num. 2. Surd. vbi suprà
num. 18., Capyc. Galeott. contron. 15. num. 44., Piſt.
d. loco num. 2. verſ. hac verò, vbi, quod neque etiam
nepotibus obeſſe poterit huiuſmodi renunciatio, cum
non entis nullæ ſint qualitates.

Secundo facit, quod renunciatio eſt ſtricti iuris, &
de vno ad alium caſum non extenditur *l. domus ff. de*
37 *ſeruit. Ruſt. Præd. l. nec is §. 1. ff. de acquir. hæred.* &
nos alibi diximus; ſed ſic eſt, quod, ſi diceremus ne-
potes forè excluſos ab hæreditate aui, licèt eorum
mater, quæ renunciauit auo prædeceſſerit, ipſamet re-
nunciatio extenderetur ad diuerſa, meritò &c.

Minor probatur, animaduertendo, quod ius ſuc-
ceſſionis, quod liberi, ſi parentibus ſuperſtites fuiſſent,
poteſt competere, diuerſum eſt ab eo, quod competit
38 nepotibus poſt obitum liberorum ſuccedentibus auo,
vel auiæ *l. Gallus in princ. ff. de liber. & Poſth. l.*
poſthumorum, ff. de iniuſt. rupt. §. cum filius, Inſtit. de
hæred. quæ ab inteſt. defer. l. ſi ex patronis, §. fin. ff. de
bon. libert. Et re vera, ius liberorum præmorientium, &
39 per renunciationem excluſorum ad eorum liberos ne-
potes aui non tranſmittitur, ſed extinguitur, & in per-
ſona nepotum nouum ius incipit; Hi, enim, remotis
liberis, primum gradum obtinent, & proprio iure, ſuc-
cedunt, latè *Bart. in l. 2. C. de liber. Præter.* & plenè *Viu.*
40 *alleg. dec. 211. num. 3.* Propterea fatendum eſt, quod
diuerſo iure, vtantur; Et conſequentia benè deſumi-
tur, quod renunciatio facta de iure, quod liberis re-
nunciantibus, ſiquidem ſuperſtites fuiſſent, compe-
tiſſet, ius neptum, tanquam diuerſum tollere non
41 poteſt argumento *l. cum prætor, ff. de Iudici. & l. Ma-*
ritus C. de Procurat. quo argumento vtuntur etiam
Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 7. num. [illegible] & latiùs *Merlin.*
cit. contron. 11. num. 8. 9. & alij ſuprà ſcripti.

Et plenius, quod nepotes, licet ex repræſentatione
patris, in cuius locum, ingrediuntur ſuccedant, nihi-
lominus non poſſint dici, nec re vera dicantur hære-
42 ditatem aui conſequi à patre, ſed ſuccedere ex pro-
pria perſona optimè oſtendit *Gratian. Diſcept. for. cap.*
785. per tot. vbi probat, quod non tenentur vllo pa-
cto ad debita patris; nam quicquid accipiunt ab hæ-
43 reditate ſui aui ab eis perueniſſe dicitur, non à patre,
& in terminis noſtris poſt *Bartol. in l. 1. §. ſi ſit nepot,*
ff. de collat. dot. Rolan. conſ. 11. numer. 2. Theſaur. lib. 2.
quæſt. 90. num. 4. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. num. 46. Bot-
tigl. cit. Theor. 47. num. 4. 5. qui probat hanc conclu-
ſionem ex texto *Vlpian. in l. quoties, ff. de Nouat.* nec
non ex *l. ſi ex patronis, §. fin. ff. de bon. libert.* vbi ex-
preſſis verbis habetur, quod licèt nepos patris locum
& gradum ſubintret, non tamen dicitur venire ad
ſucceſſionem, mediante eius perſona, ſed ex ipſamet
ſua perſona propria, & inferiùs de materia plura di-
cemus.

Firmato, igitur, quod ius liberorum ſit quid diuer-
ſum à iure, quod habent nepotes in bonis aui, reſul-
tat etiam aliud, nempè tertium argumentum, pro
conualidatione noſtræ principalis concluſionis, in eo
fundatum, quod ius nepotum, eo tempore, incipit
competere, quando antè patrem decedunt liberi, ſed 44
hoc non poteſt contingere, niſi perturbato ordine
naturæ *l. nam etſi parentibus, ff. de inoff. teſtam.* & ſic
præter expectationem; Veriſimiliter, igitur, non eſt de
triſti hoc caſu in renunciatione fuiſſe cogitatum, nec
de re, quæ non ſolet contingere; Vndè caſus iſte in re- 45
nunciatione compræhenſus minimè poteſt eſſe; nam
regula eſt, quod renunciatio ea non compræhendit,
de quibus veriſimiliter cogitatum non fuit, *l. cum* 46
Aquiliana, l. ſi de certo, C. de tranſact. l. qui eum tutori-
bus, ff. eodem, Cacheran. dec. 75. num. 5. verſ. nec obſtat;
& benè ad propoſitum *Hartm. Piſt. d. quæſt. 7. num. 2.*
verſ. quod in iſto, & alij relati per *Andreol. cit. controu.*
212. num. 7.

Neque obſtat, quod in contrarium dictum fuit,
quod obligationes rei perſecutoriæ ad hæredes tran-
ſeant, & ſicuti mater eſt à ſucceſſione excluſa per re-
nunciationem, ità etiam liberi eius. Reſpondetur
enim hæc omnia procedere in factis, & actibus defun-
ctorum, ex quibus pura, & efficax orta fuit obligatio,
nec vllam conditionem, vel modum ſibi annexos ha- 47
bent, *Pinell. l. 1. par. 3. num. 83. C. de Bon. Mater.* & eiuſ-
dem eſt naturæ pactum noſtrum, nam vt alias dixi-
mus, renunciatio, quemadmodum futuram ſucceſſio-
nem reſpicit, ſic quoque eius præſtatio, non pura, ſed
conditionalis, & in eum euentum collata eſt, ſi ſucceſ-
ſio, filio renuncianti delata fuit.

Quarè in caſu noſtro, cum filio nulla ſucceſſio de-
lata fuerit, nulla etiam renunciationis vis poteſt eſſe,
natura, enim, conditionum eſt, vt priùs debeat im-
pleri, quam commodum ex ea haberi *l. 41. §. ſtichus* 49
ff. de Fideic. libert. l. hac iure, ff. de verb. oblig. l. Mænius,
ff. de condit. & demonſtr. Nàm deficiente conditione,
diſpoſitio nulla redditur, & eſt, ac ſi facta non fuiſſet, 50
l. pecuniam, ff. ſi cert pet. l. neceſſariò, §. quod ſi penden-
te, ff. de pericul. & commod. rei vendit. & in puncto,
Cephal. conſ. 312. num. 95. & ſeqq. Surd. conſ. 403. num.
46. Altograd. controu. 29. numer. 40. Kellemb. d. tract.
quæſt. 33. num. 18. vbi etiam, quod niſi in veritate im-
pleta fuerit conditio, nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub* 51
conditione 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. filiusfam. 114.
§. enim ergo, ff. de leg. 1. l. ſi poſt diem, ff. quand. dies leg.
ced. Idque probatur per *l. item quia, §. huius rei,* & ibi
gloſſ. ff. de Pact. vt non ſolum procedat in expreſſa, ſed
etiam in tacita conditione; nec non per vulgatum 52
axioma, taciti & expreſſi par eſt virtus *l. cum quid, ff.*
ſi cert. pet. Kellemb. num. 19. qui benè reſpondet ad *tex.*
in l. 99. ff. de condit. & demonſtr. Ex quo videtur dedu-
ci, quod ea, quæ tacitè inſunt, non videntur obliga-
tionem efficere conditionalem, & tandem concludit,
vinculum renunciationis, per obitum matris, & ſic
conditionis defectum penitus extinctum, & ſublatum
eſſe, & nepotes auitam ſucceſſionem non ex matris,
ſed propria agnoſcere perſona; ob id maternam re-
nunciationem, cuius virtus ad eum deſcendere non
potuit, nulla ratione, in obtinenda auita hæreditate
ijs impedimento eſſe poſſe.

Nec valet argumentum deſumptum à ſtatuto;
Nam, vt benè *Kellemb. quæſt. 23. num. 30. Hartm. Piſt.*
d. quæſt. 7. num. 23. negatiuè ſolum, non etiam affirma-
tiuè huiuſmodi argumentum procedit rationibus, & 54
auctoritatibus ibidem adductis, & benè ponderatis
etiam per *Surd. conſ. 85. nu. 29. & ſeqq.* & latiùs oſten-
dit *Robl. de repræſ. d. lib. 2. cap. 16. num. 101.*

Huiuſmodi verò concluſio, quod nepotes ad aui
ſucceſſionem poſſint venire in caſu præmorientiæ
matris; an locum habeat in omni caſu, ſcilicet, vbi ne-
potes concurrunt cum auunculis, vel ſobrinis, quæ-
rendum eſt.

Prima

Prima fronte videtur respondendum, quod, vbi
nepotes concurrunt cum auunculis ad hæreditatem
aui, succedere minimè possint; nam dum volunt suc-
cedere auo, cum suis auunculis venire non possunt,
nisi repræsentata matris persona; veniendo, enim,
ex persona propria, alio modo, non possent ad-
55 mitti, nisi per successorium Edictum, cui, qui-
dem, edicto locus non est, quando adsunt alij præ-
cedentes in gradu, qui habent immediatum ius suc-
cedendi, vt suprà probauimus. Propterea, cum
veniant repræsentatiuè repræsentando personam
56 matris, quæ renunciauit cum omnibus suis qualita-
tibus, omninò illis nocere debet renunciatio ma-
tris, & à patruis, seù auunculis excludi debent,
vt probat Hottoman. lib. 5. obseru. cap. 25. ac alij, de
quibus per Surd. cons. 133. num. 10. & latè deducitur
ex scriptis per Thesaur. d. quæst. 90. num. 17. & 18.
vbi, quod, per istam renunciationem, acquiritur ius
fratribus, in alijs portionibus saltem, per ius accre-
scendi, quod ius a superuenientibus nepotibus sub-
uerti minimè potest, vt ipse probat, pro qua etiam
opinione allegatur, Crauett. cons. 403. num. 3. Go-
mez. ad l. 22. Taur. numer. 10. & satis benè, (vt ait,
57 Addens ad Reuerter. dec. 40. num. 4.) Rouit. cons. 46.
num. 32. lib. 1. quicquid sit in casu, quo nepotes ad
aui materni successionem concurrant cum personis
æqualis gradus, itàvt matris personam, siue gra-
dum subingredi non indigeant, vt firmat, alijs
allegatis, de Marin. ad Reuerter. d. decis. 40. nu-
mer. 4.

Verùm enim verò contraria opinio est, de iure
verior, & magis communiter à Doctoribus appro-
bata; nam, licet, eo casu, quo nepotes cum auun-
culis ad successionem aui concurrant, subintrent
matris suæ prædefunctæ locum, non tamen ex per-
sona matris, sed ex propria, id obtinent, vt latè
58 Bartol. in l. 1. §. si sit nepos, ff. de Collat. Dot. quem
sequitur Hartm. Pist. d. lib. 4. num. 3. vbi, quod, etsi
nepos in locum, siue gradum filiæ renunciantis suc-
cedat, hoc, tamen, non à matre, sed à lege conse-
quitur, & proindè non ex persona matris, sed po-
59 tiùs ex propria succedere intelligitur, Kellemb. vbi
suprà quæst. 33. numer. 7. latissimè Rot. in d. Rauen-
naten. Hæreditatis 24. Iunij 1661. coram Reuerendiss.
Albergato dec. 4. num. 25. post. tract. vbi quod erro-
60 neum est suppositum, quod nepos repræsentet per-
sonam matris; Nepos, enim, tanquam veniens ex
iure proprio repræsentat tantum gradum, non per-
sonam, & distinguitur locus, quem, tanquam va-
cantem occupare debet filius ab eiusdem matris iu-
re, & inferiùs ait cum Anton. Fabro de Error. Pragm.
61 Decad. 38. error. 6. numer. 16. longè aliud esse in
ius alterius succedere, aliud in alterius locum.

Prætereà duplici modo, vt aiunt Doctores, & præ-
cipuè Surd. cons. 133. numer. 25. Cancer. lib. 3. cap.
18. num. 44. 45. Thesaur. d. quæst. 90. num. 19. Kel-
lemb. vbi suprà num. 7. in alterius deficientis locum
succeditur, nempè, vel per transmissionem, quæ
fit, vel facto hominis, vel legis, quando, nimirum,
62 per expressam cessionem, vel ex legis auctoritate per
successionem ab intestato in aliquem transfertur
ius alterius, & in hoc casu, succedens eodem iu-
re, quo suus auctor, vti cogitur l. qui in ius l. nemo
plus, l. in his §. non debeo ff. de Reg. Iur. l. qui quadra-
ginta ff. ad Sen. Cons. Trebell.

Vel succeditur per remotionem, quando is, qui
sequenti obstabat remouetur, & sequens non ex
iure remoti, sed ex proprio, quasi alter nunquam
extitisset, & ei non obstitisset, admittitur, vt, in
63 hoc casu. Ex quo concludunt Doctores citati,
quod, nepos intrat in locum parentis præmortui,
quoad gradum, non quoad personam, vel tam-
quam vocatus à lege, & non à matre, ob id non di-
citur venire, ex persona matris, & plenè etiam pro-
bauit Bottigl. de Renunc. success. Theor. 46. num. 3. &
seqq.

Quæ licet vera sint, nihilominùs Hartm. Pistor.
(hac etiam ratione omissa, nam nonnulli qui dubi-
tant, vt Tiraquell. de primog. in loco allegato) existi-
mant semper verum esse, vt nepotes, licet concur-
rant cum auunculis ad hæreditatem aui, adspirare
possint, non obstante renunciatione matris præde-
functæ, ex illa tantum ratione, alias ponderata, quod
renunciatio tacitam in re conditionem habeat, si hæ-
reditas delata fuerit renuncianti; Vndè, cum, ob 64
præmorientiam deficiat conditio, & ipsamet corruat
renunciatio.

Sed vel vna, vel altera ratio verior sit, hoc est cer-
tum, quod huiusmodi opinio est communissima, vt
siue cum patruis, siue cum auunculis, siue cum sobri-
nis concurrant nepotes, debeant admitti. Ità Bartol. 65
in l. 1. §. & si nepos, ff. de Collat. Dot. Castren. in l. pa-
ctum quod dotali num. 7. Aretin. in l. Gallus §. Instituens
num. 41. ff. de liber. & Posth. Alex. cons. 75. num.
13. 14. tom. 1. Cranett. cons. 127. num. 4. Crass. §.
successio ab intestato quæst. 2. num. 6. in fine, Cels. Hu-
go. cons. 49. num. 15. Gramat. dec. 57. num. 1. Landen.
cons. 15. num. 2. Cancer. vbi suprà num. 45. Surd. cons.
133. num. 25. Thesaur. d. quæst. 90. num. 19. Bottigl.
de success. d. Theor. 46. num. 3. Hartm. Pist. d. quæst.
7. num. 3. Kellemb. d. quæst. 33. num. 7. & seqq. Salgad.
Labyr. Credit. par. 2. cap. 25. numer. 19. & seqq. cum
alijs allegatis in d. decis. 4. numer. 25. & seqq. post
tract.

Existimant aliqui, quod supra approbata regula
limitari debeat in casu, quod nepotes non veniant
ad aui successionem, sed alicuius transuersalis, putà 66
patrui, vel auunculi, quorum commodo fuit renun-
ciatum. Nam, hoc casu, non videtur ità fauorabi-
lis admissio filiorum, sicut quando veniunt ad
successionem aui; Patrui enim hæreditas non est ità 67
debita nepoti; sicuti auita, & in casu successionis
aui, nepos, potiùs vel ex propria persona, quam ex
matris persona, cum vel hæres nominatim institui,
vel exhæredari debeat, ad hoc, ne rumpatur testa-
mentum, §. posthumorum, §. nec ergo, Instit. de Ex- 68
hæredat. liber. l. maximum vitium §. Sancimus, C. de
liber. Præter.

Semper, enim, auus tenetur nepotem instituere
matre de medio sublata, Honded. cons. 90. num. 31. & 69
seqq. lib. 1. latè Rot. d. dec. 4. num. 1. & 2. post tract. Etiam
si parentes sint exhæredati, & exclusi, Amat. 70
var. resol. 23. Post. resol. 56. Merlin. decis. 433. nu-
mer. 7.

Adeout nepos ex filio exhæredato faciat deficere
conditionem, si sine filijs, Menoch. cons. 318. num. 20. 71
& seqq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 7. num. 8. Fusar.
quæst. 408. num. 78. Et ad patrui successionem cum ve-
nit, non potest venire, nisi repræsentando matrem, si 72
adsit patruus, qui concurrat ad eandem successio-
nem, §. si igitur, §. cum filius auth. de hæred. quæ ab in-
test. defer.

Propterea hoc in casu, contrà nepotes scripserunt,
Surd. cons. 355. nu. 44. Georg. alleg. 30. num. 35. & alij cu- 73
mulati per Thesaur. d. quæst. 90. num. 24.

Verùm contrarium, scilicet, quod, non ob-
stante renunciatione matris prædefunctæ possint 74
isti nepotes ab intestato venientes ad successio-
nem patrui, seu auunculi venire, tenent, Fa-
ber. in Cod. lib. 2. tit. 3. defin. 1. Franch. decis. 67.

num.1. Morott. cons.22. Kellemb. d. quæst.33. num.54.
& seqq. vbi optimè, contrarijs respondet, quod isti
nepotes admittuntur ad auunculi successionem ex
75 solo legis beneficio, non verò ex persona matris,
quod est apud Doctores indubitatum, vt per *Spad.*
cons. 321. lib. 3. Ciarlin. contron. for. cap. 81. & cap.
84. Rot. coram Buratt. dec. 359. & decis. 352. & in re-
cent. dec. 179. par. 4. tom. 1. & dec. 198. par. 4. tom. 2.
& dec. 138 par. 7.

Et cum successio ista matri, vtpotè prædefunctæ,
nec delata fuerit, nec etiam competierit, nec etiam
consequenter istam in bonis habere, vel ad hæredes
suos transmittere potest, *l. nemo plùs, ff. de Reg. Iur.*
76 Quam opinionem, licet etiam admittat, *Thesaur.*
vbi suprà num. 25. nihilominùs eam reprobat in casu,
quo nepotes fiunt matris hæredes; Verum huiusmodi
quæstio altioris est indaginis, & ideò hanc ad partes
disputare placet.

Huiusmodi inquam quæstio; An nepotes possint
ad aui successionem venire, vbi mater præmortua
promisit pro se, & hæredibus non contrauenire, &
ipsimet nepotes matris fiunt hæredes, est valdè du-
77 bia; &, vt ait, *Purpurat. cons. 307. num. 13.* magis
concordia, quam resolutione egeret. Aliqui, enim,
volunt talem renunciationem hæredibus nepotibus
78 non obesse, vt, *Bart. d. l. qui superstitis Gozadin. con-*
sil. 75. num. 20. & seqq. Cephal. cons. 103. numer, 40.
& 326. num. 14. & cons. 650. num. 8. de Franch. dec.
67. Morott. cons. 22. numer. 8. Anton. Fab. in Cod. tit.
de Pact. defin. 1. & alij multi allegati per *Thesaur.*
d. quæst. 90. num. 5. Surd. cons. 133. num 26. & plene id
defendit *Hart. Pist. d. lib. 4. quæst. 7. nu. 7. & seqq. Gal-*
lerat. de Renunc. tom. 2. cap. 25. num. 65. vers. ex qui-
bus Bottigl. de success. d. Theor. 46. vers. duos casus,
vbi alios citat, *Capyc. Galeott. contron. 16. num. 12.*
Mersin. Pignattell. d. contron. 11. numer. 12. Donat.
Anton. de Marin cap. 192. num. 14 Castill. decis. 189.
num. 2. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 9. glos. vnica
par. 1. num. 52. & seqq.

Nonnulli contrarium autumarunt, vt *Aretin.*
cons. 3. vers. sed eum, Alex. cons. 13. num. 7. vol. 5.
Menoch cons. 255. num. 63. vol. 4. Surd. sibi contra-
79 *rius cons. 355. num. 39. Minad. cons. 12. per tot.* & alij
quamplures, de quibus per *Thesaur. d. quæst. 90.*
numer. 8. Robert. rer. Iudicat. lib. 2, cap. 5. Guid. Pap.
quæst. 228. quibus addo *Donad. de Renunc. capit. 11.*
numer. 12. Kellemb. d. quæst. 33. numer, 46. Rot. in
Placentina Bonorum 2. Decembris 1661. coram R. P.
D. Beuilaqua decis. 4. numer. 11. post tract. Ariminen.
Bonorum 24. Maij 1660. coram eodem pariter post tract.
dec. 27. numer. 2. & in Ariminen. Successionis 9. De-
cembris 1667. cor. R. P. D. Varesio decis. 110. post tra-
ctatum.

Et rationem assignant, quod, quamuis nepos ex
propria persona, succedat; ex eo, tamen quia hæ-
res extitit, factum, & promissum matris præstare
80 cogitur, *l. stipulatio 38. §. sua persona, ff. de verb.*
oblig. l. cum à matre, Cod. de rei vendic. vbi, quod
hæres tenetur habere ratum factum defuncti, quod
81 etiam probatur per *l. siue possessio, Cod. de evict.*
leg. filios, Cod. de reuoc. his quæ in fraud. creditor. leg.
si creditoribus, Cod. de seru. pignor. dat. cum simi-
libus.

Et facit, etiam, pro hac opinione doctrina *Bald.*
82 *in leg. qui se patris numer. 12. Cod. vnd. liber.* vbi post-
quam firmauit renunciationem patris in feudali-
bus non obesse filio, quia renunciatio antè mor-
tem facta non consueuit obesse in iure creando, post
mortem, argumento *leg. final. ff. de bon. libert.* de
qua re plura etiam notauit, *Ricch. de vnion. Prol.*
capit. 7. numer. 62, tamen inferiùs declarat ipse
Bald. locum non habere, quando pater pro se, filijs, 83
& hæredibus renunciasset; Nam eo casu, putat esse
distinguendum; An agatur de bonis, in quibus fi-
lius habet ad ipsam rem renunciatam ius diuersum,
& separatum à patre, & hoc casu, filius hæres po-
test contrauenire, secùs, si ius ad rem sit tantum in
persona patris, vel defuncti, quia, eo casu non po-
test contrauenire, vt latius probat *Alb. consil. 74. nu.* 84
3. to. 1. Menoch. cons 89. num. 26. Ruin. cons. 138. num.
10. lib. 2.

Et licèt alias quilibet censeatur hæredes suos tan-
tum obligare velle, ad id, quod ipse est obligatus,
idest, vt id ipsum seruetur, quod ipsemet promisit, 85
cum ex persona hæredis non soleat augeri, vel minui
obligatio defuncti, *l. 2. §. ex ois, ff. de verb. Oblig.* 86
Nihilominus, si promissio in principali parte dispo-
sitionis pro filijs, & hæredibus facta fuit, censen-
tur, eo casu, contrahentes, duo deduxisse in obli-
gationem, nempè, ius suum, & ius filiorum suo- 87
rum, & propterea filij hæredes contrauenire non
possunt.

Præcipuè, vbi in principali dispositione de filijs fa-
cta est mentio, secus, quando in clausulis accesso-
rijs, cum hæ non soleant ampliare principalem di- 88
spositionem, *Clement. 1. in fine de Praben. Dec.*
cons. 413. numer. 89. Franch. decis. 6. num. 6. Oldrad.
cons. 152. Cassan. cons. 47. num. 67, Carocc. decis. 23.
per tot.

Et hanc etiam opinionem firmant, præ ceteris,
Kellemb. d. quæst. 33. numer. 46. & seqq. vbi, quod
quamuis nepos ex propria persona auitam succes-
sionem consequatur, ex eo, tamen, quod matri hæ- 89
res extitit factum, & promissionem eius etiam præ-
stare cogitur. Et respondet vlteriùs ad illud argu-
mentum, quod quis stipulando, siue promittendo
pro se, & suis hæredibus non censetur promisisse 90
nomine hæredum, quasi ipsorum nomine facta fuis-
set stipulatio, sed tantum iure, & titulo hæredita-
rio, quatenus videlicet, essent hæredes matris, in
ea re renunciata, *l. si pactum 9. ff. de probat. Corn.*
cons. 658. num. 14. vol. 4. consil. 6. num. 5. vol. 2. quod
huiusmodi procedunt in ijs dumtaxat stipulationi-
bus, quæ ad hæredes sunt transitoriæ; omninò
enim est arbitrandum, voluisse defunctum ex ea 91
obligatione, qua ipse principaliter obstringebatur
etiam hæredem teneri; vel id quod sibi promissum
est, hæredem potiùs, iure hæreditario, quam pro 92
prio capere. Secus, quando obligationes vna cum
paciscentibus intereunt: Hoc enim casu, est inter-
pretandum non fuisse frustrà appositum hoc ver-
bum; *hæredibus*, sed, quod potiùs nouam obligatio-
nem in ijs constituere voluerint, vt est *tex. in d. l. sti-*
pulatio ista, §. sed si quis vti frui ff. de Verb. oblig. cla- 93
rè, enim, ibi deciditur, vt si quis sibi, hæredique
suo vti frui licere, stipulatus sit, vsusfructus acqui-
ritur non solum stipulanti, sed etiam eius hæredi; non
quidem iure hæreditario, nam simul cum stipulante
interijt, sed ex stipulatione ista, qua etiam compræ-
hensus est.

Et pro confirmatione prædictæ opinionis allega-
tur etiam, præ cæteris, *Ruin. cons. 17. num. 51. vol.*
1. vbi scribit, quod parens simpliciter stipulando,
pro se, & filijs, rem sui natura non transitoriam ad
extraneos filijs, non vti hæredibus, sed vti filijs sti-
pulatus censeatur, secus si transitoriam, *l. si tibi*
decem 17. §. si pactus ff. de Pact. l. quod dicitur 130. ff.
de Verb. Oblig. & faciunt exarata per *Rot. in Roman.*
donationis 11. Maij 1663. cor. R. P. D. Priolo decis. 346.
num. 4. & seqq. post tract.

Con-

Confirmatur pariter, exemplo illius qui feudum
95 simpliciter renunciat, qui liberis non præiudicat. Si
tamen expresè pro se, & suis heredibus renunciauerit,
ex conuentione ipsa filij dicuntur exclusi, vt per *Vnes-
semb. cons.* 15. *per tot.* Et sic in casu præsenti; si renun-
cians noluisset hæredem esse exclusum, de eo nullam
mentionem fecisset: nàm, seclusa specifica mentione
non esset obligatus, propterea, nè verbum, *hæredibus*,
in renunciatione appositum sit superfluum, dicẽdum
96 est, quod in hoc pacto non minùs hæredes, quàm
ipsa filia renuncians comprehendatur. Nàm in con-
tractibus nil superfluum solet apponi, & omnia ibi
censentur dicta, vt aliquid operentur, *l. si stipulatus, ff.
97 de Vsur. l. si quandò 109. ff. de leg. 1. l. quoties in obligatio-
nibus 12. ff. de reb. Dub.* & quod nulla Syllaba debeat
esse frustatoria dixerunt *Paris. cons. 66. num. 9. vol. 2.
98 Menocch. cons. 119. num. 20. Surd. cons. 81. num. 20.
vol. 1.*, & præsertim verba contrahentium semper
cum effectu operandi accipienda sunt, si negocium,
de quo agitur, vt in nostro casu, aliter non require-
99 ret *d. l. si quandò ff. de leg. 1. cap. si Papa, §. 1. de Pri-
uil. in 6.*

Prima tamen sententia mihi videtur magis vera
nempè, quod renunciatio filiæ pro se, & hæredibus
facta, non præiudicet nepotibus quantumuis hæredi-
bus renunciantis, quam sententiam amplectitur, *Ro-
bles de Repræs. lib. 2. capit. 16. numer. 95. & seqq.*,
& admittit, *Rot. in d. Rauennaten. Hæreditatis de-
100 c. 4. numer. 28. post. tract.*. Nàm, vt optimè ostendit,
*Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 7. numer. 7. vers. con-
trarium*, omnes rationes supra ponderatæ in casu
simplicis renunciationis locum hic etiam sibi inue-
niunt.

Et licèt hæredum fiat mentio, nihilominùs hoc
tantùm de illa portione est intelligendum, quę com-
peteret renuncianti; Portio autem, vel hæreditas
patris dici non potest, quod filiæ competat, viuo pa-
rente, meritò &c.

Et cum hoc ius, super bonis aui in casu pręmoriẽ-
tiæ matris, competat nepotibus ex propria persona,
non est præsumendum, quod renuncians proprio
ipsorum iure hæredes priuare voluerit, vltrà quod,
cum propter ordinem naturæ contingat, vt filius pre-
moriatur patri, non est dicendum in renunciatione
101 fuisse cogitatum de hoc casu inopinato; Vndè appa-
ret, quod de eo tantum hæredum iure fuit, hoc casu
stipulatum, quod à filia si patri superuixisset ad eius
hæredes peruenturum esset; Imò, cum sit in con-
fesso, quod obligatio filiæ renunciantis hanc habet
tacitam conditionem annexam, si hæreditas ei su-
102 perstiti delata fuerit, sequitur, quod tantùm hæ-
redes suos sub hac conditione obligare voluit, quæ
conditio, cum deficiat per mortem filiæ, tàm eius-
dem filiæ, quàm hæredum obligatio penitùs cor-
ruit, nequè ampliùs ex renunciatione ista deuin-
cti sunt, *l. pecuniam, ff. si Cert. petat.* cum simili-
bus.

Est, enim, de iure verum, quod, ex persona hæ-
103 redum non immutatur conditio obligationis prin-
cipalis, siuè de his tacitè, siuè expresè actum fue-
rit, *l. 2. §. ex bis ff. de verb. Oblig. Amat. resol. 18.*,
104 *Rot. decis. 360. numer. 1. par. 1. recent. coram Merlin.
decis. 249. numer. 4. & decis. 343. per tot. part. 12.
recent.*

Et cum hæredum obligatio à principali promissio-
105 ne renunciantis pendeat secundùm illam, vt intelliga-
tur renunciatio necesse est *cap. accessorium de Reg. Iur.
in 6. l. cum principalis ff. eodem*.

Quibus, & similibus rationibus moti hanc senten-
tiam approbarunt *Morott. resp. 22. num. 5.*, & plures
alij ab eo allegati, quod nempè renunciatio matris
præmortuæ non nocet filijs; nàm habet tacitam con-
ditionem, si hæreditas fuerit ei delata, & cum mater
sit præmortua, & ea superstite huius bonis fuit renũ-
ciatum, euanescit renunciatio, vt potè facta sub con- 106
ditione quæ non extitit *l. cedere diem, ff. de verb. signif.*
& perindè est, ac si nunquam fuisset facta, sicuti di-
cimus, de stipulatione purè facta, animo nouandi
obligationem conditionalem, quod habeat tacitam
conditionem, si eueniat conditio obligationis no-
uandæ, & ea non eueniente æquè deficiat stipula- 107
tio, & pro non facta habeatur *l. quoties in fine ff. de
Nouat.*

Quæ ratio generalis procedit omni casu, siuè sim-
pliciter pro se renunciauerit mulier, siue pro se, &
hæredibus, & filij sint matris hæredes, & euictio ab
ea promissa sit; Nàm, si matris renunciatio, cessan- 108
te prædicta conditione pro infecta habetur, super
ea aliquod fundamentum fieri maximè potest; quia
non entis nullæ sunt qualitates *l. cum qui ff. si cert. pet.*
& resoluto actu, æque resoluti censentur omnes ef-
fectus ab eo procedentes, perinde ac si nunquam fa- 110
ctus fuisset, *l. 1. § sinè autem & l. penult. ff. de Con-
dit. sine caus.* Et ideo, sicuti admitterentur filij si ma-
ter non renunciasset, ita debent admitti, resoluta
renunciatione; pariter hanc opinionem sequutum
fuit Consilium Neapolitanum, testatur, *Minad. ad
Vincent. de Franch. in locis allegatis per Morott. d.
consil. 22. numer. 8., Peregr. consil. 83. numer. 5. &
seqq. Galuan. consil. 1. numer. 117. & 138., Andreol.
contron. 212. numer. 10. & seqq.* & ab hac non dissen-
tit *Thesaur. d. quæst. 90. numer. 11.*, vbi, *quod si con-
sideremus in hac quæstione mentem legum, videtur
expeditum quod prænalere debet opinio, quod etiam si
filia pro hæredibus renunciauerit, & filij sint hære-
des, minimè noceat renunciatio, quia per talem re-
nunciationem non excluditur ratio, quod filij ad hære-
ditatem aui veniunt ex propria non ex persona matris;
& ideò si sint hæredes matris, quandò, vti tales non
repræsentando matrem veniunt ad successionem, res est
clara, quod illa qualitas hæreditaria nihil nocet*, & infe-
rius, *filia est exclusa per renunciationem ab hæreditate
patris, & ideò nequè ipsa, nequè illius hæredes possunt ad
illam hæreditatem venire*; sed quandò hæreditas
spectat nepotibus per legitimam successionem, renũ-
ciatio matris non comprehendit istum casum, nàm
renunciationes non recipiunt extensiuam interpreta- 111
tionem, & renunciatio intelligitur facta de iure suo,
& non de iure alterius, & pro hac opinione pluries
iudicauit Senatus Pedem. vt apparet *ex Thesaur. vbi 112
supra num. 14.*, & ità iudicauit *Viui. dec. 211. nu. 4. 5.*
& consuluit *Donat. Anton. de Marin. d. resol. 192. nu.
15.* vbi optimè quod semper renunciatio intelligitur,
si hæreditas ad renunciantem deuoluatur, & pro-
missio facta per matrem cum iuramento, intelligitur
prout cantat, scilicet, quod nec ipsa, nec illius hæ-
redes contrauenient renunciationi factæ per matrem 113
hæreditati, quæ ad eam deuoluetur, ergo si hæredi-
tas non deuoluatur, renunciatio obesse non pote-
rit, qui *de Marin.* comprobat etiam, auctoritate
multorum suprà allegatorum quibus addi potest,
*Sol. ad consuetud. Sabaud. de Alien. bonor. Minor. gloss.
2. numer. 20. Treutac. cons. 48. 49. part. 1. ac Par-
then. Pitagn. in respons. impreß. per Theor. in 2. par-
te* sui compendij, verbo, *succedere*, an debeant ne-
potes.

Nec obstant, quæ in contrarium adducta fuerunt,
& præcipuè prima ratio, quod facto defuncti, hæres 114
non potest contrauenire. Nam respondet cum *Hartm.
Pist.*, quod hæres non dicitur contrauenire contractui
defuncti, quando eo iure vtitur, quod ex ipsa natura
contractus descendit, *l. quæro, §. inter locatorem, ff.*

locuti, l. seruus de Condit. e auf. dat. & ita etiam sentit
*Gratian. Discept. for. cap. 205. num. 29. & seqq. Ho-
diern. in l. hac edictali, quæst. 19. Andreol. controu.*
234. *Redenasc. consil. 17. num. 38. Donat. Anton. de
Marin. cap. 240. lib. 1. Rot. dec. 430. num. 9. par. 9.
rec.*

Vlteriùs, cum renunciatio facta sub vna conditio-
115 ne, censeatur sub contraria continere negatiuam *l. si
legatum purè, ff. de adim. leg. l. aliquandò, ff. de Cond.
& Demonstr. Gonzal. ad Reg. Cancell. reg. 8. gloss. 43.
num. 122. Rimiuald. Iun. consil. 113. num 35. Altograd.
cons. 64. num. 37. lib. 2.* Nepos, proprio iure, suc-
cedens auo potiùs censetur se conformasse voluntati
renunciantis; Et præcipuè non dicitur in casu præ-
senti, quod nepotes facto defuncti contrauenerint,
quia actus ex se fuit resolutus, & non veniunt pro-
116 pterea aduersus renunciationem, sed dicunt illam
fore extinctam, cum tacita intelligatur conditio, si
renuncianti hæreditas deferatur, vt habemus ex *Bot-
tigl. d. Theor. 49. num. 14. in fine*, & latiùs explicat
*Cancer. d. cap. 15. de Renunciat. num. 63. Surd. cons.
133. num. 29. Andreol. controu. 212. num. 9. & 10.*
vbi quod filij non impugnant renunciationem à ma-
tre factam, sed solum dicunt, illam tantùm compre-
hendere ius successionis, quod matri competijsset, si
fuisset superstes tempore mortis patris, non autem
comprehendere casum, si successio non fuerit delata
matri, sed filijs, & benè etiam explicat, *Merl. Pigna-
tell. controu, cap. 11. nu. 11. & 12. Capyc. Galeott. lib.
1. controu. 15. num. 45. Donat. Ant. de Marin. d. cap.
192. num. 15. & seqq. Thesaur. d. quæst. 90. num. 16.*
vbi, quod non contraueniunt facto matris, cum qua
117 nihil commune in hoc habere censentur, nec qualitas
hæreditaria consideratur, quando non veniunt, vti hę-
redes, neque habetur ratio qualitatis hæreditariæ,
118 quando quis venit ex propria persona, & non tanquã
hæres.

Et faciunt optimè, ad propositum, exarata per *Rot.
in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 22. Maij 1662. corã
Reuerendiss. Ninot. dec. 121. nu. 3. & seqq. post. tract.
& in Romana Fideic. 28. Nouembris 1663. coram bo.
me. Verospio in principio, decis. 202. post tractatum*, sunt
119 enim hæc inter se diuersa, esse hæredem matris, & vel-
le succedere auo postea defuncto.

Neque obstat doctrina *Bald. in d. l. qui se patris*,
nam, vt obseruat, *Hartm. Pist. in loco cit.* is non de-
120 clarat satis, vtrùm renunciatio facta fuerit viuo illo,
a quo feudum ad eum transferri debebat; an verò,
post mortem huius; neque etiam vllam aui, vel nepo-
tis mentionem facit.

Secundo potest responderi, quod *Baldus* loquitur
de feudo, in quo, cum viuo possessore successoribus
ex pacto antecessorum ius quoddam sit quæsitum,
faciliùs admittitur, vt quis non de suo solùm, sed
etiam successorum iure egisse videatur, quàm in hæ-
reditate, quæ cum viuentis nulla sit, omne pactum
de ea inirum conditionem habet, si delata fuerit, vt
vidimus.

Præterea *Baldi* auctoritas obstare non potest; nã
ipsemet *Bald. in d. l. pactam dotali*, vbi in specie de no-
stra quæstione discurrit, contrà firmauit; scilicèt ad
fauorem nepotum; Vndè potiùs est attendenda do-
121 ctrina *Baldi* in loco vbi expresè materiam tractat,
quàm vbi perfunctoriè.

Ad id, tamen, quod hæredum mentio esset frusta-
toria, facilè respondetur, quod huiusmodi verba satis
operantur in casu, quo filia superstes fuisset patri, in
quem euentum etiam renunciatio est directa, vt benè
explicat *Pist. d. loco*, & probat vlteriùs *Bottigl. cit.
Theor. 46. num.* 171. auctoritate *Fab. in l. tit. de Pact.
defin.* 14. quod hæredum mentio nihil operatur, quo-
niam sub renunciatione simpliciter facta hæredes 122
comprehenduntur, *l. fin. ff. de probat.* quando igitur
renuncians de hęredibus mentionem fecit, quod ta-
citè inerat, expressit, ergò, nil noui induxit; nam,
quando exprimitur, quod tacitè inest, nihil operatur 123
expressio, imò recipit eandem subauditam conditio-
nem, si renuncianti hæreditas deferatur.

Auctoritates, verò, Doctorum pro contraria opi-
nione allegatorum, nil faciunt ad rem nostram, quia,
vel loquuntur de nepote, qui vult succedere, post-
quam hæreditas matri fuit delata, vel alias exceptio- 124
nes patiuntur, de quibus per *Hartm. Pist. cit. num. 8.
vers. auctoritates etiam.*

Ampliantur suprà firmata ad fauorem nepotis
etiam si renuncians expresè declarauerit ipsammet
renunciationem hæredibus præiudicare, etiam in
ipsorum proprio iure, vt latissimè ostendit subtilis- 125
simus *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 7. num. 9.* Probat,
inquam, quod renunciatio etiam hoc casu nepotibus,
proprio iure, succedentibus, auo præiudicare non
possit.

Hoc autem vtitur argumento, quod licèt ipsi ne-
potes successioni auitæ renunciarent, hoc eorum
pactum, vt inualidum, ipsis minimè noceret, nisi esset
iuratũ, vt alias satis abundè probauimus, meritò, &c.
& quamquam renuncians ipsorum mater iuramentũ
interponat; tamen, hoc iuramentũm per se conside-
ratum respicit renunciantis personam, non verò trã- 116
sit ad hæredes, neque illos obligat, *cap. veritatis de
Iureiur.* cum similibus per *Menocch. cons. 24. nu. 1. 2.
Ludouic. dec. Perus. 15. num. 12. Sanch. in decal. lib.
3. cap. 13. num. 1.*

Nec dicatur, quod iuramentum, sicuti confirmat
pactum filiæ renunciantis, quod per se nullum est,
ità huius pacti, & obligationis efficacia ad hæredes
iurantis transeat, *Gabriel. lib. 2. tit. de Iureiur. concl.* 127
6. num. 13. Gall. lib. 1. obseru. 27. Nam respondetur
quod iuramentum, contractum nullum per se tantum-
modò confirmat, quoad ius ipsius contrahentis, &
iurantis, non autem alterius, nec in alterius incom-
modum, vel detrimentum, *cap. cum contingat, de Iure-* 128
iur. Rot. dec. 447. num. 4. par. 9. rec.

Vt etiam procedit in alienationè rei dotalis per se
inualida, quæ, iuramento firmata, nocet filijs, qui
alias in ea successuri essent, non tamen illis præiudicat
in iure, quod, vel, ex aui, vel ex alia dispositione in
ea re post mortem iurantis habere possunt, nàm con- 129
tractus iuramento non confirmatur, quoad ius alteri
competens *Didac. in cap. Raynutius*, & semper verum 130
est, quod iuramentum non firmat contractum in ter-
tij præiudicium. *Alciat. in l. pacta quæ contrà, C. de pact.*
& ostenditur etiam ex d. *cap. quamuis pactum*, ibi, 131
cum non redundet in præiudicium alterius. At ius quod
filia habet, diuersum est à iure, quod nepotibus com-
petit, filia ante patrem decedente. Vndè sequitur
quod renunciatio vnius non potest alteri obstare, & 132
quod iuramentum renunciationem non conualidat,
quoad ius nepotum, & quod nepotes religione ma-
tris non possunt obligari, sed perinde est, ac si non
esset iuratum, neque super iure ipsorum stipula-
tum.

Propterea, cum sit nulla obligatio, ea nepotes non
manent adstricti; nàm contractus per se nullus po-
test etiam ab eo reuocari, qui promisit, & contrà 133
factum proprium venire *l. si quando, §. 1. C. de Inoff.
testam. Andreol. controu. 3. Donat. Anton. de Marin.
cap. 18. num. 60. lib. 2. Thomat. decis. 23. num. 65.
Rot. coram Royas dec. 390. num. 17. & dec. 75. num.
9. par. 9. recent.*

Multò magis hæredi licitum erit ab hoc discedere 134
Crauett. cons. 100. n. 5. Cacheran. dec. 180. n. 1. quòd etiã
obti-

obtinet in contractu iurato; nam hæredes, dum con-
135 tractus est nullus, ab eo possunt impunè recedere, *Ruin.conf.107. num.18. vol.1. Gabriel.lib.2.de Iureiur. concl.6.num.5.*

Quod argumentum, licet à Neotericis non fuerit obseruatum, tamen antiqui Doctores illud admiserunt, hoc, enim, sentit *Bartol.in d. l.qui superstitis num. 4.* dum dixit, quod ratio ob quam pactum filiæ renunciantis non obstat nepotibus hæredibus, est, quia iuramentum ex parte iurantis est in personam, nec ligat hæredem idem *Bald. d. l. pactum dotali numer.2. quæst.2.dicens, hanc renunciationem ideò nepotibus non nocere, tum quia iuramentum est personale, tum quia super iure tertij non tenet iuramentum l.fin. C. de repud. bonor. poss.* & ex eadem ratione, quod iuramentum matris non noceat filijs tenet *Fulgos. in l.pactum dotali num.4. Natt. d. cap. quamuis num.126.* & latiùs expressit *Gutier.in d. cap. quamuis, verbo nec redundet*, cuius verba referuntur, & exornantur à *Pist. d. quæst. 7.num.15.*

Scio, equidem, contrà hanc conclusionem, multos scripsisse, asserentes, quod vbi in renunciatione ex-
136 pressè fuit facta mentio de filijs, ex propria persona, venientibus, & illi matris sint hæredes, eo casu, renunciatio nepotibus obstet, vt *de Ponte de potest. Proreg. tit.9.de success.mulier.in princ. num. 10. Prat. Discept. for.cap.29. num.10.* & alij relati per *Bottigl. de success. d. Theor. 46. num.24.* à qua opinione non videtur dissentire *Thesaur. quæst.for.d.quæst.90. num.15.* cum ibidem allegatis, *Rot. in d. Ariminen. Bonorum 24.Maij 1660.coram R.P.D.Beuilaqua dec.27.num.6. post tract.*
137 Sed, re vera, rationes adductæ in contrarium à *Pist.* mihi videntur adeò fortes, vt horum sententia parui facienda sit.

Et præcipuè talis opinio erit indubitata, quando filius esset hæres beneficiatus, & non purus, vt per
138 *Rot.in d. Rauennaten.post tract.dec.4 num.24.*

Verum est, quod aliqui fundati in auctoritate *Marant.disp.10.in fine*, voluerunt, quod absque dubitatione renunciatio nepotibus hæredibus obstet, vbi dictum fuit, quod filij non possint venire ex propria persona, etiam si mater moriatur antè mortem illius,
139 de cuius successione agitur, vt *Surd.conf.355. num.41. & seqq. Vrsill.ad Afflict.dec.161. num.7.* & alij allegati à *Bottigl.d. Theor.46. num.24. in fine*, cui opinioni post *Molfes.* quem allegat, videtur etiam adhærere *Donat. Anton.de Marin. lib. 2. cap. 192. num.17.* & sic etiam voluit *Surd.* allatus à *Rot. d. dec.4. num.28. post tract.*

Attamen, contrà *Marant.* & sequaces benè insurgit
140 *Pist.alleg. quæst.7.num.15.* dicens, quod, cum huiusmodi renunciatio iuramento non firmetur, ac proptereà nulla, ac inualida sit, neque ex ea hæredes obligari possint; in aperto, est, quod nulla quamuis ampla, & specifica expressio vllum robur eidem renunciationi tribuere potest, *Rota* tamen, cui in omni
141 materia plurimum est deferendum, amplectitur contrariam, vt multis cumulatis, dixit *in d. dec. 4. post tract.num.31.*

Illud autem verum est, quod, vt firmat *Morott.resp. 22.num.10.* parui facienda est, in nostris terminis euictio promissa à matre in renunciatione, nam, cum
142 renunciatione ipsa euictio euanescit, cum, enim, iuramentum habeatur pro non adiecto, ipsaque renunciatio, pro non facta, extinguitur etiam euictionis promissio, & pro non adiecta habetur, vt latiùs etiã, inhærendo opinioni, *Morott.* ostendit *Donat. Anton. de Marin. cit. resol. 192. num. 18. lib. 2.* Et est apud Doctores conclusio notissima, quod euictio non habeat locum in promissione, vel contractu nullo
143 *Mangil. de euict. quæst. 58. num. 28. Hodiern. in l. hac edictali quæst.18. num.32. Rot. dec. 685. num. 1. part. 1. recent.*

An autem hæc procedant, vbi mater renuncians declarauit expressè se esse contentam, & satisfactam de habita portione dotis, legitimæ vel alterius rei, sibi traditæ in actu renunciationis, quæstio est non vulgaris, & hic non inutilis, igitur circà hanc aliqua dispiciamus.

Originalis opinio *Romani* fuit, vt in casu, quo renuncians expressè declaret esse contentam portione sibi tradita, obstet ipsa renunciatio filijs, vt non possint venire ad aui successionem, licet præmoria- 144
tur renuncians, & *Romanum* posteà sequuti sunt, *Dec. d.l.pactum dotali num.18. & cons. 181. num.7. & seqq. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius vers. duas habens filias num.181. Berò conf.49.num.38.vol.1. Bellon. cons.15.num.6. & seqq.* qui hanc vocat communem, & hanc pariter communem appellat *Vrsill. ad Afflict.dec.161 num.7. Gomez. ll.22. Taur. numer.22. Eugen.cons. 98. num. 8.* cum allegatis à *Facchin. cap. 23.lib.2. Thesaur.d.quæst.90.num.3. Rip.lib.1.resp. cap. 6.* quam opinionem esse in Gallia receptam, ostendit, *Robert. rer. iudic. cap. 5. lib. 2.* atque ab ea non esse discedendum, ostendunt, adducti à *Morott. cit. cons.22 num.1.. Andreol. controu. 212. num. 2.* quibus addo, *Fel. Fer. in l. 23. Tauri num. 26.* vbi, quod est optima, *Baldi*, cautela parentibus tradita, qui volunt nepotes matribus suis præmortuis ad suam hæreditatem non vocari, vt faciant, quod filiæ dote contentæ suæ hæreditati cum iuramento renuncient, & talis opinio fuit etiam approbata per *Rot.in Ariminen. Success. 9. Decembris 1667. cor. R.P. D. Varesio decis. 110.num.3. & seqq.post tract.*

Hoc, autem, argumento vtuntur prædicti Auctores ad corroborandam hanc opinionem. Filia, quæ accepta dote, vel aliqua alia portione, & illa se fore contentam, promisit, atque renunciauit, censetur portionem suam, viuo adhùc patre accepisse. Et pro- 145
pterea licèt ante patrem decesserit, portio eius ampliùs vacare non intelligitur, adeò vt successorio edicto locus esse, & nepotes succedere maximè possint; quæ ratio, sicuti absque tergiuersatione procedit, 146
quando filia post patrem moritur, eo, enim, casu, vbi accepta dote renunciauit, totam portionem dicitur accepisse, & ideò non tam renunciatione, quam successione intelligitur exclusa, adeovt etiam nepotes ex successorio edicto venire nequeant. Quin, etsi, eius quod portione renunciantis adhuc residuum est in hæreditate paterna aliqua habenda adhuc esset ratio, tamen etiam residuum hoc filla, in casu, quo contemplatione alterius renunciauit acceptasse, & in hunc transtulisse, & proptereà ea portio minimè vacare intelligitur, vt declarat *Paul. de Castr. d.l.pactum dotale num. 6. in fine*, imò etiam si simpliciter absque contemplatione alterius facta est re- 147
nunciatio, nihilominùs residuum istud accrescit cæteris hæredibus *l. 1. C.quand.non peten.part. &c.* quod ius accrescendi impedit, nè successorio edicto sit locus, per quod nepotes venire possint; quæ rationes, cum militent etiam, quando, viuo patre, moritur filia, ex ijsdem etiam, hoc casu, idem statuendum est, vt nepotes non admittantur.

Nec dicatur, quod renunciatio tacitam habeat conditionem in se, si hæreditas delata fuerit, nam id dici non potest, quando propter renunciationem aliquid datum, & perceptum est, tunc enim videtur facta quædam transactio futuri euentus, & filia po- 148
tiùs voluit habere certam portionem, de præsenti, quam successionis euentum expectare, argumento *l. cum hi, ff. de Transact.* ideoque etiam pro eo habetur, ac si integram portionem percepisset,

& per conſequens nepotes ampliùs ſuccedere non
poterunt, vt conſiderat *Dec. d. l. pactum dotali num.* 18.
& conſ. 181. *num.* 7. vbi quod nepoti non debetur hæ-
reditas aui, nam eius mater tranſegiſſe videtur, eaque
ratione totam ſuam rationem percepiſſe, & totaliter
parenti ſuo ſucceſſiſſe; Minimè enim æquum eſt, vt
eiuſdem ſucceſſionis commodum quis bis conſequa-
149 tur *l. bona fide ff. de reg. Iur l. nauis onuſta, §. cum autem*
ff. ad l. Rhod. de iact. Gail. obſeru. lib. 2. obſeru. 53. *num.* 3.
quod latiùs confirmat *Bellon. cit. conſ.* 15. hac ratione.
Filia, quæ accepta dote, renunciat, non ſolum rem
perceptam, (cum renunciatio acceptationem præ-
150 ſupponat *Soccin. Sen. conſ.* 84. *vol.* 4.) ſed etiam reſi-
duum, cui renunciauit acceptaſſe, & hoc in alium
tranſtuliſſe, atque adeò integram ſuam portionem
accepiſſe; neque vllam conſiderationem ad tempus
mortis habuiſſe, intelligitur. Ex quo ſequitur, quod
nepotes in portione illa, quam mater acceptauit, am-
151 pliùs ſuccedere non poterunt. Satisfactio, enim, pro
ſolutione habetur; Et ſicuti, ſi mater ſucceſſiſſet pa-
tri, procul dubio ſuccedere non poſſent filij eius, quia
mater eos præceſſiſſet in gradu, ità idem ſtatuendum
videtur, vbi mater loco ſucceſſionis dote fuit conten-
ta, & ſatisfacta, quia perindè eſt, ac ſi hæreditatem
habuiſſet.

Quibus additur exemplum eius, qui omnia ſua bo-
na poſt mortem donat; nam, etſi huius donationis ef-
fectus, poſt mortem conferatur, nihilominùs de bonis
152 præſentibus, quæ poſt mortem habiturus eſt donatio
intelligitur, & viuo donatore initium cepit, & conſi-
ſtit obligatio, vt notatur *in l. ſtipulatio hoc modo de*
verb. oblig. & firmat, *Cranett. conſ.* 15. *Cancer. var. cap.*
2. *num.* 112. *lib.* 1. Et quod donatio ſit perfecta, etiam
153 ſi donans ſibi reſeruaſſet donatum vſque ad mortem
dixit etiam *Fontanell. de Pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4.
gloſſ. 23. *num.* 9. *& ſeqq. Theſaur. dec.* 97. *Franch. dec.* 45.
Rot. coram Duran. dec. 348. *num.* 9. licet contrarium ſit
dicendum, quoad reſeruata, quæ ſpectant ad donato-
154 rem, & eius hæredem ab inteſtato, vt alias vidimus,
& firmauit *Decian. conſ.* 28. *num.* 23. *lib* 3. *Menoch. conſ.*
310. *nu.* 10. *Rot. coram Duran dec* 799. *num.* 9. 10. *& in*
Engubina Donationis 7. *Iunij* 1662. *cor. bo: me: Card. Vi-*
cecomite dec. 198. *nu.* 4. 6. *poſt tract.*

Ità dicendum eſt in renunciatione hoc modo fa-
cta, in qua etiamſi, mortuo demum patre effectum
ſortiatur, nihilominùs tanquam in re præſenti factam
conſiſtere, atque ità conſiderari oportere, vt ipſa do-
tis datio dicatur quædam ſatisfactio, & ſucceſſio
quædam in portione filiæ debita excludens ſucceſſo-
rium edictum; Et tandem concludit *Bellon. vbi ſuprà*,
155 quod tempus acceptationis dotis, ſubrogatur loco
temporis mortis; adeòvt, etſi mortis tempore auctæ
fuerint facultates patris, non tamen legitima, quam,
viuo patre accepit ad fauorem filiæ augeatur, ob id
ſicut excluderentur nepotes, vbi mortis tempore fi-
lia mater ipſorum portionem ſuam accepiſſet, ità
eos etiam excludendos, quando in vita patris acce-
petit.

Hæc licet, prima fronte, videantur vrgere contrà
nepotes, tamen, materia melius trutinata, contraria
ſententia ad nepotum fauorem eſt argumentis vali-
dioribus roborata, & ob id Doctorum ſchola magis
frequenter ad fauorem dictorum nepotum, quam ad-
uerius illos ſenſit; Exiſtimarunt, enim, tunc etiam
quando liberi parte aliqua, vel filiæ, dote accepta,
renunciarunt, ijs antè patrem decedentibus hanc re-
156 nunciationem nepotibus haud obeſſe, quò minùs
auo, proprio iure, ſuccedant, & præcipuè *Bald. d. l. pa-*
ctum dotali quæſt. 2. *C. de collat.* vbi firmat, quod ſi filia
decederet, tunc indiſtinctè nepoti non officit, & hanc
etiam ſequuntur *in d. l. qui ſuperſtitis, Io: de Imol. Paul.*
de Caſtr. & alij antiquiores allegati per *Hartm. Piſt. d.*
lib. 4. *quæſt.* 7. *verſ. hoc etiam ſenſerunt.* & præcipuè, *Go-*
zadin. conſ. 75 *in fine, Purpurat. conſ.* 130. *& conſ.* 308.
num. 11. *Alciat. conſ.* 358. *num.* 1. vbi teſtatur de com-
muni opinione, *Rolan. à Vall. conſ.* 11. *Cephal. conſ.* 308.
num. 51. *Craſſ. com. opin. §. legitima quæſt.* 4. *num.* 4 latiſſi-
mè *Surd. conſ.* 133. *num.* 20 *Ficehard. conſ.* 52. *numer* 8.
verſ. non obſtat vol. 1. *Facchin. contr. Iur. cap.* 23. *lib.* 3. *Co-*
uarr. d. cap. quamuis par. 3. *§.* 2. *num.* 4. *Cranett. conſ.* 703.
lib. 4. *Sol. ad Conſuet. Sabaud. tit. de alien. minor. gloſſ.* 2.
num. 9 *Riech. de Vnion. Prol. cap.* 7. *num.* 61. *Tiraquell.*
de Primog. quæſt. 40 *num.* 117. *Gomez in l.* 22. *Taur, nu.*
10. *Vueſſemb. conſ.* 11. *num.* 3. *& conſ.* 15. *numer.* 14. 15.
Roſenthal, de feud. cap 9. *membr.* 2. *concl.* 79. *lit. L, Mo-*
roit. conſ. 22. *per tot.* cum alijs allegatis per *Andreol.*
controu. 212. *num.* 3. *Theſaur. quæſt. for. lib.* 2. *quæſt.* 90.
num. 3. *Donad. de renunc cap.* 3. *num.* 12. *Gallerat. eodem*
tract. cap 15. *num.* 65. *tom.* 2. *Bottigl. d. Theor.* 46. *num.*
18. *verſ. tamen ergo, Kellemb. pariter de renunc. ſucceſſ.*
quæſt. 33. *num.* 24 *& ſeqq Merlin. Pignat. cent.* 1. *contr.*
11 *num.* 14. vbi dicit, cauendum eſſe ab ijs, qui contra-
riam ſequuntur *Cancer. var reſol. lib.* 3 *cap.* 15. *num.* 49.
Georg. alleg. 30. *num.* 34. *Anton. Faber. lib.* 2. *Cod. tit.* 3.
defin. 15. *Theſaur. dec.* 138. *num.* 3. Et pro hac opinione
ſemper iudicatum fuiſſe in tribunalibus teſtatur *Pi-*
ſanell. in conſuet. ſi moriatur nu. 29. *in apoſtill. incipien.*
Bartol. Vincent. de Franch. dec. 67. *Viu. lib.* 2. *dec.* 211.
num. 5. *Caſtill. dec.* 189. *num* 10. & ità etiam reprobato
Romano contrarium tenente fuit firmatum *in Rot. d.*
dec. 4 *poſt tract. num.* 19.

Ratio autem, ob quam citati Auctores ad ità com-
muniter ſentiendum, moti fuerunt, illa eſt, quia ratio-
nes ſuprà ponderatæ, in alijs caſibus, ad fauorem ne-
potum hic benè adaptantur, & eſt apud omnes in
confeſſo, quod hoc ſolum, quod filius, vel filia, viuo
patre, aliquid accepit, eius efficaciæ non eſt, vt pro-
pterea nepotes minùs ſuccedere poſſint, vt enim be-
nè obſeruat ſæpè citatus *Piſt. vbi ſuprà nu.* 4. *verſ. om-* 157
nes enim, ne quidem huiuſmodi portio habita poteſt
obeſſe, quo minùs ad hæreditatem patris veniant
l. ſi quando, §. illud C. de Inoff. teſt. l. fin ff. de ſuis & legit.
hæred. l. ſi verò de bon. libert. Vndè, ſi hoc caſu, quo filia
antè patrem decedit, nepotes remanere deberent ex-
cluſi, id non contingeret, niſi præcisè ob renunciatio-
nem; at eſt magis recepta, & indubitata Interpretum
ſententia, vt ſuprà traditum fuit, quod renunciatio
per ſe minimè poteſt nepotibus obſtare, quia taci-
tam hanc habet conditionem, ſi filiæ ſuperſtiti hære-
ditas deferatur: Et quia ius filiæ diuerſum eſt à iure
nepotum, & ideò renunciatio de vno caſu facta ad 158
alium non porrigitur, ob id remanet indubitatum,
quod renunciatio, hoc caſu, non poteſt nepotibus
obſtare.

Quibus etiam rationibus mouentur præcipuè cita-
ti per *Theſaur. d. lib.* 2. *quæſt.* 90. *num.* 4. *Cancer. Var.*
d. cap. 15. *num.* 50. *Gallerat. in loco mox. cit. num* 65.
& latiùs *Kellemb. d. quæſt.* 33. *num.* 24. *& ſeqq.* vbi,
quod quamuis nepos matris ſuæ prædefunctæ locum 159
ſubintret, quia tamen huic in dote non vera & plena-
ria ſucceſſio, ſed portio tantùm eius contigit per *l.*
quoniam nouella C. de inoff. teſtam. nepoti id officere
non poteſt, ſubijungens vlteriùs, quod auorum votum
non idem eſt in nepotes, quod in filios; nam, ſi id,
quod de filijs diſpoſuere, non expreſsè etiam in nepo- 160
tes dirigant, hiſce minimè præiudicatur, ſed iuris
communis beneficia ſalua habet *l. ſi anus* 2. *C. de liber.*
Prætor. l. Gallus 29. *§. & quid ſi tantùm l. ſi quis* 161
Poſthumos 9. *§. ſi filium ff. de liber. & Poſth.*, & bonum
argumentum non eſt à filiæ ad nepotum priuatione 162
Burſatt. conſ. 64. *num.* 12. *vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 35. *nu.* 25.
vol. 3. Cum igitur mater non ex legis diſpoſitione,
ſed

sed ex paterna voluntate, dote ista debuerit esse contenta, nepotibus impedimento esse non potest quominus legitimam consequantur; propterea optime
163 dictum fuit per *Cancer. vbi suprà num.* 51. quod pater non potuit præuenire istam successionem, faciendo quasi transactionem futuri euentus, cum filia, mediante d. renunciatione in præiudicium nepotum ex filia, quia ad successionem aui à lege vocantur, qui
164 *Cancer* allegat ad propositum textum pulcherrimum *in l. vxorem, §. sed enim, ff. de leg.* 3. vbi, si hæres rogatus sit restituere, quidquid post mortem suam Ioanni, & vbi Ioannes prædecesserit patri, si ipse in vita
165 sua restituat Ioanni, & contingat Ioannem prædecedere antè hæredem grauatum, & Petrum, quod hæres grauatus non liberatus remanet per restitutionem fideicommissi factam ante tempus. Et de hac re, an grauatus restituere post mortem, si restituat, in vita
166 & ille, cui restituitur, præmoriatur, redeant bona plura etiam scribit *Andreol. controu.* 110. *Tondut. quæst. Ciuil. cap.* 57., *Fontanell. dec.* 39. *& seqq. Rot. dec.* 77. *par.* 7. *rec.* & benè ostendit *Fachin. d. cap.* 23. *vers. hac posterior, lib.* 3.

Nec valet obiectum, quod, vbi filia, dote accepta renunciat, portionem suam percepisse intelligatur, & videatur successisse; Nam respondetur, quod id depêdet ex sola renunciatione, quæ cum habeat annexam conditionem, si superstiti hæreditas delata fuerit; ac propter filij mortem ante parentem deficientem cor ruat cum renunciatione omne, quod ab ea dependet,
167 nepotibus non potest præiudicare, cum paria sint aliquid non esse factum, vel ob conditionem deficientem esse extinctum *l. pecuniam ff. si cert. pet.* cum similibus; vt optimè de more ratiocinatur, *Pist. vbi suprà vers. ex his etiam, Kellemb. quæst.* 33. *num.* 28. vbi, quod argumentum in contrarium procederet, si paterna successio in rei veritate filiæ renuncianti delata fuisset.

Nec dicatur, quod non possit esse locus successorio edicto, vel iuri accrescendi, quia in hoc casu, nepotes necesse non habent vti hisce remedijs, nàm absque
168 successorio edicto, vt latè diximus, ex propria persona veniunt, quicquid esset quando loqueremur de successione iàm filiæ delata, quo casu, contrà nepotem plurimum vrgerent in contrarium adducta, vt latiùs ostendit *Pist. in cit. vers.* ad quem me remitto, *Kellemb. d. num.* 28. *vers. Deinde.*

Respondetur vlteriùs ad illam considerationem vt filia videatur, per receptionem dotis, super sua por tione transegisse, quod, siue per remissionem, siue transactionem, siue satisfactionem, vel quocumque alio nomine dicatur ista renunciatio, semper tamen ei inest illa conditio, si hæreditas delata fuerit, qua
169 deficiente ad nihilum reducitur, &, procederet conclusio fundata in transactione contra filiam, non contra nepotes; Nam transactio de vna re facta, nempè, de spe ipsimet filio competente porrigi non potest ad nepotum successionem, *l.* 3. *C. de transact. l. cum Aquiliana, ff. eodem*; & quo magis de re præsenti actum intelligitur, eò minus de iure nepotum censetur cogitatum, quia, vt superiùs latè, eo tempore, nepotibus nullum ius competere poterat.
170 Et de iure transactio super vna successione, & re facta non potest extendi ad aliam successionem, & rem, *Honded. consl.* 46. *lib.* 1. *Hodiern. ad Surd dec.* 176. *Capyc. Galeott. controu.* 42. *num.* 20. *lib.* 1. *Thomat. dec.* 144. *Rot. coram Gregor. dec.* 158. *coram Buratt. dec.* 658. *& in rec. dec.* 357. *num.* 9. *part.* 9. *dec.* 129. *num.* 8. *par.* 10. *& dec.* 25. *par.* 11. *rec.*

Et non dissimilis potest adaptari responsio ad id quod dictum fuit in contrarium, renunciationem præsupponere acceptationem: Nam, cùm hæc acceptatio, tanquam præcedens renunciationem in ea tacitè subintelligatur *Crauett. cons.* 200. *nu.* 1. *Surd. dec.* 14. 171
num. 20. *Hodiern. in l. hac edictali, quæst.* 35. *num.* 4. *Olea de cess. iur. tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 39. *& seqq. Redenasc. consl.* 46. *Rot. dec.* 649. *par.* 3. *rec. & post Cenc. de Censib. dec.* 204. *num.* 1. *& seqq.* Dum corruit renunciatio, non subsistit acceptatio, nam accessorium à natura sui principalis recedere non solet, *cap. accessorium, de* 172
Reg. Iur. in 6. *Gratian. Discept.* 282. *num.* 35. *Cancer. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. *Rot. dec.* 25. *num.* 4. *par.* 9. *rec.*

Et tandem ad argumentum desumptum, ab exemplo donationis, facilè respondetur, quòd, licèt, in eo casu, donationis effectus post mortem differatur; nulla tamen subest conditio, qua deficiente donatio corruat; Propterea mirum non est, si ibi contractus tempus spectetur, atque ex hoc perfectus intelligatur, quòd secus est in casu nostro, vt ad saturitatem ostendimus.

Sicuti pariter ad id, quod, vltimo loco, deductum fuit, de subrogatione temporis mortis ad tempus renunciationis, respondet *Cephal. consil.* 334. *num.* 64. quem refert, & sequitur *Hartm. Pist. d. num.* 4. *vers. Denique*, illud, tùm demùm procedere posse, si filia renuncians, tempore mortis paternæ superstes fuisset, vt legitimam priùs perceptam censeatur percepisse, debito tempore mortis paternæ, cum, hoc casu, nihil obstet fictioni translatiuæ. At quando filia antè 173
patrem moritur, quia tunc nepotes extant, quibus potiùs soluenda est legitima, quam filiæ, vtique solutio filiæ priùs tempore minùs iusto facta ad tempus mortis trahi amplius non potest.

Ex qua conclusione, ità optimè tot Doctorum auctoritatibus defensa, subdit *Kellemb.* quòd, licet auus, testamento disponat, vt nepotes, dote matri numerata, contenti esse debeant; nihilominùs nepotibus 174
huiusmodi dispositio minimè obstat, nam per nullitatis querelam, tanquàm præteriti testamentum euertere poterunt; dotem enim auus filiæ numerauit, non, vt pars esset, vel totius successionis, vel legitimæ, sed solummodo in precium, & compensationem quandam cessionis, ratione cuius parens liberum disponendi arbitrium nactus est; Vt ergo filia istam dotis quantitatem absque omnis collationis onere, vt proprium patrimonium possedit, sic quoque eodem iure in nepotes transijt; Vnde aui institutio, tanquam in re aliena, facta, pro nulla habetur, *Imol. in l. si emancipati, num.* 33. *Alex. num.* 8. *C. de collat.*

Ex qua opinione *Kellemb.* deducitur, quod nepotes non tenentur conferre portionem, quam habuit eorum mater, in actu renunciationis, quæ opinio, re ve- 175
ra non est in iure absque contrarietate, nàm contrarium firmauit *Bartol. in l. in quartam, num.* 12. *ff. ad leg.* 176
Falcid. vbi, quod nepotes tenentur imputare huiusmodi portionem in legitima, & *Bartol.* sequuntur Doctores allegati per *Roderic. Suar. ad repet. l. quoniam in prioribus, limit.* 4. *num.* 11. *C. de Inoff. testam. Menocch. cons.* 153. *vol.* 2. *Zabarell. consil.* 22. *Castill. dec.* 89. *num.* 15. *& seqq. Dec. cons.* 181. *circa finem, Crass. §. legitima, quæst.* 23. *Thesaur. dec.* 237. *Mangil. de Imput. quæst.* 18. & alij antiquiores relati per *Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 7. *num.* 6. *Merlin. de Legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 13. *num.* 1. & pro hac opinione videtur etiam concludere *Kellemb. vbi suprà num.* 32. *& seqq.* vbi, omnibus contrarijs respondet, & de hac materia tractat etiam *Spad. consl.* 299. *lib.* 3. *Tondut. quæst. Ciuil. par.* 2. *cap.* 186. *Mans. consult.* 7. *& consult.* 14. *num.* 32.

Bald. verò, *in l. illa, C. de collat.* mordicùs contrariam opinionem defendit contra *Bartol.* asserens, quod suæ rationes sunt phantasticæ, & coloratæ, & non efficaces, quem alij postea sequuti sunt, vt *Corn. cons.* 116. *vol.* 2. & cæteri relati per *Merlin. de Legit.*

vbi

vbi ſuprà num.2. & per Roderic. Suar.d num.11. verſic.
hæc decisio non placuit, *Baldo & per Mangil. de imputat. quæſt.* 18. *numer*. 3. *& ſeqq.* quibus addo *Petr. de Fideic. quæſt.15. num.* 109. *Iurigl. dec.* 11. *numer.*18.
& ſeqq.

Reſolutio huius quæſtionis pendet ex eo; An id
quod peruenit ad Nepotes à parentibus, habuerint
ex ipſis parentibus iure hæreditario, & vt eorum hæ-
178 redes,& non ab eorum auo, vel potiùs habuerint ab
auo, mediante parentis perſona, primo caſu, col-
179 latio non eſt facienda; Secundo caſu eſt facienda.

Et ratio eſt euidens,nam,in legitimam,& eius ſup-
plementum non imputatur, niſi id quod quis conſe-
quitur ex ſubſtantia illius, de cuius hæreditate agi-
180 tur, *l.ſcimus, §.repletionem, C.de Inoff. teſtam. Royas*
dec.157.num.4. Merlin. dec.828. numer.18. & per tot.
Duran. dec.231. num.13. Propterea, ſi nepoti aliquid
ex ſucceſſione paterna, vel materna proceſſit, non
eſt imputandum in legitima, quæ ei debetur in bonis
181 aui,vt latè probat *Bartol.in l. poſt dotem, ff.ſolut.matr.*
cum alijs allegatis per *Cancer. d. cap.3. de legit.nu.62.*
Merlin. de Legit.vbi ſuprà num. 9. & ſeqq. Theſaur.d.
deciſ. 237. per tot. Mangil. de Imput. vbi ſuprà numer. 20.

Igitur, in caſu quæſtionis ſuprapoſitæ, an Nepos
teneatur conferre dotem, quam habuit eius mater
præmortua, diſtinguunt communiter Doctores; An
dos fuerit tradita à patre filiæ in poteſtate exiſtenti,
& tunc collationi eſſe locum communiter ſentiunt;
Nam mortua filia, de iure ad patrem dotantem dos
182 debet redire *tex.in l.dos à patre, C. ſolut. matrim. Merend. contron. cap.28. lib.4. Tondut. quæſt.ciuil.part.3.*
cap. 104. Minad. deciſ. 21. Rot. coram Merlin. deciſ.
433. num. 7. Rot. dec. 108. part. 4. tom. 2. rec. Rouit.
dec. 40.

Limitatur,tamen,quando dos fuit data in actu re-
nunciationis, quo caſu, efficitur patrimonium filiæ,
183 nec ad patrem reuertitur, *Thomat.dec.185. numer.3.*
Rot.dec.100.num.23.par.8.rec. & in Romana Pecuniaria 8.*Iunij* 1665*:coram Reuerendiſs. Albergato dec.17.*
nu.15.poſt tract. & in Ciuitatis Caſtelli Dotis 28. *Aprilis* 1662.*dec.113.num.3. poſt tract.* Ob id dos, quæ ad
184 patrem redire debet dici poteſt effectus, & ſubſtan-
tia aui non matris prædefunctæ, & collationi eſt lo-
cus, vt optimè *Theſaur. dec. 237. num.3.* & alij infrà
citandi.

Et licet,attenta *Bulgari* conſuetudine, dos apud fi-
185 lios remaneat, *Capyc. dec.176. Ricc. collect. dec.149.*
3277.*Gratian.dec.225.* non tamen,per hoc, ſequitur,
quod nepotes non dicantur habere ex diſpoſitione,
186 atque aui voluntate, vt latè fundat *Bottigl. de renunc.*
ſucceſſ.d.Theor.46.num.30. & ſeqq. Nam conſuetudo
illa fundatur ſuper tacita voluntate aui volentis do-
tem illam nepotibus dari,vt diſponitur *in l.cum auus,*
ff.de Condit.& Demonſtrat. l. cum acutiſſimi, C. de Fideic. Poterat, enim, pater dotans filiam, pactum ap-
ponere, vt ſibi reſtitueretur, & non appoſuit, vndè
omninò dicendum eſt, ineſſe tacitam aui voluntatem
illam nepotibus deferendam, cum regula ſit in iure,
pro conſentiente haberi eum, qui cum prohibere po-
187 tuiſſet,non prohibuit *l. ſemper qui non prohibet, ff. de*
Reg.iur.l.ſcientiam,ff.ad leg.Aquil.& ſic,dum pactum
illud apponere poterat dotans filiam, & non appo-
ſuit,ipſe dicitur tacitè nepotibus dediſſe, ideò con-
ferre debent *Bartol.d.l.in quartam num. 12. Bolognett.*
num.300.Mangil.de Imput.d.quæſt.18. Merlin. de Legit. lib.2. tit.2. quæſt. 13. Trentacinq. conſ.48. Roderic.
Suar.ad d.l.quoniam in prioribus d.num.11. Cancer. vbi
ſuprà nu.62.verſ.at verò.

Si verò dos tradita non fuit per patrem, ſed per
188 matrem, collationi non eſt locus; Nam dos ad ma-
trem non redit, & nepotes non dicuntur habere do-
tem ab ipſa,ſed tanquam proprium matris patrimo-
nium,& hæredes eius, *Cephal.conſ.398. num.10. Honded.conſ.91.num.68.& ſeqq.lib.1.Cancer. Var. d.cap.3.*
*num.62.Mangil.vbi ſupra num.*20. & alij ſupra allega-
ti, qui pariter regulam ampliant, quando pater in
contractu matrimonij expreſsè fuiſſet ſtipulatus do-
tem filiæ reddi,tunc,enim, filia dotem habet à patre, 189
tanquam donatam, (quo caſu valida eſt donatio in-
ter patrem,& filiam in poteſtate,vt probat *Altograd.*
conſ.7.num.20.& ſeqq.lib.1.Donat.Anton.de Marin. reſol.85.lib.1. Michal. de Fratrib.par.1.cap.17. & ſeqq.
Merend. contron. cap. 23. lib.1. Rot. coram Peun. dec.
1156.& dec.13. num.20. & ſeqq. par. 10. rec. Arias de 190
Meſ.var.lib.3.cap.17.)& ſic filij eius non dicuntur ha-
bere ex tacita aui voluntate,ſed ex matris diſpoſitio-
ne,ità benè *Theſaur.dec.237.num.12. Cancer.Roderic.*
Mangil.& alijs loc.cit.

Quæ ſententia, ſcilicet, vt nepotes teneantur con-
ferre portionem, quã ex diſpoſitione aui habuerunt,
non verò illam, quæ à patre habuit originem, ac ex
voto paterno eis obuenit,licet ſit communiſſima, ni-
hilominùs contrà eam videtur ſentire *Faber. in Cod.* 191
tit.de Pact.defin.17.Menoch.conſ.153.per tot.Kellemb.
de renunc.ſucceſſ.quæſt.33.num.33. & ſeqq. tenentes,
quod indiſtinctè fieri debeat collatio habitæ portio-
nis, vel à patre, vel ab auo.

An verò eorum opinio ſit ſequenda, necne, valdè
dubito,per ea quæ ſuprà notauimus; Verum tamen 192
eſt, quod, in caſu noſtro, verſamur extrà difficulta-
tem, quia portio habita propter renunciationem,
non datur, vt ſit pars ſucceſſionis, vel legitimæ, ſed
in precium,& compenſationem ceſſionis, ratione cu-
ius parens liberum diſponendi arbitrium nactus eſt,
vt dictum fuit ſuprà auctoritate *Rotæ d. dec. 17. num.*
15.& dec.113.num.3.poſt tract.

Apparet igitur,quod auus dedit hanc portionem,
vt proprium efficeretur patrimonium filiæ, & ob id
collationi non eſt locus, vt benè fundat *Kellemb. vbi* 193
*ſuprà num.31.*quicquid ſit,quando filia dotem habuit
& ſucceſſioni minimè renunciauit; Tunc,enim,intrat
alia quæſtio; An nepotes dotem conferre debeant, &
ipſemet *Kellemb.Menoch. Caſtill. ad Fab.* in locis pro- 194
ximè citatis, tenent, indiſtinctè ad fauorem collatio-
nis,alij verò ſupracitati diſtinctione vtuntur, de qua
ſuprà.

Firmatum eſt igitur, quod nullo pacto, renuncia-
tio matris præmortuæ liberis eius obſtat, quin poſ-
ſint auo ſuccedere, ſiuè ſimplex ſit renunciatio, ſiuè
facta pro ſe,& hæredibus,ſiuè dote accepta.

Hic autem, pro coronide quæſtionis, eſt vlteriùs
amplianda concluſio etiam in caſu, quo per pactum
de non petendo facta ſit renunciatio; contrà quam
aſſertionem, licet in terminis habeamus *conſ.* 109.
Anguiſcioll. vbi quod, quando eſt factum pactum de
non petendo, cenſetur facta tacita donatio à matre 195
filiæ in hæredem vniuerſalem collata, perindè ergo
filia excluditur, ac ſi mater poſſideret, quia ille poſſi-
det,qui habet cauſam à matre,ſicut ergo mater præ-
cedit filiam, ità & perſona,ad cuius fauorem fuit re-
nunciatum habens cauſam à matre.

Nihilominùs veriſſima eſt contraria ſentẽtia,quod
licet in renunciatione pactum de non petendo, vel
alia etiam clauſula,in forma ampliſſima, addita fue- 196
tit,non poteſt nepotibus eſſe obſtaculum, vt benè ra-
tiocinatur *Piſt.d.lib.4.quæſt.7.nu.*16.cum renunciatio
habeat annexam conditionem, ſi hæreditas delata
fuerit, qua deficiente corruunt vnà cum renunciatio-
ne,omnia pacta huic addita, quibus etiam ipſamet
conditio,& qualitas ineſſe cenſetur *cap.acceſſorium de*
reg.iur.in 6.& l.cum principalis,ff.eodem tit.

Adijci-

Adijcitur, quod quæuis pacta contractui apposita
secundum eius naturam sunt intelligenda, omnesque
conditiones, & qualitates eius accipiunt *l. eum em-*
197 *ptor, ff. de resciad. vend.* & quoties obligatio principa-
lis non nocet, neque etiam accessoria, & quæ insu-
198 per additæ sunt promissiones nocere solent, *Gram-*
matic. dec. 66. num. 49. Socin. Iun. cons. 161. numer. 20.
vol. 2.

Vndè concludendum est, quod frustrà huiusmodi pacta appouantur, vt tenet *Viu. d. dec. 211. numer. 6. Franch. dec. 67. Cephal. cons. 335.* Et quod pariter eò minùs substinetur opinio *Grammat. dec. 57. num. 39.* quod si filia cum iuramento asserat, se dote contentam fore, quod tunc renunciatio eius etiam antè patrem decedentis obsit nepotibus; nam illum refutat *Pist. loco cit. num. 30.* & nos contrà dictam conclusionem plura cumulauimus,

Et quod plus est, ipsemet *Pist. num. 21. & seqq.* ità
ampliat conclusionem ad fauorem nepotum non so-
lum in casu, quod filia renunciasset, sed etiam si ma-
ritus, vel alius fidem suam interposuisset, quod ne-
que renuncians, neque hæredes eius quicquam de hæ-
reditate illa petituri sint cum indemnitatis promis-
199 sione; nam quilibet qui ità promittit, accedit princi-
pali obligationi renunciantis, *§. fideiussores, Instit. de*
200 *fideiuss.* Propterea illius promissio eandem recipit
conditionem, & interpretationem, quam principalis
contractus, *l. si testamentum, §. final. l. si vt proponitur,*
ff. de fideiuss., ac eo resoluto, resoluitur, *Barbos. Vot.*
202 *decis. 86. Merend. cap. 23. & 24. lib. 21. Censal. dec.*
Luc. 38. Capyc. Latro. cons. 120. Omnes, enim, fa-
uores principali competentes dantur etiam fideius-
sori, vel alij accessoriè obligato, *l. omnes, ff. de excess.*
202 cum similibus; Et enim suprà firmatum sit, in præiu-
dicium nepotum renunciationem non valere, se-
quitur, quod nec etiam, accessione alterius promit-
tentis, subsistere possit, *l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cogan.*
203 Fideiussor enim liberatur liberato principali debito-
re, *Menoch. cons. 673. num. 16. Caball. resol. Crimin.*
cas. 13. Seaaar. de Visit. Carcer. lib. 1. cap. 3. sect.
2. nu. 20. Donat. Anton. de Marin. resol. 134. lib. 2.
Fontanell. dec. 472.

Imò, licèt, contractus, cui accedit fideiussor, va-
204 leat, si tamen aliqua ratione rescinderetur, hoc ipso,
etiam fideiussor liberatur nè ampliùs conueniri possit,
vt tradunt Doctores *in l. 2. vbi Cagnol. num. 126. C.*
de rescind. vendit. multò, igitur, fortiùs hoc ob-
tinet, quando principalis contractus pror-
205 sus non valet, vt latè *Pist. vbi supra nu.*
21. in fine, Cephal. d. cons. 334. nu.
83. Rot. cor. Eminentiss. D.
Card. Otthob. dec. 204.
nu. 5. & in recent.
dec. 212. nu. 5.
part. 4.
to. 2.

Et hæc de hac quæstione; An liberi renunciantis aliquid consequi possint, non obstante renunciatione parentis, dicta sufficiant.

CAPVT XXV.

Renuncians ob ingressum in monasterium: an possit ad bona renunciata regressum habere, si post ingressum discedat. Pro affirmatiua resoluitur; qua occasione quæritur. An renunciatio facta sub conditione, si sequatur Professio, habeat locum, defuncto renunciante antè professionem. An rescindatur renunciatio per promotionem ad Episcopatum, per discessum à Religione, obtentâ à Pontifice licentia, vel per annullationem professionis, vel ob incorrigibilitatem, vel ob suppressionem Religionis. Item quæritur; An Religio Iesuitarum subiaceat regulis de materia loquentibus. Et tandem quæ sint requisita Concilij, quoad renunciationes nouitiorum. Et an debeant seruari ab eo, qui renunciat in sæculo, causa tamen ingressus, cum multis alijs quæstionibus circà materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Valet renunciatio facta à puella ob ingressum in religionem.*
2 *Aliqui putant renunciationem ob ingressum in religionem non valere.*
3 *Talis renunciatio videtur impedire religionis ingressum.*
4 *Item talis renunciatio videtur fieri eo tempore quo est Monacus, & ob id quando non est in potestate.*
5 *Contrà quod sit valida talis renunciatio.*
6 *Ingrediens religionem non debet esse sollicitus de bonis temporalibus.*
7 *Hæreditas ei non potest deberi, qui renunciauit cum iuramento.*
8 *Monasterio defertur hæreditas mediante monaco, ob id monaco excluso monasterium non potest succedere.*
9 *Renunciatio facta à nouitio, cum transactione de non impugnando professionem non valet.*
10 *Qui renunciauit ob ingressum in religionem, si post ingressum discedat, potest ad bona paterna habere regressum.*
11 *Renunciatio ingredientis in monasterium non potest reuocari nisi in casu quo non fiat validè professio.*
12 *Renunciatio ingredientis in religionem habet tacitã conditionem si professio sequatur.*
13 *Donatio causa mortis per donantis conualescentiam reuocatur.*
14 *Renunciatio propter religionem professione non sequuta euanescit.*
15 *Ingressus in monasterium est causa finalis renunciationis.*
16 *Quando cessat causa finalis renunciationis, ipsa renunciatio rescinditur.*
17 *Donata monasterio ab ingrediente restituuntur, si non sequatur professio.*
18 *Per ingressum in religionem fuit satisfactum causa fina-*

finali renunciationis.

19 *Per solum ingressum non adimpletur conditio, nisi sequatur professio.*

20 *Ingressus non dicitur qui professionem non emisit.*

21 *Nouitius non dicitur religiosus.*

22 *Conditio ingressus in religionem non dicitur purificata sine professione.*

23 *An satisfaciat voto religionis, qui ingreditur, & non facit professionem.*

24 *Nouitius an gaudeat priuilegio fori.*

25 *Quamuis renuncians pacto promiserit non reuocare, nihilominus non sequuta professione reuocatur.*

26 *Pactum de non reuocando donationem etiam ex causa ingratitudinis non tenet.*

27 *Pactum de non reuocanda donatione facta religioni etiam si non sequatur professio non tenet.*

28 *Qui promisit ingredi, & perseuerare in religione potest ex aliqua iusta causa exire.*

29 *Pactum quod quis teneatur renunciationem habere ratam etiam non sequuta professione est contra dispositionem Concilij.*

30 *Donatio facta religioni à nouitio non tenet professione non sequuta.*

31 *Limita nisi sit facta, multo ante ingressum.*

32 *Imò etiam pecuniæ, & mobilia sunt eo casu restituenda.*

33 *Quando renunciatio fuit facta sub conditione, si sequatur professio, an valeat mortuo nouitio renunciante.*

34 *Distinguitur an renunciatio facta fuit hac expressa conditione, vel non facta specifica mentione talis conditionis.*

35 *Quando cum hac conditione expressa facta fuit, corruit professione non emissa.*

36 *Contra quod valeat eo casu renunciatio.*

37 *Conditio potest impleri per æquipollens, quoties solus effectus fuit consideratus.*

38 *Per conditionem*, si professio sequatur, *intelligitur vt quis se voluerit excludere, si mundo moriatur.*

39 *Quando non fuit facta mentio talis conditionis in renunciatione, per obitum renunciantis ante professionem euanescit renunciatio.*

40 *Taciti, & expressi idem est iudicium.*

41 *Plus non potest operari tacitum, quàm expressum.*

42 *Tacitum habet minorem vim expresso.*

43 *Coniecturata voluntas datur in conditione expressa, sed non in tacita.*

44 *Coniectura est opinio veri, ex signo probabili deducta.*

45 *Coniectura in ijs casibus locum habet in quibus facti quæstio versatur.*

46 *Et quando sumus in dubio non in claris.*

47 *Taciti, & expressi quando non sit par virtus.*

48 *Per promotionem ad Episcopatum rescinditur renunciatio.*

49 *In tacita renunciatione intelligitur conditio de permanendo in religione.*

50 *Quæ tractum successorium continent successiuum implementum requirunt.*

51 *Renunciatio semper intelligitur rebus sic stantibus.*

52 *Qualibet renunciatio, vel donatio reuocatur ob nouam causam.*

53 *Contra quod per Episcopatum non rescindatur renunciatio. Illicò suam sortitur vim renunciatio professione sequuta.*

54 *Monacus post promotionem ad Episcopatum adhuc remanet monacus.*

55 *Et remanet in statu paupertatis, vt non acquirat bona.*

56 *Si est de Religione Minorum, tenetur ad obseruantiam votorum, & vitæ quadragesimalis,*

57 *Remittentibus iura sua non est amplius dandus regressus.*

58 *Quod semel placuit ampliùs displicere non potest.*

59 *Renunciatio non dicitur inita sub conditione permanendi in Monasterio, sed benè sub conditione professionis.*

60 *Religiosus factus Episcopus non recuperat donata Monasterio.*

61 *Renunciatio actu consumato, remanet omninò irrenocabilis.*

62 *Filia, quæ renunciauit contemplatione masculorum, si ante quam deueniat casus alicuius delatæ successionis, moriantur masculi, censetur mutata voluntas renunciantis, & renuncians admittitur.*

63 *Secùs quando bona iam deuenerunt in masculum, quia quamquam decedat, nihilominùs renuncians non est exclusa.*

64 *Limitatur tamen in bonis, quæ deferantur tempore, quo iam factus est Episcopus, quia tunc debet ipse succedere licèt renunciauerit.*

65 *Monacus factus Episcopus omnia bona renunciata recuperat, dummodò non sint alteri quæsita de tempore consecutionis Episcopatus.*

66 *Episcopo, & eius Ecclesiæ acquiruntur bona post assumptionem delata, & non monasterio.*

67 *Vendicat hæreditatem, non vti propriam, sed Ecclesiæ venditam.*

68 *Monacus factus Episcopus succedit in hæreditate paterna, & aliorum consanguineorum.*

69 *Monacus factus Episcopus, an testari possit.*

70 *An renunciatio euanescat, si quis obtenta Pontificis licentia à religione discedat.*

71 *Si agitur de bonis post discessum acquisitis, admittitur licèt renunciauerit.*

72 *Non verò de bonis iam tertio quæsitis.*

73 *Pontifex tertio non præiudicat.*

74 *Licèt Pontifex motu proprio dispensasset.*

75 *Licèt Pontifex motu proprio dispensasset.*

76 *Priuatus ab Officio si postea restituatur ad illud exercendum non potest Officium tertio quæsitum recuperare.*

77 *Restitutus post priuationem non recuperat ea, quibus fuit medio tempore alys ius quæsitum.*

78 *De Canonicatu priuato, & restituto non recuperat suum locum.*

79 *Summus Pontifex temporalem potestatem aduersùs laicos non habet.*

80 *Licèt habeat aduersus Ecclesiasticos.*

81 *Egrediens è religione ob Papæ dispensationem recuperat bona renunciata, de quibus nemini fuit ius quæsitum, non verò ea, in quibus renunciatarius iam successit.*

82 *Quando, & quibus causis Professio sit nulla.*

83 *Non rescinditur renunciatio, quando professio fuit annullata.*

84 *Cessante causa non cessat effectus, quoties effectus est consumatus.*

85 *Renunciatio rescinditur quando fuit annullata professio.*

86 *Præcipuè si professio est nulla ignaro profitente.*

87 *Eiectus à religione, tanquam incorrigibilis non recuperat bona renunciata.*

88 *Quando ob incorrigibilitatem possit religiosus eijci à religione.*

89 *Eiectus à religione remanet votis ligatus.*

90 *Religio debet alimentare monacum incorrigibilem.*

91 *Et si sine culpa sua recuperabit bona data Monasterio.*

92 *Non verò bona in tertium translata.*

93 *Tertius non debet incommodum sentire ex culpa aliena.*

94 *Monasterium, an faciat bona sua quæsita mediante perso-*

persona monachi eiecti.

95 *Professus in aliqua religione, si supprimatur religio, an recuperet bona renunciata.*

96 *Admittitur ad bona post suppressionem delata, non verò ad bona iam tertio quæsita.*

97 *In casu suppressionis monasterij eius bona non ad alios Conuentus, sed ad Pontificem, & Cameram Apostolicam spectant.*

98 *Donans religione suppressa, redit ad bona donata.*

99 *Iesuitæ an recuperent bona si post ingreßum discedant.*

100 *Quando non adhuc sunt professi recuperant bona renunciata.*

101 *Limita in bonis ante ingressum quæsitis, non verò de bonis delatis post ingressum.*

102 *Iesuitæ ante emissionem trium votorum solemnium possunt recuperare bona renunciata.*

103 *Contra quod religioni remaneant bona renunciata aliqui tenent, quando agitur de Iesuitis.*

104 *Dispositio Concilij disponens vt discedentes à religione recuperent bona donata Monasterio non loquitur de Iesuitis.*

105 *Iesuitæ ante professionem solemnem retinent dominium suorum bonorum.*

106 *Et adhùc dicuntur esse in probatione.*

107 *Transiens de vna religione ad aliam, an secum afferat bona primo monasterio data.*

108 *Transiens de religione incapaci ad capacem, an recuperet iura succedendi in hæreditatibus, & bonis deuoluendis.*

109 *Consensus Episcopi debet interuenire in renunciationibus Nouitiorum.*

110 *Sufficit tamen vt Episcopus sit confirmatus, licèt non consecratus.*

111 *Deficiente Episcopo spectat ad Capitulum talis licentia.*

112 *Vicarius etiam Monialium potest aliquando talem licentiam concedere.*

113 *Nunquam sufficit licentia Vicarij foranei.*

114 *Abbas, vel Prælatus nullius Diœcesis potest hanc licentiam impartiri.*

115 *Prælati regulares poßunt in Monasterijs exemptis dare hanc licentiam.*

116 *Contrà quod non possint est magis verum.*

117 *Quando ex consuetudine legitimè præscripta, non requiritur talis licentia, valet renunciatio.*

118 *Contra quod etiam hoc casu requiratur.*

119 *Talis licentia non requiritur in scriptis.*

120 *Obtenta Episcopi licentia non est necesse adhibere licentiam Abbatis, vel Monasterij.*

121 *Sed est validè vtile ad lites euitandas procurare hanc licentiam.*

122 *An hæreditas deferatur Monasterio mediatè, vel immediatè nullo facto monachi intercedente.*

123 *Renunciatio à nouitio fieri debet per duos menses ante Professionem.*

124 *Et id fuit factum, ne propter paupertatem quis in religione perseueraret, & profiteretur.*

125 *Sufficit, vt fiat post decimum mensem, licet differatur professio.*

116 *Et valet, licèt fiat longè post annum, dummodò fiat in bimestri ante professionem.*

127 *Tempus duorum mensium nō est obseruandum adeò exactè, vt etiam si fiat professio per paucos dies ante valeat.*

128 *Modicum tempus non est in consideratione.*

129 *Parum, & nihil æquiparantur.*

130 *Contra quod illud tempus sit exactè seruandum, adeò vt si fiat per aliquot dies ante, non valeat professio.*

131 *Et quod non valeat, si talis forma non sit præcisè seruata, etiam si accedat consensus Episcopi, vel Vicarij.*

132 *Et non valet etiam si adsit votum renunciandi, fiat ob amorem Dei, & Beatissimæ Virginis.*

133 *Nec pater nouitij potest donare ante duos menses Monasterio, vbi est nouitius.*

134 *Sed contrarium statuit Sacra Congregatio.*

135 *Potest nouitius ante duos menses facere eleemosynam, & oblationem Deo, & Sanctis.*

136 *An Nouitius, & qua solemnitate resignet beneficium.*

137 *Dispositio Concilij, secundùm aliquos, non habet locum in minore 16. annis.*

138 *Sed contra quod habeat locum etiam in maiore.*

139 *Renunciatio facta ante ingressum à laico, non valet non adhibitis solemnitatibus Concilij.*

140 *Aliter enim dicendo redderetur frustratoria dispositio Concilij.*

141 *Donatio in fraudem non valet.*

142 *Lex licèt exorbitans extenditur ad alium casum, ad quem si non extenderetur, redderetur elusoria.*

143 *Contra quod non requirantur solemnitates Concilij in renunciationibus factis à persona nondum ingressa.*

144 *Distinguitur si fuit ante ingreßum, sed intuitu religionis, & non valet, vel si fiat ante ingressum nulla facta mentione religionis, & valet.*

145 *Semper dicitur facta intuitu religionis, quando fit fauore religionis.*

146 *Vel quando adest modicum tempus inter renunciationem, & ingressum.*

147 *Sed quod indistinctè. siue intuitu religionis, siue non fiat renunciatio à laica persona, valet.*

148 *Dispositio Concilij est iuris communis correctoria.*

149 *Quilibet textus recipit interpratationem à rubrica.*

150 *Et pro hac parte stat opinio Rotæ Romanæ.*

151 *Nouitius possidet beneficia Ecclesiastica.*

152 *Eius beneficia non sunt ab Episcopo conferenda antequam fiat professio.*

153 *Beneficia non dicuntur vacare nisi facta actuali professione.*

154 *In resignatione beneficij solemnitates Concilij non requiruntur.*

155 *Et potest resignari ante duos menses.*

156 *Contrarium quod nouitius beneficia non possit resignare sine solemnitatibus Concilij.*

157 *Si Professio non sequatur nouitius recuperat beneficium.*

158 *Renunciatio nouitij valet sine solemnitatibus Concilij quando Monasterium promisit, quod Monacus renunciauit.*

159 *Quod procedit ad fauorem nouitij, non verò ad fauorem renunciatarij.*

160 *Quid operetur consensus Monasterij in similibus renunciationibus.*

161 *Testamentum nouitij, non subiacet regulis Concilij.*

162 *An testamentum Nouitij sortiatur effectum à die Professionis.*

163 *Testamentum non est neque obligatio, neque renunciatio.*

164 *Vltimæ voluntates non subiacent dispositioni Concilij in materia, sicuti donationes causa mortis, & similes.*

165 *Reprobantur tenentes, quod Concilium habeat locum etiam in vltimis voluntatibus.*

166 *Testamentum Nouitij ante ingressum an rescindatur facta professione.*

167 *Quod non rumpatur.*

168 Re-

Est in iure ſatis notum, quòd, ſicut renunciatio facta à puella, cum nuptui traditur, valet iuxta modum, de quo in *cap. quamuis pactum, de Pact. in 6.* ita valeat feminæ, quæ matrimonium contrahit ſpirituale, renunciatio; huiuſmodi enim pactum renunciatiuum valere etiam in monaſterij præiudicium,
1 teſtantur *Cagnol. in l. fin. nu. 115. C. de Pact. Bolognett. ibidem nu 106. Craß. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 11. num. 3. Galerat. de Renunc. lib. 3. cap. 7. num. 1. tom. 1. Barboſ. ad Concil ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 49. nu. 18. & ſeqq. Merlin. Pignat. contron. cap. 8. num 1. cent. 1.* & firmauit *Rot. in Ariminen. Donationis 4. Maij* 1660. *coram R.P.D. Priolo dec. 139 num. 2. poſt tract.*

Et quamuis nonnulli renunciationem non valere fuerint arbitrati, vbi fit renunciatio ab eo, qui vult ingredi religionem, vel vbi concepta fuit ſub hac con-
2 ditione, *ſi religionem ingrediatur*, vt *Socin. conſil. 183. Bolognett. d. l. vltima, C. de Pact. num. 106.* eo quia talis renunciatio videtur impedire religionis ingreſſum.
3 Nam, ſi renuncians monaſterium ingrediatur, hæreditate priuatur, vnde videtur eſſe quaſi pœna renunciatio aduerſus eum, qui ſe contulit in monaſterium; Et cauſa retrahendi homines à Diuino famulatu. Vl-
4 tràquam, quod talis renunciatio facta videtur eo tempore, quo defertur hæreditas, & ob id, tum cum quis ſit monacus, & alienæ iuriſdictioni ſubiectus, non valere tenuit latè *Seraph. de Priuil. Iuram. Priuil. 21. num. 37.*

Attamen, quod ſit valida, vtroque caſu, renunciatio eſt apud Doctores in confeſſo, vt plenè oſtendit
5 *Gallerat. de Renunc. lib. 3. cap. 7. num. 2. circa medium tom. 1.* & alij per eum adducti. Nec valet obiectum, quod ſit cauſa retrahendi homines à vita contemplatiua, dum cogitant, quod per ingreſſum religionis priuantur hæreditate. Nam potiùs ingrediens Monaſterium debet eligere paupertatem, & vti parum
6 ſollicitus de bonis temporalibus eis debet renunciare.

Et ſimiliter non ſubſiſtit alia ratio, quod hæreditas renuncianti deferatur tempore, quo profeſſus eſt in religione, & ſub poteſtate monaſterij, cui defertur hæreditas, mediante perſona monachi; nam, vt obſeruat idem *Gallerat.* is qui renunciauit cum iura-
mento ſe omninò potentia ſuccedendi priuauit. Et
proinde non poteſt illi deferri hæreditas, *l. fin. ff. de* 7
his, quæ pœn. nom.

Si, igitur, hæreditas poſteà quæratur monaco, ipſe non poteſt adire, quia ſe priuauit potentia ſuccedendi; Si, verò, quæratur monaſterio, hoc caſu, cum illi quæratur propter Monacum obligatio, & renunciatio ante ingreſſum facta tranſit in Monaſterium,
vt benè *Couarr. d. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 2. n. 3.* 8
verſ. At in præſenti, Cagnol. d. l. fin. num. 207. C. de Pact. Rot. dec. 523. num. 94. par. 4. tom. 3. rec.

Verùm tamen eſt, quòd, non valet renunciatio fa-
cta à nouitio, cum tranſactione de non impugnando 9
Profeſſionem, eo quia tunc dicitur facta tranſactio, ſuper re ſpirituali, & non ſubſiſtit, vt latiſſimè oſtendit *Rot. in Romana, ſeu Florentina Tranſactionis 4. Aprilis 1660. coram Eminentiſs. D. Cardinali Cerro, dec. 104. num. 1. & ſeqq. poſt tract.*

Hoc, itaque, ſuppoſito, quod valeat renunciatio facta ab ingrediente monaſterium, multæ ex hac concluſione ita firmata exoriuntur quæſtiones. Et primò

Quæri poteſt. An, qui, per ingreſſum in religionem renunciauit, poſſit ad bona paterna regreſſum
habere, ſi poſt ingreſſum à religione diſcedat; Et re- 10
ſolutiuè procedendo, exiſtimo renunciationem annullari, adeout ad omnia bona renunciata debeat admitti renuncians. Verum eſt, enim, quod renunciatio à volente ingredi religionem non poteſt reuocari, niſi, in caſu, quod non fiat validè profeſſio
Sanch. in Præc. Decal. lib. 7. cap. 1. num. 28. Caſtro Pal. 11
oper. Moral. par. 3. tract. 16. punct. 15. num. 12. Illuſtriſs. D. Fagnan. in cap. Statuimus de Regul. Donat. Anton. de
Marin. cap. 196. lib. 2. Rot. coram Royas dec. 91. 122. 12
& 134. & in d. Arminen. Donationis 24. Maij 1660. dec. 139. num. 2. poſt tract.

Et omnium eſt receptiſſima ſententia, renunciationem ab exiſtente in religione, vel de proximo ingreſſuro, ſemper tacitam habere conditionem, ſi
profeſſio ſequatur, non eſt enim veriſimile velle reli- 13
gioſum ſe bonis ſpoliare, quamuis profeſſio non ſequatur. Propterea ea eſt regula, in huiuſmodi renunciationibus, quæ ſemper in donatione cauſa mortis ſubintelligitur, vt, ſicuti ipſa donatio, per donantis conualeſcentiam reuocatur, ita renunciatio, tali pacto inita, profeſſione non ſequuta, euaneſcit, vt tenent omnes Canoniſtæ *in cap. quod ad te, de Cleric.*
Coniug. latè *Cutell. de Donat. tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 3.* 14
num. 12. & ſeqq. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 101. num. 37. & in collect. ad Concil. Trident. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regular. num. 17. 18. & 56.

Vlteriùs, oportet animaduertere, quod ingreſſus in monaſterium eſt cauſa finalis renunciationis, vt,
multis cumulatis, quibus *Bottigl. de Renunc. ſucceß.* 15
Theor. 63. num. 12. & ſeqq. Altograd. conſ. 36. num. 14.
tom. 2. Gratian. Diſcept. for. cap. 96. num. 40. 41. Propte- 16
rea annullata profeſſione, vel ea non facta reſcinditur renunciatio, *Nouar. lib. 2. quæſt. for. 73. Ricc. in prax. reſol. 354. par. 3.* & latè *Donat. Anton. de Marin. cap. 195. lib. 2.*

Sicuti obſeruatur in dote, vel donatione facta monaſterio ab ingrediente in eum; Nam ſi donans non ingreditur, vel poſt ingreſſum diſcedit, ad bona donata reſtituitur, *Menoch. conſil. 184. num. 12. Gratian. Diſcept. for. cap. 96. num. 24.*

Nec fortè dicatur, quod ſi renunciatio fuit facta ob ingreſſum in monaſterium, eidem conditioni fuit
plenè ſatiſfactum per ingreſſum ipſum; nec ampliùs 18
quærendum ſit de perſeuerantia ad *tex. in l. ſi quis hæredem 7. C. de Inſtit. & ſubſtit.* & multis argumentis id oſtendit *Bottigl. vbi ſuprà num. 18. & ſeqq.*

Reſpondetur, enim, quòd, per ſolum ingreſſum
non

19 non adimpleatur conditio, cum vlterius requiratur
emissio professionis. Nam ingressus non dicitur, qui
20 professionem non emisit, vt est *textus in cap. religiosus*
§. quamuis de sentent. excomun. in 6. Fontanell. tom. 2.
dec. 531. num. 3. & 13. & latè ostendit *Bottigl. loco cit.*
num. 20. & 21.

Et semper verum est, quod Nouitius non dicitur
21 verè religiosus; nec dicitur purificata conditio ingres-
sus in religionem sine professione *Capyc. Latro decis.*
22 118. *Sperell. dec. 16. numer. 11. Barbos. cap. cum dilectus*
num. 2. de success. ab intest. & in cap. super eo de regul.
qui simul cum *Fagnan.* disputant *in cap. statuimus de*
Regular. an satisfiat voto ingrediendi religionem,
23 prout etiam ità disputant *Pellizzar. tom. 1. tract. 4.*
capit. 1. quæst. 11. num. 59. Suar. de Relig. lib. 4. cap.
3. Leander de Iurament. tractat. 1. disput. 21. §. 3.
quæst. 56.

An verò nouitius gaudeat priuilegio foti vide *Spe-*
24 *rell. dec. 16. per tot. Carleual. de Iudic. disp. 2. lib. 1. tit. 1.*
quæst. 6. sect. 2. num. 406.

Et hæc adeò vera sunt, vt, licèt renuncians in ea-
dem renunciatione, pacto expresso promiserit non
reuocare, etiam si à monasterio exiuerit; Nihilomi-
nùs hoc pacto non obstante, renunciatio erit irrita,
& inualida, & renuncians ad bona renunciata ad-
25 mittendus erit, vt probat *Soccin. cons. 183. num. 3. lib.*
2. quem refert, & sequitur *Gratian. discept. for. capit.*
96. numer. 35. & alijs cumulatis latè fundat *Bottigl.*
vbi supra numer. 23. & facit ad propositum *Rot. d.*
Romana seu Florentina Transactionis 4. Aprilis 1660.
dec. 104. post tract. vbi, quod facta transactio de pro-
fessione non reuocanda non subsistit.

Et ratio resolutionis est, quia huiusmodi pactum
censetur appositum, quia firmiter credidit renun-
cians, se non esse à religione egressurum, cum alias
non sit præsumendum velle in sæculo remanere suis
bonis spoliatum, vt in similibus terminis tenent Do-
26 ctores in pacto non reuocandi donationem etiam ex
causa ingratitudinis: Hoc, enim, non tollit reuocatio-
nem, si illa sequatur, vt optimè *Gratian. d. cap. 96.*
num. 36. & de communi testatur *Rip. in l. fin. quæst. 54.*
num. 581. C. de Reuoc. Donat.

Et in terminis, quod pactum de non reuocanda do-
natione factum ab ingrediente religionem, non faciat
illam irreuocabilem antè, vel ob non factam profes-
27 sionem, *Menoch. cons. 388. num. 43. Royas. dec. 91. num.*
14. & seqq. Buratt. dec. 581. & ibi addens.

Sicuti, qui promittit ingredi, & perseuerare in reli-
gione, potest ingredi, & deindè ex aliqua legitima
28 causa exire, *Sot. de Iust. & Iur. lib. 7. quæst. 2. art. 1.*
& seqq. Castr. Pal. tom. 3. tract. 16. punct. 4. disp. 1. num.
7. & seqq. Suar. de relig. tom. 1. lib. 4. cap. 8. num. 8. Sanch.
in decal. lib. 4. cap. 16. num. 80. & seqq. Leander. de Iu-
ram. tract. 1. disp. 21. quæst. 60. §. 3.

Obseruat etiam *Bottigl. d. loco num. 25.* quod huius-
modi pactum de non reuocando renunciationē etiam
si contingat, quod in religione non profiteatur, ex-
pressè reprobatur per *Sacrum Concil. Trident. d. sess.*
29 *25. cap. 16. Regul.* vbi disponitur, quod omnia bona
renunciata restituantur, & monasterium repellatur, si
expensas factas petierit, ne huius causa inuoluntariè
in religione permaneat, ibi. *Nè hac occasione discedere*
nequeat, quod totam, vel maiorem partem substantiæ
suæ monasterium possideat, nec facile si discesserit, id re-
cuperare possit.

Et propterea resoluitur etiam donatio facta reli-
gioni per eum, qui ingreditur, & postea discedit à re-
30 ligione, vt, per *Surd. cons. 445. num. 36. Spad. cons. 138.*
lib. 3. Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 1. num. 4. & seqq. vbi ta-
men limitat in casu, quo donatio sit facta multò antè

ingressum, adeòvt non appareat facta ex causa in-
gressus, vt etiam latè discurrit *Pignatell. Consult. Can.* 31
consult. 105. per tot.

Et latiùs, quod, si nouitius discedat, vel moriatur,
religio debeat restituere omnia occasione ingressus
accepta, etiam mobilia, & pecunias dixit *Tamburin. de* 32
Iur. Abbatiss. disp. 6. quæst. 8. nu. 5. Barbos. de Episc. alleg.
101. num. 3. & est resolutio Congreg. Sacri Concil. Trid.
sub die 15. Iulij 1645.

Occasione suprapositæ quæstionis quæri etiam po-
test; An renunciatio facta sub conditione expressa
si sequatur professio, operetur effectum suum mortuo 33
nouitio antè professionem, & ad euitandos inanes cir-
cuitus in hac quæstione, distinctione opus est. Vi-
delicet, vel renunciatio facta fuit sub expressa condi-
tione, *si profiteatur*, vel generaliter fuit renunciatum, 34
in qua generalitate tamen subintelligitur conditio
emissionis professionis.

Primò casu, si fuit renunciatum sub expressa con-
ditione, *quatenus sequatur professio*, primo intuitu, re-
spondendum videbatur contrà renunciationem, siqui-
dem, cum renunciatio, sub allegata conditione facta
sit, illa non sequuta, actus corruit, & per consequens
deficit renunciatio, vt notant *Crass. §. testamentum* 35
quæst. 28. num. 6. & cęteri relati per *Gallerat. d. cap. 7.*
num. 13. Nauarr. lib. 3. Consil. de Stat. Regul. cons. 1. Et
secundum hanc opinionem fuisse responsum per *Sa-*
cram Congregationem, refert *Passerin. de Priuil. Minor.*
cap. 37. Et hæc sententia multorum probatur auctori-
tate per *Capon. de Pact. quæst. 60. num. 30.* & alios alla-
tos à *Bottigl. vbi suprà*, auctoritate *Surd. dec. 303.* vbi,
quod legatum factum, *si religionem ingrediatur*, peti
non potest nisi sequatur professio; Nam solus ingres-
sus non sufficit, alias illud euanescit, quæ *Surdi* opinio
multorum auctoritate potest confirmari, vt per *d. Bot-*
tiglier. num. 23.

Nihilominus veritas est in contrarium, quod, vbi
expressè fuit facta mentio professionis in renunciatio-
ne, valeat renunciatio, si decedat renuncians in anno
nouitiatus, vt probat *Bell. cons. 134. nu. 13. & seqq. Ca-* 36
pyc. Latro dec. 118. per tot. cum qua opinione transit
etiam *Capon. vbi suprà vers. ego tamen puto, Bottigl.*
alleg. Theor. 72. num. 5. & seqq.

Et ratio decisionis ab omnibus approbata, ea est,
quod, licet conditio debeat adimpleri in forma spe-
cifica regulariter, potest tamen impleri per æquipol-
lens, quoties solus effectus fuerit consideratus, vt, alle-
gato *Mantic. de Coniect. lib. 11. tit. 17. num. 4. Galganett.* 37
de condit. & par. 2. cap. 1. num. 103. probant *Bottigl. &*
Capon. locis allegatis, quibus addo *Andreol. controu. 11.*
nu. 13. Ciarlin. controu. 9. num. 63. Post. resol. 67. num. 8.
Qui vlteriùs, pro comprobatione eorum quæ dicta
sunt nonnulla afferunt exempla in iure nostro satis
frequentia, ob id in nostro casu, cum solus effectus
fuerit consideratus, scilicet non superuiuentiæ in secu-
lo, conditio impleta dicitur, & renunciatio subsistit.
Renuncians enim aliud non considerauit per condi-
tionem illam, *si professio sequuta fuerit*, nisi se per illam 38
moriturum sæculo, *cap. volo, cap. non dicatis 12. quæst.*
1. & cap. placuit 16. ead. quæst. 1.

Secundò verò casu, vbi de renunciatione expressè
non fuit facta mentio per obitum renunciantis antè
professionem euanescit renunciatio, vt, multis allatis,
tenet *Bottigl. vbi suprà nu. 20. vers. aduertendum tamen* 39
est, Gutier. lib. 2. Canonic. quæst. cap. 1. num. 107. & alij, de
quibus supra in initio quæstionis.

Sed insurgit non leuis difficultas, quarè renuncia-
tio non euanescat, quando expressa conditio apposi-
ta fuit, euanescit verò, quando huiusmodi conditio
subintelligitur? Est enim iuris indubitati, quod

40 taciti, & expreſſi idem eſt iudicium *l. cum quid, vbi*
Doctores, ff. ſi cert. pet. l. ſi filius familias, ff. eodem tit.
cum ſimilibus, ellò plus non poſſit operari tacitum,
41 quam expreſſum *l. qui ad certum, ff. locat.* imò taci-
tum minorem vim habet expreſſo, & non tam latè
42 interpretatur tacitum, quam expreſſum, vt etiam *Ro-*
land. conſ. 56. num. 5. vol. 2. Ad difficultatem reſpon-
det *Bottigl. vbi ſupra num. 21. verſ. ad quam difficulta-*
tem, cuius verba ferè ad literam referuntur etiam à
Capon. vbi ſupra, verſ. reſpondeo diſparitatem, quod
ſcilicet, renunciatio ſubſtinetur, eo caſu, quia ſuppo
nitur ex coniecturata mente renunciantis fuiſſe hunc
caſum expreſſum, quæ coniecturara voluntas ſicuti
datur in conditione expreſſa, ità dari nequit in condi-
43 tione ſubintellecta per Sacroſanctum Concilium Tri-
dentinum, quod colligitur ex definitione coniecturæ,
quæ nihil aliud eſt; niſi opinio veri ex ſigno probabili
44 deducta, ſicuti ex arbore ſumitur coniectura tabernæ
& ex habitu meretricio mulieris inhoneſtas, *l. item*
apud Labeonem, ff. de Iniur.

Propterea habemus in iure, quod coniectura in his
45 dumtaxar caſibus locum habet, in quibus facti quæ-
ſtio verſatur, vt probat optimè idem *Bottigl. num. 23.*
46 & quando ſumus in dubio, non in claris *Odd. conſ. 100.*
num. 37. Altograd. conſ. 12. num. 1. Peun. dec. 811.
num. 9.

Igitur, quando ſumus in conditione expreſſa per
renunciantem, poteſt deſumi aliqua coniectura ex vo-
luntate proferentis; at in conditione tacita per Sa-
croſanctum Concilium ſubintellecta, coniecturis lo-
cus non datur, cum in ſolo iure verſemur, ceſſante,
ergo, coniectura, remanet ſolum diſpoſitum per illud,
ſcilicet implementum conditionis, quod, cum ceſſa-
uerit ob mortem renunciantis, antè profeſſionem re-
nunciatio euaneſcit; & hic eſt caſus, in quo plus ope-
47 ratur tacitum, quam expreſſum, de quo meminit
Tuſc. verbo T. concl. 11. 12.

Tertiò pariter quæritur; An renunciatio euane-
ſcat, ſi Monacus, qui renunciauit, aliquam Eccleſiaſti-
cam dignitatem fuerit adeptus, puta Epiſcopatum.
Et in hac quæſtione, inuenio diſparitatem inter Do-
ctores; nam nonnulli, vt *Molfeſ. conſ. 1. tom. 1. Pa-*
ſchal. de Virib. Patr. Poteſt. par. 1. cap. 3. num. 98. Do-
nat. Anton. de Marin. reſol. lib. 2. cap. 185. numer. 5.
Genuen. & alij allegati per *Bottiglier. de Renunciat.*
Theor. 73. nu. 1. 2. & cæteri lato calamo congeſti per
48 *Donad. de Renunc. cap. 20. numer. 6.* tenent, quod re-
nunciatio reſcindatur. Et in ea ratione ſe fundant,
quod in renunciatione tacita ſubintelligatur condi-
tio de permanendo in religione, quæ cum tractum
49 ſucceſſiuum contineat, ſucceſſiuum quoque imple-
50 mentum requirit *l. ſi quis ità, ff. de Condit. & Demonſt.*
Vltrà, quod renunciatio ſemper intelligitur rebus ſic
51 ſtantibus, vt latiſſimè *Donad. vbi ſuprà num. 7.* cum
quælibet donatio ſiue renunciatio reuocetur ob no-
52 uam cauſam ſequutam *l. 2. C. de Condit. ob cauſ. Mol-*
feſ. d. conſ. 1. num. 26. Donad. vbi proximè num. 8. & cum
per aſſumptionem ad Epiſcopatum deficiat conditio,
& renuncians à religione diſcedat, renunciatio erit re-
uocanda.

Contrariam ſententiam alij defendunt, vt *Fab. de*
53 *Ann. conſ 45. num. 85. & ſeqq. Cutell. de Donat. tract. 1.*
diſc. 2. par. 3. nu. 132. Rouit. dec. 10. per tot. Pelliccion.
quæſt. Illuſtr. quæſt. 21. cap. 10. verſ. in hac difficultate,
ac relati per *Donad. vbi ſuprà numer. 10. Bottigl. ibi-*
dem. numer. 2. verſ. alij verò, Barbat. de Diuiſ. fruct.
lib. 2. cap. 2. numer. 89. Donat. Anton. de Marin. reſol.
46. num. 18. lib. 1. Capon. de Pact. d. quæſt. 66. num. 36.
Et ea mouentur ratione, quod Sacrum Concilium
Tridentinum diſponat renunciationem illicò ſuum
effectum ſortiri, poſtquam fuerit emiſſa profeſſio,
ibi, *ac non aliter intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi*
ſequuta profeſſione. Igitur conditio inſita renunciatio 54
ni eſt ſola emiſſio profeſſionis, qua medianre remaner
irreuocabilis renunciatio, vt latè oſtendit *Bottigl. vbi*
ſuprà num. 4.

Vlteriùs nonnulli conſiderant, vt idem *Bottiglier.*
num. 5. Cutell. num. 135. Anna num. 86. & ſeqq. Capon.
num. 36. Rouit. nu. 13. quod Monacus per aſſumptam
dignitatem adhuc religioſus remanet, & regularis ap- 55
pellatur, vt latiſſimè etiam oſtendit *Fagnan. in cap.*
quæ in Eccleſiarum de Conſtit. num. 86. vbi, quod Epi- 56
ſcopus regularis per conſecrationem non eſt abſolu-
tus à voto paupertatis, ſed adhuc remanet in ſtatu in-
compatibili acquiſitionis bonorum. Vndè probant
auctoritate multorum, quod ſi eſt de Religione Mi-
nimorum, tenetur ad votum, & obſeruantiam vitæ 57
quadrageſimalis, debet habitum deferre ſuæ religio-
nis, alias peccaret mortaliter, nec ſoluitur à tribus
ſubſtantialibus, Caſtitate, Religione, & Paupertate;
Ob eandem rationem tenet *Philippus Franc.* relatus,
Danth. d. Teſtamentis, qui teſtamentum facere poſſiut,
num. 254. quod neque Papa poſſit teſtari; quando
prius fuit Monachus. Benè igitur concludit *Fab. de*
Ann. ſi Monachus remanet non poteſt renunciatio-
nem infringere ad ſui beneficium, cum à paupertate
non ſit liberatus, nec poterit illam reſcindere, tan-
quam re in eodem ſtatu non permanente, quia dum
remanet Monachus, res eſt in eodem ſtatu.

Ponderat etiam *Rouit. d. dec. 10. num. 15.* quod hu-
iuſmodi opinio ad fauorem renunciationis habet
pro ſe expreſſam regulam iuris Ciuilis, & Canonici,
vt, ſcilicet, remittentibus iura ſua non ſit dandus
ampliùs regreſſus ad ea *cap. ſi de terra de Priuil. l. ſi* 58
quæritur, §. ſi venditor, ff. de Edil. Edict. cum ſimi-
libus.

Et etiam habet pro ſe aliam regulam, quod ſemel
placuit ampliùs diſplicere non poteſt *l. in diem, ff. de* 59
aq. pluu. & quod ſemel probaui ampliùs reprobare
non poſſum *l. Pomponius ff. de Negoc. Geſt.*

Ad argumenta, verò, in contrarium adducta opti-
mè reſpondent citati Auctores, & præcipuè *Cutell.*
vbi ſuprà num. 137. & ſeqq. Rouit. num. 5. & ſeqq. ma-
ximè ad id quod dictum fuit renunciationem factam
præſumi, ſi renuncians perſeuerer in monaſterio, re-
ſpondent, inquam, negando hanc propoſitionem,
quod renunciatio præſumatur facta ſub conditione 60
perſeuerandi in monaſterio ſimpliciter, & indefinitè,
ſed ſolum vſque ad emiſſam Profeſſionem, qua ſe-
quuta conditio eſt purificata, & nihil remanet agen-
dum pro implemento conditionis, quicquid ſequa-
tur de perſona profeſſi, vt ſunt verba textus *Sa-*
croſancti Concilij d. cap. 16. de Regul. ſupra relata
num. 25.

Imò ſi vera eſſet contrariorum propoſitio, ſeque-
retur, quod religioſus factus Epiſcopus poſt emiſſam
Profeſſionem recuperaret omnia bona donata, vel
aliter tranſlata in monaſterium, ex profeſſione iam
facta, & tamen contrarium diſponitur in *d. cap. 16.* ibi,
vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ 61
ſua erant; ergo abeuntibus poſt profeſſionem nihil eſt
reſtituendum, vt concludit *Rouit. ibidem.*

Ad aliud argumentum, quod renunciatio facta in-
telligatur rebus ſic ſtantibus, pariter reſpondet *Rouit.*
num. 8. quod iſta regula procedit actu ipſo, ad quem
dirigitur, pendente, & non conſummato; ſecùs au-
tem poſt actum conſummatum, & effectum, ſequu-
tum; nam tunc remanet omninò irreuocabilis, 62
nec datur ampliùs regreſſus ad iura ſemel renun-
ciata.

Et

Et exemplificat in filia, quæ renunciauit cõtemplatione masculorum; si enim antequam eueniat casus alicuius delatæ successionis moriantur masculi superstite ipsamet filia renunciante, cum per mutationem status personarum, quæ fuerunt contemplatæ tempore renunciationis, censeatur etiam mutata voluntas
63 renunciãdi, succedit filia, ac si non renunciasset, quia nondum renunciatio habuit effectum consumatum, & est in pendenti, donec succedat casus deuolutæ successionis renunciatæ. At quando renunciatio habuit semel effectum, & superstite masculo, in eum deuenerunt aliqua bona renunciata, quamuis postea de-
64 cedat masculus, mulier remanet perpetuo exclusa, vt tenet *Bald. consil.437. in 2. dub. vol. 2.* & à me fuit suprà latè probatum.

Ad omnia alia argumenta, tàm benè respondet *Rouit.* ac etiam omnibus illis Doctoribus, qui pro contraria parte solent allegari, satisfacit, vt dubitationi locus esse non possit, quin hæc sit vera, & magis approbata sententia.

Sed hæc opinio limitatur, vt procedat, quando bona renunciata per mortem illius, de cuius hæreditate fuerat stipulatum, erant quæsita renunciatario, secùs, verò, quando fuerit renunciatum hæreditati, quę delata non fuit, renunciante existente in religione, sed casus succedendi euenerit renunciante facto Episcopo; hoc enim, casu dixerunt, renunciatione non
65 obstante Episcopum debere succedere, & hanc distinctionem, præ ceteris, affert *Barbos. lib. 1. de Iur. Ecclesi. Vniu. cap. 42. num. 242.* vbi quod secundum hanc distinctionem fuit per Sacram Congregationem declaratum, quem sequitur *Donad. de Renunc. d. cap. 20. num. 11. Capon. de Pact. d. quæst. 60. num. 37.* vbi alios allegat *Bottiglier. vbi suprà num. 9.* qui quamuis potiùs æquam, quam vetam agnoscat hanc distinctionem; etenim si ius quæsitum est renunciatario non poterit ab illo auferri, siue delatum sit, & acquisitum, siue non; nam semper militant contra renunciantem rationes suprà ponderatæ.

Nihilominùs est magis approbata; nam communiter tenent Canonistæ, Monachum factum Episco-
66 pum recuperare bona omnia renunciata, dummodò non sint alteri quæsita de tempore consecutionis Episcopatus, vt latissimè ostendit *Laurent. de Franch. in controu. inter Episc. & Regul. quæst. 118.* quem refert, & sequitur *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. alleg. 99. num. 15. ante versic. An autem.* Sicuti Episcopo, & eius Ecclesiæ acquiruntur bona post as-
67 sumptionem delata, & non Monasterio, vt per *Fagnan. in cap. in præsentia de Probat. numer. 70. & in d. cap. qua in Ecclesiarum num. 79.* vbi loquitur de feudo aperto post adeptum Episcopatum, & *num. 88.* ait, quod, eo casu, Episcopus, non sibi, sed Episcopatui acquirit: neque vendicat hæreditatem, vt propriam,
68 sed tanquam Ecclesiæ debitam; Et sic non frangitur votum paupertatis.

Et quod Monacus factus Episcopus succedat in hæreditate paterna, & aliorum consanguineorum est
69 *tex. in cap. statutum 18. quæst. 1. Rot. decis. 115. part. 4. tom. 2. rec.*

An verò talis Episcopus testari possit tradunt *Fon-*
70 *tanell. dec. 227. Araux decis. quæst. 28.*

Quartò quæritur, an renunciatio euanescat, si quis
71 obtenta Pontificis licentia à religione discedat: Et si loquimur de bonis post dispensationem obueniendis, certum est, quod dispensatus ad ea poterit admitti,
72 vt plenè ostendit *Cutell. vbi suprà part. 6. in princ.* Si verò de bonis iam tertio quæsitis, communis est opinio, quod renunciatio annullari mini-
73 mè possit, latè *Cutell. de Donat. tract. 1. disc. 2. partic. 6. numer. 3. Bottiglier. Theor. 74. numer. 1. Capon. de Pact. d. quæst. 60. numer. 37. vers. quod si regulares*, cum alijs allatis per *Rot. dec. 222. numer. 1. par. 12. rec.*

Ratio est, quia Pontifex tertio non præiudicat, per talem dispensationem *l. 2. §. meritò & §. si quis à principio, ff. ne quid in loco publ.* Et ampliatur, etiam, con- 74
clusio, licet Summus Pontifex, proprio motu dispensasset, vt *Capye. Latro tom. 2. dec. 191.* latè ostendit, nec non *Bottigl. & Capon.* relatis locis. Quod confirma- 75
tur, exemplo personæ, de aliquo officio priuatæ, quæ, si posteà restituatur ad exercendum idem officium, non potest nihilominùs officium amissum 3. collatum recuperare, latè *Donat. Anton. de Marin. lib. 1.* 76
resol. 98. Rouit. dec. 37. & alij per *Bottiglier. vbi suprà numer. 3.*

Et generale est, in omni materia, quod, restitutus post priuationem non recuperat ea, quibus fuerat, medio tempore, alijs ius quæsitum *Rot. dec. 44. par. 3.* 77
rec. vbi de Canonico priuato, & restituto, quod non recuperet suum locum, *Gannauer. dec. 13.* vbi, quod 78
non recuperat obuentiones, medio tempore, sibi debitas, *Barbos. in cap. quamnis numer. 3. de Rescript. Capyc. Latro consult. 62. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 1. gloss. 4. numer. 110.* & plura de materia tradit *Rot. in Firmana successionis 11. Martij 1665. coram R. P. D. Taia dec. 155. post tract. Bottigl. vbi suprà num. 3.* qui vlteriùs *num. 7. & seqq.* latè firmat, quod etiam si Pontifex expressè dispensauerit, vt renuncians recuperet bona renunciata, nihilominùs, per huiusmodi renunciationem ad bona iam tertio quæsita redire non potest; Nam Summus Pontifex temporalem 79
potestatem aduersus laicos non exercet, sed solum spiritualem; sed regula procedit, in bonis merè laicalibus, non verò in Ecclesiasticis, & spiritualibus de quibus Papa potest pro libito disponere, vt videre est apud eundem *Bottigl. d. Theor. 74. per tot. Cutell. vbi* 80
suprà partic. 6. num. 5. & seqq.

Vndè est concludendum, in hac quæstione, quod egrediens è religione, ob Papæ dispensationem, recuperet bona renunciata, de quibus nemini fuit 81
ius quæsitum, non verò ea, in quibus renunciatarius iam successit, *Bald. in auth. ingressi numer. 64. Cod. de Sacros. Eccles. Barbos. de Iur. Eccles. Vniu. libr. 1. capit. 42. numer. 240. & seqq. Rot. coram Buratt. decis. 520. & 576. & in recent. decis. 222. part. 12.*

Quintò quæritur, an rescindatur renunciatio facta à Monacho, antè professionem, si post emissam professionem fuerit annullata. (Quando autem, & quibus causis professio sit nulla, docet *Cutell. d. 1. tract.* 82
disc. 2. par. 3. num. 20. & seqq. Bottiglier. vbi supra d. Theor. 74. & latè *Fagnan. & Barbos. tot. titul. de Regul.*) Et prima facie, respondendum videbatur, renunciationem rescindi non posse, licet professio fuerit annullata, ea ratione, quod regula, ces- 83
sante causa, cessat effectus, locum non habet quoties effectus est consummatus, vt tradit *Tiraquell. d. tractat. part. 2. limit. 12.* & nos suprà latè 84
diximus; Ideò licet cesset professio, tanquam annullata, non cessabit renunciatio.

Sed re vera, hoc casu, renunciatio rescinditur; Nam paria sunt actum non fieri, & nulliter fieri *l. 221. ff. de verb. signif.* Propterea, cum professio sit nulla, perindè est, ac si facta non foret: & consequenter, tamquam defecta conditione renunciatio 85
rescinditur, *Rouit. cons. 68. num 9. vol. 2. Cutell. d. tract. 1. disc. 2. partic. 3. num. 12. & seqq.* latè *Gallerat. de renunc. lib. 5. cap. 7. num. 12. Honded. cons. 73. nu. 10. & 11. lib. 2. Nauarr. pract. quæst. par. 2. quæst. 72. per tot. Saneh. in Præc. Decal. lib. 7. cap. 1. num. 25.* qui declarat, quando professio est nulla, ignaro profitente, *Ciarlin.* 86
controu.

*controu. for. cap.*108. *Rot. d. deciſ.* 222. *numer.* 6. *part.* 12. *rec.*

Sextò quæritur; An eiectus à religione tanquam incorrigibilis poſt emiſſam profeſſionem, recuperet bona renunciata.

Et reſolutio eſt negatiua, ſcilicet, vt non recuperet,
87 vt latè oſtendit *Cutell.* plures adducens *tract.* 1. *diſc.* 2.
partic. 5. *num.* 1. *& ſeqq. Bottigl de renunc. Theor.* 76 *per tot.* & præcipuè *numer.* 9. qui auctores plenè tractant materiam; An, & quando, & qua de cauſa poſ-
88 ſit religioſus eijci à religione ob incorrigibilitatem, vel aliam cauſam. Et rationem aſſignant, quia eiectus à religione remanet votis ligatus, igitur erit
89 etiam incapax bonorum, idem *Cutell. vbi ſupra, Barboſ. in capit. final. numer.* 10. *de Regul. Don. Anton. de Marin. cap.* 295. *num.* 11. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 109. *par.* 5. *rec. Add. ad dec.* 56. *num.* 116. *par.* 9.

Debet, tamen, religio alimentare Monachum, vt
90 ſupra eiectum, donec viuit, *Molin. de Iuſtit. & iur. tom.* 1. *diſp.* 140. *num.* 26. *Mantic. dec.* 331. *Rot. deciſ.* 109. *num.* 6. *par.* 2. *recent. Pignatell. Canon. quæſt. conſult.* 34.

Et hæc vera ſunt, ſi iure fuerit eiectus; ſi verò, ſine culpa, recuperabit bona Monaſterio delata, non
91 verò bona in tertium translata, per renunciationem, antè ingreſſum; nam tertius non debet incommo-
92 dum ſentire ex culpa aliena *Cutell. vbi ſupra part.* 5. *num.* 4 *Rot. deciſ.* 109. *num.* 15. *par.* 2. *recent. Bottigl. vbi*
93 *ſupra Theor.* 76. *num.* 9. *in fine Sanctarell. de Apoſtaſ. cap.* 6. *dub.* 2. *num.* 9. Licet *num. ſeqq.* videatur concludere, ad fauorem monaſterij, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè Monachus deiectus fuerit.

An verò Monaſterium ſua faciat bona, ipſi Monaſterio quæſita, mediante perſona Monachi eie-
94 cti, latiſſimè demonſtrat *Sanctarell. vbi ſupra cap.* 6. *dub.* 2.

Vlteriùs quæri poteſt; an profeſſus in aliqua reli-
95 gione, per ſuppreſſionem eiuſdem religionis, redeat ad bona renunciata; Et reſponde, quod ſic, ſi agitur de bonis poſt ſuppreſſionem delatis, non verò de bonis iam tertio quæſitis, & per conſanguineos appræ-
96 henſis *Rot. coram Buratt. dec.* 510. *num.* 2. *& dec.* 576. *num.* 3. & latè *dec.* 222. *par.* 12. *rec.*

In caſu, verò, ſuppreſſionis alicuius Monaſterij eius bona non ad alios conuentus eiuſdem religionis, ſed ad Pontificem, & Cameram Apoſtolicam
97 ſpectant, vt fuit acriter diſputatum, & reſolutum in *Cortonen. ſuppreſſionis Conuentus* 1. *Iulij* 1665. *coram bo. me. Emerix deciſ.* 220. *poſt Tractatum*; niſi talia bona, vel monaſterio fuerint in eiuſdem erectione ab aliquo donata, ad effectum fundandi, & erigendi Conuentum, quia, eo caſu, donans, religio-
98 ne ſuppreſſa redit ad bona donata, eadem *Rot. in Narnien. ſuppreſſionis Conuentus* 5. *Maij* 1664. *coram R. P. D. Beuilaqua deciſ.* 221. *poſt tract.*

Quid verò ſit ſtatuendum de Religione Ieſuita-
99 rum, an, ſcilicet, Ieſuitæ recuperent bona renunciata, ſi poſt ingreſſum diſcedant à Societate Ieſu. In tali diſputatione, diſtinctione opus eſt; vel enim loquimur de ijs, qui adhuc ſunt in nouitiatu, antè emiſſam primam profeſſionem, vel de illis, qui poſt emiſſa tria vota, antè tamen ſolemnem profeſſionem ab eis fieri ſolitam poſt multos annos religionis ab ipſa Societate ſunt eiecti.

Primò caſu, ſi religionem relinquant, omnia bona renunciata, quæ antè ingreſſum poſſidebant recupe-
100 rant; nam, in hoc, huiuſmodi Religio ab alijs non differt, & adaptantur ea, quæ ſuprà in præſenti capite dicta fuerunt, quibus addo *Cutell. vbi ſupra tract.* 1. *diſc.* 2. *partic.* 4. *num.* 16. quod eſt intelligendum de bonis antè ingreſſum quæſitis, non verò de bonis delatis poſt ingreſſum. De his enim eſt magna inter Doctores contentio, an recuperentur necne, & præ-
cipuè quæſtio eſt intricata, vbi agitur de bonis feuda- 101
libus, vide tamen diſtinctionem allatam à *d. Cutell. vbi ſupra.*

Illi, verò, qui poſt emiſſa tria vota, non facta tamen profeſſione formali, religionem relinquunt, an poſſint donare bona donata, vel renunciata, pariter hoc de iure habet aliqualem difficultatem, vt dicit idem *Cutell. num.* 24. concludit tamen, quod vſus ob-
tinuit, vt poſſint recuperare bona renunciata, tam 102
fauore extraneorum, quam Collegij, & hanc opinionem latiſſimè defendit, contrà Theologos Ieſuitas contrarium tenentes, *Don. Anton. de Marin. reſol. quotid lib.* 2. *cap.* 195. *per tot.* contrarium tamen alij ſentiunt, quod Ieſuitæ poſt emiſſionem Votorum diſcedentes à religione amittant eorum bona priùs renunciata, & Collegio, vel tertio delata, vt, alijs addu-
ctis, firmat *Bottiglier. vbi ſupra Theor.* 76. *num.* 10. & 103
latiùs *Franc. Salern. conſ.* 45. *lib.* 1. *per tot.* & alij allegati à *Donat. Anton. de Marin. vbi ſupra proximè num.* 5.

Et in eo ſe fundant, quod diſpoſitio Tridentini volens, vt diſcedentes à Religione recuperent omnia bona renunciata, non procedat, quoad religioſos
Societatis Ieſu, vt latè, *Barboſ. de Poteſt. Epiſc alleg.* 104
99. *numer.* 23. *& in collect. ad Trident. ſeſſ.* 23. *capit.* 16. *numer.* 47. *de Regul. Sanfelic. dec.* 193. *numer.* 10. *verſ. quia decretum,* & alij allegati per *Bottigl. vbi ſuprà num.* 10.

Prior, tamen, opinio mihi videtur magis probabilis. Siquidem, re vera, antè profeſſionem ſolemnem Ieſuitæ adhuc retinent dominium ſuorum bo-
norum, penſiones, & alia iura etiam Eccleſiaſtica, 105
vt latè *Donat. Anton. de Marin. vbi ſupra num.* 9. *Viuian. de Iurepat. lib.* 5. *capit.* 5. *numer.* 164. *Barboſ. cap.*
beneficium numer. 7. *de regul. in* 6. Si, igitur, retinent 106
dominium bonorum ſuorum, & adhuc dicuntur eſſe in probatione poſt tria vota emiſſa, vt dixit *Rot. coram Martin. Andr. deciſ.* 78. quam refert *Donat. de Marin. vbi ſupra numer.* 9. poterunt etiam recuperare propria bona, in caſu, quo à religione diſcedant.

Si, verò, ſecunda opinio alicui placet, ea eſt tenenda, dumtaxat, in bonis allodialibus; In feudalibus, enim, aliter res ſe habet, vt latè *Cutell. vbi ſupra d. part.* 4 *num.* 25. *& ſeqq.*

Poſſet hic diſputari, an tranſiens de vna religione ad aliam, ſecum bona primo Monaſterio quæſita transferat, necne; Verum, quia id eſt extra materiam propoſitam pacti renunciatiui, de illa nihil
afferam, videant tamen ſtudioſi de hac quæſtio- 107
ne diſputantes, *Bottiglier. de ſucceſſ. Theor.* 77. *&* 78. vbi latiſſimè, *Sanctarell. vbi ſuprà de Apoſtaſ. capit.* 6. *dub.* 2. *numer.* 7. *Rot. deciſ.* 109. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 365. *part.* 4. *tom.* 2. *Donad. d. capit.* 20. *numer.* 13. *& ſeqq. Capon. de Pact. d. quæſt.* 60. *numer.* 37. *Donat. Anton. de Marin. cap.* 46. *numer.* 17. *& cap.* 181. *per tot. lib.* 2. *& in alleg. diuerſ. cap.* 105. *lib.* 3. *Tondut. quæſt. benef. lib.* 1. *cap.* 65. *Fontanell. dec.* 226. *Carpyc. Latro dec.* 193. *Paſqualig. quæſt. Moral. quæſt.* 31. 32. 33. 34.

An verò tranſiens de religione incapaci ad capacem recuperet iura ſuccedendi in hæreditatibus, &
bonis ſibi deuoluendis, vide, plura penès *Donat. An-* 108
ton. de Marin. cap. 185. *lib.* 2. *& in alleg.* 46. *num.* 17. *lib.* 3. *Spad. conſ.* 155. *lib.* 2. *Fagnan. in cap. in præſentia num.* 70. *de Probat. Buratt. dec.* 510. *& dec.* 576. *& dec.* 756. *num.* 10. *& ſeqq.*

Nonnulla, in antecedentibus quæſtionibus, exarata fuerunt, circa renunciationem factã ab ingrediente in mona-

mõnasterium, non erit igitur, extrà materiam nostram
addere nonnullas conclusiones, de solemnitatibus ad-
hibendis in huiusmodi renunciationibus à Noui-
tijs, antè professionem emissam, initis, de quibus la-
tè habemus *in Concilio Trident. sess. 25. capit. 16. de
regul.*

Est, igitur, prima solemnitas per Sacrosanctum
Concilium requisita, vt adsit, in his contractibus, Epi-
scopi licentia, vel eius Vicarij, forsan ad excludendam
metus præsumptionem, vt habemus ex optimè dedu-
109 ctis per *Bottigl. d. Theor. 64. num. 1. 2. Capon. de Pact. d.
quæst. 60. num. 38. Don. Anton. de Marin. d. alleg. 45. in fi-
ne lib. 3.*

Sufficit autem, vt Episcopus sit confirmatus, licet
non consecutus; nam à tempore confirmationis, com-
petunt Episcopo ea omnia, quæ sunt iurisdictionis
110 *Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 2. num. 11.* quem refert *Ca-
pon. vbi supra num. 38. Bottigl. ibidem num. 3.*

Et deficiente Episcopo, huiusmodi licentia spectat
ad Capitulum, quod succedit Sede vacante, in omnem
ordinariam iurisdictionem Episcopo competentem
111 *Capon vbi supra num. 19. Bottigl. eodem num. 3. Merlin.
dec. 84. per tot.*

Et aliquando etiam Vicarius Monialium potest va-
112 lidè hanc licentiam concedere, vt latè *Pasqualig. quæst.
moral. quæst. 35. per tot.* Nunquam verò, sufficit licen-
113 tia Vicarij foranei, vt censuit *Sacra Congregatio Con-
cilij 4. Febr. 1648.* allata per *Pignatell. Canon. cons.
281.*

In loco, verò, vbi Abbas, vel Prælatus habent qua-
si Episcopalem iurisdictionem, & nulli Episcopo sunt
subiecti, ipsi possunt hanc licentiam impartiri,
114 *Barbos. alleg. 99. numer. 5. & de Iure Ecclesiast. capit.
42. numer. 251.* cum alijs adductis per *Capon. cit. loco
numer. 39.*

Quid, verò, sit dicendum, de Prælatis regularibus;
An possint in monasterijs exemptis concedere hanc
facultatem. Nonnulli tenent affirmatiuam, vt *Sanch.
115 & Rodriq.* allegati à *Capon. vbi suprà num. 41.* & secun-
dum hanc opinionem, videtur concludere *Sanfelic. dec.
192. num. 11.* ea ratione, quia Episcopus nulla iura ha-
bet in monasteria exempta quæ solum Prælatis regu-
laribus subsunt.

At negatiua opinio est magis communis, quod
etiam in monasterijs exemptis requiratur Episcopi li-
116 centia; nam verba Tridentini sunt clara, & cauillari
non possunt ibi *Episcopi vel eius Vicarij &c. Capon. vbi
suprà num. 41. vers. respondeo tamen*, latè *Donat. An-
ton. de Marin. in alleg. diuers. alleg. 45. per tot. lib. 3.*
& benè *Gallerat. lib. 3. de renunc. capit. 7. numer. 11.
tom. 1.*

Similiter aliqui dixerunt, quod, in aliquibus reli-
gionibus, abijt in desuetudinem petere hanc licen-
117 tiam ab Episcopo; quo casu, dum consuetudo est le-
gitimè præscripta licentia opus non est, vt tenet
Sanch. allegatus à *Capon. vbi suprà num. 42. & Sanfelic.
cit. dec. 192. num. 9.* & latè *Donat. Anton. de Marin. alle-
gato num. 6. & seqq.*

Vide tamen contrà hoc assertum, quæ dicant alle-
118 gati à *d. Donat. Anton. de Marin. alleg. 45. numer. 4.
& seqq.*

Verum quidem est, quod in petenda, & obtinenda
huiusmodi licentia, non est necessaria scriptura, vt
119 fundant *Bottigl. vbi suprà numer. 13. & 14. Merlin.
Pignatell. controuers. centur. 1. capit. 8. numer. 7. 8.*
omnes, enim, concludunt, vt sufficiat, quod, de ea
notarius fidem faciat, idem *Merlin. capit. 8. numer. 8.*
vbi latè.

Hac autem Episcopi approbatione obtenta, non
est necesse secundum opinionem magis veram, quæ-
rere & obtinere licentiam Abbatis, vel monasterij,

vt, disputato articulo, tenet *Bottigl. vbi suprà capit.* 120
*71. per tot. Capon. de Pact. ibidem numer. 46. vers. alij
putant, Merlin. Pignat. d. cent. 1. controu. 6. Gallerat. de
renunc. lib. 3. cap. 7. num. 2.* Attamen omnes conclu-
dunt esse valdè vtile ad lites euitandas procurare etiã
huiusmodi licentiam Abbatis, vel Monasterij, vt la-
tissimè suadet *Capon. vbi suprà numer. 46. post med. Bot-* 121
*tigl. d. Theor. 71. in fine, Gallerat. loco cit. num 3. Gra-
tian. discept. for. cap. 568. numer. 51. & seqq.* Pendet,
enim, huiusmodi quæstio ab illa admodum in scho-
lis agitata, & in Palatijs frequentissima; An hære-
ditas deferatur monasterio mediatè, vel imme-
diatè, nullo facto Monachi intercedente; quam
quæstionem latè tractant communiter Doctores,
vt videre est apud *Bottigl. Capon. Gallerat. mox ci-
tatos.*

Alterum est requisitum, vt renunciatio fiat per
duos menses antè professionem, *Altograd. consil.* 123
36. num. 1. lib. 2. Merlin. decis. 869. per tot. & exor-
nando textum Concilij tradit *Gallerat. d. lib. 3. cap. 7.
num. 4. 5.* vbi, quod optima ratione id fuit à Sacro
Concilio institutum; nè scilicet, quis temerè renun-
ciaret, sed animo deliberato profitendi religionem,
de quo quidem constare non potest nisi intrà duos
menses proximos antè professionem; Nam, si renun-
cians, in ingressu monasterij, & antè duos menses
non posset ampliùs ad bona renunciata redire, & re-
nunciatio, valeret, retrotraherentur renunciantes à 124
sæculo ob timorem renunciationis; & sic, quodam-
modò non propria voluntate, sed propter metum
paupertatis profiterentur in religione, vt considerat
etiam *Menoch. cons. 388. numer. 7. d. Theor. 64. nu-
mer. 15.*

Sufficit tamen, vt fiat post decimum mensem à
die ingressus, licet differatur professio post annum,
aliquibus mensibus, *Gallerat. de renunciat. libr. 3.* 125
*capit. 7. 8. Donat. Anton. de Marin. cap. 96. lib. 2. Can-
cer. var. lib. 3. capit. 15. num. 336. Capyc. Latro dec. 29.
per tot.*

Sicuti etiam valet renunciatio, etiam, si fiat lon-
gè post annum, dummodò hoc casu, fiat intrà bime-
stre antè professionem, *Lezzani quæst. regul. tom. 3.* 126
*§. 4. vers. nouitius, Pellizzar. cap. 2. sect. 3. quæst. 6.
Sperell. dec. 16. num. 54. Sanchez in decal. lib. 7. cap. 5.
num. 82. Castr. Pala. tom. 3. tract. 16. disput. 1. punct.
17. num. 9.*

Nonnulli volunt, quod tempus duorum mensium
non sit tam exactè obseruandum, vt etiam, si renun-
ciatio sit facta, per paucos dies, antè dictos duos
menses, nihilominùs valeat, vt tenet, præ ceteris,
Maceraten. lib. 1. var. resol. 112. cas. 62. in fine, ac 127
Capyc. Latro decis. 29. per tot. Nam, vt diximus, si ea
est ratio, quod antè duos menses proximos profes-
sioni renunciatio fiat, ne inuitus in religione perma-
neat, videns se bonis esse spoliatum, eadem militat,
& si renunciatio facta fuerit per paucos dies antè di-
ctos menses. Nam modicum tempus in considera-
tione non est, plenè *Barbos. axiom. 51. numer. 1.* Et 128
parum, & nihil æquiparantur, *l. quamuis, ff. de con-
dit. & demonstrat. capit. licet causam de Probat.* 129
& latissimè exornat, *Bottigl. d. Theor. 64. numer. 23.
& seqq.*

Nihilominùs contrariam sententiam tenent, ma-
gis communiter interpretes, vt videre est per al-
legatos à *Bottigl. vbi suprà numer. 19. Donat. Anton.* 130
*de Marin. capit. 196. numer. 4. Rot. Roman. post eundem
numer. 25.*

Et ratio est, quia, cum tale tempus sit de forma
renunciationis, ad vnguem est obseruandum, *l. non
dubium, C. de leg.* cum similibus. Et quatenus talis
forma non sit seruata, nullo pacto valet donatio,

131 vel renunciatio, etiam cum iuramento à nouitio fa-
cta, etiam si accedat Episcopi consensus, vel Vicarij,
Nauarr. cons. 80. 81. de Regul. Menoch. cons. 437. num. 8.
Molin. de Iustit. & iur. tract. 2. disp 139. col. 9. Spin. de te-
stam. gloss. 12. nu. 5. Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 5. num. 20.
Rot. cor. Royas dec. 91. num. 23. & post Tamburin. de Iur.
Abbat. dec. 91. num. 6.
Imò non valet, etiam si adsit votum renunciandi,
132 & promissio non reuocandi votum, & fiat renuncia-
tio ob Amorem Dei, & pro Beatissima Virgine *Za-*
barell. in cap. quod à te col. 3. de Cleric. Coniug. Calderin.
cons. 27 de Reg. auth. ingressi num. 4 C. de Sacros. Eccles.
Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 1. nu. 5. & in cons. Moral. lib. 4.
cap. 1. dub. 20.
Et nonnulli etiam tenent, quod, nec ipse pater noui-
tij possit antè duos menses præcedentes professionem
donare monasterio, in quo filius est nouitius, vt vide-
133 re est apud *Barbos. ad d. cap. 16. sess. 25. de Regul. num.*
45. Bellarmin. pariter ibidem Sanch. in Decal. lib. 7. cap. 5.
num. 24. & latissimè disputato articulo contrarium
statuit *Sacra Congregatio* in vna *Mediolanen. Donatio-*
134 *nis 11. Martij 1662.* vt refert *Pignatell. Consult. 108,* vbi
per totam Consult. multa, pro vtraque parte afferun-
tur argumenta.
Potest, tamen, nouitius antè duos menses facere
135 eleæmosynas, & oblationes Deo & Sanctis *Barbos. d.*
cap. 16. num. 7. 8. dummodò sint parui momenti *Sanch.*
in Decal. cap. 5. num 28. lib. 7. Azor. Instit. Moral. par. 1.
lib. 13. cap. 9. quæst. 2. Tamburin. de Iur. Abbatiss. disp. 4.
quæst. 10. numer. 92. Garz. de Benef. part. 11. capit. 9.
num. 17.
An verò, & qua solemnitate nouitius resignet be-
136 neficia vide *Tondut. quæst. benef. par. 2. cap. 5. §. 5. nu. 21.*
Fagnan. in cap. Statutum de Regul.
Sic pariter tenent aliqui, quod disposita per Sa-
crum Concilium non habeant locum in maiore 16.
137 annis, vt tenet *Menocch. de Arbitrar. cas. 476. numer.*
8, & alij allegati per *Sanfelic. decis. 192. numer. 5. &*
seqq.
Sed, re vera, contraria opinio est magis approbata,
nam Tridentinum simpliciter loquitur, & simpliciter
138 est intelligendum vt *Sperell. dec. 16. numer. 48. Cancer.*
par. 3. var. cap. 15. num. 220. Gallerat. d. cap. 7. num. 10. &
in hac opinione, alijs cumulatis, figit pedem, *Sanfelic.*
dec. 192. nu. 6. & alij, de quibus per *Bottigher. vbi suprà*
num. 16.
Et quæstio solemnis inter Doctores; An renuncia-
tio facta, occasione ingressus in Religionem, subiaceat
solemnitatibus Sacrosancti Concilij Tridentini, si fa-
cta sit in capillis à persona laica antè religionis in-
gressum.
Nonnulli existimant, quod licet sit facta renuncia-
tio à laico, antè ingressum, nihilominùs non valeat,
non adhibitis solemnitatibus Concilij, vt latè *Me-*
139 *nocch. cons. 388. num. 7.* dicens id à Concilio fuisse statu-
tum, nè puellæ, facta bonorum renunciatione, impe-
diantur reuerti ad sæculum, sicuti facilè impedirentur,
si renunciationes factæ antè duos menses, valerent;
Voluit, ergo, Concilium, quod hæ puellæ possent tan-
tummodò renunciare, cum eo tempore, iam sint penè
probatæ, & deliberatio emittendæ professionis iam
manifesta satis appareat, cursu decem mensium; Et
hæc ratio locum habet, dum adhuc religionem in-
gressa non est, & habitum probationis non suscepit,
id etiam repetit idem *Menoch. cons. 819. num. 20. Gutier.*
in cap. quamuis pactum col. fin. num. 5. de Pact. in 6. &
alij relati per *Hyeron. Palm. cons. 13. nu. 2.* Et pro con-
firmatione prædictæ sententiæ possunt etiam allegari
multi Doctores relati per *Rot. coram Royas dec. 91. n. 3.*
& multi etiam afferuntur à *Bottigl. eodem tract. Theor.*
65. num. 3.

Omnes autem fundant suam opinionem, in his dua-
bus rationibus, nempè, quod aliter dicendo, reddere-
tur elusoria dispositio Concilij, semper enim procura- 140
retur renunciatio antè ingressum & consequenter fieret
in fraudem d. Concilij quæ fraus irritat donationem.
Et donatio in fraudem non valet *Gall. cons. 39. num 8.* 141
Andreol. controu. 382. num. 11. Vermigliol. cons. 8. Capyc.
Latro cons. 123 num. 1. & seqq. lib. 2. Rot. dec. 262. part.
11. rec.
Secundò quia, licet Concilium loquatur de ingres-
sis in monasterium, attamen lex etiam exorbitans, &
pœnalis extenditur ad alium casum, ad quem si non ex-
tenderetur, redderetur frustatoria eius dispositio, *Ga-* 142
briel. cons. 14. num. 30. Andreol. cont. 193. num. 19. Buratt.
dec. 22. num. 27. & seqq.
Alij contra sentiunt, scilicet, quod in renunciationi-
bus factis à persona laica, nondum ingressa in mona-
sterium non requirantur solemnitates Concilij, licet,
facta sit renunciatio causa religionis, eiusque intuitu,
vt optimè probant *Ricc. collect. decis. part. 2. coll. 454.* 143
vers. sed quid, Gratian. dec. Marcb. 37. vbi quod ità
per declarationem Eminentissimorum Cardinal. fuit
declaratum, *Negusant. resp. 10. num. 9.* vbi, quod valet
sine solemnitatibus, etiamsi renuncians esset accepta-
tus; nondum tamen ingressus, *Castill. de vsuf. lib. 1.*
cap. 65. num. 7. Bell. cons. 134. num. 4. & seqq. plures alle-
gat *Altograd. cons. 35. num. 9. & cons. 36. numer. 1. lib. 1.*
Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 12. nu. 63. & hanc etiam
tuentur *Barbos. de potest. Episc. alleg. 99. numer. 17.*
& in collect. super Concil. sess. 25. cap. 16. numer. 20. vers.
ego ipse de Regul. Duran. dec. 121. numer. 33. Gratian.
discept. for. cap. 975. numer. 31. & alij relati per *Hye-*
ronim. Palm. d. cons. 13. num. 1. Bottigl. de renunc. suc-
cess. Theor. 65. num. 2. Rot. dec. 325. per tot. part. 4.
tom. 2.
Non desunt, qui fœdere distinctionis conciliant
has, ex diametro, pugnantes conclusiones, & opinio-
nes; nempè, quod prima procedat, vbi fit renuncia-
tio antè ingressum, sed intuitu Religionis, & in frau-
dem Concilij, quo casu, non adhibitis solemnitatibus
erit nulla, & inualida. Secunda verò sententia locum 144
sibi vendicet in renunciatione, quæ fit antè ingressum,
sed non facta eiusdem ingressus mentione, &, hoc ca-
su, non erit irrita, etiam, non adhibitis solemnitatibus,
de quibus suprà, ita sentiunt, alijs allegatis, *Palm. d.*
cons. 13. num. 9. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 7. num. 7. ac
cæteri cumulati per *Capyc. Latro dec. 31. & per Royas d.*
dec. 91. num. 2. & hanc videtur admittere Sacra Con-
gregatio Concilij, vt testatur *Pignatell. Canon. quæst.*
consult. 230. per tot.
Dicunt tamen, quod dignoscitur; an renunciatio
fuerit facta, intuitu religionis, quandoad fauorem
eiusdem religionis fit renunciatio, vt *Palma ibidem nu.* 145
3. vers. vndè. Vel quando adest modicum tempus inter
renunciationem & ingressum, *Gallerat. d. cap. 7. num. 7.* 146
in fine lib. 3.
Verùm, quicquid dicant isti, ego nunquam disce-
derem ab illa opinione, quod indistinctè, siue renun-
ciatio facta sit intuitu religionis, siue non, nequa-
quam possit infirmari prætextu solemnitatis omissæ,
dummodò fiat à persona in sæculo existente; Pro hac 147
enim sententia, vltrà Doctores suprà memoratos scri-
bunt latissimè *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. par. 3. num.*
253. Mart. summ. success. leg par. 3. quæst. 13. art. 1. nu. 23.
Thesaur. quæst. for. lib. 2. quæst. 56. num. 6. & seqq. Capyc.
Latro d. dec. 31. num. 7. Rot. coram Royas d. dec. 91. nu. 6.
& seqq. Capon. de Pact. d. quæst. 60. numer. 21. Gamm.
decis. 375. Barbat. de diuis. fruct. parc. 2. capit. 2. nu-
mer. 85. 86. Sperell. dec. 16. numer. 18. & citato *Sanch.*
Bellarm. Castro Pal. & Diana, pro hac concludit *Fran-*
cisc. Salern. cons. 35. num. 19. lib. 1. & in hac etiam fixit
pedem,

pedem, *Bottiglier. vbi suprà Theor. 65. in fine*, licèt su-
prà per totam quæstionem videatur probare contra-
rium.
148 Et huius opinionis ea præcipua est ratio, quia di-
spositio Concilij est correctoria iuris cõmunis, proin-
dè non potest intelligi, nisi in casu de quo loquitur,
qui est, quando ingressus Monasterium vult renuncia-
tionem facere, vt benè considerat *Royas d. dec. 91. nu.*
149 *7.* & latiùs *Capon. vbi suprà num. 21.* vbi, quod quili-
bet sensus recipit interpretationẽ à Rubrica, sub qua
ponitur *l. si quid autem, § si quid verò, C. de veter. Iur.
enucl. l. 1. §. quibus specialiter, C. de non. Cod. facien.*
sed ille textus est positus sub Rubrica *de Regularibus*,
ergò non potest applicari ad seculares.

Præterquamquod, vt animaduertit *Thesaur. quæst.
for. 56. num. 58. lib. 2.* præsumendum non est, quod
voluerint illi Patres, qui Concilio interfuerunt in
messem alienam manum apponere, disponendo super
contractibus, qui à laicis, & inter laicas personas fiunt,
licèt occasione religionis. Mirum non est, igitur, si
Rota Romana, quæ inter alia Europæ Tribunalia,
tanquam Sol emicat, latè, disputato articulo in hanc
partem inclinauerit, vt apparet ex *cit. dec. Royas 91.
vbi nu. 9.* quod præstantissimi Auditores resoluerunt
pro hac opinione, vti magis æqua, & quæ minùs aber-
rat à iure communi; & quamuis pro contraria sentẽ-
150 tia adessent *vltrà* 20. Doctores, qui expressè eam se-
quuntur, ac etiam *vna Rotæ eiusdem* decisio in *Roma-
na de Mongellinis*; tamen quia pro alia præualet Do-
ctorum numerus, & tribus Rotæ decisionibus robo-
ratur, ac declarationibus Eminentiss. Cardinalium
Congregationis Concilij firmatur, est potius ample-
ctenda, & ab ea in iudicando recedendum non est.

An verò tales solemnitates Concilij debeant inter-
uenire in renunciatione, vel resignatione beneficij
Ecclesiastici à nouitio possessi; Nouitius enim possidet
151 beneficia Ecclesiastica, vt per *Barbos. in cap. beneficium,
de Regul. nu. 10.* & propterea talia beneficia non sunt
ab Episcopo, vel alio collatore conferenda, nisi pro-
152 fessione sequuta, vt dicit in puncto *tex. in d. cap. benefi-
cium de Regul. Barbos. de Iur. Eccles. cap. 42. num. 233.
Fagnan. in cap. ex parte num. 17. de Regul.* Si quidem
non dicuntur vacare, nisi lapso tempore nouitiatus,
& facta actuali professione, *Garz. de benef. par. 11. cap.
9. num. 1. Barbos. d. cap. beneficium, num. 6. de Regul.*
153 *Tondut. Sanleg. quæst. benef. par. 2. cap. 5. §. 50. num. 20.
Rot. dec. 543. num. 4. par. 2. rec.*

Nonnulli tenent, quod, in tali resignatione bene-
ficij non requirantur Concilij solemnitates, & idcircò
154 possint resignari, quocumque tempore, nouitiatus,
etiam antè duos menses, nullis solemnitatibus adhibi-
155 tis, & præcipuè hanc sententiam defendit *Garz. de be
nef. par. 11. cap. 9. num. 12. 13.* & alij relati à *Barbos. de
Offic. & Potest. Episc. par. 3. alleg. 99. num. 19. & in d.
cap. beneficium num. 3. de Regul.*

Contrarium nihilominùs alij magis communiter
sentiunt, quod nouitius non possit resignare beneficia
156 non seruata forma Concilij, & sic nisi intrà duos mẽ-
ses antè professionem, vt multis omissis, in puncto *Pa-
ris. de Resign. lib. 3. quæst. 13. num. 3. Sperell. dec. 16. nu.
49. Sanleger. quæst. benef. d. par. 2. cap. 5. §. 5. num. 12.*
& in hac opinione residet *Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1.
cap. 42. num. 233. & in d. cap. beneficium, num. 4. de
Regul.* optimè *Fagnan. in cap. ex parte, num. 18. de
Regul.* Et propterea, cum omnia, quæ disposita sunt
a Concilio habeant locum in resignatione beneficij, si
157 professio non sequatur, Nouitius beneficia recuperat
idem *Fagnan. d. cap. ex parte num. 18. & 22. de Re-
gular.*

Conclusio principalis suprà firmata, quod renun-
ciationes factę à religiosis antè professionem minimè
valeant, sine solemnitatibus Concilij solet aliquando
limitari, & præsertim

Primo, quando renunciatio fuit facta cum consensu
Monasterij, ac illud promisit per propriam pactionẽ,
monachi renunciationem tempore ingressus, vel pro- 158
fessionis; eo, enim, casu, tenent Doctores, quod renun-
ciatio non sit alligata solemnitatibus Concilij, quod
loquitur de Nouitijs, dumtaxat, eorumque professio-
ne, non verò de promissione monasterij facta ad fauo-
rem renunciatarij, vt optimè *Sanch. in decal. lib. 7. cap.
5. num. 3.* & latiùs *num. 45. Merlin. Pignattell. controu.* 159
lib. 1. cap. 8. num. 1. & seqq. vbi allegat *Caput. in repet.
ad consuet. si moriatur, § 3. §. 9. num. 10.* ità loquentem;
*quandò præcessit promissio monasterij, non erit disputan-
dum de renunciatione facta à Monaco ingrediente, cum
etsi ipsa sine solemnitate deficiat, poterit monasterium
repelli ex propria, & iurata promissione; Vndè per ista
potiùs euitatur dispositio Concilij Tridentini tanquam
non necessaria in hoc casu*, & sequitur vlteriùs tradẽn-
do rationem, per quam dispositio Concilij in hoc ca-
su, non inuenit sibi locum ibi: *quia videntur cessare
omnes rationes per quas Sacrum Concilium prædictas so-
lemnitates introduxit, cum prædicta promissio præcedens
videatur excludere omnem suspicionem, quæ posset præ-
sumi in persona ipsius renunciantis, & potiùs videatur
executio promissionis factæ à monasterio, quam lex ratã
habet, quam principalis renunciatio ipsius ingressuri.*

Præterea de vi huius consensus Monasterij adhibiti
in renunciatione Nouitiorũ, vel ingredi volentium in 160
religionem, latè tractat *Rot. coram Seraphin. dec. 1198.
n. 1. 2.* vbi, quod est tantę efficacię, vt nec etiam requi-
ratur consensus nouitij, & benè etiam eadem *Rot. cor.
Penn. dec. 379. num. 90. Barbat. de Diuis. Fruct. par. 2.
cap. 2. num. 92.*

Secundo limitatur prædicta regula in testamentis
factis à Nouitijs, illa enim, cum subiaceant reuoca-
tioni, subiecta non sunt dispositioni Concilij præfatę, 161
& valent, licèt in eis nullæ interuenerint solemnitates,
vt tenent *Nauarr. Rodrig. Sanch.* & alij relati à *Capon.
de Pact. quæst. 60. num. 24. Galerat. de Renunc. d. lib. 3.
cap. 7. num 8. Valasc. in prax. Partit. cap. 16. num. 13.
& seqq. Palm. cons. 13. nu. 7. Cęuall. commun. contr.
comm. lib. 1. quæst. 63. nu. 7. Donat. Anton. de Marin.
resol. lib. 2. cap. 196. num. 2. & Rot. dec. §. 6. num. 8.
par. 4. tom. 3. rec.* benè *Barbat. de Diuis. fruct. par. 2. cap.
2. num. 83.* vbi refert declarationem Sacræ Congreg.
Concilij, & de more plures affert *Bottigl. vbi suprà
Theor. 67. num. 1. Fontanell. dec. 531. Rot. dec. 356. nu.
8. par. 4. tom. 4. rec.* An verò Testamentum sortiatur
effectũ à die professionis, latè declarat, *Burat. dec. 639.* 162

Et ratio à Doctoribus assignata illa est; quia Tri-
dentinum loquitur de renunciationibus, & obligatio-
nibus; at testamentum, neque obligatio est, nec re-
nunciatio.

Additur, quod finis Tridentini est, ne cogatur stare 163
Nouitius in religione ex causa amissionis bonorum,
sed nihil tale est in testamento, quod ad libitum po-
test reuocari, ergo &c.

Propterea hac de causa, tenent communiter supra
citati, quod procedat conclusio nostra in omni alia
vltima voluntate, vt donatione causa mortis, & codi-
cillis; nàm semper possunt reuocari, sicuti, & testa-
mentum, vt latè idem *Capon. vbi suprà num. 24. 25.* 164
*Hodiern. controu. 35. Aloys. Mans. consult. 20. Buratt.
dec. 581.*

Non est, igitur, assentiendum *Guttier d. cap. quamuis
verbo cum nuptui, num. 3. & 4. Thesaur. lib. 2. quæst.
seq. quæst. 56. num. 5. Didac. à Spin. in Specul. test. gloss.
32. princ. num. 50.* qui contrarium scripserunt, scilicèt, 165
quod etiam in vltimis voluntatibus requisita Concilij
debeant interuenire.

Eſt tamen ſupradicta concluſio intelligenda, de te-
ſtamento condito à nouitio, tempore nouitiatus;
nàm, ſi teſtamentum factum fuerit, ante ingreſſum
in monaſterium; eſt inter Doctores magna contẽtio,
166 an reſcindatur facta probatione, regulariter omnia
teſtamenta Poſthumi agnatione rumpuntur, & multi
relati per *Donat. Anton. d.lib.2.cap.196.nu.3.* tenent,
quod firmum remaneat teſtamentum, ſi teſtator de
proximo futuro ingreſſu, ſiue monachiſmo memine-
rit, ſecùs, verò, ſi de religione non cogitauit, eo, enim
caſu, ſequuta profeſſione, cenſetur ruptum teſtamẽ-
tum, tanquam Poſthumi agnatione, ſed alij multi re-
lati à *Barbat. de Diuiſ. fruct. par.2.cap.2. nu.93. & ſeqq.*
alias tradunt diſtinctiones, & declarationes, & demù,
ipſe *Barbat.* ſuam affert opinionem, quod, ſiue teſta-
tor cogitauerit de ingreſſu, ſiue non, nequaquam
167 rumpatur teſtamentum per profeſſionem in religio-
ne, quod probat, multis medijs, & optimè contrarijs
ſatisfacit, & de hac re plura adducit idem *de Marin.*
cap. 150. num. 13. lib. 2.

Si, verò, fiat renunciatio in teſtamento, per viam
contractus, nulla erit, non admibitis Concilij ſolemni-
168 tatibus, plenè diſputato articulo, *Bottigl. vbi ſuprà*
quæſt. 68. Capon. de Pact. d. quæſt. 60. num. 24. verſ. ſi
verò. Et quod, in teſtamentis contractus fieri poſſint
eſt in iure abſque difficultate, *Bartol. in l. hæredes pa-*
169 *làm, §. fin. ff. de teſtam. Maſcard. de Probat. concluſ. 359.*
num. 2. Suid. dec. 127. num. 14 & 15. Merlin. controu.
cap 85. idem Bottigl. vbi ſuprà num. 1. & Capon. nu. 24.

Tertiò limitatur, in renunciationibus, quæ fiunt ex
cauſa onerosa; hoc, enim, caſu, renunciatio valet ſinẽ
170 ſolmnitatibus, ea ratione, quia diſpoſitio loquens de
donatione, & renunciatione habet locum in vera do-
natione, non autem in obligatione reciproca, quę fit
ex cauſa onerosa, vt oſtendit, *Oldrad. conſ. 139. nu. 5.*
optimè *Donat. Anton. de Marin. inter alleg. diuerſ.*
alleg. 60. num. 1. Vnde hanc opinionem fuerunt aſſe-
cuti, *Molfeſ. de renunc. quæſt. 16. num. 14. 15. Sperell.*
dec. 16. num. 53. & alij apud *Bottigl. de ſucceſſ. Theor.*
70. in fine, de Marin. d. alleg. 60. num. 1. 2. Capon. de
Pact. d. quæſt. 60. num. 28. vbi quod Panormi fuit iudi-
catum, donationem factam à nouitia ſuo aduocato,
vt ipſam in iudicio defenderet, valuiſſe pro ſumma
concernente ullum ſalarium dicti Aduocati.

Imò, ſi valent, ex cauſa onerosa, huiuſmodi renun-
ciationes, ſine ſolemnitatibus, eo magis erunt validæ
171 ex cauſa neceſſaria, vt ſcilicet, ſi ſolueretur dos pro-
miſſa monaſterio; Nàm ſolemnitates in aliquo actu
requiſitæ non requiruntur quando ille actus fit ex
172 cauſa neceſſaria; *Tiraquell. de leg. Connub. gloſſ. 8. qu.*
23. per tot. & benè *de Marin. d. alleg. 60. num. 4. Olea*
de Ceſſ. tit. 2. quæſt. 2. num. 6. Gratian. Diſcept. cap. 750.
num. 1. Merlin. dec. 758. num. 4.

Tandem pro complemento huius capitis, videa-
mus breuiter de nonnullis quæſtionibus, videlicet, an
Nobiliſſima Ieſuitarum Religio ſit ſubiecta diſpoſi-
173 tioni Concilij loquentis de huiuſmodi renunciationi-
bus. Et de hac quæſtione, vide latiſſimè *Molin. tom. 1.*
de Inſtit. & Iur. Diſput. 139. verſ. illi, & verſ. Nouitij,
Suar. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 14. num. 31. Sanch. in de-
cal. tom. 2. lib. 7. cap. 1. quæſt. vlt. num. 31. & ſeqq. Fran-
ciſc. Salern. conſ. 45. per tot. Ludouic. dec. Peruſ. 77. Ricc.
Collect. 454. Caſtill. dec. 205. Cenſal. ad Peregr. art. 28.
fol. 159. Sanfelic. dec. 192. num. 10. & 11. & latiſſimè, &
doctiſſimè contra Doctores Ieſuitas *Donat. Anton. de*
Marin. cap. 195.

Præterea, An renunciatio ob ingreſſum in religio-
nem requirat ſolemnitates ſtatuti laicorum cum ſit
174 firmatum non requirere illas Concilij Tridentini, &
de hac quæſtione, vide *Bero. cap. in præſentia, num.*
55. de Probat. Dec. conſil. 31. num. 3. Cutell. de Donat.
parte 1. diſc. 2. parte 3. num. 3. 4. Donat. Anton. de Marin.
cap. 90. lib. 2. Spada conſ. 139. lib. 3. Gratian. Diſcept. for.
175. Cornazzan. deciſ. 56. Rot. coram Buratt. deciſ. 461.
coram Royas dec. 140. num. 3. coram Emmentiſſ. Ottbob.
deciſ. 10. num. 42. & in recent. dec. 245. num. 4. par. 12.
latiſſimè *Paſqualig. quæſt. Moral. quæſt. 37. per tot.*

Religioſus, verò, non poteſt poſt profeſſionem ali- 175
quid donare, *Penn. dec. 1214.* nec renunciare hæredi-
tatem delatam *Hodiern. controu. 372.* nec ratificare do-
nationem priùs factam *Altograd. conſ. 37. num. 12. &*
ſeqq. lib. 2.

Et pariter profeſſus, nullo modo, teſtari poteſt ne-
que ad piam cauſam, *Barboſ. d. cap. 16. nu. 20. Guttier.* 176
Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 37. Gennen. in Prax. for.
Eccleſ. quæſt. 268. Molin. de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſp. 1. o.
Roderic. quæſt. regul. reſol. 135. num. 3. Imò, quod non
poſſit dubium declarare tenet, *Couarr. in cap. 2. de Te-* 177
ſtam. num. 5. Mirand. in Manu. Prælat. tom. 1. quæſt. 23.
art. 10. Contrarium tamen, quod poſſit declarare, ſi
ſit dubium teſtamentum probat *Sanch. in præcept. dec.* 178
lib. 7. cap. 11. num. 16. Monet. de Commut. vlt. volunt.
cap. 5. quæſt. 1. num. 14. Gozadin. conſil. 41. num. 15. &
ſeqq. Roderic. d. reſol. 135. num. 3.

An autem Monacus poſſit mutare, aut reuocare
teſtamentum, priùs factum in varias abierunt opinio-
nes ſcribentes *in l. 1. ff. de Teſtam. in auth. ſi qua mulier,*
C. de ſacroſ. Eccleſ. in cap. præſentia, de Probat.

Ego, tamen, negatiuam ſententiam tenerem, &
acquieſcerem rationi, quod cum Monacus per pro- 179
feſſionem perdat voluntatem, ideò non poſſit muta-
re teſtamentum, nequidem in fauorem Monaſterij,
& hanc opinionem tuentur *Abb. in d. cap. in præſentia* 180
num. 61. de Probat. Couarr. de Teſtam. cap. 2. num. 9. Mo-
lin. de Inſtit. & Iur. tract. 2. diſp. 140. verſ. vtrum verò,
Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 37. Roderic. quæſt. 181
Regul. tom. 3. quæſt. 16. art. 3.

Contrarium verò tenuerunt multi, quos ſequitur
Decian. conſil. 31. lib. 3. Imò, quod plus eſt, quamuis
Papa poſſit dare facultatem reuocandi, ac mutandi, &
faciendi ex integro teſtamentum, vt firmat *Tamburin.*
de Iur. Abbat. tit. 2. diſp. 21. quæſt. 8. Sanch. in Prac.
Decal. lib. 7. cap. 8. num. 21. Suar. de Relig. tom. 3. tract. 7.
lib. 8. cap. 16. tamen non debet concedere, nec de faci- 182
li concedit, vt teſtatur *Couarr. de teſtam. d. cap. 2. nu. 10.*
Sanch. vbi ſuprà num. 16. & 61. Suard. vbi ſuprà num.
160. & ſeqq. Paſſerin. de Stat. Homin. tom. 1. quæſt.
186. art. 7. num. 552. & ſeqq. & num. 557. & reſoluit
Sacra Congregatio Concilij ſub die 7. Iulij 1668. in vna
Toletana teſtamenti per hæc verba.

Maria Monialis Profeſſa in Monaſterio S. Claræ ante 183
ſuam Profeſſionem condidit teſtamentum clauſum, in
quo reliquit, vt poſt eius obitum ex proprijs bonis funda-
retur Cappellania ad fauorem nonnullorum ipſius con-
ſanguineorum tranſuerſalium cum nominatione, ſeu
vocatione Cappellanorum, D. Maria, eo quia dicti con-
ſanguinei contrà illam perperam agant, & Monaſte-
rium penuria laborat inſtat pro facultate condendi
nouum teſtamentum ad fauorem illius Mona-
ſterij. Hic libellus fuit remiſſus per San-
ctiſsimum; Vndè petitur, an
prædicta facultas ſit con-
cedenda. Et Sacra
Congregatio
cenſuit.

Negatiuè, vt habetur fuſiùs
ſuprà pagina
252.

CAPVT XXVI.

Renunciationes, an possint rescindi ob enormissimam læsionem. Nonnulla pro negatiua, & multa pro affirmatiua afferuntur. Et prima sententia reprobata; quæritur, cuius qualitatis læsio esse debeat, adhoc, vt possit renunciatio rescindi. Qua occasione plura afferuntur de læsione, quotuplex sit: An ad eam dignoscendam sit inspiciendum tempus renunciationis, vel mortis Patris. Plura, quando verificetur læsio in maioribus, vel minoribus; An, in iure deferendo, & spe incerta cadere possit. An possit interuenire in renunciatione propter dotem: Et an intentans rescissionem opus habeat iuramenti relaxatione.

SVMMARIVM.

1 *Est quæstio multum difficilis: An læsio enormissima rescindat renunciationem.*
2 *Renunciatia non potest rescindi non obstante læsione.*
3 *Contra iuramentum nulla potest proponi exceptio læsionis enormis, vel enormissimæ.*
4 *Tutior pars semper est eligenda, scilicet pro iuramento.*
5 *Iuramentum appositum in contractu dolum continente, non est seruandum.*
6 *Dolus adest semper in contractu læsiuo.*
7 *Sed procedit in dolo ex proposito non vero, in dolo re ipsa.*
8 *Renunciatio vim habet Donationis.*
9 *Et propterea in eo non dicitur esse dolus, vel læsio.*
10 *Qualibet causa etiam colorata sufficit ad euitandum dolum.*
11 *Dotis constitutio in eum finem principaliter exigitur, ne puellæ maneant innuptæ.*
12 *Si Pater collocet filiam in matrimonio, nulla dote constituta filia non potest agere ad dotem.*
13 *Filia nullum ius habet super bonis patris non delatis; nam multa possunt accidere, vt diminuatur patrimonium.*
14 *Renunciatio Iuris dubij non dicitur læsiua.*
15 *Renuncians filia, etiamsi minus legitima sit consequuta, non rescinditur ob læsionem.*
16 *Dummodò filia dotem habuerit congruam.*
17 *Si mulier nubat sine consensu patris, dos potest esse minor legitima, & in ea imputatur, quicquid aliunde habuit.*
18 *In spei remissione non datur læsio.*
19 *Et præcipuè si renuncians consentiat dotationi.*
20 *Admissa læsione renunciationis, esset otiosa dispositio Capituli quamuis pactum.*
21 *Pater, assignata legitima filiæ, de reliquo potest ad libitum disponere.*
22 *Filia non habet ius in alijs bonis præter legitimam.*
23 *Renunciationes à feminis solent interponi ad hoc, vt familiæ dignitas eo præclarior sit.*
24 *Familiæ sine Diuitijs vilescunt.*
25 *Renunciationes minorum possunt tanquàm læsiuæ rescindi, non verò maiorum.*
26 *Contrà, quod etiam in minoribus multi defendunt.*
27 *In spiritualibus minoritas non seruatur.*
28 *Pubes tam de iure Ciuili, quam Canonico contrahit, validè iuramento.*
29 *Non minùs minor, quàm maior tenentur iuramentum seruare.*
30 *Quod propter læsionem rescindatur renunciatio, alij tenent.*
31 *Contractus dicitur dolosus, quando est læsiuus.*
32 *Dolus probatur inditijs, nam consistit in animo.*
33 *Inditium doli est læsio.*
34 *Læsio enormissima non excluditur per iuramentum.*
35 *Doctores tenentes esse nullam renunciationem læsiuam.*
36 *Renunciatio, in qua adest læsio videtur esse contra mentem, & intentionem renunciantis.*
37 *Grauis læsio non potest contingere sine dolo alterius contrahentis.*
38 *Contractus rescinditur propter dolum.*
39 *Iuramentum non operatur vbi adest dolus verus, vel præsumptus.*
40 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*
41 *Iuramentum debet habere comites, veritatem, iustitiam, & iudicium.*
42 *Renunciatio differt à Donatione.*
43 *In donatione correspectiua datur rescissio propter læsionem.*
44 *Contractus dolosus non valet, neque in maiore, neque in minore.*
45 *Pater non capit bonum Consilium pro filia, quando est læsa enormissimè.*
46 *Ad effectum rescissionis renunciationis dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquiparantur.*
47 *Renunciatio rescinditur ob læsionem, etiam si facta sit in transactione.*
48 *Præcipuè quando læsio est immodica.*
49 *Et est etiam læsiua quando fuit inita propter dotem.*
50 *Læsio est modica, vel enormis, vel enormissima.*
51 *Læsio modica est, quæ dicitur intra limites iusti pretij dimidij.*
52 *Læsio enormis, est, quæ in aliquo excedit dimidium iusti pretij.*
53 *Enormissima est, quæ in totum, vel quasi totum lædit.*
54 *In contractibus correspectiuis dicitur enormissima, quando excedit dimidiam iusti pretij.*
55 *In contractu merè gratuito læsio debet esse in tota quantitate.*
56 *Donationes, & Renunciationes dicuntur contractus merè gratuiti.*
57 *Ad dignoscendam læsionem tempus renunciationis est inspiciendum.*
58 *Quoties agitur de contractu rescindendo ob læsionem tempus contractus est inspiciendum.*
59 *In iure quærendo ob incertitudinem nulla potest considerari læsio.*
60 *Id quod ab initio est validum non debet irritum fieri propter causam superuenientem.*
61 *Filius, diminutis patris facultatibus non tenetur legitimam iam sibi assignatam minuere, ita auctis facultatibus non augetur.*
62 *Quod sit inspiciendum tempus mortis testatoris ad calculandam legitimam.*
63 *Quando assignatio legitimæ facta in vita non valet, filius debet id, quod accepit in legitimam imputare.*
64 *Renunciatio valet, si legitima deferatur, & cum legitima deferatur tempore mortis, ex illo tempore est commensuranda.*
65 *Quando quis renuncias facta mentione legitimæ, cogitasse censetur, tam de bonis, quæ pater habebat eo tempore, quam de his, quæ habiturus erat.*

66 *Actus*

66 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

67 *Sed contrarium, quod attendatur tempus dotationis, non mortis patris est magis commune.*

68 *Dos non est constituenda, habito respectu ad legitimam, sed iuxta officium paternum.*

69 Anton. Fab. de Error. Pragm. decad. 13. error. 5. num. 3. *impugnatur.*

70 *In venditione rei inspicitur valor pretij, qui est tempore existentis conditionis.*

71 *Quando agitur de renunciatione ob legitimam inspicitur tempus mortis ad calculandam læsionem.*

72 *Sed alij, quod vbi agitur de renunciatione iurata non sit constituenda differentia inter Dotem, & legitimam, & propterea tempus renunciationis est inspiciendum ad læsionem connumerandam.*

73 *Quando renunciatio non est iurata, attenditur tempus mortis.*

74 *Quando constat de læsione, legitima est connumeranda secundum tempus mortis.*

75 *Cum læsio renunciationem rescindit, remanet ius integram petendi legitimam.*

76 *Sed de tali opinione dubitatur.*

77 *Maior 25. annis non potest ob læsionem rescindere renunciationem.*

78 *Secus in minoribus 25. annis, qui possunt rescindere renunciationem ob læsionem.*

79 *Sed limitatur in renunciatione facta fauore patris; nam potest eo casu rescindi etiam à maiore.*

80 *Paterna reuerentia non minùs adstringitur filia minor, quam maior.*

81 *Quod si fit alij, quàm patri datur restitutio ob læsionem minori, & non maiori.*

82 *Contra, quod tam in minori, quam maiori, si adest læsio, rescindatur, dum tamen in maiore sit læsio enormissima, nam in minore qualibet læsio sufficit.*

83 *Sed vera distinctio est inter maiorem, & minorem renunciantem, quod minor possit rescindere, data enormi læsione, maior ob enormissimam læsionem.*

84 *Minor contrahens iuramento præstito, videtur solum renunciare beneficio ætatis.*

85 *Maiori tantum succurritur in casu enormissimæ læsionis.*

86 *In enormissima læsione præsumitur adesse dolus.*

87 *Quicquid præstat minori enormis læsio, præstat enormissima maiori.*

88 *Nec est facienda differentia inter renunciationem patri, vel extraneo factam.*

89 *Minor potest dicere de nullitate contractus, non obstante quolibet iuramento assertorio, & confirmatorio.*

90 *Iuramentum non tollit rescissionem contractus læsiui.*

91 *Iuramentum confirmat contractum inualidum, quando iurans non fuit dolo inductus ad iurandum.*

92 *Quando minor iurat non contrauenire, neque ratione minoris ætatis, vel alia quacumque causa, multi tenent contractum rescindi non posse.*

93 *Vel quando quis in specie læsionis enormissimæ renunciat.*

94 *Geminatio renunciationis reddit validum quemcumque contractum, etiamsi adsit læsio enormissima.*

95 *Vel quando renunciatio est rescripta manu propria renunciantis.*

96 *Cautela ad reddendam validam enormissimam renunciationem.*

97 *Contrà, quod nullo pacto possit euitari nullitas contractus læsiui.*

98 *Qua facilitate inducuntur minores ad renunciandum, eadem induci possunt ad apponendas tales clausulas.*

99 *Facta renunciatione læsioni enormi non intelligitur renunciatum enormissimæ læsioni.*

100 *Faciliùs datur læsio in renunciatione iuris delati, quam deferendi.*

101 *Quando sumus in iure delato rescinditur renunciatio ob enormem læsionem.*

102 *In renunciatione Iuris deferendi non datur læsio.*

103 *In iure de futuro, & incerto, nequaquam læsioni est locus.*

104 *Contra quod etiam in iure quærendo, & spe incerta læsio benè dari possit.*

105 *Læsio consideratur super iure incerto, & super vita hominis.*

106 *Læsio datur in renunciatione puellæ propter dotem.*

107 *Dispositio* cap. quamuis pactum, *cessat data enormissima læsione.*

108 *Dolus inducitur ob enormissimam læsionem.*

109 *Renunciatio in qua adest metus reuerentialis, rescinditur officio iudicis.*

110 *Mulier, quæ renuncians bonis paternis, & maternis rescindit renunciationem, si de maternis nihil fuit consequuta.*

111 Tex. in cap. quamuis pactum, *procedit in filiã dotata de bonis eius cuius hæreditati renunciauit, & non comprehendit bona materna.*

112 *Filia non excluditur nisi à successione eius, qui de suis facultatibus dotem dedit.*

113 *Contra, quod renunciatio propter dotem nequaquam possit annullari ob læsionem.*

114 *Dispositio* cap. quamuis pactum, *habet locum, etiam si sit data dos legitima longè minor.*

115 *Præcipuè quando adest statutum, vt filia debeat esse contenta dote.*

116 *Mulier dotata à patre non potest dicere de læsione, licèt renunciet pluribus hæreditatibus.*

117 *Quando filia renunciat in manibus patris ob dotem habitam successioni eiusdem patris, non potest de læsione tractare.*

118 *Nullus amor paternum vincit.*

119 *Pater capit pro filia bonum Consilium.*

120 *Qualibet dos à patre constituta præsumitur congrua.*

121 *Pater potest dotem assignare maiorem, vel minorem legitima vt placuerit.*

122 *Et vni filiæ magnam, alteri minorem dare.*

123 *Quando dos est minor legitima, non datur actio filiæ ad supplementum.*

124 *Sed procedit quando filia fuit nupta viro indigno.*

125 *Quando fœmina non fuit nupta condigno viro potest agere ad supplementum.*

126 *Renunciationes mulierum propter dotem non sunt rescindendæ prætextu læsionis, quando fuerunt condigno viro nuptæ.*

127 *Annullari tamen possunt, quando non fuerunt nuptæ viro condigno.*

128 *Quando constat de incongrua dotatione est locus rescissioni renunciationis.*

129 Altograd. lun. controu. 24. num. 23. *reprobatur.*

130 *Si marito placuit nubere cum parua dote, ei non fuit illata iniuria.*

131 *Contractus à principio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis.*

132 *Facta renunciatione animo donandi, in ea non continetur læsio.*

133 *Renunciatio dolosa nihil operatur.*

134 *Statutum, vt filia debeat esse dote contenta cessat, vbi constat de incongruitate dotis, & malitia patris.*

135 *Nàm talis præsumptio tollitur ex facto in contrarium.*

136 *Quando filia ob dotem renunciat pluribus successionibus,*

nibus, vtpotè maternis, auitis, &c. licèt dotatio sit congrua quoad bona paterna, rescinditur quando adest læsio, quoad aliorum successiones.

137 *Pater tenetur dotare propriam filiam etiam diuitem.*

138 *Quando filia nullam portionem dotis maternæ fuit consequuta, potest rescindere renunciationem.*

139 *Et habet locum licèt pater expressè sit protestatus dotare, tàm de suis, quàm de maternis.*

140 *Lex præsumit tantum fuisse dotatam de paternis, non maternis.*

141 *Dictio*, & eo casu, *non dicitur posita copulatiuè, sed potiùs ad dignoscendum ordinem, vt primò de paternis, posteà de maternis.*

142 *Et id etiam procedit, licèt dixerit partem de paternis, & partem de maternis, non intelligitur vt priùs de paternis, & successiuè de maternis.*

143 *Quando verò pater declarat dare tantum de paternis, & tantum de maternis, tum quia constat de voluntate patris, non est locus coniectaris.*

144 *Quando mulier aliquid fuit consequuta de maternis bonis, valet renunciatio.*

145 *Dummodo non sit adeo incongrua, vt constet de dolo patris.*

146 *Regula, quod pater teneatur dotare filiam etiam diuitem, procedit vbi nulla fuit inita renunciatio.*

147 *Quod procedit in dote nondam delata.*

148 *Quando agitur de dote iam delata, non potest fieri fundamentum super* cap. quamuis pactum.

149 *Læsio an sit computanda, habito respectu ad legitimam, vel totam dotem.*

150 *Quod sit calculanda habito respectu ad totam successionem.*

151 *Quod procedit quando fit fratri renunciatio, non patri, quia hoc casu mensuratur legitima.*

152 *Fœmina de iure communi succedit æqualiter, cum cęteris filijs masculis.*

153 *Quando agitur de filia est inspiciendum, an sit congruè dotata, necne ob læsionem dignoscendam.*

154 *Quando quis renunciat propter legitimam, est videndum; an in legitima sit læsus.*

155 *Quando mulier consequi non potest dotem sibi assignatam integrè, semper est locus rescissioni.*

156 *Quando renunciatio fuit facta animo donandi, non datur rescissio ob læsionem.*

157 *Donatio, quæ prouenit ex liberalitate, læsionem non continet.*

158 *Quod procedit, quando fuit inita renunciatio nullo accepto in excambium.*

159 *Quando fit, aliquo dato, tunc potest continere læsionem, & rescinditur.*

160 *Quidquid alij in contrarium teneant.*

161 *Donatio, est directa, vel indirecta, & neque hoc secundo casu potest rescindi ob læsionem secundum Pist.*

162 *Sed eius opinio reijcitur.*

163 *Quando fit renunciatio propter dotem, dos efficitur proprium filiæ patrimonium, nec reuertitur ad patrem ob præmorientiam filiæ.*

164 *Renunciatio ob ingressum in religionem non rescinditur ob læsionem.*

165 *Quando monialis fuit competenter dotata, non obstante quod læsio esset probata, non habetur in consideratione.*

166 *Qui scit rei valorem non potest allegare læsionem, quia volenti non fit iniuria.*

167 *Scienti valorem non datur actio rescissoria ob læsionem.*

168 *Si renuncians approbat contractum, & per aliquod tempus non operatur, videtur renunciare facultati opponendi.*

169 *Non rescinditur ob læsionem renunciatio, sed integram est cui facta fuit æstimationem iustam soluere rei in conuentionem deductæ.*

170 *Quoties quis soluit id, in quo læsio consistit, contractus manet firmus.*

171 *Hoc tamen non habet locum, vbi læsio est vltra duas ex tribus partibus.*

172 *Intentans rescissionem ob læsionem, non tenetur impetrare absolutionem à iuramento.*

173 *Contrà quod debeat peti absolutio.*

174 *Sed prima opinio, quod non requiratur, est verior.*

175 *Iuramentum nihil operatur, quando præsumitur dolus in renunciatario, & metus in renunciatione.*

176 *Dum agitur de animæ periculo expedit in claris ambulare.*

177 *Et satiùs est absolutionem petere.*

178 *Hæres non cogitur absolutionem petere à iuramento.*

179 *Exceptio læsionis an impediat exceptionem instrumenti.*

INgens est dubium, (vt loquar cum *Put. in cons.* 1
impress. post. Odd. num. 53.) in quo, in varias sen-
tentias à Patribus nostris est disputatum; An, ob
læsionem possint rescindi renunciationes iuratæ; alij
enim sibi ipsi contradicunt, vt habemus ex *Soccin.*
Iun. cons. 67. lib. 2. alij quæstionem appellant profun-
dam, & disputabilem, vt *Pancirol. cons. 53. num.* 15.
Vaessemb. cons. 22. num. 98. Couarr. in cap. quamuis pa-
ctum, par. 3. cap. 4. num. 3. vers. vides igitur. & fatetur
Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 6. num. 71. quod, in hoc articu-
lo, ita pugnantibus inter sese, & variantibus certa-
runt sententijs Interpretes; vt si veterum tantum scri-
pta considerentur, quænam receptior sit via depræ-
hendi possit.

Quamquam, igitur, arduum sit assumere huiusmo-
di prouinciam, priùs ad partes articulum disputabo,
& postea meam qualemqualem proferam senten-
tiam.

Ad fauorem negatiuæ opinionis, quod, non ob-
stante læsione, non possit rescindi, & annullari, multi 2
ex Doctoribus inclinarunt, & præcipuè *Alciat. cons.*
22. num. 4. lib. 3. Cephal. consil. 467. num. 51. volum. 4.
Crauett. cons. 552. num. 22. Bursatt. cons. 139. num. 61.
Bero. cons. 59. num. 39. vol. 1. & cons. 49. num. 26 Go-
zad. cons. 9. vol. 1. Paris. cons. 26. num. 77. lib. 3. Apostill.
ad Alex. cons. 29. num. 6. lib. 3. Capyc. dec. 159. num.
25. vers. sed quid restitutio, Pinell. l. 2. 3. par. num. 8.
vers. in terminis, C. de rescind. vendit. Decian. cons. 6.
num. 52. 53. lib. 1. Put. in Cons. impress. post Odd. nu. 53.
& seqq. vbi latissimè *Euerard. cons. 46. num. 6. & seqq.*
& cęteri relati per *Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 6. num. 71.*
versic. multo quidem, & allegati per *Didac. d. cap.*
quamuis pactum, par. 4. § 4. num 3. versic. Contrariam.
& plenissimè *Kellemb. de Renunciat. success. quæst. 42.*
per tot. & ità seruatur in Regno Franciæ, vt per *Pap-*
pon. Arrest. lib. 16. tit. 3. arrest. 4. Menoch. consil. 843.
num. 32. Merend. controu. cap. 40. lib. 2.

Præcipuum huius sententiæ fundamentum consi-
stit in iuramento, quod cum sit seruandum, non
potest contrà illud aliqua proponi exceptio læsionis 3
enormis, vel enormissimæ; *Didac. d. par. 3. cap. 4. num. 3.*
versic. Contrarium.

Præterea iuramenti relaxatio animæ periculum re-
spicit, & ideò, cum, sine periculo animæ, possit ser- 4
uari in renunciatione etiam læsiua, tutior pars est eli-
genda, scilicet, ad fauorem iuramenti contra læsio-
nem, *cap. iuuenis, de Sponsal. Clement. exiui, de Verb.*
Signif.

Nec dicatur, quod, quando iuramentum est appo-
situm in contractu continente dolum, non sit seruan-
dum.

5 dum. Et quod doloſum ſemper dicitur Iuramentum,
in quo continetur læſio, *l. ſi quis cum aliquo, §. 1. ff. de*
6 *Verb. Oblig. l. ſi quis ſuperſtitem, C. de Dol. l. omnes, §.*
Lucius, ff. quæ in fraud. Credit. Quia reſpondetur, id
locum habere in dolo, ex propoſito, non verò, re
7 ipſa, ſcilicet, ob læſionem commiſſam, vt latè firmant
relati per *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 6. num. 71. verſic.*
multi quidem.

Obſeruat præterea *Kellemb. de renunc. ſucceſſ. quæſt.*
42. *num.* 29. quod, in præſenti caſu læſio à dolo pluri-
8 mum diſtat. Nàm renunciatio vim donationis habet
l. ſi quis delegauerit, ff. de donat. Alex. conſil. 115. *nu.* 2.
vol. 5. *Laurent. à Pin. conſil.* 68. *num.* 3. & ex ſua quaſi
natura damnum aliquod continet; Igitur non eſt
neceſſe, vt æquiualens pretium in eius recompenſa-
tionem detur, vt in contractibus oneroſis. Imò po-
tiùs damnum ipſum approbare videtur renuncians;
9 & propterea, nec dolo circumuenta mulier, nec læſa
dici poteſt; *l. nemo videtur, 188. ff. de Regul. Iur. cap.*
ſcienti, eodem tit. in 6.

Adijcitur, dotem, cuius reſpectu, læſio æſtimatur,
eam ob cauſam puellis dari, vt eo citiùs inueniant
maſculos, cum quibus matrimonium contrahant;
Igitur, ſi parens dote qualicumque conſtituta, collo-
cet in matrimonio filiam, non poteſt accuſari de dolo;
nam potiùs augendæ, quam fraudandæ filiæ cauſa do-
tem numerauit, qua potuit vitum inuenire; Præſer-
tim, quia ob dolum vitandum quælibet cauſa etiam
10 colorata ſufficit, *l. ſed, & ſi, 25. §. ſcire, ff. de petit. hæ-*
red. l. igitur, §. generaliter, ff. de Iureiur.

Eſt etiam conſideratione dignum, quod Dotis con-
ſtitutio, in eum finem principaliter exigitur, ne puel-
11 læ maneant innuptæ, ſed citiùs maritos inueniant, vt
humana ſocietas inde creſcat, & augeatur, *l. 2. ff. de*
Iur. Dot. l. 1. ff. ſolut. matrim. Si igitur filia magnam
dotem non fuerit conſequuta, nullum in dotatione
poteſt eſſe vitium. Hæc, enim, dos, licèt parua, idem
præſtitit, ac, ſi fuiſſet maxima; Vnde habemus, quod,
ſi pater collocet filiam in matrimonio, nulla conſtitu-
ta dote, filia non poteſt agere ad dotem ſibi conſti-
12 tuendam, vt latè *Laurent. à Pinu. conſ.* 108. *num.* 10.

Prætereà apud nonnullos plurimum contra reſciſ-
ſionem renunciationis facit, quod vbi fit renunciatio
iuris futuri propter dotem habitam, dum pater viuit,
& hæreditas nondum eſt delata, nullum competit fi-
liæ ius, ſuper eiuſdem hæreditate (niſi tempore 25.
annorum ius dotationis.) Si igitur pater ante tempus
collocet filiam in matrimonio, ceſſat quæcumque læ-
13 ſio ob dubium euentum: Nam poſſunt multa con-
tingere, quòd nihil, vel tantùm habuerit; videlicèt,
poterat patri præmori, & ipſe pater æs alienum con-
trahere, vel aliter caſu, aut culpa bona conſumere,
aut nouam prolem ſuſcipere, & multa alia contin-
gere, quæ minuant portionem legitimæ, accidere
poterant.

14 Et propterea, cum ſit renunciatio iuris dubij, ac
dependentis à futuro euentu, non poteſt dici læſiua,
l. nec emptio, ff. de contrah. empt. l. nam hoc modo, ff.
de hæred. vel act. vend. l. 1. C. de Pact. l. ex ea lege, vbi
gloſſ. & Bald. num. 9. 10. C. de Vſur. Menoch. conſil. 1.
num. 353. & conſ. 844. num. 33. Crauett. conſil. 142. nu.
8. Nauarr. conſ. 29. de Vſur. Scacc. de Indic. lib. 2. cap.
2. num. 476. Barboſ. in l. fideicommiſſo, num. 5. C. de
Tranſact. Cyriac. controu. 1. num. 34. & controu. 661.
num. 67. Noguerol. alleg. 37. num. 2. Paitell. cauſ. ciuil.
adnot. 5. num. 42. Mantic. de Tacit. lib. 8. tit. 2. num. 2.
Olea de Ceſſ. tit. 6. quæſt. 10. num. 8. Valeron. de Tran-
ſact. tit. 6. quæſt. 2. num. 9. Leotard. de Vſur. quæſt. 49.
num. 22. Rot. dec. 160. num. 26. par. 4. tom. 2. & dec. 582.
num. 17. par. 4. tom. 3. dec. 23. num. 35. dec. 150. num. 12.
par. 11. recent. Fagnan. cap. nauiganti num. 2. de Vſur.

Et in terminis, quod filię etiam minori non obſtan-
te, quod minus legitima ſit conſtituta dos, reſtitutio
ob læſionem enormiſſimam aduerſùs renunciatio-
nem iuratam nullo modo detur, dixit optimè *Goza-*
din. conſ. 9. col. 11. Pariſ. conſ. 26. num. 77. lib. 3. Apoſtill.
ad Alexand. conſ. 29. littera B, vbi, quod, licèt aliqui
Doctores teneant contrarium, nihilominus ab hac 15
opinione non diſcedit Senatus Pariſien. ideſt, quan-
do agitur de renunciatione ſucceſſionis futuræ, ſecùs
iam delatæ, *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt 6. num. 71.*

Quæ omnia ſunt intelligenda, dummodò aliàs filia
honeſtè, & decenter collocata ſit, & dotem habuerit
congruam, quæ poteſt eſſe minor legitima *Rot. dec.*
131. num. 12 par. 4. diuerſ. dec. 538. num. 3. par. 3. rec. & 16
coram Royas dec. 375. n 4. 5.

Præcipuè, quando filia abſque patris conſenſu nu-
bit; eo enim caſu, non ſolum dos poteſt eſſe minor le-
gitima, ſed in ea imputatur etiam, quicquid habet
aliundè eadem filia, vt dixit *Rot. in Romana Dotis* 18. 17
Iunij 1663. coram bo. me. Veroſpio dec. 185. num. 11.
poſt tract. confirmata 12. Februarij 1666. coram R. P.
D. Ottalora pariter poſt tract. dec. 135. vbi plura de ma-
teria; An, & quomodo dos debeatur à patre filiæ nu-
benti abſque conſenſu eiuſdem Patris; ſecùs, ſi contra-
rium conſtaret, *Crauett. conſ. 552. num. 21. & conſ. 938.*
num. 5. Vueſſemb. conſ. 23. num. 4. 5. optimè *Capyc.*
dec. 159. num. 13. vbi quod dicitur remiſſio ſpei, in
qua non datur lęſio, vt pleniſſimè per tot. deciſionem, 18
& alijs cumulatis, fundat *Put. in d. conſ. poſt Odd. num.*
54. & ſeqq. Et eo minùs poteſt conſequi renuncians,
quando conſentit dotationi *Altograd. conſ. 5. num. 23.*
lib. 1. Duran. dec. 42. num. 16. Rot. dec. 198. num. 18. 19
par. 9. recent.

Idem *Put. vbi ſuprà num. 56.* oſtendit vlterius,
quod, ſi admitteretur, vt mulier poſſet ob læſionem
reſcindere renunciationem iuratam, quia minùs le-
gitima ſibi dàtum foret pro dote, otioſa redderetur 20
diſpoſitio *d. cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* ac tota
renunciationum materia, & ſic probat concluſionem
ſuam. Certum eſt, quod pater data legitima filiæ de 21
reliquo poteſt diſponere pro libitu ſuo, *l. Papinia-*
nus, §. quoniam, ff. de inoff. teſtam. l. parentibus, C. eo-
dem, §. aliud quoque Capitulum in Auth. vt cum de
appell. cognoſ. Non poteſt igitur, filia in renunciatione
prætendere læſionem, niſi reſpectu legitimæ; quia,
vt diximus, filia non habet ius in alijs bonis præter 22
legitimam: Si igitur ad validitatem renunciationis,
cogeretur omninò legitimam dare, quæ eſt totum
ſuum debitum, non eſſet, quod renunciationes fierent.
Vnde fateri oportet, quod, vel renunciationes ſunt
neceſſariæ, vbi pater minorem legitima conſtituit
dotem, vel eas neceſſarias non eſſe, & fruſtrà ema-
nere diſpoſitionem *d. cap. quamuis de Pact. in 6.* & ad-
uertit etiam *Hartm. Piſt. lib. 4. quæſt. 6. num. 71. verſ.*
& ſi autem.

Tandem poteſt afferri alia ratio adducta ab *Kel-*
lemb. d. cap. 42. num. 14. & ſeqq. quod ſucceſſionum
renunciationes eam ob cauſam principaliter à fę-
mellis fiunt, vt familiæ dignitas, eo præclarior ſit, & 23
maneat: nàm ſine diuitijs familiæ vileſcunt, vt idem 24
Kellemb. oſtendit *num. 6.*

Si, igitur, hunc principaliter finem habuit renun-
cians, quantò minùs mulier, de bonis paternis con-
ſequuta fuit, tantò illuſtrius familiæ decus reddere
voluit, & propterea lęſioni id annumerari non po-
terit.

Hanc opinionem nonnulli admittunt in maioribus,
negant in minoribus, vt *Vueſſemb. conſ. 23. num.* 8. eò, 25
quia iuramentum in minoribus ſolum efficit, vt fin-
gantur maiores, facultatem autem reſcindendi con-
tractum ob læſionem enormem, non adimat, vt no-
tant

tant omnes in *auth. sacramenta puberum*, *C. si aduers. vendit.* & in terminis *Hart. Pist. d. lib. 4. quaest. 6. nu. 71. vers. nam in maiore*.
26 Sed *Kellemb.* eam indistinctè defendit, siue in maiore, siue in minore, *vt d. quaest. 42. num. 21.* ob vim iuramenti, quod non debet sperari etiam à minori,
27 nam in spiritualibus minoreitàs non curatur, *cap. si annum de Iudic. in 6.* & pubes tam iure Ciuili, quam
28 Canonico obligatur *cap. paruuli cum seqq. 22. quaest. 5. cap. ex literis 10. de sponsal.* eiusque conscientia peierando, non minùs, ac maiotis læditur. Ob id tam minor, quam maior, vt reatum periurij effugiat, necesse habet iuramentum seruare. Et quod minor teneatur d. iuramentum seruare, eoque obligetur, dicunt etiam *Merend. controu. 20. lib. 2. Sperell. dec. 83. Rot. dec. 167. num. 2. par. 3. rec.* & in puncto renunciationis, *dec. 130. & dec. 318. par. 4. tom. 2. Buratt. dec. 116. Capyc. Latro Consult. 45.*

Contraria opinio, his non obstantibus, à multis defenditur, scilicet, quod propter læsionem rescindatur renunciatio licet iurata. Primò; quia, *cap. quamuis*
29 *pactum de Pact. in 6.* approbans renunciationes cum iuramento factas excipit duos casus, videlicet, do-
30 lum & vim, ibi *nec vi, nec dolo*, dicitur, autem, contractus dolosus, quando est læsiuus, meritò. Minor probatur ex *tex. l. si quis, §. 1. ff. de verb. oblig. l. si superstitc, C. de dol. l. omnes, §. Lucius, ff. quae in fraud. credit. Couarr. d. cap. quamuis pactum 3. par. §. 4. num. 3.* latè *Simon de Praet. consil. 150. numer. 29. Gail. obseru. 147. num. 2. Grat. consf. 88. lib. 1. Osasch. dec. 179. num. 6. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. num. 53. tom. 1. Spad. consf. 169. num. 27. lib. 3. Reuerter. dec. 444. num. 2. Altograd. Iun. contr. 23. num. 20. Incertus auctor in libell. qui inscribitur Reginae Christianissimae iura in Ducatum Brabantiae pag mihi 35. lit. B, Bottigl. de success. Theor. 95. num. 6. vers. vltimo*.

Et re vera; cum dolus non euidenter, (quippè qui in
31 animo consistit) sed tantum indicijs probandus veniat, *l. dolum, C. de dol. l. dolus, C. de rescind. vendit.* maiora desumi non possunt indicia doli, quam ex læsione *Curt. Iun. consf. 141. num. 7. Mastrill. dec. 247. num. 63. Cancer. par. 1. var. de Empt. nu. 22. in fine*; Ex facti namque grauitate malum solet colligi consilium, vt ait
32 *Kellemb. d. quaest. 42. num 9. 10.*

Et propterea est communis Doctorum opinio, quod, per iuramentum non excludatur læsio enor-
33 missima, *Prat. discept. 25. Donat. Anton. de Marin. cap. 136. num. 26. lib. 2. Merend. contr. 40. nu. 4. lib. 1. Zuccar. dec. Luc. 20. nu n. 8. Thomat. dec. 209. Moadan. dec. 5. de Locat. Buratt. dec. 75. num. 8.*

Et pro rescissione renunciationis, in qua adsit læsio, magis communiter scripserunt Doctores, &
34 præcipuè, alijs antiquioribus omissis, *Dec. consf. 180. & consil. 616. Honded. consil. 9. num. 20. lib. 1. Riminald. Iun. consil. 342. circa finem, Decian. consil. 71. nu. 6. lib. 4. & consil. 78. num. 28. lib. 5. Cacheran. consil. 77. num. 8. Neuizzan. consil. 22. per tot. Simon de Praet. consf. 150. per tot. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 21. num. 13. Gail. lib. 2. obseru. 147. numer. 2. 3. & seqq. Marzar. consil. 19. per tot. Alb. consil. 32. num. 3. & consil. 81. num. 47. Cephal. consil. 34. per tot. & consil. 142. num. 18. & 19. & consil. 208. num. 52. Pancirol. consil. 1. & consil. 44. num. 22.* plenè *Maluas. consil. 126. num. 24. & seqq. Odd. consil. 73. num. 57. Eugen. consil. 12. num. 62. & seqq. & consil. 37. numer. 42. Fachin. controu. lib. 8. cap. 69. Didac. d. cap. quamuis pactum d. par. 3. §. 4. numer. 3.* vbi, quod hæc sententia maximam æquitatem habet, *Michal. de Fratribus part. 3. cap. 12. num. 89. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. num. 53. vers. sed dispositio, Spad. consil. num. 28. lib. 3. Andreol. controu. 366. num. 1. & seqq. Hartm. Pist.* latissimè *d. lib. 4. quaest. 6. num. 71. vers. longè verò, Fab. de Error. Pragm. decad. 5. error. 13. Auctor libell. cuiinsl. Reginae Christianiss. iura in Ducat. Brabant. pag. 46. §. 14. & 15. per tot. Donad. de renunc. cap. 9. 10. Mastrill. dec. 186. Censal. consil. 5. post dec. Luc. Cald. de Empt. & vendit. cap. 30. numer. 43.* vbi latè *Bonden. Collect. leg. cap. 3. num. 85. 86.* latissimè *Christin. decis. Belg. 50. num. 25. tom. 1.* vbi de communissima opinione supremorum Tribunalium Christiani orbis, & *dec. 249. num. 7. eodem lib. 1. & dec. 279. nu. 20. 21. Fragos. de Reg. Reip. Christ. par. 3. lib. 9. disp. 20. §. 3. num. 17. Petr. Greg. Tholos. Syntagm. Iur. vniu. par. 3. lib. 41. cap. 15. nu. 4. Pappon. Arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 13. Gaspar. Mans. de testam. valid. vel inual. ex cap. praeter. nu. 464. nec non tit. 12. ex parte legitimae num. 14.* vbi, qnod ità seruatur de iure Bauarico.

Huic opinioni ego adhæreo, non solum, quia, magis communiter eam interpretes sequuntur, *Hartm. Pist. d. lib. 4. quaest. 6. num. 71. vers. longè verò, Didac. vbi suprà d. §. 4. n. 3. Fachin. contr. cap. 79.* & alij suprà citati; Sed etiam quia, pro hac parte apud me plurimum facit, id quod solet afferri à citatis auctoribus, quod re-
nunciatio, in qua adest læsio, videtur esse vltrà men- 35
tem, & intentionem renunciantis, qui in tantam læsionem consentire non præsumitur, vt optimè *Couarr. vbi suprà eodem nu. 3.* & alij supra allegati; Præsertim qnia grauis læsio non potest absq; dolo alterius con-
trahentis contingere; Vbi autem interuenit dolus, 36
contractus rescinditur *l. & eleganter, ff. de dol. Fachin.*
d. cap. 69. num. 4. quia, *Maluas. d. consf. 126. num. 32. Simon* 37
de Praet. consf. 159. num. 29. Gallerat. de renunc. vbi suprà num. 54. Andreol. contr. 366. num. 3. Cald. de Empt. & vendit. d. cap. 30. num. 43.

Nec iuramentum aliquid operatur, vbi adest dolus verus, vel præsumptus, ex ipsa læsione ænormissima
resultans, vt optimè *Dec. consf. 31. num. 2. consf. 45. num.* 38
1. Alb. consf. 89. num. 6. Maluas. consf. 126. num. 33. Iura- 39
mentum enim non debet esse vinculum iniquitatis *cap. quantò de Iureiur. cap. 1. eodem tit. in 6.* & vt obli-
get, tres comites habere debet, veritatem, iustitiam, 40
& iudicium, *cap. si Christus de Iureiur. Dec. consf. 180. nu. 5. Simon. de Praet. consf. 150. num. 29.*

Et similiter non valet dicere renunciationem tanquam donationem, esse iudicandam, quod scilicet non possit rescindi, respectu enormissimæ læsionis. Nam respondetur, negando renunciationem esse donationis speciem. Donationis enim essentia est, vt sit gratuita, & renunciationis est proprium, vt fiat propter
dotem habitam. Si igitur dos non est congrua, dici- 41
tur læsa renuncians, & potest rescindi renunciatio, vt benè *Fachin. vbi suprà lib. 8. cap. 69. vers. ad secundum negatur*.

Præterquamquod etiam in donatione, quando est
correspectiua, datur rescissio ob læsionem, non ob- 42
stante quauis clausula *Rot. coram Duran. dec. 121. num. 2. & seqq. & dec. 318. par. 4. tom. 2. & dec. 125. par. 5. & dec. 34. num. 6. 7. par. 6. recent. & in Romana Transactionis 11. Februarij 1664. cor. bo: mc: Verospio post tract. dec. 190. num. 15. & seqq.*

Hoc tamen non negatur, quod si appareat renunciantem habuisse animum donandi, non possit rescindi, vt infrà videbimus.

Qua responsione tolluntur omnia supra pôderata
pro validitate renunciationis. Sic enim contractus, qui 43
continet dolũ, non valet, & procedit regula indefinitè, siue in maiore, siue in minore, nec aliqua vis est facienda super ratione conseruandæ agnationis, & familiæ, quia, cũ renunciatio sit correspectiua ad dotem, si dos non est congrua, nulla erit, vt latiùs infra videbimus.

Nec valet dicere, quod pater capiat pro filia bonum Consilium, ob id non possit dici læsa: quia, vbi

44 appatet de enotmiſſima læſione, conſtat ex facto ip-
ſo, patrem non ſumpſiſſe pro filia bonum conſilium,
imò de dolo argui poteſt Dec.conſ.71.nu.29.Gallerat.
d.num.54.verſ.non obſtat.

Neque eſt admittenda diſtinctio doli præſumpti,
& doli ex propoſito; quia ad hunc effectum æquipa
cantur dolus præſumptus, & ex propoſiro, vt latè
45 idem Gallerat. vbi ſuprà verſ. qui nemo, Maluaſ. conſ.
126.num.32. Mynſing. reſp.56. num.18. Gaill.lib.2.ob
ſeru.67.num.13.

Imò non ſolum poteſt annullari renunciatio ob lę-
46 ſionem, quando fuit ſimpliciter inita, ſed etiam quan-
do fuit facta in tranſactione, vt optimè oſtendit Chri-
47 ſtin.dec.50.nu.36.tom.1.maximè, quando læſio eſt im-
modica, & conſiderabilis, vt idem Chriſtin. d. dec. 50.
nu.41.Rot d.dec.190.num.15.poſt tract.

Et ſic etiam læſiua dici poteſt, quando fuit inita
48 propter dotem, Donat.Aoron.de Marin.d.reſol.22.Cy
riac.contr 4.Rota de Priuil.Mulier.cap.4. nu.8. & ſeqq.
pag.397.

Hac opinione in abſtracto firmata, quod per lęſio-
49 nem poſſint reſcindi renunciationes, eſt vlteriùs quę-
rendum, qualis debeat eſſe læſio ad hoc, vt admitta-
tur reſciſſio contractus renunciariui. Et, pro maiori
huius articuli intelligentia eſt præmittendum, quod
in iure noſtro datur læſio, vel modica, vel enormis,
vel enormiſſima, vt per Doctores in l. 2. C. de reſcind.
vendit. De modica læſione non eſt hic facienda men-
tio; Nam, cum hæc ſit illa, quæ intrà limites dimidiæ
iuſtæ ęſtimationis continetur, vt latè Doctores in d. l.
50 de reſcind.vendit.Eſcob.de Ration.par.2.comput 6.num.
1.Bottigl.de ſucceſſ.d.Theor.95.num.6. Et à iure noſtro
51 non ſit reprobata huiuſmodi deceptio l. ſcio, ff. de
in integ.reſt.Nec in præſenti caſu eſt diſceptandum de
hac minima, vel modica læſione, quæ non excedat di-
midium iuſti valoris, vt plenè Simon.de Præt. d.conſil.
351.num.26 Kellemb de renunc.ſucceſſ. d.quæſt.42. nu.
6. præcipuè, quia ſupponimus iuratum eſſe contra-
ctum, quo caſu iuramentum dictat in paciſcente deli-
beratum, & propenſum promittendi animum Kel-
lemb. vbi ſuprà d.num.6.in fine.

Læſio enormis eſt illa, quæ in aliquo excedit vltrà
52 dimidiam iuſti valoris. Enormiſſima, quæ in totum,
vel quaſi, vt alijs cumulatis, fundat Bottigl. de ſucceſſ.
53 d. Theor. 95. num. 7. verſ. læſio verò.

Eſt, tamen, aduertendum, quod vbi loquimur de
contractu correſpectiuo, vt emptionis, venditionis,
54 permutationis, &c. lęſio enormiſſima dicitur, vbi ex-
ceſſus eſt in duplum iuſti pretij, vtpotè, res, quæ va-
let triginta, datur pro decem.

Si, verò, ſimus in contractu merè gratuito, læſio
55 debet eſſe in tota quantitate, vel ſaltem in triplo, vel
quadruplo, vtpote res, quæ valet 10. fuit data pro 4.
Et inter contractus merè gratuitos adnumerantur
56 donationis, & renunciationis inſtrumenta, vt per
Bottigl. vbi ſuprà verſ. læſio, in fine.

Præmittendum eſt vlteriùs, quòd tempus ſit inſpi-
ciendum, (ad hoc, vt dicatur læſionem in contractu
interceſſiſſe,) factæ ſcilicet renunciationis, vel tem-
pus mortis illius, de cuius bonis fuit inita ſtipulatio.

Et in hac quæſtione nonnulli tenent eſſe inſpicien-
dum tempus renunciationis, ad hoc, vt dignoſcatur;
57 an læſio interuenerit, nec ne; Et propterea, quod non
poſſit haberi ratio de bonis poſt renunciationem
quæſitis, vt Couarr. ad d. cap. quamuis pactum, 3. par.
§.4. num.7. verſ.12.concluſio, Dec.conſ.26. & conſ.276.
Menoch. conſ.6 num.91. & conſ.197. num. 83. Cephal.
conſil.502. Paſeth.conſil.205.num.1. Aldobrand. conſil.
26. num.103. & ſeqq. Theſaur. lib.2 quæſt.93. num.13.
Fontanell.de Pact. Nuptial.clauſ 9.gloſſ. vnica, num.18.
par.2. Cancer. par.2. var. cap 1. num.274. Laderch. conſ.
35. num. 5. & ſeqq. Laurent. à Pin. conſil. 67. num.10.
Pinell. in l.2. par.1. num.8. C. de Reſcind. Vendit. Molin.
de Hiſpan. Primog. lib.7. cap.30. num.29. Hartm. Piſt.
lib. 4. quæſt. 6. num. 76. Bottiglier. de ſucceſſ. Theor. 97.
num.5. Kellemb. de Renunc. ſucceſſ. quæſt. 42. num. 58.
Euerard. conſil.96. num.10. Mantic. de Tacit. & ambig.
lib. 12. tit. 24. num. 14. Caſtill. lib. 3. cap. 2. num. 65.
Rot coram Pen. dec.479. num. 2. Gratian. diſcept. 470.
num.31. & ſeqq.

Et ratio huius concluſionis illa ſolet adduci, quod
quoties de cōtractu reſcindendo agitur ob læſionem,
tempus contractus eſt inſpiciendum l. ſi voluntate 8. 58
ff. de Reſcind Vendit. vt latè Kellemb. vbi ſuprà num.
58. & alij ſupraſcripti, quibus addo Cyriac. cap.259.
num.16. Piſt. reſol.89. num 67. Rot. dec.18. nu.4. par.2.
diuerſ. & dec.582. num.18. par.4. tom.3. dec.553. par.5.
& dec.292. num. 29. par. 6. rec. & coram Merlin. dec.
219. num.14.

Secundo quia, in iure quærendo, ob incertitudinem
nulla poteſt læſio conſiderari ob dubium euentum 59
l. de fideicommiſſo 11. C. de Tranſact.

Tertio, id quod ab initio legitimè factum eſt non
debet irritum fieri ex cauſa ſuperueniente l.2. ff. de Vi 60
ner. l. ſancimus, C. de adminiſt. tutel. & latiùs idem Kel-
lemb. num.60.

Quarto ſicuti, diminutis patris facultatibus, non
teneretur fęmina, quæ dotem habuit, nec maſculus, qui
legitimam in bonis patris habuit, eorum reſpectiuè 61
portionem diminuere, ita, nec conuenit, vt, auctis fa-
cultatibus incrementum accipiat Laderch. d. conſ. 35.
num.8. vbi alios allegat.

Contrariam opinionem, quod ſit inſpiciendum
tempus mortis teſtatoris, non autem celebrati con- 62
tractus in calculanda dotis congruitate, & per conſe-
quens læſionem etiam commenſurandam iuxtà facul-
tates tempore obitus patris, cum multis probat Cy-
riac. controu for. cap.391. Anton. Faber. de Error. pragm.
decad.13. error.5. nu.3. & ſeqq. vbi ampliat, ſiuè renun-
ciatio ſit iurata, ſiuè non, ſi iurata non eſt, vtitur pro
renunciante illa ratione, ſcilicet, quod ſi non eſt ob iu-
ramentum renuncians excluſus, neque erit per renun-
ciationem; nam renunciatio eo caſu non validatur,
nec per dotis, neq; per legitimę perceptionē, non enim
poteſt conſequi legitimam à viuo patre etiam eo vo-
lente, licet filius id quod accepit in legitimam debeat
imputare Merend. controu. lib.14. cap.16. Barboſ Vot.
deciſ.6. Altograd. conſil.78. lib.1. Rot coram Royas dec.
157 num.4. Merlin. dec.223. & dec.469. & in recent. dec.
80. num.7. par 11.

Habet, igitur, tantum legitimæ petitionem ſalua
imputandi neceſſitate. Et conſequenter, cum legiti 63
ma non debeatur, niſi eo tempore, quo pater vita fun-
ctus eſt, manifeſtum eſt, quod non tam ſupplementum
legitimæ, quam legitima ei debetur, in eaque æſti-
manda non aliud patrimonium, quam quod mortis
tempore fuerit, ſpectatur.

Si verò in renunciatione iuramentum fuit adhibi-
tum, tunc licet ab initio valeat renunciatio, tamen ha-
bet tacitam conditionem, ſi quandoque legitima por-
tio deferretur, ſiquidem, vt ipſemet Faber ait, auctori-
tate Caſtren. Bartol. & Bald. in l. qui ſuperſtitis 94. ff. de
acquir. hæred. nec iuriſiurandi poteſtate, nec alia iuris
vlla ratione fieri poteſt, vt excluſio præcedat delatio-
nem; Et propterea non priùs renunciatio, vires ſuas 64
exercet ad filiam excludendam, quam pater ſit mor-
tuus, quo demum inſtanti naſcitur ius petendæ ſuc-
ceſſionis, aut legitimæ portionis; Vndè illud inſtans
eſt ſpectandum in æſtimanda læſione, quo pater de-
ceſſit, ac proindè ea ipſa quantitas patrimonij, quæ
tunc fuerit.

Vlteriùs, pro hac parte facit, quod dum quis re-
nun-

nunciat facta legitimæ mentione, censetur cogitasse,
non de his tantum bonis, quæ pater tunc habebat,
sed de ijs etiam, quæ pater acquirere potest, vsque in
tempus mortis; quia nec priùs de legitima quæren-
65 dam erat, & sic fateri necesse est, rationem haben-
dum esse bonorum, ex post facto acquisitorum in re-
nunciatione pro æstimanda lęsione, cum ea pariter
veniant in renunciatione, & si non venirent; alia
ratio vrgeret pro filia, scilicet, quod ei nocere non
possit renunciatio, quoad illa bona, quæ non renun-
ciasset, iuxtà illud axioma, actus agentium non ope-
66 rantur vltrà eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si
cert. petatur, Alex. conf. 146. num. 10. lib. 5. Mantic. dec.
267. num. 3.*
Respondet vlterius ipse *Fab.* ad argumenta con-
trariorum, & præcipuè ad id, quod fuit dictum, quod
in æstimanda læsione tempus contractus sit inspicien-
dum, scilicet, quod hæc regula est intelligenda non de
tempore à quo, sed in quod contractum est, idest, in
quod collatus fuit effectus renunciationis, *l. in tempus
62. ff. de hæred. Instit.* & progreditur insuper omnibus
alijs argumentis accomodando responsiones.
Verum non obstantibus subtilissimis *Fabri* argu-
mentis, à prima opinione, quæ magis est communis
non est discedendum, quod, scilicet, attendatur tem-
pus dotationis, non mortis patris in æstimanda læsio-
67 ne, etiam si dos succedat loco legitimæ, itàvt, si au-
geantur facultates patris, vel minuantur, non sit locus
petitioni supplementi, vel diminutionis, vt suprà fuit
dictum auctoritate multorum, quibus addo *Curt. Sen.
conf. 27. Dec. conf. 276. Alex. conf. 29. num. 6. lib. 3. Boer.
dec. 62. num. 11. Gaspar. Baut. de non melior. dot. ration.
filiar. cap. 32. Rot. coram Pen. dec. 479. & dec. 538. num.
1. par. 3. rec.*
Nam facilè respondetur ad *Fabr.* argumentum,
quod in specie *cap. quamuis pactum*, filia renuncians
hæreditati paternæ, licet videatur legitimæ portioni
renunciare, tamen re vera propter dotem renunciat,
quæ dotis datio, non est in hoc loco ad rationem le-
gitimæ consideranda, quo casu, forsan foret con-
68 stituenda iuxtà quantitatem bonorum, tempore
mortis, sed est constituenda dos iuxtà officium pa-
ternum, & mores regionis, & sic secundum bona,
quæ tempore nuptiarum, & constituendæ dotis pa-
ter habet, vt optimè *Didac. vbi suprà, vers. 12. con-
clusio*, & latiùs *Laderch. conf. 35. num. 10.* & in spe-
cie *Fabri* opinionem refellit *Kellemb. d. quæst. 42.
numer. 62. & seqq.* vbi quod in hoc *Faber* hallucina-
69 tur, si enim eius opinio veritati niteretur, in ca-
su quo filia fuisset prætерita, nullaque ei successio de-
lata, quasi pacti conditione deficiente renunciatio
omninò concideret, quod omnium Doctorum tra-
ditione falsum est; Verius est, igitur, non ipsam re-
nunciationis dispositionem, sed executionem dum-
taxat in casu delatæ hæreditatis conferri, vt, lato
calamo, tradit idem *Kellemb. nu. 62. & 63.*
Nec valet obiectum, quod renuncians de legiti-
ma principaliter agat; quia, non indè infertur, quod
respectu huius, læsio dijudicari debeat: Voluerunt,
enim, Pontifices dotem iustum esse renunciationis
pretium; *d. cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* Et pro-
pterea, sicuti in venditione spei, siue rei futuræ,
non valor precij, qui est tempore existentis condi-
tionis, sed qui est tempore contractus, quo precium
70 conuentum numerari debet, inspici solet, *l. cum cer-
tum 10. ff. de aur. & arg. leg. l. quoties in diem 59.
ff. de verb. oblig.* cum similibus allatis per *Kellemb.
vbi supra num. 64.* quibus addo *Honded. conf. 39. num.
43. lib. 2. Giurb. dec. 105. num. 2. Rot. dec. 281. num. 3.
part. 6. recent.* & firmauit optimè *in Assisien. Oblatio-
num 9. Decembris 1661. coram Reuerendissimo Alber-*
gato post tract. dec. 19. num. 10. sic dos si fuerit tempo-
re constitutionis sufficiens, renunciatio quoque iusta
habebitur.
Progreditur vlteriùs idem *Kellemb.* refellendo ad
partes *Fabri* argumenta; eius tamen verba non refero;
videant legentes apud eum, nec non allegatum *conf.
35. Laderch.* qui omnes numeros absoluit, tam pro de-
fendendo opinionem contrà *Fabrum*, quam in respon-
dendo eiusdem argumentis.
Verum tamen est, quod habet minorem dubitatio-
nem huiusmodi conclusio, quando agitur de renun-
ciatione ob dotem numeratam, quando verò agitur 71
de renunciatione ob legitimam habitam multi tenent,
quod sit inspiciendum tempus mortis testatoris ad di-
gnoscendam læsionem, vt *Bald. in l. pactum, C. de collat.
in l. quamuis num. 8. C. de Fideic. Paris. conf. 26. num. 92.
vol. 3. Cephal. conf. 43. nu. 18. & conf. 142. nu. 19. Cacher.
conf. 77. nu. 15.* & alij relati per *Laderch. d. conf. 35. nu. 5.
& per Hart. Pist. d. quæst. 6. n. 76.* constituentes sic diffe-
rentiam inter dotem, & legitimam.
At, re vera, vbi agitur de renunciatione iurata, non
est constituenda differentia inter dotem, & legitimā;
& quod tempus renunciationis spectandum sit, etiam 72
in legitimæ læsione æstimanda sensit *Cancer. var. lib.
1. cap. 3. de legit. Castren. in l. in ratione in princ. nu-
mer. 4. ff. ad leg. Falcid. Crauett. consil. 11. numer. 13.
Vrsill. ad Afflict. dec. 161. Laderch. d. conf. 35. numer. 15.
vers. non obstat, Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 6. num. 76.
vers. verior tamen*, vbi quod hi, qui pro contraria
opinione adducuntur in diuersis terminis, scripse-
runt, scilicet, vel quando simpliciter assignata fuit
legitima, vel etiam sine iuramento renunciatum 73
fuit, quo casu communiter receptum est mortis
tempus esse considerandum, vt latè *Cancer. vbi suprà
num. 25.*
Subdit tandem *Pistor. ibidem, vers. sed hanc commu-
nem*, quod *Bertazzol. conf. 25. num. 21.* tenet renuncia-
tionis tempus spectandum esse, vt dignoscatur,
vtrum quis læsus sit, sed posita læsione, proindeque
remoto renunciationis obstaculo, legitimam secun 74
dum tempus mortis esse æstimandam; quod, licet
prima fronte, sibi congruum videatur; nam, cum læ-
sio renunciationem rescindat, remanet ius integrum
petendi legitimam; tamen, quia communis est scri- 75
bentium opinio, vt, persoluto eo, in quo renuncians
fuit lęsus, renunciatio firma remaneat, multum dubi-
tat; An, hoc stante, consideratio *Bertazzol.* locum in-
uenire possit; videantur tamen scripta per *Cancer. vbi
supra nu. 25. vers. prædictam conclusionem*, & alios ab 76
eo allegatos, ex quibus videtur opinionem *Bertazzol.*
per alios quoque fuisse consideratam.
His præmissis, redeundo ad quęstionem suprapositam,
scilicet, quomodo sit calculanda lęsio in contra-
ctu renunciationis, est aduertendum, quod nonnulli
putarunt conclusionem nostram non posse verificari
in renunciatione facta à maiori 25. annis, hunc enim,
dixerunt, ob lęsionem quantumuis magnam, enor-
mem, & enormissimam, non posse renunciationem iu-
ratam rescindere, quidquid sit in minoribus 25. an- 77
nis, qui, data enormissima lęsione, possunt nullita-
tem contractus renunciatiui opponere, ità *Bero. conf.
60. numer. 25. lib. 1. Decian. conf. 39. numer. 147. in fine*, 78
& alij relati per *Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 6.
num. 71.*
Alij distinguunt, inter renunciationem factam à
filio, vel filia, ad fauorem patris, vel ad fauorem ex-
traneorum; Primò casu, dicunt, nulla adhibita diffe 79
rentia, inter maiorem, vel minorem, renunciatio-
nem posse annullari data enormi læsione, scilicet,
vltrà dimidiam, quia, eo casu concurrit reuerentia,
quam filia debet patri, ex qua præsumitur eam con-

tradicere non ausam fuisse; ac proindè potiùs metu, quam libera voluntate renunciasse; neque hoc casu est facienda distinctio inter minorem, & maiorem renunciantem; Nam paterna reuerentia non
80 minùs adstringitur filia minor, quam maior; Maximè, quia præsumendum non est voluisse patrem decipere filiam minorem potiùs, quam maiorem, *ad tex. in l. Aurelius 29. §. Titius testamentum in fine, ff. de liber. leg.* & ex alijs latè adductis per *Couarr. cap. quamuis pactum 3. par. §. 4. num. 7.*

Si, verò, renunciatio sit facta alteri, quam patri, minori sit succurrendum, data enormi læsione, scilicet, vltrà dimidiam; maiori, verò, sit succurrendum, eo
81 solum casu, quod enormissima adsit læsio, scilicet, longè vltrà dimidiam.

Faber, autem, *de Error. Pragm.* existimat nullam esse faciendam differentiam inter renunciationem patri, vel extraneo factam; sed esse animaduertendum, an minor renunciauerit, vel maior: Si mi-
82 nor, data quacunque læsione, etiam intra dimidiam, possit nullitatem allegare, nulla habita consideratione; an fuerit iurata, necnè, renunciatio; si, verò, maior, non possit contractum annullare, nisi ob læsionem enormissimam, vt ostendit prolixè idem *Faber Decad. 16. error. 6. numer. 5. & seqq.*

Sed magis communis opinio distinguit, inter minorem, & maiorem renunciantem; Si renuncians est
83 minor, putant, posse rescindi contractum, quando probatur enormis læsio, scilicet parum vltra dimidiam, vt latè *Couarr. vbi supra num. 6. Bero. cons. 50. numer. 25. & seqq. Cald. l. si curatorem, verbo, læsus in princ. ff. de in integr. restit. minor.* nec iuramentum, eo casu, aliquid operatur; nam minor simpliciter contrahens, iuramento præstito, videtur solum renunciasse beneficio ætatis, nec per hoc excluditur ab
84 auxilio *l. 2. C. de Rescind. vendit.* nam ex iuramento tantum maior effectus est, benè *Hart. Pist. lib. 4. quæst. 6. num. 61. vers. nam in maiore Cald. d. loco vers. minor autem.*

85 Si verò renuncians est maior, ei erit succurrendum eo solo in casu, quod enormissimè sit læsus, scilicet, largè vltra dimidiam, nempè in triplo, vel quadruplo, *Cald. d. loco vers. maior autem*; Et huiusmodi conclusio deducitur, *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* cuius dispositio, quæ secundum opiniones Doctorum ad omnes ferè contractus extenditur, non habet locum, iuramento interueniente, nisi non enormis tantum, sed enormissima læsio accedat, latè *Didac. d. §. 4. num. 40.* & eo casu, læsionis enormissimæ dicitur contractum continere dolum, re ipsa, cum non sit verisimile consensum fuisse in tam graui læsione, absque dolo plenè *Couarr. vbi supra*, vbi, quod, eo casu, paci-
86 scens absoluendus est à iuramento, vt agere valeat ad rescissionem contractus, vel ad læsionis compensationem.

Hæc vltima opinio, mihi videtur verior, & ab ea nequaquam discederem, ob auctoritates Doctorum, quibus fulcitur, vt benè ostendit *Hartm. Pistor. d. lib. 4. quæst. 6. num. 71. vers. longè verò, Gaill. pract. lib. 2. obseru. 147. Bero cons. 49. num. 25 & seqq. tom. 1. & cons. 50. numer. 25. & seqq. Cald. ad l. si curatorem de in integ. rest. min. in princ. Castill. lib. 3. contron. cap. 2. num. 87. & seqq.* cum alijs penès *Altograd. Iun. controu. 24. num. 33.*

Nec sunt attendendi Doctores putantes maiorem ob læsionem quantumuis enormissimam non posse rescindere renunciationem; quia, vt ostendit *Hartm.*
87 *Pistor. vbi supra vers. ac licet*, quicquid præstat enormis minori læsio, idem maiori concedere solet enormissima, vt communiter tenent Doctores in *l. 2. C. de rescind. vendit.* vbi *Cagnol. nu. 98. & in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.*

Et eo minùs est constituenda differentia inter renunciationes patri, vel extraneo factas, vt ostendit 88
omninò videndus idem *Faber d. error. 6. decad. 14. num. 5. & seqq.*

Sicuti pariter, nec est assentiendum eidem *Fabro*, quod minor habeat potestatem rescindendi etiam ob læsionem intra dimidiam; Nam, vt diximus, minor, iurando, efficitur maior, & sicuti maior non porest allegare nullitatem contractus, nisi sit vltra dimidiam læsus, ita nec minor, dum iurauit obligationem.

Vlteriùs, quod minor, non obstante quouis iuramento, tam assertorio, quam promissorio, possit 89
dicere de nullitate contractus tenet, *Rot. coram Buratt. dec. 420. num. 9. & ibi add. num. 13. & dec. 54. num. 3. par. 1. rec. Marescott. var. cap. 63. num. 5. Ciarlin. contron. cap. 35. num. 30.* Et quod, licet alias validè obligetur minor, tamen, quando fuit læsus, non obstet iuramentum, nec alia cautela, optimè *Buratt. dec. 75. per* 90
tot. Neque, eo casu, vis fieri potest super iuramento, quia iuramentum firmat contractum alias in- 91
ualidum, quando iurans, non fuit dolo inductus ad iurandum, aliàs secus, *Spad. cons. 271. lib. 2. Rot. coram Duran. dec. 28. num. 31. & dec. 104. num. 8. & seqq. par. 8. recent. Add. ad decisionem 577. numer. 175. par. 5. rec.*

Sunt aliqui, ex Doctoribus nostris, qui tradunt cautelas ad obligandos efficaciter minores renunciantes, etiam in contractibus, in quibus est læsio enormis, & enormissima, scilicet, quod expresse promittant, iuramento præstito, se non acturos contrà contractũ, nec ratione minoris ætatis, nec aliqua qua- 92
cumque causa, vt *Cald. vbi supra vers. limitanda est, Alciat. cons. 22. num. 6. tom. 3. Didac. vbi supra num. 6.*
Vel quod, in specie, adhibito iuramento, etiam læsioni 93
enormissimæ renuncient *Decian. cons. 139. num. 150. & 151. lib. 2.*

Prætereà geminatio renunciationis, cum iuramento, secundum aliquos, reddit validam quamcumque renunciationem, etiam enormissimam, vt habemus *ex Dec. cons. 181. col. final.* quem refert, & sequitur 94
Didac. vbi supra num. 6. vers. Octaua conclusio, Alciat. cons. 22. num. 7. tom. 3. Put. in cons. impress. post Odd. num. 64. Decian. cons. 39. num. 93. & seqq. lib. 2. & num. 89. 95
& valdè se fundat ad fauorem renunciationis, quod sit scripta, & subscripta, propria manu renunciantis, quia, ex illo actu, inducitur deliberata voluntas.

Tradunt etiam nonnulli alias cautelas videndas apud *Beroum cons. 49. num. 34. & seqq. & cons. 50. numer. 43. Decian. resp. 39. numer. 57. & 131. & seqq. lib. 2.* 96

Sed huiusmodi refugium mihi videtur debile, non solum, ex eo, quod tradidit *Didac. d. loco numer. 6.* 97
Indices nondebere, ità facile admittere similes contractus, nam minores, mulieres, & rustici facilè decipi possunt; sed etiam, quia multi putant, qua facilitate inducuntur minores ad renunciandum, eadem induci posse ad ponendum tales clausulas in 98
contractibus; ob id super eis nullum faciant fundamentum, vt probant Doctores allati à *Decian. cons. 39. numer. 13. lib. 2. Cald. vbi supra vers. sed in hoc Altograd. Iun. controu. 23. numer. 18. 24. & seqq. & numer. 37. & seqq. Simon. de Prat. cons. 150. numer. 47. & seqq.* optimè *Honded. cons. 49. nu. 50. & seqq.* vbi de clausulis *sponte &c. & non per metum &c. & iudicis præsentia &c.*

Hoc tamen est iuris indubitati, quod facta renunciatione enormis læsionis, non intelligitur enor-

99 enormissimæ renunciatum *Berò conf.50.num.22. Cald. vbi supra vers. sed contrarium, Decian. conf. 39. num. 68.lib.2.*

Notandum est vlteriùs, faciliùs dari læsionem in renunciatione iuris delati, quam iuris deferendi; Nam,
100 quicquid dicat *Kellemb. de renunc. succeß. capit. 42. numer.4.* quod non datur differentia inter ius deferendum, & delatum; dum agitur de rescissione renunciationis ob læsionem, verior est opinio contraria. Siquidem nonnulli putant, quod, dum agitur de iure delato possint rescindi contractus renunciationis ob enormem læsionem, & eo modo annullantur cęteri
101 contractus per *tex.in l.2.C.de Rescind. vend.* sic firmat *Michal.de fratrib.par.3.cap.12.num.91.* & alij inferiùs citandi.

Si, verò, tractatur de renunciatione iuris deferendi, difficiliùs deuenitur ad rescissionem contractus, ob læsionem, quia, eo casu, præstito iuramento, sub-
102 sistinentur, vt docet textus *d. cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* & latè *Michalor. d. part. 3. capit. 12. numer.92. Donat. Anton. de Marin. alleg. 42. numer. 13. lib. 3.*

Dixi, quod difficiliùs annullantur contractus renunciatiui ob læsionem, quando agitur de iure delato, quia non assentior auctoribus, firmantibus, nullatenus dari posse rescissionem contractus, in quo fuit renunciatum ius futurum incertum, & nondum dela-
103 tum, vt statuerunt, *Decian.conf.6.num.52.lib.1.* & ceteri adducti per *Couarr. d. cap. quamuis pactum, 3. part. §.4 num.3.* circa finem, per *Bottigl.de succeß.Theor.97. num. 4. Altograd. Iun. controu. 24. numer. 23. Censal. in consil. impress. post decis. Luc. cons. 5. numer. 6.* quibus addo *Ferentill. ad Buratt. dec. 894.num.6. Donat. Anton. de Marin. alleg.42. numer.13. Put. in cons. post Odd. num.54. Kellemb. de renunc.succeß.quæst.42.num. 26. & seqq.*

Sed potiùs mihi videtur magis æqua, & iuri consona contraria opinio, quod, sicuti in iam quæsitis po-
104 test considerari læsio, ità in quærendis, habita, tamen, consideratione, tam ad statum præsentem, quam ad spem incertam futuræ acquisitionis, vt optimè habemus ex *Didac. vbi supra num.3. circa finem, Bottigl. de succeß.Theor.97.num.4.Gallerat.de renunc.lib.3.cap.2. num.54.vers.quin etiam, Honded.cons.29.num.48. lib.1. Altograd.Iun.controu.24.nu.4.* & admittit etiam *Hart. Pist.* apud me non spernendæ auctoritatis *lib.4. quæst. 6.num.71.vers.nam eisi.*

Imò benè perpensis auctoribus, suprà, pro contraria opinione, allegatis, dignoscitur, illos non equidem admittere in modica læsione rescissionem renunciationis, super iure nondum deluto factam, sed tamen non excludere eandem rescissionem, in casu, quod adsit læsio enormissima, vt, in terminis renunciationis factæ à puellis, ob dotem datam, quando dos est nimis incongrua, notauit idem *Michal. d. cap. 12. num. 92. Add. ad Buratt. dec. 894. num. 6.* & latiùs *Simon de Prat. cons. 150. per tot.* & præcipuè *numer. 24. & seqq.* & latiùs, quod læsio considerari possit in iure
105 incerto, & super vita hominis *Cancer. variar. lib.3. cap. 2. numer. 79. Gratian. Discept. for. capit. 55. numer.1. Rot. post Salgad. Labyr. Credit. dec.27. num.25.* de qua re plura etiam *Altograd. consil.77. numer. 57. lib. 2.*

Huiusmodi quæstio; An renunciationes factæ à puellis ob dotem, valeant rescindi prætextu læsionis enormissimæ, est satis agitata inter iuris scriptores, & vtraque opinio suos habet defensores.

Pro affirmatiua, quod possint rescindi renunciationes factæ à puellis propter dotem, vbi constat
106 fuisse admodum læsas in renunciatione, præ ceteris, allegari solent *Cacher.conf.77.num,13.Cephal.conf.17. numer.6. Simon. de Prat. conf.150. num. 26. Dec. conf. 180. Eugen. conf 12. num.24. Neuizzan. conf. 16. Anton. Fab. de Error. Pragm. decad.13. error.7. Surd. conf. 393.num.42.& seqq. Altograd. Iun contr.23. num.6.7. 17. Pasch.de Virib.patr.pot. part.3. cap.7. numer.23. & seqq. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. numer. 54. Boss. de dot. capit. 13. §. 5. numer. 98.* & dixit etiam *Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. iur. vniu. part. 3. libr. 41. capit. 15. numer. 4.* optimè *Rot. decis. 102. numer. 2. & seqq. part. 2. diuers.* cum alijs inferiùs allegandis.

Et ad dispositionem *text. in capit. quamuis pactum de Pact. in 6.* vbi habetur renunciationem bonorum paternorum, factam patri à filia dotata, esse omninò obseruandam, quando ipsa filia, iuramento, firmauit renunciationem, respondent communiter omnes, dispositionem *d. capit.* minimè procedere, vbi adest enormissima læsio, quia, vbi adest d. enormissima læsio, adest dolus, & vbi adest dolus in renunciatione, redditur nulla, licet dolus non interueniat ex proposito, sed re ipsa, & præcipuè habetur in *d.dec. 102. par. 2. diuers. num. 3. & seqq.* vbi, quod, stante huiusmodi dolo, cessat dispositio *auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. cap. quamuis de Pact. in 6. & capit. cum contingat de Iureiur.* 107 108

Additur, quod, quando renunciatio est facta ad fauorem patris, & continet læsionem, censetur gesta, metu reuerentiali, propter quem rescinditur, officio iudicis, absque aliqua probatione minorum præcedentium, vt benè *Castren. consil. 147. numer. 2.* & alij latè allegat. *d. decis. 102. numer. 5. part. 2. diuers.* 109

Et eò magis supradicta conclusio procedit in casu, quod non solum fœmina renuncians fuerit læsa, vltra dimidiam, sed etiam in totum fuerit læsa, vt e. g. mulier, quæ fuit dotata, de bonis paternis tantum, renunciat non solum successioni ipsius patris, sed hæreditati matris, aui, auunculi &c. eo, enim, casu, cum nihil sit consequuta, de bonis maternis, auitis, & alijs in renunciatione expressis, verè dicitur læsa in totum, propterea, renunciatione non obstante, ad successionem maternam, auitam &c. erit admittenda, *Cephal. consil. 142. numer.19. Cacheran. consil.77. num.13. Corn. consil.142. col. 2. Neuizzan. consil. 16. numer. 8. Natt. d. capit. quamuis pactum num. 38. de Pact. in 6. Anchar. cons. 38. col.2. Dec. cons.180. col.3. Eugen. conf. 12. numer. 23. & seqq. Magon. dec. Florent. 18. per tot. Simon de Prat. consil. 150. numer. 24. & seqq. Boss. de dot. cap. 4. §. 6. numer. 66. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Iur. vniu. part. 3. lib. 41. cap.17. numer. 1. Mastrill. decis. 186. numer.16.* optimè *Surd. cons. 393. numer.42. & seqq.* & dicit satis impium, & iniquum esse, quod filia, pro vna dote recepta, renunciet pluribus hæreditatibus, *Bottigl. de succeß. capit. 2. Theor. 96. numer. 1.* cum ibidem allegatis, *Donad. de renunc. succeß. capit. 10. numer. 2. tom. 1. Censal. in consil. 5. post decis. Luc. numer. 14. Altograd. Iun. controu. 23. numer.23.* vbi, quod, eò casu, multò minùs obstat dispositio *cap. quamuis pactum*, quia d. textus loquitur tantum de filia dotata, de bonis eius, cuius hæreditati renunciauit, ob id, non potest comprehendere bona materna, in quibus verè dotata dici non potest; & multis argumentis, hanc opinionem defendit ad fauorem Reginæ Christianissimæ, *auctor libelli, cui titulus, Regin. Christianiss. iura in Ducat. Brabant. & alios ditionis Hispaniarum Principatus pagin. 34. §. 8.* & latiùs *pagin. 40. §.13.* vbi, quod non solum, iure ciuili, sancitum est, sed etiam omnium Doctorum consensu, firmatum, 110 111

non excludi filiam renunciationis pacto, niſi à ſuc-
ceſſione eius, qui de ſuis facultatibus dotem dederit,
112 *& § 14 per tot.* oſtendit hoc eſſe de mente omnium in
legali ſcientia peritorum.

Contrà prædicta, nonnulli tenent, ſcilicet, quod fa-
cta renunciatione a muliere propter dotem datam,
vel promiſſam, non ſit ampliùs de læſione tractan-
dum; ea, enim, quantumuis magna, enormis, & enor-
miſſima, non poteſt ſecundum opinionem Doctorum
de quibus infrà, haberi in conſideratione, ad effectum
annullandi renunciationes iuramento roboratas, vt
113 ſcribunt *Fachin. controu. lib. 3. cap. 24. Kellemb. de re-
nunc. ſucceſſ. d. cap 42. num. 27.* vbi, quod, licet dos filiæ
tradita fuerit minimè, vel planè nulla, valet nihilomi-
nùs renunciatio, nec poteſt ob læſionem retractari,
*Laurent. à Pin. conſ. 68. num. 8. & ſeqq. Hartm. Piſtor.
lib. 4 quæſt. 6. num. 71. verſ. & ſi autem Pnt. in conſ. poſt.
Odd num. 54 & ſeqq. Pappon. Arreſt. lib. 16. tit. 4. arreſt.
3. Marta Medic. exam. 56. num. 82. & ſeqq. Altograd.
conſ. 5. num. 34. & ſeqq. Donat. Anton. de Marin. alleg.
42. num. 14.*

Et rationes, quibus vtuntur, ad firmandum contrà
reſciſſionem contractus, ſunt illæ, de quibus fuit latè
ſupra dictum. Et præcipuè, quia diſpoſitio *cap. quam-*
114 *nis pactum*, habet locum etiam, ſi dos ſit filiæ tradita
longè legitima minor, vt explicat Doctiſſimus *Hart.
Piſt. vbi ſuprà proximè*, aſſerendo, quod licet aliqui
controuerrant; An dos ſit iuxtà quantitatem legiti-
mæ aſſignanda filiæ, omnes tamen conueniunt, quod
vbi dos à patre datur, eo viuente, poſſit eſſe dos mi-
nor legitima. Igitur, in aperto eſt, illum textum lo-
qui, de dote multò minore legitima, & nihilominùs
textus valere diſponit; Sequitur indè nullam, in pro-
poſito, conſiderari læſionem quantumuis dimidiam
longè excedat, ſubiungens id, quod de dolo ibi exci-
pitur, de eo tantum, qui conſultò, & ex propoſito,
committitur, eſſe intelligendum; Neque credibile
eſt tam ignarum rerum fuiſſe Pontificem Maximum,
vt, quæ dotis quantitas, & quam exigua eius por-
tio reſpectu reliquorum bonorum eſſe ſoleat, neſci-
uerit.

Et concluſio eò magis eſt tenenda, quando adeſt
ſtatutum, vt filia, dote ſibi à patre aſſignata, contenta
115 eſſe debeat, vt *Laurent. à Pinn conſ. 78. num. 11.* tunc
enim non poteſt mulier de incongruitate dotis dice-
re, *Alex. conſ. 121. num. 2. lib. 6.* & alij relati per *Fenzon.
ad ſtat. Vrb. cap. 142. num. 32.*

Nec facit pro renunciante, quod ſit dotata tan-
tum de paternis, & renunciauerit paternis, maternis,
& auitis hæreditatibus, quia, quicquid dicant alij ſu-
prà adducti *num.* 110. altera opinio ſuos habet de-
fenſores, quod mulier dotata à patre, renunciando
hæreditatibus plurium perſonarum, non poteſt læſio-
116 nem intentare, quia ſufficit eſſe ab vno dotatam, ad
effectum, vt renunciatio ſubſtineatur, vt probat, *Fa-
chin. controu. lib. 3. cap. 24.* vbi, quod ſi filia maternam
hæreditatem ſit conſequuta, & in ea fuerit dotata,
poteſt renunciare paternæ ſucceſſioni, licet de pater-
nis bonis nihil pro dote habuerit, nec huiuſmodi re-
nunciatio reſcindi poterit ob læſionem pleniſſimè
Kellemb. d. cap. 42. num. 27. Et pro hac etiam opinione
concludit *Mart. Medic. exam. 56. num. 82. & ſeqq.* Et
latiùs, quod, vbi mulier dotata ſit in bonis patris, ſi
renunciet hæreditatibus matris, & aui, auiæ, & auun-
culi, ac alterius perſonæ, ſit valida, nec poſſit reſcindi
ſub prætextu, quod nihil conſequuta fuerit in alijs
bonis renunciatis, tenent *Altograd. d. conſ. 5. num. 34.
& ſeqq. Donat. Anton. de Marin. d. alleg. 42. numer.
34. lib. 3.*

Iſtæ opiniones, ità, ex diametro, diſſidentes, mihi
videntur conciliari poſſe, diſtinguendo, videlicet;
Vel ſumus in renunciatione facta à puellis, in mani-
bus patris, de hæreditate, & ſucceſſione ipſiuſmet pa-
tris, tantum, ob dotem datam, vel promiſſam, &, hoc
caſu, arbitror non eſſe de læſione in ipſa dote tractan- 117
dum, quamquam dos fuerit legitima minor, vel in
medietate, vel in triplo; cum, enim, lex præſumat
nullum amorem vincere paternum, ac pro ea conſi- 118
lium melius nullum capere poſſe quam patrem, *Lu-
douic. dec. Peruſ. 21. numer. 56. & ſeqq. Riminald. Iun.* 119
*conſ. 97. num. 23. Peregrin. dec. 3. numer. 7. Fontanell. de
Pact. nupt. clauſ. 5 gloſſ. 8. num. 24. & 25.* omnes admit- 120
tunt, quod quælibet dos à patre conſtituta, dicatur
congrua, & quod illi viſum fuit competens, non de-
beat alteri contrarium videri, *Caſtren. conſ. 275. num.
6. Cephal. conſ. 502. num. 3. & 16. vol. 4 Theſaur. Iun.
quæſt. for. 43. part. 2. num. 13. Morott. conſ. 34. ad fi-
nem, Rouit. conſ. 36. num. 6. lib. 2. Capyc. Latro dec. 99.
num. 2. & 6.*

Hinc eſt, quod Pater poteſt dotem aſſignare maio-
rem, & minorem legitima, prout placuerit, ac vni fi- 121
liæ dotem magnam, alteri minorem tradere, vt eſt
tex. in auth. res quæ, C. com. de leg. Hodiern. controu. 5. 122
*num. 87. Cyriac. controu. 509. Rot. dec. 88. num. 19. par. 5.
& dec. 198. num. 18. par. 9. rec.* Et vbi dos eſt legitima
minor, non datur actio filię ad petendum ſupplemen-
tum *Riminald. Iun. conſ. 608. num. 31. Peregr. conſ. 22.* 123
*num. 6. vol. 5. Ramon. conſ. 1. num. 1. Merlin. Pignat. con-
trou. cap. 3. num. 4. Buratt. dec. 894. num. 2. Buccaferr.
conſ. 70. num. 11. & 12.* Et ſi hæc procedunt, in caſu,
quod filia dotata nullam renunciationem ad fauo-
rem patris adhibuerit, multò magis erunt obſeruan-
da, attenta renunciatione, ſacramento roborata, &
ſecundum diſpoſitionem *tex. in d. cap. quamuis pactum
de pact. in 6.*

Prædicta tamen ſunt intelligenda, cum grano ſalis;
videlicet, ſi filia viro condigno fuit nupta, & diuiti 124
ſecundum qualitatem, & conditionem eiuſdem, & ſic,
vbi non conſtat patrem malitioſè ſe geſſiſſe, & tam
paruam dotem dediſſe filiæ, vt omninò eſſet incon-
grua, & non conueniens puellis eiuſdem qualita-
tis, vel ob illius fœdam auaritiam, vel ad melioran-
dam alteram filiam, eandemmet filiam renunciantem
collocaſset apud virum vilioris conditionis.

Si, autem, aliter, vel per manifeſtas probationes,
vel per vrgentes coniecturas, appareret, ſcilicet, par-
uitatem dotis prouenisſe à malitia paterna, nempè,
nè ſe diuitijs ſpoliaret, vel magnam conſtitueret do-
tem alteri filiæ, & ſic collocaſset filiam renunciantem
apud maritum, ei imparem, eo caſu, certum eſt, quod
renunciatione non obſtante, poterit renuncians ha-
bere regreſsum ad bona paterna, ac ſi renunciatio in- 125
terpoſita non eſset.

Stat, igitur, omnis difficultas; an congruè ſit do-
tata, & viro condigno nupta, necnè; primò caſu, non 126
eſt ab opinione, primo loco, allata diſcedendum,
quod renunciationes iuratæ non poſſint reſcindi à
fœmellis dotatis, etiam attenta læſione, dummodò
non ſit adeò exceſſiua læſio, per quam dolus manife-
ſtè depræhendatur in patre. Secundò verò caſu an- 127
nullari valeant; Imò optimè perpenſis Doctorum al-
legationibus in materia, apparet hanc diſtinctionem
fuiſse ab omnibus approbatam, nam plerique de
congrua dotatione mentionem faciunt, potiùs quam
læſione, dum aſserunt, quod, vbi mulier eſt con-
gruenter dotata, renunciatio non poſſit reſcindi,
prætextu læſionis, etiam ſi dos multò minor ſit,
quam legitima.

Non verò procedat concluſio, quando apparet de
dotis incongruitate, latè *Surd. conſ. 355. num. 9. Berò
conſ. 49. num. 21. lib. 1. & conſ. 150. num. 25. Cenſal. d.
conſ. 5. poſt dec. Luc. num. 1. 2. Add. ad Buratt. dec. 894.
num. 7.*

num.7. Merlin. dec. 274. nu.6. Et in specie Doctores,
128 qui magis enixè defendunt læsionem non esse atten-
dendam in renunciatione iurata nihilominùs conue-
niunt in hac distinctione, quod, si constat, de incon-
grua dotatione, & quod filia non sit viro condigno
nupta, rescindatur renunciatio, vt benè *Put. d. cons.
post Odd. num.54.* ibi, *Si fuit nupta cum dote condecenti
secundum morem regionis marito condecenti, licèt dos,
qua mediante renunciauit sit minor legitima, non potest
conqueri;* & allegat *Crauett.* semper in hac opinione
constantem, & ità etiam sentit *Couarr. d.cap. quam-
uis pactum, 3.par.num.3. Kellemb. de Renunc. success.d.
quæst.42. num.27.* vbi post firmatam conclusionem
contrà rescissionem renunciationis ob læsionem
subiungit; *maximè si coniugem sibi, quoad statum, &
dignitatem conuenientem consequuta fuerit, & qui tan-
tas possideat opes, quæ oneribus matrimonij substinendis
sufficiant,* & latiùs explicat suam opinionem idem *Kel-
lemb. in append. contrà Museulum ad quæst.42. per tot.*

Et quamuis hanc opinionē reijciat *Altograd.d.con-
trou.24.num.23.* increpans *Dec in cons.26.num.4.vers.*
129 *Si verò mulier*, quod ausus fuerit tueri nostram sen-
tentiam, asserendo, quod quando fœmina iam est
viro condigno nuptui tradita, vlteriùs de congrua,
vel incongrua dotatione quærendum non sit. Ni-
hilominùs, pace *D. Altogradi* doctissimi viri, vbi
agitur de dote ab ipsomet patre assignata in proprijs
bonis, & pariter fuit renunciatum solum paternæ hę-
reditati, & filia nupta viro condigno, & iuxta quali-
tatem, & morem familiæ consimilis conditionis in ci-
uitate, non discederem à nostra supradicta distinctio
ne, nisi constaret de malitia patris, & circumuen-
tione filiæ, vt dixi: Nec apud me facit obiectum,
quod dos est propriæ filiæ patrimonium, ex quo ma-
ritus onera matrimonij ferre possit, & mulier eodem
matrimonio soluto, se suamque familiam alere, &
secundas etiam nuptias contrahere valeat. Quia,
quoad interesse viri, si ei placuit nubere cum pauca
130 dote, illi non fuit facta iniuria, & dum supponimus
fuisse nuptam viro condigno, potest de suis proprijs
bonis onera matrimonij perferre.

Quo, vero, ad filiam pariter, si cum iuramento re-
131 nunciauit successioni paternæ, ob dotem ei traditam,
fecit actum à principio voluntarium, nullo cogente,
qui postea, mediante conuentione iurata, fuit effe-
ctus necessarius, à quo non licet ampliùs resilire, &
si omnes admittunt, quòd, vbi constat mulierem fe-
cisse renunciationem animo donandi, non datur am-
pliùs regressus ad bona renunciata, etiam si adsit
enormissima læsio, vt infrà videbimus; ita, in casu
132 nostro, etiam si facta fuerit renunciatio cum expres-
sione donationis, quia, tamen, facta fuit cum appro-
batione iuris Canonici, mediante iuramento non po-
terit rescindi, & annullari quocumque prætextu, nisi
ob dolum, & malitiam renunciatarij, vt comprobat
etiam *Kellemb. vbi suprà d.quæst.42.num.31.*

E contra, vero, si apparet de incongrua dotatione,
& quod pater malitiosè se gesserit in assignanda do-
te, ac ob tenuitatem illius viro inferioris conditionis
nupserit propriam filiam, tunc certum est, quod non
habet locum dispositio *d. cap. quamuis pactum*, quia
renunciatio, tanquam dolosè obtenta, nihil operatur,
133 vt latè *Honded. d. consil. 29. num. 15. & 16.* & tenent
omnes supracitati.

Nec est facienda vis, super statuto disponente,
quòd mulieres esse debeant dote contentæ. Nam sta-
tutum est intelligendum, quando ex facto contrarium
134 non apparet, secùs, quando constat filiam incongruè
dotatam fuisse, tunc, enim, cessat dicta conclusio;
quia illa est fundata in sola præsumptione à lege in-
ducta, ex qua pater congruè filiam dotare, & bonum
consilium pro ea capere præsumitur: Et per conse-
quens, si, ex facto, contrarium apponeret, filia con-
tra paternam dotationem est audienda, *Barz dec.29.* 135
*num.37. Mascard. de General. stat. interp. concl.3.num.
128. Cyriac. controu 90. num.9. & controu.391. num.5.
Gratian. Discept. for. cap.148. num.13. Capyc. Latro dec.
99. num.22. Fontanell. de Pact. Nupt. claus.5. gloss. 8.
par.1.num.30. & seqq. Altograd. Iun. controu.23. num.
34. & controu.24. num.20.* & latè *Fenzon. ad stat. Vrb.
cap.141. num. 35. 36.* vbi, quod contraria opinio ha-
bet locum in læsione, non tam considerabili: quando
verò læsio est in magno excessu, ita vt pater arguatur
de dolo, hæc vltima procedit.

Diximus non esse locum rescissioni contractus re-
nunciationis, ob læsionem, nisi constet de incongrui-
tate dotis, & quod pater dolo induxerit propriam
filiam ad renunciandum ipsius successioni. Nunc est
consideratione dignus, alter casus, scilicèt, quando
pater ob dotem datam, vel promissam filiæ reportat
renunciationem, non solùm in bonis suis, sed etiam
in bonis maternis, auitis, &c. Et tunc est aduerten-
dum, quomodo sit concepta formula dotationis per
patrem filiæ factæ in actu renunciationis.

Si quidem, si pater dicat se dotare filiam, de bonis
suis, & maternis, & propter dictam dotem filia re-
nunciet successioni patris, & matris; si dos adeò
tenuis est, vt tantum sit congrua, habito respectu ad
bona paterna, non verò ad bona matris, renunciatio 136
est nulla, & potest tanquam læsiua rescindi. Nàm,
cum pater teneatur, de proprio, filiam etiam diui-
tem dotare, *l. fin. C. de Dot. promiss. Boer. dec. 130.* 137
num.8. Surd. de Alim. tit.6. quæst.15. num.11. Dotatio,
per eum, facta præsumitur de proprijs bonis, & non
de maternis, & sic, cum de bonis maternis nihil con-
sequuta sit femina renuncians, potest allegare nulli-
tatem renunciationis, vtpotè in totum læsiuæ, vt
benè *Ancharan. cons. 39. Suar. cons. 393. num. 42.* 138
*Mastrill. dec. 186. per tot. Honded. cons. 29. num. 15.
& seqq. Bottigl. de success. cap.2. Theor. 96. in princ.
Donad. de Renunc. cap.10. Altograd. Iun. d. controu.23.
num.8. & seqq. Faber. de Error. Pragm. decad. 13.
error.7. per tot.* Et locum habet huiusmodi conclusio,
quamuis pater expresè protestatus sit, dotare filiam
de suis bonis, & maternis; quia nihilominùs lex prę- 139
sumit fuisse traditam dotem tantum de paternis, &
non maternis, vt est textus *in l. fin. C. de dot. promiss.* 140
*Ludou. dec. Perus. 21. n.16. Donad. de Renunc. lib.1. c.10.
num.8. Mynsing. obseru.85. cent.2. Mastrill. d. dec.186.
num.1. Boss. de Dot. cap.4. §.6. num.66. pag.135. Barbos.
par.4. l.1. ff. solut. matrim. num. 154.* vbi, quod dictio,
Et, eo casu, non dicitur copulatiuè posita, sed potiùs 141
designat ordinem, vt, quod primo loco expressum
est, præcedat, & id, quod sequitur, veniat in subsi-
dium, & pleniùs *Bottigl. d. cap.2. Theor.96. num.2.*

Et similiter talis regula procedit, etsi pater expres-
sè declarauerit dotem dedisse, partim ex bonis pa-
ternis, & partim ex maternis: quia semper præsumi- 142
tur intellexisse, quod priùs sit dotata de bonis ipsius
patris, & in subsidium de maternis, vt latiùs ostendit
*D. Altograd. d. controu.23. num. 9. & seqq. Paschal. de
Patr. potest. par.2. cap.6. num.5. circà medium.* Vbi ve-
rò pater expresè declarat dotem assignare de bonis
maternis, vel tantùm de paternis, & tantùm de ma- 143
ternis, vtpotè centum in paternis, & totidem in ma-
ternis, tunc, quia expresè constat de mente patris
nulli dubium est, quòd attenditur declaratio patris,
nec alia sit coniectura, cum de eius constet expressa
mente, *Mastrill. d. dec.186. num.7. Barbos. d. par.4. l.1. ff.
solut. matrim. num. 157. versic. hanc secundam, Mart.
Medic. exam.56. nu.70. Boss. de Dot. cap.4. §.6 nu.72.* &
facit optimè *Rot. in dec.276. & dec.371. par.10. recent.*

Tunc,

Tunc, quia cum mulier non poſſit dicere, quod
nihil ſit conſequuta in maternis bonis, valet renun-
144 ciatio, nec poteſt reſcindi, vt firmat idem *Mart. Medic.*
vbi ſuprà num.73. Kellemb.d.quæſt.42.num.56. Et, in
his terminis, ſunt intelligendi, *Donat. Anton. de Ma-*
rin. d. alleg.42. num.14 Faehin. controu.lib.3. d.cap.24.
Dummodo, tamen, dos non ſit incongrua, & nimis
modica, habito reſpectu, ad conditionem fęminæ re-
145 nunciantis; vel non appareat de dolo patris, tunc,
enim, indiſtinctè renunciatio nulla erit, *Mart. Medic.*
d. exam. 34. num. 84. Kellemb. vbi ſuprà, num. 50. &
ſeqq.

Et licet, hoc caſu, filia, nihil, aut parum de bonis
patris ſit conſequuta, nihilominùs, quia fuit con-
gruenter de alijs bonis dotata, & ſpontè renunciauit
ad fauorem patris, valet renunciatio, vt oſtendit *Kel-*
lemb.d.cap.42. num.46. in fine, Altograd. Senior d.conſ.
50.num.39.40.lib.1. Rot.d.dec.276.num.7. & ſeqq.par.
10. recent.

Nec obſtat obiectum, quod pater tenetur dotare
filiam etiam diuitem, & habentem aliundè dotem; vt
per Doctores allegatos per *Mart. Medic.dec.57. nu.4.*
& alios, qui cumulati poſſent; nam habet locum hu-
146 iuſmodi concluſio, renunciatione ſemota, non verò,
vbi mulier cum ſolemnitatibus opportunis, & iura-
mento adhibito renunciauit, & ſe vocauit contentam
dote ſibi aſſignata.

Et hæc, apud me veriſſima ſunt, quando agitur de
147 renunciatione iuris nondum delati, quia, vbi tractatur
de hæreditate iam filiæ debita, videlicet, poſt mortem
matris, aliter ſe res habet, vt optimè oſtendit *d. Auctor*
Libell. Regin. Chriſtian. iur. in Duc. Brab. &c. in 3. concl.
§. 1. pag. mihi 72. & Donat. Anton. de Marin. d. alleg.
42. num. 13. & 14. cum alijs ſupra cumulatis, vt ex-
plicat *Altograd. Iun. d. controu. 24. num.38.* aſſerens,
quod dum firmauit renunciationem poſſe reſcindi ob
læſionem enormiſſimam, licet dos forſan poſſet dici
congrua, intellexit, quando fuit facta renunciatio de
iure iam quæſito; Et licet *Kellemb.* contrarium defen-
dat *quæſt.42.num 49.* ei non aſſentior; quia, eo caſu,
148 non poteſt fieri fundamentum ſuper *cap. quamuis pa-*
ctum, de pact. in 6. diſponente de hæreditate nondum
delata, vt *idem Auctor Libelli ſupradicti loco cit.* pro-
pterea remanent renunciationes iuris delati, in eodem
ſtatu, in quo ſunt alij contractus, qui poſſunt reſcindi
per *tex. in l. 2. C. de reſcind. Vendit.*

Quærunt, vlteriùs Doctores, in propoſito noſtro,
149 quomodo ſit læſio computanda in materia, videlicèt;
an habito reſpectu ad totam hæreditatem renuncia-
tam, vel potius ad legitimam, vel ad dotem.

Multi dicunt læſionem eſſe æſtimandam, habito
reſpectu, ad totam hæreditatem ab inteſtato renun-
150 cianti competentem; quia renunciatio aufert com-
modum ſucceſſionis, & ideò ſecundum ſucceſſionem
ab inteſtato eſt calculanda læſio, *Zucchar. in l. pactum*
dotali, C. de Collat. Corn. conſ.291.num.12. circà finem,
vol.4. & alij relati per *Kellemb.d.quæſt.42.num.2.*

Alij diſtinguunt inter renunciationem patri factam,
& inter renunciationem ad fauorem fratrum. Primò
caſu, aiunt, læſionem, reſpectu legitimæ, eſſe calcu-
151 landam; nam pater eſt tantum obſtrictus ad filios in
legitima inſtituendos, non in alio; ob id legitima
tantum eſt in conſideratione habenda, in præſenti
caſu; In fratribus, verò, quia fęmina, de iure com-
muni pariter, cum eis ad ſucceſſionem paternam vo-
152 catur, *§. 1. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* omnia
bona, & ſucceſſio paterna in tota hæreditate ſunt ha-
benda in conſideratione, vt latè oſtendunt allegati ab
eodem *Kellemb. vbi ſuprà num. 2.*

Ego, tamen, exiſtimo, quod prædicta iura proce-
dant, vbi tractatur de renunciatione facta à maſculo,
qui ſi eſt læſus in ſua legitima, poteſt renunciationem
annullare; Quando, verò, ſumus in fęmina renun-
ciante, neque ratione legitimæ, nec totius ſucceſſio-
nis eſt calculanda læſio, ſed tantum eſt inſpicienda
ipſa dos, eiuſque congruentia, ita, vt, licèt mulier,
reſpectu legitimæ portionis, poſſet dici enormiſſimè 153
læſa, ſi tamen, reſpectu congruæ dotis, enormiſſima
læſio non interuenit, & valet, omninò, renunciatio,
plenè *Bero. conſ.49. num.26. lib.1. Add. ad Buratt. dec.*
894.num.8. Hartm. Piſt.lib.4.quæſt.6.num.77. ibi, *Si*
filia propter dotem renunciaſſet, non tum conſiderandum
eſſet, quid in bonis habuerit pater; ſed an congruè dota-
ta ſit, & ſi congruam dotem percepit, neque in ea ſit
læſa enormitèr, tum non ampliùs curandum, licet habito
reſpectu ad bona paterna læſa videri poſſit, quia non in
dote læſa eſt: Sic quando propter legitimam renunciauit 154
potiſſimè conſideratur, an in legitima læſa fuerit, non at-
tentis reliquis bonis, quibus renunciauit: optimè *Kel-*
lemb. d.quæſt.42.num.3. & rationem aſſignat, quia per
cap. quamuis pactum, filia ſimpliciter, nulla habita
ſucceſſionis ratione, ob ſolam dotem excluditur:
Propterea, cum dos, quaſi pretij loco puellis, vice
ſucceſſionis conſtituatur, non de ſucceſſione curan-
dum eſt, ſed de dote.

Quando verò mulier renuncians conſequi non po- 155
teſt dotem ſibi aſſignatam integrè, tunc ſemper eſt
reſciſſioni locus, *Rot. dec.130. par.10. rec. Spad.conſ.*
137.num.17. & ſeqq. lib.3. vbi quid, ſi conſequitur do-
tem, ſed non liberam, *Donat. Anton. de Marin. cap.166.*
lib. 2.

Concluſio principalis ſupra firmata, quod renun-
ciationes futuræ ſucceſſionis annullari poſſint ob læ-
ſionem enormiſſimam, limitatur in caſu, quod appa- 156
ret, fuiſſe factam animo donandi; quia, eo caſu, neque
ob enormiſſimam læſionem poſse reſcindi, dixerunt
Anchar. conſ. 433. in fine, Hartm. Piſt. lib. 4. quæſt. 6.
num.74. Gabriel. conſ.156. in fine, Gallerat. de Renunc.
lib.3.cap.2.num.53. verſ declara, Bero. conſ.49.num.24.
lib.1. Cancer. var. de Renunc. cap.15. num.223. Bottigl.
de ſucceſſ Theor 97. num.1. & ſeqq.

Et ratio eſt, quia, cùm donatio proueniat ex libera- 157
litate, in ea non attenditur læſio, vt etiam firmauit
Rot. in Imolen. Dotis 16. Martij 1665. coram bo. me. Ve-
roſpio, poſt tract. dec.182. num.9.

Verum tamen eſt, quod ad hoc, vt habeat locum
ſupradicta concluſio, neceſſe eſt, vt renunciatio fiat
gratis, nullo accepto, per illum, cui renunciatur, &
donatur, alias ſecùs erit.

Primò, enim, caſu, ſcilicet, quoties filia, nullo pe-
nitùs accepto, renunciauit, conſtat manifeſtè animo 158
donandi fuiſſe renunciatum; & propterea non atten-
ditur læſio, vt vidimus, & in ſpecie probat *Hartm.*
Piſt.d. lib.4. quæſt.6. num.75. cum alijs ibidem cumu-
latis.

Quando verò fit renunciatio, reſpectu alicuius da-
ti, ſeu promiſſi, per eum, cui renunciatur, reſcindi-
tur, ſi eſt læſiua renunciatio, vt habetur ex *Bartol.* 159
conſ.90. num.2. lib.1. vbi quod, quando aliqua dona-
tio, ſeu iurium remiſſio fit etiam per minorem ex me-
ra liberalitate, non reſpectu alicuius dati, vel recepti,
non habet locum, *l.2. C. de Reſcind. Vendit.* Secùs, ſi
fiat, reſpectu alicuius recepti, ſeu remiſſi, quia tunc
eadem lex præſumit, quod donans, ſeu renuncians,
æſtimauerit illud, quod recepit eſſe æquale rei, per
eum, donatæ, ſeu renunciatæ, & quod aliàs non do-
naſſet, ſeu renunciaſſet, benè *Cancer.* & alij per eum
allegati *d.lib.3. cap. 15. num. 228. & ſeqq.* vbi, quod
talis donatio, conſiderato effectu, non donatio pro-
priè, ſed contractus innominatus dicitur, *Honded.*
conſ. 42. num. 24. lib. 1. & latiùs *Bottigl. de ſucceſſ. d.*
Theor.97.num.3. verſ. quæ tamen, plenè *Menoch. conſ.*

412.num.47. quem refert, & sequitur Gallerat. de Renunc. vbi suprà num.54. circà finem.

Hartm. Pist. d.lib.4.quaest.6.num.52. versic. Denique,
putant nullam esse habendam rationem laesionis, etiã
160 in casu, quod renunciatio sit correspectiua propter
dotem, eo quia residuum censeatur donatum, ex mera
liberalitate, &c. dum renuncians, omni suo iure se
abdicare voluit; & quamquam idem renuncians aliquid receperit, illud pro causa finali habendum non sit; sed quia residuum liberum remaneat ei, cuius fauore fuit facta renunciatio; Nihilominus contraria opinio, vti aequior, & magis communiter ab interpretibus firmata, est tenenda.

Imò, quamquam ipsemet Pist. d. loco, reijciat di-
161 stinctionem, quam afferunt nonnulli inter donationẽ
indiscretam, & discretam, & praecipuè Ruin.cons.60.n.25.vol.3. & consil.107.n.15.vol.1. Gabriel.cons.156.nu.29.vol.1. vbi, quod, quando in donatione adest enormissima laesio, & nimis est excessiua donatio, potest rescindi, asserendo, vim iuramenti talis esse efficaciç, vt non possit haberi ratio de quacumque immodica, & nimis excessiua laesione.

Tamen in hoc dictum Hartm. non laudo, praecipuè,
162 dum agitur de donatione facta à minore, quae, cùm
de facili possit esse dolo inducta, ad donandum, ob enormissimam laesionem, potest eius renunciatio, & donatio annullari, & tamquam à non volente facta, rescinditur, vt latè Magon. dec. Florent. 18. per tot. Honded.cons.29.num.46. Thesaur.dec.66.nu.3. Cancer. var.d.cap.15.de renunc. num.225. vbi, quod huiusmodi sententia fuit pluries seruata in iudicando, Mandell. cons.77.num.22. Fontanell. de Pact. Nupt. claus.4.gloss. 18.par.3.num.32. & seqq. Capyc. Latro cons.45. Bottigl. de successi.cap.2.Theor.98.num.4.

Illud autem est certum, quòd, quando renunciatio
fit à filia propter dotem, dos efficitur ipsius filiae patri-
163 monium, nec reuertitur, licèt pater praemoriatur, Thomat.dec.185.num.30.par.. Rot.dec.110. num.23.par.8. rec. & alijs decisionibus Rotalibus omissis, idem fuit firmatum in Romana Pecuniaria 8. Iunij 1665. coram Reuerendiss. Albergato, post tract.dec.17.num.15.

Praetereà limitatur, etiam principalis conclusio, de
qua suprà, vt renunciatio, vbi adest laesio enormissima
possit rescindi, in casu, quod facta sit à foemina ob
164 ingressum in religionem. Tunc, enim, indistinctè
tenent omnes non posse praetextu laesionis, annullari, dummodò monasterio sit data eleemosyna pro dote, ab alijs monialibus communiter assignari solita, Bartol. l.fin.num.7. & seqq. C. de Pact. Curt. Sen. cons. 27. & cons.80. Molin. lib.2.de Primog. Hispan.cap.3. num. 27.Surd.de Alim.tit.1.quaest.37.num.11.Michal.de Fratrib. par.3. cap.12.num. 94. Gallerat. de Renunc. lib. 3. cap.2. num.54.vers.declara, Thesaur.lib.2.quaest.56. nu. 11.Merlin.Pignatell.controu.tom.1.cap.3.per tot.benè Rot. coram Pen. dec. 479. num. 18. & 19. vbi reddit rationem, quòd, quando talis monialis fuit compe-
tenter dotata, non obstante, quod laesio esset proba-
165 ta, non habetur in consideratione ad annullandam
renunciationem. Nam talis filia monialis, non potest dici enormiter laesa, si accepta dote competente, monasterium sit ingressa, renunciando maternae, & paternae haereditati; cum enim ipsa, religionem profiteri velit, nulloque alio, quam dote competente, indigeat, si dos competens eidem, secundum eiusdem, ac monasterij qualitatem, & consuetudinem assignata fuerit, in nullo laesa dici poterit, quamuis aliàs parentum bonis consideratis, enormiter laesa videatur, & concordat alia Decisio coram eodem dec.350. nu. 4. 5. Duran.dec.125.num.14. Mastrill. dec.65. num.22. Altograd.Iun. controu.24.in fine, Barbat.de diuis. fruct. par.2.cap.2. num.87. Gratian.Discept.for. cap.568.num. 11. Cancer. variar. cap.15. num. 213. lib. 3. Bottigl. de successi. d. Theor.97. num. 7. latissimè Pasqualig. quaest. Moral. quaest.42. per tot. eadem Rot. in Bononien. Donationis 22. Maij 1660. coram Eminentiss. D. Cardinali Celso, & in Ariminen. Donationis 22. Maij, eiusdem anni coram R.P.D. Priolo, post Tract.dec.139. & rursùs in eadem Bononien. Donationis 17. Iunij 1661. coram R.P.D. Beuilaqua dec. 32. post Tract.

Insuper talis conclusio potest limitari in eo, qui est
maior, & scit valorem rei renunciatae, tunc, enim, 166
non videtur posse allegare laesionem fraudolentam,
& dolosam, quia volenti non fit iniuria; & quod
scienti rei valorem non detur actio rescissoria, ob lae-
sionem, est text. in l. creditor, §. si venditor, ff. de Edil. 167
Edict. l. si quis donationis, & l. demum, de contrah. empt. Bald. l. 2. num. 21. & ibi Bartol. num. 14. C. de rescind. vendit. Roman. singul. 475. num. 4. Alexand. consil.127. lib.1. Crauett. consil. 151. num. 25. Castren. consil.186. num.2. Dec. consil.583. num.1. Menoch. cons. 496. num.88. Bonden. collect. legal.31. num.41. Cyriac. controu. for. 68. num.10. Scacc. de Commerc. & Camb. §.1. quaest.7. ampl.10. par.2. num.6. Vrceol. controu. for. cap.3. num.13. Turre de Cambijs, quaest.25. disp.1. num.3. Rot. decis. 125. num. 7. & dec. 586. num. 13. par.5. rec. maximè, si renuncians petierit ipsam dotem, vel aliquid aliud, & ob id renunciauerit Rot. decis.580. num. 14. par.4. rec.

Et si renuncians approbet contractum, vel, per ali-
quod tempus, non apponat, quo casu, renunciare
videtur facultati, quam habet opponendi laesionem, 168
vel aliam exceptionem, optimè Bartol. in l. Iulia, §. si quis, ff. de act. empt. Castren. consil. 385. ad finem, lib.2. benè, & latè Merend. controu. lib.1. cap.34. num. 5. Surd. cons. 43. num. 6. & consil. 104. num. 1. Altograd. cons.1. num.18. & seqq. lib.1. & admisit Rot. d. dec. 182. post tract. num.12.

Sciendum est etiam, id quod dictum fuit renuncia-
tionem posse rescindi ob immodicam laesionem, esse
intelligendum, quatenus renunciatarius nolit sup-
plere vsque ad quantitatem congruam; nàm ob lae-
sionem non rescinditur renunciationis contractus, 169
sed integrum est ei, cui facta fuit renunciatio iustam aestimationem soluere rei in conuentionem deductae, ita vt, si in dote, vel legitima sit laesa renuncians, si congrua dos, & legitima integra persoluitur, in reliquis renunciatio subsistit, vt benè firmat Didac. d.cap. quamuis, par.3. cap.4. num.7. vers. vndecima con-
clusio, quem sequitur Hartm. Pist. d. lib.4 quaest.6. nu.78.
vbi, quod, hoc est proprium eius rescissionis, quae ex 170
laesione contingit, vt quoties soluitur id, in quo, quis laesum se esse probat, contractus per se firmus manet, vt ex l. 2. C. de rescind. vendit.

Et latiùs, quòd laesus non possit agere ad rescissionem contractus, si laedens velit restituere pretium, in quo consistit laesio, dixit etiam Fontanell. dec. 420. num. 6. & priùs fuit dictum à Bartol. l. 2. C. de rescind. vendit. num.16. & ibi Bald. num. 35. Mascard. de Probat. concl.1225. num.11. Abb. in cap. cum dilecti, de Empt. & vendit. Couarr. in cap. quamuis pactum, d.par.3. cap. 4. concl. 11. de Pact.

Hoc, tamen, non habet locum, quando laesio est
vltra duas ex tribus partibus, tunc enim, datur
actio ad rescissionem, vt probant Cagnol. l.2. num.81. 171
C. de rescind. vendit. Faber in Cod. lib.4. tit.30. defin. 3. Fontanell. dec. 64. num. 2. & firmauit Rot. in Romana Transactionis 28. Iunij 1660. coram bo: me: Verospio, & est decisio alterius confirmatoria 19. Aprilis eiusdem anni coram eodem, & pleniùs in Imolen. Bonorum 7. Maij 1668. coram Eminentiss. D. Cardinali Carpineo, in princ. tamen Hartm. Pist. non tenet absolutè hoc, sed relinquit cogitandum.

Et

Et tandem, pro complemento, eſt videndum; An renuncians antequam agat, pro reſciſſione contractus, neceſſe ſit, vt priùs iuramenti relaxationem obtineat.

Negatiuam, quod, nulla impetrata iuramenti relaxatione, poſſint agere renunciantes ad reſciſſio-
172 nem contractus, vbi adeſt læſio enormiſſima, defendunt *Cagnol. l. 2. num. 98. C. de reſcind. vendit. Neuizzan. conſ. 21. num. 5. 6. Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 21. num. 16. Maſtrill. dec. 90. num. 10. Gaill. lib. 2. Obſeru. 147. num. 10.* & plures alij allegati à *Bottigl. vbi suprà Theor. 99. num. 2.* & articulo benè diſcuſſo, *Anton. Faber. de error. pragmat. decad. 13. error. 7. per tot.* & ſecundum hanc opinionem concludit etiam *Kellemb. de renunc. ſucceſſ. d. quæſt. 42. num. 78.*

Affirmatiuam, quod neceſſe ſit hanc abſolutio-
173 nem petere, antequam agatur ad reſciſſionem contractus, tenent *Afflict. deciſ. 322. Couarr. d. cap. quamuis pactum, §. 3. num. 3. Fachin. lib. 8. controu. cap. 69. Pariſ. conſil. 45. num. 62. lib. 1. Michalor. de Fratrib. part. 2. cap. 12. num. 93. Guttier. in Auth. ſacramenta puberum, num. 46.* quem ſequitur *Hartm. Piſt. d. lib. 4. quæſt. 6. num. 79.* & magna Doctorum copia relata per *Bottigl. vbi ſuprà num. 6.*

Ego à prima opinione, non diſsentirem, non tantum, ex rationibus ſubtiliter cumulatis per *Fab. d.*
174 *error. 7. num. 3. & ſeqq. & Kellemb.* adductis *d. num. 78.* quod hic, ob læſionem enormiſſimam, non præſumatur adfuiſse conſenſum, ob id iuramentum nullum robur poſse addere; Sed, quia *cap. quamuis pactum, de Pact. in 6.* quod dat validitatem huic pacto à iure ciuili improbato, mediante iuramento, excipit caſum, vbi dolo, vel vi, fuit extortum; meritò, cum ſupponamus dolum in renunciatario, & metum in
175 renunciante, certum eſt, quod contractus etiam ex diſpoſitione iuris Canonici cenſetur nullus, propterea iuramentum nihil operatur.

Verùm, quia, hoc non obſtante, dum agitur de
176 periculo animæ tutior via eſt eligenda, ego quoque laudo, vt priùs petatur iuramenti relaxatio ſaltem ad cautelam, quæ nocere non poteſt: & ſic conclu-
177 dit etiam *Kellemb. vbi ſuprà, quæſt. 42. in fine, Simon. de Præt. conſ. 150. num. 53. Altograd. Iun. controu. 23. num. 22.* licèt aliàs contrariam opinionem veriorem appellent.

Eſt tamen notandum, quòd, vbi agit hæres renunciantis, nullatenus relaxatio eſt petenda, quia periurium ad hæredes non tranſit, vt latè aliàs diximus,
178 & firmat in propoſito *Bottigl. de ſucceſſ. d. Theor. 99. num. 12.* vbi alia plura de huiuſmodi iuramenti relaxatione.

An verò exceptio læſionis, quæ prætenditur in renunciatione interueniſse, impediat executionem
179 ipſius inſtrumenti renunciationis; fuit diſputatum in *Rota in Imolen. Dotis 16. Martij 1665. coram bo: me: Veroſpio dec. 182. num. 10. poſt Tractatum:* & concluſum negatiuè, ſed quod debeat reſeruari ad petitorium.

* * *

CAPVT XXVII.

Renunciatio futuræ ſucceſſionis, an poſſit reſcindi, quando fuit, metu facta. Plura de diuiſione metus; Qualis eſſe debeat, ad annullandum actum. Præcipuè verò an metus reuerentialis ſufficiat Quando talis reuerentialis metus præſumatur. Et an ſufficiat probare minas in genere, vel in ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
2 *Validum eſt argumentum à contrario ſenſu.*
3 *Renunciatio metu extorta eſt nulla.*
4 *Renunciatio requirit conſenſum pro vtraque parte.*
5 *Conſenſus deficit in actu per vim, & metum celebrato.*
6 *Vis differt à metu.*
7 *Vis, & metus confunduntur in renunciatione.*
8 *Metus ad reſcindendam renunciationem debet eſſe iuſtus.*
9 *Metus debet eſſe qualitatis, vt cadat in conſtantem virum.*
10 *Metus regulatur iuxtà ſubiectam materiam.*
11 *In renunciatione mulieris ſufficit, vt metus cadat in conſtantem mulierem.*
12 *Dum agitur de minore ſufficit, vt cadat metus in conſtantem minorem.*
13 *Metus eſt duplex, nempè coactio conditionalis, & abſoluta.*
14 *Coactio abſoluta quæ ſit.*
15 *Coactio conditionalis quæ.*
16 *Metus amiſſionis bonorum an annullet actum.*
17 *Blanditiæ, & preces quando indicant metum.*
18 *Metus reuerentialis qui ſit.*
19 *Metus reuerentialis annullat actum.*
20 *Ex nimia reuerentia debita per libertum patrono naſcitur inualiditas promiſſionis.*
21 *Tex. in l. 1. §. quæ oneranda, ff. quar. rer. act. detur explicatur.*
22 *Furtum committitur in inuitum.*
23 *Tex. in l. penult. ff de furt. perpenditur.*
24 *Metus reuerentialis ad annullandam renunciationem non ſufficit.*
25 *Doctores tenentes valere renunciationem non obſtante metu reuerentiali.*
26 *Metus reuerentialis conſideratur in filia erga patrem.*
27 *Ex ſola præſentia patris præſumitur.*
28 *Renunciatio, eſt nulla, quando vltrà metum reuerentialem aliquid aliud inualidans contractum adeſt.*
29 *Et præcipuè quando adſunt minæ, vel verbera.*
30 *Sola reuerentia patris non ſufficit ad annullandum actum.*
31 *Rurſus explicatur textus in d. §. quæ oneranda, ff. quar. rer. act.*
32 *Tex. in d. l. 1. ff. de furt. pariter explicatur.*
33 *Metus arguitur ex inueriſimilitudine actus.*
34 *Aliquando metus reuerentialis annullat contractum.*
35 *Qui actus ob metum reuerentialem annullari poſſint.*
36 *Metus reuerentialis ſufficit accedentibus minis.*
37 *Qui ſit metus concuſſionis.*
38 *Reprobantur Doctores tenentes non valere renunciatio-*

ciationem ob metum reuerentialem.

39 *Cum metu reuerentiali sufficit læsio enormis ad annullandam renunciationem.*

40 *Burgos de Pax. conf. 5. num. 7. reprobatur.*

41 *In omni materia annullatur actus, quando cum metu reuerentiali concurrit læsio.*

42 *Item quando concurrunt minæ, vel verbera.*

43 *Quando cum læsione concurrit metus reuerentialis actus rescinditur, licet factus in præsentia consanguineorum, & iudicis decreto.*

44 *Et etiam si expressè exceptioni metus fuerit renunciatum.*

45 *Præsumptio est pro validitate actus, quando fuit factus in præsentia consanguineorum, & iudicis decreto.*

46 *Metus excluditur per iudicis præsentiam.*

47 *Et ex clausula, liberè, & cum iuramento.*

48 *Renunciatio propter ingressum in religionem, ob metum non rescinditur.*

49 *Metus reuerentialis præsumitur in actu facto in præsentia partis.*

50 *Sed contra, quod non præsumitur, nisi probetur.*

51 *Delictum non præsumitur.*

52 *An in genere, vel in specie, minæ sint probandæ.*

53 *Traditur in materia pulchra distinctio.*

54 *Metus quomodo probetur.*

55 *Petens rescissionem renunciationis, an teneatur petere absolutionem à iuramento.*

56 *Intentans rescissionem tenetur petere absolutionem à iuramento.*

57 *Contrà quod non requiratur absolutio.*

58 *Sed secunda opinio est verior, quod non requiratur absolutio.*

59 *Differt renunciatio ab alijs contractibus in materia petendi absolutionem à iuramento.*

60 *Metus exceptio an possit opponi ad impediendam executionem instrumenti.*

HÆc quæstio, quoad primam partem deciditur à
textu Canonico in sępè allegato *cap. quamuis*
pactum, de Pact. in 6. vbi, disponitur, valere, de iure
Canonico, renunciationem, à filia dotata, factam,
cum iuramento, dummodò fiat sine vi, & dolo, ibi,
Sed si est iuratum sine vi, & dolo, & detrimento alte-
1 *rius tenet, & est seruandum*, ergo à contrario sensu,
est nullum, quando continet vim, & metum, nàm con-
trariorum eadem est disciplina, *l. 1. ff. de his, qui sunt*
sui, vel alien. iur. l. fin. ff. de leg. 3. l. Et si contrà in fine,
ff. de vulg. & pupill. §. 1 Instit. de tutel. Et validum in
2 iure est argumentum à contrario sensu, *l. tale pactum,*
§. fin. ff. de pact. cum similibus. Propterea renuncia-
tionem metu factam minimè valere, & posse rescindi,
tenent communiter Canonistæ ad hoc Capitulum, &
3 præcipuè, *Couarr. par. 3. §. ... num. 2. Auendan. de Met.*
lib. 2. cap. 13. per tot. Barbos. d. cap. quamuis pactum, num.
13. Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 6. num. 68. Galerat. de Re-
nunc. lib. 1. cap. 25. num. 55. & lib. 3. cap. 11. num. 13.
tom. 2. Paul. Christin. dec. 51. num 15. tom. 1. Altograd.
cons. 1. num. 53. & 54. tom. 1. Spad. cons. 269. num. 23.
tom. 1. Bottigl. de success. Theor. 83. num. 1. Donad. de
renunciat. cap. 1. num. 28. Altograd. Iun. controu. 23.
num. 44.

Ratio, quare *d. cap. quamuis pactum*, excipit renun-
4 ciationem meticulosam, ea potest esse, quod renun-
ciatio, ex vtraque parte, requirit consensum, *Alciat.*
l. conditionis, num. 25. C. de Pact. sed propter metum,
5 & vim deficit consensus, *l. nihil consensui, 116. ff. de*
reg. Iur. ergo, iure merito, renunciatio, metu extor-
ta, valere non potest, vt latiùs explicat *Capon. de*
6 *Pact. quæst. 58. num. 1. Donad. de renunc. cap. 1. num. 29.*
Hodiern. controu. cap. 16. num. 1. & seqq.

Et licet textus loquatur, de vi, quæ differt à metu,
in hoc, quod vis refertur ad corpus, metus ad ani-
mum, *gloss. in l. si vi, & metu, C. de his, quæ vi metus.* 7
caus. fiunt, tamen in materia nostra confunduntur,
eundemque operantur effectum, vt firmat *Fontanell.*
de Pact. nupt. claus. 7. gloss 2. par. 5. num. 78. quem re-
fert, & sequitur *Capon. de Pact. quæst. 58 num. 1.*

Verum tamen est, quod metus debet esse iustus, ad
hoc, vt sit sufficiens ad renunciationem rescinden-
dam, videlicet, talis, qui cadat in constantem virum,
vt latè *Castill. tom. 3. cap. 1. num. 14. Menoch. de arbitrar.* 8
cas. 135. num. 3. Bottigl. d. Theor. 83. num. 8. Capon. de
Pact. d. quæst. 58. num. 1. circà medium, & num. 34.
Donad. de Renunc. cap. 1. num. 39. vbi, quod metus de-
bet esse iustus, ad hoc, vt prodesse possit, & huiusmo-
di conclusio desumitur ex *textu in l. metum 6. ff. quod*
met. caus. gestum erit, vbi licet agatur de timore, qui 9
cadit in homine constantissimo, nihilominùs superla-
tiuum resoluitur in positiuum, & habetur, ac si dixis-
set in constantem virum, *Dec. in l. in omnibus, num. 2.*
versic. & generaliter, ff. de reg. Iur. Sanch. de Matrim.
lib. 4. disp. 1. & alij allegati per *Capon. vbi suprà num. 34.*
Bottigl. d. loco num. 8.

Sed non semper eiusdem qualitatis esse debet, quia
regulariter secundum subiectum, scilicet, iuxta per- 10
sonam renunciantem, ità vt si fœmina sit renuncians,
sufficiat metus, qui cadit in constantem mulierem, 11
Alb. cons. 77. nu. 3. & seqq. Surd. dec. 194. num. 25. Gail.
obseru 93. nu. 7. lib. 2. latè *Kellembet. de renunc. success.*
quæst. 42. num. 74. Bottigl. vbi suprà proximè num. 9. Ho-
diern. controu. cap. 16. num. 56. & pariter, dum agitur de
minore, requiritur metus, qui cadat in constantem 12
minorem; In contractu facto à pupillo metum requi-
runt Doctores, qui cadat in constantem pupillum,
in contractu facto à sene, metum, qui cadat in con-
stantem senem, *Sanch. lib. 4. de matrim. disp. 3.* & alij
relati per *Capon. de Pact. d. quæst. 58. num. 34. in fine.*

Talis metus, potest esse duplicis generis; nam, vel 13
est coactio absoluta, quando quis V. G. retenta ma-
nu, & ligatus ducitur ad assistendum, &c. vel est coa- 14
ctio conditionalis, quando quis ob metum mortis,
& cruciatus consensum præstat, de quo *Sanch. de* 15
Matrim. lib. 7. disp. 29. Cæsar. de Graff. dec. 1. & 2. Illustris.
D. Fagnan. in cap. maiores, num. 90. & seqq. de Baptis. &
plura *in Leodien. Prætensæ Nullitatis Ordinis 14. Martij*
1664. coram R. P. D. Taia, & vtroque casu metus suffi- 16
cit ad contractum annullandum.

An verò sit sufficiens metus amissionis bonorum,
& exhæredationis, & quando preces magnæ illum
inducant, & quando blanditiæ, latè ostendit *Barbos.* 17
Vot. decis. 75. & 77 Rot. dec. 315. par. 5. rec. dec. 274. par.
8. & dec. 301. par. 11. & dec. 23. par. 12. & in d. Leodien.
Nullitatis Ordinis 7. Iunij 1662. & 14. Martij 1664.
coram R. P. D. Taia.

Datur alter metus, in homine, qui, ad differentiam
veri, & iusti metus, reuerentialis dicitur, & est quando 18
quis nō audet ità liberè superiori resistere, vt explicat
Bursats. cons. 72. num. 11. vers. quarta species, lib. 1. An
autem iste metus reuerentialis sufficiat ad rescinden- 19
dam renunciationem, quærunt Doctores.

Nonnulli affirmant, & præcipuè citati per *Gomez.*
tom. 2. var. cap. 14. nu. 27. vers. decimo infertur, Cacheran.
dec. 179. num. 3. Neuizzan. cons. 22. num. 20. Socin. Iun.
cons. 47. nu. 33. lib. 2. cum alijs latissimè cumulatis per
Bottiglier. vbi suprà Theor. 86. num. 1. & per Hodiern.
controu. cap. 16. num. 14. & seqq. vbi, præ cæteris alle-
gat hanc opinionem firmantem, *Gratian. discept. for.*
cap. 108. num. 14. & 52. Galeott. lib. 2. controu. cap. 14.
num 26. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 6 nu. 14. Thesaur.
quæst. for. quæst. 51. num. 9. & hanc, cum alijs, latè de-
fendit *Donat. Anton. de Marin. in alleg. diuers. alleg.*

135. num.

135. *num.* 4. vbi alios citat *Honded. conſil. 29. num. 17.*
lib. 1. Fachin. contron. cap. 96. lib. 2. & cum hac opinio-
ne videtur etiam ſentire *Laurent. à Pin. conſ. 70. nu. 25.*
Et eorum aſſertum fundant in *textu l. primæ, §. quæ*
20 *onerandæ, verbo belliſſimè, ff. quar. rerum act. detur,* vbi
ait Iuriſconſ. ex nimia reuerētia debita, per libertum,
patrono naſci inualiditatem promiſſionis factæ cauſa
21 onerandæ libertatis, ibi, *& hoc cauſa cognita ſi liquidò*
appareat metu ſolo libertum, vel nimia patronorum re-
uerentia ità ſe ſubiecisse; & notanda ſunt verba, *nimia*
patronorum reuerentia, quæ clarè demonſtrant reſcin-
di contractum, ex ſolo metu reuerentiali.
Nec non *in l. penult. ff. de Furt.* vbi propoſito du-
bio; an dicatur furtum, ſi res ablata ſit in præſentia
Domini, eo non contradicente, licet videretur negari
22 poſſe. Nam furtum naſcitur, quoties Dominus eſt
inuictus; at conſenſum adfuiſſe præſumitur, quoties
præſens tacuit.
Nihilominùs reſoluitur affirmatiuè, ea motus ratio-
ne Iuriſc., quia reuerentiam præſtare tenebatur aufe-
renti, in illis verbis; *& hoc modo patronus quoque liber-*
23 *to, & is cui magna verecundia, eique in præſentia pudor*
ad aſſiſtendum impedit, furtum facere ſolet. Ex quo
colligitur conſenſum præſtitum non dici, nàm mili-
tat contra eum actus reuerentialis, & confirmat ar-
gumentum *l. velle, ff. de Reg. Iur.* ibi, *velle non credi-*
tur, qui obſequitur Imperio patris, vel Domini; Si igitur
deficit conſenſus, renunciatio eſt nulla, vt in initio
capituli firmauimus.
At his non obſtantibus, contrarium eſt verius,
24 quòd metus reuerentialis de per ſe non ſit ſufficiens
ad annullandam renūciationem iuratam, vt, pluribus
allegatis, tenet *Gomez. var. lib. 2. cap. 14. num. 27. verſ.*
ſed his non obſtantibus, & latè comprobat *Theſaur.*
quæſt. for. lib. 1. quæſt. 51. num. 3. vbi num. 4. quod ab hac
ſententia non eſt recedendum, eam, enim, appellat
veriorem, & tutiorem in iudicando, non ſolum, quia
communis, ſed, & quia legislatoribus amica; Et hanc
defendit, in quocumque contractu, *Oſuald. ad Donell.*
lib. 15. cap. 38. littera M, Ricc. collect. deciſ. 154. & 1186.
Trentacinq. lib. 1. var. de his, quæ vi, reſol. 1. num. 7. &
multis allegatis, *Arias de Meſ. Var. lib. 3. cap. 36. nu. 3.*
& in terminis noſtris renunciationis, *Gratian. diſcept.*
25 *for. cap. 108. num. 52.* vbi, quod ſufficit metus reueren-
tialis, accedentibus minis, vel probata læſione, *Botti-*
glier. de Renunc. Theor. 86. num. 5. Donad. eodem tract.
cap. 39. num. 17. lib. 1. Hartm. Piſt. lib. 4. quæſt. 6. num. 59.
Seraphin. de Priuil. iuram. priuil. 21. num. 31. Capon. de
Pact. d. quæſt. 58. num. 2. circà medium, Altograd. conſ. 5.
num. 64. vbi alios citat *Mantic. de Tacit. & ambig.*
lib. 11. tit. 19. num. 7. Hodiern. controu. cap. 16. num. 21.
Barboſ. d. cap. quamuis pactum, de Pact. in 6. num. 14.
Gallerat. de Renunc. tom. 1. cap. 25. num. 56. & lib. 3. cap.
11. num. 12. verſ. ſed communiter, tom. 2.
Et ratio huius concluſionis deſumitur ex noſtro
textu, cap. quamuis pactum, de Pact. in 6. vbi Summus
Pontifex proponit caſum in filia renunciante Patri, &
ſolùm renunciationem illam inualidat, in qua, vis,
metus, aut dolus acceſſit: Sed metus reuerentialis
26 propriè conſideratur in filia erga patrem, latè *Donad.*
de Renunc. cap. 38. num. 2. 3. Bottiglier. de Renunciat.
27 *Theor. 86. num. 6. 7.* cum ſimilibus. Et ex ſola præſen-
tia patris præſumitur, *Rot. coram Merlin. dec. 144. nu. 2.*
Igitur, dum Summus Pontifex proponit caſum in fi-
lia renunciante patri, in qua datur reuerentialis me-
tus, & illam approbat, excipiendo tantum caſum
doli, vel metus, apparet manifeſtè nullam fuiſſe
factam animaduerſionem ad metum reuerentialem,
& quod, eo non obſtante, firma ſit renunciatio, vt
optimè ratiocinatur *Gomez. var. tom. 1. cap. 14. num.*
27. Bottiglier. d. Theor. 86. num. 7.

Propterea concludunt omnes, quòd, vltrà metum
reuerentialem, requiratur aliquid aliud, ad hoc, vt
de nullitate renunciationis dici poſſit, latiſſimè *Ca-*
pon. de Pact. d. quæſt. 58. num. 2. verſic. reſpondeo, Ho-
diern. d. cap. 16. num. 81. Donad. d. cap. 39. num. 18. &, in 28
terminis, quòd, vltrà metum reuerentialem debeant
probari minæ, vel verbera illata per renunciatarium
renuncianti, ad hoc, vt dicatur renunciatio facta, 29
per vim, & metum; eo quia ſola reuerentia patris
non poteſt dici ſufficiens, vltrà citatos, probant,
Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſumpt 127. Hartm. Piſt. 30
d. lib. 4. quæſt. 6. num. 69. Larr. alleg. 35. num. 5. Alto-
grad. d. conſ. 5. num 64. & ſeqq. Barboſ. d. cap. quamuis
pactum, num. 5. Kellemb. de Renunc. ſucceſſ. quæſt. 42.
num. 72. vbi, *quod renunciatio patri facta abſque dolo,*
& metus illatione contingere poteſt, quare minimè com-
miſſus habebitur, ſi non aliæ etiam acceſſerint conie-
cturæ.
His firmatis, non obſtat *tex. in d. §. quæ onerandæ,*
quia, vt obſeruat, *Sanch. citatus à Bottiglier. d. quæſt.*
87. num. 14. ibi, vltra metum reuerentialem fuit con-
ſideratum aliquid aliud; Nàm vtitur textus hac for-
mula dicendi *nimia reuerentia*, quæ nequit adaptari ad
ſolum metum reuerentialem, ſat enim erat dicere *re-* 31
uerentiam.
Aliter ſatisfacit, *Duaren. ab eodem Bottiglier.* al-
legatus, quod, ibi dum libertus non contradixit, du-
bitatum fuit; an conſenſum adhibuerit, & reſpon-
ſum fuit, negatiuè, quia ibi agitur de præſumptione,
quæ alteri cedit, ſcilicet, præſumptio conſenſus cedit
præſumptioni reuerentiæ; quia, ob nimiam patroni
reuerentiam, conſenſiſſe præſumitur.
Et eodem pacto reſponderi poteſt ad *tex. in l. pe-*
nult. ff. de Furt. quod textus vtatur verbis importan-
tibus magnam tacendi neceſſitatem, ibi, *magna ve-* 32
recundia, ob id vltra timorem reuerentialem aliquid
aliud impedimentum fuiſſe domino, ne furto contra-
diceret.
Vlteriùs, ſi metus ex inueriſimilitudine actus ar-
guitur, vt benè probat *Hodiern. controu. cap. 16. num.*
29. & ſeqq. nil eſt inueriſimiliùs, quam, quòd Do- 33
minus rei videat furem ſibi auferre rem propriam, &
taceat, niſi magnam habuerit tacendi cauſam; ob id
mirum non eſt, ſi, in illo textu, fuit ſuppoſitum ali-
quid vltra metum reuerentialem, cauſam dediſſe ta-
citurnitati liberti.
Addi poteſt, pro reſponſione eorum, quæ pro
contraria opinione poſſunt adduci, quod, in alio,
quam renunciationis caſu aliquando poteſt eſſe, vt 34
reuerentialis timor ſit ſufficiens ad contractum annul-
landum.
Qui verò ſint iſti actus, qui poſſunt annullari ob 35
metum reuerentialem, proſequitur *Tondut. quæſt. be-*
nef. par. 3. cap. 154. Cenſal. dec. Luc. 8 per tot. Buratt.
dec. 75. num. 14. Pen. dec. 307. dec. 1199. & 1210. &
1257. & 1285. Sperell. dec. 5. & dec. 79. inter illos
veri caſus non numeratur caſus renunciationis, in
qua expreſsè *per tex. in d. cap. quamuis pactum,* fuit de-
ciſum patris præſentiam non annullare contractum,
ob id timorem reuerentialem abſque alia circumſtan-
tia nullius eſse momenti.
Nec Doctores, pro contraria opinione allati, ſunt
habendi in conſideratione; quia, vel loquuntur in di-
uerſis terminis, videlicet, in contractibus alterius
ſpeciei, vel quæſtionem tangunt incidenter, articulo
non diſcuſso, vel alibi fauent metui, alibi verò ſtant
pro renunciatione, & in ſpecie, alijs omiſſis, non
obſtat, *Gratian. d. diſcept. 108. num. 52.* quia, licèt ibi
dicat metum reuerentialem eſſe ſufficientem pro in-
ducenda nullitate, tamen ſubijcit *num. 53.* quod ſuf-
ficit metus reuerentialis, *accedentibus minis, vel pro-* 36
bata

36 *bata læsione, Capyc.Galeot.licet d. contron.* 14 *num.* 26.
affirmet metum reuerentialem sufficere, posteà *num.*
18. requirit, & ipse vltrà metum, vel læsionem enor-
mem, vel minas, *Thesaur. quæst. for.* 51. *num.* 9. non me-
retur allegari, quia expresse firmauit *num.* 4. contra-
riam sententiam, & licet *num.* 9. teneat sufficere me-
tum reuerentialem, tamen supponit, virum ad cuius
fauorem fit contractus esse rigorosum, & iracundum,
& solitum iniuriam ferre ijs, qui illius mandatis non
parent, ob id potiùs dicendus est metus concussiuus,
quam reuerentialis, & ità appellatur talis metus a
37 *Bursatt. in consil.* 72. *num.* 11. *lib.* 1. *&* 33. & pariter *Do-
nat. Anton. de Marin. in alleg. diuers. d. alleg.* 136. *num.* 4.
licet firmet opinionem pro rescissione, nihilominùs
num. 6. dicit hanc esse sententiam dubitabilem, & eo
casu substineri, quando persona sit ità grauis, vt ei ni-
mia debeatur reuerentia, & sic quodammodò admit-
tit metum concussiuum. Vltrà quod non loquitur
de rescissione renunciationis, sed de alio contractu à
muliere, ad viri fauorem celebrato, *Honded. & Fa-*
38 *chin.* allegati suprà reprobantur expresse per *Osuald.
ad Donell. lib.* 15. *cap.* 38. *lit. M, Laurent. à Pin. d. cons.*
70. *num.* 2. supponit fęminam renunciantem non fuisse
dotatam, ob id potiùs, ratione læsionis enormissimæ,
quam metus reuerentialis potest renunciationem an-
nullare, vt infrà videbimus.

Imò, etiam, si læsio enormissima non interueniat,
sufficit enormis, quando est iuncta cum metu reue-
39 rentiali, ad rescindendam renunciationem, vt latè
Conarr. d. §. quamuis par. 3. *§.* 4. *num.* 7. *Crauett. cons.* 11.
num. 10. *Surd. cons.* 395. *num.* 29. *Molin. de Hispan. Prim.
lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 11. *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 6. *num.* 69.
in fine, Franc. dec. 119. *num.* 5. *Galeot. contron. cap.* 14. *nu.*
28. *lib.* 2. *Capon. de Pact. quæst.* 58. *num.* 3. *vers. non est,
Spad. cons.* 279. *num.* 27. *lib.* 3. *Andreol. controu.* 366. *num.*
2. *Donad. de renunc. cap.* 1. *num.* 36. *& cap.* 40. *num.* 10.
Merlin. Pignatell. cap. 39. *num.* 7. *lib.* 1. *Barbos. in capit.
quamuis pactum num.* 20. *in fine*, ad saturitatem ad-
ducit concordantes, *Bottiglier. de success. Theor.* 87.
num. 8. Propterea, de hac opinione non est dubitan-
40 dum, quicquid contrarium dixerit *Burg. de Pax. cons.*
5. *num.* 7. Et generale est, in omni contractu, quod,
vbi cum metu reuerentiali concurrit læsio, rescinda-
tur actus, etiam si non probentur minæ, vel verbera
41 *Thesaur. dec.* 223. *num.* 9. *Capyc. Galeott. d. contron.* 14.
num. 30. *lib.* 2. *Mauson. de caus. Execut. quæst.* 6. *am-
pliat.* 10. *num.* 78. *Arias de Mes. var. lib.* 3. *capit.* 36.
num. 29.

Et certum est, quod non requiritur, vt copulatiuè
concurrant læsio, minæ, vel verbera; quia sufficit, vt
vnum ex illis cum metu reuerentiali iustificetur, vt la-
42 tè habetur ex congestis per *Bottiglier. vbi supra Theor.*
87. *num.* 8. *vers. vndè sequitur, Capon. de Pact. d. quæst.*
58. *num.* 3. *Galeott. d. cap.* 14. *num.* 28. *&* 30.

Quando, verò, de læsione, vel vi constat, cum metu
reuerentiali respectiuè coniunctis, tunc annullatur
renunciatio, etiamsi sit facta cum præsentia consan-
43 guineorum, & decreto iudicis, *Eugen. cons.* 12. *num.* 59.
lib. 1. *Hodiern. contr.* 16. *num.* 44. *Capon. de Pact. d. quæst.*
58. *num.* 35. *Bottiglier. d. Theor.* 87. *num.* 2. & etiam si
expresse exceptioni metus fuerit renunciatum, idem
44 *Eugen. d. cons.* 12. *num.* 59.

Verum est, tamen, quod, eo casu, stat præsumptio
pro validitate actus, & requiritur maior probatio,
45 *Altogr. cons.* 5. *n.* 61. *Put. post cons. Odd. cons. vnico nu.* 48.

Nam semper videtur excludi, per iudicis præsentiã
46 *Crauett. cons.* 114. *nu.* 2. *& seqq. Cephal. cons.* 91. *num.* 49.
Rot. dec. 516. *nu.* 19. *par.* 5. *rec.* Sicuti ex clausula, liberè,
47 & cum iuramento *Christin. dec. Belgic.* 50. *nu.* 22. *tom.* 1.
Rot. dec. 132. *nu.* 11. *& seqq. par.* 10. *rec.*

Si, verò, de renunciatione illius, qui vult ingredi re-
ligionem, sermo fit; eo casu, nec de læsione, nec de me-
tu est curandum, secundum, *Capon. de Pact. d. quæst.* 58. 48
num. 37. citans tamen, præ cæteris, *Conarruu. in cap.
quamuis pactum, §.* 2. *num.* 5. qui, hoc non dicit, sed tan-
tum loquitur de læsione enormissima, nulla facta
mentione metus, sicuti pariter fidelis non est in alle-
gando *Cancer.* & alios.

An verò metus reuerentialis præsumatur, eo ipso,
quod fit renunciatio coram Patre, vel fratre ad eorum
fauorem, vel potiùs sit probanda in specie, quæri
potest.

Putant nonnulli, per solam patris præsentiam, vel
alterius personæ, cui debetur reuerentia, probatum
dici metum reuerentialem, vt *Menoch cons.* 1. *n.* 492. & 49
alij allegati per *Altogr. Iun. contr.* 23. *num.* 45.

Ego, tamen, puto contrarium; quia regulariter me-
tus non præsumitur, nisi probetur *l.* 2. *C. de his quæ met.* 50
caus. fiunt, ex quo metum inferre est quid facti, & non
præsumitur *l. in bellis, §. facta, ff. de capt. & postlim. re-
uers. l. si emancipati* 9. *C. de collat.* & si hoc diceretur,
præsumeretur delictum contrà *tex. in l. meritò, ff. pro* 51
soc. l. prætor, §. docere, ff. de vi bonor. rapt. cum similibus.
Propterea hanc opinionem tenent *Alex. cons.* 91 *num.*
8. *lib.* 2. *Molses. de renunc. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 23. *&* 25.
Boer. dec. 100. *num.* 11. *Altograd. consil.* 5. *numer.* 56. *&
seqq. lib.* 1. latè *Sperell. decis.* 79. *numer.* 38. *Donad.
de renunc. d. cap.* 1. *numer.* 39. *& seqq. Kellenb. eodem
tract. quæst.* 42. *numer.* 78. *Barbos. d. cap. quamuis pa-
ctum numer.* 19. *in fine, Hodiern. contr. cap.* 16. *num.* 9.
& seqq.

In casu, verò, quod quis intendat probare minas,
vel metum, dubitant nonnulli; An sit necesse pro-
bare minas in specie pro illo actu, vel in genere minas
fuisse illatas, pro vtraque parte allegantur Doctorum 52
opiniones, vt videre est, penès *Bottiglier. de renunc.
Theor.* 89. *in fine*, & multos adductos per *Capon.
de Pact. d. quæst.* 58. *numer.* 4. *Hodiern. contron. d.
capit.* 16. *numer.* 24. *Altograd. d. consil.* 5. *num.* 6. *tom.*
1. Sed, meo iudicio bona est distinctio à *Riccio* allata
Collect. 154. licet ad alium effectum, quod, vel constat
plures adfuisse causas minarum; Et tunc non dicatur
probatus timor, nisi expresse ad illum effectum, con- 53
stet iudici minas fuisse illatas, aut non apparet alia
causa, quam renunciationis, & tunc sufficit proba-
re minas in genere, & hanc opinionem probat etiam
Bottiglier. d. Theor. 89. *num.* 4. *& seqq.* per rationes ibi
cumulatas.

Quomodo autem probetur metus vide, *Ansald.* 54
cons. 128. *Merlin. dec.* 455. *Rot. dec.* 666. *par.* 4. *dec.* 115.
par. 7. *dec.* 23. *par.* 12. *rec.*

Tandem, pro complemento quæstionis nostræ vi-
dere superest; an petens rescissionem, vel agens ad
nullitatem renunciationis, necesse habeat petere an-
tè iudicij inchoationem, absolutionem à iuramento,
Pist. d. lib. 4. *quæst.* 6. *num.* 68. tenet, quod sic, eò, quia 55
iuramentum, licet metu, extortum, obligat, sed tamen
potest impetrari absolutio, vt agatur ad rescissionem;
& huius opinionis fuerunt etiam *Molin. de Hisp. Prim.* 56
lib. 2. *cap.* 3. *nu.* 12. *Seraph. de Priuil. Iuram. priuil.* 22. *nu.*
30. & alij relati per *Capon. de Pact. d. qu.* 58. *nu.* 15. *vers.
secunda opinio*, & cumulati per *Barbos. d. cap. quamuis
pactum num.* 13. *circa finem*, quibus addo *Rot. dec.* 132.
num. 12. *par.* 10. *rec.*

Contraria opinio habet etiam suos auctores, & pręci-
puè *Falin. Alciat. Franch.* & alios, quos refert, & non
sequitur *Pist. vbi sup. nu.* 68. *Capon. de Pact. d. qu.* 58. *nu.*
15. *Barbos. d. cap. quamuis pactum nu.* 13. *in princ.* Et ra-
tionem desumunt, ex eo, quod, in nostro casu iuramẽ-
tum non obliget, tanquam interpositum, super con-
tractu per se inualido, & ob id possit agi ad rescissio-
nem, absolutione non impetrata.

Hæc ſecunda opinio mihi verior videtur ; nam , vt
diximus , huiuſmodi pacta regulariter ſunt improba-
58 ta , & illo , tantum , caſu ſunt valida de iure Canoni-
co, ſi duo copulatiuè concurrant, iuramentum , ſcili-
cet, & quod non vi, neque dolo ſint facta ; Si , igitur ,
alterum ex his deficit , actus corruit , tanquam ſi a
principio nullum validitatis ſtatum habuiſſet ; cum
igitur iuramentum, hoc caſu, non habeat ſubiectum,
ſuper quo conſiſtat , certò certiùs eſt , quod non va-
let , & perindè eſt , ac ſi non eſſet interpoſitum ; nec
turbat , ni fallor , regula de qua ſupra , quod contra-
ctus metu geſtus valeat , poſſit tamen reſcindi impe-
trata abſolutione a iuramento , quia regula locum
habet in alijs contractibus , qui non ſunt de iure pro-
59 hibiti. In ipſis enim valet regula , & contractus ſub-
ſtinetur, ſed poteſt, impetrata abſolutione, annullari ;
In noſtro verò caſu, dum ſupponimus contractus nul-
litatem, à principio , reddi validus non poteſt per iu-
ramentum, quia non entium nullæ ſunt qualitates .

An verò metus exceptio poſſit opponi ad impe-
60 diendam inſtrumenti executionem , vide *Amat. var.
reſol. cap. 82. Fontanell. dec. 139.*

CAPVT XXVIII.

Renunciatio, dolo, extorta ; an poſſit reſcindi , & an præſumatur dolus in patre, & alijs conſanguineis, & quomodo probetur dolus .

SVMMARIVM.

1 *Dolus excludit conſenſum in renunciante.*
2 *Eodem modo iura abhorrent dolum, ac metum .*
3 *Renunciatio dolo extorta non validatur.*
4 *Dolus eſt probandus ab eo , qui prætendit nullitatem renunciationis .*
5 *In patre non præſumitur dolus aduerſus proprios filios .*
6 *In fratribus faciliùs præſumitur dolus , quam in patre .*
7 *Dolus annullat contractum, vbi eſt læſio .*
8 *Dolus quando probetur .*
9 *An ſit neceſſe petere abſolutionem à iuramento quando eſt dolus.*
10 *Quod ſit petenda talis abſolutio .*

DOlus , pariter , ac metus excludit conſenſum in
renunciante, vt latè oſtendit *Gallerat. de renunc.*
1 *lib. 3. cap. 11. num. 5. 6. tom. 2.* Et eodem modo iura no-
ſtra metum, & dolum abhorrent *l. dolo vel metu, C. de*
2 *mut. ſtipul. cap. cum contingat de Iureiur.* & extant titu-
li, *ff. de dol. mal. except. & C. de dol. mal.* quapropter
Summus Pontifex , in ſæpè allegato *cap. quamuis pa-
ctum*, excipit renunciationem dolo obtentam, vt, ſci-
licet , iuramento non validetur , & hunc textum Ca-
3 nonicum ſequuntur communiter omnes, & præcipuè
*Couarr. d. cap. quamuis par. 3. § 4. num. 2, verſ. vigeſimo
tertio manifeſtè, Hartm. Piſtor. d. lib. 4. quæſt. 6. num. 70.
Engca. conſ. 12. num. 5. 6. tom. 2. Molin. de Hiſpan. Pri-
mog. lib. 3. cap. 2. num. 3, Barboſ. d. cap. quamuis num. 22,
Bottigl. de renunc. ſucceſſ. theor. 95. per tot. Kellembec.
eod. tract. quæſt. 42. nu. 76. Gallerat. d. lib. 3. cap. 11. tom. 2.*
adeò vt, de hoc non eſt dubitandum .

Eſt, tamen, neceſſe , vt probetur dolus ab eo , qui
4 petit reſcindi contractum renunciationis ; Nam , vt
diximus, de metu, ità de dolo tenendum eſt, quod, non
præſumatur de iure , cum præcipuè ſapiat delictum ,
quod nequaquam , in iure , præſumitur, ſed ab eo eſt
probandum, qui in eo ſe fundat , vt , in terminis , latè
defendit *Bottiglier. d. Theor. 95. num. 2. Capon. d. quæſt.
59. num. 28. Gallerat. d. lib. 3. cap. 11. numer. 14. & ſeqq.
Maſcard. de probat. concl. 532. Ciarlin. controu. 12. num.
17. Rot. coram Merlin. dec. 216. num. 3. Kellembec. de
renunc. ſucceſſ. cit. quæſt. 42. num. 75.* vbi , eò magis pu-
tat eſſe tenendum in patre , in quo non præſumitur
dolus aduerſus proprios filios , & dictat naturalis ra- 5
tio, quod indiſtinctè liberis ſuis benè conſulat, ac mul-
torum auctoritate, probat idem *Kellembec. d. loco* ; In
fratribus verò, & reliquis ſanguine coniunctis, cum de
ipſorum principaliter intereſſe agatur , & non mili- 6
tet ratio naturalis beneuolentiæ , erga filios , faci-
liùs committitur, vt probat *Pariſ. conſ. 26. nu. 77. lib. 3.*
& latiùs idem *Kellemb. vbi ſuprà verſ. ſed in fratribus .*

Et præcipuè dolus annullat contractum , vbi adeſt
læſio, etiam ſi ſit intrà dimidiam , non obſtante iura-
mento, vt alijs cumulatis , firmat *Eaerad. diſſert. iur.* 7
*cap. 7 num. 44. Valenzuel. conſ. 173. num. 7. Arias de Meſ.
var. lib. 1. cap. 31. num. 7. Capyc. Latro conſ. 35. num. 18.
Andreol. contr. 214.*

Quomodo autem probetur dolus, & ex quibus ar-
guatur, latè oſtendunt *Bottiglier. Capon. & Gallerat.* in 8
locis ſupracitatis, ad quos me remitto .

An , verò , ſit neceſſe abſolutionem petere à iura-
mento , antequam quis agat pro reſciſſione contra-
ctus, in quo adſit dolus, magis communis videtur eſse
opinio negatiua, vt latè oſtendit , *Hartm. Piſt. d. lib. 4.* 9
*quæſt. 6. num. 70. Capon. de Pact. d. quæſt. 59. num. 8. Gal-
lerat. d. loco cap. 25. num. 55. lib. 1.* Sed nihilominus, cum
eiſdem concludendum eſt , quod ſit conſultius petere
abſolutionem a iuramento , vt latè *Gallerat. d. lib. 3.* 10
cap. 11. num. 10. & ſeqq. tom. 2. Sed huiuſmodi quæſtio
eſt decidenda ſecundum ea , quæ ſupra notauimus in
cap. antecedenti .

CAPVT XXIX.

Futuræ ſucceſſionis renunciatio, an poſſit reuocari, per ſuperuenientiam liberorum : pro affirmatiua concluditur , cum diſtinctione tamen , an fiat à muliere propter dotem , vel ſimpliciter . Nonnulla diſputantur circa diſpoſitionem , l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per ſuperuenientiã liberorũ reuocatur .*
2 *Si donans de liberis cogitaſſet non fuiſſet in donatione adeò liberalis ,*
3 *Renunciationes dicuntur donationes.*
4 *Iuramentum non auget obligationem , ſed tantum robur addit eidem obligationi .*
5 *Diſpoſitio l. ſi vnquam ceſſat, quando donans de liberis cogitauit .*
6 *In dubio non præſumitur renunciantem cogitaſſe de liberis .*
7 *Fœmina teneræ ætatis non præſumitur de liberis cogitaſſe .*
8 *Doctores qui tenent renunciationem reſcindi per natiuitatem filiorum .*
9 *In renunciatione ob dotem non reuocatur renunciatio per filiorum natiuitatem .*
10 *Diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. dicitur exorbitans à iure communi.*
11 *Et per conſequens non extenditur de caſu ad caſum,*

12 Re-

12 *Renunciatio propriè non est donatio.*
13 *Dispositio l.si vnquam non habet locum in donatione ob causam.*
14 *Renunciatio propter dotem non dicitur pura, sed ob causam.*
15 *Donatio ob causam matrimonij non continetur sub dispositione d.l.si vnquam.*
16 *Item cessat dispositio d.l. quando renuncians de liberis cogitauit.*
17 *Cogitatio de liberis probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
18 *Qui matrimonia contrahunt habent instinctum procreationis liberorum.*
19 *In dubio de liberis non censetur cogitatum.*
20 *Quod procedit in persona iam nupta, non in ea, quæ contrahit matrimonium.*
21 *Renunciatio à filia facta propter dotem solet esse de bonis nondum quæsitis.*
22 *Renunciatio iuris delati dicitur donatio.*
23 *Renunciatio iuris delati reuocatur per superuenientiam liberorum.*
24 *Ius quærendum non est in bonis nostris.*
25 *Dispositio l.si vnquam non procedit in quærendis, sed quæsitis.*
26 *Verbum*, reuertatur, *prædicatur de bonis iam quæsitis.*
27 *Quæ non habemus reuerti non possunt.*
28 *Facilius alicui præiudicatur in iure quærendo quam quæsito.*
29 *Quando est facta renunciatio, aliquo accepto, non subiacet dispositioni, l.si vnquam.*
30 *In donatione ob causam dispositio, l. si vnquam non habet locum.*
31 *Dispositio l. si vnquam non extenditur de donatione ad renunciationem.*
32 *Dispositio l.si vnquam fundatur in præsumptione, quod si donans de liberis cogitasset minimè donasset.*
33 *Lex præsumit quem velle potiùs suis, quam alijs extraneis prospicere.*
34 *Vbi est eadem ratio ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
35 *Dispositio l. si vnquam extenditur de casu ad casum.*
36 *Cum non sit exorbitans, vt nonnulli dicunt.*
37 *Talis dispositio tanquam fauorabilis est amplectenda.*
38 *Tam in quæsitis quam in quærendis procedit regula, vt si renuncians de liberis cogitaßet minimè disposuißet.*
39 *Doctores qui tenent reuocari renunciationes ob superuenientiam liberorum.*
40 *Prohibitus donari non censetur prohibitus non acquirere ius sibi delatum.*
41 *Debitor in præiudicium creditorum potest non acquirere ius sibi delatum.*
42 *Quando is qui potest donare, possit ius quærendum repudiare.*
43 *Verbum*, reuertatur, *aliquando comprahendit illud, quod de nuò acquiritur.*
44 *Is qui remittit dicitur donare.*
45 *Renunciatio facta fauore Ecclesiæ, an possit reuocari natiuitate filiorum.*
46 *An possit renunciari huic legi, si vnquam in præiudicium liberorum.*
47 *An renuncians omni legum auxilio dicatur renunciare dispositioni, l.si vnquam.*
48 *An valeat renunciatio sine certioratione Notarij.*
49 *An l.si vnquam procedat, quando vir, & vxor conueniunt, vt altero decedente alter succedat.*
50 *An habeat locum per natiuitatem filiorum naturalium.*
51 *Reuocata per filiorum superuenientiam, an, mortuis filijs, reuertantur.*
52 *An si donans non reuocat, ipsi filij nati reuocare possint.*
53 *Reuocatio non habet locum quando renunciatio quartam partem bonorum non excedit.*

IN hac quæstione, videbatur, prima fronte, posse affirmatiuè responderi, sumpto argumento, a donatione, quæ per filiorum superuenientiam reuocatur, & bona renunciata recuperari possunt, ad latè tradita
per Doctores in *l. si vnquam, C. de reuoc. donat. Corn.* 1
consil. 11. col. penult. vol. 3. Roland. à Vall. consil. 11. num. 19. vol. 1. Menoch. consil. 196. num. 43. Tondut Sanleg. quæst. Ciuil. 54. Andreol. controu. 67. num. 6. Merlin. dec. 433. num. 12. & dec. 591. par. 3. rec. & in Romana Domorum 27. Ianuary 1668. cor. Reuerendiss. Albergato Decano dec. 10. num. 1. post tract. confirmata 1. *Iulij 1669. coram eodem decis. 119. nu. 1. & seqq. post tract.*

Et ratio est, quia, non est verisimile, quod, si donans, de liberis nascituris cogitasset, tanta in alios
vsurus fuisset liberalitate, *l. generaliter, §. cum autem,* 2
C. de Instit. substit. l. cum acutissimi 30. C. de Fideic. Eodem modo, nos ratiocinari debere, planum videtur,
quia renunciationes, donationes dicuntur *in l. hoc iu-* 3
re, §. 1. ff. de donat. nec, eo casu, vim facit iuramentum pro validitate contractus; quia iuramentum non au-
get obligationem, sed tantum robur addit, & om- 4
nes qualitates, & conditiones, quas habet contractus assumit *l. fin. C. qui satisd. cog. cap. veniens, & cap. quintaualles de Iureiur.* cum igitur renunciatio, ob liberorum natiuitatem efficiatur nulla; ità, & iuramentum corruit, vt latè ostendit *Roland. consil. 11. numer. 21. lib. 1.* & latè *Kellemb. de renunc. success. quæst. 41. numer. 5.*

Nec potest obijci, quod renuncians, de liberis cogi-
tauerit, quo casu, cessat dispositio *l. si vnquam,* vt latè 5
Roland. à Vall. consil. 11. num. 3. lib. 1. Gabriel cons. 127. num. 39. & seqq. lib. 1. Viuius dec. 249. num. 2. Mangil. de imputat. quæst. 103. num. 4. Franc. Palm. cons. 26. num. 6. Cutell. de donat. disc. 3. par. 6. num. 31. & seqq. Rot. d. dec. 10. post tract. num. 2. & alij passim.

Quia responderi potest, quod, in dubio, non præ-
sumitur renunciantem cogitasse de liberis, *Corn. con-* 6
sil. 11. num. 25. vol. 3. Tiraquell. d. l. si vnquam in præfat. num. 67. Et præcipuè conclusio procedit, in fœminis teneræ ætatis, quæ, nullo pacto, possunt filios in
mente habere, nec de illis cogitare, vt probat *Corn.* 7
allatus à *Tiraquell. in d. l. si vnquam in præfat. numer. 71.* & latè *Ripa pariter ad d. l. si vnquam numer. 47. quæst. 22.* vbi, quod mulier virgo, & incorrupta non potest dici, quod de filijs cogitauerit.

Propterea, ex his rationibus, hanc opinionem am-
plexi sunt *Bertrand. consil. 312. lib. 3.* & alij alleguti 8
per *Capon. de Pact. quæst. 56. num. 1.* & per *Kellemb. quæst. 41. num. 1.* quibus addo *Simon. de Præt. cons. 150. num. 39. Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 42. & seqq.*

Sed, meliùs examinata quæstione, non est ità absolutè tenendum, sed cum infrascriptis distinctionibus, & limitationibus.

Aut agimus de puella renunciante ob dotem sibi
traditam, vel promissam, vt plerumque fieri solet, 9
&, eo casu, est verior opinio contraria, scilicet, quod per natiuitatem posthumi non rescindatur renunciatio, & per consequens non habeat locum dispositio *d. l. si vnquam,* vt in terminis tenent post *gloss. in cap. quamuis pactum de Pact. in 6. verbo, dum nuptui, Corn. cons. 49. num. 43. 44. vol. 1. Alex. cons. 29. vol. 3. Paris. consil. 72. in fine, vol. 1. Berò consil. 49. num. 45. lib. 1. Roland. à Valle consil. 11. num. 23. tom. 1. Ripa d. l. si vnquam, quæst. 11. per tot.* & ibidem

Tiraquell.in verbo donatione largitus num.180.& num.
187. Couarr. d.cap.quamuis pactum par.3. §. 3. num.8.
& ibidem Gutier. verbo nec redundet numer.6. Craſſ. §.
ſucceſſio ab inteſtato quæſt.11. num.5. Seraphin.de Pri-
uil. iuram. priuil. 21. numer. 15. Menoch. conſil. 196.
num.46.& ſeqq.Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap.5. nu.
20. lib.1.& cap. 25. cent. 1. num.62. in fine tom.2. Ga-
briel com. concl. lib.3. de donat. concl. 2. num. 33. Can
cer. var.par.3.cap.15. num.73. & ſeqq. Capon. de Pact.
quæſt. 56.per tot. Bottiglier plures allegans de renunc.
ſucceſſ. quæſt. 54. Molin. de Hiſpan. Primogen. libr. 2.
cap.3.num.37.Kellemb.de renunc.ſucceſſ.quæſt.41. num.
7. & ſeqq.

Et plures aſſignantur rationes, à Doctoribus in
materia; prima, de qua per Berò conſil. 49. numer.45.
lib.1. eſt, quia diſpoſitio d.l.ſi vnquam, dicitur exor-
10 bitans à iure communi, ergo non debet extendi, de
caſu, ad caſum, argumento cap. quæ in iure de Reg.
11 Iur.in 6. Cum igitur l. ſi vnquam, loquatur expreſsè
in donatione, non debet extendi ad renunciatio-
12 nem, quæ propriè donatio non eſt, Berò d. conſil.
49.num.46.tom.1.Couarr. d. cap. quamuis pactum par.3.
§.3. in fine.

Secunda ratio, quæ communiter afferri ſolet, ea
eſt, quod diſpoſitio d.l ſi vnquam, procedit tantum in
13 puta, & ſimplici donatione, non verò, in donatione,
quæ fit ob cauſam, vel ex cauſa, latè Tiraquell. d. l. ſi
vnquam, verbo donatione largitus num.188.Berò d.conſ.
49.num.47.Roland.conſ.11. num. 32. lib.1. Gallerat. de
renunc.lib.2.cap.5.numer.20. tom.2. Cancer.var.par.3.
cap.5.num.74.Gratian.diſcept.984. num. 27. Fontanell.
de Pact. Nuptial.clauſ.5.gloſſ.8.par.3.num.10. Mangil.
de Imput. quæſt.111. num. 31. Tondut. quæſt. Ciuil. cap.
54. num. 55. D. meus Franc. Palon. conſ. 26. numer.8.
Sed ſic eſt, quod, in caſu noſtro renunciatio non eſt
14 purè facta, ſed ob cauſam, ſcilicet, ob dotem datam,
vel promiſſam, aut, ad conſeruationem domus, &
familiæ, meritò diſpoſitio d. l. ſi vnquam, non proce-
dit, vt, in terminis, declarat, Menoch. d. conſil. 196.
num.47.& 51. Gallerat. de renunc. cap.5. num. 20. tom.
1. Cancer. vbi ſuprà num. 76. Kellemb. de renunc. ſuc-
ceſſ. d. quæſt.41. numer.50. Barboſ. l. 2. par. 1. poſt num.
168. ff. ſolut. matrim. Hinc eſt, quod in expreſſa do-
natione limitatur diſpoſitio d. l. ſi vnquam, ſi dona-
tio ſit facta, ob cauſam matrimonij, vt per Morott.
conſil. 43. numer. 7. Marcian. tom.2. conſil. 41. numer.
15 2. & latiſſimè Altograd. conſil. 7. per tot. tom.1. quic-
quid dicat in contrarium, Andreol. contrau. 67. nu-
mer. 11.

Tertia, quæ multum ſtringit, ſecundum aliquos,
16 deſumitur ex illa concluſione, quod diſpoſitio l. ſi
vnquam, ceſſat, ſi donans in actu renunciationis de
liberis cogitauit, nam diſpoſitio d. legis eſt fundata
ex veriſimili mente, & voluntate donantis, qui, ſi li-
beros ſe procuraturum cogitaſſet, nequaquam do-
nationem feciſſet. Si igitur contrarium apparet, nem-
pè de liberis cogitaſſe, & nihilominùs donare volue-
rit; ceſſat præſumptio contraria, & l. ſi vnquam, di-
ſpoſitio nihil operatur, ſiue ſimus in donatione ſiue
in renunciatione, vt ſupra num..... fuit probatum, &
tenent etiam, Tiraquell. ad d.legem, verbo libertis, nu-
mer.61.Theſaur.dec.121. num.65. Roland. à Vall. conſ.
11. num.30. lib. 1. Menoch. conſil. 196. num. 46. Kel-
lemb. de renunc. quæſt.41. num.8. Spad. conſil.50. nu.25.
tom. 1. Huiuſmodi, autem, cogitatio de filijs, cum
conſiſtat in mente, benè probatur, præſumptionibus,
17 & coniecturis l.Triticum 97. ff. de Verb. Oblig. l. dolum,
C. de dol. l. licet Imperator 74. ff. de leg. 1. & nulla me-
lior, in noſtro caſu, poteſt dari coniectura, quam ea,
quæ deducitur ex naturali inſtinctu procreationis li-
berorum, qui reſidet in ijs, qui matrimonia ineunt;

Finis, enim, matrimonij eſt ſobolis procreatio, l. 1.
ff. ſolut.matrim. l. 1. §. ius naturale, ff. de Iuſtit. & iur. 18
& in terminis, Tiraquell. d. l. ſi vnquam de renoc. do-
nat. in præfat. num 69. & in verbo donatione largitus
num.188.Rolan.conſ.11.num.31.lib.1.Menoch.conſ.196.
num.46.Kellemb.d.quæſt.41.nu.8. Bottiglier. de ſucceſſ.
Theor.54.num.6.& ſeqq.

Nec reſiſtit obiectum, de quo ſuprà, quod, in du-
bio, de liberis non cenſetur cogitatum, ad latè tradi-
ta per Tiraquell.d.l.ſi vnquam in Præfat. num.67. Me- 19
noch.conſil.196. num.43. Quia huiuſmodi regula pro-
cedit, vbi agitur de perſona iam nupta, quæ iam diu
deſponſata liberos non ſuſcepiſſet, de qua re, Merend. 20
contr.cap.33.lib.16. Rot. in d. Romana Domorum 1. Iu-
lij 1669.coram Reuerendiſſ. Albergato Decano dec.119.
num.4.poſt tractatum; vel de muliere innupta, & nulla
habita conſideratione ad nuptias contrahendas: non,
verò, vbi agitur de muliere renunciante, in actu ma-
trimonij, vel propter dotem, quæ, ob matrimonium
aſſignatur, vt benè diſtinguit, Socin. allegatus à Rolan.
conſ.11.num.31. circa finem lib.1. & optimè Tiraquell.
vbi ſuprà num.69. in Præfat. & latè probant allegati
per Capon.de pact.quæſt.56.num.3.

Vltimo loco, facit, quod renunciationes, quæ fiunt
à fœminis, propter dotem, ſolent eſſe de bonis non- 21
dum quæſitis, & ideò non ſubiacent diſpoſitioni d.l. ſi
vnquam; Nam, quicquid ſit in renunciationibus iu-
ris iam delati, quæ cum, revera, donationes dici
poſſint, vt eſt tex. in l. iam hoc iure 4. C. de inut. ſtipul. 22
regulantur iuxtà tenorem, & formam aliarum dona-
tionum, & ob id per ſuperuenientiam liberorum re-
uocantur, Rolan.conſil.1. num.24. tom.1. Ripa ad eam-
dem, l. ſi vnquam, quæſt. 11. verſ. non enim videtur, 23
Tiraquell. ibidem, verbo donatione largitus numer. 180.
Gallerat.de renunc.lib.2.cap.5. num.20. tom.1. Renun-
ciatio iuris quærendi vlla ſpe certa radicati in renun-
ciante non reuocatur, per ſuperuenientiam libero-
rum, vt benè diſtinguit, Rip. d.l. ſi vnquam 11. quæſt.
Roland.conſil.11.num.26.lib.1.Ruin. conſil.140. col. fin.
vol.4.Tiraquell. d.l.ſi vnquam, verbo donatione largitus
num.180.Gallerat.de renunc.lib.2. cap.5. num.20. tom.
1. & latiùs Molin.de Hiſpan.Primog. lib 2. cap 3. num.
39.& 40. Et ratio aſſignatur, quia ius quærendum
in bonis noſtris eſſe non dicitur l.ſubſtitutio, ff. de ac- 24
quir. rerum Domin. l. rem in bonis, ff. eodem tit. & l.
profectitia, §. ſi pater, ff. de Iur. Dot. nam poteſt renun-
cians patri præmori; Nec non pater poteſt teſtari, &
alium inſtituere; vt, in terminis conſiderat, Roland.d.
conſ.11.nu.26.& latè Rip.d.quæſt.11.in fine, & nos la-
tiùs ſupra firmauimus.

Et hæc magis confirmantur, quia verba l. ſi vn-
quam, non conueniunt rebus quærendis, ſed quæſitis, 25
ibi, bona omnia, quæ verba non comprehendunt bona
quærenda, quia nondum quæſita non dicuntur in bo-
nis noſtris, vt firmat, ad propoſitum Tiraquell. d.loco,
verbo donatione largitus, num.180.

Item eſt animaduertendum, verbum, Reuertatur,
quod non niſi de bonis, & iuribus anteà quæſitis, præ-
dicatur; nam, quæ non habuimus, reuerti non poſſunt,
idem Tiraquel.d.n.186.verſ.item verbum, Rip d.qu.11. 26
per tot. Si igitur non conueniunt verba legis, nō poteſt 27
adaptari legis diſpoſitio ex vulgatis. Maximè, quia fa-
ciliùs præiudicatur alicui in iure quærendo, quam in
iure quæſito l.vlt.C.de acquir.poſſ. Abb. in cap.quod au- 28
tem de Iurepat.Surd.conſ.351.nu.38.Ariat de Meſ.var.
lib.2.cap.29.num.14.

Si, verò, de renunciatione agitur, quæ non ſit ini-
ta a puella, ob dotem datam; ſed vel à maſculo,
vel à fœmina, nulla habita conſideratione ad nu-
ptias contrahendas, eſt diſtinguendum; An renun-
ciatio gratis facta ſit, nullo accepto, in excam-
bium:

bium: vel sit inita, aliquo accepto. Hoc secundo ca-
su, absque dubitatione tenendum est renunciationem
29 subsistere, etiam, si liberi nascantur renuncianti; ex
ratione suprà allata, quod dispositio *l. si vnquam*,
procedit tantum in mera, & simplici donatione, non
verò in donatione ex causa; Vndè, hoc casu, non
est disputationi locus, vt etiam obseruauit Doctissi-
30 mus *Molin. de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 3. numer.
38. & 39.*

Primò, verò casu, vbi agitur de renunciatione gra-
tis interposita, & non causa matrimonij contrahen-
di, quæstio habet vndique suas difficultates. Eo, enim,
casu non militat, ad fauorem negatiuæ sententiæ illa
ratio, quod in renunciatione facta ob causam non
possit habere locum dispositio *l. si vnquam*, in qua
multum se fundant scribentes, vt vidimus.

Et pariter, dum supponimus renunciationem fuis-
se initam, vel à filio, ad fauorem primogeniti, vel à
fœmina, nulla habita consideratione ad nuptias: non
potest adaptari alia solidissima ratio, quod renun-
cians tempore contractus de liberis cogitauit.

Sed remanent examinandæ aliæ duæ rationes, quod
huiusmodi *l. si vnquam*, tanquam à iure exorbitans
31 non possit extendi à donatione ad renunciationem.
Et quod *d. l.* non possit adaptari ad renunciationem
factam, de rebus quærendis, & de successione in-
certa.

Prima, ex his duabus rationibus, mihi videtur de-
bilis, nam supponendum est cum *Tiraquell. d. l. si vn-*
32 *quam in præfat. num. 3. & 4* quem refert, & sequitur
Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 41. quod
l. si vnquam, tantum est fundata in præsumptione,
quod, si donans de liberis cogitasset, in eorum præ-
iudicium minimè donasset sua bona, lex, enim, sem-
per præsumit, quem potiùs velle prospicere filijs suis,
33 quam extraneis, vt pluries vidimus in antecedenti-
bus capitulis; Sed sic est, quod huiusmodi præsum-
ptio prædilectionis filiorum habet locum etiam in
renunciationibus hæreditatis futuræ, vt pariter plu-
ries fuit ostensum; Cum igitur, si renuncians liberos
se habituros cogitasset, ad fauorem extranei non re-
nunciasset, dispositio *l. si vnquam*, debet extendi
etiam ad hunc casum renunciationis; Nam, vbi est
eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio
34 *l. illud, ff. ad l. Aquiliam*, cum similibus, & in terminis,
quod dispositio *l. si vnquam*, ex identitate rationis ex-
35 tendatur de casu ad casum, benè probat *Tiraquell. loc.
cit. verbo libertis num 41. & seqq.*

Nec dicatur huiusmodi legem, tanquam exorbi-
tantem trahi non debere ad alium casum, ob eandem
36 rationem, quia contrarium firmat, *Bartol.* & cæteri
Doctores relati per *Tiraquell. vbi suprà verbo liber-
tis num. 44.* maximè, quia huiusmodi dispositio,
tanquam fauorabilis est amplianda, non restrin-
genda, vt allegato *Corn. in consil. 11. col. final. vo-
lum. 3.* tenet, *Gabriel concl. lib. 3. de Donat. concl. 2.
num. 37.*

Ex hac responsione tradita ad primam ex supra-
dictis duabus rationibus, desumitur etiam responsio
ad secundam. Nam, si verum est, quod huiusmodi
lex trahitur de vno casu ad alium, ex identitate ra-
38 tionis id locum sibi vindicabit, tam in iure delato,
quam in iure quærendo; nam, non solum in quæsi-
tis, sed etiam in quærendis semper procedit regula,
quem potiùs velle prospicere filijs suis quam extra-
neis, vt, in terminis, benè fundat *Molin. de Hispan.
Primog. d. lib. 2. cap. 3. num. 42.* idcircò, iure meritò,
fatetur *Gabriel vbi suprà d. concl. 2. num. 37.* quod ra-
tio adducta ad excludendam dispositionem, *tex. in l.
si vnquam*, non procedat in iure quærendo, non
subsistit; tam per eius rationem, quæ videtur esse ge-
neralis, quam etiam quia eius dispositio, tanquam fa-
uorabilis est amplianda.

Et ideò non desunt Doctores, qui, in terminis ter-
minantibus, probant per superuenientiam liberorum,
reuocari renunciationes futuræ successionis, dummo-
dò, in actu renunciationis, non sit cogitatum de filijs, 39
nec sit sermo de renunciatione facta ob causam, &
præcipuè, *Boer. dec. 159. num. 18. 19. Bertrand. consil.
312. lib. 3. Simon. de Præt. consil. 150. num. 39. Molin. de
Hispan. Primog. lib. 2. cap. 3. nu. 41. & seqq.* & hanc opi-
nionem videtur etiam admittere, *Spad. cons. 50. num.
25. 26. lib. 1.* Vbi, in terminis futuræ renunciationis
excludit dispositionem *text. l. si vnquam*, illa, tan-
tùm, ratione, quod renuncians, de liberis cogita-
uit, non verò in renunciatione iuris nondum quæ-
siti.

Hæc opinio mihi videtur verior, & ab ea nequa-
quam discederem, præcipuè, quia Doctores in con-
trarium allegati *num. 9.* examinant quæstionem in ter-
minis *cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* quo casu mili-
tant validissimæ rationes pro exclusione *l. si vnquam*,
& maximè filiorum cogitatio, & causa renunciatio-
nis, scilicet dos data, vel promissa; meritò, cum lo-
quantur in diuersis terminis non faciunt ad casum
præsentem.

Et ad alia argumenta, quæ in contrarium adduci
possunt, nempè, quod prohibitus donare non cen- 40
seatur prohibitus id quod sibi delatum est, non acqui-
rere *l. qui autem in princ. ff. de his quæ in fraud. credit.*
Et de debitore in præiudicium creditorum, *Me-* 41
*rend. capit. 36. lib. 24. Olea de Ceß. titul. 2. quæst. 3.
Arias de Mes. variar. capit. 41. lib. 2. Carleual. de Iu-
dic. lib. 1. titul. 3. disput. 20. D. meus Aloys. Mans.
consil. 24. Rot. coram Buratt. decis. 62. numer. 7. dec.
268. & dec. 341. part. 4. tom. 2. recent. Sous. decis. Lu-
sitan. 8.*

Et ob id sit diuersa ratio in donatione, & in renun-
ciatione, benè respondet, *Molin. de Hispan. Primog.*
quod ille *tex.* ad casum, de quo agimus non adapta-
tur. Hic enim non agimus de voluntare, sed de po-
testate, & quamuis is, qui non potest donare, possit
ius quærendum repudiare, illud, tamen, intelligen- 42
dum est, quando constat ipsum repudiationem hu-
iusmodi, in omnem euentum, facere voluisse, secus,
quando ex iuris præsumptione censendum est ipsum
repudiare noluisse in casu, quo filij sibi superna-
scantur; Addit vlteriùs, quod, si *d. lex si autem*, ad
casum nostrum foret extendenda, prorsùs corrueret
distinctio, de qua suprà, quod dispositio *l. si vn-
quam*, locum habeat in hæreditate delata, non au-
tem in ea, quæ nondum delata est: cum *d. l. cum
autem*, tam in hæreditare delata, quam in ea, quæ
nondum delata est, procedat, dummodò non sit
adita, vt probatur ex eadem, *l.* ibi, *qui, autem, cum
possit aliquid quærere id non agit, vt acquirat*, pro-
pterea absurdissimum foret, dicere, dispositionem
l. si vnquam, in renunciatione hæreditatis opulen-
tissimæ iam delatæ non procedere: qua ratione
idipsum in hæreditate nondum delata, quam
tamen iure, quasi debitam esse censuerunt, dicen-
dum est.

Nec turbant verba *l. si vnquam*, denotantia bona
donata esse in bonis donantis; Et præcipuè verbum,
Reuertatur, quod non potest adaptari ad renunciatio-
nem hæreditatis nondum delatæ, cum ea nunquam
fuerit in bonis alienantis, & non possit dici ad eum
reuerti illud, quod nunquam sibi acquisitum fuerat;
Nam satisfacit optimè huic obiecto, *Molin. d. loco
num. 45.* quod, licet hoc verbum strictè sumptum,
ità sit accipiendum, tamen, si latè accipiatur, 43
comprehendit etiam illud, quod denuò ab ipso

donante acquiritur, præsertim, si ius, quod ad illud
habebat, remisit, *l. verbum reddendi, ff. de verb. signif.*
vbi *Alciat. & l. restituere videtur, ff. eodem*, vbi pariter
44 *Alciat.* plura ad propositum; Sic etiam is, qui remit-
tit, donare dicitur *l. si mulier, ff. de condit. ob caus. l. si
fundum, §. Titio, ff. de leg. 1. l. Iulianus, ff. de condit. & de-
monstrat.*

His suppositis, de nonnullis potest dubitari; An re-
nunciatio facta fauore Ecclesiæ possit reuocari, nati-
45 uitate filiorum vide *Rip. d. l. si vnquam num. 49. Donat.
Ant. de Mar. alleg. 138. num. 7. & seqq. Genuen. in prax.
Eccles. quæst. 244.*

An possit renunciari huic *l. si vnquam*, in præiudi-
46 cium filiorum, vide *Rip. vbi supra quæst. 51. Donat.
Anton. de Marin. d. cap. 138. num. 2. lib. 3. Merend.
controu. lib. 16. capit. 33. Donad. de renunc. capit. 17.
tom. 1.*

An renuncians omni legum auxilio dicatur renun-
47 ciare huic legi vide *Rip. quæst. 12. Menoch. consil. 196. nu.
50. Don. Ant. de Marin. d. alleg. 138. nu. 4. 5.*

An valeat renunciatio sine Notarij certioratione
48 *Rip. quæst. 53. Donat. Anton. de Marin. d. alleg. 138.
num. 5.*

An huiusmodi lex de reuocanda donatione locum
habeat, in casu, quod vir, & vxor, conueniant, vt al-
49 tero descendente, superstes succedat, *Tiraquell. verbo
donatione largitus numer. 216. Menoch. consil. 196. nu-
mer. 47.*

Reuocata per superuenientiam liberorum, dona-
50 tione; An mortuis filijs reuertatur latè *Reuerter.
dec. 477.*

An, si donans non reuocat, ipsi filij nati reuocare
51 possint, *Merend. contr. cap. 34. lib. 16. Tondut. quæst. ci-
uil. cap. 54.*

An habeat locum per superuenientiam naturalium
52 disputat *Boer. dec. 159.*

Tandem talis reuocatio non habet locum quando
renunciatio quartam partem bonorum non excedit
53 *Tiraquell. d. l. si vnquam verbo omnia num. 27. 28. Soc-
cin. cons. 47. num. 14. lib. 1. Gabriel cons. 127. num. 48. lib.
1. alter Gabriel. de Donat. concl. 2. num. 45. limit. 5. Spad.
cons. 50. num. 52. tom. 1.*

Plura autem de materia reuocationis donationis per superuenientiam liberorum vide *in d. Romana Domorum 1. Iulij 1669. cor. Reuerendiss. Albergato Decano d. dec. 119. post tract.*

CAPVT XXX.

Mulieres, antè renunciationem, an sint certiorandæ de his, quæ renunciarunt. Plura, an renunciatio trahatur ad incogitata; An, & quando præsumatur ignorantia in renunciante: Quid operetur iuramentum absque certioratione. Et an certioratio requiratur necne, in iure deferendo, sicuti in iure delato.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia renuncianti non prodest.*
2 *Remittens ius suum debet esse certus de eo quod remittit.*
3 *Renuncians debet certiorari.*
4 *Mulier, in dubio, censetur ignorare ius suum.*
5 *Minor præsumitur ignorare iura sibi competentia.*
6 *Nemo censetur remittere ius quod ignorat.*
7 *Vel ius, quod dubitat, an sibi spectet necne.*
8 *Renunciatio non trahitur ad ea, de quibus claram notitiam renuncians non habebat.*
9 *Mulier potest Senatus Consult. Velleiano renunciare.*
10 *Sed quando fuit certiorata non aliter.*
11 *Valet renunciatio futuræ successionis sine certioratione.*
12 *Omnes tenentur scire iura, & leges.*
13 *Mulieres & minores debent certiorari in renunciatione.*
14 *Ignorantia iuuat minores, & mulieres.*
15 *Iuramentum efficit, vt mulier renuncians dicatur certiorata.*
16 *Iuramentum facit actum valere, omni meliore modo quo potest.*
17 *Iuramentum habet expressionem pacificè consensus.*
18 *Qui super facto iurat, omne quod ex eo oritur approbare censetur.*
19 *Non requiritur Velleiani certioratio in actu iurato.*
20 *Non valet renunciatio iuris, quod quis ignorat sibi competere.*
21 *Iuramentum non est herba Bethonica, quæ sanet omnes infirmitates.*
22 *Nemo præsumitur ignorare iura naturalia.*
23 *Ignorantia non potest allegari in illis, quæ quis scire debet.*
24 *Minor, iurando, videtur renunciare omnibus auxilijs, & priuilegijs sibi competentibus.*
25 *Quod, attento iuramento, renuncians non sit certiorandus.*
26 *Vbi supponitur ignorantia in facto non sufficit iuramentum sine certioratione.*
27 *Eorum, quæ ignorantur, nullus est consensus.*
28 *Iuramentum non extenditur ad id de quo specialis mentio fieri debebat.*
29 *Transactio fieri non potest circa ea, quæ pendent à testamento nisi lectis verbis testamenti.*
30 *Valet transactio super testamento, quando quis habet scientiam de eo.*
31 *Valet renunciatio absque certioratione, quando agitur de iure incerto.*
32 *Siue fiat renunciatio in manibus patris, siue ad fauorem fratrum.*
33 *Quando agitur de renunciatione iuris delati non valet absque certioratione.*
34 *Nemo potest habere notitiam de ijs, quæ in facto consistunt nisi in specie instruatur.*
35 *Renunciationes mulierum à fratribus quæri solent, sorores decipiendi gratia.*
36 *Iuramentum habet admixtam clausulam, si non valet vt ago, valeat, vt valere potest.*
37 *Deficiente consensu actus est nullus.*
38 *Doctores tenentes non valere sine certioratione renunciationes, intelligunt de hæreditate delata.*
39 *Certioratio non est necessaria in iure de futuro.*
40 *Quando est necessaria certioratio non sufficit Notarij attestatio, sed debet aliundè probari.*
41 *Renunciatio valet sine probatione certiorationis, quando agitur de renunciatione ob ingressum in religionem.*

AFfirmatiua opinio, quod ad validitatem re- 1
nunciationis requiratur certioratio in muliere, videtur magis vera; quoniam regulariter ignorantia renuncianti non prodest; Et remittens, siue repudians ius suum, semper de eo certus esse debet,

2 bet, *l. in repudianda, ff. de acquir. hæred.* & habe-
mus passim apud Doctores, quod, in renunciationi-
bus, exigitur certioratio, & renuncians certiorari
3 debeat, vt consuluit *Alexand. in l. si quis, C. de Pact.*
Marsil. in Rubr. de Fideicomm. num. 37. Gail. obseru.
77. num. 3. lib. 2. quos allegat cum alijs, *Gallerat. de*
Renunc. lib. 3. cap. 10. num. 2. tom. 1. Molfes. ad consuet.
tit. de Renunc. quæst. 11. per tot. de quo meminit *Botti-*
glier. de success. cap. 2. Theor. 59. in princ. Cyriac. controu.
228. num. 26. Simon. de Præt. cons. 150. nu. 47. Neurzzan.
consil. 22. num. 9. in fine, Rot. dec. 102. num. 10. par. 2.
diuers. & coram Burats. dec. 120. nu. 20. & 21. Gratian.
discept. for. cap. 858. num. 13. Donad. de Renunc. cap. 8.
num. 72. 73. lib. 1. Ioseph Altograd. contron. 23. num. 4.
Carpzou. Iurisp. for. par. 2. Constit. 16. def. 19. Rot. dec. 81.
par. 8. rec.

Et ratio videtur esse, quia mulier in dubio præsu-
4 mitur ignorare ius suum, *l. cum de indebito, §. si autem*
is, ff. de Probat. l. 2. §. fin. ff. de Iur. fisc. quod procedit,
etiam in minore, qui regulariter censetur ignorare
5 priuilegia sibi competentia, *l. regula, ff. de Iur. & fact.*
ignor. d. l. 2. in fine, ff. de Iur. fisc.

Quamobrem dicendum est absque certioratione
renunciando sibi non præiudicare, ex quo nemo cen-
setur remittere ius, quod sibi ignorat competere,
6 *c. veniens, 16. & cap. quemadmodum, de Iureiurand.*
l. legitimam, ff. de Petit. hæred. l. mater, C. de inoff. testam.
l. coram, ff. de Verb. Signif. l. diem proferre, §. coram, ff.
de arbitr. l. fin. C. de non numer. pecun. l. mater decidens
in princ. & l. cum Aquiliana, ff. de Transact. Et non so-
lum, vbi quis certò ignorat, sed etiam, vbi quis du-
7 bitat, an sibi competat, necne. text. optimus, *l. fin.*
§. sin autem, C. de Furt. & latè *Roman. Com. Alexand.*
& alij *in l. qui admitti, l. repudiando, l. hæres institutus,*
ff. de acquir. hæred.

Et habemus, quod generalis renunciatio non tra-
8 hitur ad ea, de quibus renuncians claram notitiam
non habebat, *Cyriac. controu. 328. Frances. de Intruf.*
quæst. 6. num. 23. Fontanell. dec. 385. Buratt. dec. 899.

Hinc videmus, quod, licet, secundùm opinionem
9 magis communem, possit mulier Velleiano Senatus
Cons. renunciare, id tamen conceditur, vbi, de vi,
& potentia huius beneficij fuerit certiorata, non ali-
ter, *Thesaur. dec. 223. num 3. Gayl. lib. 2. obseru. 77. nu 3.*
10 cum alijs latè cumulatis per *Donad. d. cap. 8. num 98.*
Donat. Anton. de Marin. cap. 276. lib. 1. Merend. cap. 37.
lib. 2. Adden. ad decisionem 460. num. 230. & seqq. par.
4. tom. 2. rec.

Altera est opinio negatiua, quòd requiratur certio
11 ratio in renunciatione; quæ magis est frequens, &
approbata, vt, omissis antiquioribus, tenet *Gulielm.*
de Bened. in cap. Raynutius, verbo duas habens, nu 260.
P. Passerin. in cap. quamuis pactum, num. 23. de Pact.
in 6. Alex. cons. 42. num. 27. vol. 1. Gabriel. conclus. tit. 2.
de Iureiur. concl. 3. Couarr. d. cap. quamuis pactum, par. 3.
§. 1. num. 8. Petr. Gregor. Tholos. syntagm. iur. vniuers.
lib. 41. cap. 13. num. 2. 3. Pappon. Arrest. lib. 16. tit. 4.
arrest. 2. Kellembet. de renunc. success. quæst. 4. num. 7.
& seqq. Gallerat. de Renunc. d. lib. 3. cap. 10. num. 3.
& meliùs *num. 20. Bottiglier. de success. d. Theor. 59.*
num. 5. ad finem, Cyriac. controu. for. 128. num. 117. &
seqq. & ratio est secundùm *Gallerat. vbi suprà,* quia
12 omnes tenentur scire iura, & leges, *l. leges, C. de legib.*
imò is, qui ignorat leges, dicitur in lata culpa, vtpotè,
qui ignorat id, quod omnes sciunt vel saltem scire
debent, *l. lata culpa, ff. de Verb. Signif.*

Hanc, autem, rationem in præsenti adaptari mihi
suadent dicta per eundem *Gallerat. num. seq.* nempè,
hanc regulam esse restringendam, & limitandam in
13 minore, muliere, & rustico, nam hæ personæ certio-
rari debent; quia, de iure speciali huiusmodi personæ
sunt certiorandæ, de his, quæ, in corpore iuris con-
tinentur, vt etiam dixerunt, *Andreol. controu. 6. n. 64.*
& seqq. Capyc. Latro, dec. 98. num. 42. & seqq. Rot. dec.
168. par. 9. rec.

Meritò, cum, in nostra facti specie frequentiùs de
renunciationibus mulierum, & minorum agatur, si in
eis regula limitatur, quod debeant certiorari, erit po-
tiùs prima opinio amplectenda, quod, in pactis re-
nunciatiuis futuræ successionis requiratur certiora-
tio, & erit indaganda ratio, ob quam non sit necesse,
vt certiorentur.

Et in terminis, quod ignorantia possit minores,
& mulieres iuuare, *Merend. cap. 28. lib. 10. Redenasc.* 14
cons. 1. num. 126. & seqq. Sperell. dec. 161. vbi etiam de
rustico, *Donat. Anton. de Marin. cap. 136. num. 10. lib.*
2. Vin. dec. 253. Illustriss. D. Fagnan. in cap. in parte,
num. 10. & sequent. de Regul.

Est igitur alia potissima, & principalis ratio, quæ
ab interpretibus assignatur; nempè iuramentum,
quod de necesse in nostris renunciationibus apponi-
tur; & sine quo validæ non existimantur renunciatio-
nes, vt fuit dictum; id enim efficit, vt mulieres re- 15
nunciantes censeantur certioratæ, & per hoc supple-
tur defectus certiorationis, *Alex. in l. sciendum, ff. de*
Verb. Oblig. Gayl. obseru. 77. num. 20. Thesaur. dec. 222.
num. 11. Seraphin de Priuil. iuram. priu. 63. Mancin. de
Iuram. par. 4. effect. 1. quæst. 13. num 21. Gallerat. vbi su-
prà, nu. 17. Bottiglier. de Renunciat. success. d. Theor 59.
num. 6. Kellemb. de Renunc. success. d. quæst. 4. num. 7.
Cyriac. d. controu. 128. num. 118. & est regulariter in 16
omni materia, vt iuramentum faciat valere actum,
omni meliori modo, quo poterat, & habeat expressio-
nem specifici consensus, *l. si duo, §. idem Iulianus, ff. de* 17
Iureiur. Laurent. à Pin. cons. 73. num. 6. Kellemb. vbi
suprà quæst. 4. num. 7.

Et qui super facto iurat omne id, quod super eo 18
oritur, improbare censetur, *l. duobus, §. si quis iura-*
uerit, ff. de iureiur. & sequitur *Kellemb. d. nu. 7. in fine.*

Et in similibus terminis, de S.C. Velleiano statutum
fuit, vt, adhibito iuramento, nulla certioratio requi- 19
ratur, *Surd. consil. 317. num. 12. lib. 3. Seraph. de Priuil.*
iuram. priu. 63. num. 3. Gratian. discept. cap. 669. num. 23.
Kellemb. cum alijs ibi cumulatis *d. quæst. 4. num. 11.*
Bottigl. cit. loco, num 6. Gallerat. cit. cap. 10. num 20.

Et licet *Cin. & Din.* contrariam opinionem pro-
bent, allegando *tex. in l. qui cum tutorib. ff. de transact.*
vbi, quod non valet renunciatio iuris, quod, quis
ignorat sibi competere; Sed minor, rusticus, & mu- 20
lier præsumuntur iura ignorare, ergo renunciatio non
valet, vbi autem non valet renunciatio, neque iura-
mentum, quia non est herba Bethonica, quæ omnes
infirmitates sanare possit, vt ait, in proposito *Do-* 21
nad. de Renunc. d. cap. 8. num. 85. Ioseph Altograd. d.
contron. 23. num. 5.

Quia respondet *Gallerat. d. loco,* quòd, licet renun-
ciatio absque certioratione non valeat, valebit tamen
iuramentum; Nam ius impugnandi actum non tol-
litur, ex vi renunciationis tacitę, vel expresę, sed
propter religionem iuramenti, ne incurrat quis pec-
catum; quæ ratio locum habet, etiam, nulla inter-
ueniente certioratione; & licet huiusmodi personæ 22
ignorare præsumantur iura, tamen ignorare non prę-
sumuntur Iura naturalia, & proinde vim, & religio-
nem iuramenti. Vndè valet dicere, quod ignorantia
non potest allegari, in illis, quæ quis scire debet, *Tho-*
mat. dec. 201. nu. 43. & in publicè notis *Spad. cons. 160.*
num. 5. lib. 2. Nathen. de Inst. Vulner. par. 1. tit. 4. num. 3. 23
Giurb. dec. Sicil. 79. num. 3. Put. dec. 147. num. 5. par. 1.
Eminentiss. Otthob. dec. 16. num. 16.

Si, igitur, minor iurat non contrauenire actui,
quamuis ignoret auxilium restitutionis in integrum
à iure

à iure concessum, tamen, non ignorat iuramentum
omninò seruandum esse, seruari autem illud non pos-
set, nisi amotis obicibus auxiliorum iuris; Et sic,
iurando, videtur saltem in genere cogitare de tollen-
24 dis ijs beneficijs, quæ obstare possunt validitati actus
iurati, & iurando non contrauenire, promittit etiam
non contrauenire ratione defectus certiorationis;
Nec obstat, quod ignorauerit beneficia iuris, quia
debuit scire vires iuramenti, & id ignorando, pec-
cat contra ius naturale; & proinde illi non subueni-
tur. Quapropter hanc esse communem opinionem
25 firmat *Gallerat.* cum alijs ab eo adductis *vbi suprà num.* 19. Monet, tamen, quod ad tollendum omne
dubium melius est, vt certiorentur.

Et hæc, quæ dicta sunt, fauore iuramenti, optimè
quidem procedunt, vbi tractatur de renunciatione
priuilegij, in iure consistentis; vbi verò sit sermo de
renunciatione alicuius facti, & supponeretur igno-
rantia in facto, tunc mihi videtur magis vera opinio,
suprà tradita, quod non sufficiat iuramentum sine
26 certioratione, vt distinguit *Gallerat. d. lib. 3. cap.* 10.
num. 18. & meliùs demonstrat *Kellemb. vbi suprà d. quæst. 4. per tot.* vbi distinguit quæstionem in priuile-
gio consistentem, in iure, nempè, restitutionis in inte-
grum; & probat certiorationem non requiri, iura-
mento attento, & in re in facto consistente; vt de
patrimonij valore; Et tunc, quia quantitas ipsius in
facto consistit, nisi in specie quis de omnibus probè
instructus fuerit, alienationem, siue renunciationem
ipsius rei comprobasse dici nequit, quia eorum, quæ
27 ignorantur nullus est consensus, *l. cum rectoribus, in fine, ff. de Transact. l. tres fratres 39 ff. de Pact. l. iubemus 20. C. ad Sen. Cons. Vellean.*

Et, licet faciat valere actum omni meliori modo,
quo potest, nunquam operatur, vt possit extendi, ad
28 id, de quo specialis mentio fieri debebat, & si supplet
defectum ætatis, non potest defectum voluntatis sup-
plere, latissimè *Donad. d. cap.* 8. *num.* 93.

Ex quo videmus, quod non potest fieri transactio
29 circa ea, quæ ex testamento pendent, nisi, perlectis il-
lius verbis, *l. bis, ff. de Transact.* plenè *Bottigl. de success. d. cap. 2. Theor. 59. nu.* 10. ad saturitatem, *Donad. d. cap. 8. num. 81. Rot. coram Merlin. dec. 522. & coram Buratt. dec. 658. num. 9.* Et tantum, si adfuerit qualis-
cumque scientia contentorum in testamento, valida
30 esset renunciatio, *Surd. cons. 205. num. 16. Cancer. var. par. 3. cap. 15. num. 95. Bottiglier. vbi suprà num.* 10.

Deueniendo, igitur, magis strictè ad materiam no-
stram futuræ successionis; existimo cum *Kellemb. vbi suprà, quæst. 4. num.* 12. esse faciendam differentiam in-
ter mulierem, quæ tantum futuræ successioni, & hæ-
reditati deferendæ renunciat, & inter mulierem, quæ
renunciat iuri iam delato, quæsito, & proprio ipsius
mulieris.

Primò casu, quia hæreditas personæ viuentis adhùc
est incerta, & nisi secuta morte patris, vel consangui-
nei, non potest de ea aliquid statui, sed stat in penden-
31 ti; existimo renunuiationem valere, absque certiora-
tione, præcipuè, quia de iure, præter legitimam filia
in patrimonio paterno nullum ius habet; de portio-
ne verò legitimæ nemo est, qui ignoret, cuius nomine
conqueri nequit, si competenter dotata, & honestè
collocata fuerit, vt firmat *Gallerat. de Renunc. d. cap. 10. per tot. præcipuè num. 20. Kellemb. d. quæst. 4. num. 7. & seqq. Bottigl. d. Theor. 59. num. 5. & seqq. Cyriac. controu. 128. num.* 117. & firmauit *Rot. dec. 149. num. 5. par. 12. rec.*

Et procedit conclusio, (sequitur *Kellemb. d. loco*
32 *num. 12. versic. qua sententia*) etiamsi non patri, sed
fratribus renunciatio facta fuerit, nam, cùm hisce
æquè ignota possit esse patris substantia, fieri non po-
test, vt perpetuò ab ijs certitudo aliqua haberi
queat.

Altero verò casu, vbi filiæ hæreditas fuerit iam tum
delata, vel alio quouis modo necessariò debita, non
aliter renunciatio obtinebit, nisi ipsa renuncians ex 33
inuentario conscripto, vel alio modo de tota patri-
monij substantia probè instructa fuerit; Cùm enim,
hoc casu, filia in successione paterna de iure commu-
ni, cum fratribus æqualiter succedat, §. 1. *Instit. de Hæred. quæ ab intest. defer. Rot. dec 723. num. 10. par. 2. rec. Cyriac. controu. for. cap. 474. num. 49. & seqq.* ea-
dem *Rot. coram Buratt. dec. 120. num. 20. & seqq.* Et
hæc portio non sit ampliùs incertitudini subiecta, sed
de præsenti filiæ comperat; Et valor istius portionis
in facto consistat, cuius certa notitia, nisi quis in
specie de ea instruatur, haberi non possit, *l. in omni, in*
fine, & ibi Doctores, *ff. de Iur. & fact. ignor.* fieri non 34
potest, vt absque speciali certioratione adstringatur,
cum ignotis, nec renunciare intelligatur, nec etiam
renunciari queat ex supradictis.

Et eò magis hæc certiorationis intermissio, fraudis,
& doli habet præsumptionem; nam multoties soro- 35
ris decipiendæ gratia renunciationes à fratribus quæ-
ri solent, *Kellemb. d. loco, num. 2. in fine*.

Nec huic sententiæ potest obstare, quod iuramen-
tum renunciationi adiectum habeat clausulam, vt si
non valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere po- 36
test, *l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2.*

Nam id verum est in solemnitatibus actus, si aliquis
resideat defectus, non item si in substantia, & consen-
su, vt aiunt Doctores relati per *Kellemb. d. loco nu.* 13. 37
tunc enim, cum ob deficientem consensum actus sit
nullus, & consequenter nihil existat per iuramentum,
quod confirmetur, nec etiam iuramentum subsistere,
aut vires aliquas habere potest, *l. eius qui in Prouincia, ff. si cert. pet.*

Hinc benè reducuntur ad concordiam Doctores,
de quibus suprà: Nam, si rectè quis perpendat exa-
rata per auctores affirmatiuæ opinionis, videbit, in
illo casu, fuisse necessarias certiorationes, quia age- 38
batur de iure quæsito, & hæreditatibus certis, & iam
deuolutis, & in specie *Rot. d. dec. 102. num.* 11. quæ lo-
quitur in terminis fœmellæ, quæ doti maternæ renun-
ciauerat, absque eo, quod sciuisset, cuius esset quan-
titatis illa dos, vt in dubio semper præsumitur igno-
rantia in muliere, vt tenet eadem decisio.

Similiter alia decisio *Buratti* disputat articulum in
renunciatione iuris quæsiti, ibi *num. 20. quarto ponderabatur Faustinam non fuisse certioratam de iure sibi quæsito per transitum patris ad secunda vota.* Et licèt
num. 24. fortè posset dubitari, an esset ius de futuro,
vel ius quæsitum, id quod fuit renunciatum; quo ca- 39
su, iuris de futuro non fuisset certioratio necessaria,
tamen quoquo modo sit, sit regula contra renuncia-
tionem; quia statutum videbatur resistere expresè;
& ob id, si aliàs non fuisset necessaria certioratio in
renunciatione iuris de futuro, in eo casu, quia statu-
tum id expresè statuebat, non poterat euitari cer-
tioratio; Et tandem concludit *num.* 27. quod in eo
casu cessabat difficultas, quia verè agebatur de iure
quæsito; ex quo confirmatur nostra sententia; Nàm
Rota supponit, quod, si renunciatio fuisset interposi-
ta super iure quærendo, & non resisteret dispositio
statuti, non fuisset certioratio necessaria.

Gratian. discept. 858. num. 13. pariter, in his terminis,
loquitur, vt demonstrant scripta *num.* 15. ibi, *maximè, quia sumus in renunciatione fideicommissi deuoluti, & deuoluendi, &c.* in quibus etiam terminis conclu-
dit *Donad. d. num. 72. & 73.*

Doctissimus *Altograd. Iun. pariter in d. controu.* 23.
non obstat; quia in proemio discursus latè patet scri-
psisse

psisse ad fauorem mulieris, quæ doti maternæ iam sibi debitæ renunciauerat.

Ex inspectione, autem, auctorum pro contraria opinione adductorum, quisque poterit cognoscere illos fuisse loquutos in terminis puris renunciationis iuris de futuro incerti, ob id meritò fuit conclusum certiorationem necessariam non fuisse.

Et quando hæc certioratio requiritur in renuncia-
40 tione, non sufficit attestatio notarij renunciantis fuisse certioratum, sed aliundè probari debet, vt dicit *Donad.d.cap.8.num.89.* latè *Gallerat.d.cap.10.num.22. Altograd.Iun.d.controu.23.num.3.*

Minusq; probatur certioratio, per illa verba generalia, *certiorata*, nisi in specie exprimatur, de qua re fuerit certificata, &c. vt monet *Buratt.d.dec.120.num.22.* & priùs dixerat *Gallerat.d.lib.3.cap.10.num.23.vers. renunciatio autem.*

Tandem, si agatur de renunciatione ob ingressum
41 in Religionem, & renuncians iuret se esse certioratum, & habere notitiam de omnibus, tunc valet renunciatio sine certiorationis probatione, vt voluit *Natt.cons.145.lib.2. Altograd.cons.66.num.26.lib.1. Gratian.discept.for.cap.568.num.41. Rot.post Salgad.in Labyr.Credit.decis.25.num.18.& seqq.& decis.149.num.7.par.12.rec.*

CAPVT XXXI.

Absque insinuatione; an sint valida pacta futuræ successionis: In quibus actibus requiratur insinuatio, in quibus non: Et an per iuramentum suppleri possit defectus insinuationis. Firmatur tandem, quod insinuatio non requiratur in renunciatione futuræ successionis.

SVMMARIVM.

1 *Pacta futuræ successionis negatiua sunt insinuanda.*
2 *Omnis donatio excedens 500. solidos, est insinuanda.*
3 *Renunciatio inter donationes connumeratur.*
4 *Quicquid alteri, nulla necessitate cogente, sed liberaliter conceditur, est donatio.*
5 *Remissio debiti, si summam excedit, est insinuanda.*
6 *Spes viuentis hæreditatis continetur sub appellatione rei.*
7 *Donatio ob causam non insinuatur.*
8 *Quando causa non æquat donationem, donatio insinuatur.*
9 *Causa agnationis conseruandæ non liberat ab insinuatione.*
10 *Causa pia non liberat ab insinuatione.*
11 *In donatione ad piam causam requiritur insinuatio.*
12 *Iuramentum non supplet insinuationem.*
13 *Insinuatio exigitur ad fraudes tollendas.*
14 *Fauori publico renunciari non potest, neque etiam cum iuramento.*
15 *Insinuatio est inducta fauore publico.*
16 *Iuramentum in minoribus efficit, vt fingantur maiores.*
17 *Iuramentum supplet defectus minorum, non verò maiorum.*
18 *Iuramentum non supplet plures defectus.*
19 *Renunciatio futuræ successionis non valet sine insinuatione.*
20 *Insinuatio debet esse in omnibus contractibus, in quibus mulieres possunt damnificari.*
21 *Conditio non efficit, quin donatio sit insinuanda.*
22 *Insinuatio non requiritur in renunciatione futuræ successionis.*
23 *Iuramentum excludit insinuationem.*
24 *Iuramentum supplet omnes defectus, qui ab humana lege descendunt.*
25 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*
26 *Contra quod iuramentum supplere non possit defectum insinuationis.*
27 *Insinuatio ob publicam vtilitatem est inuenta.*
28 *Iuramentum non conualidat contractum contra bonos mores.*
29 *Reipublicæ interest, ne fraudes committantur.*
30 *Renunciatio expressa insinuationi non iuuat.*
31 *Contra quod expressa renunciatio sine insinuatione iurata valeat.*
32 *Iuramentum sanat insinuationem inductam à iure communi, non verò de insinuatione statuti.*
33 *Iuramentum non sanat insinuationem contra tertiũ.*
34 *Præcipuè in loco, vbi adest statutum mandans, quod donationes debeant insinuari.*
35 *An per iuramentum possit suppleri insinuationis defectus, est quæstio multum ambigua.*
36 *Insinuatio non requiritur in donatione iuris quærendi.*
37 *Insinuatio non requiritur in donatione hæreditatis delatæ, nondum aditæ.*
38 *Et eo magis in hæreditate neque adita, neque delata.*
39 *Præcipuè non requiritur insinuatio in renunciatione ob ingressum in religionem.*
40 *Renunciatio futuræ successionis non dicitur donatio.*
41 *Quando renunciatur ius non delatum, insinuatio non requiritur.*
42 *Quando quis iuri quæsito renunciat, requiritur insinuatio, non quando iuri quærendo.*
43 *Iuris quærendi remissio non indiget insinuatione.*
44 *Insinuatio excluditur per illiquiditatem.*
45 *Donatio ob ingressum in religionem non insinuatur.*
46 *Insinuatio præsumitur ex lapsu temporis.*
47 *Exceptio insinuationis non sufficit ad retardandam instrumenti executionem.*

HViusmodi quæstio resoluenda videtur, affirma-
tiuè, quod pacta futuræ successionis debeant in- 1
sinuari, ad hoc, vt valeant; pro qua opinione facit,
quod regulariter omnis donatio, & quæuis alia libe-
ralis largitio excedens 500. solidos, est insinuanda, 2
l. sancimus, l. hac Sacratissima, C. de Donat. Altograd.
cons.7.num.1.lib.1.Buratt.dec.7.num.5.Duran.dec.151.
vbi, quod, si est correspectiua, insinuatur pro ea sum-
ma, quæ excedit correspectiuitatem, *Gratian.discept.*
for.cap.347. ergo, & renunciatio, quæ inter donatio- 3
nes connumeratur; nam quidquid alteri nulla neces-
sitate cogente, sed liberaliter conceditur, donatio- 4
nis nomen meretur, *l. donatio, ff. de Donat.* Hinc est,
quòd, si creditor debitori suo creditum remiserit,
vel pactum, de non petendo fecerit, & liberatio, ac
renunciatio crediti summam excedat, debet insinuari,
aliàs erit nulla, vt facit *tex. in l. 1 ff. de transact. l. in* 5
ædibus 9.ff.de Donat. Bald.cons.231.per tot.lib.1.Couarr.
var.lib.2.cap.4.num.8.Gratian.discept.for.cap.409.
num.19.Put.par.1.dec.230.num.8. & cęteri relati per
Oleam de Ceß.Iur.& act.tit.8.quæst.1 nu.16 Tiraquel.
l.si vnquam, verbo, donatione largitus, num 176.Tondut.
resol.Ciuil.cap.57.num.13.Gallerat.de Renunc.lib.2.
cap.4.num.11.12.Kellemb.eodem tract quæst.6.num.3.
Cancer.var.lib.1.cap 8.num4. Buratt.dec.640.

Sic, igitur, procedit in renunciatione nostra, in qua renuncians remittit renunciatario, eique donat, & cedit portionem sibi, post mortem consanguineorum

obuen-

obuenturam, vel liberat patrem ab instituendi necef-
ſitate, eique permittit, vt valeat propria bona re-
linquere alijs perſonis, quam renuncianti, quod, in
effectu, nil aliud eſt, quàm remittere ius ſuum, &
liberare renunciararium ab onere inſtituendi hære-
dem renunciantem.

Vlteriùs animaduertere oportet, quod, licèt hic
agatur de renunciatione ſucceſſionis, quæ ſperatur, &
nunc in bonis noſtris non eſt, nihilominùs iſta ſpes
ſub rerum etiam vocabulo continetur, nec non æſti-
6 mationem habet, *l. nomina, ff. de hæred. vel act. vend.*
& donationem recipit, *l. ſpem, C. de Donat.* Vnde iſta
æſtimatio excedens 500. ſolidos inſinuanda eſt, vt
obſeruauit *Kellemb. d. quæſt. 6. num. 4. 5.* & voluit *D.
meus Franc. Palma conſult. 60. num. 20. 21.*

Nec dicatur, quòd, quia huiuſmodi renunciationes
fiunt plerumque, ob dotem datam, & fauore agna-
tionis, tamquam cum cauſa factæ, inſinuatione non
7 indigeant, vt in terminis donationis factæ ob cauſam
præcipuè matrimonij, tenet *Molin. de Hiſpan. Pri-
mog. lib. 2. cap. 8. num. 16. Gabriel. comm. concl. tit. de
Donat. concluſ. 1. num. 62. Menoch. conſil. 261. num. 10.
Theſaur. quæſt. for. lib. 3. quæſt. 49. num. 5. Gamm. dec.
302. num. 8. Maſtrill. dec. 111. nu. 7. Fontanell. de Pact.
Nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 1. num. 21. & gloſſ. 5. num. 18.*
plures allegat, *Altograd. conſ. 7. num. 30. & ſeqq. lib. 1.
Cancer. d. cap. 8. num. 3. Tondut. reſolut. Ciuil. cap. 57.
num. 29.*

Nam reſpondetur, quod doctrinæ applicantur, ſi
cauſæ æquent ipſam donationem, *l. ſi quis pro redem-
ptione, §. eandem, C. de Donat.* non verò quando ſu-
8 perat donatio, quia in eo, quod excedit venit inſi-
nuanda, *l. qui ſuperſtitis, ff. de acqu. hæred. Gratian. dec.
131. nu. 8.* & alijs adductis, *Rot. in Arimin. Bonorum,
26. Februar. 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, poſt tract.
dec. 29. num. 7. 8.* quibus addo *Duran. dec. 155.* quod,
in dote contingere non poteſt, quia quæſtio mone-
tur, vbi res renunciata ſuperat dotem vltra 500. ſo-
lidos; & in hoc dumtaxat caſu, poſſet dubitari, an
requiratur inſinuatio; Neque poteſt fauor agnatio-
9 nis ſuſtinere renunciationem non inſinuatam, vt benè
*Peregr. de fideic. art. 51. num. 63. Buratt. dec. 124. num.
4. 5. Rot. in Romana, ſeu Reatina Donationis 11. Decemb.
1665. coram bo. me. Emerix, poſt tract. dec. 118. num. 9.
& ſeqq.* Nulla enim alia datur cauſa, quæ ſit ſuffi-
10 ciens ad inſinuationem excludendam, quàm cauſa
pia, vt *Gabriel. de Donat. concl. 1. num. 28. Tiraquell.
de Priuil. piæ cauſ. priuil. 124.* & alij relati per *Merend.
lib. 1. cap 14. num. 3. Io. Franc. Marcian. diſp. 74. num.
14. Buratt. dec. 7. num. 9. Royas dec. 103. num. 1. &
dec. 173. par. 12. recent.* Quinimmò multi volunt,
11 quòd etiam in donatione, fauore piæ cauſæ facta, de-
beat adhiberi inſinuatio, vt alijs allegatis, firmat
Merend. d. cap. 14. num. 3. & ſeqq. lib. 1.

Similiter nulla vis eſt facienda, ſuper iuramento ad-
hibito in renunciationibus noſtris; quia, quicquid
dicant nonnulli, non eſt tantæ efficaciæ iuramentum,
12 vt poſſit, inſinuationis defectui ſupplere, vt per
*Paul. Caſtren. conſ. 345. num. 6. & conſ. 385. Bald. conſ.
113. Burſatt. conſ. 40. num. 59. lib. 1. Gallerat. de Renun-
ciat. lib. 1. cap. 90. num. 2.* & alij allati per *Kellemb. d.
quæſt. 6. num. 8. Duran. dec. 155. num. 12.*

Limitat tamen *Merend. cap. 13. lib. 1. Thomat. dec.
208. num. 9. Rot. dec. 4. poſt Zacch. de Oblig. Cam. Fen-
zon. ad Stat. Vrb. cap. 150. num 46. Gregor. dec. 391. nu.
5. & ibi Add. littera B, Capyc. Latro dec. 156.* eadem
Rot. dec. 82. num. 37. par. 10. rec. vbi, quod iuramentum
non operatur contra tertium, ſed benè contra renun-
ciantem, & hæredes.

13 Et ratio eſt, vt firmant citati Doctores; quoniam
inſinuatio exigitur ad tollendas fraudes, & proindè
introducta eſt fauore publico, cui renunciari non po-
teſt, etiam cum iuramento, vt probat optimè *Caſtren.* 14
conſ. 345. vbi, quod inſinuatio eſt inducta, fauore
publico, ne quis re ſua malè vtatur, & ad fraudes tol- 15
lendas; contrà quas iuramentum non eſt obligato-
rium, vti aduersùs bonos mores, ac vti aduersùs pu-
blicam vtilitatem interpoſitum; & licèt huiuſmodi
concluſio ſuos habeat contradictores, nihilominùs
in caſu præſenti veriſſima videtur. Nam renunciatio-
nes ſucceſſionum, vt plurimum, fiunt à puellis, &
iuuenibus in minori adhuc ætate, conſtitutis, quorum
iuramenta id tantum efficiunt, vt fingantur maiores,
ſoloque reſtitutionis beneficio, quod prætor minori- 16
bus conceſſit, priuentur, *l. fin. C. ſi min. ſeu maior dixer.
in l. 2. C. de Reſcind. vendit. Auth. ſacramenta puberum,
C. ſi aduerſ. vendit.* Iuramentum enim remedia tan-
tùm minoribus data, non etiam maioribus conceſſa 17
ſubſtulit, vt benè oſtendit *Kellemb. d. quæſt. 6. num. 9.*
Et facit regula ſupra tradita, quod iuramentum plu-
res defectus ſupplere non poteſt; Si igitur facit, vt 18
minor contrahens pariter habeatur, ac ſi eſſet maior,
& ſic ætatis defectum ſupplet, non poteſt, eodem
tempore, defectui quoque inſinuationis mederi.

Iure, igitur, merito multi ex Doctoribus noſtris
voluerunt huiuſmodi renunciationes futuræ ſucceſ- 19
ſionis, ſine inſinuatione non valere, vt videre eſt,
apud *Rot. dec. 38. num. 3. par. 2. rec. coram Gregor. dec.
15. num 6. Add. ad Buratt. dec. 120. littera E,* Et me-
liùs, quòd in renunciationibus futuræ ſucceſſionis re-
quiratur inſinuatio, quæ requiritur in omnibus con-
tractibus, in quibus mulieres damnificari poſſunt,
tenet *Catan. conſil. 7. num. 24.* & habemus, ad propoſi- 20
tum, doctrinam *Merend. contr. lib. 1. cap. 16. num. 8.*
vbi quærit, an donatio rei acquirendæ inſinuatione
indigeat, & affirmatiuam tenet opinionem, reddens
rationem; quia, re ipſa, nihil aliud continet, quam
rei alienæ donationem, ſub ea conditione, factam,
ſi ad donatorem pertinere cœperit; neque enim con-
ditio facit, quin donatio ſit inſinuanda, vt eſt *tex. in* 21
l. donatio, C. de Donat.

Hæc, licèt, aliquam probabilitatem habeant ad-
uersùs renunciationem futuræ ſucceſſionis non inſi-
nuatam, nihilominùs, re melius conſiderata, contra-
ria opinio, tanquam verior eſt amplectenda, vt, ſcili-
cèt, in renunciatione iuris futuri non requiratur inſi- 22
nuatio, vt firmarunt *Gabriel. conſ. 6. num. 3. & ſeqq. vol.
2. Bero. conſ. 52. num. 6. vol. 1. Gallerat. de Renunc. lib. 2.
cap. 4. n. 19. circà fin. to. 1.* optimè *Burat. dec. 103. vbi add.
num. 9. Royas dec. 399. num. 8.* vbi aliæ *Rotæ deciſiones*
afferuntur *Tondut. Sauleg. reſol. Ciuil. cap. 57. num. 21.
Rot. dec. 161. num. 11. par. 10. Gratian. diſcept. for. cap.
132. nu. 20. eadem Rot. in Romana Fideic. 27. Iunij 1660.
coram R. P. D. Beuilaqua dec. 48. num. 9. poſt tract.*

Et ratio reſolutionis eſt, ſecundùm *Kellemb. d. quæſt.
6. num. 11.* quia ex appoſito iuramento tantam vim, 23
& virtutem recipiunt renunciationes, vt ab hac inſi-
nuationis ſolemnitate liberentur; inquit, enim, quòd
iuriſiurandi religio omnes ſupplet ſolemnitates, &
defectus, quæ ex humana lege deſcendunt; periurium,
enim, cum abſque conſcientiæ læſione, & animæ pe-
riculo difficulter committi queat, hoc ſummè fugien-
dum; & tutior pars eligenda eſt, *c. iuuenis, de Spon-* 24
ſal. Clement. exiui, de Verb. Signif.

Sed pace *Kellemb.* arbitror, quòd ex alio fonte ſit
eligenda ratio affirmatiuæ ſententiæ, quam ex iura-
mento appoſito in renunciatione: Anceps eſt enim
quæſtio; an poſſit per iuramentum ſuppleri inſinua-
tionis defectus: ſiquidem alij exiſtimarunt defectum 25
inſinuationis non poſſe conſiderari, in actu iurato,
quia iuramentum vim habet tollendi huiuſmodi de-
fectum, vt, relictis antiquioribus, tenet *Menoch. conſ.*

789.

789. num. 9. Gabriel. cons. 167. nu. 97. lib. 2. Alba. cons.
4. num. 20. cons. 198. num. 14. Bursatt. cons. 183. num. 7.
Rimaald. Iun. cons. 242. num. 24. Gabriel. tit. de Donat.
concl. 1. num. 66. Morott. cons. 62. num. 11. Ludouic. de-
cis. Perus. 66. num. 6. Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 73.
num. 3. & num. 63. & seqq. Cæual. comm. contra comm.
quæst. 222. nu. 13. vers. Sed contrariam, & alij relati per
Gallerat. de renunc. num. 3. Capyc. Latro, dec. 156. nu. 8.
& 19. lib. 2. Greue. ad Gaill. concl. 39. num. 2. lib. 2.

Nonnulli è contrà putarunt, per iuramentum, mi-
26 nimè posse defectum insinuationis sanari, vt Bald.
cons. 13. & cons. 115. num. 2. lib. 1. Vasq. de success. creat.
lib. 1. §. 5. num. 2. Sard. de Alim. tit. 8. priuil. 72. num. 3.
Surd. cons. 361. num. 11. cum alijs adductis per Seraph.
d. priuil. 73. num. 50 & seqq. Gallerat. de Renunciat. d.
cent. 1. cap 90. num. 1. versic. Secunda opinio; & ratio-
nem assignant, quòd, cùm insinuatio sit inuenta ob
27 publicam vtilitatem, per iuramentum, cum sit contra
bonos mores, non validatur contractus, cap. non est
obligatorium, de Reg. Iur. in 6. Et quod, sit contra
bonos mores, patet, quia, ideò lex vult donationes
28 non insinuatas non valere, quia eas reputat fuisse fa-
ctas in fraudem agnatorum, vt à successione exclu
dantur, Riminald. Iun. in §. 1. Instit. de Donat. nu. 243.
Esset, etiam, contra publicam vtilitatem; Reipublicæ
enim interest, ne fraudes committantur, & vt com-
29 missæ puniantur, l. ità vulneratas, ff. ad leg. Aquiliam,
ob id tenent iuramentum nulliter esse interpositum,
quoad supplendam insinuationem; nàm contra pu-
blicam vtilitatem, & contra bonos mores est præstitũ.

Et hæc conclusio ampliatur secundùm aliquos,
etiam si propriè, & expresſè esset cum iuramento re-
nunciatum defectui insinuationis, vt tenent allegati
30 per Gallerat. de Renunc. d. cap. 90. cent. 1. num. 2. vers.
Tertia opinio est eoram: hoc autem non transit sine
controuersia, contrarium enim, quòd iuramentum
possit sanare insinuationis defectum, vbi expresſè, &
31 simpliciter fuit renunciatum nullitati non insinnatæ
donationis, optimè probarunt, Cephal. cons. 208. num.
16. vol. 2. Tob. Non. cons 108. num. 8. Gallerat. ibidem,
num. 4. Capyc. Latro dec. 156. lib. 2. num. 25. Cancer.
var. lib. 1. cap. 8. de Donat. num. 6.

Vlteriùs alij distinguunt, vt prima opinio affirma-
tiua, quod iuramentum suppleat insinuationis defe-
ctum, habeat locum, vbi agitur de insinuatione in-
ducta à iure communi; non verò de insinuatione, quæ
requiritur per particulare statutum loci, Sard. cons.
32 361. num. 11. Magon. dec. Florent. 64. num. 23. Thob. Non.
cons. 1. num. 16. Menoch. cons. 1. num. 377. Roant. dec. 48.
num. 4. Gallerat. vbi suprà nu. 2. Capyc. Latro d. dec. 156.
num. 25. Merend. controu. lib. 1. cap. 13. num. 7. & seqq.

Et tandem aliter conciliantur à nonnullis huiusmo-
di opiniones dissidentes, vt valeat quidem iuramen-
tum supplere insinuationis defectum in donatione,
fauore ipsorummet contrahentium, qui iurarunt non
contrauenire contractui, non verò contra tertium,
33 qui in donatione non interuenit, nec iuramentum in-
terponit, vt multis argumentis adductis, probat
Gallerat. de Renunc. d. cap. 90. num. 5. 6. & per tot. & la-
tissimè Capyc. Latro d. dec. 156. num. 11. & seqq. & num.
36. & 27. & alij ab eis allegati; Et nihilominus etiam,
hoc casu, regulam locum sibi vindicare ostendit mul-
torum auctoritate, Capyc. Latro d. dec. 156. num. 28. &
seqq. & num. 35. & seqq. quando adsit statutum pro-
hibens, vt donationes fiant absque insinuatione; tunc,
enim, vult, quod iuramentum suppleat huiusmodi
defectum, respectu ipsorummet paciscentium, non
34 verò respectu tertij; E contra, verò, vbi non adest
huiusmodi statutum, iuramentum suppleat defectum
insinuationis, tam respectu donatarij, & donantis,
quam respectu cuiuslibet tertij.

Ex his, igitur, dignoscitur, quam sit dubia quæstio,
an iuramentum suppleat defectum insinuationis, vt
ob id non possit statui certa, indiuidua, & infallibilis 35
regula, & quæ, in omnem casum, factæ donationis,
& contra quoscumque procedat; quo fit, vt non pos-
simus affirmare cum Gallerat. renunciationes futuræ
successionis non indigere insinuatione, eo quia habent
appositum iuramentum, sed potius est distinguen-
dum iuxta varios casus suprà enumeratos.

Vera autem ratio, quare in renunciationibus non
requiratur insinuatio, ea esse mihi videtur; quia ibi
agitur de iure quærendo nondum delato, & incerto,
quod potest obuenire, & non obuenire renuncianti;
Pendet, enim, à futuro euentu, quòd filia superuiuat
personæ, de cuius bonis agitur, ac ex voluntate tertij,
cuius bona sperantur; propterea, cum huiusmodi spes
vana dicatur, nec sit in bonis nostris, vt aliàs fuit
abundè ostensum, renunciatio, tanquam quid incer-
tum insinuationem non requirit, vt benè tradit idem
Buratt. dec. 333. & ibi Add. num. 9. Royas dec. 399. num. 36
8. Gratian. discept. 132. num. 21. & 22 Rot. dec. 12. nu. 16.
dec. 92. num. 27. dec. 320. num. 35. par. 6. dec. 168. par. 10.
rec & in d. Romana Fideicommissi 27. Iunij 1660. coram
R. P. D. Beuilaqua, post tract. dec. 48. num. 9 & in Fir-
mana Bonorum 7. Iunij 1662. cor. Eminentis. D. Cardinali
Cerro dec. 87. post tract. nu. 11. & alij suprà allegati.

Hinc est, quod in renunciatione hæreditatis delatę,
licèt nondum aditę, quia agitur de re, cuius acquisitio
pendet à nostra voluntate, est magis dubitabilis arti-
culus; an possit renunciari formæ insinuationis non
seruatæ, & forsan negatiua opinio est magis vera, vt
per Buratt. dec. 333. num. 4. Merend. controu. lib. 23. cap. 37
23. num. 6. & seqq. Tondut. resol. Ciuil. 57. num. 21. Rot.
dec. 328. num. 38. & seqq. par 6. rec. & in Romana Asso-
ciationis 8. Iunij 1665. coram bo: me: Emerix, post tract.
dec. 117. num. 8.

In hæreditatę, verò, neque delata, neque adita nul-
la cadit dubitatio; quia quicquid datur, & renuncia-
tur, vt dixi, pendet à futuro euentu, & in bonis nostris
esse non dicitur, & propterea, tanquam res incerta in-
sinuanda non est; Et hæc regula eo magis procedit, 38
vbi agitur de renunciatione inita à volente ingredi
religionem; quia, eo casu, cum renunciationes ha-
beant effectum professione sequuta, assimilantur do-
nationibus causa mortis, & nullam requirunt insinua- 39
tionem, vt firmat Rot coram Eminentiss. D. Cardinali
Ottbob. dec. 10. num. 48. & dec. 61. num 8. par. 10. rec.

Nec valent argumenta in contrarium adducta, &
præcipuè, quod in qualibet donatione requiratur insi-
nuatio; quia respondetur, quòd vltrà quòd pactum,
seu renunciatio futuræ successionis, donatio non dici-
tur, vt per Gallerat. de Renunc. lib. 2. cap. 4. nu. 19. tom. 1. 40
vers. quarè, & nos alibi plura adducemus; Regula
procedit, quando id donatur, quod est in bonis nostris
de præsenti, & nobis actu est quæsitum; non verò
quando remittitur, & renunciatur iuri futura in spe,
& nondum delato, vt tenet Gabriel. de Donat. Gallerat. 41
de renunc. lib. 2. cap. 4. nu. 19. vers. neque procedunt, to. 1.

Et licet suprà firmatum sit, quod etiam in remissio-
ne iuris alicui competentis, requiratur insinuatio, ta-
men secundùm veriorem opinionem regula procedit,
vbi quis renunciat iuri quæsito, non verò iuri quæ- 42
rendo. Nam admittunt omnes, quod remissio iuris
quærendi non indiget insinuatione, Tiraquell. in l. si
vnquàm, verbo, donatione largitus, nu. 180. Gallerat. de 43
Renunc. lib. 2. cap. 4. num. 19. tom. 1. Rot. dec. 161. num.
11. par. 10. vbi, quòd quando id, quod renunciatur,
pendet à futuro euentu prædecedentiæ, extinctionis
lineæ masculorum, ac superuiuentiæ renunciatarij,
non facilè potest æstimari, quod est renunciatum, &
ideò dignosci non potest, an excedat renunciatio 500.
solidos,

ſolidos, nec ne, ad inducendam inſinuationem.

Imò, cum reddatur illiquidum, & incertū id, quod
renunciatur, ratione etiam illiquiditatis, excluditur
44 inſinuatio; nam quotquot admittunt in liberatione,
ſeu remiſſione debiti requiri inſinuationem, reſtrin-
gunt eorum dictum ad remiſſionem debiti certi, &
liquidi, non verò incerti, & illiquidi, quia, ſtante illi-
quiditate, non eſſe inſinuandos contractus pro eo-
rum validitate, firmarunt *Caſtren. Angel.* & alij relati
per *Cancer. d. lib. 1. cap. 8. de Donat. num. 4. in fine, Buratt.
dec. 640. num. 3. & ſeqq.*

Et præcipuè hæc noſtra ſententia procedit in do-
45 natione, ob ingreſſum in religionem, hanc enim ne-
quaquam eſſe inſinuandam, probant *Buratt. dec. 461.
& in rec. dec. 161. num. 8. par.* 10. & multis cumulatis,
oſtenditur *in Ariminen. Donatianis 24. Maij 1660. cor.
R. P. D. Priolo, poſt tract. dec. 139. num. 5. 6. & in Firma-
na Bonorum 7. Iunij 1662. coram Eminentiſſ. D. Cardi-
nali Cerra, poſt tract. dec. 87. num. 12.*

Verum eſt etiam, quod quando talis inſinuatio re-
46 quiritur, ex lapſu temporis, præſumi valet, *Gratian.
cap 827 Cauaier. dec. 354. num. 6. Rat. dec. 294. num. 2.
par. 4. tom. 2. rec. & poſt tract. d. dec. 87. num. 13.*

Neq; aquam tamen inſinuationis exceptio eſt ſuf-
47 ficiens ad retardandam executionem inſtrumenti,
tamquam requirens altiorem indaginem, vt plura de
materia tradit *Merend. contrau. lib.* 1. *cap.* 12. & fuit
dictum *à Rota in Romana Donatianis 3. Martij 1664.
coram bo: me: Emerix. §. tum denique quia.*

CAPVT XXXII.

An valeat renunciatio futuræ ſucceſſionis emiſſa per minorem; Præcipuè, vbi contractus ſubiacet nullitatibus ſtatutarijs, ob defectum ſolemnitatum. Quos effectus producat iuramentum, in contractibus minorum, & quomodo poſſit plures defectus ſupplere. Solemnitates ſtatuti, quando verè ſunt ſeruandæ, in renunciationibus: Et an iuramentum poſſit illas ſupplere. Qua occaſione, quæritur: An laici poſſint adimere vires iuramento: An ſtatuti præſumptio admittat probationem in contrarium: & plura ad intelligentiam ſtatuti Lucani in cap. 43. lib. 2. Et tandem, An, & quomodo Eccleſiaſticus Iudex poſſit, virtute contractus iurati, habere iuriſdictionem ſuper laicos.

SVMMARIVM.

1 *Non valent pacta futuræ ſucceſſionis inita à minoribus.*
2 *Iuramentum ſupplet tantùm ætatis defectum.*
3 *Contractus iuratus geſtus à minore, præſumitur factus à maiore.*
4 *Iuramentum ſupplens ætatis defectus non poteſt validare pacta renunciatiua futuræ ſucceſſionis.*
5 *Pactum futuræ ſucceſſionis initum à minore, duo requirit iuramenta.*
6 *Iuramentum ſupplere non poteſt plures defectus.*
7 *Quando duo actus connexi concurrunt in eadem perſona, ſi fiat vnus, non dicitur fieri alter.*
8 *Iuramentum non confirmat actum, qui habet plures defectus.*
9 *Quando minoris contractus validetur iuramento.*
10 *Pactum futuræ ſucceſſionis initum à minore valet, quando eſt iuratum.*
11 *Contractus minoris iuratus valet perindè, ac ſi à maiore geſtus eſſet.*
12 *Minor qui contrahit cum iuramento, non reſtituitur in integrum.*
13 *Præcipuè quando à nullo fuit coactus ad iurandum.*
14 *Quando minor contrahit cum Eccleſia, tenetur ſeruare ſtatuti ſolemnitates.*
15 *Diſpoſitio cap.* quamuis pactum, de pact. in 6. *eſſet nulla, ſi contractus iuratus à minore geſtus non valeret.*
16 *Fœminæ, vt plurimum nuptui traduntur, quando ſunt in minori ætate.*
17 *Lex ſtatuit, vt filia tradatur in matrimonium anno 25.*
18 *Vis renunciationis tota dependet à iuramento.*
19 *Iuramentum obligat minorem ad obſeruantiam, & ſimul tollit ſolemnitatis defectus.*
20 *Iuramentum, quo caſu poſſit plures defectus ſupplere, & quando non.*
21 *Supplet iuramentum plures defectus, quando veniunt à lege.*
22 *Conſentiens venditioni feudi per minorem geſti, ſupplet plures defectus, ſcilicet conſenſum pro venditione, & pro minori ætate.*
23 Donat. Anton. de Marin. cap. 122. lib. 1. *reprobatur.*
24 *Vnicus conſenſus non poteſt plures ſolemnitates diuerſi generis ſupplere.*
25 *Licentia faciendi aliquid non ſupplet defectum aliarum ſolemnitatum.*
26 *Pactum futuræ ſucceſſionis initum à minore impubere doli capace, an valeat.*
27 *Valet iuramentum impuberi proximi pubertati.*
28 *Valet pactum renunciatiuum futuræ ſucceſſionis initum ab impubere doli capace.*
29 *Solemnitates ſtatutorum an ſint adhibendæ in contractibus iuratis minorum.*
30 *In alienationibus minorum ſolemnitates ſtatuti requiruntur.*
31 *Qui repudiat hæreditatem, non alienat.*
32 *Hæreditas non dicitur in bonis noſtris, quando non eſt adita.*
33 *Locupletior non dicitur, qui habet ius adeundi hæreditatem.*
34 *Maritus poteſt fauore mulieris non adire hæreditatem.*
35 *Debitor fraudare creditores non dicitur, ſi non agnoſcit ſucceſſionem.*
36 *Prælatus repudiat bona Eccleſiæ nondùm quæſita.*
37 *Licèt de quæſitis nequaquam diſponere poſſit.*
38 *In renunciatione iuris quærendi ſolemnitates ſtatuti non requiruntur.*
39 *Mulier renuncians, accepta dote, non tenetur ſeruare ſtatuti ſolemnitates.*
40 *Pacta futuræ ſucceſſionis non valent ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*
41 *Minor renuncians hæreditati deuoluendæ, verè alienat, & lædi poteſt.*
42 *Minor non poteſt inire pactum renunciatiuum futuræ ſucceſſionis ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*
43 *Valet renunciatio, non ſeruata ſtatuti forma, quando ſtatutum vtitur verbo,* contrahere.
44 *Aliud eſt contrahere, aliud renunciare.*
45 *Sed tunc procedit, quando agitur de ſimplici repudiatione.*
46 *Simpliciter repudians contrahere non dicitur.*

47 *Quan-*

47 Quando quis facit pactum non succedendi fauore alterius, dicitur contrahere.
48 Valet renunciatio, non seruata forma statuti, quando idem statutum de alienatione loquitur.
49 Quia intelligitur de iure quæsito.
50 Sed procedit in renunciatione rei, quæ non competit, neque re, neque spe.
51 Non valet renunciatio sine solemnitatibus quando statutum disponit, quod minor non possit se obligare.
52 Secus quando statutum mandat, vt minor vel mulier non possit renunciare suo iuri.
53 Pronomen, meum, & tuum, denotat dominium.
54 Hæreditas non delata non dicitur in bonis nentris.
55 Meum dicitur quod speratur mihi deberi.
56 Renunciatio, & refutatio verè intelligitur de iure futuro.
57 Quando statutum requirit solemnitates ob sexus imbecillitatem, semper eiusdem statuti solemnitates requiruntur in renunciatione iuris futuri.
58 Statutum Lucanum in cap. 40. lib. 2. prohibet ne renunciationes fieri possint sine solemnitatibus.
59 Iuramentum an supplere possit defectum, solemnitatum statuti.
60 Fridericus Imperator decidit quæstionem, an iuramentum possit supplere defectum solemnitatum.
61 Martinus Doctor antiquus putabat minori non competere restitutionem in integrum in contractibus iuratis.
62 Bulgarus contrarium existimabat, quod minor non posset conualidare contractus celebratos non seruata solemnitate statuti.
63 Statuit Fridericus Imperator valere contractus minorum iuratos, non seruata statuti solemnitate.
64 Est communis opinio, quod hodie valeat contractus minoris iuratus solemnitate statuti neglecta.
65 Contractus renunciationis iuratus valet etiam si careat solemnitatibus.
66 Et ratio est, quia, vt plurimum renunciationes fiunt in manibus patris, ad cuius fauorem lex præsumit bonum consilium capere pro filia.
67 Sed hæc ratio non admittitur.
68 Contrà, quod contractus, contrà formam statuti non valeat neque iuratus.
69 Tex. in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendis. declaratur.
70 Contractus licet iurati non sunt validi absque solemnitatibus statuti.
71 An dispositio laicorum possit vires adimere iuramento.
72 Hæc quæstio est confusa, & intricata.
73 Diuiditur materia; an loquatur de iuramento præstito, vel præstando.
74 Laicus non habet potestatem super iuramento iam præstito.
75 Relaxatio iuramenti præstari debet à iudice Ecclesiastico non sæculari.
76 Iuramentum est de iure Diuino.
77 Iuramenti relaxatio spectat ad Ecclesiæ prælatos.
78 Est absurdum, quod obligatio iuramenti per laicos remittatur.
79 Laicus potest dispensare super iuramento.
86 Princeps potest relaxare iuramenti vinculum.
81 Princeps non potest Iuramentum relaxare respectu obligationis Deo debitæ.
82 Potest tamen relaxare respectu obligationis parti quæsitæ.
83 Relaxata obligatione quoad partem obligatio respectu Dei dicitur cessare.
84 Princeps potest remittere obligationem nomine contrahentis.
85 Superior potest supplere consensum præstandum à subdito.
86 Factum iudicis censetur factum partis.
87 Potest Princeps interpretari an fuerit licitum iuramentum.
88 Declarato illicito actu, redduntur illicita iuramenta super eis interposita.
89 Pontifex vel Prælatus Ecclesiæ potest per viam dispensationis vinculum iuramenti remittere.
90 Princeps laicus potest per modum iustæ interpretationis reddere irrita iuramenta.
91 Pacta contrà ius commune licet iurata nulla sunt nec debent seruari.
92 Princeps sæcularis potest declarare iuramenta, tanquam bonis moribus contraria non esse obligatoria.
93 Princeps sæcularis potest laicos compellere tam ad seruandum iuramenta, quam ad ea relaxanda.
94 Dummodò appareat de iniquitate, & turpitudine iurantis.
95 Non verò quando est dubium; quia Ecclesiasticus est adeundus.
96 Laicus potest iuramentum remittere super ijs, quæ sunt suæ potestati subiecta.
97 Vt in eo, qui iurauit magistratum non adire.
98 Auctoritas superioris semper intelligitur excepta in iurante.
99 Et tunc iuramenti relaxatio propriè non est, sed defectus tacitæ conditionis in iuramento comprahensæ.
100 Auctoritas superioris semper in iuramento excepta dicitur.
101 Per Iuramentum fieri non potest superiori præiudicium.
102 Princeps laicus non potest aliquid disponere regulariter super iuramento iam quæsito.
103 Statuta Clericorum, vel aliorum à Pontifice confirmata possunt iuramentis derogare.
104 Pontifex in diuinis potestatem habet.
105 Statutum à confirmante conualidatum dicitur statutum ipsius confirmantis.
106 Confirmatio debet esse in forma specifica, & non in forma communi.
107 Confirmatio quando dicatur in forma specifica.
108 Quando statutum nullam facit mentionem iuramenti interpretatur secundum ius commune, vt non comprahendat contractus iuratos.
109 Validior est actus iuratus, quam non iuratus.
110 Lex prohibens actum simpliciter non intelligitur de iurato.
111 Aliqui limitant hanc conclusionem quando Statutum est conceptum in personam.
112 Sed quod, vel in rem, vel in personam sint concepta nulla sint Statuta, quod derogationem iuramenti.
113 Princeps sæcularis non potest dare moratorias creditoribus in contractu iurato.
114 Quando statutum fuit conditum fauore publico potest iuramento derogare.
115 Quod est intelligendum de fauore publico primario non secundario.
116 Quando lex Ciuilis immediatè dirigitur ad bonum commune obligat ad culpam.
117 Nemo potest renunciare fauori publico.
118 Quando lex continet vtilitatem priuatam non potest derogare iuramento.
119 Et quare, vbi plures rationes.

120 *Statutum quod continet priuatorum vtilitatem non obligat contrà iuramentum siue sit conceptum in rem siue in personam.*
121 *Si fauor publicus venit secundariò, de eo ius Canonicum non curat.*
122 *Alienatio rei dotalis facta cum iuramento valet, quia principaliter concernit fauorem priuatorum.*
123 *Donatio iurata facta à pupillo valet.*
124 *Statutum requirens solemnitates ob fraudes vitandas comprahendit iuramentum.*
125 *Publicè interest nè fraudes fiant.*
126 *Lex Ciuilis potest præsumere, vt actus gestus absque solemnitatibus sit dolo, vel metu gestus.*
127 *Iuris præsumptiones, liquidissimæ probationes dicuntur.*
128 *Stante dolo contractus non valet.*
129 *Iuramentum potest absque vlla pena sperui, in contractu in quo præsumitur dolus.*
130 *Quando statutum annullat actum forma non seruata comprahendit iuramentum.*
131 *Annullato actu per dispositionem statuti annullatur iuramentum.*
132 *Iuramentum nunquam tendit ad supplendum probationis defectum.*
133 *Iuramentum, sublato consensu, non subsistit.*
134 *Quando statutum adimit fidem scripturis, continet iuramentum.*
135 *Statutum potest in consequentiam iuramenti effectum extinguere.*
136 *Adempta fide scripturis non constat iuramentum fuisse adhibitum.*
137 *Licet statutum adimat fidem scripturis, & non valeat iuramentum super eo actu interpositum non seruatis solemnitatibus tamen, quando alias potest probari iuramentum adfuisse valet actus.*
138 *Quando statutum expressè disponit de iuramento, nequaquam valet.*
139 *Iuramentum, vt res spiritualis ad Ecclesiasticos spectat.*
140 *Non valet statutum disponens, quod in contractibus non apponatur iuramentum.*
141 *Contrà, quod valeat statutum disponens, quod in contractibus iuramentum non apponatur.*
142 *Et præcipuè in ordinatione Lusitana ità dictante.*
143 *Conditio iurisiurandi adiecta in his, quæ testamento relinquuntur, edicto Prætoris remittitur.*
144 *Non valet iuramentum mulierum, quod teneantur viduitatem seruare tanquam publicæ vtilitati aduersum.*
145 *Lex Ciuilis potest super iuramento disponere nè præstetur.*
146 *Iuramentum nondum præstitum potest impediri per laicos.*
147 *Per iuramentum non adhuc præstitum nulla est obligatio Deo quæsita.*
148 *Statutum disponens non valere contractum etiam si accesserit iuramentum, est validum.*
149 *Statutum Mediolani ità disponens valet.*
150 *Et pariter simile statutum Bononiæ.*
151 *Et simile statutum Parmæ.*
152 *Et simile statutum Mantuæ.*
153 *Et simile statutum Foroliuij.*
154 *Et similis Constitutio Franciæ.*
155 *Et simile statutum Sardiniæ.*
156 *Et de ordinatione Lusitana.*
157 *Statutum non potest regulariter super iuramento disponere ex defectu potestatis statuentis.*
158 *Fallit, vbi statutum annullat actum forma statuti non seruata.*
159 *Vel quando adimit fidem scripturis.*
160 *Quando statutum fuit conditum ob publicam vtilitatem primariò.*
161 *Statutum disponens, vt non valeat alienatio feudi etiam cum iuramento, valet.*
162 *Laici possunt disponere tanquam bonis moribus contraria non valere iuramenta.*
163 *Statutum præsumens contractum absque solemnitatibus esse dolo, & metu extortum, valet non obstante iuramento.*
164 *Reipublicæ interest, ne fraudes fiant, & homines decipiantur.*
165 *Statutum conditum rationabili causa derogat iuramento.*
166 *Præcipuè quando fundatur in aliqua verisimili causa.*
167 *Fictio, seu præsumptio statuti non liberat à peccato.*
168 *Opponens instrumenti nullitatem eam probare debet.*
169 *Præsumptio non habet locum in foro conscientiæ.*
170 *Quod directè fieri non potest, neque indirectè fit.*
171 *Quando statutum habet primordium veritatis circa præsumptionem metus & dolus, valet iuramento derogare.*
172 *Quod nunquam statutum iuramento possit derogare.*
173 *In foro conscientiæ sequenda est veritas non præsumptio.*
174 *Statutum non derogat iuramento licet præsumat metum, & dolum in contrahente.*
175 *Contrà quod valeat statutum iuramento derogare, quando illud præsumit metu & dolo extortum.*
176 *Princeps sæcularis interpretatur an fuerit licitum iuramentum.*
177 *Imò potest in rebus profanis limitare, & declarare ius diuinum.*
178 *Princeps habet ius interpretandi humanas dispositiones.*
179 *Princeps valet interpretari contractus, & testamenta.*
180 *Princeps potest discernere an actus gesti à subditis sint liciti necne.*
181 *Iuramentum semper intelligitur iuxta interpretationem actus cui adijcitur.*
182 *Potest disponere iuramentum super actibus illicitis non valere.*
183 *Lex Ciuilis præsumit mulieres, & minores facilè decipi posse.*
184 *Est fragile, & infirmum minorum, & mulierum Consilium.*
185 *Femina præsumitur ignorare ius suum.*
186 *Consilium feminarum contra propria commoda laborat.*
187 *Mulieribus est interdicta contrahendi potestas sine consensu consanguineorum.*
188 *Lex præsumit pro statuentibus.*
189. *Habens pro se iuris præsumptionem dicitur habere intentionem fundatam.*
190 *Et transfert in aduersarium onus probandi.*
191 *An per testes, vel partis confessionem possit probari contrarium eius quod supponit statutum.*
192 *Statutum quod tollit probationem non excludit illam ex partis confessione deductam.*
193 *Quando lex super præsumptione disponit dicitur probatio iuris, & de iure.*
194 *Et contra eam nulla admittitur probatio.*

195 *Quando*

195 *Quando statutum dicit, quod in contrarium non admittatur probatio nunquam potest contrarium probari.*
196 *An per partis confessionem probari possit contrà præsumptionem statuti.*
197 *Contrà præsumptionem iuris, & de iure admittitur in contrarium probatio per partis confessionem.*
198 *Contrà aliqui tenent.*
199 *Resoluto contractu iuramentum non habet subiectum super quo consistat.*
200 *De veritate potest constare dupliciter, naturaliter, & moraliter.*
201 *Naturaliter quando per sensum corporeum cognoscitur.*
202 *Moraliter quando nobis ostenditur per aliqua media, vt per testes, & instrumenta.*
203 *Quando contrarium constat naturaliter præsumptio iuris, & de iure non attenditur.*
204 *Quando verò constat moraliter potiùs est eredendum præsumptioni iuris, & de iure quam partis confessioni.*
205 *Mulieres & minores facilè induci possunt ad confitendum id, quod re vera non est.*
206 *Confessio super re prohibita à statuto non attenditur.*
207 *Assertio probibiti habet assertionem falsi.*
208 *Quod fuit generaliter factum compræhendere non potest omnes articulos.*
209 *Statutum potest derogare iuramento, quando supponit contractum fuisse metu, & dolo factum.*
210 *Principes sæculares debent dispositionem auth. sacramenta puberum restringere.*
211 *Statutum an possit indistinctè prohibere nè in contractibus apponatur iuramentum.*
212 *Statutum potest prohibere nè in contractu apponatur iuramentum quando sumus in contractu aliàs valido.*
213 *Apponens iuramentum in contractu valido videtur apponere ad fraudandam sæcularem iurisdictionem.*
214 *Contractus iurati possunt exequi à iudice Ecclesiastico.*
215 *Iuramentum appositum in contractibus validis non potest non videri in fraudem sæcularis iurisdictionis.*
216 *Lex Ciuilis contractus iustos, vel sine fraude initos non potest prohibere.*
217 *Ferdinandus Catholicus approbauit legem Lusitanam, quod iuramentum non posset apponi in contractu, & conuentionibus aliàs validis.*
218 *Renunciationes futuræ successionis sine solemnitatibus statuti non valent, quando statutum prohibet apponi iuramentum ob bonum publicum.*
219 *Quando annullatur actus forma statuti non seruata.*
220 *Et quando adimitur fides scripturis, vbi est appositum iuramentum aliàs non requiruntur solemnitates.*
221 *Statutum Lucanum in cap. 43. lib. 2. interpretatur.*
222 *Minor 18. annis vigore dicti statuti non potest iuramentum interponere in quouis contractu.*
223 *An in territorio Lucano possint minores pacta inire futuræ successionis negatiua.*
224 *Attento statuto Lucano minores non possunt inire pacta futuræ successionis.*
225 *Dempto iuramento corruit renunciatio.*
226 *Quando statutum supponit iuramentum dolo, & fraude extortum potest eidem iuramento derogare.*
227 *Præcipuè quando impedit ne minores decipiantur.*
228 *Valet statutum prohibens nè in contractibus minorum apponatur iuramentum.*
229 *Valet statutum pœnam imponens recipienti iuramentum.*
230 *Absurdum quod minores præcipuè ingredientes in religionem non possint renunciare.*
231 *Non est contrà renunciationem firmandum in hoc casu, quia multæ lites orirentur.*
232 *Periculum nè lites scrutentur est euitandum.*
233 *Statutum nostrum Lucanum in d. cap. 43. lib. 2. non comprahendit renunciationes futuræ successionis.*
234 *Iuramentum non est seruandum quando statutum illud supponit fraude, & metu extortum.*
235 *Quod limitatur, quando statutum fundatur super iusta, & probabili causa.*
236 *Videlicet quando fit contractus sine consanguineorum consensu.*
237 *Quando statutum disponit sine causa, vt in contractibus non apponatur iuramentum non valet.*
238 *Quando statutum disponit, vt non valeat iuramentum in contractu celebrato cum præsentia consanguineorum non valet, quia non fundatur in iusta causa.*
239 *Præsentia consanguineorum facit cessare fraudis suspicionem.*
240 *Statutum non est seruandum quando disponit super iuramento in contractu in quo non adsit neque fraus neque dolus.*
241 *Statutum potest modificare dispositionem auth. sacramenta Puberum, & non in totum tollere.*
242 *Laicus Princeps potest disponere ne apponatur iuramentum super contractu aliàs valido non verò super contractu sine iuramento nullo.*
243 *Princeps non potest prohibere, ne in contractu renunciacionis futuræ successionis apponatur iuramentum.*
244 *Iudex Ecclesiasticus an habeat iurisdictionem super laicis virtute contractus iurati.*
245 *Affirmatiuam tenent nonnulli, quod Ecclesiasticus, eo casu habeat super laicis iurisdictionem.*
246 *Ecclesiasticus habet iurisdictionem super laicis vigore obligationis Cameralis iuratæ.*
247 *Sed limita quando principaliter non agitur de obseruantia iuramenti.*
248 *Ecclesiasticus potest laicum compellere ad seruandum iuramentum per censuras Ecclesiasticas.*
249 *Pactum subditorum iuratum non potest domino præiudicare.*
250 *Vasallus laicus non potest prorogare Ecclesiastici iurisdictionem.*
251 *Princeps potest prohibere subditis ne prorogent iurisdictionem alterius iudicis, iurando.*
252 *Contrarium aliqui tenent.*
253 *Princeps potest subditis prohibere ne ponant in contractu obligationem Cameralem.*
254 *Licet secus in statu Ecclesiastico.*
255 *An vltrà solemnitates quæ ex forma statuti requiruntur debeant interuenire in contractu solemnitates iuris Communis.*
256 *Quod non sufficiant sola solemnitates statuti.*
257 *Dummodo solemnitates statuti sint compatibiles cum solemnitatibus iuris communis.*

HViusmodi pacta successionis futuræ à iuramento omnem vim habere satis superque fuit hactenus ostensum, nunc, autem, vtiliter quæri potest; An iuramentum tantam vim tribuat his contractibus, vt valeant etiam si à minoribus gesti sint.

Negatiua opinio videtur posse defendi; quia licet
1 iuramentum suppleat ætatis defectum, ac idem ope-
retur in contractu, ac si à maiore esset factus, vt latè
2 probant Gomez. resol. cap, 14, num. 18. tom, 2. Thesaur.
dec. 66. num. 1. Gratian. discept. cap. 233. num. 25. &
seqq. Gabriel. de Minor. concl. 5. numer. 40. Andreol.
plenissimè controu. 202. Barbos. Collect. Cod. in auth.
sacramenta puberum num. 1. & seqq. Tamen, nil aliud
in hisce contractibus operatur iuramentum, nisi,
quod censentur à maiore celebrati, vt præcitati Do-
ctores benè fundant, & benè ad propositum Kellem-
bec. de renunc. success. quæst. 6. num. 9. Si, igitur, iu-
ramentum deseruit ad supplendum ætatis defectum,
non potest inseruire ad roborandum pactum super
3 viuentis hæreditate celebratum, vt probauit Cin. in d.
auth. sacramenta puberum, quem refert Capon. de
4 Pact. quæst. 57. numer. 1. & latius ostendit Donat. An-
ton. de Marin. lib. 2. cap. 193. num. 10. & 11. vbi alle-
gat Bart. in d. auth. sacramenta puberum, & ibi etiam
Iason. vers. retenta, qui tenent, quod quando con-
tractus factus à minore est à lege improbatus, alia
ratione, quam minoris ætatis, iuramentum non sup-
plet, nec validat contractum, & ideò fuit in voto,
quod, eo casu, renunciatio duo requirat iuramen-
ta, vnum ad tollendum ætatis defectum, & aliud ad
5 validandam renunciationem futuræ hæreditatis, &
pro hac etiam opinione allegat Andr. de Isern. Aret.
& Alexand. in locis ibidem citatis. Pro qua senten-
tia multum facit regula, qua habetur, Iuramentum
6 plures defectus supplere minimè posse Dec. consil.
203. num 3. Seraphin. de Priuil. iuram. priuil, 83. num.
44. latissimè Mart. Medic. dec. 29. num. 3. Hartm. Pist.
lib. 4. quæst. 6. numer. 9. Bottiglier. d. quæst. 60. numer. 10.
At si renunciatio à minore facta valeret, plures per
iuramentum defectus sanarentur, scilicet, defectus
ætatis, cum, vt diximus, virtute iuramenti fingatur
maior, nec non defectus iuris ciuilis improbantis hoc
pactum.

Nonnulli argumentum confirmant per Doctri-
nam, Isern. in cap. 1. vers. quando etiam duo actus in tit.
qui succed. teneantur; vbi, quod quando duo actus
non connexi concurrunt in eadem persona, si fiat
7 vnus, non dicitur fieri alter, ex quo deducitur, quod,
si fit contractus per minorem cum iuramento, & ille
fit defectiuus non solum, ratione solemnitatis omis-
sæ, verum etiam ex aliquo alio capite, iuramentum
8 actum non confirmat, vt tenent allegati per Bottigl.
cit quæst. 60, num. 12.

Plura verò; an, & quomodo contractus minoris
9 validetur iuramento, afferunt Marcell. Marcian. cons.
68. Altograd. cons. 5. nu. 46. & seqq lib. 1. Andreol. contr.
3. & 102, Rot. coram Merlin. dec. 159. num. 4. & seqq. &
dec. 365. par. 3. rec.

His, autem, non resistentibus contraria opinio est
verior, & magis communis, quod renunciatio facta
à minore, iuramento adhibito, valeat, perindè, ac si
à maiore facta foret, vt tenent communiter Docto-
10 res ad cit. cap. quamuis pactum, & præcipuè Natt.
limit. 4. numer. 27. Couarr. par. 3. §. 1. numer. 3. Gutier.
verbo à filio num. 1. Bursatt. consil. 75. num. 1. & seqq.
Hartm. Pistor. lib. 4. quæst. 6. num. 7. Fontanell. de Pact.
Nuptial. clausul. 9. gloss. vnica part. 2. numer. 4. fu-
sissimè Put. in consil. post Odd. numer. 48. & 49. Ca-
pon. de Pact. d. quæst. 57. num. 1. & seqq. vbi plures
citat.

Et ratio desumitur ex dicta auth. sacramenta pube-
rum, C. si aduers. vendit. vbi expressè disponitur con-
tractum minoris iuratum valere, ac si à maiore gestus
esset; ergo pubes annorum 14. & fœmina annorum 12.
11 ità, & taliter obligantur, per iuramentum, ac si essent
maiores.

Hinc est, quod, si minor, iureiurando, contractum
confirmauerit, in integrum restitui minimè possit,
vt latè ostendit Cald. de in integr. restitut. minorum 12
vers. minoribus numer. 2. Gallerat. de renunc. capit. 3.
lib. 3. numer. 23. tom. 1. Surd. consil. 46. numer. 10. Se-
raphin. de Priuil. iuram. priuil. 96. Mancin. eodem tract.
effect. 1. quæst. 13. & alij communiter. Præcipuè, quan-
do à nullo fuit coactus ad iurandum, & non fuit læsus,
Spad. cons. 27. lib. 2. Tondut. quæst. Ciuil. par. 2. cap. 173. 13
num. 8.

Et hæc, procedunt etiam, quando minor contra-
hit cum Ecclesia, quo casu, solemnitates statutorum
laicorum non sunt necessariæ, Bartol. l. generaliter 14
numer. 6. C, de Sacros. Eccles. Crass. de Effect. Cleric.
effect. 2. numer. 3. & 4. & pluries fuit hæc opinio à
Rota approbata, vt in Romana Census 17. Martij 1664.
dec. 43. post tract. in Casalen. prætensæ nullitatis contra-
ctus 19. Iunij 1669. coram Eminentiss. Cardinali Carpi-
neo dec. 73, post tract.

Vlterius obseruatione est dignum in materia,
quod, si huiusmodi renunciationes, initæ per mino-
res, essent nullæ, de vento inseruiret dispositio, cap. 15
quamuis pactum de Pact. in 6. quia experientia con-
stat, quod, vt plurimum, fœmellæ in ætate minori
nuptui traduntur, vt aduertit Paris. consil. 26. numer.
13. optimè, Put. d. consil. post. Odd. num. 49. vbi citat, 16
Vasq. de success. lib. 2. §. 18. quæsit. 29. numer. 66 Imol.
& Berò. dicentes, quod, cum lex statuat patri termi-
num, vt intrà 25. annum filiam matrimonio collo-
cet, credendum est, quod eadem lex, dum de eius fi-
liæ renunciatione tractat, eam antè id tempus fa- 17
ctam præsupponat, & sic in minori ætate, & iuxta
Beroy, & aliorum dicta opinatus fuit Fontanell. de
Pact. Nuptial. clausul. 9. gloss. vnic. part. 2. numer. 4.
Passerin. ad capit. quamuis pactum de Pact. in 6. nu-
mer. 24.

Argumentum, verò, de quo suprà, quod iura-
mentum non potest plures defectus supplere, non
obstat, vt benè obseruat Hartm. Pistor. lib. 4. quæst.
6. numer. 9. 10. quem refert, & sequitur Osuald. ad
Donell. lib. 21. capit. 13. litt. K, quia renunciatio-
nis vis, atque robur secundum iuris Canonici di-
spositionem, ità à iuramenti religione dependet,
vt ab hac separari, nullo modo, possit. Hinc 18
est, vt, quamprimum quis iuramenti vinculo
obstrictus est, illicò pactum renunciationis ta-
lem vim, & robur accipit, vt non possit annul-
lari.

Ex quo euenit, vt iuramentum, eodem tempore,
& obliget minorem ad eius obseruantiam, & simul
etiam tollat iuris Ciuilis defectum; Igitur conclu- 19
sio suprascripta, quod iuramentum plures defectus
supplere non potest, est intelligenda, de illis defecti-
bus, quorum separata à iuramenti religione, &
obseruantia potest haberi ratio, vt sunt læsio vltrà
dimidiam iusti pretij, & similes defectus de qui-
bus agunt Doctores auth. sacramenta puberum, Cod. 20
si aduers. vendit. Non verò de his defectibus, qui
adeò cum iuramento sunt connexi, vt non possint
ab eo separari; Et ità etiam ratiocinantur moder-
niores, & præsertim Capon. de Pact. d. quæst. 57. nu-
mer. 1. vers. respondeo, Bottiglier. vbi suprà Theor. 60.
numer. 12. & seqq. vbi, quod conclusio suprà po-
sita in argumento contrario non habet locum,
quando vterque defectus prouenit à lege, nam lex,
actum validando, censetur quoad omnes defectus
ab ipsa lege dependentes conualidare, & in propo-
sito allegatur, Donat. Anton. de Marin. cap. 122. 21
lib. 1. quod, si aliquis pupillus, intendens vendere
feudum pro soluendo ære alieno preces porrexe-
rit D. Proregi, vt alienationi assentiretur, &

D. Pro-

22 D.Prorex, vti iudex, decretum interposuisset, tali ca-
su, dicitur dispensasse, tam quoad defectum minoris
ætatis, quam etiam vti rei feudalis, sed hanc de Mari-
nis opinionem non puto omninò veram; quia, vltrà
quod contrà eam resoluit D.de Franch. dec.302. num.
23 11.& 12. existimo esse intelligendam, quando con-
sensus est necessarius ad validandam aliquam sole-
mnitatem specialem; tunc, enim Princeps adhibito
consensu, censetur derogare omnibus statutis, sine le-
24 gibus resistentibus circa solemnitatem requisitam,
non verò, circa aliam solemnitatem diuersam,
quam exprimere necesse erat in petitione, vt op-
timè ratiocinatur Gratian.discept.for.cap.827. per tot.
Et est semper eorum, quod licentia faciendi aliquid,
non supplet defectum aliarum solemnitatum, sed in-
25 telligitur iuxta solemnitates necessarias, Aldobrand.
cons.62.num.22.lib.1.Fontanell. dec.163. nu.4 Rot.dec.
173.num.17.& seqq par.5.rec. & dixit in Comen. Pecu-
niaria 14. Martij 1661. §. nec euitatur coram R.P. D.
Bourlemont,& 16.Ianuarij 1662. coram Eminentiss. D.
Card.Celso,& in Bononien.Censuum 11. Maij 1663. cor.
Reuerendiss. Albergato.

Disputant, etiam, Doctores; an opinio, de qua su-
prà, quod iuramentum conualidet etiam contractum
26 per minorem gestum habeat locum in impubere doli
capace; Multi tenent pro affirmatiua, nonnulli pro ne-
gatiua, vt videre est penès allegatos à Barbos. d. auth.
sacramenta puberum num. 8. & per adductos ab An-
dreol.contr.202.nu.9.& 10.Osuald.ad Donell.lib.21.cap.
13. lit. B, qui pro negatiua concludit, Parlad. quotid.
lib.2.cap.4.num.4.

Verùm opinio magis communis probat valere iu-
ramentum impuberis pubertati proximi, & doli ca-
pacis, vt, ad partes, disputato articulo, concludit
27 Cald. d. l. si curatorem de in integ. restit. minor. vers.
minoribus numer. 9. & seqq. Seraph. de Priuil. iuram.
priuil. 83.num.24.& seqq.Parlad.vbi suprà d.cap.4. nu.
4. Et in terminis nostris renunciationis futuræ succes-
sionis contrà Cin.Bald. Didac. & alios firmat, Hartm.
Pist.d.lib.4.quæst.6.nu 8. vers.contra, & post eum Botti-
28 glier.Theor.61. per tot. Capon. de Pact.quæst.57.num.2.
vbi ad saturitatem Doctorum auctoritates allegant,
& argumenta contrariorum, multorum auctoritate
reprobant, atque refellunt.

Minorum contractus, tam de iure communi, vt ex
titulo Codicis de Præd.minor.non alienan. & ff. de Reb.
eor. quam, ex particularibus statutis, & dispositioni-
bus Ciuitatum, & locorum non valent nisi aliquibus
accersitis solemnitatibus, vt plurimum ad fauorem
sexus, & imbecillæ ætatis introductis; quæri potest, an
in renunciationibus futuræ hæreditatis à minoribus
29 celebrandis sint adhibendæ solemnitates prædictæ, &
firmato, quòd sic: an valeat in minore contractus futu-
ræ successionis iuramento roboratus; sed non adhibi-
tis solemnitatibus à iure, vel particulari loci statuto,
requisitis.

Redeundo ad primum articulum videbatur super-
fluum disputare de hoc; nam iura, quæ iudicis decre-
tum, & alias solemnitates pro validitate contractuum
minorum interuenire volunt, alienationem requirunt,
30 vt sunt tex.expressi in rubr.& tot.tit. ff.de Reb. eor. qui
sub tutel.& tit.C.de Præd. minor. non alien. Is autem,
31 qui hæreditatem repudiat, nihil alienat l. alienationis
28.§.qui occasione, ff.de verb.signif. l. non aliena 162. ff.
de reg.iur. ergo &c.

Hinc est, quod, nisi hæreditas adeatur, in bonis no-
32 stris esse non dicitur l.precia rerum, ff. ad l. falcidiam,
33 Gratian.Discept.for.cap.132.num.5.nec locupletior est,
qui ius habet adeundi hæreditatem; Sic etiam mari-
tus, licet regulariter, per donationis titulum, nihil in
vxorem transferre valeat, in gratiam tamen huius hæ-
reditatem sibi delatam amittere non prohibetur, l. si
sponsus, §.maritus hæres, ff. de donat. inter vir. & vxor. 34
Altogr.cons.32.lib.2.Duran.dec.69.num.4.

Sic debitor etiam creditoribus fraudem non infert,
qui successionem, tam legitimam, quam testamenta-
riam intermittit l.qui autem, §. proindè, ff.de his quæ in 35
fraud.credit.Grat.discept.for.cap.132.in princ.Socin.Iun.
cons.124. num.4. & seqq. lib.3. Paschal. de Virib. Patr.
Potest.par.2.cap.4.numer.174. Salgad. in Labyr. credit.
par.2.cap.16.num.25.& seqq.Gurb.ad consuet. Messan.
cap.5.gloss.7.par.1.num.9.& seqq.Castill.contr.lib.5.cap.
112.num.52.

Sic Prælatus repudiat hæreditatem, & bona suæ
Ecclesiæ, vel monasterio nondum quæsita, licet de
quæsitis, nullo pacto, disponere possit Gratian. Di- 36
scept.for.cap.132.num.6.& cap. 332. nu.16. Valenzuel.
cons.34.nu.38.Salgad.in Labyr.credit.par.2.cap.14. nu.
101.Barbos.in c.illud 16.quæst.6. Rot. coram Royas dec. 37
252.num.5.

Propterea; his, & similibus argumentis, concludunt
Doctores, quod non sit necesse adhibere solemnitates
statuti in renunciatione iuris quærendi, & præcipuè
Tiraquell. de legibus Connub. verbo, contractus gloss.5. 38
num.31.Carpan.ad Stat.Mediol.cap.328.num.202.Cra-
uett.cons.114.num.15.Gratian.Discept. for. cap.132. nu.
19.& seqq.Et de muliere, quæ renunciauit, dote rece- 39
pta, Argentrè ad consuet.Britann.art.225.gloss.4.& ad-
misit Rot. in Anconitana Dotis 8. Aprilis 1669.coram
R.P.D.Vicecomite post tract.dec.197.num.5.

Alij contrà sentiunt, quod scilicet solemnitates de
iure, vel ex forma statutorum requisitæ in contracti- 40
bus minorum adhiberi debeant etiam in nostris pa-
ctis renunciatiuis; aiunt, enim, minorem posse lædi, &
verè alienare, dum renunciat hæreditatem sibi deuol-
uendam; vt latè ostendit, Kellemb. de renunc. succeß. 41
quæst.5.num.6. & seqq.& in terminis statuti Vrb. Ga-
briel.cons.6 per tot.lib.2.Gratian. Discept. for. cap.858.
num.12.Rot.dec.723.num.13.& seqq.par.2. recent. Bu-
ratt.dec.120.num.24. & seqq. Pie. ad stat. Vrb. gloss.8.
num.413.& seqq.& nouissimè, Passerin. d. cap.quam-
uis pactum de Pact. in 6. num.79. & pluries firmauit,
Rot. dec.591. num.12. & seqq. dec.610. num.1. par.4. 42
tom. 3. rec. cum alijs adductis in Ariminen. Bonorum
22. Iunij 1661. coram R.P.D.Beuilaqua dec.28. num.3.
post tract: Et latiùs, quod minor non possit renun-
ciare absque solemnitatibus statutorum, firmauit
eadem Rot. in Romana, seu Reatina Donationis 11.De-
cembris 1665. coram bo: me: Emerix dec. 118. num. 8.
post tractat.& rursùs in eadem Ariminen.Bonorum 12.
Iunij 1665.coram R.P.D.Beuilaqua dec. 30. num.3. post
tractatum.

Ego puto distinguendum esse in materia, iuxtà for-
mam, & tenorem dispositionis statutariæ.

Vel statutum loquitur, per verbum, Contrahere, pu-
ta, quod mulier, vel minor non possit contrahere, sine
propinquorum consensu &c. & tunc Ias.cons.53. circa 43
finem, vol. 1. putat valere renunciationem iuris de
futuro, non seruata statuti forma; quia aliud est
contrahere, aliud renunciare, vel confiteri; At di- 44
ctum Iasonis mihi videtur non posse substineri, nisi
quando agitur de simplici repudiatione, quæ nul-
lo pacto, perficitur, vt per Ruin. cons.170. numer. 8.
vol. 1. quem refert Kellemb. de renunc. quæst. 5. nu- 45
mer.12. tunc enim, quia renuncians tantum decla-
rat eius voluntatem, nolle succedere in hæredita-
te, quam refutat, dici minimè potest, quod contra- 46
hat, vel in pactum deducat suam promissionem:
non verò, vbi agitur de pacto renunciatiuo facto ad
fauorem alterius; quia, eo casu, fit pactum, & con-
uentio non succedendi, per quæ præiudicatur etiam
successoribus, & contractus sapit potiùs donationem,

47 quam refutationem, vt benè ostendit *Kellemb d. quæst.*
5. num. 7. & 8. quapropter adaptantur verba statuti
prohibentia ne possit contrahere.

Vel statutum disponit, per verba, denotantia alie-
nationem, vtpotè, minor, vel mulier non possit eius
48 bona alienare, & tunc valet renunciatio futuræ suc-
cessionis, quia statutum debet intelligi, vbi ius est quę-
49 situm ad tradita per *Tiraquell. de leg. Connub. gloss. 5.*
num. 31. verbo contractus. Sed hanc pariter *Tiraquelli*
doctrinam esse restringendam crederem ad renuncia-
tionem rei, quæ non competit, neque re, neque spe, vt,
si tempore, quo contrahitur matrimonium, cum hoc
50 pacto contrahatur, vt lucro dotis, vel donationis pro-
pter nuptias locus non sit. Non verò quando renun-
ciatur iuri saltem spe competenti, vt optimè aduertit
Gabr. cons. 6. num. 45. tom. 1.

Vel disponit statutum mulierem non posse se obli-
gare, sine solemnitatibus in eo dispositis, &, eo casu,
indistinctè est tenendum pro nullitate renunciationis,
quia, si mulier, vel minor renuncians non potest se
51 obligare, nec etiam potest aliquem liberare, & pro-
mittere non succedere, vt habemus ex *Ias. cons. 53.*
numer. 5. lib. 1. quem sequitur *Gabr. d. cons. 6. numer. 2.*
vol. 2.

Vel statutum mandat mulierem non posse renun-
52 ciare alicui suo iuri, & tunc, licet videretur statutum
non compræhendere iura de futuro, quia pronomina,
53 *suum, meum, tuum, &c.* important dominium, vt est
tex. in l. Quintus Mutius la seconda, §. argento de Aur.
54 *argen leg.* Et hæreditas nondum delata in bonis nostris
esse non dicitur *l. precia rerum, ff. ad l. falcid.*

Nihilominùs contrarium consuluit *Ias. cons. 53. num.*
4. vol. 1. quia, *suum*, dicitur etiam, quod debetur, &
55 deberi speratur, iuxtà traditionem *gloss. in l. penult. § si*
eum verbo suum, ff. de except. do. & in l. si tibi pecuniam,
verbo meum, ff. si cert. pet. Vlteriùs possunt pro hac
parte allegari *Gabr. d. cons. 6. num. 2. lib. 2.* & alij ibi per
eum adducti, tenentes, quod, vbi statutum loquitur
per huiusmodi verba, *refutationes, renunciationes, &c.*
56 semper procedit in refutatione iuris de futuro. Nam
propriè renunciatio, & refutatio intelligitur, & verifi-
catur in iure de futuro.

Hinc videmus, quod, in terminis statuti Mediolani
loquentis per verba denotantia renunciationem, te-
net *Carpan. in cap. 328. num. 206.* non posse absque so-
lemnitatibus fieri renunciationes iuris futuri, licet su-
prà *nu. 205.* contrarium firmauerit, in statutis, in qui-
bus non est appositum hoc nomen, denotans renun-
ciationem, & refutationem.

Tandem indistinctè statutum requirens solemnita-
57 tes, in contractibus minorum, est intelligendum; quod
procedat, in quocumque contractu, vel renunciatione
iuris de futuro; quando statutum mandat solemnita-
tes adhiberi propter sexus imbecillitatem, vt videtur
concludere *Tiraquell. de leg. Connub. d. gloss. 5. num. 32.*
& latiùs probauit *Rot. dec. 723. num. 13. par. 2. rec. &*
coram Buratt. dec. 120. num. 24. & seqq. vbi plura addu-
cuntur, *Gratian. discept. for. cap. 858. num. 12.*

Ex dictis, hucusque, apparet, quod statuta nostra
Lucana disponentia, minores, vel mulieres non posse
contrahere sine consensu propinquorum &c. nullam
præseferunt dubitationem, quod procedant etiam in
iuribus de futuro, & in quacumque renunciatione hę-
reditatis nondum delatæ, eò quia sunt concepta ver-
58 bis prægnantissimis, aptisque ad includendos omnes
contractus renunciationis, & refutationis, ibi *in cap.*
40. lib. 2. Minor 18. annis non possit vendere, donare, vel
alio quouis titulo de suis bonis, & rebus alienare, vel se,
aut sua bona quomodolibet ex quacumque causa obliga-
re, vel suis iuribus renunciare, vel consentire, vel alium
quemcumque contractum, vel quasi extrà iudicium fa-
cere, vel inire, nisi in ipso contractu, vel quasi, vel in ipsa
obligatione ipsi mulieri consentiat proximior coniun-
ctus.

Supposito, igitur, renunciationes iuris de futuro re-
gulariter subiacere dispositionibus statutarijs requi-
rentibus certas solemnitates in contractibus mino-
rum, sub pęna nullitatis actus. Vtiliter quæritur; an
iuramentum appositum, in contractibus renuncia- 59
tionis futurarum hæreditatum, tantam vim habeat, vt
conualidet contractus minorum, nulla forma statuti
seruata circà solemnitates adhibendas.

Multi tenent hanc quæstionem fuisse decisam tem-
pore *Martini*, & *Bulgari* auctoritate Friderici Impe-
ratoris, qui, vt habemus ex *Cald. de in integr. restit.* 60
minor. verbo minoribus num. 2. Gallerat. de renunc. lib.
3. cap. 3. num. 20. tom. 1. Sperell. dec. 46. num. 2. Bottigl.
de renunc. success. Theor. 60. num. 2. Osuald. ad Donell.
lib. 21. cap. 13. lit. K, Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. 4.
num. 1. audiens inter prædictos Iurisconsultos præ-
stantissimos legum glossatores exortam fuisse litem
circà interpretationem *C. si aduers. vendit.* disponentis
contractus minorum iuramento roboratos esse va-
lidos; Alter enim, nempè *Martinus* putabat negan- 61
dum fore minori restitutionis auxilium, siue aliena-
tio fuisset valida, & sic legitimè celebrata, siue inua-
lida, propter solemnitatis defectum; *Bulgarus*, au-
tem, oppositum existimabat, scilicet, Imperatorem
Alexandrum *in d. l. 1.* solum minori iuranti restitutio-
nem ademisse, dummodò tamen alienatio aliàs legi- 62
timè facta fuisset. Propter quam Doctorum discre-
pantiam, cum tota Iurisprudentiæ schola conturbata
fuisset, ipsemet Imperator Fridericus coram se ipso
Doctissimos viros ad disputationem vocauit, & au-
ditis hinc indè argumentis: tandem lege lata, de
qua *in d. auth. sacramenta puberum*, confirmauit
opinionem *Martini*, disponendo contractum mi- 63
noris valere, dummodo sit iuratus, nulla habita con-
sideratione ad solemnitates, aliàs de iure, vel ex
forma statutorum necessarias ad contractus validi-
tatem.

Qua de causa hodiè tenent communiter Doctores
contractus minorum valere sine solemnitatibus sta-
tuti, dummodò iuramentum contineant, vt, relictis
antiquioribus, latè probant *Gutier. auth. sacramenta* 64
puberum num. 9. & seqq. Rolànd. à Vall. consil. 59. nu. 5.
6. tom. 1. Cald. in l. si curatorem de in integ. restit. min.
vers. minoribus num. 2. Gomez. var. tom. 2. cap. 14. num.
18. Couarr. in cap. quamuis pactum par. 2. § 1. num. 7. de
Pact. in 6. Sanch. in præcepta Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 12.
num. 11. & seqq. Sola in Constit. Saband. de Alien. bono-
rum minor. gloss. 1. num. 12. & num. 22. Gabriel in comm.
opin. tit. de minor. concl. 5. num. 20. Carpan. ad Stat. Me-
diol. cap. 453. num. 38. Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. 4.
Gaill. pract. obseru. lib. 2. cap. 4. num 12 Quærad. plures
allegans, *dissert. 9. num. 53. Castill. lib. 3. quotid. cap.*
2. num. 6. & seqq. Laurent. à Pin. cons. 78. num. 7. Gal-
lerat. de renunc. lib. 3. cap. 3. num. 20. 21. tom. 1. Botti-
glier. Theor. 60. num. 1. 3. Sperell. dec. 46. num. 1. & 2.
& seqq. Barbos. in auth. sacramenta Puberum num. 11.
Et in terminis nostris, futuræ successionis, quod nulla-
tenus sit attendendum; an renunciationes minoris
habeant solemnitates ex forma statuti requisitas, in
contractibus minorum, necne, nam eo ipso, quod iu-
ramento roborantur, validæ sunt absque nulla statuti
solemnitate, probauit *Hartm. Pist. lib. 4. quæst. 6. num.*
11. & 12. Put. in cons. impress. post Old. num. 48. & 49. 65
Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 3. num. 66. Hodiern. contr.
cap. 7. num. 39. Kellembec. de renunc. success. quæst. 5.
num. 19. & seqq. Bottiglier. vbi supra Theor. 60. num. 1.
Altograd. cons. 5. num. 49 lib. 1. Capon. de Pact. quæst. 57.
num. 1.

Et

Et licèt nonnulli existiment fundamentum prædi-
ctæ conclusionis esse, quia, vt plurimum, renunciatio-
nes fiunt à fœmellis in manibus patris, ad cuius fauo-
66 rem lex præsumit bonum consilium capere pro filia;
Et propterea non esse necessarium in hisce contracti-
bus adhibere, vel consensum propinquorum, vel iudi-
cis decretum, aut alias statuti solemnitates ad frau-
des vitandas, requisitas, vt probat *Gallerat. vbi suprà
d. lib. 3. cap. 2. num 66. Tiraquell. de leg. Connub. gloss. 3.
num. 43. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 328. num. 202.*
Nihilominus in rei veritate horum opinio non subsi-
stit; quia Doctores tenentes valere renunciationes iu-
ratas minorum absque solemnitatibus statuti, tantum
67 se fundant *in d. auth. Sacramenta Puberum*, non autem
in amore paterno, vt benè ostendit *Rot. dec. 723. num.
15. par. 2. rec. & coram Burate. dec. 120. num. 20. vbi
Add. num. 40. per tot.*

Sed quamuis hæc opinio sit magis communiter ap-
probata, non desunt tamen Doctores contrarium pu-
tantes, scilicet, constitutionem Friderici *in d. auth.
Sacramenta Puberum*, non posse adaptari ad instru-
68 menta nulla ob defectum solemnitatum, & præcipuè,
Post. in §. extraneus, Instit. de hæred. qualit. & diff.
& alij allati per *Cald. vbi suprà nu. 3. Donell.* & alij per
*Capon. de de Pact. d. quæst. 64. num. 5. vers. secunda opi-
nio, Anton. Fab. in Cod. ad auth. Sacramenta puberum,
defin. 5. & de restit. in integr. defin. 13.* & alij relati per
*Osuald. ad Donell. lib. 21. cap. 13. lit. S, vers. non desunt
tamen.* & per *Didac. 2. par. §. 1. num. 7. vers. contraria.*

Et fundant opinionem, in eo, quòd, non appareat
Fridericum voluisse loqui de contractu nullo, idest,
non seruata solemnitate, cum Pubere celebrato; Si-
69 quidem simpliciter dixit; *Sacramenta puberum spontè
facta super contractibus rerum suarum non retractandis
inuiolabiliter custodiantur*, quæ verba, cum ad sacra-
menti obseruationem referantur, necessariò non con-
uincunt, proindè contractum nullum manere validū,
quasi ritè, & legitimè gestum; Imò clarè videtur,
quod prædicta constitutio loquatur de contractibus
validis, quia verbum, *non retractandis*, supponit con-
tractum valere, & indigere retractatione, & non tan-
tum nullitatis declaratione. Hinc est, quòd pluries
fuit, in Rota Romana canonizata opinio contrà re-
nunciationem à minore præstitam, non obseruatis so-
70 lemnitatibus statuti, licèt iuramentum contineret, *vt
in dec. 723. num. 13. & seqq. par. 2. rec. coram Buratt.
dec. 120. num. 1. 2. Add. litt. A*, & meminit *Gratian. di-
scept. for. cap. 858. num. 2. & seqq. & cap. 233. num. 4.*
& nouissimè hanc opinionem fuit sequutus *Passerin.
in cap. quamuis pactum, num. 79. de Pact. in 6.*

Resolutio quæstionis; an valeant renunciationes
minorum iuratæ, & initæ absque solemnitatibus sta-
tutarijs pendet, (vt ait *Pist. d. lib. 4. quæst. 6. num. 12.*)
71 ab alia quæstione satis incerta; An dispositio, vel
statutum laicorum possit vires adimere iuramento,
quæ, quidem, profunda est, & à multis tractata, non
tamen benè, & ordinatè decisa ob difficultatem ar-
ticuli.

72 Ego tamen puto hanc quæstionem posse solui di-
uidendo, & limitando materiam, vt infra.

Aut agimus de Potestate Principis sæcularis, vel le-
73 gis Ciuilis, & Municipalis circa iuramenta, iam præ-
stita; Vel agimus de Potestate Principis sæcularis,
vel statuti circa iuramenta non adhuc præstita, sed
præstanda.

Primo casu, dum est sermo de iam præstito iura-
mento, certo certiùs est, quod nulla est circa idem lai-
74 corum Potestas, vel iudicis sæcularis, ob id iuramenti
relaxatio tantum peti potest, & concedi debet à iu-
dice Ecclesiastico, non sæculari, vt latè probant Ca-
75 nonistæ *in cap. cum sit generale, de For. Compet.* maxi-
mè *Panormit. num. 21. Soccin. num. 22. Felin. num. 4.
& seqq. Ias. in l. vltima, num. 25. & 26. ff. qui satisd.
cog. Barbos. in l. 1. par. 1. num. 77. ff. solut. matrim. Cō-
uarr. in cap. quamuis pactum, par. 1. §. 3. num. 7. vers.
contrarium, Gutier. in auth. Sacramenta, num. 46. C.
si aduersus vendit.* & alij relati per *Carleual. de Iudic.
lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 4. num. 207. Arias de Mes. var.
lib. 3. cap 30. num. 8.*

Et ratio est euidentissima, quia iuramentum est,
de iure Diuino, *cap. debitores, cap. & si Christus, de* 76
Iureiur. Vnde iuramenti relaxatio, vtpotè rei spiri-
tualis ad Ecclesiæ Prælatos, non ad sæculi potestates 77
pertinere debet, *cap. 2. de Iudic.* Est enim absurdum,
quod obligatio iuramenti per sæculares remitti pos- 78
sit, vt est *tex. in cap. Venerabilem, 34 §. idem etiam,
de Elect. cap. cum contingat, 28. de Iureiur.* cum simi-
libus, & latè idem *Carleual. loco cit. num. 208. Mercud.
contron. lib. 1. cap. 10. Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 72. nu. 6.*
& alij cumulati per *Arias de Mes. lib. 3. cap. 30. num 9.*

Et licèt alij Doctores contrarium sentiant, scilicet,
posse Principem laicum dispensare, super iuramento
iam præstito, ac liberare iurantem ab obligatione iu-
ramento roborata, vt sentit *gloss. in l. adigere, §. lege,* 79
vers. remittitur, ff. de Iurepat. quam approbat *Bald. in
l. non dubium, num. 4. C. de leg. & in l. pactum, num. 10.
C. de Collat.* & tenet *Guid. Pap. dec. 194.* vbi ait Princeps 80
vinculum iuramenti relaxare posse, vt quod ita obser-
uetur in Camera Imperiali, testis est *Gail. lib. 1. Obseru.
cap. 25. num. 2. Mynsing. cent. 3. obseru. 99.* qui præcipuè
fundantur in *tex. in d. l. adigere, ff. de Iurep. in l. vltima,
ff. ad Municip. l. non dubium, C. de leg. l. si quis Inquili-
nus, 112. §. 1. ff. de leg. 1.* ac alijs in locis, de quibus per
Couarr. d. par. 1. §. 3. num. 7. & seqq.

Attamen præfati Doctores sunt intelligendi iuxta
distinctionem relatam à *Sanch. lib. 3. cap. 2. num. 15.*
approbatam, præ cęteris, à *Carleual de Iudic. lib. 1.
tit. 1. disp. 2. quæst. 4 num. 210.* quòd, vel agimus de
obligatione, quæ oritur ex iuramento, respectu Dei,
cui iurans adstringitur, vel respectu hominis, cum quo
iurans contrahit, & cui ex contractu obligatur; pri-
mo casu, dum agimus de obligatione, respectu Dei,
certum est, quòd, ea non potest per Principem sæcu-
larem, respectu obligationis, pacto quæsitæ, & ratio 81
distinctionis, in eo fundatur, quòd, vbi agitur de obli-
gatione facta parti, licèt, adhibito iuramento, potest 82
nihilominus, per eum, ad cuius fauorem fuit facta,
remitti, & condonari, vt est *tex. in cap. 1. de Iureiur. l.
vltima, in princ. ff. qui, & à quib.* & dixit etiam *Alex.
cons. 59. lib. 1. Fulgos. cons. 39. Oldrad. cons. 241. Fagnan.
in cap. inter cęteras, num. 9. de Rescript.* Qua obligatio- 83
ne remissa, & condonata vinculum iuramenti etiam
quoad Deum remissum, & solutum censetur, *cap. 2.
de sponsal. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cent. 2. cap. 103.
num. 2.* & alij, plena manu, relati per *Carleual. d. loco,
num. 212.* Si, igitur, potest contrahens remittere parti
obligationem ex iuramento ortam, qua remissa, ma-
net iurans liber à vinculo iuramenti, poterit etiam
Princeps, vel potestas Ciuilis, & sęcularis publica
condonare, & remittere iuratam obligationem, no-
mine contrahentis sibi subiecti, supplendo consen- 84
sum ipsiusmet personæ, cui fuerat præstita obligatio,
vt probant *Oldrad. cons. 186.* & alij relati per *Carleual.
vbi suprà, vers. quemadmodum igitur, Couarr. d. §. 3.
num. 11. vers. Principaliter, Arias de Mes. cap. 32. num.
3. lib. 2.*

Nec est dubium, quòd Iudex, & Superior possit
supplere consensum, qui debet à subdito præstari, vt 85
habemus apud *Gizzarel. dec. 65. n. 3. Franc. dec. 310.* cū
similibus, & tunc factum iudicis censetur factum par-
tis, *l. si causam, C. de Euict.* Et huic distinctioni adstipu- 86
lantur DD. allati per *Couar. in loco mox cit. n. 7. & seqq.*

Præ-

Præterea, alio pacto, considerauit *Couarr. vbi su-*
prà, num. 7. vers. tertium illud, posse saluari eorum
opinionem, qui tenent Principem laicum posse iura-
menta remittere, scilicet animaduertendo posse le-
gem sæcularem, ex ratione naturalis iuris Diuini, &
humani, vel ex natura Contractus, alteriusue actus;
87 cui accessit iuramentum, interpretari, fueritne iura-
mentum licitum, quoue pacto sit intelligendum; si-
cuti enim Princeps sæcularis, ac Ciuilis legislator
habet ius interpretandi humanas dispositiones eo-
rum dumtaxat, in quos ius habet ferendi leges, ita
discernere valet; an actus humani sint liciti, an rei-
88 publicæ, cuius curam gerit, aduersi, & contrarij;
actibus verò declaratis illicitis, & perniciosis, red-
duntur etiam illicita, & perniciosa iuramenta super
eis præstita; nam, eo modo, regulariter sunt intelli-
genda, sicuti ijdem actus, & latè etiam materiam
explicat, *Arias de Mes. d. lib. 3. var. cap. 32. num. 1. &*
seqq. vbi, quòd Pontifex, & Prælatus Ecclesiæ po-
89 test, per viam dispensationis, vinculum iuramenti
remittere; ita per modum iustæ interpretationis lici-
tum est Principibus sæcularibus iuramenta irrita esse
90 declarare, nec non interpretari, an licitum sit iura-
mentum, quomodo interpretari, intelligi, & seruari
debeat.

Vnde disposuit *Vlpian. per tex. in l. Iurisgentium, 7.*
§. si paciscar, versic. & generaliter, ff. de Pact. Pacta non
esse seruanda, licet iurata, dum à iure communi
91 remota sunt; & est satis nota, in iure, conclusio, quod
potest Princeps sæcularis declarare iuramenta, tam-
quam bonis moribus, contraria, non esse obligatoria,
92 idque maximè, cum id exigat finis politicus, bonum-
que suæ Reipub. sæcularis, vt rectè *Sanch. ad Præc.*
Decal. cap. 22. num. 3. & alij relati per *Arias de Mes.*
d. lib. 3. cap. 33. num. 18. in fine, & nos latè inferiùs; Et
quemadmodum Princeps sæcularis potest laicos ad
obseruantiam iuramenti compellere, *cap. 2. de Iureiur.*
in 6. eadem quoque ratione, vbi iusta subest causa,
93 potest illos ad remittendum constringere, vt idem
Arias de Mes. num. 5. 6.

Hæc autem sunt intelligenda, dummodò appareat
94 de iuramenti iniquitate, & recipientis turpitudine.
Alioquin, enim, si dubium esset; An licita, vel illicita
iuramenta fuerint apposita, est adeundus iudex Ec-
clesiasticus pro declaratione, *Abb. in cap. cum contin-*
95 *gat, num. 15. de Iureiur.* vbi, quòd, quando ex opinio-
num varietate redditur probabile dubium; de viribus
iuramenti, de eo, nullo modo, sæculares cognosce-
re potest,

Additur, quod potest, absque dubio, laicus remit-
96 tere iuramenta in ea materia, quæ ipsius Principis,
legisue sæcularis potestati subijcitur; vt probat, præ
cęteris, *Couarr. vbi suprà num. 11. vers. principaliter*,
vbi exemplificat in eo, qui iurauit Magistratum non
97 adire, aut ordini non intersuturum; Potest, enim,
eo casu, Princeps remittere iuramentum, & præcipe-
re iuranti, vt adeat magistratum. Nam in iuramento
semper intelligitur excepta auctoritas superioris,
98 quoad ea, scilicet, quæ ad superioris potestatem per-
tinent, cum illi, per iuramentum præiudicium fieri
non possit, *cap. Constitutus de Rescript.* & casus iste de-
ciditur etiam *in textu in l. vltima, ff. ad Municipalem*,
vbi quod Princeps potest dispensare iurantem, se Or-
dini nō intersuturum, si ille in Magistratum, Ordines,
& in Decuriones fuerit electus, & probat etiam *Arias*
de Mes. in loco mox cit. num. 8. Carleual. dicta disput. 2.
quæst. 4. num. 216. vbi aduertit, quod huiusmodi remis-
sio iuramenti non est censenda propriè relaxatio,
99 quæ proueniat ex Principis auctoritate, sed potiùs,
quæ oritur ex conditione tacita, in iuramento, com-
præhensa; qua non impleta, iuramenti obligatio,
cessat; ex ea, nempè conditione, quod in omni iu-
ramento videtur excepta superioris auctoritas, quo-
ad ea scilicet, quæ ad eius potestatem pertinent, *cap.* 100
venientes 19. de Iureiur. l. qui iurato, ff. qui satisd. cog.
cùm, per iuramentum Superiori non possit fieri præ-
iudicium, vt aduertit etiam *Couarr. loco proximè cit.*
num. 11. & alij de quibus apud *Carleual. vbi suprà nu.* 101
216. circa finem.

Ex his, optimè, cognitis, & perpensis, resoluuntur
omnes leges de Potestate Principis laici super iura-
mentis, disponentes, vt videre est penès *Couarr. loco*
mox cit. Arias de Mes. d. lib. 3. var. cap. 32. & 33.
per tot.

Firmato, igitur, quod Princeps Laicus, vel statu-
tum laicorum non potest circa iuramenta iam præ-
stita aliquid disponere, nisi in casibus suprà expressis; 102
Ordinis ratio postulat, vt videamus de iuramentis
nondùm præstitis, an subiaceant laicorum disposi-
tionibus, & statutis.

Et in primis est notandum, quod tàm hic, quam
in antecedenti casu, dùm tractauimus, de potestate
statuti circà iuramenta, habitus fuit sermo de statu-
tis dumtaxat à laicis conditis, non verò de statutis à
Summo Pontifice confirmatis; Nàm hæc certo cer- 103
tiùs est, quod possunt iuramentis derogare, & super
eis liberè disponere. Si quidem Pontifex in Diuinis 104
absolutam potestatem habet, *cap. 1. de Constit.* Et
dispositio, vel statutum à confirmante cōualidatum,
& confirmatum, dicitur statutum ipsius confirmantis 105
proprium, vt latè *Bartol. in l. & quia, ff. de Iurisd. omn.*
iudic. Gozad. cons. 16. num. 16. & seqq. & ità tenent la-
tè materiam tractantes *Asin. de Execut. §. 9. cap. 165.*
declar. 7. per tot. Maluas. cons. 17. num. 17. qui loqui-
tur de statutis Bononiensibus à Pontifice confirma-
tis, *Sperell. dec. for. Eccles. dec. 48 num. 5.*

Verum est, tamen, quod confirmatio debet esse in
forma specifica, & non in forma communi, ad hoc, 106
vt compræhandat iuramentum, *Abb. in cap. quia diuer-*
sitatem num. 9. de Concess. Præb. Cassad. dec. vnic. de
confirm. vtil. vel inut. Rot. cor. Royas dec. 2. num. 7. Bu-
rats. dec. 444. Ferentill. ad eundem dec. 422. Querad.
dissert. Iur. 9. num. 54.

Et quando cōfirmatio dicatur, in forma communi,
ad hoc, vt tollat vim iuramenti; dixit *Rot. dec. 1. num.* 107
10. & seqq. post. Rodrig. de concurs. credit.

Hoc supposito; quæstio; An statutum laicorum
possit disponere circa iuramenta non adhuc præstita,
nec ne; Pro faciliori resolutione diuidi potest: nem-
pè, vel statutum nullam mentionem facit de iuramen-
to, sed tantum disponit non valere actum sine certis
adhibitis solemnitatibus; Vel statutum, & lex Princi-
pis laici expressè mandat, vt contractus celebratus
sine certa forma, & solemnitate nullatenùs obserue-
tur, etiam si iuramento sit confirmatus, vel quod
nullus possit in contractibus, præcipuè minorum ap-
ponere iuramentum, & apposita non valeant.

Primo casu, dum statutum, vel lex Principis sæcu-
laris nullam, de iuramento, mentionem facit, sed
tantum disponit contractum, sine certis solemnitati-
bus celebratum irritum esse, regulariter non compre- 108
hendit contractus iuratos; quia tunc interpretatur
secundum ius commune, quo, cautum reperitur, vt
contractus minoris iuramento roboratus, valeat si-
ne solemnitatibus aliàs à iure requisitis, vt probatur
in sæpè *cit. auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. ven-*
dit. & ita ratiocinantur *Corn. cons. 135. num. 3. vol. 1.*
Imol. & ceteri Canonistæ *in cap. cum contingat, de Ivre-*
iur. Alex. cons. 125. lib. 1. Vbi, quod, cum de iure 109
communi, validior sit actus iuratus, quam non iura-
tus, vt *in d. cap. cum contingat de Iureiur. & in l. cum*
patrem, §. filius matrem, ff. de leg. 2. lex simpliciter pro- 110
hibens

hibens actum, non debet intelligi de iurato, Asin. de execut. §. 9. cap. 165. limit. 4. & latiùs limit. 6. vers. verum, & hanc sententiam, tanquàm veriorem, & communiorem sequuntur allegati per Hartm. Pist. lib. 4 quæst. 6. num. 12. in fine, Maluas. cons. 87. num. 15. cum alijs, plena manu, allegatis, per Cancer. var. lib. 1. cap. 8. num. 60. de Donat. August. Barbos. in d. auth Sacramenta puberum, num. 11. & in cap. cum contingat, de Iureiur. num. 9. Caball. cons. 180. nu. 23. lib. 1. Marescot. var. lib. 1. cap. 62. num. 20. Gabr. cons. 127. per tot. lib. 1. Rot. coram Gregor. dec. 391. num. 4. Add. ad Buratt. dec. 422. num. 16. Querad. dissert. 9. num. 54.

Nec obstat, quod Bartol. in l. si quis pro eo, ff. de Fideiuss. & in d. Auth. Sacramenta puberum, & alij Doctores allegati per Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 83. num. 70. existimauerint, quæstionem hanc esse deci-
111 dendam cum distinctione. An statutum in rem, vel in personam conceptum sit; & posteriori casu, affirmauerint contractum mulieris, vel pupilli sine solemnitatibus statutarijs minimè posse iuramento firmari.

Quia hæc Bart. distinctio communiter à Doctoribus reprobatur, indistinctè firmantibus statuta laicorum non posse iuramento derogare, siue in rem, siue
112 in personam conceptum sit, vt senserunt Paul. de Castr. Salicet. Alex. Corn. Abb. relati per Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 6. num. 12. versic. Longè tamen, Curt. Iun. d. Auth. Sacramenta Puberum, num. 113. Guttier. pariter ibidem num. 35. & 36. Tiraquell. de leg. Connub. gloss. 4. num. 3. Couarr. d. cap. quamuis pactum, par. 2. relect. §. 2. num. 7. Formosin. ad cap. si diligenti, quæst. 2. num. 5. de For. compet. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 3. num. 26. lib. 1. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 83. nu. 70. vers. Sed casu, Sperell. dec. for. Eccles. num. 5. 6.

Hinc est, quod multi volunt Principem sæcularem
113 non posse dare moratoriam, & alia priuilegia debitoribus in contractu iurato obligatis, Roland. cons. 31. num. 23. & seqq. lib. 2. Vrsill ad Afflict. dec. 278. num. 7. 8. Rot. dec. 1. num. 10. post Rodrig de priuil. credit.

Dixi, quod regulariter statutum laicorum non comprehendit contractus iuratos; Nàm hæc generalis regula suas patitur limitationes, &

Primo fallit, quando statutum fuit conditum, fa-
114 uore publico, nàm, quoties contractus, ob publicam vtilitatem per legem, vel statutum annullatur, tunc nihil operatur in illo interpositum iuramentum, vt Bartol. in l. si quis pro eo, num. 8. ff. de Fideiuss. Bald. cons. 250. num. 24. Parlador. rerum quotid. cap. 4. nu. 34. lib. 2. Cancer. lib. 1. cap. 8. num. 62. & lib. 2. var. cap. 1. num. 8. 9. Rimin. Iun. cons. 467. num. 52. Andreol. controu. 134. num. 69. 70. Gratian. Discept. for. cap. 451. num. 27. Querad. dissert. 9. num. 56. & seqq. Sperell. d. dec. 47. nu. 8. Rot. dec. 200. nu. 6. par. 5. rec. Formosin. d. cap. si diligenti, num. 1. & seqq. de For. compet.

Quod est intelligendum, de fauore publico pri-
115 mario, non secundario. Et ratio est, quia quoties lex Ciuilis immediatè dirigitur ad bonum commune
116 tuendum, semper obligat ad culpam, ac proindè iuramentum de actu sic prohibito non tenet, tanquam rei malæ in præiudicium tertij; imò reipublicæ, cuius fauori nemo renunciare, vel præiudicare potest, vt
117 probat text. in cap. cum contingat, de Iureiur. & ibi docent communiter Interpretes, Couarr. d. par. 2. §. 1. num. 1. & §. 2. num. 6. Gomez. tom. 2. var. cap. 14. nu. 24. Sanch. in Decal. tom. 1. cap. 12. lib. 3. num. 43. & cap. 9. num. 30. Formosin. d. cap. si diligenti, num. 9. & seqq. de for. compet. & benè explicat Barbos. in cap. cum contingat, num. 4. de Iureiur. Sperell. dec. 46. num. 6. & seqq. Kellemb. de Renunc. quæst. 5. num. 19. 20. Arias de Mes. var. cap. 33. num. 10.

Vbi verò lex Ciuilis aliquid statuit, quod concernat
118 priuatorum vtilitatem, iuramento non subijcitur, licèt secundariò contineat publicum fauorem, vt benè Sperell. vbi suprà, dec. 46. num. 8. vbi, quod, quando lex Ciuilis ordinatur immediatè ad bonum, fauoremque priuatorum non obligat ad culpam; Tùm quia 119
lex ipsa, eo casu, non intendit laqueum inijcere obligando sub mortali, sed potiùs priuilegium concedere actum irritando, cui, quidem, priuilegio quisque potest renunciare; Tum etiam, quia lex, isto casu, potiùs vim habet consilij, quam præcepti; propterea, eo casu, siue statutum sit conceptum in rem, siue in 120
personam, nullatenus compræhendit iuratam dispositionem, vt Butr. Abb. & alij in d. cap. cum contingat, de Iureiur. Seraphin. vbi suprà, priuileg. 83. nu. 70. vers. sed caue, & alij relati per Sperell. d. dec. 46. num. 8. Surd. cons. 54. num. 8. vol. 1. Barbos. l. alia, §. eleganter, num. 38. & seqq. ff. solut. matrim. Sanch. in decal. lib. 3. cap. 12. num. 44. & seqq. & de matrim. lib. 1. disp. 32. num. 12. Formosin. d. cap si diligenti, quæst. 2. num. 5. vbi, quod, si fauor publicus secundariò, & in consequentiam venit, lex Canonica de eo non curat, cum non oriatur 121
magnum præiudicium bono publico, & renunciet is, cuius principaliter interest, & omnium optimè, Barbos. in cap. cum contingat, num. 4. 5. de Iureiur. vbi, quod alienationes rerum dotalium, per mulieres factę non adhibita forma legis, vel statuti, iuramento validantur; quia huiusmodi prohibitiones primò, & 122
principaliter respiciunt fauorem priuatorum, licèt in consequentiam bonum publicum præseferant, vt latiùs ante eum ostendit Barbos. l. 1. num. 69. ff. solut. matrim.

Et similiter, licèt donatio facta, per pupillum, non teneat, tamen, si iuramentum fuerit interpositum, conualidatur, latè Surd. cons. 122. num. 13. & seqq. Odd. 123
de Restit. in integrum, par. 5. quæst. 58. art. 2. Cancer. par. 1. var. cap. 7. num. 138. Bottiglier. de successi. cap. 2. Theor. 60. num. 7. cum alijs allegatis.

Ex hac prima limitatione regulæ generalis, quòd, vbi statutum mandat aliquid fieri in contractu ob publicum bonum principaliter, comprehendit etiam actum iuratum, oritur alia limitatio, quæ solet passim ab Interpretibus adduci, quòd, scilicet, statutum possit comprehendere contractum iuratum, dum solemnitates requisitæ à statuto fuerunt introductæ ob 124
fraudes vitandas. Tunc enim, quia dispositio respicit commune bonum, & remouet causam committendæ fraudis, dicitur continere publicam vtilitatem primariò, & ob id porrigit vires suas etiam ad contractus, & conuentiones iuratas, vt firmarunt antiquiores, vt Butr. Abb. Imol. in d. cap. cum contingat, 125
Castr. Corn. & alij in d. auth. Sacramenta puberum, Alex. cons. 59. vol. 1. Bartol. in l. omnes populi, num. 7. quæst. 3. ff. de Iust. & Iur. & cęteri latè cumulati per Asin. de Execut. d. cap. 165. limit. 5. & 6. vbi, quòd lex Ciuilis efficere potest, vt, non interueniente quadam solemnitate, dolus, metus, vel simulatio præsumatur, Andreol. controu. 134. num. 77. & seqq. Rot. dec. 665. 126
num. 10. par. 1. rec.

Et ratio est, quia præceptum de obseruando iuramentum, non pertinet ad iuramentum metu, & dolo extortum, vt est tex. in cap. cum contingat, de Iureiur. cap. licèt, eodem tit. cap quamuis pactum, de Pact. in 6. Ergo dum lex positiua pręsumit iuramentum, dolo, vel metu extortum, liberat ab eius obseruantia iurantem; Iuris enim præsumptiones, liquidissimæ pro- 127
bationes appellantur, Becc. cons. 92. num. 53. Honded. cons. 27. num. 24. lib. 1. Surd. dec. 170. num. 8.

Hinc est, quod, iure merito, tam antiqui, quam moderni Doctores hanc approbant limitationem, & præcipuè, vltra supra allegatos, Corn. cons. 135. num. 3. vol. 1. & cons. 328. num. 24. Io: Bapt. à S. Seuerino, in l. omnes populi, num. 68. & 74. ff. de Iustit. & Iur. Curt.

Sen.

128 Sen.conſ.118.num.6. vbi, quòd, ſtante dolo, contra-
ctus non valet: Et quia ſtatutum præſumit dolum,
129 poteſt ſine vlla pęna ſperni iuramentum, Roman. conſ.
12. Aſin. de Execut. d. §.9. cap.165. pag.335. verſ. ante
prædicta, & pag.339. & 340. Ruin. conſ.51. num.22. &
ſeqq. lib.1. Seraph. de Priuil. Iur. priuil.83. num.79. &
ſeqq. Sperell. dec.47. num.10. latiſſimè Cancer. var. lib.1.
cap.8. num.61.62. Add. ad Buratt. dec. 422. num. 20.
idem Buratt. dec.612. num.8. Oſuald. ad Donell. lib.21.
cap.13. lit. CC, circà finem, Rot. dec.98. num.5. par.11. rec.
Et quamquam contra hanc limitationem nonnulli
inſurgant, vt videbimus infra, nihilominus vera eſt,
& magis communiter approbata, vt pariter inferiùs
fier apertum.

Tertia limitatio eſt, in caſu, quo ſtatutum actum
annullet, forma ſtatuti non ſeruata, vel ſolemnitati-
bus non adhibitis; eo enim caſu, licet actus ſit iura-
130 tus, non ſuſtinetur, vt probatur ex Bart. Abb. Imol.
& Alciat. relatis à Couarr. d. cap. quamuis pactum,
par.2. relect. §.6. num.1. Aſin. d. §.9. pag.335. verſic.
tertia declaratio, optimè Bald. conſil.178. num.1. &
ſeqq. vol.3. & conſ.250. num.1. vol.5. Laurent. à Pin.
conſ.77. num.8. Cancer. var. lib.1. cap.8. num.63. Querad.
diſſert.9. num.61.62. Merend. controu. lib.1. cap.1.

Et ratio eſt apertiſſima; Siquidem, annullato actu,
131 per diſpoſitionem ſtatuti, annullatur etiam iuramen-
tum, cum non habeat ſubiectum, vbi ſubſiſtat, &
iaceat, optimè Couarr. loco cit. Querad. vbi ſuprà, num.
61. & 62. & idcò, vt benè ratiocinatur idem Couarr.
loco mox citato, hoc caſu, non eſt habenda ratio, An
ſtatutum reprobet actum ob publicam vtilitatem,
vel ob commodum priuatorum; vtroque enim caſu
actus eſt inualidus; nam iuramentum numquam ten-
132 dit ad ſupplendum probationis defectum, ſed ad ip-
ſius actus confirmationem, & cum non probetur
actus, imò potiùs cenſeatur non factus, etiam cor-
ruit iuramentum.

Et ſimiliter procedit, quando ſtatutum prohibet
conſenſum; nam neque, eo caſu, aliquid operatur
133 iuramentum, quia ſublato conſenſu iuramentum non
habet in quo fundetur de iure naturali, vt probat
Bald. conſ.250. num.5. auctoritate tex. in l. iuris gentium,
§. generaliter, ff. de Pact. l. quemadmodum, ff. de Agric.
& cenſit. l. ſi quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1.

Vel, quando ſtatutum adimit fidem ſcriptutis, &
134 inſtrumentis, ſine certa ſolemnitate celebratis, valet,
enim, tunc ſtatutum, & habet locum etiam in diſpo-
ſitione ſacramento roborata, vt probat Paul. Caſtren.
conſ.61. vol.2. Quia ſtatuentes non videntur diſpone-
re ſuper iuramento, ſed ſuper contractu; Nec refert,
135 quod in quandam conſequentiam iuramenti effectus
extinguatur, Maluaſ. conſ.86. num.18. Cancer. Var.
lib.2. cap.1. num.6. & ſeqq. plenè Barboſ. ad cap. cum
contingat, de Iureiur. num.9. verſ. declara tamen; vbi,
quod ſi ſtatutum vlteriùs progreditur expreſsè adi-
mendo fidem ſcripturis, & inſtrumentis deſuper con-
fectis, tunc contractus iuratus non valet, nec ſuper
iuramento interpoſito nullum fieri poteſt fundamen-
tum. Non quia ſtatuentes laici poſſint directè, vel
136 indirectè lædere religionem Iuriſiurandi, ſuper eo
expreſsè diſponendo, ſed quia adempta fide inſtru-
mentis non conſtat iuramentum fuiſſe interpoſitum,
& ſic tota vis conſiſtit in probatione, quæ, tanquam
iuris poſitiui, ſubijcitur iuriſdictioni ſtatuentium,
quæ verba priùs recitauerat Rot. coram Buratt. dec.
422. num.18.

Et ideò firmat Barboſ. & Burat. locis allegatis aucto-
ritate, Soccin. conſ.97. num.4.5. lib.1. Corn. conſ.121. nu.
21. lib.2. & aliorum, quod, ſi aliter, quam per inſtru-
mentum conſtare poſſet, puta per teſtes, per confeſ-
ſionem patris, vel alias probationes, iuramentum,
verè fuiſſe interpoſitum, in inſtrumento, ſubſtineretur
contractus, etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, & con- 137
ſequeretur effectum propter iuramentum, ſed de hac
re inferius agemus.

Et hæc planè procedunt, vbi ſtatutum de iuramen-
to expreſsè mentionem non facit.

Altero, vero, caſu, quando ſtatutum, claris verbis,
de iuramento diſponit, vt ſi dicat non valere contra-
ctum, etiam iuramento roboratum, vel, quid ſimile;
An valeat, necne ſtatutum, pugnant Doctores, &
magis communis videtur eſſe opinio contra ſtatu-
tum, quod, eo non obſtante, validi ſint actus iurati,
etiam nulla ſeruata ſtatuti forma. Nam laicorum ſta-
tutum, nec tollere iuramentum, neque impedire, ne-
que annullare poteſt, Bald. conſ.250. num.1. & 5. & cę- 138
teri adducti per Couarr. d. cap. quamuis pactum, par.1.
§.3. num.7. verſ. contrarium, vbi, quòd, cum iuramen-
ti religio eſt ad reuerentiam, & fidem Deo præſtan-
dam pertineat, tantum ad Iudices, & Prælatos Eccle-
ſiaſticos ſpectare videtur, tanquam res ſpiritualis, vt
ſunt textus Canonici in cap. Nouit, de Iudic. cap. cum 139
contingat, & cap. debitores, de Iureiur. & clariùs,
quòd, quia ſtatutum nihil diſponere poteſt de iura-
mento, tanquam ſpirituali, & non ſubiecto poteſtati
ſtatuentium faciendo mentionem de ipſo, non valeat,
nonnullis cumulatis, probat Seraph. de priuil. iuram.
priuil.83. num.82. in medio, Valenzuel. conſ.173. vol.2.
num.43. Rub. de teſtam. quæſt.96. num.275. Querad.
diſſert.9. nu.55. Barboſ. ſolut. matrim. par.1. legis primæ,
num.75. Afflict. ſuper Conſtit. Neap. par.2. lib.3. rubr.5.
num.36. & latè habemus ex Bartol. in l. omnes populi 8.
quæſt. princ. ff. de Iuſtit. & Iur. Federic. de Sen. conſil.
272. Aſin vbi ſuprà, d. cap.265. §.9. num.1. Carpan. ad
Stat. Mediol. cap.453. num.97. Arias de Meſ. variar.
lib.3. cap.30. num.8. & comprobat, Merend. controu.
cap.10. lib.1. num.1. & ſeqq. Barboſ. ad cap. cum contin-
gat, de Iureiur. num.9. Bellug. ſpecul. Princ. rubr.12.
num.66. & ſeqq. & nouiſſimè Iacob. Pignatt. conſult.
Can.153. num.16. & ſeqq.

Propterea reprobatur à nonnullis ſtatutum, vel lex
diſponens, quod, in contractibus non poſſit interpo-
ni iuramentum, & quod Tabellio ſcribens iuramentũ, 140
officio priuetur, vt eſt ordinatio Luſitana, vt reſtan-
tur, Iaſ. in auth. Sacramenta Puberum, ad finem, &
cœteri Doctores allegati per Pinell. l. 2. C. de reſcind.
vendit. num.11. & dubitat Gomez. tom.2. var. cap.14.
num.22. Mart. de Iuriſd. par.4. cent.1. num.72. & alij
relati à Barboſ. in d. auth. Sacramenta puberum, nu.23.
& à Iacob. Pignatell. d. controu.153. num.24. Et ſimi-
lem Galliæ Conſtitutionem diſponentem nullam ha-
beri rationem iuramenti in contractibus reprobat,
Couarr. d. par.1. relect. §.3. verſ. Septimo apparet.

Contraria ſententia, quod valeat ſtatutum laico-
rum auferens vires iuramento, habet ſuos defenſores,
& præcipuè Bald. ſibi contrarium in conſ.414. vol.3. 141
Bart. etiam ſibi ipſi contrarium conſ.88. num.5. Angel.
conſ.160. Federic. de Sen. conſ.264. num.2. Riminald.
Iun. conſ.5. num.141. & ſeqq. & alij apud Carpan. ad
Stat. Mediol. cap.453. num.100. Vital. Cambon. tract.
clauſ. pag.753. num.7. Pinell. 2. par. legis primæ, C. de
Reſcind. Vendit. num.12. Barboſ. par.1. num.74. ff. ſolut.
matrim. vbi firmat valere ſupradictam ordinationem
Luſitanam, de non apponendo iuramento in contra-
ctibus, ſub pœna impoſita notarijs, vltrà nullitatem
actus, latè Arias de Meſ. var. lib.3. cap.30. num.7. & 142
cap.34. num.5. & ſeqq. Parlad. rer. quotid. lib.2. cap.4.
num.53. & ſeqq. Cancer. var. lib.2. cap.1. nu.8. Querad.
diſſert. iur.9. num.58. & nouiſſimè multos adducit
Iacob. Pignat. conſult.153. num.89.

Pro qua opinione ſolent allegari textus in l. quæ
ſub conditione, 8. in princ. ff. de condit. inſt. l. non dubi-
tamus

tamus 20.*ff. de condit.& demonstr.* vbi agitur de condi-
tione Iurisiurandi adiecta, in his, quæ testamēto relin-
143 quuntur, & ex edicto Prętoris iurisiurandi Religio re-
mittitur *in l.2. C. de Induct. viduit.* vbi Iustinianus,
1 sublata *l. Iulia Miscella* prohibet, ne deinceps viduæ
teneantur iurare conditionem viduitatis a maritis
144 iniunctā tanquàm publicæ vtilitati aduersam *in l. non
dubium, C.de leg.* vt indicant illa verba; *nec iuramen-
145 tum admitti*, quæ sunt accipienda de prohibitione, ne
præstetur iuramentum contrà leges.

Nec est faciēda vis aliqua, in eo quod iuramētum,
tanquam iuris Diuini, non possit laicorum statutis
subijcere; quia conclusio procedit, vbi agitur de iura-
mento, iam præstito, quod tolli nō potest, per laicum;
146 non verò, quando est sermo de iuramento nondum
præstito, vt distinguit *Ias.in auth.Sacramenta puberum,
col.21.num.72. C.si aduersùs venditionem, Grat. cons.
41.nu.15.vol.1. Asin. vbi suprà pag.338.vers. præterea.*
147 Et ratio ea est, quia antequam præstetur, nulla obli-
gatio adhuc Deo est quæsita, nec ius aliquod specia-
le, in esse deductum, meritò lex Ciuilis, in tali casu,
disponere potest, vt notat, *Dominic. à S.Geminiano,
cap. quamuis, vers. sed quæritur, de Pact.in 6.* vbi etiam
*Imol. Couarr. d.par.1.relect. §.3. num.7. Asin. de Exe-
cut. d.§.9.cap.164. num.2. vers. hæc tamen, & pag.336.
vers. tertia etiam declaratio, Ari. de Mes. lib. 3. var.
cap. 34. num. 2. 3. 4.*

Vnde statuta prædicta disponentia nō valere con
148 tractus, etiam, si accesserit iuramentum, valida esse
firmarunt Doctores, & præcipuè *Anchar. cons.330. n.
9. Carpan. ad stat. Mediol. cap 453. num. 100. & seqq.*
& firmant valere statutum Mediolani disponens non
149 obseruari *authenticam Sacramenta Puberum*, & quod
iuramentum minori non obsit.

Et de statuto Bononiæ disponente, quod non ser-
150 uata solemnitate, neque contractus, neque iuramen-
tum super eo appositum valeat, *Maluas. cons. 87.
num. 15.16*
151 De Statuto Cataloniæ *Cancer. var. lib.2. cap. 1. de
Minor. num 6. & seqq & par. 2. cap.1. num 8.*
152 De Statuto Parmæ, *Sacc. cons. 60. num.46. & seqq.*
relatis per *Arias de Mes. lib.3.cap.34.num 4.*
De Statuto Mantuæ, *Riminald. Iun. cons. 5. numer.
141. & seqq.*
153 De Statuto Foriliuij *Merend. controu. lib.1. cap. 13.
circà finem.*
154 De Constitutione Franciæ reprobante *auth. Sacra-
menta Puberum, Rebuff. de restit. gloss.1. nu.4. Osuald.
ad Donell lib. 21. cap. 13. litt. A.*
155 Et de validitate statuti Sardiniæ disponentis, nè
possint apponi Sacramenta in contractibus minorum
àbsque decreto iudicis, *Quer ad.diss.9 nu.56.& seqq.*
156 Et tandem, de Ordinatione Lusitana, de qua suprà
fuit facta mentio, quod valeat, & sit seruanda, notant
communiter Doctores, tàm Itali, quam Hispani, &
Lusitani, vt ad saturitatem, ostendit *Barbos. d. auth.
sacramenta Puberum, C. si aduers. vendit. num 10. &
seqq.* quibus addo *Arias de Mes. var. d. lib. 3. cap. 34.
numer. 6. & seqq.*

Huiusmodi ex diametro pugnantes opiniones,
157 possunt concordari, tradendo, pro regula generali,
quod statutum non potest super iuramento dispone-
re ex defectu potestatis statuentis, vt probant supraci-
tati Doctores, quibus addo *Bellug. Specul. Princ.
rubr. 12. num. 78.*
1 Verum, tamen est, quod aliquando fallit regu-
158 la, quàndo statutum annullat actum, forma statuti
non seruata; & vbi statutum adimit fidem scripturis,
159 in quibus deficit solemnitas requisita, ad hunc enim
casum adaptantur limitationes; *de quibus suprà num.
130. & seqq.*

Et præcipuè fallit etiam regula, vbi statutum con-
ditum fuit ob publicam vtilitatem, primariò, & prin-
cipaliter, tunc, enim, licèt de iuramento mentionem
faciat, est seruandum; Potest, enim, Princeps statue- 160
re, ne iuramentum præstetur, vt, pluribus allegatis,
tenet, *Couarr. vbi suprà par.1. relect. §.3. num.7. vers.
primum*, allegando *tex. in d. l. quæ sub conditione, §. si
quis, ff. de cond. Instit.*; ex quo habemus, quod secularis
potest inhibere, ne iuramentum præstetur, dum ta-
men, ex causis iustis id faciat idem *Bellug. loc. cit. nu.
78.* Et vlterius comprobatur *ex d. l.2 C. de ind. viduit.
toll.* & ex alijs locis, *Afflict. super Constit. Neapol. par.
2. lib.3. rubr. 5. num.35. & seqq.* vbi, quod valet statu-
tum disponens, vt non valeat alienatio feudalis, etiam 161
cum iuramento; & quod laici possint statuere iura-
menta, non esse obligatoria, tanquam bonis moribus
contraria probauit etiam *Cancer. var. lib.2. cap.1. nu.* 162
*10. & 11. Arias de Mes. vbi suprà d. lib. 3. cap. 33.
numer. 18.*

Et hac eadem ratione, nempè, quod laicus potest
iuramento derogare ob publicum bonum primariò,
est tenendum, ad fauorem statuti disponentis contra-
ctus aliter celebratos censeri dolo, vel metu, initos, 163
& iuramentum fraude extortum, & simulatum, prout
inter alia disponit statutum Genuæ *lib. 4. cap. 20. de* 164
contractib. minor. & mulier. in fin. Nam reipub. inter-
est, ne fraudes fiant, & homines decipiantur; ideò
statutum ità disponens, vtpotè conditum rationabili
ex causa, & ob bonum publicum primariò potest de- 165
rogare iuramento, *Seraph. de Priuil. Iuram. priuil.83.
num.79. Anchar. cons.330. num.9. Rimiuald. Iun. cons.
5. num.543. Corn. cons.135. num.3 vol.1. & cons. 167.
nu.7. vol. 2. Iason. l. fin. ff. qui satisd. cog. Alex. cons.
59. lib.1. Carpan. ad stat. Mediol. d. cap. 453. num.105.*

Hæc autem conclusio, secundum opinionem ali-
quorum, non procedit indistinctè, sed, quando
huiusmodi statutaria præsumptio doli, fraudis, &
metus fundatur in aliqua verisimili causa, vtpotè,
quod, in eo loco, minores communiter decipi soleant,
alioquin statutum non valet, dum causam, & occasio-
nem periurij præbet, vt, præ cęteris, voluit *Abb. in* 166
d. cap. cum contingat, vbi, quod quando verisimilis
causa non subest, dolum, & metum præsumendi,
tunc, ex quo, tale statutum factum, in fraudem Iuris
Canonici, vel diuini disponentis iuramentum seruari, 167
præsumi potest, non subsistit.

Et ratio secundum *Asinium d. cap. 165. vers. ratio
autem, pag. mihi 339 col.2. Bellug. in Specul. princ. rubr.
12. num.23.* est in promptu; Nam fictio, seu præsum-
ptio statuti à peccato non liberat, vt probat *Butr. d.
cap. cum contingat*, & alij per *Asin* allegati, vbi plura
adducit ad hoc probandum, asserentes etiam, quod,
qui dicit instrumentum nullum hoc debeat probare,
cum sit suæ intentionis fundamentum, & voluit etiam 168
Abb. in cons.71. vol 1. vbi, quod ex eo, quod de iura-
mento disponere in facultate statuētium non sit, corū
enunciatiuis verbis credendum non est, sed causa sta-
tuti extrinsecus probanda; & faciunt etiam, pro hac
sententia, notata per *Seraph. de Priuil. Iuram. priuil.
83. num.79. vers. contrà istam*, vbi, quod, cum statutum
procedat præsumptiuè, in habendo contractus mino-
rum, pro simularis, vel per dolum, & metum gestis,
juxta Theoricam, quā tradit *Corn. cons.135. vol.3. post* 169
medium, & præsumptiones non habent locum, in foro
Conscientiæ, sed ipsa veritas. *Innoc. in cap. quia ple-
rumque, de Immun. Eccles. Curt. Iun. cons. 104. nu. 6.*
posset contingere, quod verè minor contraxisset, &
legitimè circa rem, & pretium, & tamen veniret con-
trà proprium iuramentum auctoritate istius statuti;
& sic præstaret occasionem peccandi; & quod non
potest fieri directè, non potest etiam per indirectum 170
concedi

cocedi, *cap. cũ quid, de Reg. Iur. in 6. cap. iuæ de Procur.*
limitat tamen inferius *num.* 80. hoc aſſertum *Seraph.*
in caſu, quod ſubſit aliqua iuſta cauſa, ira ſtatuendi,
& præſumendi, vt quia minores eſſent ſoliti in loco
circumueniri, in certis contractibus auctoritate *Ro-
man. & Corn.* & aliorum, tunc enim, quia cauſa itá
ſtatuendi habet primordium veritatis, nec ſtatutum
fundatur in ſimplici præſumptione, ſed in rationabili
ſuſpicione, quia, per experientiam apparuit, quod
in talibus contractibus minores decipiebantur, &
contrahentes cum ipſis erant ſoliti committere deli-
171 cta, propterea, ex tali ſtatuto dicitur tolli occaſio
peccandi, & depræhenditur eſſe fundatum in ratione
naturali, & factum ob bonum publicum; quo caſu,
poteſt ius Ciuile diſtinguere ius naturale, Diuinum,
& Canonicum, *Abb.* & moderni Repetentes *in l. omnes
populi*, & præcipuè *Bolognett. num.* 97. Et concludit
idem *Seraph.* eſſe diligenter aduertendum, vt non ſuf-
ficiat, quod de iuſta cauſa fiat mentio, in ipſo ſtatuto,
per verba maximè enunciatiua, quia, ſi aliter de ea
non conſtat, non eſt ſtatuto taliter aſſerenti cre-
dendum.

Et tandem, contrà limitationem noſtram, de qua
172 ſuprà, quod ſtatutum poſſit derogare iuramento,
quando ſupponit, metu, & dolo fuiſſe extortum, in-
ſurgit *Merend. controu. lib. 1. cap.* 10. *num.* 5. aſſerens
hanc opinionem euidentem errorem continere. Quia
dum is, qui iurauit conſcius eſt, ſe nec metu, nec dolo
fuiſſe inductum, ad iurandum, vtique, dum ſpernit
iuramentum propter huius legis ſanctionem, veluti
iuramentum, per iniuriam extortum aduersùs con-
ſcientiam agit, & grauiſſimè peccat, *cap. littera, verſ.
porrò, de Reſtit. ſpoliat.*

Vlteriùs obſeruat, quod, cùm quęritur; An iura-
mentum ſit ſeruandum, quæritur, an peccatum
committat, qui illud negligit, vt probat *tex. in cap.
173 cum contingat, de iureiur.* ergò res hæc, ſecundum re-
gulas fori interni decidi, & terminari debet, igitur,
dum de viribus iuramenti tractabitur, præſumptio, ex
lege poſitina, deducta, allegari non poteſt; quia, in
foro Conſcientiæ veritatem, de qua conſtat, ſequi-
mur, non præſumptiones.

Apparet, igitur, ſecundum præfatos Doctores,
verum non eſſe aſſertum, de quo ſuprà, quod ſtatu-
tum poſſit derogare iuramento, dum præſumit illud
174 fuiſſe dolo, metu, & fraude extortum, niſi aliunde
doceatur, de ipſa fraude, ab eo, qui aſſerit iuramen-
tum fuiſſe nullum.

Et nihilominùs, prima opinio magis communiter
eſt approbata, quod ſtatutum poſſit diſponere iura-
mentum non eſſe obligatorium, dum illud præſumit
fraude, metu, vel dolo extortum, vt firmant Docto
175 res ſupra relati, quibus addo *Cancer. lib. 2. var. cap. 1.
num.* 13. *Grattan. dec. March.* 102. *num.* 11. & alios
allatos per *Riminald. Iun. conſ. 5. num.* 142.

Nec obſtant argumenta, pro contraria ſententia
allata, & præcipuè, quod ſtatuti præſumptio non ſit
attendenda, dum non probatur aliqua veriſimilis
cauſa, ex parte illius, qui aſſerit iuramentum eſſe
nullum.

Nam eſt notandum, cum doctiſſimo *Conarr. 1. par.
relect. §. 3. num. 8. verſ. tertium illud*, quem refert, &
ſequitur, *Arias de Meſ. var. lib. 3. cap. 33. num.* 18. &
176 alij, per eum allati, poſſe legem, vel Principem ſæ-
cularem, ex ratione naturalis, vel Diuini, & huma-
ni iuris, maximè Canonici, vel ex natura contractus,
alteriuſue actus, cui acceſſit, iuramentum interpreta-
ri, fuerit ne iuramentum licitum?

(Imò in rebus Profanis, & non ſpiritualibus poteſt
177 limitate, & declarare non ſolum ius naturale, ſed
etiam Diuinum, vt dicunt *Fælin. Abb.* & alij *in cap.
quæ in Eccleſiarum*, & præcipuè *Illuſtriſs. D. Fagnan.
num.* 141. *&* 142. *de Conſtit.*) quod etiam cõſtat aper-
tè ex eo, quod Princeps ſæcularis, & Ciuilis legislator
ius habet interpretandi humanas diſpoſitiones, eo-
rum, videlicet, in quos ius habet ferendi leges, itá, vt 178
poſſit conuentionum, teſtamentorum, contractuum,
& ſimilium actuum verba interpretari, *Alex. conſ.*
101. *num. 9. lib. 1. Pariſ. conſ. 5. num.* 107. *lib. 4. Gratian.* 179
diſcept. 458. *num.* 28. Igitur, etiam, poteſt diſcernere,
an actus ſint liciti, an verò reipublicæ, cuius curam
gerit, aduerſi, & contrarij.

Iuramentum autem, quod actibus humanis adſcri-
bitur, eodem modo, eſt regulariter intelligendum, 180
quo ijdem actus; Iurans enim nil aliud iuramento
promittit, quam, quod iuramenti religione, id quod
ſimplici verbo promiſerat, confirmat. Igitur, mani-
feſtum eſt iuramentum, quod adijcitur actui a iure
Ciuili reprobato, & nullo, firmitatem non habere;
ſemper, enim, iuramentum intelligitur iuxta inter- 181
pretationem actus, cui adijcitur.

Hoc ſuppoſito, conſtat, quod, ſicuti Princeps ſæ-
cularis, & ſtatuẽtes laici, poſſunt interpretari contra-
hentium diſpoſitiones, itá decernere valẽt minorum,
& fęminarum contractus, tanquam metu, & fraude
extortos, validos non exiſtere; Et per conſequens,
quod poſſunt etiam diſponere iuramentum, ſuper
ijſdem contractibus appoſitum nullius eſſe momenti,
vt benè ad propoſitum, *Ancharan. conſ.* 330. *num.* 9. 182
Riminald. Iun. d. conſ. 5. num. 141. *&* 142. *Cancer. var.
lib. 2. cap. 1. num. 9. de Minor.*

Maximè, quia ſtatutum, præſumendo fraudem, &
dolum, in contractibus minorum á legibus Ciuilibus
non deuiat, quæ ſemper præſumunt mulieres, & mi-
nores, fragilis eſſe Conſilij, & facilè decipi poſſe, vt 183
de minoribus, eſt *tex. in l. regula 9. in princ. ff. de Iur.
& fact. ignorant. Becc. conſ. 111. vol. 1. Cyriac. controu.*
474. *num. 49. & contr.* 323. *num.* 34. optimus *tex. in l. 1.
ff. de minor.* vbi, inter omnes, conſtat fragile eſſe, &
informe huiuſmodi ætatis Conſilium, & multis ca-
ptionibus ſuppoſitum, multorumque inſidijs expo-
ſitum, *Crauett. conſ.* 729. *num.* 10. *Riminald. Iun. conſ.* 184
5. *num.* 142. *Cyriac. controu. for.* 119. *num.* 73.

Et de fęminis, quod regulariter cenſeantur igno-
rare ius ſuum, eſt *tex. in l. 2. in fine, ff. de iur. fiſc. l.
cum de indebito, verſ. ſin autem, ff. de Prob. Cyriac. con-* 185
trou. 454. *num.* 31. quod ſint inexpertes, fragiles, &
imbecilles, *l. ſi mulier, C. ad Velle. l. 1. §. penult. ff. de rei
vxor. act. Odd. de Reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 2. art. 4.
num.* 41. *Rota de Priuil. mulier. cap. 1. nu.* 116 Et quod
Conſilium fæminarum, ſemper laboret contra pro- 186
pria commoda, *l. ſi pater, C. de Sponſal. Tiraquell. de
leg. Connub. gloſſ. 1. par. 1. nu.* 70. *Minſing. § ſed ſi res,
Inſtit. de Tutel.* vndè mos inoleuit, apud omnes, vt
teſtatur *Angel. conſ. 91. poſt princip.* quem ſequitur
Tiraquell. d. gloſſ. 1. par. 1. num. 71. vt, ipſis mulieribus
ſit poteſtas contrahendi interdicta, ſine conſenſu 187
propinquorum.

Nec verum eſt, quod ſit neceſſe oſtendere, per ali-
quam probabilem coniecturam, quod, in eo loco,
minores facilè decipi ſoleant; quia, vt ait *Alciat. ad
cap. cum contingat, de Iureiur. num.* 153. lex ſemper 188
præſumit pro ſtatuentibus.

Inſuper, cum ſtatutum præſumat fraudem, & do-
lum in contrahentibus, qui, in eo ſe fundat, vtpotè
habens præſumptionem iuris pro ſe, habet intentio-
nem pleniſſimè fundatam, vt ait *Rimin. Iun. conſ.* 362. 189
num. 5. *Surd. dec.* 170. *num.* 8. *Altograd. conſ. 6. num.* 34.
lib. 1. & transfert onus probandi in aduerſarium, *l. ge-
neraliter, § ſi petitum, in fine, ff. de Fideic. libert. Menoch.* 190
de Præſ. lib. 1. præſ. 33. per tot. Natt. conſ. 581. *num.* 16.
Surd. conſ. 61. *num.* 21. *Pacian. de Probat. lib. 1. cap.* 8.
numer. 1.

nu.5.& seqq.Altograd.cons.6.num.35.lib.1.& cons.53.
nu.7.8.Gannauer.cons.6.nu.27.art.2.
An verò, possit contrarium probari, per testes, vel
191 confessionem partis, affirmatiuam tenet *Abb. d.cap.*
cum contingat allatus ab *Alciat. vbi suprà num.154.*
Seraph.de Priuil.Iuram.priu.83.num.82.vers.quarto In-
telligitur.
Et hoc casu, scilicet, vbi probatur, vel per testes, vel
per partis confessionem contractum absque dolo, &
fraude fuisse gestum, putant valere, & quod non pos-
sit infringi, auctoritate statutaria.
Et facit etiam, quod, quando statutum prohibet
192 quamcumque probationem, non excludit probatio-
nem ex confessione partis deductam *Cynus in auth. si*
iam necesse, C.de don.ant.Nupt. Menoch.de Præsumpt.
lib. 1. præs.61. num.5. & seqq. & firmauit *Rot. in Bo-*
nonien.Bonorum 27.Februarij 1650.§.ità coram R.P.D.
Taia.
Sed contrarium tenet, *Cancer. var. d.lib.2. cap.1.*
num.12.Bellug.in specul. princ.rubr.12. num.18. Et hęc
opinio, absque dubio, procedit, vbi statutum, non so-
lum aliquid præsumit, quo casu, dicitur probatio iu-
193 ris; sed vlteriùs, super præsumptione disponit, tunc,
enim, cum dicatur; præsumptio iuris & de iure, *Al-*
ciat.de Præsumpt.par.1.in Prælud. num.3. Mascard. de
Probation.quæst.10.nu.48.lib.1.Mantic. de Coniect. vlt.
volunt.lib.1.tit.2.num.3.Rip.de Act. in mort. artic. cap.
70.num.29.30.& cap.37.num.2.Eugen.cons.15.nu.31.
lib.1.Arias de Mes.var.cap.9.num.30.Merend.contron.
*lib.5.cap.41.nu.9.& seqq.*nullam probationem in con-
trarium admittit *Alciat.vbi supra par.2.in princ. nu.4.*
194 *Menoch.de præsumpt.quæst.60.per tot. Mascard. de pro-*
bat.quæst.10.num.49.lib.1. Rauden.de Anal.lib.1.cap.
34.nu.38.Rip de noctur.temp.cap.68.nu.67.& de act.in
mort.artic.cap.70.nu.29.& cap.77. num.3. Caball.resol.
crim.cas.288.num.2.Anguisc. cons.135. num.13. vol.1.
Mart.Med.exam.44.nu.24.Marcab.cons.13.nu.70.&
71.Arias de Mes.var.lib.1.cap.9.num.1.
Vt, exempli gratia, si statutum dicat, quod non ad-
mittatur in contrarium probatio, tunc, enim, dolus,
vel metus non potest tolli, per contrariam probatio-
nem, sed semper iuramentum, tanquam nullum, reij-
citur, & nullam firmitatem tribuit contractui, vt *Me-*
195 *noch.de præsumpt.lib.1.præs.3.num.18.& seqq.Anguisc.*
cons.35.nu.12.13.& 14.
Præterea, dubitari potest; an saltem, per confessio-
196 nem partis possit probari, contractum, neque dolo,
neque metu, fuisse celebratum; &, hoc casu, non ob-
stante statuti dispositione, sit seruandum iuramentũ.
Hanc quæstionem disputat, *Bellug.specul.Princ.ru-*
br.12.num.86. Et primo aspectu, videbatur responden-
dum affirmatiuè, quod cõtractus sit validus, dum ap-
paret, per partis confessionem, non interuenire, in eo,
dolum, vel metum, ex regula, qua habemus, quod cõ-
197 tra præsumptionem iuris, & de iure admitti potest in
contrarium probatio per partis confessionem, *Alciat.*
de præsumpt.par.2.nu.6.Rip.de noctur.temp.cap.68.nu.
68.& de actis in mort. art. cap.75.num.5. Mascard. de
probat.quæst.10.num.51.lib.1.
Sed ego tenerem opinionem contrariam, quã post
hæc scripta, vidi fuisse approbatam à *Bellug. in specul.*
princ.Rubr.12.nu.88. quod, vbi statutum mandat non
posse super contractibus minorum, vel fęminarum iu-
raméta interponi, eo quia præsumuntur dolo, & frau-
198 de extorta, neque in contrarium admitti possit pro-
batio, nequaquam possit validari actus, non obstante,
quod pars fateatur verè contractum fuisse celebra-
tum, nulla interueniente fraude, vel dolo.
Primò quia, dum statutum mandat conuentiones
minorum, & mulierum esse irritas, & iuramentum, su-
per eis, appositum nullius esse momenti, apparet nul-
lo pacto, iuramentum posse subsistere. Nam, resoluto
contractu, super quo apponitur, nõ habet subiectum,
vbi subsistat, ob id corruit, vt latè ostendit, alijs alle- 199
gatis *Quarad.dissert.9.nu.61.62.Cancer.var.lib.2.cap.1.*
num.10.
Secundò facit doctrina *Merend. contr.lib.5.cap.42.*
nu.7. & seqq. vbi, disputando; an contrà præsumptio-
nem iuris, & de iure admittatur probatio in contra-
rium, per partis confessionem distinguit; quod de ve-
ritate constare potest dupliciter, naturaliter, & mo- 200
raliter. Naturaliter aliquid dicitur constare, cum per
sensum corporeum agnoscimus, vt diximus etiam
alibi. Moraliter, verò, quoties nobis ostenditur, per 201
aliqua media, quæ moraliter idonea sunt ad rem ostẽ-
dendam, vtpotè per testes, per instrumenta, & per cõ- 202
fessionem partis, quæ licet nobis naturaliter verita-
tem non ostendant, tamen moraliter id faciunt, quia
moribus hominum receptum est hæc esse ad verita-
tem ostendendam idonea media.
Si, igitur, aliquid constat naturaliter, id nequaquam
postponere possumus verisimili, & propterea non ob- 203
stante quacumque præsumptione iuris, & de iure sem-
per veritas est attendenda.
Vbi, verò, aliquid constat moraliter, potest iudex
hanc probationem non admittere, præcipuè aliqua
subsistente causa, & hoc casu, potiùs debet attendere
præsumptionem iuris, & de iure, quam partis confes-
sionem; Nam ipsamet pars potest eum decipere; & 204
hoc eò magis militat, in casu nostro, in quo tractatur
de confessione minoris, vel mulieris, quæ sicuti facilè
decipi possunt ad contractum ineundum, ità facillimè
possunt disponi ad confitendum, id quod re, verè, non
sit, *Thomat.dec.196.num.16.& seqq.& dec.293.per tot.* 205
Tondut.quæst.ciuil.lib.1.cap.38. Rot.coram Gregor. dec.
118 nu.7. & post Zacch.de Societ.dec.24.num.3.& in
rec.dec.128.num.29.par.10.rec.
Tertiò apud me non parum operatur, quod cum in
nostra facti specie, agatur de confessione partis super
re prohibita à statuto, ob id plenam probationem nõ
facit, imò pręsumitur facta confessio in fraudem legis, 206
vt est egregius *tex.in l.qui testamentum 27. ff. de Prob.*
vbi testator, ei, qui vsque ad certum modum capere
poterat, legauit licitam quantitatem, & posteà adie-
cit; *Item eidem Titio reddi et solui volo de substantia mea*
150, quæ ego ex redditibus prædiorum eius, quorum ipse
fructum suscepi, & distraxi; quæsitum fuit; an quanti-
tatem adiectam exigere posset, & standum esset asser-
tioni testatoris, & respondit *tex.* assertioni testatoris
standum non esse, & reddit rationem; *Videtur enim eò*
quod illa plus capere non poterat in fraudem legis, hæc in
testamento adiecisse.
Habet, igitur, assertio prohibiri in eo, quod contrà
prohibitionem asseruit, præsumptionem falsi, vt fir- 207
mat *Corn.cons.109.num.4.vol.3.& Crauett.* allegati à
Gannauer.cons.6 art.2.n.38. Vndè, in casu, etiã, nostro,
probabiliter potest dubitari ad fraudãdam statuti di-
spositionem, ipsammet confessionem fuisse emanatã,
ob id non est attendenda aduersùs præsumptionem
iuris, & de iure, à statutaria dispositione ordinatam.
Adijcitur consideratio, quam affert *Bellug. in spec.*
Princ.gloss.12.n.88. quod ex quo statutum factum est,
licet sit factũ cõtrà ius naturale, dummodò iusta causa
fuerit illud cõdendi, licet posteà euenerit casus, vbi ces-
sat causa iusta, tamen statutũ est seruandũ, quod ge-
neraliter factum, non potuit, neque potest omnes ar- 208
ticulos singillatim comprehendere *l.non possunt, ff. de*
leg. nisi sint casus, qui à iure excipiuntur.
Apparet, igitur, posse statutum disponere contrà
iuramentum, in casu, quo supponat actum minoris,

& fęminarum iuratum, dolo, & metu fuiſſe geſtum;
209 nam, eo caſu, dicitur continere publicum bonum,
quia, ſi ſtatutum non ſe opponeret contractibus minorum, multi minores diuites ad paupertatem redu-
210 cerentur, vt optimè *Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.* 453. *num.*97. Et ideò nonnulli monent Principes ſæculares ad reſtringendam diſpoſitionem *d. auth. ſacramenta puberum*, eo quia multos minores redegit ad inopiam, vt oſtendit *Oſuald. ad Donell. lib.* 21. *cap.* 13. *lit. A*, & ſimiliter limitatur etiam in hoc caſu regula generalis.

An, verò, ſtatutum poſſit indiſtinctè prohibere, nè, in contractibus apponatur iuramentum, diſputant
211 Doctores, in caſu ſtatuti Luſitani, de quo ſuprà, & multi negant, & multi affirmant, quibus addo, alios allatos per *Barboſ. ad authent. ſacramenta puberum*, *num.*20. *Iacob. Pignatell. d. conſult. Canon.*153. *num.*10. *& ſeqq. & num.*24. *tom.*1.

Sed vera reſolutio quæſtionis, eſt, vt ſtatutum locum ſibi vindicare poſſit, in contractibus, de iure, abſque iuramento aliàs validis, non verò, in contractibus, qui non poſſunt abſque iuramento ſubſiſtere,
212 vel facilè reſcindi poſſunt, vt firmat, *Legura in l.* 1. *§. ſi vxori, ff. de acquir. poſſeſſ.* quem refert *Pinell.* 2. *part. leg.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. numer.* 12. & latè *Couarr. d. cap. quamuis pactum*, §. 3. *par.* 1. *numer.* 8.

Et ratio eſt, quia apponens iuramentum, ſuper contractu valido, videtur apponere idem iuramentum ad fraudandam ſæcularem iuriſdictionem: con-
213 tractus, enim, iurati poſſunt exequi a iudice Eccleſiaſtico *cap. laicus de For. comp. in* 6. *Gamm. dec. Luſitan.* 247. *num.*2. & latè oſtendit *Iacob. Pignatt. d. conſul.* 153.
214 *num.* 19. *& ſeqq.* de qua re in calce capituli aliqua dicam.

Et licet hanc diſtinctionem impugnet *Pinell. d. num.* 12. *verſ. contrà verò*, vbi, quod eadem ratio militat in contractibus inualidis, nè, ob iuramentum iuriſdictio deuoluatur ad Eccleſiaſticum, & per alias rationes, ibi adductas; tamen diſtinctio eſt magis communiter approbata, vt oſtendunt *Cald. in l. ſi curatorem verſ. minoribus num.*4. *C. de in integr. reſtit. minor. Gomez. var. tom.*2. *cap.* 14. *numer.* 22. *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius, verbo, duas habens filias, num.* 247. plenè *Barboſ. ſolut. Matrim. par.* 1. *l.* 1. *numer.*78. *Couarr. vbi ſuprà numer.* 8. *Arias de Meſ. var. d. lib.*3.
215 *cap.*34. *num.*12. vbi, quod iuramentum appoſitum in contractibus validis, non poteſt non videri in fraudem iuriſdictionis ſæcularis adiectum, porrò in alijs contractibus, quorum robur ex iuramento dependet, nulla fraudis coniectura ſubeſt, cum credendum ſit iuramenta, ad communiendos firmandoſque contractus adhibita fuiſſe, & ideò ceſſare debet prohibitio,
216 cum lex Ciuilis contractus iuſtos, & ſine fraude initos, prohibere nequeat; idcircò tradit *Couarr. vbi ſuprà d. par.* 1. *num.* 8. quod huiuſmodi lex Luſitana
217 fuit à Ferdinando Catholico, comprobata in caſu, dumtaxat, quod ſine iuramento contractus ſubſiſterent, non verò in ijs, qui abſque iuramenti religione minimè validi cenſentur.

His præcognitis, facillimè reſoluitur quæſtio de
218 qua ſuprà *num.* 1. *& ſeq.* An valeant renunciationes futuræ ſucceſſionis, abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs; dum habent iuramentum appoſitum, diſtinguendo, iuxtà limitationes, & ampliationes, ſuprà traditas; quod, ſi ſtatutum prohibet iuramentum apponi, in contractibus ob bonum publicum primariò, & principaliter; ſi annullat actum, forma ſtatuti
219 non ſeruata; ſi admit fidem ſcripturis, in quibus eſt
220 appoſitum iuramentum, vel ſi declarat minimè adfuiſſe conſenſum in contractu, ſtatutum eſt ſeruandum, & iuramentum non efficit, vt valeat renunciatio, non adhibitis ſolemnitatibus ſtatuti: Si, verò, ſtatuti diſpoſitio aliter ſe habet, & non continet publicum bonum primariò, & principaliter, vel non ſit conceptum formulis aptis ad tollendum iuramenti vires, renunciatio tenet, licet non fuerint ſeruatæ ſtatuti ſolemnitates.

Ex hoc infertur, ad vnum notabile, circà interpretationem ſtatuti noſtri Lucani *in cap.*43. *lib.* 2. *in Rubr. de Iuramento præſtito à minore*, diſponit ſtatutum; 221
quod ſi contingat maſculum, vel fęminam minorem 18. *annis, iurare in aliquo contractu, vel quaſi, aliqua obligatione, vel renunciatione, vel ſuper alio quocunque actu iudiciario, vel extraordinario, conuentione, vel pacto de non contraueniendo ſeù de habendo firmum, & ratum, quod actum eſſet, vel ſimilia, vel æquipollentia verba ſiuè tutoris, vel curatoris auctoritas interceſſerit, ſiue non, ſiue tutorem, vel curatorem habuerit, ſiue non; ſiue pater, vel alius propinquus ei conſenſerit, vel auctoritatem præſtiterit, ſiue non, ſiue Iudicis ordinarij auctoritas, vel conſenſus, interuenerit, ſiue non; tale iuramentum intelligatur fictum & ſimulatum, & dolo, & fraude, vi & metu, & contra bonos mores præſtitum, & extortum, & pro non præſtito habeatur, vel minori præiudicet, quo minùs poſſit infringere actum, tam per viam nullitatis, quam per beneficium reſtitutionis in integrum, & per alia remedia, quæ ſibi competerent, ſi iuratum non fuiſſet, & contra dictam præſumptionem non admittatur probatio in contrarium.*

Habemus, igitur, ex ſtatuto, quod minor 18 annis
ſiue maſculus, ſiue fęmina non poteſt iuramentum in- 222
terponere, in quouis contractu, & quatenus apponatur, intelligitur fictum, & ſimulatum, & ac ſi non eſſet interpoſitum.

Vndè dubitatur: an minores in territorio Lucano 223
poſſint renunciationes futuræ ſucceſſionis inire.

Et negatiuè reſpondendum videtur; ſiquidem pa-
cta renunciationis futuræ ſucceſſionis totum robur, 224
ac firmitatem accipiunt ex iuramento vigore *d. cap. quamuis pactum*, aliàs iuramento non interueniente, nullius ſunt momenti, & ſperni poſſunt, vt ſupra latè fuit oſtenſum. Si, igitur, attenta ſtatutaria diſpoſitione, minores 18. annis, nequaquam poſſunt, in con-
tractibus ſuis apponere iuramenta, certò certius ap- 225
paret, fruſtrà ab eis iniri pacta ſucceſſionis futuræ, dempto, enim, iuramento, renunciatio corruit, & ad nihilum reducitur.

Nec poteſt opponi ſtatutum, non eſſe ſeruandum, quia non poteſt ſuper iuramento diſponere; Nam reſpondetur, huiuſmodi ſtatutum valere, & poſſe ſuper iuramento diſponere, eo quia præſumit iuramentum dolo, & fraude extortum, & ſimulatum; cum, igitur,
habeat iuſtam cauſam prohibendi, valet, & eſt ſer- 226
uandum, iuramento non obſtante, vt latè ſuprà oſtendimus auctoritate multorum, quibus addo *Parlad. rerum quotid. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 53. & alij per *Cancer.* allegati *d. lib.*2. *cap.* 1. *numer.* 9. *Merend. controu. lib.* 1. *cap.* 18. *in fine.* Et maximè, quia ſtatutum id agit, vt fragilitati minorum, & filiorum familias conſulatur, & nè per aliquos (cum ipſi fraudibus ſint
obnoxij) accipi, & circumſcribi facilè poſſint, vt la- 227
tiùs in terminis oſtendit, idem *Cancer. lib.* 1. *cap.* 8. *de Donat. numer.* 61. *& d. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 9. *& ſeqq.*

Hinc eſt, quod huiuſmodi ſtatuta diſponentia nè in contractibus minorum iuramentū apponatur, defen-
dunt citati ab *Oſual. ad Donell. d. lib.* 21. *c.* 13. *lit. A*, & alij 228
ſuprà *n.* 182. & faciunt notata per *Aſin. de Execut.* §. 9. *cap.* 165.

cap.165. vers. tertiam præteread, vbi, auctoritate *Alciat.* probat valere statutum laicorum imponens pęnam iuramento recipienti; Nam operatur, vt quilibet a
229 iuramento abstineat, & id legi Euangelicæ conforme est, cum mandet neminem iurare *cap. si Christus de Iureiur.*

Diù anceps fui, quid esset firmandum, in hac quæstione; nam admodum vrgent ad fauorem statuti supranarrata. E contrà verò mihi videbatur durum, & asperum, firmare, quod in nostra Ciuitate penitùs minorum renunciationes essent sublatæ; Esset enim absurdum, quod masculi, & feminæ maximè ingredien-
230 tes religionem antè 18. annos, vt plerumque contingit, non possent de hæreditatibus sibi post mortem consanguineorum, obuenturis disponere, ad fauorem personæ coniunctæ. Imò non solum pacta futuræ successionis in futurum facienda, per minores essent prohibita, sed etiam multæ renunciationes, iam factæ pe-
231 nitùs annullarentur, & sic infinitæ penè lites suscitarentur, vt in casu suo, obseruauit etiam *Rot. coram Buratt. dec. 366. nu. 5.* quæ ob id, pro validitate renunciationis firmauit, licet plura vrgerent contrà eum, & pari ter etiam in similibus terminis consuluit, *Bald. cons. 292. lib. 5.* quem refert, *Gratian. discept. for. cap.*
232 *356. num. 59.* vbi, quod vbi datur periculum, nè oriantur lites est vitandum &c.

Arbitror, itaque, quod statutum, de quo suprà non possit adaptari ad casum nostrum renunciationis futuræ successionis, dum disponit, quod indistinctè siue tutoris, vel curatoris auctoritas intercesserit, sine non, siue pater vel alius propinquus consenserit, siue non,
233 siue iudicis ordinarij auctoritas, vel consensus intercesserit, siue non iuramentum non valeat; Namque, licet verum sit, valere statuta laicorum disponentia iuramentum à minore, vel muliere præstitum præsumi dolò, & fraude extortum; & ob id non esse seruandum, vt suprà firmauimus multorum auctoritate, qui-
234 bus addo *Bellug. specul. Princ. rubr. 12. nu. 11. & Add. ad eundem d. Rubr. 12. num. 7. lit. D.*

Nihilominùs conclusio est limitanda, quando statutum, super aliqua iusta, & probabili causa fundatur,
235 vtpotè, quando disponit, vt iuramentum à minore, vel muliere pręstitum, absq; consensu consanguineorum, & iudicis decreto, præsumatur fraudolentum, & dolo extortum; Habemus, enim, hoc casu, iuris præsumptionem, pro minore, & femina, quod facilè decipi possint, maximè, vbi non interuenit præsentia con-
236 sanguineorum, vel iudicis decretum, qui possit diiudicare, an expediat pupillo, necnè, contractum inire, vt benè ad propositum, ostendit *Bellug. vbi suprà rubr. 12. num. 11.* & latiùs *num. 84. 85.* Si verò, statutum sine causa præsumit dolum, & disponit iuramentum non valere, tunc non valet statutum liberare iurantes ab
237 obligatione, quæ in Deum dirigitur per iuramentum, ob id actus valet, iuramento non obstante, vt benè prosequitur idem *Bellug. vbi suprà nu. 79.* quod etiam comprobauit *Ruin. cons. 51. num. 23. tom. 1.* vbi, *quando statuentes non sunt moti aliqua iusta causa, non obstat, quod præsumatur iuramentum dolo, & fraude extortum; nam valet statutum, & iuramentum est seruandum; secus autem quando sunt moti ex aliqua iusta, & rationabili causa*, & voluit etiam *Abb. in cap. cum contingat de Iureiur. num. 10. vers. primo casu, Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 34. num. 14.*

Applicando, modò, conclusionem ad casum nostrum, vbi statutum disponit, quod indistinctè iura-
238 mentum minoris, non valeat, etiam si accedat consensus propinqui, vel decretum iudicis, non potest dici, quod moneatur ex aliqua iusta, & probabili causa, videlicet, quia facilè mulieres, & minores decipi possunt, nam potiùs iudicis decretum, & consanguineorum consensus facit cessare omnem doli, & fraudis suspicionem, in contractibus minorum, vt de consanguineorum consensu, *Buratt. dec. 783. num. 12.* & plures allegat *Altograd. cons. 5. num. 60. tom. 1.* & de iudicis decreto idem *Altograd. num. 62. Viu. dec. 25. num. 10.* 239
par. 1. Barz. dec. 25. num. 34. Gratian. discept. 555. num. 15. cum similibus; Et ob id, in hac parte non est seruandum, licet valeat, vbi iuramentum esset interpositum, nulla adhibita solemnitate à statuto requisita, in contractibus minorum, vt latè suprà visum fuit. Nam, 240
vt dixi, in primo casu, inito iuramento, adhibitis propinquorum consensu, & iudicis decreto, statutum non habet pro se iuris præsumptionem, doli & metus, sed potiùs contrariam, quod omnia sine dolo, & fraude gesta sint. In secundo, verò, casu, quia minores facilè decipi possunt, adsistit statuto ius, præsumens in minoribus contrahentibus absq; solemnitatibus dolum, fallaciam, ac simulationem.

Et facit, etiam, pro hac opinione dictum *Bald. cons. 178. vol. 3.* quod statutum potest modificare dispositionem *auth. sacramenta puberum*, vtpotè disponen- 241
do, quod non valeat contractus iuratus minoris, nisi certa adhibita solemnitate, non verò, in totum tollere iuramentum, negando indistinctè inualiditatem actus iurati à minore celebrati.

Et præcipuè hæc distinctio mihi amplectenda videtur; quia agimus de contractu, qui essentialiter requirit iuramentum pro forma, & eo non adhibito, non valet; Vndè adaptatur conclusio, de qua supra, quod statuentes laici possunt quidem prohibere nè apponatur iuramentum in contractibus sine iuramēto aliàs validis: non verò in ijs, qui ex iuris Canonici dispositione in totum à iuramento dependent, vt est 242
nostrum futuræ successionis.

Et in terminis terminantibus, adduco *Cald. de in integr. restit. minor. verbo minoribus num. 4. vers. nec quicquam*, vbi expressè tenet, quod statutum disponens, nè in contractibus minorum, apponatur iuramentum, non valet, quoad *cap. quamuis pactum de Pact. in 6.*

Quia lex sæcularis non potest dispositionem eiusdem Capituli abrogare, & eiusdem opinionis fuit 243
etiam *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verbo duas habens filias num. 247.* vbi, quod non potest lex sęcularis, aut Princeps prohibere notarijs suis, ne in tali contractu, vel renunciatione apponant iuramentum, sine quo renunciatio non subsistere posset, licet teneat prohibitio in alijs actibus sine iuramento validis.

Concludendum est, igitur, statutum nostrum *in cap. 43. lib. 2.* valere, vbi agitur de iuramento à minore 18. annis præstito, nulla adhibita solemnitate requisita, in contractibus minorum, non verò, quando iuramentum est appositum in contractu renunciationis initæ cum debitis solemnitatibus, & hanc distinctionem admitto, pręcipuè, vbi agitur de contractibus renunciationis futuræ successionis, sine iuramento inualidis. Nam de alijs contractibus non loquor, cum mei instituti, non sit agere, nisi de ijs, quæ tangunt materiam, quam examinandam suscepi.

Iuxtà præmissa *suprà num. 92.* videndum est; an, laicus, virtute iuramenti, in contractu, appositi possit conueniri coram Ecclesiastico iudice, & multi tenent 244
affirmatiuam, & quod coram eo procedatur ad executionem eiusdem instrumenti, *Cacheran. dec. 78. nu. 1. Sperell. dec. 1. num. 13. Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 21. num. 48. Gutier. de Iuram. par. 3. cap. 12. numer. 2. Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 67. num. 1. Delbene de Immun. cap. 10. dub. 6. num. 1. 2. Barbos. in cap. laicus de For. Compet. in 6.*

Et ità tenent in obligatione Camerali, in qua inter-

Ponitur iuramentum *Zacch. de oblig. Cam. quæst. 7. nu.*
246 *5. 7 Ricc. in prax. resol. 239. num. 2. par. 3 tom. 2. Scacc. de appell. tom. 1. cap. 21. num. 12.*

Sed conclusio limitatur, quando principaliter non agitur de obseruantia iuramenti, sed de executione
247 contractus iurati; Hoc, enim, casu, laicus conuenitur coram laico, *Niger de Laudem. quæst. 17. art. 2. num. 87. & num. 259.*

Et communiter receptum est, iudicem Ecclesiasticum contrà laicum, in iurato instrumento, obligatum non posse, nec debere realem executionem, & personalem relaxare, sed illud ad iuramenti obseruantiam,
248 per Ecclesiasticas censuras, dumtaxat, compellere posse *Bellam. in cap. fin. num. 17. Semin. in princ. Roman. num. 3. Franc. num. 5. de For. compet. num. 6.* latissimè *Lopez ad cap. per vestras 2. notab. §. 1. num. 1. ad 27. de Donat. inter vir. & vxor. Parlad. rerum quotid. lib. 2. part. 2. cap. fin. §. 2. Vasquez de success. lib. 3. §. 22. numer. 17. Boer. decis. 64. numer. 3. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 107. numer. 107. Thom. del Bene de Immun. Eccles. cap. 10. dub. 6. sect. 2. numer. 13. & seqq. tom. 2.*

Et ratio est, quia pactum etiam iuratum subditorum contrahentium, domino inscio, præiudicare non
249 debet, *Giurb. cons. 48. num. 12. & 13. Gail. obseru. 40. nu. 5. 6. Capoblanc. de Bann. pragm 8. par. 2. num. 83. Vrsill. ad Afflict. dec. 155. numer. 3. 4. Chrispold. cas. milit. 41. num. 13.*

Nec vassallus laicus potest, sine consensu Domini
250 prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, *Tondut. de Præuent. quæst. 1. cap. 11. num. 3. Merlin. cap. 71. num. 11. cent. 2. Thom. del Bene de Immun. Eccles. cap. 10. dub. 6. sess. 2. num. 13. Osasch dec. 78. nu. 13. 17. Giurb. cons. 66. num. 19.* Ità, vt possit Princeps laicus iubere subditis, nè prorogent iurisdictionem alterius iudicis,
251 iurando, *Add. ad Gramat. dec. 30. nu. 5. Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 152. num. 7. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 61.*

Et licet *Carleual. de Iudic. lib. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 3. num. 1119.* videatur tenere contrarium, tamen,
252 vt idem declarat *num. 1093. & seqq.* id non habet locum in præiudicium Domini, non consentientis, *Menoch. cons. 344. num. 55. Siluan. cons. 25. in fine, Guid. Pap. cons. 174. Franc. dec. 529. Capyc. dec. 9. nu. 15. Sanfelic. dec. 68. num. 1. & dec. 36. num. 38.*

Hinc est, quod potest Princeps prohibere subditis suis, nè ponant in contractu, obligationem Cameralem, & iuramentum, ad hoc, ne prorogetur iurisdi-
253 ctio Ecclesiastica, *Thom. del Ben. de Immun. Eccles. dub. 10. sect. 2. num. 13 & seqq. Carleual. de Iudic. vbi suprà,*
254 licet secus sit in statu Ecclesiastico, *Spad. cons. 1. num. 32. Ciarlin. contr. 101 num. 17. 28. & seqq.*

Tandem quæri potest, an existente statuto, quod dat formam, & modum faciendi aliquem contractũ, cum talibus, & talibus solemnitatibus, sufficiant illæ solæ solemnitates a statuto requisitæ, vel potiùs debeant interuenire etiam illæ quæ, de iure communi, necessariò sunt adhibendæ, in eodem contractu: Di-
255 sputauit hanc quæstionem *Rot. in dec. 355. num. 3. & seqq. par. 12. rec.* & firmat, quod non sufficiat solemnitas statuti, sed etiam aliæ solemnitates seruandæ sunt,
256 traditæ per formam iuris communis, vel Constitutionem generalem prouinciæ, vt in his terminis renunciationis, priùs dixerat, eadem *Rot. in dec. 519. & 610. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 294. num. 14. par. 6.* quas refert, & sequitur eadem *Rot. in d. Ariminen. Bonorum 12. Iunij 1665. coram R. P. D. Beuilaqua dec. 30. num. 3. post tract.*

Quod est intelligendum, dummodò solemnitates statuti sint compatibiles cum solemnitatibus iuris communis, vt firmat *Menoch. cons. 1077. num. 2. Buratt. dec. 333. num. 6.* & alij relati in *d. Ariminen. Bonorum d.*
dec. 30. num 5. post tract. Alias, enim, si non sint compa- 257
tibiles, sublinetur contractus, cum solemnitatibus, dumtaxat, statutarijs, nulla habita consideratione ad solemnitates, iuris communis, vt latè *Rot. in Rauennaten Bonorum 20. Maij 1667. coram Eminentiss. D. Card. Carpineo dec. 78. num. 19. & seqq. post tract.*

CAPVT XXXIII.

Renunciatio facta sub aliqua conditione, vel modo, aut certa causa, deficiente modo, causa, vel conditione, an cesset; qua occasione quæritur, quid sit conditio, modus, vel causa, & quomodò diuidantur. Plura de conditionibus impossibilibus; quatenus diuidantur, & quomodò, non impleta conditione, modo, vel causa, resoluatur promissio, tam in contractibus, quam in vltima voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Qualibet hominum dispositio regitur à suo fine, & obiecto.*
2 *Causa, conditio, & modus aliquando confunduntur, & veniunt conditionis appellatione.*
3 *Conditio differt à modo, vel causa.*
4 *Definitio conditionis variè ab interpretibus fit.*
5 *Constitutum essentiale conditionis sunt dilatio, & incertus casus.*
6 *Conditio quæque est de futuro non de præsenti.*
7 *Est conditio licet sit de futuro.*
8 *Sed contrà, quod talis non sit conditio.*
9 *Modus definitur.*
10 *Quando stipulationi moderatio aliqua adijcitur, quæ tamen obligationem non suspendat, dicitur modus.*
11 *Conditio suspendit, & obligationem variè impedit.*
12 *Modus grauat in tempus perfectæ dispositionis, & obligationem nasci non impedit.*
13 *Ad dignoscendum; an dispositio sit modalis, vel conditionalis inspicitur; An debeat adimpleri antè, vel post quæsitum emolumentum.*
14 *Onera iniuncta hæredibus habentia tractum successiuum semper censentur apposita per viam modi.*
15 *Onera assumendi nomen &c. dicuntur iniuncta per viam modi.*
16 *Verisimile non est testatorem voluisse, suam hæreditatem stare in suspenso.*
17 *Licet verba videantur importare modum, quando indicant adimplementum antè emolumentum quæsitum, sunt conditio.*
18 *Quando debet adimpleri post emolumentum quæsitum, semper est modus.*
19 *Ampliatur etiam si verba sonent in conditionem.*
20 *Conditio, quæ in iure consistit semper resoluitur, in modum.*
21 *Differunt conditio, & modus in acquisitione, non verò in resolutione.*
22 *In modali dispositione requiritur interpellatio ante priuationem.*
23 *Imò non solum interpellatio, sed iudicis sententia.*
24 *Conditione non impleta corruit dispositio ac si à principio facta non fuisset,*

25 *In*

25 In dispositione modali fructus, medio tempore, percepti non restituuntur.
26 Restituuntur tamen in conditionali, quia defectus conditionis retrotrahitur ad tempus factæ dispositionis.
27 Alij contrà, quod etiam in modali dispositione sunt restituendi fructus medio tempore percepti.
28 Sed est ea doctrina intelligenda in casu, quod contraueniens sit in mala fide non secus.
29 Contraueniens conditioni dicitur constitutus in mala fide, à die aditæ hæreditatis.
30 Quis tenetur antè aditam hæreditatem, vel quamprimum potest conditioni parere.
31 In dispositione modali quis dicitur constitutus in mala fide facta interpellatione.
32 Nisi testator aliter statuat.
33 Causa quomodo definiatur.
34 Causa est duplex impulsiua, & finalis.
35 Finalis causa est illa, quæ principaliter ab agente consideratur.
36 Est prima quoad intentionem, licet vltima quoad executionem.
37 Impulsiua non est propriè causa, sed quoddam motiuum ad disponendum.
38 Et non dicitur propriè causa, sed abusiuè.
39 In dubio causa præsumitur impulsiua non finalis.
40 Dispositio conditionis est, ipso iure nulla conditione deficiente.
41 Conditionis defectus habet oculos retro ad tempus dispositionis.
42 In omni contractu procedit, vt conditione deficiente, dicatur nullus.
43 Conditio nil ponit in esse.
44 Actus conditionalis non valet, conditione non existente.
45 Conditio vel est potestatiua, vel casualis, vel mixta.
46 Potestatiua conditio est, quæ pendet à sola potestate grauati.
47 Casualis, quæ ab euentu fortunæ.
48 Mixta, quæ partim à voluntate grauati, partim à voluntate alterius pendet.
49 Conditio potestatiua dicitur etiam arbitraria.
50 Si deficit conditio potestatiua culpa honorati, cessat quodcumque emolumentum.
51 Si deficit casu valet dispositio, ac si conditio esset impleta.
52 Quod intelligitur, si mora non præcesserit.
53 Casus, quem mora præcedit ad excusationem non prodest.
54 Casualis conditio quoquo modo deficiat dispositionem vitiat.
55 Conditio mixta, si casu deficiat, reddit nullam dispositionem.
56 Si verò ex facto tertij habetur pro impleta.
57 Conditio potestatiua, tantum à facto, vel potestate grauati pendet.
58 Conditio casualis tota pendet à casu & fortuna.
59 Conditio mixta participat de vtroque, scilicet de casu, & voluntate implere debentis.
60 Delictum sub conditione, vt nubat cum certa muliere, dicitur relictum etiam si mulier recuset.
61 In conditione mixta debetur relictum licet deficiat conditio, quando onus est iniunctum contemplatione onerati.
62 Legatum relictum sub conditione alendi liberos debetur etiam mortuis liberis.
63 Eo casu relictum censetur factum fauore vxoris, & eiusdem contemplatione.
64 Non debetur quando fuit factum contemplatione alterius, quam honorati.
65 Quando est dubium cuius contemplatione præsumptiones sunt eliciendæ ex verbis testamenti.
66 Debetur relictum, si æquè principaliter vni, & alteri voluit prospicere.
67 Vbi plures sunt causæ dispositionis, vna cessante non cessat dispositio.
68 Sufficit vt semel impleatur conditio ad hoc, vt dicatur non defecisse.
69 Legatum relictum alicui, si filios habuerit debetur nato filio, & postea defuncto.
70 Renunciatio facta sub conditione ingressus in monasterium, non reuocatur defuncto renunciatario in nouitiatu.
71 Alimenta alicui relicta donec moretur cum aliquo, debentur mortuo eo, cum quo debebat morari.
72 Conditio negatiua nunquam dicitur defecta, nisi ad impossibile reducatur.
73 Sufficit conditionem semel extitisse etiam si non duret.
74 Relictum cum conditione dandi alimenta non extinguitur morte eius, cum quo morandum fuit.
75 In dubio alimenta censentur relicta fauore Legatarij.
76 Cessante causa finali cessat dispositio.
77 Loco pio legatum relictum cum conditione præstandi alimenta debetur legatum mortuo eo, qui debet alimentari.
78 Nisi apponatur pactum resolutiuum in casu inobseruantiæ.
79 Contrà, quod Ecclesia subiaceat dispositioni resolutiuæ mortuo eo, qui debet alimentari.
80 Sacri Canones sequuntur regulas iuris Ciuilis in ijs, quæ aliter non fuerunt per eos constituta.
81 Donans Ecclesiæ, si aliquid faciat, non reuocatur donatum per inobseruantiam.
82 Explicatur tex. in cap. verum 4 de condit. appos.
83 Implementum conditionis debet perfici ab eadem persona cui fuit iniuncta obligatio.
84 Ius adimplendi conditionem ad hæredes non transmittitur.
85 Et procedit etiam in relicto sub modo.
86 An & quando conditionis implementum possit per hæredem suppleri.
87 Extinguitur relictum per mortem eius, qui tenebatur implere conditionem, vel modum.
88 In contractibus ius implendi conditiones transmittitur ad hæredes.
89 Impossibile est, quod inspecta humana potentia fieri nequit ab vllo mortalium.
90 Impossibilis conditio testamento adiecta, nullius est momenti.
91 Et statim relictum debetur.
92 Siue affirmatiuè, siue negatiuè sit concepta.
93 In contractibus vitiatur obligatio, ac si facta non esset.
94 Dependens à Principis voluntate dicitur impossibilis.
95 Quod procedit in conditione impossibili affirmatiuè concepta.
96 Non verò in negatiuè concepta, quia eo casu non vitiatur.
97 Impossibilis conditio, concepta verbis negatiuis est pura, & non conditionalis.
98 Gratia Pontificis non vitiatur per conditionem impossibilem.
99 Gratia Pontificis æquiparatur vltimis voluntatibus.
100 Dummodo tamen concedatur motu proprio.
101 Contractus bonæ fidei æquiparantur vltimis voluntatibus.

102 *Conditio impossibilis non vitiat contractum bonæ fidei.*
103 *Sed contraria opinio est verior.*
104 *Gloß.in l.1.ff.de condit.inst.reprobatur.*
105 *Contractus innominatus vitiatur per impossibilem conditionem.*
106 *Contractus donationis non vitiatur per impossibilem conditionem secundum aliquos.*
107 *Donatio legatis assimilatur.*
108 *Sed quod etiam contractus donationis vitietur per impossibilem conditionem.*
109 *Contractus ipsi in testamento celebrati per impossibilem conditionem vitiantur.*
110 *Donatio causa mortis appellatur vltima voluntas.*
111 *Et non vitiatur per impossibiles conditiones.*
112 *Contrà quod vitientur etiam conditiones causa mortis.*
113 *Conditio impossibilis non vitiat contractum matrimonij.*
114 *Neque turpis conditio,*
115 *Vitiatur matrimonium per conditionem repugnantem contractui matrimonij.*
116 *Quia, eo casu, matrimonium caret effectu.*
117 *Semper conditio contraria substantiæ, & essentiæ actus cui adijcitur, vitiat dispositionem.*
118 *Quando promittitur, quod non est vel esse speratur, vitiatur semper dispositio.*
119 *Siue impossibilitas proueniat à natura, vel facto, vel à iure.*
120 *Et ex hac dispositione non nascitur neque naturalis obligatio.*
121 *Conditiones impossibiles, vel sunt impossibiles facto, natura, vel iure, vel perplexitate.*
122 *Natura impossibilis conditio quæ sit.*
123 *Quæ facto impossibilis.*
124 *Quæ iure impossibilis.*
125 *Et quæ perplexitate.*
126 *Conditio impossibilis à natura reijcitur ab vltimis voluntatibus non verò à contractu.*
127 *Conditio impossibilis facto non reijcitur neque ab vltima voluntate, neque à contractu.*
128 *Conditio impeditiua matrimonij quomodo, & quando permittatur.*
129 *Conditio in contractu si non fuerit adimpleta, emolumentum non debetur.*
130 *Conditio impossibilis perplexitate vitiat dispositionem.*
131 *Conditiones iure impossibiles à testamentis reijciuntur.*
132 *Conditiones impedientes libertatum matrimonij dicuntur iure impossibiles.*
133 *Vtpotè conditio, vt debeat finita tutela contrahere cum assensu tutorum.*
134 *Et sic conditio non contrahendi matrimonij.*
135 *Conditio impeditiua matrimonij, non reijcitur quando est substituta pia causa.*
136 *Conditio imputandi fructus in legitimam reijcitur in testamento.*
137 *Quando testator relinquit filio hæreditatem, valdè pinguem tenetur filius acceptare onus in legitima.*
138 *Filius non potest conqueri si frater eum grauauit in legitima, quando reliquit hæreditatem valdè pinguem.*
139 *Non potest filius eo casu petere legitimam, licet de ea expressè pater mentionem non fecerit.*
140 *Filius tenetur, vel totam hæreditatem cum onere legitimæ acceptare, vel totam hæreditatem reijcere, quando pater opulentissima hæreditate relicta declarauit fructus in eadem legitima esse imputandos.*
141 *Cauthela Socini circa prohibitionem legitimæ est approbata.*
142 *Et eo casu filius videtur voluntariè acceptare onus.*
143 *Cauthela Socini potest tacitè deduci ex voluntate testatoris præsumpta.*
144 *Tacita voluntas testatoris idem operatur ac expressa.*
145 *Forma ad certum effectum destinata potest impleri æquipollenti modo,*
146 *Quando dicatur tacitè inducta cauthela Socini circa prohibitionem detrahendi legitimam.*
147 *Vna pars testamenti aliam declarat.*
148 *Eadem est ratio in alienatione ac detractione legitimæ; nam vtroque casu minuitur portio restituenda fideicommissario.*
149 *Dispositio in vno ex æquiparatis, militat etiam in alio.*
150 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*
151 *Clausula,* omni meliori modo, *multum operatur circa prohibitionem detrahendi legitimam.*
152 *Pater non potest vllo modo filiũ grauare in legitima.*
153 *Vel ei aliquod onus imponere.*
154 *Legitima est relinquenda in proprietate, & non in fructibus.*
155 *Pater disponere non potest, vt filius teneatur fructus in legitimam imputare.*
156 *Quando filius grauatus in legitima approbat testamentum patris non potest legitimam detrahere.*
157 *Sed talis approbatio debet esse specifica, & expressa.*
158 *Cuman in l.cohæredi, §.filiæ, ff.de vulg. & pupillari, & cons.25. & 52.reprobatur.*
159 *Testator non potest mandare filio, vt fructus in legitimam imputentur.*
160 *Filius non consequitur legitimam ex prouisione patris, sed ex prouisione legis.*
161 *Legitima per paternam dispositionem non potest auferri, vel imminui.*
162 *In quibus casibus loquatur Cuman.in cõs.25. & 52.*
163 *Valdè differt in materia, an hæredes filij legitimam detrahere velint, an ipsemet filius.*
164 *Declarantur Fachin. cap. 70. lib. 12. Ludouic. dec. Luc.28. & alij.*
165 *Cauthela Socini circa legitimam* [illegible]*nullis reprobatur.*
166 *Testator non potest prohibere legitimæ detractionem nisi expressè vtatur cauthela Socini.*
167 *Priuatio ab omni commodo hæreditatis non æquiualet Cauthelæ Socini.*
168 *Pœna priuationis apposita in vna parte testamenti non trahitur ad aliam.*
169 *Dictio,* suprà, *refertur ad præcedentia.*
170 *Dictio,* suprà, *&* infra, *sunt de directo contraria.*
171 *Pro maiori summa minor inest.*
172 *Filius non potest habere legitimam in fructibus hæreditatis.*
173 *Quando testator mandat fructus in legitimam imputari, si filius onus recusaret, priuaretur legitima.*
174 *Aliud est, quando testator mandat fructus restitui an acceptando onus, aliud, si mandat imputari in legitimam, primò casu potest aliquando dispositio valere, secundo non.*
175 *Explicatur decisio in Perusina Succession. 4. Febr. 1665.coram Verospio.*
176 *Clausula,* omni meliori modo, *quando non operatur in prohibitione legitimæ.*
177 *Non operatur quando fuit apposita institutioni in fructibus.*
178 *Dispositio imputandi fructus in legitima est nulla, & à lege reprobata.*
179 *Talis cõditio reijcitur ipso iure ac si nõ esset apposita.*
180 *Clausula,* omni meliori modo, *dispositioni nullæ adiecta nihil operatur.*

181 *Ad-*

181 *Aduersis non fit illatio.*
182 *Impossibilis conditio dicitur quando continet voluntatem captatoriam.*
183 *Impossibilis dicitur conditio, non solum quando in se, sed etiam quando ex euentu, & circumstantijs fit impossibilis.*
184 *Vtpotè si seruum hæreditarium non alienaueris.*
185 *Vel si legatum sit relictum pupillo cum onere administrandi tutelam.*
186 *Nemo admittitur ad tutelam, nisi anno 25. completo.*
187 *Et tandem quando conditio per resistentiam legis, non potest impleri, semper dicitur impossibilis.*
188 *Conditio impossibilis ad aliquem honestum finem apposita, conuerti debet in alium vsum licitum.*
189 *Prælatus inferior an possit permutare talia legata.*
190 *Relictum Patribus minoribus debet conuerti in alium vsum pium.*
191 *Conditio impossibilis, quam testator possibilem putabat quando vitiet.*
192 *Quod semper vitiet, siue testator sciuerit, siue ignorauerit.*
193 *Contra, quod non vitiet, si testator putabat esse possibilem.*
194 *Talis conditio apposita in contractu, an & quomodo vitiet, si testator putabat esse possibilem.*
195 *Qualibet modalis dispositio cessat per adimplementum.*
196 *Præcipuè quando adest pactum resolutiuum.*
197 *Ob contrauentionem dispositionis modalis resoluitur relictum.*
198 *Per non adimplementum modi relictum, non extinguitur secundum aliquos.*
199 *Tamen contrarium est verius.*
200 *Relictum debetur, quando extinguitur modus per accidens, vel casu.*
201 *Conditio casu deficiens annullat dispositionem, non verò modus.*
202 *Retentio, quàm acquisitio facilior est.*
203 *Præcipuè quando modus non designat causam finalem.*
204 *Quando modus designat causam finalem, modo non impleto, resoluitur relictum.*
205 *Modus designat causam finalem, quando respicit fauorem tertij.*
206 *Quando respicit commodum honorati, causa dicitur impulsiua.*
207 *Interpellatio requiritur, vt quis priuetur ab onere relicto sub modo.*
208 *In dubio potius præsumitur modus, quam conditio.*
209 *Modus impossibilis reijcitur à dispositione.*
210 *Defectus modi minùs vitiat, quam defectus conditionis.*
211 *Siuè modus sit impossibilis de iure, siue à natura.*
212 *Modus impossibilis, quem testator esse possibilem putabat, habetur pro non apposito.*
213 *Impossibilitas adimplendi excusat à pœna, sed non iuuat ad agendum.*
214 *Falsa causa non nocet.*
215 *Quando modus impossibilis respicit causam finalem, habet vim conditionis.*
216 *Aliquando appositum in conditione eam facit impossibilem, non verò appositum in modo.*
217 *Conditio huiusmodi facit conditionem impossibilem, non verò modus.*
218 *Dispositio captatoria est nulla apposita sub conditione, non verò sub modo.*
219 *Contrà quod dispositio captatoria, siue sub modo, siue sub conditione sit nulla.*
220 *Modus impossibilis in contractu an vitiet.*
221 *Distinguitur quoad actionem, non verò quoad ea, quæ iam sunt tradita,*
222 *Relictum religioni incapaci peti non potest.*
223 *Contractus matrimonij non vitiatur, neque per modum, neque per conditionem impossibilem.*
224 *Causa ex vna datum, si illa non sequatur, non reuocatur.*
225 *Renunciatio facta ob aliquam causam, ea non impleta, reuocatur.*
226 *Et præcipuè quando adest pactum resolutiuum.*
227 *Donatio ob causam dicitur, quando fit respectu alicuius ex aduerso faciendi.*
228 *Contractus innominati ob non adimplementum rescindi non valent.*
229 *Benè tamen contractus nominati.*
230 *Sed limitatur per viam actionis, non per viam exceptionis.*
231 *Sed vtroque casu datur rescissio, quando implementum respicit causam finalem.*
232 *Contractus omninò resoluitur, quando implementum respicit causam finalem.*
233 *Defectus implementi non facit recedere à contractu, nisi adsit causa finalis.*
234 *Sed distingue in contractu verè nominato, & in eo, qui non est verè, & absolutè nominatus.*
235 *Contractus nullo pacto rescinditur per defectum causæ impulsiuæ.*
236 *Quando causa est de essentia actus, semper causa cessante contractus resoluitur.*
237 *Quando quis aliàs non esset contracturus, dicitur causa finalis.*
238 *Causa quando finalis, & quando impulsiua dicatur.*
239 *Renunciatio ad fauorem patris, & filij est duplex, & licèt sit nulla respectu vnius, subsistit respectu alterius.*
240 *Renunciatio est nulla quando deficit causa, vel causa detegitur falsa.*
241 *Donatio ad suscipiendos sacros ordines euanescit, non sequuta ordinatione.*
242 *Donatio ob matrimonium, an reuocetur matrimonio non sequuto.*
243 *Et si matrimonium sit nullum.*
244 *Renunciatio facta ex pluribus causis; an vna deficiente corruat.*
245 *Dispositio conditionalis debet in totum adimpleri ad hoc, vt dispositio locum habeat.*
236 *Legatum relictum vti debitum, an substineatur, si non probetur debitum.*
247 *Relictum legatum ad certum effectum, an euanescat si fuerit impletum in vita testatoris.*
248 *Legatum relictum pro dote, an debeatur maritatæ.*
249 *Relictum Ecclesiæ, ea diruta, an expiret.*
250 *Renuncians cum conditione, quod infra aliquod tempus aliquod opus perficiatur, sufficit vt infra tempus fuerit inceptum.*
251 *Conditio, vel causa apposita primo donatario, an censeatur repetita omnibus substitutis.*
252 *Onus implendum in die obitus; an intelligatur vna vice, vel singulis annis.*
253 *Onus aliquid faciendi in primo anno, an intelligatur de primo donatario, vel etiam de substituto.*

QVæ in hoc Capite tractanda sunt, integrum volumen expostularent, si omnes quæstiones, ad materiam pertinentes, explere vellem; ero, igitur, paucis contentus, explicando tantum principaliora,
eaque dumtaxat, quæ ad materiam pacti nostri re- 1
nunciatiui quodammodò pertinere possunt.

Et in primis, pro faciliori notitia eorum, quæ inferius tractanda sunt, oportet animaduertere, cum doctissimo *Merend. lib. 2. controu. cap. 23. in princ.* quòd, quæuis hominum dispositio regitur à suo fine, & obie-

obiecto, propterea, dum eam interpretamur, con-
ſiderare ſolemus cauſam, qua motus fuit auctor eius:
2 Item, an aliquam conditionem, vel modum ei adie-
cerit; quæ tria, ſcilicet, cauſa, conditio, & modus, licet
aliquando confundantur, & veniant ſub appellatione
conditionis in genere ſumptæ, vt latè probat Galga-
nett. de condit. & demonſtr. par. 1. cap. 1. numer. 17.
& ſeqq.
Nihilominùs, verè, & propriè conſiderata valdè
3 differant inter ſe, conditio, cauſa, & modus; vt pro-
bat, Merend. d. lib. 2. cap. 23. & melius percipitur ex
definitionibus ſingulorum; Nam
Conditio definitur, ſeu potius deſcribitur per Gal-
4 gan. vbi ſuprà par. 1. cap. 1. num. 12. Suſpenſio diſpoſi-
tionis ex futuro incerto euentu ei appoſito in quem facta
eſt diſpoſitionis collatio, per Vinn. in §. ſub conditione,
Inſtit. de Verb. Oblig. adiectio qua id, quod dare, aut
fieri volumus confertur in aliquem caſum, per Bartol.
quem refert, & ſequitur Maſtrill. dec. 78. num. 7. quæ-
dam diſpoſitionis ſuſpenſio, cuius de futuro defectus, vel
confirmatio dependet; & tandem per Merend. d. lib. 2.
contron. cap. 25. definitur hominis priuati lex, qua prout
ei videtur aſtunm, qui fiunt, vel in poſterum fient per-
fectio, executio, vel defectus pendet, quæ definitio-
nes, licèt in accidentibus varient, nihilominùs, in
5 ſubſtantia conueniunt; Nam omnes admittunt, quòd
hæc duo ſint conſtiturinum eſſentiale conditionis,
ſcilicet, dilatio, & incertus euentus, optimè Vinn.
d. §. ſub conditione, Inſtit. de Verb. oblig. & ibidem
Pyccbard. num. 7. 8.
Propterea communis eſt ſcribentium ſententia,
quòd conditio propriè ſit de futuro, non de præſenti,
6 vel de præterito, vt, allegato textu, in l. inſtitutio ta-
lis, in fine, ff. de condit. inſtit. l. eum ad præſens, l. itaque,
ff. ſi cert. pet. tenet Galganett. vbi ſuprà d. par. 1. cap. 1.
num. 33. Duran. de Condit. & mod. impoſſ. par. 1. cap.
2. num. 1. Cancer. in ſuo reſp. iur. poſt primum lib. var.
num. 55. Altograd. Inn. controu. 13. num. 23.
Et licet contrarium exiſtimet Merend. controu. lib. 2.
cap. 24. per tot. vbi, multis argumentis, probat condi-
7 tionem, de præſenti, vel de præterito, verè, & ſtrictè
conditionem eſſe. Nihilominùs magis communis opi-
nio eſt in contrarium, vt probauit etiam Vinn. d. §.
ſub conditione, Inſtit. de Verb. Oblig. ibi, quæ adiectio-
nes obligationem non differunt, quales ſunt, quæ ad
præſens, ſeu ad præteritum tempus referuntur, & quas
certum eſt omnimodo extituras eſſe, veluti ſi ſtipuler
mihi dari, ſi morieris pro conditionibus non ſunt haben-
8 dæ. Et inferiùs; quæ in præſens, ſeu in præteritum tem-
pus conferuntur, vtpotè ſi Titius Conſul factus fuit, ſi
Rex Parthorum viuit, dici poſſunt conditiones ſecundum
quid, non verè, & propriè conditiones.
Modus poteſt definiri; moderatio quædam diſpoſi-
9 tioni adiecta aggrauans eum, qui honoratur in tempus
diſpoſitionis perfectæ, vt tenet Crauett. conſ. 59. nu. 1.
& alij allati per Galganett. de Condit. &c. par. 1. cap. 92.
num. 1. quæ definitio ferè conuenit cum ea, de qua per
Bald. in l. Arethuſa, num. 7. ff. de ſtat. homin. allatum
per Merlin. Pignattell. cent. 1. cap. 47. num. 23. Vt ſit
adiacens determinatio principalis diſpoſitio originem non
impediens, ſed executionis dirigens, & coarctans effectū,
& latiùs explicauit Pyccbard. d. §. ſub conditione, Inſtit.
de Verb. Oblig. num. 9. 10. vbi quòd, quando ſtipula-
tioni, aut alteri diſpoſitioni moderatio aliqua adij-
10 ciatur, quæ tamen obligationem, aut ſtipulationem
non ſuſpendat, non erit ſtipulatio conditionalis, ſed
modalis.
Differt, igitur, modus à conditione in hoc præci-
puè, quod conditio ſuſpendit, & obligationem naſci
impedit, l. 1. vbi Doctores, ff. de Inſtit. & ſubſtit.
Honded. conſ. 63. num. 102. in fine, vol. 1. Duran. de
Condit. & mod. impoſſ. cap. 2. quæſt. 6. num. 24. & latiùs
Antich. de Prænent. cap. 2. quæſt. 6. num. 24. Surdi 11
dec. 232. num. 2. 8. Barry de ſucceſſ. lib. 17. tom. 3. verſ.
ſexta, Andreol. controu. 358. num. 10.
Modus, autem, grauat in tempus perfectæ diſpo-
ſitionis, & indè obligationem naſci non impedit, ſed 12
ſtatim, id, quod promiſſum eſt, debetur, & peti po-
teſt, vt latè firmat idem Pyccbard. d. §. ſub conditione,
Inſtit. de Verb. Obligat. num. 9. 10. Duran. vbi ſuprà,
par. 5. cap. 1. num. 4. Arias de Meſ. var. lib. 2. cap. 4.
num. 12. Rot. in Neapolitana Hæreditatis 27. Ianuarij
1668. §. nec ſubſiſtere, coram Eminentiſſ. D. Cardinali
Carpineo.
Et propterea ad dignoſcendum; an diſpoſitio con-
ditionaliter, vel modaliter ſit concepta, illud ſolum
eſt inſpiciendum, an debeat verificari ante, vel poſt
quæſitum emolumentum. Primo caſu, dicitur con- 13
ditionalis diſpoſitio; ſecundo caſu, modalis, vt com-
muniter tenent Interpretes per text. in l. 1. C. de his,
quæ ſub mod. Bartol. in l. quibus diebus, §. Termilius,
num. 5. ff. de Condit. & demonſtr. Menoch. conſil. 101 n.
num. 7. Mantic. de coniectur. lib. 10. tit. 5. num. 15. 16.
Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 2. cap. 12. num. 3. 4.
& num. 16. & ſeqq. Donat. Anton. de Marin. reſolut.
333. num. 4. 5. Altograd. conſil. 84. num. 5. & 6. lib.
1. & conſil. 101. num. 2. lib. 2. Ioſeph. Altograd. filius
controu. 41. num. 6. Caſan. conſil. 9. num. 13. Rot. dec.
283. num. 10. par. 11. recent. & alijs adductis, Aloyſ.
Manſ. conſult. 62. num. 10. lib. 1. & conſil. 69. num.
26. Duran. de condit. & mod. Impoſſib. par. 5. cap. 1.
num. 3. Rot. coram Buratt. dec. 937. num. 9. & dec. 283.
num. 10. par. 11. recent.
Ex quo infertur, quod onera hæredibus iniuncta
tractum ſucceſſiuum habentia, ſemper appoſita cen-
ſeantur per viam modi, non conditionis, vt ſunt one- 14
ra aſſumendi nomen, & vtendi inſignibus teſtatoris;
quia, cum per momentum temporis, impleri non
poſſint, ſed perſeuerantiam, cum vita, requirant, ve- 15
riſimile non eſt teſtatorem voluiſſe hæreditatem ſuam
ſtare in ſuſpenſo vſque ad extremam ipſius hæredis
diem, vt per Molin. d. lib. 2. cap. 14. num. 2. Gratian. 16
cap. 598. num. 10. & alij relati per D. Aloyſ. Manſ. d.
conſil. 62. num. 11. & conſil. 69. num. 26.
Et hæc adeò vera ſunt, vt licet verba videantur im-
portare modum, tamen, quando priùs debet adim-
pleri præceptum ante acquiſitionem emolumenti, 17
ſemper eſt conditio, & è contra, quando grauamen
eſt implendum, poſt acquiſitionem, quibuſcumque
verbis concipiatur diſpoſitio, dicitur modalis, Pe-
regr. de Fideicomm. art. 11. num. 113. Menoch. conſil.
262. num. 9. 10. Ciarlin. controu. 88. num. 50. Donat.
Anton. de Marin. reſolut. 333. Gregor. dec. 428. num.
10. Caren. reſol. 93. num. 2. Venturin. conſ. 49. num.
84. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 12. num. 50.
Aloyſ. Manſ. conſil. 62. num. 14. Galganett. de Condit.
& demonſtr. par. 2. cap. 6. quæſt. 3. num. 2. Rot. in Nea-
politana Hæreditatis 27. Ianuarij 1668. coram Eminen-
tiſſ. D. Cardinali Carpineo, §. quia contrarium, adeout,
etiam, ſi teſtator expreſsè dicat, Inſtituo hęredem N.
cum hac tamen conditione, ſi conditio implementum 18
requirit poſt hæreditatem ſuſceptam, non obſtanti-
bus verbis prædictis, onus ſub modo, nō verò ſub con- 19
ditione, dicitur impoſitum, vt benè Bartol. in l. quibus
diebus d. §. Termilius, num. 4. & eſt tex. in l. Mænia 44.
ff. de Manum. teſtam. Surd. deciſ. 38. num. 7. Menoch.
conſ. 131. num. 2. Parlad. diff. 147. num. 3. Rot. dec. 39.
nu. 2. par. 1. diuerſ. latiſſimè Altograd. d. conſ. 84. nu. 6.
tom. 1. D. meus Aloyſ. Manſ. conſ. 62. num. 15.
Et pariter conditionalis non dicitur diſpoſitio, quā-
do eſt ſub conditione, quæ iure conſiſtit, vt V.G. ſolu- 20
tis debitis, vt latè dixit Rot. dec. 170. par. 12. rec.
Licèt,

Licèt, tamen, in actu acquisitionis differant con-
ditio, & modus, vt vidimus, non differunt nihilo-
minùs, in eius resolutione, quia par est vtriusque
21 potestas, vt, illis non adimpletis, euanescat relictum,
sic alijs omissis, tenent *Thesaur. dec. 270. num. 22. Ga-
briel. cons. 5. num. 9. lib. 1. Menoch. cons. 653. numer. 8.
Rouit. dec. 4. num. 17. Galganett. vbi suprà par. 2. quæst. 7.
num. 13. Altograd. cons. 101. num. 12. lib. 1. Ioseph. Alto-
grad. contron. 41. num. 3. Barry de success. lib 17. tit. 17.
num. 2. Fab. de Ann. cons. 81. num. 15. & 16. Andreol.
controu. 358. num. 10. 19. Cyriac. controu. 239. num. 4.
Castill. contron. lib 4. cap. 55. num. 33. & num. 44.*

Id tamen verum est, quod, in dispositione modali,
quia agitur, de iure quæsito tollendo, requiritur in-
22 terpellatio, ante priuationem, vt per *Crauett. cons.
59. num. 6. Galuan. cons. 13. num. 24. Bardell. cons. 52.
num. 23. 24. lib. 1. Gratian. discept. for. 799. numer. 11.
Altograd. cons. 84. num. 82. lib. 1. & cons. 101. num. 5. lib.
2. Casanat. cons. 9. num. 25. Christin. dec. 26. num. 21. tom.
6. Fusar. de Substit. quæst. 447. num. 11.*

Et non solum interpellatio, sed iudicis sententia
23 exigitur, ad effectum priuationis, *Decian. cons. 11.
num. 17. lib. 2. Casanatt. cons. 9. num 26. Andreol. contr.
358. num. 12.* & cæteri suprà proximè allegati. Non
verò, in dispositione conditionali; quia dispositio
24 corruit, ac si à principio non fuisset facta conditione
non impleta, *Thesaur. d. dec. 170. num 25. Simon de
Præt. de Interp. vlt. vol. fol. 518. num. 187. Molin. de
Hispan. Primog. lib. 2. cap. 14. num. 20. Fusar. de substit.
quæst. 447. num. 13. Paris. cons. 19. num. 59. & seqq.*
vbi latè.

Et primo casu, vbi agitur de dispositione modali,
fructus medio tempore percepti, ante modum adim-
pletum non restituuntur, latissimè *Donad. de Renunc.
25 cap. 12. num. 30. & seqq.*

Secundo verò casu, sunt restituendi; quia defectus
conditionis retrotrahitur ad tempus factæ dispositio-
nis, vt benè explicat, *Galganett. par. 2. cap. 1. quæst. 88.
26 num. 13. Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 12. num.
19.* alter *Molin. de Instit. & Iur. tract 2. disp. 611. num.
2. littera C.* & latiùs *num. 3. Castill. quotid. cap. 136.
num. 79. vers. si verò, Andreol. contron. 291.* & benè
*Rota in Romana fideicommiss. de Donatis 7. Iunij 1660.
decis. 100 num 67. post Tractat. cor. Eminentiss. Cerro.*

Et licèt hæc distinctio, non videatur tuta; quia
tenent nonnulli, siuè sub modo, siuè sub conditione
27 præceptum sit iniunctum ob contrauentionem esse
restituendum omne commodum cum fructibus per-
ceptis, & præcipuè *Pereg. art. 11 num. 121. Fusar. de
Subst. quæst. 447 num. 3. Morott. cons. 68. num. 3. Castill.
d. cap. 136. num. 79.*

Tamen horum Doctorum sententia est intelligenda
in casu, quod contraueniens sit in mala fide constitu-
tus; Id verò diuersimodè accidit, in eo, qui condi-
28 tioni contrauenit, & in eo, qui modum non adimplet;
Primo casu contrauenicns conditioni, dicitur in mala
fide constitutus, à die aditæ hæreditatis; nam tenetur
29 ante ipsam acquisitionem hæreditatis, vel quam pri-
mùm potest, conditioni parere, *Fusar. de substit. quæst.
30 447. num. 11. vers. differentia est, Altograd. Inn. con-
trou. 41. num. 2.*; aliàs habetur tanquam non fuisset
scriptus hæres, & tenetur fructus perceptos restitue-
re, vt diximus; In alio verò, casu, contraueniens
dispositioni modali, cum non possit hæreditate pri-
uari, nisi facta per iudicem interpellatione, dici non
31 potest in mala fide constitutus, nisi à die interpella-
tionis iudicialis sibi factæ, & ab eo tempore citrà,
tantum, tanquam possessor malę fidei fructus resti
tuit, non verò antè, vt optimè *Castill. vbi suprà d. num.
79. vers. si verò dictum præceptum.*

Nisi expressè testator dicat, quod contrauenicns
censeatur exclusus, ab omni commodo hæreditatis,
ac si nunquam fuisset hæres; Nàm, eo casu, licèt 32
præceptum videatur importare modum; tamen, quia
apparet de mente testatoris, censetur, ac si nunquam
fuisset institutus hæres, & per consequens fructus per-
ceptos tenetur restituere, *Galgan. d. par. 2. cap. 1. quæst.
88. num. 13. vers. nisi ipse, Molin. de Hispan Primog. lib.
2. tit. 2. nu. 17. & 18.* & latiùs alter *Molin. d. disp. 611.
num. 3. vers. denique.*

Causa, denique, definitur secundum *Bartol. in l. de-
monstratio, §. quod autem, nu. 2. ff. de Condit. & demon- 33
strat.* quid præteritum, vel instans, quo impellimur,
vt aliquid disponamus, vel secundum *Bald. in Rubr. C.
de Instit. & substit. sub cond. fact. num. 3.* quem refert, &
sequitur *Galganett. de Condit. & demonstr. par. 1. cap.
96. num. 2.* Adiectio motiuum finale, vel impulsiuum
ostendens testatoris.

Est igitur duplex causa, de qua est sermo, in præ-
senti, scilicet, impulsiua, & finalis, *gloss. in l. 2. in fine, 34
ff. de Donat. Galganett. vbi supra par. 1. cap. 96. nu. 27.
& 28. & par. 2. cap 4. quæst. 1. num. 38. Castill. quotid.
contron. lib. 5. contron. 172. num. 5. D. Altograd. Iun.
contron. 44. num. 38.*

Finalis causa, est illa, quæ principaliter ab agente
consideratur, & quæ ipsum præcipuè mouet, & in 35
quam ipsius mens dirigitur, adeò, vt sit prima, quoad
intentionem, licèt vltima, quoad executionem, *Couarr.
var. lib. 1. cap. 10. num. 2. Riminald. Iun cons. 662. nu. 31. 36
Surd. cons. 563. num. 4. vers. sed in prædictis, Ferentill. ad
Buratt. dec. 640. num. 29. Altograd. cons. 1. num. 7. tom.
1.* latè *Otthob. dec. 99. num. 16.*

Impulsiua verò nō est propriè, causa, sed motiuum
quoddam ad disponendum, *Bald. cons. 340. col. 1. lib. 2. 37
Galganett. d. par. 2. cap. 4. quæst. 1. num. 11. Censal. dec.
Luc. 20. num. 29. Altograd. cons. 52. num 65. tom. 1.* latè
Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. cap 8. lib 1. Hinc
est, quod dicitur causa abusiuè, non propriè, vt firmat
*Galganett. vbi suprà proximè num. 11. Altograd. Iun. 38
contron. 44. num 43* In dubio tamen causa præsumi-
tur impulsiua, & non finalis, *Altograd. cons. 1. num. 12.
lib. 1. Redenasc. cons. 36.*

His, sic, generaliter præcognitis, videamus, parti-
culariter, an conditione, modo, vel causa deficiente, 39
dispositio euanescat. Et in primis; an, deficiente
conditione sub qua fuit facta renunciatio, eadem re-
nunciatio corruat.

Et regulariter affirmatiuè potest responderi, quod
dispositio conditionalis sit, ipso iure, nulla cōditione 40
deficiente, vt in terminis donationis est *tex. in. l. 1. C.
de Donat. quæ sub mod. cap. verò, de condit. appos. Co-
uarr. var. lib. 1. cap. 14. num. 6. Menoch. cons. 26. num. 4.
& 33. lib. 1. Buratt. dec. 482. num. 5.* & latissimè *Donad.
de Renunc. lib. 1. cap. 19. per tot.* & pręcipuè *num. 38. &
seqq. Tiraquell. in l. si vnquam, verbo, reuertatur, num.
277. ff. C. de reuoc. donat.* vbi, quod defectus cōditionis
habet oculos retrò, ad tempus dispositionis, *Surd. de 41
Alim. tit. 9. quæst. 4. num. 23.*

Et quod in contractu, conditione deficiente, con-
ditio dicatur, ipso iure, nulla, *Royas dec. 380. num. 42
13. & dec. 473. num. 8. dec. 270. num. 3. par. 3. rec.* & in
terminis renunciationis *Merlin. dec. 253. nu. 5. Rota in
Narnien. Prædij 8. Februarij 1669. coram R. P. D.
Beuilaqua decis. 39. num. 2. post Tractatum.*

Et ratio est euidentissima; nàm conditio nil ponit
in esse; Vndè actus conditionalis, non existente con- 43
ditione, non valet *l. cedere diem, ff. de Verb. Signif. l.
si quis fundum, ff. de contrah. empt. l. ex facto, ff. de hæred. 44
Instit. Bald. cons. 478. lib. 1. Intrigl. dec. 21. num. 4. lib. 1.*
& cęteri relati per *Barbos. axiom. Iur. axiom. 48. nu. 2.*

Dixi *regulariter*, quia regulariter natura conditio-
nis, ità se habet, vt etiamsi, quandoque deficiat,
nihilominùs

nihilominùs diſpoſitio attendatur non obſtante defectu conditionis,quod,vt meliùs percipiatur, animaduertere oportet.

Conditiones eſſe in triplici differentia ; diuiduntur
45 enim, in conditiones poteſtatiuas, caſuales, & mixtas, vt benè probat *Vinn. §. ſub conditione, Iuſtit. de Verb. Oblig. Galganett. de Condit. & mod. impreſſ. par. 1. cap. 2. nu. 2. Arias de Meſ. lib. 2. cap. 4. n. 1. & ſeqq.*
46 Poteſtatiua conditio, dicitur, quæ à ſola poteſtate
47 grauati. Caſualis, quæ ab euentu fortunæ; Mixta, quæ vtroque, vel partim à voluntate grauati, par-
48 tim à voluntate alterius dependet, *l. 1. §. ſin autem, C. de caduc. tollen.* vbi *Bald. num. 1. Mantic. de Coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 5. Peregr. de Fideic. art. 16. num. 116. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 454. num 11. Vinn. d. §. ſub conditione num. 1. Galganett. vbi ſuprà par. 1. cap. 2. nu. 15. Arias de Meſ. var. lib. 2. cap. 4. num. 3.*

Dum agitur, de conditione poteſtatiua, quæ etiam
49 dicitur arbitraria, per *Galganett. de Condit. & demonſtrat. par. 2. cap. 15. num. 17.* Si deficit, vel non fit adimpleta culpa honorati, ceſſat quodcumque emo-
50 lumentum, *l. ſi quis, ff. de Condit. inſtit. l. 1. & tot. tit. ff. de condit. & demonſtr. Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 5. interp. 2. dub. 2. num. 109. & 125. Surd. dec. 144. num. 13. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 454. in princ. Peregrin. de Fideic. art. 16. num. 124. Rot. in Peruſina Fideicommiſſi 27. Maij 1661. coram bo: me: Veroſpio dec. 183. poſt Tract.*

Si caſu deficit, & abſque ulla culpa implere deben-
51 tis, diſpoſitio non annullatur, ſed valet, ac ſi non eſſet defecta conditio, vt eſt textus in *l. quæ ſub conditione 8. §. quoties, ff. de Condit. inſtit. l. turpia 54. §. ſed & ſi ſerui, l. ſi fundum 92. §. ſi Titio, ff. de leg. 1. Peregrin. art. 16. num. 130.* latè *Duran. de cond. & mod. impoſſ. par. 3. cap. 7. num. 46. Buratt. dec. 5. num. 9. & dec. 339. num. 3. 8. Arias de Meſ. d. lib. 2. cap. 4. nu. 4.* & probat *Capyc. Latr. dec. 118. per tot.*, vbi quod conditio, *dummodò in monaſterio profiteatur*, dicitur impleta, licèt decedat in anno nouitiatus. Quod eſt intelligendum, ſi mora non præceſſerit caſum, *l.*
52 *penult. ff. de condit. & demonſtrat.* Nàm caſus, quem mora præcedit ad excuſationem non prodeſt, *l. cum*
53 *propones, C. de nautic. fœn. Arias de Meſ. var. d. cap. 4. numer. 4. in fine.*

Conditio, verò, caſualis quocumque modo deficiat, aut fortuna, aut caſu, etiam ſine culpa honorati diſpoſitionem vitiat, vt ſunt textus apertiſſimi, *l. 4. ff.*
54 *de ſtat. liber. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. l. penult. ff. de condit. lib. l. vnica, §. ſin autem, C. de Caduc. tollend. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 14. tit. 45. num. 16. Peregr. de Fideic. art. 16. num. 116.* & alij relati per *Arias de Meſ. d. cap. 4. num. 6. Gaill. pract. obſeru. 144. num. 12. lib. 2.*

Mixta, denique, conditio diſpoſitionem nullam reddit, ſi, caſu, deficiat, vel etiam, morte eius, in
55 cuius perſona debebat impleri, *l. in teſtamento 31. ff. de condit. & demoſtrat. l. 1. C. de Inſtit. & ſubſtit. Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. num. 37. Peregr. d. art. 16. num. 139. & conſ. 38. num. 7. lib. 3. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 25. num. 1. Duran. de condit. & mod. impoſſ. par. 2. cap. 3. num. 71. Arias de Meſ. d. cap. 4. nu. 7. Aloyſ. Manſ. d. conſult. 63. num. 32. & 33.*

Si verò, ex facto tertij impleri nequeat, habetur
56 pro impleta, *l. Titius, ff. de condit. & dem. Mantic. de Coniect. d. lib. 11. tit. 16. num. 19. Altograd. conſ. 84. num. 4. lib. 1. D. meus Franc. Pignat. conſ. 103.*

Et ratio, quare diuerſum ius ſit ſtatutum in hiſce
57 conditionibus, eſt euidens; Nàm, cum conditio poteſtatiua tantum à facto, vel voluntate honorati pendeat, conſentaneum viſum fuit, vt faciliùs pro impleta haberetur, ſi non ſtaret per eum, cuius voluntatem, & obſequium diſponens probare voluerit, *l. 1. § qui ſunt, verbo qui ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Donat. Anton. cap. 333. lib. 1. Duran. dec. 339. num. 60.*

In cōditione, verò, caſuali teſtator totum fortunæ, & caſui commiſit *l. hæc conditio 10. ff. de Condit. & demonſtr.* Vndè non mirum, ſi relictum deficiat, con- 58
ditione quoquo modo deficiente.

Tandem, in conditione mixta, quæ de vtraque participat, medium quoddam ſeruatur, vt, ſi deficiat 59
per caſum, nō habeatur pro impleta. Si verò deficiat per factum eius in cuius perſona debebat impleri, habetur pro impleta.

Hinc eſt, quod relictum Titio ſub conditione, vt nubat cum certa muliere, debetur etiam, ſi ea mulier nuptias recuſet, *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap.* 60
13. num. 14. Duran. de condit. & mod. impoſſ. par. 2. cap. 3. num. 53. Merend. cap. 24. num. 6. lib. 24.

Vlteriùs, in hac conditione mixta, quærendum eſt, cuius contemplatione onus à teſtatore iniunctum ſit; contemplatione enim legatarij, vel alterius honorati 61
relictum debetur, quamquàm deficiat conditio, *l. 1. C. de leg. vbi gloſſ.* & Doctores, *Peregr. de Fideic. art. 16. num. 147. Franc. dec. 48. num. 34. Arias de Meſ. var. lib. 2. cap. 4. num. 25. Altograd. conſ. 62. num. 27. lib. 1. Rot. dec. 30. num. 4. par. 12. rec.*

Veluti, ſi teſtator relinquat legatum vxori annuam præſtationem cum conditione alendi liberos, debetur legatum, etiam mortuis liberis, quia donatio 62
potiùs contemplatione vxoris, vtpotè marito dilectæ, quàm intuitu oneris iniuncti facta cenſeri debet,
l. Aurelius 28. §. Titius, ibi, *propter naturalem affectum, ff. de liber. leg. Gaill. lib. 2. cap. 144. num. 12. &* 63
ſeqq. vbi latiſſimè *Menoch. conſ. 146. num. 26. lib. 2. Arias de Meſ. var. d. lib. 2. cap. 2. num. 2. Cyriac. controu. for. cap. 50.*

Si verò contemplatione alterius, quam honorati fuerit adiecta conditio, ea deficiente non debetur relictum; vt puta, ſi teſtator relinquat legatum Seio, dummodò habitet cum Titio, ſi apparet teſtatorem 64
Titio conſulere voluiſſe, eo mortuo, non debetur, ſed extinguitur legatum, *l. Seio, ff. de ann. leg. Gaill. d. lib. 2. obſeru. 44. num. 12.* & alij relati per *Arias de Meſ. d. cap. 4. num. 23.*

Vbi verò teſtatoris, renunciantis, vel diſponentis verba ambigua ſunt; & non conſtat, cuius contemplatione dicatur relictum, ex qualitate perſonarum, ac ex modo relinquendi ſunt eliciendæ coniecturæ, vt firmat *Simon de Prat. de Interp. vlt. vol. lib. 4. dub. 8.* 65
num. 60. & ſeqq. quem refert *Arias de Meſ. d. lib. 2. cap. 5. num. 1. & cap. 6. per tot.* vbi enumerat caſus, in quibus dicatur facta diſpoſitio contemplatione vnius, vel alterius.

Si verò, verbis expreſſis, aut ex coniecturata diſponentis mente, conſtet, diſponentem æquè commodum grauati, & honorati conſideraſſe, eo caſu, 66
debetur adhuc relictum, etiam ſi deficiat onus iniunctum; ex regula, qua habetur, quod, vbi plures ſunt cauſæ diſpoſitionis, vna earum ceſſante, non ceſſat 67
diſpoſitio, *l. ſi non lex, ff. de hæred. Inſtit. Tiraquell. ceſſante cauſa, 3. par. lim. 22. Simon de Prat. lib. 1. dub. 3. interp. 2. ſol. 6. num. 13. & lib. 4. dub. 8. num. 63. Menoch. conſ. 146. num. 11.* cum alijs congeſtis per *Arias de Meſ. d. lib. 2. cap. 5. num. 19. Rot. in Ariminen. ſucceſſionis 23. Maij 1664. coram R. P. D. Emerix, deciſ. 108. num. 6. poſt Tractatum.*

Eſt tamen notandum, in propoſito, quòd, vbi conditio habet tractum ſucceſſiuum, non dicitur deficere, ita vt euaneſcat diſpoſitio, ſi aliquo tempore, fuit impleta; ſufficit enim, quod ſemel fuerit impleta, ad effectum, vt dicatur eam defeciſſe, vt firmat *Io:* 68
de Anan. conſ. 75. num. 1. quem refert *Capyc. Latro dec.*

dec.118.nu.13.lib.1.Illustriss. D.Fagnan.in cap. Episcopus.num. 54.de Præb. & dignit. Vndè notat, quod legatum factum alicui cum filios habuerit, debetur
69 nato filio, nec obstat, quod posteà decedat. Et renunciatio facta, sub conditione ingressus in mona-
70 sterium, non reuocatur, defuncto renunciatario, in nouitiatu, vt latè *Capyc.Latro dec.118.num.13.& seqq.* & nos alibi probauimus. Et alimenta alicui relicta, cum hoc, quod, cum aliquo meretur debētur mortuo
71 alimenta recipiente, *Rot. dec. 194. num. 30. par. 7. rec. Capyc. Latro dec. 52. per tot. Gratian. discept. for. 104. Merend. controu. cap. 33. num. 13.lib.24.*

Et similiter conditio negatiua, nunquam dicitur defecisse, nisi ad impossibile reducatur, *Mans. dicta*
72 *consult. 65. num.15.* quæ est Rotæ *decis. & cons.69.nu. 9. 10. & consult. 70. num.6. & seqq.* distinguit tamen, *D. Seucrol. vt in consult. 63. numer. 31. d. D. Aloys. Mans.*

Et facit etiam, quod sufficit, conditionem semel ex-
73 titisse, etiam si non duret *Andreol. controu. 43. nu. 7. Altograd.cons.60.num 3. & seqq.lib. 1. Redenasc. cons. 28. Capyc. Latr. dec. 146. num. 2. Rot. coram Penn.dec. 105.num. 11. & dec.642. num.5. par.3. tom.1.recent,*

Diximus suprà deficere relictum, quoties conditio causalis deficit; limitatur, tamen, conclusio in præ-
74 statione alimentorum; quia morte eius, cum quo morandum fuit non extinguitur relictum, vt est *tex. in l. 1. C. de leg. Gall. pract. obseru. lib.2.cap.144. num.12. Thesaur.quæst.for.quæst.54, num 3* latè *Arias de Mes.var.lib.2.cap.2. num.10.& cap.4.num.21.*; nàm
75 in dubio, alimenta censentur relicta, fauore legatarij, & eius contemplatione; Et ideò, quàmuis onus legato adiectum, casu, vel fortunæ euentu deficiat, adhùc legatum debetur, vt, pluribus cumulatis, firmat idem *Arias de Mes. d. lib. 2.cap.4. num.21.*

Quando verò constat, non contemplatione legatarij; sed contemplatione illorum, qui debent alimenta recipere, legatum fuisse relictum, eo casu, cessat;
76 quia cessat causa finalis, qua motus fuit testator ad faciendum tale legatum, idem *Gall. d. lib.2. cap. 144. numer. 12.*

Hæc autem limitatio, fallit in Ecclesia, vel loco Pio; Nàm est speciale in Ecclesia, quod recipiens donationem, vel legatum, cum obligatione, præstandi alimenta, non possit rescindi renunciatio facta fauore
77 Ecclesiæ.

Licèt alimenta non præstentur, nisi in actu renunciationis apponatur clausula, vel pactum resolutiuum
78 expressum in casu inobseruantiæ, latissimè *Surd. de Alim. tit.1.quæst.38.num. 68. & seqq. Couarr.lib.1.var. cap.14. num.6. & seqq. Buratt. dec.7. num.12. Gratian. discept. 803. Merend. cap. 14. lib.17. Thomat. dec.258.*

Sed contrariam sententiam defendit *Roman. cons. 284.* eamque, disputato articulo, admittit *Merend.*
79 *controu.cap.14.lib.17.per tot.* vbi probat dispositonem *l. 1. C. de Donat. quæ sub mod.* habere locum etiam in donatione facta Ecclesiæ; nàm per textum Canonicum *in cap. 1. & 2. de Oper. nou. nunciat.* statutum est Sacros Canones sequi regulas iuris ciuilis in ijs, quæ non fuerunt aliter, per eos constituta: Et licet pro
80 contraria parte vrgeat *tex. in cap. verum 4. de condit. appos.* vbi, quod donans Ecclesiæ, cum conditione, vt quid faciat, si Ecclesia non facit, non potest donator
81 reuocare donationem, nisi adiectum sit in contractu, quod, si pactum, vel modus non seruetur, possit reuocari, quem textum latè explicat *Barbos. ibidem*; Tamen respondet *Merend.* illum textum nō officere;
82 quia illa verba; *nisi fortè tali sit conditione collatum*; non intelligantur de conditione propriè sumpta, sed de modo, ob id non possunt tantum restringi ad conuentionem expressam, &c,

Est item notandum, quod implementum conditionis ad hoc, vt relictum debeatur, debet perfici ab
ipsamet persona, cui fuit iniuncta obligatio, non, 83
enim, transmittitur ad hæredes hoc ius adimplendi, vt est textus expressus *in l. à testatore rogatus 118. ff.de*
condit. & demonst. l. vnica, §. sin autem, C. de caduc.toll. 84
Berò cons. 28. num. 5. lib. 1. Mantic. de Coniect. lib.11. tit. 20. num. 1. & tit. 22 num. 48. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 612. nu. 2. Bald. in l. si pluribus, C. de condit. insert num.24. Couarr.pract.cap. 38. nu. 3. vers. secundo, Gaill. pract. lib.2. cap. 2. num. 39. Peregr. de Fideic. art.16. num. 125. Fusar. de substit. quæst.454.nu. 52. & seqq. Rot. in rec. dec. 458. num. 2. & nouissimè *in Ariminen. Laudi 20. Iunij 1661. coram Eminentiss. D. Cardinali Cerro, §. quoniam, dec.83. post tract.* & tradit vlterius hanc conclusionem ampliari, etiam ad relictum sub modo, quando, non solum adimpletum
non fuit onus sub conditione relictum, sed fuit etiam 85
expressè contrauentū voluntati testatoris, tunc enim, concurrit defectus modi, qui resoluit relictum, ac si factum non fuisset, auctoritate *Molin. de Hispan. Primog. lib.2. cap.14. num. 20. & 23 Rot. in Romana Hæreditatis 10. Decembris 1655. coram Reuerendiss. D. Decano, §. sed etiam, in fine.* Et de hac quæstione: an & quando conditio possit, per hæredem impleri, plura adducit, *Andreol. contron.339. num.12. Cyriac.controu. 115. Rot. coram Merlin. dec.664. num.4. & dec. 318. num 26 par. 10. rec.*

Imò extinguitur relictum, non solum morte illius, qui debebat conditionem implere, sed etiam, per obitum personæ, ad cuius fauorem implendum erat, vt
probat, *Castren. in l. cum quidam, num.4. Salycet. d.l.* 87
si plures num 6. C. de condit. insert. Couarr. d. cap. 39. in fine, Rot. dec 35. num.6. & seqq. part.4. tom. 1. rec.

Hæc, autem, regula procedit, in vltimis voluntatibus, in contractibus, vero, aliter res se habet; Nàm plerumque, eo casu, ius conditionis implendæ ad hæ-
redes transmittitur, vt videre est penès *Couarr. pract.* 88
d. cap. 39. per tot. Tiraquell. de Retract. Conuent. §. 1. gloss. 6. num. 15. Gail. pract. lib. 2. obseru. 2. per tot. Osuald. ad Donell. lib. 15. cap. 16. litt. C. D.

Quæ hucusque sunt dicta, circà conditiones non impletas, adaptantur ad conditiones possibiles; & de his expresse actum fuit superius. Iàm, verò, agemus de conditionibus impossibilibus appositis, vel in vltimis voluntatibus, vel in dispositionibus inter viuos.

In primis est notandum impossibile dici, in iure
nostro, omne id, quod, inspecta humana potentia, 89
fieri nequit ab vllo mortalium; siue, quia natura impedit, ne fiat, vt est *textus in l. continuus, 137. §. illud, ff. de Verb. Oblig.* siuè, quia à iure prohibetur, idest, quia inspecto iure naturali, Diuino, vel humano, ità moraliter fieri non potest, *l. filius, in fine, ff. de Condit. instit.* latè *Barbos. ad regulam nemo potest, num. 2, de Regul. iur. in 6.*

Quando in testamento talis conditio, impossibilis
adijcitur, nullius est momenti, sed habetur pro non 90
adiecta, ità vt statim relictum debeatur, ac si purè
fuisset relictum, vt sunt *tex.* expressi *in l. 1. ff. de condit.* 91
instit. l. 3. ff. de Condit. & demonst. l. si Mænia 45. l. seruum 50. §. si in non faciendo, ff. de Hæred. instit. l. ab omnibus 104. § in testamento, ff. de leg. 1. § si impossibile, ff. de inutil. stipul. & §. impossibilis, instit. de Hæred. instit., & latè probant *Pycchard. d. §. impossibilis,* & ibi *Vinn. num. 1. 2. Duran. de condit. & mod. imposs. par. 1. cap. 1. num. 16. Molin. de Hispan. Primog. lib.2. cap. 12. num. 36. Amaya. obseru. Iur. lib. 2. cap. 11. num. 1. & per tot.* Et procedit conclusio, siue affirmatiuè,
siue negatiuè sit concepta formula conditionis im- 92
possibilis, vt benè ostendit idem *Amaya. d. cap. 11, numer. 2,*

Quando,

Quando, verò, in contractibus, siue dispositioni-
bus inter viuos huiusmodi conditiones impossibiles,
apponuntur, vitiatur dispositio; Et obligatio, perin-
93 de, ac si non esset facta nulla est, *tex. in d. §. si impos-
sibilis, Instit. de Inut. stipul. l. non solum, ff. de act. &
oblig. l. si sub impossibilis, ff. de Fideiuss. l. impossibilium,
ff. de Reg. Iur. Duran. de Condit. & modis imposs. par.
2. cap. 1 num. 2. Molin. de Hispan. Primog. d. lib. 2. cap.
12. num. 37. Salgad. in Labyr. credit. par. 1. cap. fin.
num. 98. Amaya. d. cap. 11. num. 3.*

Et latiùs hanc distinctionem, quod conditio impos-
sibilis vitiet dispositionem in contractibus, secus, in
vltimis voluntaribus tuentur *Tondut. Sanleg. quæst. ci-
uil. par. 3. cap. 175. num. 8. Donat. Anton. de Marin.
cap. 333. lib. 1. Rot. dec. 358. num. 15. & seqq. par. 10.
rec. Io. Franc. Marcian. disp. 40. num. 28. lib. 1.* vbi,
94 quod res dependens à voluntare Principis dicitur im-
possibilis, vt etiam firmat *Rot. dec. 107. par. 12. rec.
Capyc. Latro dec. 17. num. 13. Merend. cap. 50. lib. 3.
Royas dec. 4. numer. 9.*

Quare, autem, diuersum ius, in proposito, sit
statuendum, in contractibus, ac in vltimis voluntati-
bus, latè ostendit *Duran. vbi suprà par. 1. cap. 1. num.
3. & seqq.*

Et prędicta sunt intelligenda, vbi agitur de condi-
tione impossibili, affirmatiuè concepta, vt puta, si
95 dictum sit, *si digito Cælum tetigeris, si montem aureum*
96 *dabis*, tunc non vitiatur contractus, sed obligatio
subsistit.

Et ratio differentiæ, est, quia huiusmodi stipulatio
concepta verbis negatiuis purissima est, & non con-
97 ditionalis, ob id non vitiat stipulationem, vt benè
obseruat *Amaya. d. cap. 11. num. 3. Duran. vbi suprà
par. 4 cap 3. num. 2. & seqq.*

Extenditur conclusio suprapostita, quod vltimæ
voluntates nò vitiantur per conditiones impossibiles
adea, quæ assimilantur dispositionibus testatorum,
98 puta ad Gratias Pontificum, vt firmauit *Roman. cons.
348. num. 5. Gigas de Pens. quæst. 24. in fine, Dec. cons.
405. num. 2.* & alij relati per *Duran. vbi supra par. 1.
cap. 1. num. 18.* Hæ namque gratiæ ęquiparantur vl-
99 timis voluntatibus, *cap. quia cunctis, de concess. Præb.*
dummodo tamen gratiæ concedantur metu proprio,
100 & non aliter, *Cassad. dec. 3. tit. de Pension.*

Similitèr ob id, quod contractus bonæ fidei, in iu-
101 re nostro vltimis voluntatibus æquiparatur, *l. in mi-
noribus, C. in quibus caus. in integ. rest. non est necess.*,
nonnulli tenent per conditiones impossibiles, non
102 vitiari contractus bonæ fidei auctoritate *tex. in l. in-
sulam, §. io operis, ff. locati,* & præcipuè ibi *Paul. Castr.
Bartol. in l. continuus, §. illud, ff. de Verb. Oblig.*

Sed eorum opinio, substineri non potest, repu-
103 gnante expressa dispositione, *tex. in l. non solum, ff. de
action. & oblig.* contrarium disponentis, ibi, *sed etiam
cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes,
impossibili conditione interposita æquè nullius sunt mo-
menti,* vt tenet *Alciat. l. impossibili, num. 1. ff. de Verb.
oblig.* quem refert, & sequitur *Duran. par. 2. cap. 1.
numer. 10.*

Et pariter vera non est opinio *Gloss. in l. 1. ff. de con-
104 dit. instit.* probantis contractus innominatos non vi-
tiari, per impossibilem adiectam conditionem, eam,
enim, tanquam falsam, impugnat *Bald. in d. l. 1. nu.
105 4. ff. de cond. instit.* ex rationibus adductis per *Duran.
d. loco par. 4. cap. 1. num. 8.* & maximè ex generalitate
tex. in l. non solum, de oblig. & act.

Nec est approbanda sententia, *Bald. in l. dictam, C.
106 de condit. ob caus.* affirmantis donationis contractum
minimè reprobrari per impossibilem conditionem,
vtpotè, qui assimilatur legatis, quæ donari dicuntur,
107 *l. legatis, ff. de leg. 2. princ. tit. Instit. de leg.* Siquidem
contra ipsum magis communiter tenent *Salyc.* & alij
allegati per *Duran. loco cit. par. 5. cap. 1. num. 12. Sanch.* 108
de matrim. lib. 2. disp. 34. num. 2.

Imò contractus ipsi in testamento celebrati nõ va-
lent substineri, si contineant conditionem impossibi- 109
lem, vt, quicquid dicant alij; benè probauit *Duran.
d. tract. par. 4 cap. 2. per tot.*

Donationes, verò, causa mortis, quia secundum
opinionem nonnullorum vltimæ volũtates appellan- 110
tur, vt per *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 12.
in princ.* non vitiantur ob impossibilem conditionem, 111
vt, ad partes, articulo disputato, firmat idem *Duran.
par. 4. cap. 5. num. 7. & seqq.*

Contrariam, tamen, sententiam acerrimè defen- 112
dunt *Alex. in l. impossibilis, num. 1. ff. de Verb. oblig.* ac
Merend. controu. lib. 3. cap. 50. & fundat eorum opi-
nionem in *textu in l. non solum, ff. de act. & oblig.*; vbi,
quòd præsumitur contrahentes nil agere voluisse,
quæ ratio adaptatur ad donationem causa mortis,
quæ duorum consensu peragitur.

Sed quicquid sit, de supradicta opinione, illud
certum est regulam limitari in contractu matrimonij,
quod nunquam vitiatur per conditiones impossibi- 113
les, vel de iure prohibitas, sed reiectis conditionibus,
substinetur, matrimonio puro, & valido remanente;
puta, si fuerit adiecta conditio turpis, vt si dictum
sit, *contraho tecum, si furtum feceris*, vel *si homicidium
commiseris*, aut conditio impossibilis, *si Imperium
dederis*, aut, *si digito Cęlum tetigeris*: & est *textus in
cap. si conditiones 7. de condit. appos.*

Hoc autem inductum fuit specialiter fauore matri-
monij, vt latissimè *Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 3.* 114
Pont. eodem tract. lib. 3. cap. 3. nu. 3. & cap. 4. in princ.
plenissimè *Duran. vbi supra, de condit. & modo imposs.
par. 4. cap. 6. num. 31. Barbos. in reg. nemo potest, de
Regul. Iur. in 6. & in cap. si conditiones, num. 11. &
seqq. de Condit. appos. Illustriss. D. Fagnan. in cap. qui-
cumque, in princ. & in cap. si conditionis, num. 9. &
seqq. de condit. appos.*

Vitiatur tamen, matrimonij contractus per condi-
tionem, quæ matrimonij substantiæ, vel ipsius mori- 115
bus aduersatur, vtpotè, si dictum sit, *Contraho tecum
donec aliam inueniam, si prolem euites, si adulterium
commiseris*, & quid simile aduersùs matrimonij sub-
stanriam, vt expresè decidit *text. d. cap. si conditio-
nes, in princ. de cond. appos.* quem referunt, & sequun-
tur *Barbos. ad d. cap. num. 2. & Fagnan. pariter num. 2.
& seqq. Duran. d. par. 4. cap. 7. num. 7.*

Et ratio est, quia, eo casu, matrimonialis contra-
ctus caret effectu, & sine substantia nihil consistit, 116
cap. tua nos, de sponsal. neque eo casu, est vis facienda;
an conditio sit honesta, an talis moribus aduersetur,
nec ne; quia vitiatur, etiam si dictum sit, *contraho
tecum, si viuas mecum in castitate,* vt tenent relati per
Barbos. d. cap. si conditiones, num. 3.

Et hæc regula procedit, in qualibet dispositione,
siue inter viuos, siue in vltima voluntate, quod scili-
cet conditio contraria ipsarum substantiæ, & essentiæ 117
vitiet; vtpotè, si testator in alterius liberam volunta-
tem conferat hæredis institutionem, quod est contra
essentiam testamenti, vt optimè ostendit *Duran. vbi
suprà, par. 3. cap. 4. num. 22. & seqq. & par. 4. cap. 7.
num. 7.*

Et semper verum est, quòd quotiescumque pro-
mittitur, id quod est impossibile, cohærens substantiæ
dispositionis vitiatur, quælibet dispositio, & conuen-
tio, & penitùs ortum obligationis impedit, vtpotè, si 118
promittitur, vel relinquitur, quod non est, nec esse,
aut fieri potest, *l. si stipulor, l. inter stipulantem, §.
Sacram, ff. de Verb. oblig. l. apud Iulianum, §. constat,
l. si quis Inquilinos, §. vltimo, ff. de leg. 1. l. quidam,*

§. Lucio

§. Lucio Titio, ff. de oblig. Duran. vbi suprà par. 1. cap. 1.
nu.4. & exemplificat optimè, *Bartol. in l. codicillis 91. ff.*
de Codicillis 91. ff. de leg. 2. quem refert, & sequitur *D.*
Aloys. Mans. cons. 62. num. 1.

Nec est distinguendum, vt prosequitur ibidem *Du-*
ran. Vndè impossibilitas, hæc, quæ substantiam dispo
sitionis concernit, proficiscatur; nam, siue à natura, si-
119 ue ab hominis facto impossibilitas, proueniat, vt si ali
cui promitto, Solem, Lunam, digito Cęlum tangere,
montes Pirenæos, vel Alpes, vltrà mare transferre;
Vel à iure, vt si promitto rem sacram, vel alias extrà
hominum commercium positam *cap. fin. de Pact. Surd.*
dec. 68. & alij Doctores allegati per *Duran. vbi supra*
num. 4. Imò, ex ipsis dispositionibus, vel stipulationi-
120 bus non datur, neque oritur etiam naturalis obliga-
tio, vt est *tex. in l. si sub conditione iuncta, l. fideiussor, §.*
obligari, ff. de fideiuss. Ias. & Alciat. in l. impossibilis, ff. de
verb. oblig.

Conditiones verò impossibiles, iuxtà diuisionem
magis communem, diuiduntur io conditiones impos-
sibiles, de facto, naturà, iure, & perplexitate, vt tenent
121 Institutistæ *in §. impossibilis Instit. de Hared. Instit.* &
præcipuè *Vigl. num. 4. Mynsing. num. 2. Osuald. ad Do-*
nel l. cap. 18. litt. H. & alij allegati per *Amaya. d. lib.*
2. cap. 11. num. 4.

Natura impossibiles sunt; *Si digito Cęlum tetigeris,*
122 *si mare ebiberis, l. cum in secundo 16. in fine de Inust.*
rupt. &c. vel si Hyppocentaurum dederis, l. si stipulatus
97. ff. de Verb. oblig.

De facto, quando ob euentus difficultatem impos-
123 sibilis est conditio, veluti, *si montem aureum dederis Vi-*
gl. in d. §. impossibilis, Amay. vbi suprà num. 8. Barbos.
in rub. tit. de Condit. apposit. num. 4. vers. conditiones
verò.

Iure dicuntur impossibiles conditiones, quibus ius,
vel honestas, bonique mores resistunt, quo minus va
124 leant, licet alias de facto euenire potuissent, veluti,
si hominem occideris, sacrileg um commiseris &c. l. con-
ditiones 9. & 14. l. filius 15. ff. de Condit. Inst. l. facta 63.
§. si sub conditione ff. ad Trebell. Amay. loco cit. nu. 7.
Barbos. vbi suprà proximè vers. turpes.

Perplexitate dicuntur impossibiles, quando in di-
spositione possibili, perplexitas adest, talis, quæ eam
125 reddat impossibilem, *vt in l. 3. §. filius de liber. &*
Posth. l. si Titius 16. ff. de Condit. Inst. l. si Titius 9. ff.
de Verb. oblig.

Conditio impossibilis, à natura, vt vidimus, ab vl-
timis voluntatibus reijcitur, ac si apposita non fuisset,
in contractibus, verò, non ità, nam vitiant contractus,
126 & quamlibet aliam dispositionem inter viuos, iuxta
supra traditas distinctiones, vt probant, relictis alijs,
sup. num. 93. cumulatis *Salgad. in Labyr. Credit. par. 1.*
cap. fin num 97. 98. Merlin. de Hispan. primog. lib. 2.
cap. 12. num. 36 37. Vinn. §. impossibilis Instit. de Hared.
Instit. Barbos. in reg. nemo potest num. 3. de Reg. Iur. in 6.

Conditio, verò, facto impossibilis, quæ alias diffici-
lis dicitur, non reijcitur ab vltimis voluntatibus, neq;
à contractu matrimonij; Quia, cum iura loquantur
127 de impossibili conditione à natura dumtaxat, ratio
non patitur, vt etiam ad has conditiones in se facti-
biles, licet difficillimas, respectu personæ trahantur, vt
probant *gloss.* communiter recepta *in d. §. Impossibilis*
Instit. de Hared. Instit. vbi Picchard. num. 7. Molin. de
Hispan. Primog. lib. 2. cap. 12. num. 37. Salgad. in Labyr.
Credit. d. par. cap. fin. num. 99. Barbos. d. regula nemo
potest. de reg. Iur. in 6. Illustriss. D. Fagnan. d. cap. si
conditiones num. 20. de Condit. apposit.

Quomodo, verò permittatur in dispositione con-
128 ditio impeditiua matrimonij, restrictiua libertatis,
plura adducunt *Cranett. cons. 1. Barbos. vot. decis. 7. &*
vot. 126. nu. 56. Vasq. Contr. Illustr. cap. 94. n. 11. & seqq.

Gratian. cap. 863. Cyriac. contron. 451. Tondut. quaest.
Ciuil. cap. 38 Carlin. cap. 14. Capyc. Latro cons. 1 Do-
nat. Anton. de Marin. cap 32. lib. 2. & alleg: 62. lib. 3.
Franc. Palma cons. 23. Rot. dec. 493. par. 4. tom. 2. &
dec. 93 par. 10. rec. & latissime *in Carpentoraten. Haere-*
ditatis 27. Febr. 1662. cor. R. P. D. Pitolo dec. 142. post
tract.

Circà, verò, dispositiones inter viuos, in quibus so-
la impossibilitas, à natura operatur, nihil innutatum
reperitur, quaslibet conditiones esse ad vnguem, & in 129
forma specifica, adimplendas, quod, si is, cui apponun-
tur, non impleuerit, nihil consequitur, sed prorsus reij-
citur à iure, & emolumentum ei non debetur, vt notat
Salgad. vbi suprà d. par. 1. cap fin. num. 100.

Et similiter, est tenendum de conditione ob perple-
xitatem impossibili, vt vitiet dispositionem, de qua
re, latè discurrit *Duran. vbi suprà par. 3. cap. 10. per tot.* 130
Amay. d. cap. 11. num. 28.

Et, tandem, iure impossibiles conditiones à testa-
mentis reijciuntur, nihilque operantur, ac si non fuis- 131
sent appositæ, *Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 12.*
num. 37. Duran. d. par. 2. cap. 3. per tot. Aloys. Mans. con-
sult. 62. n. 6. & Rot. Romana post eundem cons. 64. nu. 8.

Talis naturæ sunt, conditiones impedientes matri-
monij libertatem, vtpotè, si filia sit instituta, cum con-
ditione, quod matrimonium contrahendum fieri de- 132
beat, cum assensu, & voluntate tutorum, etiam tutela
finita, vt est textus expressus, *in l. cum tale, § si arbi-* 133
tratu ff. de Condit. & demonstr. Molin. de Hispan. Pri-
mog. lib. 2. cap. 13 num. 35. & seqq. cum alijs latissimè
adductis per *Mastrill. dec. 233. per tot.* Et sic tenent
communiter omnes conditionem appositam legato,
vel institutioni non contrahendi matrimonium, inuti-
liter esse appositam, adeò, vt, non obstante contra-
uentione, debeatur relictum, ac si fuisset purè facta in- 134
stitutio, vel legatum, vt sunt textus apertissimi *in l.*
quoties 22. § cum tale §. Maeuia, & l. Titiae, ff. de Condit.
& demonstr. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 34. num. 3.
Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib. 11. tit 19 Onnat. de Con-
tract. tom. 1. tract. 4. disp. 13. num. 131. vsque ad 170. Al-
tograd. cons. 77. per tot. lib. 2. Duran. de Condit. & mod.
imposs. 2. par. cap. 3. num. 18. & seqq.

Illud tamen est notandum, hanc conditionem im-
peditiuam libertatis matrimonij, licet, de iure, impos-
sibilem, non reijci à dispositionibus testatorum, quan-
do, in pęnam inobedientiæ est substituta pia causa;
quia eo casu, est parendum testatori, ità, vt si nuptiæ 135
sequantur, contrà disponentis mentem admittatur
Pia causa substituta, vt probant *Bartol. Imol. Paul.*
Castren. & alij Doctores *in l. Titio §. fin. ff. de condit. &*
demonstr. Mantic. de Coniect. lib. 11. tit. 18. num. 9. Ga-
briel. cons. 131. num. 11. 12. Viu. dec. 480. num. 10. latè
Cioff. cons. 30. num. 8. & seqq. lib. 2. Guglielm. de Be-
ned. cap. Raynutius, verbo, qui cum alia, num. 46. Tira-
quell. de Priuil. pia causa priuil. 18. Duran. d. tract. de
Condit. 2. par. cap. 3. num. 30. & seqq.

Sic pariter, tanquam, de iure impossibilis reijcitur
conditio filio apposita, imputandi fructus in legiti-
mam, vt latè probat *Duran. de Condit. & mod. imposs.* 136
d. cap. 3. num. 25. & seqq.

Et ego consului, præteritis diebus in quadam cau-
sa, in qua agebatur de Patre, qui scripto filio hærede,
in opulentissima hæreditate, ascendente ad scuta 500.
mil. circiter, cum onere fideicommissi, in casu mortis,
ei prohibuit detractionem legitimæ; his verbis

E perche detto Sig. suo figlio herede come sopra insti-
tuito potrebbe pretendere la legitima ne beni di esso
Signore testatore, ordina, e comanda, che à esso suo
figlio s'imputi in quella tutti li frutti, che cauerà
dalla sua heredità, che essendo molto opulenta, e pin-
gue non può hauere di che lamentarsi, quali frutti

caso che sia di bisogno, ne li lasciò, e lascia per titolo d'institutione, & in ogni altro miglior modo.

Mortuo patre, noluit filius acquiescere huic dispositioni, sed legitimam detraxit à toto cumulo hæreditatis; quæsitum fuit à me, vt ingenuè dicerem; an licitè potuerit.

Et respondi, quod licet quæstio videretur negatiuè resoluenda, ex infrascriptis.

Primò, quia, cum testator reliquerit hæreditatem valdè pinguem, & opulentam filio instituto, tenetur
137 filius acceptare etiam onus in legitima, & sic debet fructus in legitimam imputare, iuxtà Doctrinam *Cumani in l. cohæredi, §. filiæ, ff. de vulg. & pupill. & cons. 25. & cons. 52.* quem sequuntur communiter interpretes, & præcipuè, alijs omissis, *Ludouic. dec. Luc. 28. num. 49. & seqq. Pedrocch. cons. 7. num. 105. 106. Maluas. cons. 118. numer. 2. & seqq. Menoch. cons. 1141. per tot. Mastrill. dec. 181. num. 28. Fachin. controu. lib. 1. cap. 70.* & cęteri relati per *Fusar. consil. 185. num. 89. Andreol. controu. 250. num. 64.* Et ratio est, quia, eo casu, filius conqueri non potest, quod pater eum in legitima gra-
138 nauerit, dum ei plus reliquit, quam portionem de iure debitam.

Quæ opinio, si admittitur à scribentibus in casu, quod testator nullam de legitima mentionem face-
139 ret, sed simpliciter filium institueret in tota hæreditate, cum onere fideicommissi, vt per *Ludouic. allegata dec. 28. nu. 49. & seqq. Peregr. de Fideic. art. 36. num. 83.* latè, *Fusar. quæst. 296. nu. 35. Menoch. d. consil. 1141. per tot.* eò magis est approbanda, in casu nostro, in quo pater, opulentissima hæreditate relicta, expressè declarauit fructus in legitimam esse imputandos: Hoc,
140 enim, casu, tenetur filius, vel totam hæreditatem etiā cum onere adiecto legitimæ, acceptare, vel totam hæreditatem reijcere, latè *Menoch. cons. 1234. nu. 10. Neguzant. quæst. 70. nu. 28. Ludouic. eadem dec. 28 num. 51. & seqq. Maluas. cons. 118. Mastrill. d. dec. 181. nu. 34. 35. Andreol. contr. 250. num. 65.*

Secundò licet allata opinio aliquos haberet contradictores, certum est, ab omnibus esse approbatam
141 cautelam *Socini*, vt pater instituat hæredem filium, cum prohibitione detractionis legitimæ; & si nolit eius voluntati acquiescere, eum instituat in sola legitima, alio scripto hærede, in reliquo hæreditatis: tunc enim, quia residet in arbitrio filij, vel totam acceptare hæreditatem, cum hoc onere, vel portionem dumtaxat legitimæ absque vllo onere simpliciter, hæreditatem adeundo, huic oneri acquiescere videtur, & spontè legitimam dimittere, sub spe, cum lucro fructus totius hæreditatis compensandi; propterea grauamen, vtpotè ex mera filiorū voluntate, proueniens,
142 substinetur, vt per *Socin. cons. 122. nu. 9. lib. 2. Menoch. cons. 483. nu. 12. cum seqq. Peregr de Fideic. art. 36. num. 62. Fusar. quæst. 269. nu. 61 & cons. 185. nu. 112. Merlin. de Legit. lib. 4. tit. 2. quæst 8 nu. 10. Cyriac. contr. 148. nu. 9. & 438. nu. 66. 67. Andreol. contr. 250. num. 8. Rot. dec. 653 nu 13. par. 1. & dec. 342. num. 10. 11. par. 5. rec. Add. ad Buratt. dec. 922. nu. 12. Beltram. ad Ludouis. dec. 489. in fine, Rot. in Nouarien. Bonorum 1. Iulij 1661. coram Eminentiss. D. Card. Cerro, & in Perusina Successionis 14. Iunij 1664. dec. 157. post tract. & 4. Febr. 1665. coram bo: me: Verospio.*

Huiusmodi, verò, conclusio locum habet, non solum, vbi expressè testator, hac cautela vsus fuit, sed etiam, quando ex verbis testamenti tacitè elicitur, vt
143 benè *Surd. dec. 21. nu. 9. 10.* quem refert, & sequitur *Rot. in d. Perusina Successionis 4 Februarij 1665. cor. bo: me: Verospio vers. & licet pater, Menoch. d. consil. 1141.* Et
144 ratio est, quia tacita testatoris voluntas idem ac expressa operatur, quoties aperta animi declaratio a iure non exigitur, vt est *tex. in l. cum proponebatur 66. ff. de leg. 2. Penn. dec. 1403. num. 5* cum similibus & forma, ad certum effectum ordinata, æquipollenti modo
valet, expleri, dummodò effectus idem subsequatur 145
tex. in l. vltima, §. mandauit, vbi *glossa* notat, *verbo teneri, ff. mandat. Cagnol. l. si quis maior. num. 218. C. de Transact. Rot. dec. 93. num. 7 par. 7. rec.* & alij allati ab eadem *Rot. in d. Perusina Successionis 4. Februarij 1665. vers. & licet pater in fine coram bonæ me: Verospio.*

Hæc autem tacita testatoris voluntas desumitur, vbi testator prohibet legitimæ detractionem, sub pęna priuationis hæreditatis, in casu contrauentionis, vel mandat restitui fructus perceptos, vltrà legitimā,
vt latè probant allati per *Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2.* 146
quæst. 8 nu. 2. & seqq. Fusar quæst. 296. num. 65. Menoch. cons. 1141. & per Rot. dec. 342. nu. 12. par. 5. rec. Fachin. contr. lib. 12. d. cap. 70. quibus addo *Merend. contr. lib. 22. cap. 50. nu. 11. & seqq.* vbi, quod huiusmodi priuatio semper habet annexam substitutionem aliorum tacitam, vel expressam, qui in parte filio ablata ei debeant succedere, vna cum facultate deducendi debitam sibi portionem; & proindè, non differt hic casus, ab eo, qui communiter recipitur, in quo, pater filio, quem grauat, nè deducat legitimam nominatim relinquit debitum bonorum subsidium, si illi noluerit parere, & latiùs *nu. 12. 13.* & optimè facit eadem *Rot. in d. Perusina Successionis 4. Febrarij 1665. §. hanc verò cor. bo: me: Verospio.*

Et huiusmodi doctrina optimè videtur adaptari ad casum præsentem; nam licet testator in verbis suprà recensitis, prohibentibus legitimæ detractionem, non apposuerit priuationem hæreditatis, in casu inobseruantiæ; nihilominùs suprà in alia parte testamenti ordinauerat, quod alienans, vel contraueniens eius voluntati, esset à commodo hæreditatis priuatus, ibi: *E se venisse il caso, che alcuni de' sudetti heredi instituiti, ò sustituiti, come sopra, vendesse, permutasse, ò facesse, qualsiuoglia altro atto contro la forma sopra ordinata, non solo esso Signore testatore hora per allora irritò, & annullò ciò, che fosse stato fatto, mà di più dichiarò quel tale alienante, ò contrafaciente decaduto dal commodo del presente fideicommisso, e s'intenda chiamato quello, che succedesse, in caso che il contrafaciente fosse morto naturalmente;* Et sic, cum in alia parte testamenti de priuatione ob alienationem mentionem fecerit, hic etiam censetur apposita eadem pęna, nam vna pars testamenti aliam declarat,
l. qui filiabus in princ. & l. si seruus plurium, ff. de leg. 147
2. Surd. consil. 466. num. 7. Odd. cons. 95. num. 76. Grutian. discept. cap. 250. num. 12. & 13. præcipuè, cum ea-
dem sit ratio in alienatione, ac in detractione legiti- 148
mæ; Nam, vtroque casu, minuitur portio fideicommisso restituenda, & sic adaptatur regula, quod di-
spositum in vno, ex æquiparatis, etiam in altero mili- 149
tat, vt per *Barbos. axiom. 73. in fine*, quod voluntatis
mutatio non præsumitur, *l. non ad ea, C. de Condit. &* 150
demonstrat, sed conformis censetur, & quæ fuit in præcedentibus continuata pręsumitur in sequentibus *Buratt. dec. 282. num. 9. Molin. de Hispan. Primog. lib. 3. cap. 5. num. 56.*

Adijcitur, quod, in nostro casu, prohibitio legitimæ habet annexam clausulam, *omni meliori modo*, quæ, ex sua natura, robur addit dispositioni, ac efficit, vt actus, eo modo censeatur expressus, prout,
de iure melius, & validius fieri poterat, *Aimon.* 151
consil. 326. num. 15. Barbos. de Claus. claus. 95. numer. 9. 10. Vndè idem omninò est, ac si prohibita foret detractio, cum omnibus verbis, formulis, & cautelis necessariò exprimendis, vt in terminis firmant *Anguisciol. cons. 130. num. 33. 34.* & alijs allegatis *Rauden. de Anal. lib. 1. cap. 19. num. 28. & seqq. Fachin. lib. 12. contr. cap. 70.*

cap.70.vers.istis,& latè fuit comprobatum in Perusina
Successionis 4. Febr.1665.coram bo:me:Verospio vers.&
in his terminis.

His tamen non obstantibus, re meliùs discussa,
contrariam sententiam,de iure,veriorem esse arbitra
tus fui,motus ex illa notissima ratione, de qua per
152 tex.l.omnimodo 30. & l. quoniam in prioribus 32. C. de
Inoff.testam. quod pater non potest filium,vllo modo,
in legitima grauare,vel aliquod onus, & conditionẽ,
153 super ea, imponere, & probant latissimè Peregr.cons.
67.num.11. & 12. lib.1. cum alijs allegatis per Ciriac.
contr.148.nu.4.& contr.438.nu.17.18.Gratian.discept.
249.nu.8.Rot.dec.206.nu.2.par.1.rec.Dunozet. dec.99.
nu.4.5.Eminentiss.Otthobon.dec.235.num.18. Perusina
Successionis 14. Ianuarij 1664. coram bo: me: Verospio
post tract. & alibi passim D. meus Aloys. Mans. consult.
24.num.4.

Vlteriùs,cum legitima sit relinquenda, in proprie-
154 tate,& non in fructibus, vt est tex.in l. sumus 36. vers.
155 repletionem,C.de inoff.test. non potest pater, in suo te-
stamento disponere, vt filius teneatur, ipsos in legiti-
mam imputare,vt per Alb.cons.468.nu.2. & cons.506.
nu.8.Ruin.cons.55.nu.3.& cons.194.num.5. lib.2. Fusar.
cons.23.nu.8.Cyriac.contr.Forens.438. nu.31. Spad.cons.
358.nu.4.lib.2.& cons.301.nu.4.lib.3.Seraph.dec.1365.
nu.18.& seqq.Thesaur.dec.137.num.3.

Et,licet verum sit has regulas limitari, quando fi-
lius grauatus in legitima approbat testamentum pa-
156 tris,vt per Fusar.de substit.quæst. 296. num.93. Peregr.
cons.67.nu.13.lib.1.Cyriac.contr.148.num.8. tamen, ad
hoc, vt dicatur legitimæ renunciatum,necesse est, vt
specificè,& expresè filius declaret suam voluntatem,
157 nec sufficit præsumpta,per aditionem hæreditatis l. si
quando,§.generaliter,C.de inoff. testam. Riminald. Iun.
cons.50.nu.91.& cons.510.num.59.& seqq. Peregr.art.
36.nu.93.Fusar.latissime quæst.296.nu.44. Cyriac. con
trou.148.nu.8. Mart. Medic.dec.6. nu.19. & 20. Donat.
Anton.de Marin.resol.cap.252.nu.1.2.tom 1. Redenasc.
cons.77.nu.2.Spad.cons.301.n.5.6.lib.3.Add.ad Buratt.
dec.922.nu.11.Rot.cor.Eminentiss.D.Card. Otthob. dec.
235.nu.18.19.& dec.342.nu.9.par.5.Dunozett.dec.141.
numer.9. & in Bononien. Fideic. de Luparis 27.Ianuarij
1662.coram R.P. D. Bourlemont, Nouarien Bonorum
1.Iulij 1661.cor. Eminentiss. D.Card.Cerro Rauennaten.
Legitima 28.Nouembris 1667. cor. R. P. D. Priolo dec.
144. post tract. Perusina Successionis 14. Ianuarij 1664.
§. hinc non vrget coram bo: me: Verospio dec. 157. post
tract.

Quibus,ità,se habentibus,certò certiùs est potuisse
filium institutum, in casu nostro detrahere legiti-
mam,non obstante prohibitione testatoris,ac præce-
pto de imputando in eam fructus hæreditatis.

Nec obstare putaui,in contrarium ponderata,nam
ad id,quod primo loco,dictum fuit auctoritate Cuma
ni,& sequacium, posse patrem grauare filium in legi-
158 tima,quando eum instituit hæredem in portione lon-
gè legitimam excedente.

Respondi hanc opinionem communiter esse à Do-
ctoribus reprobatam,vtpotè erroneam, & in iure fal-
sam,& præsertim ab Alex.Salyc.Rip. & alijs allegatis
per Merlin.de Legit.lib.3.tit.2.quæst.8. num.6. & seqq.
Pereg.de Fideic.art.36.num.65. & seqq. Riminald.Iun.
cons.50.nu.89.& cons.510.nu.47.& seqq. Cyriac. contr.
148.nu.7.& seqq & 438.nu.69.Crass.sententiarum §.le-
gitima quæst.38.nu.23 Fusar.cons.77.nu.10.& cons.185.
nu.111.& de Constit.quæ3.296.nu.28.Andreol. controu.
250 num.6. Barbos. in l.quoniam in prioribus,C.de inoff.
test.nu.8.Redenasc.cons.501.num.24.

Et procedit conclusio,quamuis pater expresè pro-
hibeat legitimæ detractionem,vel mandet fructus hę-
reditatis in legitimam imputari Alex.in l.in fideicom-
missariam,ff.ad Trebell.Socin.Sen.cons.82.num.31.lib.4. 159
vbi reprobat dictum Cumani,idem Fusar.consil.77.nu.
10.& d.quæst.296.nu.47.Spad.cons.358.nu.4.lib.2. dec.
342.nu.11.par.5.rec.& dec.653.in fine par.1. Barbos. d.
l.quoniam in prioribus nu.9.Gratian.discept.for.249. nu.
8.& seqq. Et ratio est apertissima: nam filius legiti-
mam non consequitur ex prouisione patris, sed ex 160
prouisione legis l.si arrogator, ff. de adopt. dicitur enim
pars lege debita §. aliud quoque auth. vt cum de appel-
latione cognoscitur collat.8. Non potest, igitur, per pa-
ternam dispositionem,vel auferri,vel imminui,aut su-
per ea quomodolibet onus, seu conditio imponi, l.
quoniam in prioribus,C.de inoff.testam.Peregr.de Fideic. 161
art.36. numer.84. vers. tertius casus,Fusar. consil. 185.
num.109.Gratian.disdept.249.nu.8. Spad.consil.358.nu.
4. lib.2.

Et quatenus admitteretur opinio Cumani, contrà
communem sententiam,minimè posset ad casum pręe-
sentem adaptari;quia Cumanus loquitur in filio, qui,
dum vixit,nulla facta declaratione,de reiectione one-
ris in legitima,tot fructus perceperat, qui legitimam
æquabant, eoque mortuo, eius hæredes detractio- 162
nem legitimæ facere contendebant; Tunc enim, si
filius, dum vixit, tot fructus percepit, qui æquiua-
leant legitimæ,censet idem Cumanus hæredes teneri,
ad hoc, vt voluntas testatoris, omni meliori modo,
seruetur, vel fructus illos in legitimam imputare, vel
fideicommisso restituere; In nostro, verò, casu, ver- 163
samur in ipsomet filio, qui legitimam detraxit, non
adhuc perceptis fructibus legitimam æquantibus;
ob id doctrina Cumani non adaptatur;nam, non pos-
sumus tractare de substinenda secundum Cumani sen-
tentiam prohibitione legitimæ sub prætextu fru-
ctuum,aut in ea imputandorum,aut restituendorum,
cum illos filius, nondum receperit, vt optimè firmat
Fusar.consil.185.nu.112.& benè Spad. consil.301. nu.7.
& seqq.qui comprobat similem distinctionem, Sera-
phin.dec.1365.num.5.24.

Et sic,non obstant auctoritates Fachin. controu.lib.
12.cap.30.Ludouic. dec.Luc.28. relata etiam a Magon. 164
dec.85.Menoch. consil.1141. Rot.in Perusina Successio-
nis 4.Februarij 1665.coram bo: me: Verospio, & alio-
rum supra allegatorum, quia loquuntur in proprijs
terminis Cumani, scilicet, quando hæredes filij gra-
uati, qui iam fructus perceperat legitimam exceden-
tes,petunt legitimæ detractionem, contra fideicom-
missarium cui debebat fieri restitutio. Non verò,quã-
do ipsemet filius facit detractionem nondum receptis
fructibus ad valorem legitimæ, vt ex eorum lectura
constat.

Sic pariter,nullius sunt momenti, quæ secundo lo-
co dicta fuerunt circà cautelam Socini, nam, omisso,
quod à nonnullis ex Doctoribus nostris reprobatur 165
eademmet cautela,vt apparet ex relatis à Cyriac.cont.
48.nu.10.Fusar.de substit.quæst.296 num.64. Simon. de
Præt.de Interpretat. vlt. vol. lib 5. disp.3. num.116. &
seqq.Don.Ant.de Marin.resol.452.nu 12. Andreol. con-
trou. 250.nu.9.& seqq. In nostro casu patet ad sensum
eam testatorem non adhibuisse; nam, necesse erat, vt
in casu detractionis legitimæ priuaret filium hæredi-
tate,& eum in sola legitima institueret, vt omnes ad-
mittunt.

Nec dicatur, quod cautela Socini censetur tacitè
adhibita, vel per æquipollens, quando testator man-
dat restitui totam hæreditatem, & in casu inobser-
uantiæ priuat filium, omni commodo eiusdem hæ-
reditatis. Si quidem, quicquid dicat, Fachin. Me-
rend. & alij supra allegati, vera est contraria senten-
tia, vt, nullo pacto, dicatur validè prohibita
legitimæ detractio nisi expresè testator vsus sit 166
cautela Socini, vt per Merlin. de Legit. lib. 3.

tit.2.quæst.8.num.10.Cyriac.controu.438.num.65.Fusar.
cons.185.num.112. Redenase. cons.50. num.27. Beltra-
min.ad Ludouis.dec.489.in fine,Dunozett.dec.99.num.7.
dec.653.num.13 par.1.& dec.342.num.10.& 11.par.5.
& quod non sufficiat priuatio, ab omni commodo
hæreditatis, pro cautela *Socini*, nisi vlteriùs progre-
diatur testator, instituendo tantum in legitima por-
167 tione, dixit *Rot. dec. 206. num.4. par. 1. recent.* benè
Dunozett.dec.141.num.14. Fusar.cons.86 numer.2. Cy-
riac.contou.148. num.10. 11. Gratian. discept. for. cap.
249.num.10. Donat. Ant. de Marin. resol.lib 1.cap.252.
num.13.

Imò, quamuis contraria opinio vera esset, ea non
procederet, in casu nostro: Non solum, quia testator
non prohibuit legitimæ detractionem, addita pęna
priuationis hæreditatis, in casu inobseruantiæ, sed
simpliciter nulla addita priuationis pœna; Idcircò
non applicatur opinio, de qua supra, quæ tantum in
priuatione hæreditatis, in casu inobseruantiæ, funda-
tur, vt per *Merend.d.lib.22.cap 50.num.11.*

Nec valet dicere, quod in alia parte testamenti
adest priuatio hæreditatis, in casu alienationis, ergo
censetur iniuncta eadem hæreditatis priuatio, etiam,
in casu detractionis legitimæ: Nam respondetur, quod
pęna priuationis apposita, in vna parte testamenti,
168 nunquam trahitur ad aliam, *Surd.cons.559.num.6. En-*
gen.cons.52.num.12.& seqq.lib.2. Altog. cons.85. num.
19.lib 1.Redenase.cons 19 num.39.& seqq Rot.in Nea-
politana Hæreditatis 30.Ianuarij 1660. coram Eminen-
tiss.D.Card.Cerro.

Et præcipuè, in casu nostro, in quo testator addidit
priuationi, dictionem *supra*, ibi: *contra la forma sopra*
ordinata; propterea non potest referri, nisi ad ea, quæ
supra fuerunt expressa, scilicet, ad bonorum alienatio-
nem, non verò ad ea, quæ *infra* dicentur, nempè ad le-
gitimæ detractionem, ea enim est natura dictionis *su-*
169 *pra*, vt referatur ad præcedentia, vt per *Barbos. dict.*
395.num 2 & similes dictiones, *supra*, & *infra*, sunt de
directo contrariæ, & tanquam repugnantes se inui-
170 cem excludunt, vt benè *Rot. in Romana Fideicomissi de*
Breinis 7 Februarij 1661. coram Eminentiss. D.Card.
Cerro decis.205.post tract.

Sed eo magis, quia Doctores, qui allegantur, pro
ea opinione loquuntur, in diuersis terminis, scilicet, in
casu, quod testator, prohibita legitimæ detractione,
mandet, in casu inobseruantiæ, restitui hæreditatem,
vel restitui fructus, vltra legitimam perceptos; Tunc,
enim, si filius acceperat relictum patris, cum onere,
171 non fraudatur in legitima; quia in maiori summa mi-
nor inest; Si verò nolit acquiescere dispositioni pa-
ternæ, sed habere suam legitimam, ei pariter putant
nullam fieri fraudem, quia capit legitimam in corpo-
ribus hæreditarijs, & reliquum restituit, vt per *Surd.*
dec. 21. numer.10. vers. ad tertium, Menoch. d. consil.
1141. numer. 3. Merend. controu. d. lib. 22. capit. 50.
num.12.

Nos verò versamur, in casu, quod testator mandat
fructus in legitimam imputari, ibi, *detto Signore testa-*
tore ordina, e comanda, che à esso suo figlio s'imputi in
quella tutti li frutti, che cauerà della sua heredità; prop-
tereà non substinetur grauamen, quia, si valeret si-
mile præceptum testatoris, cogeretur filius habere le-
gitimam, in fructibus, non in corporibus hæreditarijs,
172 quod est contra textum expressum *in d.l.scimus, §. re-*
pletionem C.de Inoff.test.

Præterea, si posset testator ordinare, quod fructus
in legitimam imputarentur, posset iterum filium pri-
uare legitima, nisi hæreditatem acceptaret cum one-
re; quia non aliter posset habere legitimam, nisi, eo
modo, quo voluit eam testator relinquere; vndè, si
onus recusaret, priuaretur legitima, vt benè ratioci-
natur *Surd.dec.21.num.10.vers.ad tertium.* 173

Hinc est, quod, nullo pacto, obstat doctrina *Cumani,*
& aliorum, qui eum sequuti sunt, nam loquuntur, in
primo membro, distinctionis suprapositæ, quando pa-
ter mandauit fructus restitui, non verò, quando man-
dauit in legitimam imputari, quo casu, omnes conue-
niunt prohibitionem non valere, vt probant ipsimet
Doctores, ex aduerso suprà allegati, & præcipuè *Me-* 174
noch.d.cons.1141.num.6.7.& seqq Surd. d.dec.21. num.
10. Fachin. d. lib.12. cap. 71. ibi: *Magna est differentia*
inter imputationem fructuum, in legitimam, & restitu-
tionem fructuum; quia si filius imputare deberet fructus
in legitimam, tunc haberet legitimam in ipsis fructibus,
&c. Cum igitur diuersa sit ratio inter ista, ex vno, non
licet ad alterum inferre, quicquid fit, in alijs casibus,
in quibus nulla est ratio differentiæ, inter imputatio-
nem, & restitutionem, & faciunt notata per *Seraphin.*
dec.1365.num.14.& seqq.Fusar. d. quæst.296. num.85.
cum alijs allegatis per *Redenase. cons.77. nu.4. vers.2.*
obseruandum.

Et similiter non est applicabilis ad casum præsen-
tem decisio *in Perusina Successionis 4. Febr. 1665. cor.* 175
bo: me: Verospio; nam eadem decisio loquitur in casu,
quod testator iusserat, vt, sub caducitatis incursu,
à sua hæreditate infrà duos menses, filius submitte-
ret legitimam, vt indicat decisio in eadem causa,
emanata *die 14. Ianuarij 1664. vers. nec visa fuit*;
& sic in casu restitutionis hæreditatis, non ve-
rò, in casu imputationis fructuum in legitima.

Demum nil refragatur in nostro casu, clausula *omni*
meliori modo.

Primò, quia, non fuit adiecta prohibitioni legiti-
mæ, sed institutioni, in ijsdem fructibus, vt clarè de- 176
monstrat verborum series, ibi *quali frutti caso ve ne*
sia di bisogno, ne li lasciò, e lascia in ogni meglior mo-
do, ideò ad prohibitionem legitimæ, non valet ex-
tendi, *Rot. d. decis. 343. num.16. par. 5. recent. & in* 177
d. Perusina Successionis 4. Februarij 1664. coram bo:
me: Verospio vers. hanc verò, Dunozets. decis. 141.
num.16.

Secundò, quia, cum dispositio imputandi fructus
in legitimam sit nulla, & à lege improbata, ac pro- 178
pterea ea conditio reijciatur ipso iure, ac si non esset
apposita, vt vidimus supra, & est textus *in l. Seius, ff.* 179
ad l. Falcid. l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.
Fusar.cons.86. num.6. Cyriac. controu. 148. num.54. &
438.num.15.Redenase.cons.77.num.6.7. Rot. dec. 206.
num.6.par.1. & coram Dunozetso dec. 141. num. 6. 14.
15. Clausula, *omni meliori modo*, ad illius validitatem
adiecta, ac si apposita non esset, vitiatur, vt benè
Surd.dec.7.numer.28. vers. quartò respondetur, Barbos. 180
claus.95.num.67. & melius, quod, vbi actus est nullus,
clausula, *omni meliori modo*, nullam vim tribuat dispo-
sitioni, dicit *Rot. in Bononien. Dismembrationis 20. Fe-*
bruarij 1660. coram R. P. D. Beuilaqua vers. nec rele-
uat; Doctores, verò, qui fundantur, in hac clausula,
pro exclusione detractionis legitimæ, loquuntur, in
casu, de quo supra, quod testator mandet restitui fru-
ctus, qui casus, cum sit diuersus, non valet illatio, 181
de vno, ad alium, vulgata *l. Papinianus, ff. de minor.*

Et tandem, redeundo ad rem nostram, dicitur etiã,
de iure impossibilis conditio, quæ continet volunta- 182
tem captatoriam, vtpotè, quando in alienum arbi-
trium confertur dispositio, de qua re latè pertractat
Duran.de Cond.& mod.impossib.par.3.cap.5.Merend.lib.
22.cap.15.Altograd.Iun.controu. 45.num.32.& seqq.&
controu.43.num.1.& seqq.Andreol.controu.105 per tot.
& latissimè in terminis renunciationis, sub conditione
captatoria, an, & quando valeat dispositio *Rot. dec.*
23. par. 11. rec. sed de hac re, latiùs agemus inferiùs
per integrum *caput.*

Et hæc,

Et hæc,quæ de conditionibus impossibilibus adie-
cta fuerunt,non solum procedunt , quando conditio-
nes,per se simpliciter sunt impossibiles , vt si digito
Cęlum tetigeris.Sed etiam,quando tales sunt ex euē-
183 tu, aut circumstantia , licet propria natura possibiles
sint; vt euenit in conditione, testamento adiecta ; *si*
seruum hæreditarium non alienaueris , si dotem non pe-
184 *tieris*,vnico tantum hærede instituto,vt est *tex. in l.4.*
§.idem Iulianus,ff.de condit. inst. circa quam conditio-
nem multa scripserit *Amay d.lib.2. cap.11. numer.31.*
& seqq.

Et exemplificant alij in legato facto pupillo sub
onere administrandi tutelam,quod,quidem,in pupil-
185 lo est impossibile,quia nemo, nisi post 25. annum ad-
mittitur ad idem munus exercendum *l. nemo 5. C. de*
186 *legit.tutel.* Et ideò hanc conditionem , tanquam im-
possibilem fore reijciendam, dixerunt, *Roman.consil.*
235.nu.1.Grat.cons.84.num.9.10 & alij allegati per *D.*
Aloys Mans.cons.62. per tot. & Rot. Romana in Ferra-
rien.Fideic.5.Martij 1663.post d consult.nu.8.

Et conclusio procedit , in quocumque alio onere ,
quod per oppositionem legis, non potest expleri , vt
187 est *tex.in l.cum filius 78. §. non iure, ff. de leg.2.l.ab ad-*
ministratore 7.C.de leg.Crass.de Effect. Cleric. eff 16. nu.
41. & alij adducti per *Rot.in d.Ferrarien.Fideicommissi*
5.Martij 1663.cor.bo.me.Card Vicecomite, Mans.d.con
sult.62.num.9.

Notandum est,tandem , circa has conditiones im-
possibiles,quod, licet regulariter non vitient disposi-
tionem,etiam,si non adimpleantur, vt vidimus,tamen
procedit conclusio , quando ad nullum honestum fi-
nem sunt appositæ.Si verò essent appositæ, ob aliquē
finem licitum,& honestum,tunc,si non possent imple-
188 ri,eo modo,quo dixit testator,conuerti debent in aliū
vsum licitum, vt est textus in *l.legatum Ciuitati, ff. de*
vsuf.leg.vbi Bartol.nu.3 Bald.in §.impossibilis Instit. de
Hæred.Instit. vbi, quod si testator legat 100 pro mis-
sis cantandis,& Ciuitas sit interdicta , debet legatum
conuerti in alium vsum pium latè *Duran. de condit &*
mod.imposs.par.3.cap.7 nu.25.vbi num.26. disputat;An
Prælatus inferior possit permutare huiusmodi legata;
189 & hanc conclusionem latissimè probat *Illustriss.D.Fa*
gnan.in cap.nos quidem num. 24. & seqq. de testam. &
propterea probat , quod relictum Fratribus Minori-
bus debeat in alium vsum licitum commutari , quia
eis est interdicta bonorum acquisitio .

Disputatur,vlterius,quid sit tenendum,quando te-
190 stator impossibiles conditiones apposuit , putans esse
possibiles? Et quæstio moueri potest , non de condi-
tionibus impossibilibus,natura , veluti *si digito Cęlum*
tetigeris.si filius sit maior patre;nam hæ sine distinctio-
ne,pro non scriptis habentur, cum enim , nullo casu ,
sint possibiles , nulla ratio sumi potest , cur testator
existimauerit esse possibiles , *Spin. in specul. testam.*
gloss 14. num. 146. Sed de conditionibus impossibili-
191 bus,ex suppositione , vel euentu , veluti , *si Nauis ex*
Asia venerit , quæ submersa erat tempore facti testa-
menti , *si Seiam vxorem duxeris* , quæ mortua erat
tempore conditi testamenti , vt latissimè probant
Amay.d.lib. 2. obseru. cap. 12. in princ. Duran. de
Condit. & mod. imposs. par. 2. cap. 1.num.50. & par.3.
capit.7. numer.7. Barbos. ad rubr. de condit. appos. nu-
mer.6.

Et hoc casu,multi volunt,quod,siue testator sciue-
rit,siue ignorauerit conditionem possibilium esse, vel
non;semper conditio habeatur pro non scripta , itàvt
192 non sit necessaria distinctio inter conditiones, ex sup-
positione,& euentu,vel natura impossibiles , vt pluri-
bus textibus allegatis, latè probat *Amay. d.loco lib.2.*
cap.12.n.2.& seqq.Eman.Cost.lib.1.Select.cap.9.& alij
allegati per *Duran.d.par.3.cap.7.n:7.vers.verum,Bar-*
bos,vbi supr. de con lit.appos.in rubr.n.4.vers.quā,tamen.

Sed communis opinio est in contrarium,vt scilicet,
conditio impossibilis dispositionem vitiet , si testator
eam esse possibilem putabat, vt est *tex. in l. multa 6.* 193
§.seruus in fine,ff de condit.& demonstr l si Mæuia 45.ff.
de Hæred.instit.Crauett.cons.167. num.8. Surd. cons.89.
num.48.Duran.vbi supra par.2.cap.1.nu.50. 51. & mul-
tis rationibus, comprobat hanc opinionem , & latius
*par.3.cap.7.num.2.3.& 20.*vbi omnibus argumentis in
contrarium respondet,& *par.5. cap.1. nu.16. Barbos.d.*
loco nu.4. vers.quæ autem per suppositionem .

In contractibus,verò, distinguendum est secundum
Duran.d.par.2.cap 1.nu.66. aut non adsit error in facto
adijciendi , sed consulto fuit apposita conditio cum 194
suppositione,quod esset possibilis,vtpotè si celebratus
sit contractus , sub conditione , si Petrus iuerit in Hi-
spaniam , qui mortuus iam erat , tempore celebrati
contractus, licet contrahentes ignorarent , & hoc ca-
su,sicuti non valet vltima dispositio , ita , neque con-
tractus substinetur , ex rationibus optimè ponderatis
per *d.Duran.loco cit.par.2.cap 1.nu.57.*

Vel adfuit contrahentium error , vel ignorantia in
facto ipso adijciendi , ita , quod penitùs ignorabant
contrahentes,nedum conditionem esse impossibilem,
sed etiā,quod esset apposita,quo casu,quamuis igno-
rantia difficillimè probari posset , si tamen probare-
tur contractus substineretur . Et hæc dicta sufficiant ,
quoad conditiones .

Videamus nunc de modo,&, an relictum cum one-
re , per viam modi iniuncto , debeatur , modo non
adimpleto .

Et regulariter affirmatiuè responderi potest ; nam
quælibet modalis dispositio resoluitur,quoties cessat
adimplementum , ac si dispositio facta non fuisset , vt
latè *Peregr.art.11.nu.121. Fusar. de substit. quæst. 447.* 195
num.3.Morott.cons.68.nu.3 Galganett.de condit. & de-
monst.par.1.cap.55.nu.2.Cyriac.controu.239. num.5. &
seqq.Andreol.contr.258 nu.19.Don.Ant. de Mar. resol.
cap.333.nu.2.lib.1.

In hac,enim,modus non differt à conditione,quia,
vt supra probauimus,licet conditio,& modus,in actu 196
acquisitionis differant,tamen in eius resolutione, par
est vtriusque potestas,& præcipuè , quando adest pa-
ctum resolutiuum,in dispositione;hoc,enim, casu do-
minium,ipso iure,reuertitur in donantem , vel renun-
ciantem,vt latè *Surd.cons.369.nu.26.& de Alim. tit.1.*
quæst 48.nu.65.Cyriac.d.contr.239.nu.9. 10. & ob con-
trauentionem dispositionis modalis , resoluitur reli- 197
ctum,perindè,ac si factum non fuisset, vt per *Thesaur.*
dec.170.nu.22.Molin.de Hisp.Primog.lib.2. cap.14. nu.
20.& 23 Rot.in Ariminen.Landi 20.Iunij 1661.§.quia
præter quod in fine coram Eminentiss.D.Card.Cerro dec.
83.post tract.

Et licet nonnulli sint arbitrati ; per non adimple-
mentum modi relictum non extingui auctoritate *tex.* 198
in l.Mauia,ff.de manum.testam. sed tantum dari actio-
nem ad adimplementum *Sanfel.dec.175.num.9.*& alij
relati per *Andreol.contr.358.nu.16.*

Tamen magis communis opinio est in contrarium
quod,modo non impleto,resoluatur , & extinguatur 199
dispositio,& licet possit agi ad implementū non tamē
excluditur , quin possit opponi priuatio ob non se-
quutum d.implementum *l.1. C.de donat. quæ sub modo*
Rouit.dec.4.nu.27.Andreol.contr.358.nu.22.

Prædicta, verò, sunt intelligenda , quando deficit
modus,vel culpa honorati,vel per eius contrauentio-
nem expressam; non verò, quando , per accidens, vel
casu deficiat: tunc , enim , dispositio non corruit, sed 200
debetur relictum,vt est *tex.in l.1. ff. de leg. 1.* vbi *gloss.*
& Doctores , & præsertim *Bartol. in l.in testamen-*
to 31. numer. 1. ff. de condit. & demonstr. & l. Titio

centum 20.§.Titio genero,ff.de leg.2. Molin. de Hispan.
Primog.lib.2.cap.13.nu.25.Menoch. cons.146 num.22.
Donat. Anton.de Marin.d.resol.333 num.7.lib.1.Duran.
de Condit.&c.par.5.cap.1.nu.5.D.Aloys. Mans.consult.
62.num.17.

Differt, autem, in hoc, modus à conditione, quia, vt
201 vidimus suprà, conditio, casu, deficiens annullat di-
spositionem. Et ratio differentiæ assignatur per *Du-*
ran.loco mox citato; quia conditio impedit ius oriri, si
non impleatur: in modo iam ius, & actio orta est: &
202 facilior est retentio, quam acquisitio, argumento *l.pa-*
tre furioso de his qui sunt sui &c.

Et hæc conclusio, sine difficultate est admittenda,
quando modus non designat causam finalem, sed
impulsiuam, ità, quod appareat testatorem iussisse re-
203 licturum, etiam si non adimpleretur modus, vt est
textus in *l.Lucius Titius* 88.*§.quisquis, ff. de leg.2. l.Ti-*
tio centum 71.ff.de condit.& demonst. Gabriel cons.108.
num.11. lib.2. Simon de Præt.de interp. vlt. volunt. lib.
5. interp.2. dub.1. num. 21. fol. 501. Galganett. de con-
dit. par.2. cap.4. quæst. 9. numer. 12. Donat. Anton. de
Marin.d.resol.333.num.9. D Aloys. Mans. d. consil.62.
num.19. latè *Arias de Mes. var.lib.2. cap.4. numer.11.*
& seqq.

Quando, verò, modus designat causam finalem,
tunc absque dubio, modo non adimpleto, resoluitur
promissio, & relictum non debetur, vt alias dicemus,
204 & firmat, præ cæteris, *Donat. Anton. de Marin. d. resol.*
333.numer.9. Mans.d.consult.62. numer. 18. 19. Cost.
lib. 2. Select. cap. 22. numer. 7. Barry.de success. libr.
3. cap. 4. numer. 15. vbi, quod, quando modus con-
tinet causam finalem, tunc redigitur ad instar condi-
tionis.

Modus, autem, designat causam finalem, quando
205 respicit tertij fauorem, aut ipsius testantis, quando
verò concernit fauorem, & commodum ipsius hono-
206 rati, tunc dicitur impulsiua *Gratian.discept.for.cap.44.*
nu.14.15.Barry de success.lib.17. tit.de differ. inter mod.
& condit.num.5.Peregr.art.11.num.125.Cacheran.dec.
*50.num.3.*latissimè *Mans.d. cons.62. num. 18. & seqq.*
Don.Ant.de Marin.d.cap.333.num.9.Arias de Mes.var.
d.lib.2.cap.4 num.24.25.

Et ad hoc, vt quis priuetur relicto, per modum non
adimpletum, semper requiritur interpellatio, licet in
207 conditione non ita, vt benè *Duran. de condit. & mod.*
par.5.cap.1.nu.7.8.Don.Ant.de Marin d.cap.333.nu.13.
Andreol.contr.358 nu.23.Rot.in Neapolitana Hæredi-
tatis 22.Ianuarij 1668.§.hinc propterea cor. Eminentiss.
D.Card.Carpineo.

Verùm est, tamen, quod, in dubio potiùs præsumi-
208 tur modus, quam conditio *Duran.par.5. cap.1 nu.12.*
& seqq.Molin.de Hisp.Primog.lib.2. cap.12.nu.9. An-
dreol.contr.358 nu 7.Mans d.consult.62.num.16.Donat.
Ant.de Marin.d.cap.333.nu.5. Caren.resol.93. num.11.
Venturin cons.49.nu.85.Casanate.cons 9.n.14.P.Molin.
de Iustit.& iur.tract.2.disp.611.nu.2. Rot.coram Duran.
dec.333.num.2.dec.39.par.1. diuers. & dec.310. num.7.
par.7.rec.

Vbi, verò, modus est impossibilis, reijcitur à dispo-
209 sitione, & pro non scripto habetur, vt dixi supra, in
conditione; Vndè, si reijcitur in conditione, à fortiori
erit reijciendus in modo; tum quia defectus modi mi-
nùs vitiat, quam defectus conditionis, vt latè probat
210 *Duran.vbi supra d.par.5.cap.1. num.14.* vbi, quod hæc
sententia contradictionem non habet, probatur enim
ex textu in l.si fundum, §.fideicommissum, §. Iulianus in
princ.ff.de leg.1. Bartol.in l. Codicillis in princ. ff. de leg.
2. Molin.de Hisp.Primog.lib.2.cap 12.num.42.Rot.Ro-
mana impressa *inter Consult. Aloys. Mans. consult. 64.*
num.8.9.

Et ampliatur hæc doctrina, siue modus sit impossi-
bilis, de iure, siue de natura, siue alio quouis capite, vt 211
tradit optimè idem *Duran. vbi supra nu.15.*

Dum, verò, disponens apposuit modum impossibi-
lem, putans, esse possibilem, non seruatur eadem re-
gula, vt in conditione fuit dictum, quod vitiet disposi- 212
tionem, sed indistinctè modus impossibilis, pro non
apposito habetur, vt in *l.1.C.de leg. Don. Ant.de Mar.d.*
resol.333.num.6 7.lib.1.

Hinc est, quod impossibilitas adimplendi, excusat à
pęna, sed non iuuat ad agendum *Rot. dec. 493. par. 1.* 213
rec.& dec.107.per tot.par.12. Et ratio differentiæ assi-
gnatur per *Duran.* vbi supra proximè *num. 16.* quod,
cum conditio actum suspendat, & ab ea actus depen-
deat, si conditio possibilis à testatore existimetur,
quantumuis sit impossibilis, ex testatoris opinione, di-
spositio non valet: attamen, cum modus subsequatur
actus perfectionem, & rei relictæ acquisitionem, si ve-
rè impleri non potest, quia impossibilis sit, quamuis
possibilis existimetur, credendum non est, quod testa-
tor, qui antè modum voluit actum vires habere, vo-
luerit, vt postea irritetur, modò sine culpa implere de-
bentis non impleto, argumento *tex. l. iubemus, C. de* 214
Pęn & facit etiam, quod falsa causa non nocet *l. longè*
Instit. de leg. & dixit *Rot, in d. Ariminen. Successionis*
1.Februarij 1664.cor.R.P.D.Emerix decis.107. num.3.
post tractatum; dum tamen modus impossibilis, quem
testator possibilem putabat, non sit causa finalis di-
spositionis, quia, eo casu, habet vim conditionis, vt
vidimus, & obseruat etiam *Duran. d.par.5.cap.1. num.* 215
16.in fine.

Verùm tamen est, quod, aliquando appositum in
conditione eam facit impossibilem; appositum, verò,
in modo, non ita, & potest exemplificari in conditio- 216
ne iurisiurandi, quæ licet apposita, per modum con-
ditionis sit nulla, tanquam impossibilis, *l.quæ sub con-*
ditione, ff. de condit. & demonst l. non dubitamus, ff.eo- 217
dem, Molin.de Hisp. Primog. lib.2. cap 12. num.44. 45.
tamen modus, de iurando, impleri debet, siue sit ap-
positus in contractu, siue in vltima voluntate, vt benè
Molin.vbi supra num.47. quem sequitur etiam *Duran.*
loco citato num.17.vbi num.sequenti, tradit optimam
differentiæ rationem, quam hic omitto, breuitatis
gratia.

Sed dubitari potest, an ea, quæ, de iuramento, per
conditionem, vel modum apposito, diximus, habeant
locum in dispositione captatoria.

Ruin.in cons.206.vol.2. tenet, dispositionem capta-
toriam, ità demum esse nullam, si sub conditione fiat, 218
secus, si sub modo concipiatur, tunc, enim, existimat,
quod, reiecto modo captatorio, remaneat pura insti-
tutio, & allegat pro se *gloss. in l. cum donationis, C. de*
Transact. & hanc sententiam probarunt etiam *Peregr.*
cons.34.num.3.& seqq.lib.5.& de fideic.art.33.num.63.
& alij antiquiores allegati per *Duran. d. par.5. cap.1.*
num.20. Argumenta verò, quæ a Doctoribus afferun-
tur, in proposito tradit *Fusar. de substit. quæst.503. nu.*
28.& seqq.

Sed quamquam hæc opinio habeat pro se, vltrà al-
latos Doctores, *Rotæ decis.23 num 17.par 11.recent.* 219
dubito; an sit vera; Per ea, quæ in contrarium alle-
gata fuerunt per *Couarr.in cap. cum tibi num. 13. vers.*
hæc tamen de Testam. vbi quod dispositio captato-
ria, siue sub modo, siue sub conditione nulla est, &
magis enixè contrà *Ruin.* sentit *Duran. de condit. &*
mod. imposs. d. par.5. cap.1 num. 20 vers sed perfectio,
vbi apertè fatetur *Ruin.* sententiam esse omnino fal-
lam, & cum hac opinione pertransit *Fusar. de substit.*
d.quæst.503.nu.32.in fine, Vndè miror, quod *Rota in d.*
dec.23.num.17.par.11. allegat *Fusar. Ruini* opinionem
comprobantem.

Quando, verò, modus iure impossibilis apponitur
in con-

in contractibus; an vitiet dispositionem, nec nè, multi
210 affirmant, vt habetur ex *Duran. d. cap. 2. par. 5. nu. 28. & seqq.* Sed conciliatur opinio distinctione allata per *d. Duran.* vbi suprà *num. 24.* quod modus, de iure impossibilis, viriat contractum, quoad actionem, & sic,
211 quoad ea, quæ sunt tradita, non, verò, quoad ea, quæ tradita sunt, quia, eo casu, competit exceptio, & retentio.

Et propterea firmauit idem *Duran. num. 27. versic. considerabam*, quod, si monasterio bonorum incapaci esset relictum aliquod bonum stabile, & sic contrà prohibitionem regulæ, eidem non competeret actio ad illud petendum; eo quia huiusmodi turpis, & impossibilis modos nocet religioni, quoad actionem, vt per *Coru. cons. 254.* Et ob id apparet hanc regulam nō
212 limitari etiam fauore piæ causæ; licet, quoad contractum matrimonij, limitatio procedat; ille, enim, nullatenus vitiatur, neque per conditionem, neque
213 per modum impossibilem, vt probat *Sanch. de Matrim. lib. 5. disp. 19. num. 7.* & firmat, ad partes disputato articulo, idem *Duran. d. par 5. cap. 2. num. 28.*

Dictum fuit, hucusque de conditione, & modo, restat videndum, de causa; an scilicet, causa non adimpleta, vel cessante, reuocetur contractus, & dispositio euanescat.

Et affirmatiuè responderi potest; quoniam est om-
214 nibus notum, quòd causa ex vna datum, si illa causa non sequitur, reuocatur, vt est *tex in l. 1. ff. de condit. caus. dat. Mandell. cons. 77. num. 28. & seqq.* & cęteri relati per *Barbos. axiom. 40. num. 3.* & firmauit *Rota in Romana Donationis 13. Iunij 1661. cor. Eminentiss. Cardinali Cerro decis. 98. num. 9. post Tractat.*

Et latiùs, quod renunciatio, vel donatio facta ob causam, ipso iure, dicatur reuocata, adimplemento non sequuto, ita, vt competat rei vindicatio ad fa-
215 uorem disponentis, probatur *ex l. 1. C. de Donat. quæ sub mod. Clar. §. donatio, quæst. fin. num. 1. 2. Donat. Ant. de Maria lib. 1. resol. cap. 87. in princ. Buratt. dec. 246.* latissimè in terminis renunciationis factæ ab ingrediente in monasterium, sub prætextu annuæ præstationis, *Donad. de R nunc. cap. 19. per tot. tom. 1. Capon. de Pact. quæst. 55 num. 18. Crivell. dec. Dolan. 59. per tot. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 9. gloss.*
216 *vnica, par. 1. num 83.* & præsertim, quando adest pactum resolutiuum in contractu, plenè *Cyriac. contr897. 239. num. 8. & seqq.*
217 Dicitur, autem, donatio ob causam, quando fit, respectu alicuius, ex aduerso faciendi, *Cyriac. controu. 270. num. 7.*

Limitatur, tamen, conclusio, iuxta opinionem nonnullorum, in contractibus nominatis; qui, ob non
218 adimplementum rescindi non valent, sed tantum datur actio, vel ad implementum, vel ad interesse, licèt annullari possint contractus innominati, *l. ea conditione, C. de Rescind. Vendit. l. 1a Ciuili, C. de rei vindic.*
219 *Surd. cons. 38. num. 7. & dec. 220. nu. 17. Cyriac. controu. for. 55. num 67. & seqq. Spad. cons. 214. num. 12. tom. 2. Altograd. cons. 1. num. 1. tom. 1. Gait. de credit. cap. 4. num. 1228. Capyc. Latro dec. 60. num. 5. 12. Rot. coram Gregor. dec. 132. num. 2. Buratt. dec. 640. num. 14. & 15. vbi add. num. 26.*

Sed pariter temperatur hæc limitatio, vt non habeat locum proposita nullitate per viam actionis; se-
220 cùs si per viam exceptionis; ita, vt contractus nominati possint, dumtaxat, rescindi, per viam exceptionis, non verò, per viam actionis, latè *Ruin. cons. 118. num. 9. lib. 5. Rolan. cons. 69. num. 37. lib. 4. Giurb. dec. 113. num. 5. 7. Ramon. cons. 7. num. 21. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 307. num. 26. Barz. dec. 15. num. 11. Add. ad Buratt. decis. 640. num. 27. Add. ad Gregor. dec. 130. num. 5. Andreol. controu. 234. num. 8. Altograd. cons. 12. num. 25. & seqq. tom. 1. Altograd. Iun. in dec. vnica post controu. for. num. 96.* cum alijs allatis per *Galganett. de Condit. & demonstrat. par. 2. cap. 4. quæst. 4. num. 1.*

Admittunt, tamen, rescissionem contractus nominati, tam, per viam actionis, quam, per viam exceptionis, magis communiter Doctores nostri, quando
implementum respicit causam finalem obligationis, 231
& præcipuè *Crauett. cons. 192. num. 22. & cons. 246. num. 2. Becc. cons. 45. num. 9. Surd. dec. 220. num. 19. Rot. coram Gregor. dec. 130. num. 4. Add. ad Buratt. dec. 640. num. 28. Gayt. de Credit. cap. 4. num. 1229. Capyc. Latro dec. 160. num. 9. & seqq. Venturin. cons. 28. num. 65. Censal. dec. Luc. 20. num. 31. & 32.* & latiùs, quòd, si implementum respiciat causam finalem, totus contractus resoluatur, siue sit nominatus,
siue innominatus, firmauit *Galganett. de Condit. &* 232
demonstr. par. 2. cap. 1. quæst. 62. num. 1. & plenissimè *Rot. in Firmana Primogenituræ 12. Ianuarij 1663. coram bo: me: Verospio.*

Et latiùs, quod implementi defectus non faciat
recedere à contractu, nisi adsit causa finalis, firmauit 233
Gratian. Discept. cap. 803. Spad. cons. 214. num. 12. lib. 2. Cyriac. controu. 375. Merlin. de Pignorib. lib. 4. quæst. 41. num. 18. Seraph. dec. 591. nu. 7. Merlin. dec. 351. num. 7. & dec. 300. par. 11 rec. & latissimè *in Romana Concordiæ 25. Iunij 1668. coram R. P. D. Calataiù. dec. 70. post tract.*

Est tamen hęc conclusio intelligenda, secundùm distinctionem, quam allegat *Add. ad Buratt. dec. 640. num. 30.* scilicet, procedere in contractibus, qui non sunt simpliciter, & absolutè nominati, sed continent
in se, mixtum aliquem contractum nominatum, vt, 234
quando in emptione, ex parte emptoris promittitur aliquid, ex quo resultat contractus innominatus, & sine quo, non fuisset venditor rem alienaturus: & hoc casu, si pactum illud non adimpleatur, potest rescindi contractus, etiam, per viam actionis; Secùs verò, si contractus sit verè nominatus, & nullam habeat ab innominato dependentiam, tunc, enim, veriùs est, non posse rescindi contractum, per viam actionis, licèt non præstetur id, quod fuit causa finalis contractus, & principaliter mouit partes ad contrahendum, sed agi debet, ad implementum, vel ad damnum; Et hæc sententia comprobatur auctoritate, *Surd. cons. 38. num. 3. Bellon. Iun. cons. 13. num. 43. vers. primus est, Galganett. vbi suprà par. 2. cap. 4. quæst. 4. num. 5. Altograd. Iun. d. dec. vnica, post suas controu. num. 97.*

Et, ex prædictis apparet, quòd, sicuti per defectum causæ finalis potest contractus rescindi, ita, per defe-
ctum causæ non finalis, sed impulsiuæ, nullo pacto, 235
annullari potest, neque, per viam actionis, neque, per viam exceptionis, vt latissimè *Galganett. de condit. par. 2. cap. 4. quæst. 6. num. 6 Censal. dec. Luc. 20. nu. 29. Cancer. var. par. 1. cap. 8 num. 96. Altograd. Iun. controu. 29. num. 36. & seqq. Rot. Romana in dec. impressa post Donat. Anton de Mariu. cap. 87. num. 6. lib. 1.*

Nisi, esset de essentia actus, ità, vt causa circum-
scripta, actus non subsisteret, quia, eo casu, semper 236
annullatur dispositio, vt est *tex. in l. sed si maritus, §. fin. ff. de Donat. inter vir. & vxor. Galganett. d. par. 2. cap. 4. quæst. 4. num. 6.* seu aliàs non esset contractutus; Nam, eo casu, efficitur finalis, vt per *Galganett.*
vbi suprà par. 2. cap. 4. quæst. 4. nu. 9. 10. Censal. d. dec. 237
Luc. 20. num. 18. cum alijs per eum cumulatis, & *in d. Romana Concordiæ 25 Iunij 1668. cor. R. P. D. Calataiù. dec. 70. num. 3. post tract.*

Quando, verò, causa dicatur finalis, & quando
impulsiua, latè ostendit, *Galganett. de condit. & de-* 238
monstr. par. 2. cap. 4. quæst. 9. per tot. vbi multæ distinctiones afferuntur, *Altogr. cons. 36. nu. 14. 15. lib. 2.*

Ani-

Animaduertendum, tamen, est renunciationem
factam, ad fauorem patris absentis, eorumque filio-
rum, notario stipulante, & acceptante, pro ijs, non
dicitur vnica renunciatio, sed duæ renunciationes,
vna ad fauorem patris, altera ad fauorem filiorum;
adeout, etiam si, respectu patris, possit annullari ob
non adimplementum conditionis in renunciatione
239 appositæ, remanet tamen valida, ad fauorem filio-
rum, qui, mortuo patre, valent eandem renuncia-
tionem acceptare, & conditioni parere, vt eleganter
ostendit *Altograd. cons.* 36. 37. 38. *lib.* 2. & latissimè
fuit dictum per *Rot. dec.* 356. *num.*3. *& seqq. par.* 12.
recent.

Est, igitur, verum, vt supra fuit dictum, quod re-
nunciatio est nulla, vbi deficit causa, ob quam fuit
240 inita, vel quando detegitur falsa, vt latè firmauit
etiam *Capyc. Galeott. controu. cap.*44. *Rot. coram Mer-
lin. dec.* 229. *& dec.*362. *num.* 12. *par.* 12. *recent. & in
Romana Associationis* 8. *Iunij* 1665. *coram bo: me:
Emerix, dec.*117. *num.*10. *post tract.*

241 Hinc est, quòd donatio ad suscipiendos sacros Or-
dines, si donatarius non fuerit ordinatus, etiam fa-
cta traditione, euanescit, *Barbos. summ. Apost. decis.*
265. *num.*6. licèt contrarium existimet *Ricc. decis* 80.
*par.*3. quem refert *Donat. Anton. de Marin. resol. quo-
tid. cap.* 87. *num.* 4. *lib.* 1.

242 Sic etiam disputatur; An donatio, ob matrimo-
nium reuocetur, matrimonio non sequuto, *Altograd.
cons.*7. *num.* 20. *lib.* 1. *Rot. coram Merlin. dec* 122. *&*
243 *dec.* 335. & quid, si matrimonium sit nullum, *Larrea
dec. Granat.* 33. *Barbos. Vot. decis.* 69. *& vot.* 126.
num. 104.

Et quando ob plures causas facta fuit; an vna tan-
tum cessante, vitietur totus contractus, affirmati-
244 uam, multis cumulatis, probauit *Rot. in Tiburtina
Donationis* 16. *Ianuarij* 1660 *dec.*13. *post tract. nu.*13.
licèt contrarium firmet *eadem Rota in Ariminen. Suc-
cessionis* 23. *Iunij* 1664. *cor. R.P. D.Emerix, decis.* 108.
*num.*11 *post Tractatum*: & de hac re plura etiam apud
*Andreol. controu.*84. *Rot. coram Merlin. dec.*229. *nu.*5.
coram Eminentiss. Otthob. dec. 10 *num.* 45. *decis.* 564.
*par.*4. *tom.*3. *& dec.*251. *num.*10. *par.*6 *rec.*

Et sic etiam eadem regula procedit in dispositio-
nibus conditionalibus, nempè, quod debent omnes
245 adimpleri conditiones, ad hoc, vt habeat locum dis-
positio, vt latè *Fontanell. dec.* 493. *Honded. cons.* 78.
num. 23. *&* 24 *lib.* 1. & sunt textus *in §. penult. Instit.
de Hæred. Instit. l. si hæredes plures conditiones, ff. de
condit. Instit. l. si quis ita*, 129. *ff. de Verb. Oblig. Rot.
in Perusina Fideicommissi* 27. *Maij* 1661. *coram bo: me:
Verospio post tract. dec.* 183. *num.* 6. Quando vero re-
nunciatio facta fuit cum duplici onere, alternatiuè
tantum, videlicet, illud, vel illud faciendi; vno, ex
his onere acceptato, non potest quis redire ad aliud,
vt firmauit *Rota in Romana Vsusfructus* 4. *Februarij*
1661. *coram R. P. D. Priolo, decis.*147. *num.*4. *post Tra-
ctatum.*

Et quæ dicta sunt de renunciatione, vel donatione
rescindenda, cessante causa, habent locum etiam in
legato: Vnde disputatur; An legatum relictum, vti
246 debitum, sublineatur, si non probetur debitum, vel
probetur solutum, vt per *Rot. decis.* 4. *& decis.* 188.
par. 12. *recent.*

Sic pariter: An legatum relictum ad certum effe-
247 ctum impletum, in vita testatoris euanescat, *Rot dec.*
207. *&* 233. *par.*3. *& dec.* 6. *num.*1. *par.*6. *rec.*

Relictum pro dote; An debeatur maritatæ, *Giova-
248 gnon. cons.* 51. 52. *per tot. Andreol. controu.* 386. *Me-
rend. cap.* 40. *lib* 16. *Monac. ad Minad. dec.*34. *num.*3.

249 Relictum Ecclesiæ, ea diruta, an expiret, *Gratian.
discept. for. cap.* 131.

Verum est, tamen, quòd, quando fuit facta renun-
ciatio, cum conditione, vel ob causam, quod infra
aliquod tempus, aliquod opus perficiatur, sufficit, vt
intra dictum tempus fuerit inceptum, *Vasq. controu.* 250
Illustr. cap. 95. *Barbat. cap. nos quidem, num.*39. & ibi
*Abb. num.*9. *Anan. num* 10. *Couarr. num.* 9. *de Testam.
Rocch. de Curt. de Iurepat. verbo, construxit, quæst.* 10.

An verò talis conditio, vel causa expiret, mortuo
primo donatario, vel renunciatario, aut potiùs in- 251
telligatur apposita substituto, vt V.G. onus habitan-
di, censeatur, tantum ad vitam donatarij, vel etiam
substitutorum, latè disputat *Merlin. dec.*380. *&* 408.

Sicut onus implendum V. G. in die obitus; An in-
telligatur vnica vice, vel singulis annis, *Barbos. Vot.* 252
decis. 38. vel onus aliquid faciendi in primo anno, an
intelligatur de primo donatario, vel etiam de substi- 253
tuto, *Cyriac. controu.* 340. *Pignattell. Canon. Consult.*
157. *per tot.*

CAPVT XXXIV.

Veniens contra renunciationem; an priùs teneatur restituere accepta: Et firmata opinione affirmatiua, eadem variè declaratur, & limitatur.

SVMMARIVM.

1 *Petens rescissionem contractus, debet antè omnia restituere acceptum.*
2 *Petens rescissionem renunciationis, debet acceptum restituere.*
3 *Quis potest, non facta restitutione acceptorum intentare nullitatem renunciationis.*
4 *Prima opinio procedit, quando quis petit contractum rescindi ob læsionem.*
5 *Secunda procedit, quando intentatur nullitas contractus, quia statuti forma non sit seruata.*
6 *Qui petit executionem contractus, debet priùs adimplere pro sua parte.*
7 *Exceptio adimplementi retardat processum ad vlteriora.*
8 *Idem operatur propositum in proposito, ac oppositum in opposito.*
9 *Contractus nullus non impedit processum ad vlteriora.*
10 *Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.*
11 *Dum constat de nullitate, non est deueniendum ad executionem, nisi priùs facta restitutione.*
12 *Ecclesia, vel minor non tenentur restituere acceptum in casu, quod nullitatem intentent, nisi probetur versum esse in eorum vtilitatem.*
13 *Intentans nullitatem, non tenetur restituere, quicquid habuit, quando est creditor ex alia causa.*
15 *Sed tale creditum debet esse liquidum, aliàs non potest fieri compensatio.*
15 *Limita, quando adest, vt non possit intentari nullitas, nisi restitutis acceptis; quia tunc, quamquam creditor ex alia causa non potest compensare.*
16 *Non tenetur restituere acceptum, quando causa rescissionis est commissa à Papa absque solutione pœnæ.*
17 *Et pariter non tenetur restituere, quando intentat rescissionem in vim pacti in instrumento appositi, quod non sit impletum.*
18 *Et pariter restitutio habet locum parte opponente, non aliter.*
19 *Intentans nullitatem ex capite læsionis enormissimæ,*

non

non tenetur restituere acceptum.
20 *Sed contraria opinio est magis communis.*
21 *Baro an possit petere nullitatem actus antecessoris, non restituto quicquid habuit.*
22 *Mulier, quæ recepit legatum pro omni, & toto eo, non potest petere sua credita, nisi restituto legato.*

DIximus, suprà, multis de causis, renunciationes
posse rescindi, & anuullari; Vndè non erit in-
congruum, post hæc, indagare; an intentans iudi-
cium, pro nullitate, teneatur restituere omne emolu-
mentum, quod habuit pro renunciatione.
Nonnulli affirmatiuè scripserunt, quod petens re-
scindi transactionem, vel alium contractum, debet
1 antè omnia acceptum restituere, *ex textu in l. qui fi-
dem, ff. de Transact. & in l. si diuersa, C. eodem, Afflict.
dec. 220. Nauar. quæst. for. lib. 1. quæst. 140. Gramat.
dec. 66. num. 22. Mastrill. dec. 13. num. 1. 3. Donad. de
Renunc. cap. 12. in princ. Capyc. Latro dec. 149. nu. 1.
Rot. post Cenc. de Cens. dec. 262. num. 2. 3. & dec. 261.
num. 11. par. 11. & dec. 7 num. 2. par. 8. rec.* Et in ter-
minis renunciationis futuræ successionis, *Bald. in l.*
2 *fin. num. 5. vers. sed pone, C. de Dot. promiss. Crauett.
cons. 84. num. 1. Paris. cons. 96. num. 112. vol. 1. Me-
noch. cons. 650. num. 9. Giurb. dec. 103. num. 8. Barz.
dec. 103. num. 28. Donad. de Renunc. cap. 12. num. 40.
Cyriac. controu. 351. num 14. & seqq. Fontanell. de Pact.
Nupt. claus. 9. gloss. 1. par. 1. num. 46.*
Et generale est, in quolibet alio contractu, quod
veniens contra eum, teneatur id, quod, occasione illius
recepit, restituere, vt, alijs omissis, latè firmat *Do-
nad. vbi suprà d. cap. 12. num. 5.*
Sed alij negatiuam opinionem approbarunt, quod
possit ad vlteriora procedi, nō facta restitutione acce-
3 ptorum, vt *Georg. alleg. 34.* & alij cumulati per *Capyc.
Latro dec. 149. num. 2. Giurb. dec. 103. num. 2. 3. Coccin.
dec. 301. num. 8. Rot. coram Gregor. dec. 373. num. 21.
& dec. 262. num. 4. post Cenc. & dec. 7. num. 4. par. 8. rec.
& in Romana Vineæ ad Aquam Sanctam 28. Ianuarij
1661. §. nec etiam, coram R.P.D. Priolo.*
Sed conciliantur opiniones, quod, prima opinio
locum habeat: quando quis petit contractum rescin-
4 di, vel ob læsionem, vel alio quouis capite, vt infi-
nitis, de more, adductis, probat *Giurb. dec. 103. num.
28. Caualer. dec. 311. nu. 8. post Cenc. de Cens. d. dec. 262.
num. 2. dec. 7. num. 3. par. 8. rec. Rub.* alijs cumulatis, *ad
dec. 81. num. 51. eadem par. 8. recent.*
Secunda, verò, procedit in casu, quod intentatur
nullitas contractus, vel quia forma statuti non sit ser-
5 uata, vel quia sit celebratus à minore absque tutoris
consensu, vel ex alio quocumque capite nullitatem
præseferente, *Milanen. dec. 7. num. 21. lib. 2. Giurb. dec.
103. num. 2. 3. Capyc. Latro d. dec. 149. num. 5. lib. 2.
Coccin. dec. 301. num. 8. & eadem Rot. coram Gregor.
dec. 373. num. 21. & dec. 262. num. 4. post Cenc. de Cens.
& dec. 7. num. 4. par. 8. rec.* vbi latissimè, & magis diffu-
sè, *Rub. in adnot. ad decis. 81. eadem par. 8. rec. num. 64.
& 65.* vbi, quod Rota nequaquam discessit ab hac
opinione.
Ratio, verò, quare, quando agitur ad rescissionem
transactionis, vel alterius contractus, non possit au-
diri actor, nisi restituat id, quod accepit: quando,
verò, agitur per viam nullitatis, & inualiditatis, au-
diatur etiam, non facta restitutione acceptorum,
assignatur per *Rubeum ad d. dec. 81. num. 74. & seqq.
par. 8.*
Quod nempè primo casu, sicuti, qui petit execu-
6 tionem contractus, debet priùs adimplere pro parte
sua ea, quæ promisit, & exceptione adimplementi
opposita retardatur processus ad vlteriora, *l. Iulia-*
7 *nus 83. §. offerri, ff. de act. empt. l. cum proponas, 2, C.
de Pact.* Ita quoque, qui petit annullationem contra-
ctus, & agit ad illius rescissionem, debet adimplere,
ex parte sua, priùs restituendo, quòd accepit. Nam
idem operatur propositum in proposito, ac opposi- 8
tum in opposito, *l. vt contrà, ff. Vulg. & pupill.*
Quæ ratio cessat, in eo, qui dat de nullitate contra-
ctus, quia non petit executionem ipsius contractus,
sed opponit de eius nullitate, & sic non tenetur acce-
pta restituere, cum contractus nullus non impediat
processum ad vlteriora. Etenim non præstat impedi- 9
mentum, quod, de iure, non sortitur effectum, *cap.
non præstat, de Reg. Iur. in 6.* Et hanc distinctionem 10
semper *Rota* sequuta fuit, vt patet ex decisionibus ad-
ductis per eundemmet *Rub. d. dec. 81. num. 91.*
Id quod diximus, vt intentans nullitatem contra-
ctus audiri possit absque restitutione acceptorum, est
intelligendum, antequam procedatur ad vlteriora, in
iudicio; quia causa per sententiam terminata, & de-
clarato contractu nullo, certum est, quod nihil po-
test obtinere, nisi pecuniam receptam priùs integrè
restituat, vt firmat *Decian. cons. 32. num. 4. volum. 4.*
quem allegat, *Mastrill. dec. 13. num. 30. 31. Giurb. d.
dec. 103. num 4.* vt etiam firmauit *Rot. relata per Rub.
ad d. decis. 81. num. 93. par. 8. rec.* vbi, quod dum con- 11
stat de nullitate, non est deueniendum ad executio-
nem, nisi priùs facta restitutione.
Verùm, tamen est, quod, si iudicium nullitatis in-
tentaret Ecclesia, vel minor, tunc pretium, vel aliud
acceptum restituendum minimè foret, nisi probare- 12
tur versum esse in vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ,
vt plenè per *Riminald. Iun. cons. 5. num. 16. vol. 1. Can-
cer. lib. 2. var. cap. 1. num. 250. & seqq. Giurb. dec. 103.
num. 11. Andreol. controu. 3. num. 25. lib. 1. Mastrill. d.
dec. 13. nu. 2. Rot. coram Penn. dec. 620. num. 2. coram
Merlin. dec. 229. num. 10.* & latissimè *Rub. ad d. dec.
81. num. 99. par. 8. rec.*
Et similiter, licèt verum sit, vt qui petit rescissio-
nem, & annullationem contractus, debeat priùs re-
stituere acceptum, vt vidimus, nihilominùs non po-
test cogi ad restituendum accepta, si constet illum esse 13
creditorem, pro alia summa rei conuenti, vt tradit
*Menoch. consil. 644. Cephal. consil. 667. in fine, lib. 5.
Capyc. Latro d. dec. 149. num. 6. 7.* & firmauit *Rot. dec.
147. num. 20. par. 5. recent. & in dec. 192. num. 25.
par. 10.*
Sed ea summa debet esse liquida, vt alijs adductis,
firmauit, *Donad. de Renunciat. d. cap. 12. num. 43.* & 14
alijs relatis, *Capyc. Latro d. dec. 149. num. 14. versic.
Secundo respondetur.*
Accidit, aliquando, vt in contractu adsit pactum
expressum, de non veniendo contra renunciationem,
vel alium contractum, nisi priùs restitutis acceptis,
& tunc quamquam actor sit creditor, ex alia causa, 15
non potest effugere oblationem accepti, vt firmauit
Capyc. Latro alijs adductis, *d. dec. 149. num. 14. Giurb.
d. decis. 103. num. 14. Rot. coram Gregor. decis. 418.
num. 9.*
Firmauit verò *Rot. coram Seraph. dec. 922.* quod,
hoc pacto non obstante, si causa rescissionis instru-
menti fuerit commissa à Papa absque solutione ali- 16
cuius pęnæ, & absque restitutione acceptorum, nun-
quam possit cogi actor ad restituendum quidquid
habuit.
Vlteriùs est notandum in materia, nequaquam
posse cogi actorem ad restituendum accepta, quan-
do contractum non impugnat, sed tantum agit ad re-
scissionem in vim pacti in instrumento appositi, quod
à patre non sit adimpletum, vt, pluribus alijs Rotæ 17
Decisionibus allatis, firmauit eadem *Rot. in Romana
Vineæ ad aquam Sanctam 28. Ianuarij 1661. §. nec etiam
coram R. P. D. Priolo.*

Et demum, quæ de audientiæ denegatione, in iudi-
18 cijs rescissorijs, adducuntur, procedunt, quidem,
parte opponente, & non aliàs, vt, benè probat *Giurb. d. dec.103. num.13. & Rub. ad decisionem 81. num.62. par. 8. rec.*

Nonnulli putauerunt, in terminis nostris, quod petens rescissionem contractus, ex capite læsionis enormissimæ, possit iudicium intentare, nulla facta restitutione acceptorum; eo quia, læsio enormissima reddit contractum nullum, & vbi agitur de declarando contractu nullo, non est locus restitutioni acceptorum, vt vidimus, &, huius opinionis, fuerunt
19 *Mastrill. dec. 13. 14.* & alij relati per *Capyc. Latr. d. dec. 149. num. 5.*

Sed horum opinio reijcitur, per *Menoch. cons. 644.*
20 *Houded. cons. 34. num. 34. lib.2.* vt notat idem *Capyc. Latro in sæpiùs citata dec. 149. num.12. Barz. dec.103. num. 28.* & firmauit *Roc. vt in dec. 340. num. 1. par. 1. diuers.* & in alijs locis allegatis per *Rub. d. dec. 81. num. 62. par. 8. rec.*

Tandem, pro coronide Capituli nostri, scire opor-
21 tet, hanc regulam, quòd, non possit intentari rescis-
sio renunciationis, non restituto priùs accepto, procedere non tantum in ijs, qui expresè renunciarunt, instrumento adhibito, sed etiam, in ijs, qui virtualiter bonis alicuius renunciant; vt potest exemplificari, in filia, quæ acceptauit legatum à patre sibi factum,
22 pro omni, & toto eo, quod prætendere, & consequi
posset, in sua hæreditate, quacumque causa. Volens enim, prædicta mulier petere contra voluntatem patris suam dotem, vel legitimam post acceptationem prædicti legati, audienda non est, non restituto legato, vt, optimis rationibus, probat, *Cyriac. contron. for. cap. 351. num. 18. & seqq.*

CAPVT XXXV.

Facta renunciatione cum reseruatione certæ portionis, ad testandum, si renuncians, de portione reseruata, non disponat, talis portio reseruata, an spectet ad renunciatarium, vel hæredem renunciantis, &, an id procedat, facto testamento, per renunciantem, vel fauore fisci.

SVMMARIVM.

1 *Portio reseruata, de qua non disponit renuncians debet cedere commodo hæredum ab intestato venientium.*
2 *Decedens ab intestato censetur relinquere suas proximioribus agnatis.*
3 *Contrà. quod reseruata vadant ad renunciatarium, vel eius hæredes.*
4 *Moriens intestatus dicitur impropriè, & per fictionem in venientes ab intestato disponere.*
5 *Is dicitur disponere, qui aliquid facit in testamento, vel alia vltima voluntate.*
6 *Dispositio conditionalis debet propriè adimpleri.*
7 *Distinguunt aliqui, an fuerint donata bona reseruata facultate disponendi de certis rebus, aut an fuerint donata bona, exceptis rebus reseruatis, primo casu resoluunt ad fauorem donatarij, secundo casu non.*
8 *Sed contra quod indistinctè semper spectet hæredibus ab intestato eadem portio reseruata.*
9 *Sed opinio contraria, quod sit facienda supradicta distinctio magis placet.*
10 *Quando expresè fuit dictum portionem reseruatam spectare ad donatorem, cessat omne dubium.*
11 *Quando renuncians decedit facto testamento, tunc portio reseruata &c. spectat ad hæredes vocatos in testamento.*
12 *Contrarium alij tenent, quo qui habet facultatem testandi, non dicatur disposuisse per hæredis institutionem.*
13 *Sed prima opinio est verior.*
14 *Limita, quando in donatione aliter fuit conuentum.*
15 *Et quando disponens non habet plenum ius in bonis reseruatis.*
16 *Vt in vsufructu.*
17 *An habens facultatem disponendi censeatur disponere per hæredis institutionem.*
18 *Et an habeat locum talis opinio in fiscum, qui possit succedere in portione reseruata.*
19 *In dubio contrà fiscum est iudicandum.*
20 *Relinquens non potest habere intentionem, vt bona eius fisco deferantur, potiùs quam hæredibus donatarij.*
21 *Reseruatio est personalis.*
22 *In ijs, quæ odio alicuius sunt introducta, non potest fieri extentio.*

HAnc quæstionem nõnulli decidunt, affirmatiuè, nonnulli, negatiuè, quoad heredem renunciantis. Et præcipuè, quod, si renuncians non disponat, de hac portione reseruata, debet cedere, commodo hæredum, ab intestato venientium, non, verò, donatarij, vel eius hæredum, tenent, præ cæteris, *Curt. Iun. in*
auth. res quæ, num. 24. C. com. de leg. Socin. Iun. cons. 1
83. num. 7. lib. 4. Cels. Vgo cons. 97. num. 4. Mant. de Coniect. vlt. vol. lib 7. tit. 7. num. 4. Marcab. cons. 81. num. 10. Barz. dec. Bonon. 96. num. 30. Surd. dec. 262. Gratian. discept. for. discept. 50. num. 19. Franc. dec. 45. & dec. 600. par. 4. Sesse dec. Arag. 48. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 450. num. 1. Fontanell. de Pact. Nupt. tom 2. claus. 5. gloss. 10. par. 1. num. 70. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 5. gloss. 4. par. 1. num. 6. Franc. Leo. dec. Valent. 58. per tot. Cancer. var. par. 1. cap. 2. num. 112. Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. cap. 88. num. 3. 4. lib. 1. Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 18. num. 57. & nouissimè, *Rot. in Eugubina Donationis 7. Iunij 1662. coram bo: me: Cardinali Vicecomite, §. pro residuo, dec. 198. post tract.*

Et ratio desumitur, *ex textu in l. conficiuntur, ff. de Iur. Codicill.* quod, nempè, decedens ab intestato,
censeatur relinquere suas res venientibus ab intesta- 2
to, &, ex alijs rationibus, adductis per *Fusar. d. quæst. 550. num. 2. & seqq.*

Alij, è contra, ad fauorem donatarij sententiam protulerunt, vt, scilicet, si donans, vel renuncians, de portione reseruata, nequaquam disposuerunt, donantis, vel renunciantis ab intestato hæredes nil con-
sequi possint; Sed talis portio accrescat donatarijs, 3
vel renunciatarijs, *Socin. Sen. consil. 93. num. 3. lib. 3.* optimè *Crauett. cons. 15.* vbi, quòd, si quis aliquid sibi reseruat pro puella maritanda, si puella moritur, reseruata vadunt ad donatarium, *Gabriel. cons. 92. num. 11. & seqq. lib. 1.* cum alijs latè cumulatis per *Fusar. de substit. quæst. 550. num. 6. & seqq.* & per *Mastrill. dec. 277. num. 8. 10. Thesaur. dec. 97. num. 3.*

Et rationem assignant, quòd intestatus, moriens 4
dicatur in venientes ab intestato disposuisse, per fictionem, & impropriè, *l. conficiuntur, ff. de Iur. codicill.* non ergo dicitur disposuisse, qui nullum condidit testamentum, nam, is disponere dicitur, qui facit ali-
quid in testamento, vel vltima voluntate, *§. penult.* 5
Inst. quibus ex caus. manum. & §. disponat, Auth. de Nupt. & dispositio hæc, cum sit conditionalis, debet

pro-

6 propriè, & verè adimpleri, *l. Manus, & l. qui hære-
di, ff. de condit. & demonstr. l. si quis fundum, ff. de
contrab. empt.*

Nonnulli mediam viam eligentes, tenuerunt, quod,
vel fuerunt donata, aut renunciata omnia, omninò,
bona, reseruata sibi facultate disponendi, de certis
rebus, ex his, quæ donatæ fuerunt: Aut fuerunt do-
nata bona, exceptis ijs, quæ sibi disponenda reser-
uauit: primo casu, eo non disponente, putarunt ad
7 donatarium spectare portionem reseruatam; secũdo
verò casu, ad hæredes ab intestato, & huius distin-
ctionis auctor fuit Senatus Pedem. vt per *Thesaur.
dec. 97. per tot.* quem sequitur *Seße dec. Arag. 48.
Cels. Vgo cons. 37. num. 12. & seqq. Casanatt. cons. 37.
num. 29. Bertrand. cons. 1. lib. 1.* & alij relati per *Ma-
strill. 277. num. 10.* quibus addo *Merend. controu. lib.
16. cap. 38. per tot.* latissimè, *Monacb. dec. Bonon. 71.
numer. 80. & seqq.*

Sed quamquam hæc opinio, in puncto iuris verior
sit, per ea, quæ doctissimè tradit, *Merend. controu.
d. lib. 16. cap. 78.* nihilominùs magis communiter
Doctores, eam impugnant, asserendo indistinctè pro-
cedere regulam, de qua suprà *num. 1.* ad fauorem hę-
redum ab intestato, vt ad eos semper spectet portio
reseruata, nullo condito testamento, per donatorem,
8 vt voluerunt, *Caneer. vbi suprà par. 1. cap. 2. nu. 112.*
vbi ait, quod, in proposito, sit cauendum à *Bertrand.
& à Thesaur. Donat. Anton. de Mariu. d. cap. 88. nu. 6.*
vbi, quod opinio *Thesaur.* & sequacium non est atten-
denda, quia non disponendo, illum vocare videtur,
qui à lege ad successionem admittitur, &, pro hac
opinione, contrà *Thesaur.* residet *Monacb. dec. Bonon.
71. num. 81. 82.* Doctiss. *Salgad. in Labyr. credit. par. 2.
cap. 18. num. 57.* vbi, quod, licèt, prima opinio, in
puncto iuris, sit verior, nihilominus non auderet à
magis communi recedere.

Ego, tamen, vt ingenuè fatear, in facti cõtingentia
potiùs tenerem cum *Thesaur.* Siquidem, cum do-
nata iam bona reseruata, cum cęteris bonis transtu-
lerit in donatarium, non est præsumendum in casu,
9 quod, de hac portione reseruata, non disponat, vo-
luisse eam deferri ad venientes ab intestato, pręcipuè,
cum dici non possit in patrimonio donationis, egre-
giè obseruat, *Merend. d. lib. 16. cap. 38. num. 5. &
seqq.* vt, ex alijs rationibus, per eum ponderatis,
vsque ad finem capituli.

Benè verum est, quod, si in dispositione expresè
sit conuentum, vt bona reseruata transeant in dona-
torem casu, quo, de ijs non sit dispositum in vltima
voluntate, tunc cessat omne dubium ad fauorem do-
10 natoris, & pactum est seruandum, vt tenet *Castill. tom.
6. cap. 113. num. 34. col. 3. ad finem*, quem refert, &
sequitur *Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 18. nu. 58.*
& latissimè probat *Monac. d. dec. Bononiens. 71. num.
1. ad 74.*

Et suprà firmata procedunt, in casu, quod donans
obierit, nullo condito testamento, si verò decedat,
facto testamento, & de hac portione reseruata nullam
faciat mentionem, *Fusar. de substit.* cum alijs quam-
pluribus, per eum, citatis, firmat, eo casu, portio-
nem reseruatam deberi hæredibus in testamento scri-
11 ptis, & multis rationibus hanc sententiam, probat,
vt, vltrà adductos, per *Fusar. Gratian. discept. for. cap.
539. num. 5. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. gloss.
23. num. 8. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 5. gloss. 4.
par. 1. num. 6.* cum multis congestis à *Salgad. Labyr.
credit. par. 2. cap. 18. num. 52.* & facit *Rot. in Romana
Census, seu Fideicommissi 9. Aprilis 1666. coram R. P.
D. Bourlemont, post tract. dec. 61. num. 8.* vbi, quod
promittens declarare, declaratione non facta, fidei-
commissum censetur purum.

Contrarium tamen, alij probant, & volunt, quod,
qui habet facultatem testandi, & disponendi de certis
bonis, non dicatur disposuisse, per hæredis institutio- 12
nem, nisi sit facta expressa, & specialis dispositio, de
ipsis bonis, vt plenè *Siluan. cons. 14. Cranett cons. 17.
num. 13. & cons. 236. num. 14. Cels. Vgo cons. 120. nu.
10. Paris. cons. 90 num. 6. & seqq Grat. resp. 50. nu. 52.
Monacb. d. dec. Bonon. 71. num. 10. & seqq.* & alij ad-
ducti per *Fusar. d. quæst. 550. num. 16. vers. sed alij
contrarium.*

Prima opinio est magis communiter recepta, à qua
non discederẽ, cũ infrascriptis, tamen, limitationibus. 13

Primo arbitror illam non habere locum, quando,
in donatione expresè fuit conuentum, quod, si de
illis bonis reseruatis non disponeret, illa, pariter, 14
censeantur donata, vt egregiè firmat *Monacb. dec. 71.
num. 1. vsque ad 73.* pluribus argumentis.

Secundo est intelligenda eadem opinio, quando
facultatem reseruans, Dominus sit, & plenam habeat
facultatem disponendi, de aliqua re, secus verò, si
reseruans, & habens facultatem Dominus non sit,
nec plenum ius habeat, in bonis reseruatis, vt firmat
Fusar. cons. 129. num. 4. & de substit. d. quæst. 550. nu. 15
*19. Fontanell. de Pact. Nuptial. tom 2. claus. 5. gloß.
10. par. 1. num. 68. Amat. tom. 2. resol. 76. num. 12. Sal-
gad. in Labyr. credit. d par. 2. cap. 18. num. 59. & 60.*

Et potest exemplificari, in relicta vsufructuaria
cum facultate disponendi, de certa portione, ad fa-
uorem aliorum; Hæc enim, licet disponat, de suis 16
bonis in testamento; nihilominus, si de hac portione,
specificam mentionem non facit, eam ad suos hære-
des non transfert, vt latè *Fusar. d. cons. 129. num. 4.* &
latiùs *d. quæst. 550. num. 19.*

Alias multas limitationes ad regulam, & declara-
tiones affert *Monac. d. dec. Bonon. 71. num. 1. vsque ad
num. 13.* ad quem recurrere possunt legentes, quan-
do casus incidat disputandi de materia hac.

Et latiùs, an reseruans sibi facultatem testandi, & 17
disponendi censeatur, per hæredis institutionem, di-
sposuisse, *Gabriel. cons. 143. num. 8. lib. 1. Mantic. de
Coniect. lib. 7. tit. 7. num. 14. Siluan. cons. 14. num. 4.
Bellon. Iun. cons. 30. num. 79. Cyriac. controu. for. 73.
num. 39. Venturin. cons. 29. num. 35. Rot. post Pacif. de
Salu. dec. 149. num. 9. & dec. 150. per tot.*

Tandem quæri potest, an ea, quæ suprà fuerunt
adducta, in quæstione principali, habeant locum in
fisco; Vt V.G. si donans, qui sibi facultatem reserua-
uit disponendi de certa quantitate, rei donatæ, an-
tequam declaret, & disponat, de portione reseruata,
delictum committat, & eius bona sint confiscata.
Quæritur, in quam, an, hoc casu, sit tenenda opi- 18
nio *de Franeb.* & sequacium, ad fauorem fisci, vel
potiùs *Thesaur.* & aliorum ad fauorem donatarij.

Et potest responderi contra fiscum absque dubita-
tione, non solùm, quia, regulariter vbi quæstio sit 19
disputabilis, semper contra fiscum est decidenda,
l. ambiguis, ff. de Iur. Fisc.

Verum quia, disputato articulo, ita tenet *Mastrill.
dec. 277. per tot.* & præcipuè *à nu. 16. vsque ad finem,
Mut. dec. Sicil. 49. num. 14.* quem refert, & sequitur
Donat. Anton. de Marin. resol. 88. num. 8. Et ratio à
prædictis Doctoribus, allata mihi videtur vrgen-
tissima.

Nam resolutio quæstionis, ad fauorem hæredum,
ab intestato, contra *Thesaurum*, fundatur in eo,
quod donator, decedendo ab intestato, fictione iuris,
& præsumptiuè, ac permissiuè disponere videatur,
in venientes ab intestato, sed hæc præsumptio, &
fictio, ac permissiua dispositio, non potest conside-
rari in delinquente, meritò, &c. Præcipuè, cum non 20
possit fiscus prætendere, vt de iure, huiusmodi re-
ser-

21 seruatio ad eum transeat, quia, vti personalis, ad alium transfertur, vt est *tex. in l. ex facto, §. si quis, ff. ad Trebell.*

Quod verò non sit præsumendum delinquentem velle disponere ad fisci fauorem plusquam indubitatum est; quia, hoc esset eius odio introductum. Vndè, non potest fieri aliqua extentio, seu argumenta-
22 tio, vt veniat in cõfiscatione, portio reseruata, vt post *Dec. Cephal. Rum.* quos allegat, ostendit *Mastrill. d. dec. 277 num. 20.* vbi facit differentiam in facto magis necessario, videlicet, in casu mortis, & in casu minùs necessario, vt potè Banni, vel confiscationis, *Rum. cons. 23. num. 24. lib. 5.* cum similibus per eum adductis.

CAPVT XXXVI.

Renunciatio, pro parte nulla, an in totum sit nulla. Vbi plura, an, & quando contractus sit indiuiduus; Plura etiam afferuntur argumenta ad ostendendum, quod renunciatio, pro parte nulla, non sit nulla in totum. Tamen pro nullitate renunciationis concluditur, & conclusio pluribus comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio articuli in quatuor partes; nempè vel renunciatio est nulla in parte, respectu conditionis non adimpletæ, vel respectu personæ, vel respectu rei, vel causarum.*
2 *Renunciatio, quæ fuit facta sub aliqua conditione, si conditio pro parte deficiat, renunciatio est nulla in totum.*
3 *Conditio reddit negocium indiuiduum.*
4 *Et propterea si est nulla in parte, est nulla in totum.*
5 *Renunciatio facta sub conditione non alienandi bona, si pro parte alienantur, est nulla in totum.*
6 *Alienans partem non cadit à toto.*
7 *Limita quando prohibitio fuit iniuncta per viam conditionis, & in contractibus vltrò citroque obligatorijs.*
8 *Contractus est indiuiduus, & debet in totum accepari.*
9 *Contractus non potest pro parte impugnari, & pro parte non.*
10 *Et tali casu præiudicat etiam alijs successiuè vocatis.*
11 *Facta substitutione in casu mortis plurium, vno decedente in eius portione succedit substitutus.*
12 *Pluralitas resoluitur in singularitatem.*
13 *Contrarium, quod portio decedentis sine filijs accrescat alij instituto.*
14 *Sed limitatur, quando sunt ascendentes testatoris, quia tunc inter institutos est locus iuri accrescendi.*
15 *Copula,* Et, *quando resoluitur in discretiuam.*
16 *Voluntas testatoris potiùs, quam verba, est sequenda.*
17 *Quando pluralitas non resoluatur in singularitates.*
18 *Facta renunciatione ad fauorem plurium, cum obligatione soluendi decem quolibet anno, si aliquis deficiat, an resoluatur in totum.*
19 *Quod non resoluatur, nisi pro parte.*
20 *Promittens pluribus, censetur facta promissio pro ciuili.*
21 *Facta promissione pluribus personis, dicuntur plures obligationes, & contractus.*
22 *In indiuiduis, vtile per inutile non vitiatur.*
23 *Licet conditio natura sua sit indiuidua, fit diuidua ratione subiectæ materiæ.*
24 *Conditio est semper indiuidua, quando vni est relicta.*
25 *Siue consistat in dando, siue in faciendo.*
26 *Quando conditio est pluribus relicta potest esse diuidua.*
27 *Vnus adimplendo, potest pro rata ad legatum admitti.*
28 *Legato certo fundo Titio, & Seio, si decem dederint, potest alter suam partem offerre, & medietatem legati consequi.*
29 *Quando conditio est apposita pluribus, dicitur à testatore diuisa pro parte sua.*
30 *Valet argumentum à contractu ad vltimas voluntates.*
31 *Obligatio est diuidua, quando continet rem, quæ consistit in pondere, numero, & mensura.*
32 *Quando alter ex promissoribus adimplet pro parte sua, consequitur liberationem.*
33 *Seruitus est indiuidua, & scindi non potest.*
34 *Obligatio faciendi est indiuidua.*
35 *Contra, quod contractus in totum rescindatur, quando pro parte vnius ex renũciatarijs, nõ adimpletur.*
36 *Forma est indiuidua, nec addi, nec minui potest.*
37 *Per appositionem pœnæ obligatio efficitur indiuidua.*
38 *Quando constat de vnitate instrumenti obligatio, licèt facta pluribus personis, est indiuidua.*
39 *Licèt contrarium sit, quando disiunctiuè interuenerunt, & non coniunctim.*
40 *Præcipuè quando per copulam,* Et, *plures personæ in instrumento nominantur.*
41 *Eo casu, plures habentur loco vnius.*
42 *Plura diuersa simul iuncta pro vno habentur.*
43 *Connexa dicuntur indiuidua.*
44 *Et eo casu pars operatur resolutionem totius.*
45 *Contractus per connexitatem resoluitur in totum.*
46 *Plures simul coniuncti vnius personæ potestate funguntur.*
47 Text. in l. cui fundus, ff. de condit. & demonstr *explicatur.*
48 *Quando aliqua res est posita in conditione solutionis, semper censetur indiuidua, quia reputatur factum.*
49 *Renunciatio facta fauore plurium personarum, si est nulla respectu vnius, non est nulla respectu alterius.*
50 *Renunciatio pluribus facta cuilibet censetur pro virili.*
51 *Et si fuerit nulla pro parte vnius, non erit nulla pro parte alterius.*
52 *In obligatione plurium rerum erga plures, censetur contrahentes facere voluisse actum diuiduum.*
53 *Renunciatio ad fauorem patris, & filiorum, duplex renunciatio dicitur, vna ad fauorem patris, altera ad fauorem filiorum.*
54 *Et annullata pro parte patris, remanet firma pro parte filij.*
55 *Quando filij venirent ex persona propria, pater eis non potest præiudicare.*
56 *Renunciatio pluribus facta, si non valet, respectu vnius, valet respectu alterius.*
57 *In diuiduis, vtile per inutile non vitiatur.*
58 *Idem actus potest esse nullus respectu vnius, & validus respectu alterius.*
59 *Renunciatio ad fauorem plurium, si est nulla respectu vnius, non valet respectu alterius.*
60 *Contractus indiuiduus resolutus in aliqua parte, corruit in totum.*
61 *In dubio omnes contractus indiuidui censentur.*
62 *Diuisio est quid facti, & non præsumitur.*
63 *Renunciatio facta pluribus personis vnitim, dicitur vnum negocium.*

64 *Dictio*

64 *Dictio copulatiua efficit, vt contractus dicatur indiuiduus.*
65 *Negocium est indiuiduum, quando geritur cum iuramento.*
66 *Iuramentum non potest diuidi, quando est interpositum super vno facto.*
67 *Consensus alterius facit actum indiuiduum.*
68 *Decretum Iudicis inducit indiuiduitatẽ in contractu.*
69 *Renunciatio facta ad fauorem fratris, & mariti si est nulla respectu mariti, non valet respectu fratris.*
70 *Meretrici non datur actio ad consequendam rem donatam.*
71 *Et tamen datur retentio, vel exceptio.*
72 *Fratres S. Francisci non possunt acquirere bona stabilia.*
73 *Non sunt capaces annuorum redditunm, etiam pro Missis celebrandis.*
74 *Resolutiones Sacræ Congregationis Concilij recensentur circa relicta Fratribus S. Francisci.*
75 *Donans potest liberè reuocare donationem factam Fratribus S. Francisci.*
76 *Professus in religione incapaci habetur pro mortuo.*
77 *Et facit purificare conditionem in casu mortis.*
78 *Relictum fratribus bonorum incapacibus, quod vnica solutione soluatur, valet, dummodo non sit immoderatum, & thesaurizationem sapiat.*
79 *Legatum annui redditus pro ornamentis Altarium, Sacristiæ, vel fabrica valet, licet factum incapacibus.*
80 *An valeat legatum pro Infirmaria.*
81 *Legatum factum Monasterio incapaci, censetur relictum modo valido, & tenet, & valet.*
82 *Quando est expressè relictum ad vsum religiosorum non valet.*
83 *Sed debet ab Episcopo permutari in alium vsum licitum.*
84 *Relicta Fratribus S. Francisci non dicuntur nulla.*
85 *Legata particularia ad fauorem monasterij incapacis, valent.*
86 *Non verò hæreditates, vel successiones vniuersales.*
87 *Ius vniuersale consistit in quodam intellectuali, quod postquam est radicatum non potest auelli.*
88 *Fratres S. Francisci nullo pacto hæredes institui possunt.*
89 *Pluralitas personarum, non inducit diuiduitatem, quando renunciatio est facta coniunctiuè.*
90 *Cyriac. contr. 181. num. 31. explicatur.*
91 *Renunciatio dicitur duplex, quando est facta ordine successiuo, vt vnus succedat post alium.*
92 *Altograd. cons. 36. lib. 2. explicatur.*
93 *Duplex renunciatio efficitur vnica per non acceptationem vnius ex renunciatarijs.*
94 *Renunciatio nulla pro aliqua re comprehensa in renunciatione est in totum nulla.*
95 *Renunciatio de bonis paternis, & maternis, si ex parte matris est nulla, est nulla in totum.*
96 *Renunciatio hæreditatis Titij, & Seij, si est nulla ob non præstitum consensum vnius, est nulla in totum.*
97 *Licet factum super pluribus rebus dicatur indiuiduum.*
98 *Alienatio prædij dotalis pro parte facta annullatur in totum si excedit medietatem dotis.*
99 *Non verò, si plures obligationes separatim, & diuersis temporibus facta sint.*
100 *Facta adiudicatione bonorum à iudice pro parte partim vera, & partim falsa annullatur in totum.*
101 *Nisi adiudicatio facta sit pro diuersis summis in capitibus separatis.*
102 *Data nullitate renunciationis ex aliqua falsa causa in parte non verificata, totus contractus annullatur.*
103 *Donatio mulieris pro dotanda filia valet absque vlla solemnitate.*
104 *Annullatur tamen in totum si aliqua pars in causam dotis non sit irrogata.*

Pluribus modis contingere potest, vt renunciatio
sit pro aliqua parte, nulla, & ob id superfluum 1
non est de proposita quæstione disputare; Ego tamen, cæteris omissis, casus frequentioris contingentię attingam; Nam, cognitis principalioribus articulis, facilis erit cęterorum resolutio.

Et, in primis, diuidam caput in quatuor partes; In prima erit sermo de renunciatione in parte nulla, respectu conditionis, non adimpletæ; in secunda de ea, quæ respectu alicuius personæ, ad cuius fauorem, fuit facta, non valet; In tertia, de ea, quæ ob res renunciatas non substinetur; in quarta, & vltima, de illa, quæ respectu causarum, pro quibus fuit facta, in aliqua parte non subsistit.

Et quoad primum caput, videtur tenendum, quod renunciatio, quæ sub aliqua conditione fuit facta, si
in minimo deficiat conditio, contractus rescindatur 2
in totum; est enim natura conditionis, vt reddat ne-
gocium indiuiduum, vt tenet *Dec. cons. 421. Ludouic.* 3
dec. Perus. 50. Et propterea, si conditio, in minimo, de-
ficiat, in totum resoluitur actus, vt latissimè *Altogr.* 4
cons 95. nu. 60. & seqq. lib. 1. Capon. de Pact. & stipulat. quæst. vlt. dub. 5. per tot. & nos latè supra tractauimus *in cap. 33. num. 40.*

Et potest exemplificari, in donatione, vel renunciatione facta sub conditione, non alienandi bona renunciata; nam, si aliqua bonorum pars à renunciatario sit alienata, non tantum renunciatio resoluitur, pro
parte alienata, sed in totum, vt tenet *Dec. cons. 667.* 5
num. 6. Corn. cons. 90. num. 5. lib. 4. Surd. cons. 369. num. 6. & benè ad propositum *Cyriac. controu. 239. num. 3.* cum alijs allegatis per *Rot. dec. 203. num. 27. & 28. par. 6. rec. Petr. de Fideic. quæst. 10. num. 34. eadem Rota in Romana Saluiani 4. Februarij 1661. cor. Eminentissimo Card. Cerro decis. 103. nu. 22. post tract.*

Et licet nonnulli, contrariam opinionem sequan-
tur, vt alienans partem non cadat à toto, vt per 6
Ias. in l. ait Prætor num. 5. ff. de Iureiur. Burrat. cons. 13. num. 38. & cons. 44. num. 14. vol. 1. Thesaur. quæst. 59. num. 3. in fine lib. 3. Mart. Medic. exam. 3. num. 73. Andreol. controu. 116. num. 2. Spad. cons. 232. num. 8. lib. 3. Rot. dec. 593. num. 6. par. 2. recent. Canaler. decis. 167. in fine.

Tamen conclusio non habet locum, quando prohibito fuit iniuncta, per viam conditionis, & præcipuè in contractibus, vltrò citroque obligatorijs, in quibus apparet, de mente renunciatarij, quod alias non re-
nunciasset; Tunc, enim, ob indiuiduitatem conditio-
nis, est nulla in totum renunciatio, vt firmauit *Cyriac.* 7
d. controu. 239. num. 26. Rot. d. dec. 203. nu. 23. & num. 29. par. 6. rec.

Contractus, enim, semper est indiuiduus, & debet
in totum, vel acceptari, vel impugnari, latè *Hodiern.* 8
controu. 15. num. 45. & seqq. Et de Ecclesia, quod non
possit contractum pro parte impugnare, & pro parte
non, plenè *Rota in Romana Depositi 5. Maij 1660. coram* 9
R. P. D. Taia dec. 158 post tract. num. 1. & per tot. eadem *Rot. dec. 592. n. 2. par. 3. rec. Cyriac. contr. for. 565. nu. 5.*

Et hoc casu, contrauentio operatur, etiam in præiudicium aliorum successorum; nam, facta donatione, vel renunciatione, cum conditione non alienandi, ex hac forma donationis nullus successiuè vocatus potest

10 prætendere ius ſibi quæſitum, niſi eum dicta reſoluti-
ua conditione *Rot. d. dec. 203. nu. 23. par. 6. rec.*

Quid, autem, ſit tenendum, in caſu, quod renun-
cians, facta renunciatione ad fauorem plurium, re-
greſſum ſibi reſeruauerit in caſu mortis eorum ſine
filijs: An vno eorum mortuo, cum filijs, & altero ſine
filijs, reſoluatur necnè renunciatio, pro parte illius,
qui obijt ſine prole.

Arbitror renunciantem ad portionem illius, qui ſi-
ne filijs deceſſit poſſe adſpirare, vt contingit in ſimili-
bus ſubſtitutionibus factis in teſtamentis; Admitti-
tur, enim, ſubſtitutus ad portionem decedentis ſine fi-
11 lijs, quando fuit facta ſubſtitutio, in caſu mortis, plu-
rium inſtitutorum ſine filijs, vt optimè *Rot. in Senen.
Fideicommiſſi 5. Aprilis 1660. coram Eminentiſſimo D.
Card. Cerro, §. vrget enim*; vbi, quod hoc caſu, non exi-
gitur copulatiuè verificatio conditionis, reſpectu
vtriuſque, ſed ea verificata, in vno, quoad eius portio-
nem, habet locum ſubſtitutio, quia cum reſpiciat per-
ſonas diuerſas, reſoluitur in ſingularitatem, perindè,
12 ac ſi cuilibet ex nominatis facta fuiſſet, *l. hæredes mei,
§. ita, ff. ad Trebell. Peregr. conſ. 22. nu. 4. lib. 6. Seraphin.
dec. 1190. nu. 4. & 5.* & latè probauit, *Andreol. controu.
113. per tot.* & a me alias fuit probatum.

Et quamquam alij contrarium probent; quod, eo
caſu, portio decedentis ſine filijs, accreſcat alij, inſti-
tuto defuncto, cum filijs; tamen in illo dumtaxat ca-
13 ſu procedit opinio, quando inſtituti ſunt deſcenden-
tes teſtatoris, & eo caſu, quia, ex præſumpta volunta-
te eiuſdem teſtatoris, inter inſtitutos eſt locus iuri ac-
creſcendi; vt ſubſtitutio locum habere poſſit, requiri-
14 tur, vt omnes inſtituti, ſine liberis decedant, non, ve-
rò, quando inſtituti ſunt extranei, videlicet, qui ſui
hæredes non ſunt, nec adeſt reciproca in ſubſtitutio-
ne, vt optimè diſtinguit, *Donat. Anton. de Marin.
lib. 2. reſol. cap. 220. numer. 2. 3.* & alij ab eo alle-
gati.

Sic igitur, ad exemplum diſpoſitionis teſtamenta-
riæ eſt firmandum, in contractibus, vt in terminis re-
nunciationis initæ ad fauorem Titij, & Sempronij
fratrum, cum conditione regreſſus ad bona renuncia-
ta, in caſu mortis eorum ſine filijs, firmauit Senat. Pe-
demont. vt per *Theſaur. dec. 189. per tot.* ea motus ra-
tione, quod illa verba, *ſi Titius, & Sempronius ſine li-
15 beris decederent*, & præſertim illa copula *Et*, reſol-
uatur in diſiunctiuam, ità, quod ſufficiat, vt renun-
cians poſſit agere, quod alter frater decederet ſine
liberis, & iuxta hanc opinionem, in terminis donatio-
nis, firmat, *Merend. controu. lib. 8. cap. 36. numer. 5.* vbi,
quod, quamuis contraria opinio conueniat ſubtili
iuris rationi; nihilominùs omninò æquitati repu-
gnat, & præſumptæ voluntati donatoris, quam, ſem-
per, ſequi debemus, potiùs, quam verba, vulgata
16 *l. in conuentionibus 209. ff. de verb. ſignif.* Si autem,
verba diſponentis, vel expreſsè, vel ex coniecturis in-
dubitabilibus diſponent in contrarium, ſubſtitutioni
locus non eſſet, niſi, defectis omnibus donatarijs, ſine
17 filijs, vt in ſuo caſu, firmauit, *Spad. conſ. 168. per tot.* vbi
oſtendit in quibus caſibus pluralitas non reſoluatur
in ſingularitatem.

Similiter dubitari poteſt; an facta renunciatione, ad
fauorem plurium perſonarum, cum conditione ſol-
uendi, v. g. decem, quolibet anno, renunciatio in to-
18 tum euaneſcat, ſi alter ex renunciatarijs ſoluat quin-
que, & alter nihil ſoluat.

Prima fronte, videtur reſoluendum, quod non re-
19 ſcindatur, pro parte illius, qui ſoluendo quinque
adimpleuit.

Nam, ſuppoſito, renunciationem fuiſſe initam ad
fauorem plurium perſonarum videtur cuilibet pro
rata rei renunciatæ fuiſſe factam renunciationem;
Eſt enim in iure notum, quod ſi quis promittit duo- 20
bus, vel pluribus, aliquid cenſetur promittere ſepa-
ratim, & cuilibet pro virili, *l. reos, §. cum in tabulis,*
vbi *Ronchegall. numer. 16. & ſeqq. de duobus reis, l. ſi
proprietas 10. l. ſi quis retrò 7. ff. de vſuf. l. aliena res
20. §. ſi pluribus, ff. de Pignor. Buratt. conſ. 357. num.
3. & 16. Surd. conſ. 150. num. 34. & ſeqq. Magon. dec.
Luc. 9. num. 32. Cyriac. controu. 141. num. 31.* in terminis
renunciationis.

Et, cum pluribus perſonis facta ſit renunciatio, ar-
guitur contractum diuiduum eſſe, non indiuiduum, Et
non vnicus contractus præſumitur celebratus, ſed plu- 21
res, *Cephal. conſ. 425 num. 19. vol. 3. Surd. dec. 176. num.
8. Becc. conſ. 92. num. 50.*

Poteſt, igitur, reſcindi, reſpectu illius, qui pro ſui
parte non adimpleuit; Nam, in diuiduis, vtile per
inutile non vitiatur *l. 1. §. ſed ſi mihi in fine, l. San-* 22
*cimus 34. in princ. Cod. de donat. Anchar. lib. 2. quæſt.
for. quæſt. 26. Barboſ.* cum alijs cumulatis *axiom. 23.*

Nec dicatur, quod, in facto ſupponitur, hanc an-
nuam præſtationem conditionalem eſſe; Vndè con-
tractus totus redditur indiuiduus, ex ſupra firmatis,
& latè oſtendit, *Capon. de Pact. quæſt. vltima dub. 5.*

Quia reſpondetur, quod conditio non eſt indiui-
dua de ſua natura, ſed talis efficitur, ratione ſubiectæ
materiæ, vt probat *Capon. d. loco de ſtipul. quæſt. 87.* 23
num. 23.

Eſt tamen verum, quod, ſemper indiuidua eſt,
quando vni eſt relictum, *l. cui fundus 54. ff. de condit.* 24
& demonſt. ſiue conſiſtat in dando ſiue in faciendo,
l. qui duos, ff. de condit. & demonſt. l. fiſtulas, §. per fun- 25
*dum, ff. de contrab. empt. Galgaaett. de condit. part. 2.
quæſt. 2. Gomez. var. tom. 2. cap. 10. de indiuid. num. 25.
verſ. quarto infero.*

Quando, verò, non vni eſt relictum, ſed pluribus,
poteſt eſſe diuidua, ita, vt vnus ſine altero adimplen- 26
do, admittatur ad legatum pro rata, vt eſt *text. in l.* 27
*ſi ita 13. vbi gloſſ. ff. de manum. teſtam. l. ſi quis legata
53. §. fin. ff. de cond. & demonſtrat. l. cui vſufructu
30. in princ. ff. de vſuf. leg. l. cui fundus 54. § diſſimi-
lis, ff. de condit. & demonſtrat.* vbi in terminis, quod, 28
ſi fiat legatum certi fundi Titio, & Seio, ſi decem de-
derit, poteſt alter eorum offerre ſuam partem, & me-
dietatem legati conſequi, *Bart. d. l. cui fundus numer.
23. ff. de condit. & demonſtrat. Gomez. var. lib. 2. cap.
10. de indiuid. num. 25. verſ. quartò infero,* & latè oſten-
dit *Capon. vbi ſuprà de ſtipul. quæſt. 7. num. 27.* Et red-
dit rationem, quia, quando conditio eſt appoſita plu-
ribus, dicitur à teſtatore diuiſa, in ſingulo pro par-
te ſua; Pariter, igitur, firmandum videtur, in caſu 29
noſtro, quod adimplens, pro ſui parte, admittatur ad
bona renunciata; Nam validum eſt argumentum ab
vltimis voluntatibus ad contractus, *l. pacum inter hæ-* 30
redes, ff. de Pactis, latiſſime *Barboſ. in locis argumento-
rum loco 122.* Et pleniſſimè in caſu priuationis ob
alienationem bonorum pluribus relictorum, quod,
vno alienante, alij non priuentur *Cyriac. controu. 289.
per tot.*

Animaduerto, vlteriùs, quod promiſſio ex parte
renunciatariorum de ſoluendo decem quolibet an-
no, continet rem, quæ in pondere, numero, & men-
ſura conſiſtit, proptereà dicitur, omni reſpectu, di- 31
uidua, vt in terminis pecuniæ in ſtipulationem de-
ductæ eſt *textus in l. in executione verſ. prima ſpe-
cies, & l. ſtipulatus 9. § qui decem, ff. de ſolut. Go-
mez. variar. tom. 2. capit. 10. de Indiuiduis capit.
3. Pycchard. Inſtit. lib. 4. tit. 17. cap. 4. numer. 38.* & 32
latiùs *cap. 7. num. 63. & ſeqq. Capon. de ſtipul. quæſt. 2.
num. 1. & ſeqq.* Vnde ſi alter ex ſtipulantibus adim-
pleat

pleat pro parte sua,consequitur liberationem optimè
*Gomez.vbi supra d.cap.10num.6.Capon.d.quæst.2.num.
1.Pycchard.vbi supra d.quæst.7. in princ.*

Quicquid sit, quando fuit promissa res incorpora-
lis, vt seruitus, quæ cum sit indiuidua, scindi minimè
potest,vt per *Gomez.vbi supra nu.15.& seqq.* latissimè
33 *Capon.de stipul.de indiuid.quæst.3.per tot.Pycchard. loco
mox cit. cap.11.* & facit *textus in l. stipulationes non di-
uiduntur,ff.verb.oblig. l. pro parte 11. l. viæ 17.* cum si-
milibus latè congestis per *Castill. de vsufruct. cap. 31.
num.17.*

Vel factum, in stipulationem, deductum sit, tunc,
enim, minimè potest diuidi, quia obligatio faciendi,
34 natura ipsa, indiuidua est *l.2.§.item si in facto l. in exe-
cutione 85.ff.de verb.oblig.l.si is qui 29. §. quædam ff. ad
leg.Falcid.Vasq.de success.creat.§.21. nu.9. Gomez. vbi
suprà nu.21.Spino de testam gloss.16.nu.15. Pycchard.d.
cap.4.nu.41.& cap.12.nu.179.& seqq.*

His tamen non obstantibus,contrariam sententiam
35 puto veriorem,quod,vno,ex renunciatarijs,non adim-
plente conditionem,rescindatur in totum renunciatio
etiam respectu illius, qui quinque soluit.

Et moueor,quia,vt iam dixi, cum præstatio decem
aureorum sit inducta,per modum conditionis, indu-
cit formam,cui cum sit indiuidua,nec addi, nec detra-
36 hi potest *Bald.in l.2.col.2.C.de suis & legit.hæred.Alex.
in l.1.in fine ff.de liber.& Posth.& in l.si qui,§.quædam,
ff.ad leg.Falcid.* & benè *Gomez.tom. 2.cap.10. de Indi-
uid.num.24.vers.quarto infero,* vbi, quod, si aliqua
quantitas, vel res sit posita in conditione solutionis,
semper censetur indiuidua, quia reputatur factum, &
pro parte non potest solui.

Quod eò magis procedit, quando subijcitur pęna;
nam eo casu,licet obligatio, sit merè diuidua,nihilo-
37 minus efficitur indiuidua,propter conditionem *l.5.§.
si sortem,l.in executionem,§.si ità,ff.de verb.oblig. Bart.
in l.stipulationes non diuiduntur eodem tit.col.1.*

Nec obstant, quæ in contrarium fuerunt pondera-
ta, scilicet, quod obligatio facta pluribus personis in-
telligatur pro virili, & tot contractus celebrati dican-
tur, quot sunt personæ in renunciatione compræ-
hensæ.

Quia respondetur,id procedere, quoties de vnitate
38 contractus non constat, vt per *Bece. cons.92. num. 17.
18.*quem refert, & sequitur *Capon. de stipul. quæst. vlt.
dub.1.num.5.*

Quando, verò,constat,de vnitate,& plures personæ
veniunt,in contractu collectiue,& coniunctiue haben-
tur,loco vnius, & non inducunt pluralitatem contra-
ctuum,quicquid sit,quando disiunctiuè interueniunt,
39 & non coniunctim,vt optimè probatur ex *tex.in l.Lu-
cius Titius 11.& l.Titius 9.ff.quibus mod. Pign. vel Hy-
poth.solu.*& tenet *Pedrocch.cons.38.vol.2.*cum alijs alla-
tis per *Capon.vbi supra proximè nu.6.& seqq.*

Et procedit eo magis conclusio, quando vnica ra-
tione,& per copulam *Et*,nominantur in instrumento,
40 quia,eo casu,habentur loco vnius,vt probatur *ex tex.
in l. si hæredes plures 5.ff. de condit. Instis. §. si plures
41 conditiones Instit. de Hæred. Instit.* & tenet optimè,
Capon. de stipulat.quæst.vltim.dub.1. num.7.8. Nam
42 plura diuersa simul iuncta pro vno habentur,& vnum
sine alio consistere non potest, *l.sed si plures 10. §. filio
43 ff. de vulg.* & cum dicantur connexa simul dicuntur
indiuidua *Magon.dec.Florent.89.*Et pars operatur re-
solutionem totius, siue in totum *Mantic. de Coniect.
44 lib.5.tit.12.num.31.*

Hinc est,quod contractus,ob connexitatem, resol-
45 uitur in totum,*Bertazzol.cons.54.nu.8.vol.1.*& alij al-
legati per *Capon.de stipul.d.quæst.vlt.dub.1.num.11.* Et
46 ratio est,quia plures simul coniuncti, vnius personæ
potestate funguntur *l. plani 94. ff. de leg. 1. Imol. in l.
quod Sabinus nu.4. ff. de hæred. instit.* & ob vnitatem
sermonis, quasi in vnum corpus redacti censentur *l.
vnica §.his ità vers hoc ità,C.de Caduc.tollen.*

Similiter huic opinioni non resistit *tex. in d.l. cui* 47
fundus, ff. de cond. & demonst. quia supposito, quod
præstatio pecuniæ,conditionem inducat, & sic faciat
obligationem indiuiduam,semper erit talis,& licet,ex
præsumpta testatoris mente, aliquando possit solui,
pro parte,vt in casu *d.legis*, tamen textus non funda-
tur in diuiduitate,sed tantum in præsumpta testatoris
mente,qui voluit præstationem posse diuidi.

In nostro,verò,casu,tantû abest, quod adsit mens,
& voluntas renunciatarij, vt potiùs constet de con-
trario, dum agit ad rescissionem renunciationis
pecunia non integraliter tradita, & ad hoc optimè
faciunt exarata per *Caballin.de indiuid.par.2.num 400.*
quem refert, & sequitur *Capon. de Pact. & stipul.d.
quæst.7.nu.29.*quod *textus in d.l.cui fundus*, procedit,
vbi potest fieri diuisio, & adest voluntas saltem præ-
sumpta testatoris; Secùs verò,vbi non potest fieri di-
uisio inuito hærede;quia tunc,etiam si hæres volunta-
riè partem oblatam simpliciter recipiat, censetur re-
cipere,sub spe perficiendo,non autem,animo sibi prę-
iudicandi in defectu conditionis,& caducitate,legati:
Ideoque si is, qui soluit partem moritur antequam
per se, vel per alium conditio sit impleta, in totum,
non potest partem petere legati,sed condicere poterit
partem solutam toto legato caduco effecto.

Et,eo modo, est tenendum, in casu nostro, quod,
quando intentatur a renunciatario resolutio contra-
ctus ob defectum conditionis non integrè adimpletæ,
constat de eius voluntate,scilicet non voluisse diuide-
re præstationem conditionalem, ob id, in totum non
adimpleta conditione, vel per omnes renunciatarios
pro rata,vel per vnum integraliter,tota conuentio re-
soluitur, ac si à principio facta non fuisset.

Nec adaptantur conclusiones, de quibus supra,
quod præstatio pecuniæ,vtporè consistens, pondere,
numero,& mensura, dicatur diuidua omni respectu;
Nam,vt alias diximus,& benè firmat *Gomez.d.cap.10.
de Indiuid.nu.25.vers.quarto infero*, quando aliqua
quantitas, vel res est posita in conditione solutionis,
semper censetur indiuidua,quia reputatur factum, & 48
pro parte non potest solui &c.

Occasione præsentis quæstionis,dubitari etiam po-
test,an facta renunciatione ad fauorem plurium per-
sonarum, v.g. ad fauorem mariti, fratris, vel alterius
personæ incapacis, si nulla sit, respectu vnius; an sit
nulla respectu alterius.

Quod valeat renunciatio,respectu vnius,etiamsi sit
nulla respectu alterius,videtur magis verum. Nam,vt 49
diximus suprà,cum renunciatio pluribus facta intelli- 50
gatur cuilibet,pro virili, ad tradita per *Ronchegall. in
l.reos 11.§.cum in tabulis,ff.de duobus reis, nu.27. Surd.
cons.150.num.34.& seqq.Cyriac.controu.181.nu.31.&
seqq.*licet ex parte vnius personæ,sit nulla, non erit ni-
hilominùs nulla,respectu alterius, vt in terminis idem 51
Cyriac.vbi supra num.32.& latiùs *num.41.* vbi, quod,
eo casu, contractus dicitur diuiduus, quia continet
obligationes plurium erga plures de rebus diuiduis;
quo casu, nisi coniecturæ in contrarium suadeant, 52
contrahentes voluisse facere actum diuiduum cen-
sentur *d.l.reos 11. §.si mihi, ff. de verb. oblig.* cum alijs
allegatis per *Cyriac.vbi suprà num.41.*

Hinc est, quod firmant communiter omnes, dona-
tionem,renunciationem,vel quamlibet aliam stipula-
tionem, ad fauorem patris, & filiorum initam, non
vnicam censeri donationem, renunciationem &c. sed
duas,vel plures,scilicet,alteram ad fauorem patris, &
alteram ad fauorem filiorum benè,*Corn.cons. 301. nu.* 53
10.lib.1.& cons.37.nu.13.vol.3. Valasc. de Iur.Emphyt.

quæſt.49.nu.6. verſ. accedit, & alij allegati per Altogr.
conſ.36.num.6.lib.2.Menoch.conſ.801.num.41.& ſeqq.
Gratian.diſcept.247.nu.10. Mengch.conſ. 1153. num.1.
vbi latiſſimè.

Quapropter, licet, reſpectu patris, ob contrauen-
54 tionem,ſit nulla conuentio, valet, reſpectu filij, non
obſtante pacto reſolutiuo. Quia, cum filij veniant ex
perſona propria, & non mediante perſona patris,
55 eis non poteſt pater præiudicare, Caſtren.in l.idem Iu-
lianus §.ſi quis aliquis num. 4. per tot. ff. de leg. 1. Corn.
d.conſ.37.num.13.lib.3. Alex.conſ.8.num.15.lib.3. Me-
noch.d.conſ.1153.nu.5.Gratian.d.cap.247.nu.10. Alto-
grad.d.conſ.36.nu.10 & conſ.37.nu.4.& ſeqq. lib.2. Rot.
dec.683.num.9.par.1.diuerſ.& dec.270.num.7.& ſeqq.
par.5.rec.

Igitur, à pari, in caſu noſtro, facta renunciatione, ad
fauorem plurium perſonarum, licet ob contrauentio-
nem pactorum in renunciatione appoſitorum, vel
alia de cauſa, ſit nulla renunciatio, reſpectu vnius, erit
valida reſpectu alterius, vt optimis rationibus, oſten-
dit idem Altograd.d.conſ.36.num 6. & ſeqq. lib.2. vbi
firmat, quod etſi, reſpectu patris, eſſet nulla renuncia-
tio, ob contrauentionem pactorum in ea contento-
rum, adhuc erat valida, reſpectu filij, & pro hac opi-
nione teſtatur fuiſſe iudicatum, vt in conſ. 38. circà
finem.

Et, quod facta pluribus renunciatione, ſi non va-
56 leat, reſpectu vnius ſubſiſtat, reſpectu alterius dixit
Bero.conſ.53.num.11.verſ.ſecundo vol. 2. quem refert,
& ſequitur Cyriac. d. contron. 181. num.44. vbi, enim,
non verſamur in indiuiduis, & inſeparabilibus regula
57 eſt, quod vtile per inutile non vitiatur l.1. §. penult. ff.
de verb.oblig.cap.vtile 37. de Reg. Iur. in 6. Et, quod
idem actus poſſit eſſe nullus, reſpectu vnius perſonæ,
& validus reſpectu alterius, dixerunt Abb. conſ. 38.
58 num.8.Gabr.conſ.36.num.45.lib.1. & allati à Cyriac. d.
contron.181 num.46.

His tamen, & ſimilibus non obſtantibus, in termi-
nis noſtris, puto verius eſſe, quod renunciatio facta ad
fauorem plurium perſonarum, non ſeparatim, & or-
59 dine ſucceſſiuo, ſed copulatiuè, & coniunctim vocata-
rum, ſi eſt nulla reſpectu vnius, ſit in totum nulla.

Et ratio eſt manifeſtiſſima. Siquidem, cum huiuſ-
modi contractus ſit indiuiduus, eo reſoluto, in aliqua
60 parte, reſoluitur in totum l.eum emptor.§.ff.de reſcind.
vend.l.fin. ff. de acceptil. Socin. in terminis conſ. 129.
num.38. vol.1. vbi, quod, ſi in aliquo eſt erratum to-
tus contractus irritus eſt, l. ſi non ſortem 26. §. ſi cer-
tum,ff.de condit.indeb. l.ſi quis aliam 46. ff. de ſolut. &
pluribus exemplis comprobat Capon.de ſtipul.d.quæſt.
vltim. dub.4. num. 30. & ſeqq. Honded. conſil. 82. nu.
56.vol.1. Surd.dec.7.num.53 & ſeqq. Rot. in d.Romana
Depoſiti 5.May 1660 coram R.P.D. Taia dec. 158.poſt
tractat.

Quod, verò, huiuſmodi contractus renunciationis
dicantur indiuidui clarum eſt, non ſolum iuris præ-
ſumptione, ex qua omnes contractus, in dubio, cen-
61 ſentur indiuidui, cap.cum Ioannes de Fid. Inſtrum. Ma-
gon.dec.Florent.57.nu.30.Pedroch.conſ.31. nu. 74. vol.
2.Buratt.conſ.340.n.7.vol.3.& alij per Capon. de ſtipul.
quæſt.vlt.in princ.nu.3.4.Rot. in d. Romana Depoſiti 5.
Maij 1660.cor.R.P.D.Taia dec.158.poſt tract.

Nam, ſicuti, diuiſio, cum ſit facti, non præſumitur,
62 Theſaur.dec.205.& alij relati per Capon. vbi ſuprà pro-
ximè num.31.ità neque diuiſio voluntatis in dubio eſt
63 præſumenda l. 10. C.de Iur.delib. l. eum qui 18. ff. qui-
bus vt indign. Mantic. lib. 11. de coniect. titul. 25. nu-
mer.15.

Sed etiam, quia, cum præſumatur facta renuncia-
tio pluribus perſonis vnitim, dicitur vnum negocium,
& vnicus contractus, nec diuidi poteſt, vt duo dican-
tur contractus, vt in terminis donationis factæ à plu-
ribus perſonis firmat Decian. reſp. 58. num. 33. vol. 3. 64
quem refert, & ſequitur Rimnald. Iun. conſ.569 nu.19.
& latiùs conſ.600.num.5.& ſeqq. per tot. vbi firmat re-
nunciationem factam ad fauorem viri, & vxoris eſſe
nullam, in totum, præmortuo vno ex renunciatarijs,
& fundatur, (vt conſtat ex num 26. & ſeqq.) ex dictio-
ne copulatiua inter donatarios, quæ efficit, vt dicatur 65
vnicus contractus, & indiuiduus, & cum fuerit nul-
lus, reſpectu vnius, efficiatur inualidus reſpectu al-
terius.

Vlteriùs, alias ſuprà firmauimus, hæc noſtra pacta
futuræ ſucceſſionis minimè validari abſque iuramen-
to, proptereaque in quolibet contractu renunciatio-
nis eſſe adhibendum Iuramentum; Ex quo reſultat,
quod contractus renunciationis ſemper dicatur indi-
uiduus; Semper enim, negocium dicitur indiuiduum,
quando geritur cum iuramento, vt probat Giurb. dec. 66
Sicil.45.num.8 Rot.coram Penn.dec.423.num.5. & ple-
niſſimè oſtendit Seraph.de Iuram. punil.107. num 29.
& ſeqq. vbi ait eſſe indubitatum, & communiter re-
ceptum, quod, quando iuramentum eſt interpoſitum
ſuper vno facto, ſimul, eodemque tempore geſto, non
poteſt neque iuramentum, neque illud factum diuidi
gloſſ.1.in l.ſi quidem, C.de Except. latè Bocr. dec. 243. 67
num.7.& ſeqq.Gratian.diſcept.for.749 num.9. Viu.dec.
191.num.10.Capye.Latro conſul 87.num.3.tom.2 cum
alijs latè congeſtis per Capon. de ſtipul. quæſt. vlt. dub.
9.num.1 & ſeqq.

Et quatenus verſaremur, in caſu, quod etiam abſ-
que iuramento renunciatio eſſet valida, vtpotè, quan-
do interuenit conſenſus perſonæ, de cuius bonis, &
hæreditate agitur, vt probauimus in cap.3. num. 46. 68
tunc pariter indiuidua diceretur renunciatio, quia de
eius eſſentia requiritur conſenſus perſonæ, de cuius
bonis agitur, qui conſenſus facit actum indiuiduum,
vt in terminis aſſenſus Regij firmauit Capon. de pact.
cum multis ab eo cumulatis tit. de ſtipul. quæſt. vlt.
dub. vltim. per tot. & præcipuè num. 24.25. & alijs
adductis Andreol. contron. 366. per tot. & præſertim
num.15.

Et tandem eò magis ſuprà narrata procedunt quã-
do agitur de renunciatione mulieris, vel minoris, qui
contrahere minimè poſſunt ſine iudicis decreto; Tunc,
enim, ſi in aliqua parte corruit contractus, in totum
annullatur; Talis, enim, naturæ eſt decretum Iudicis, 69
vt inducat indiuiduitatem in contractu, cumque in
totum annullet, quando pro aliqua parte non ſubſi-
ſtit, vt eſt tex. in l.ſi non ſortem 26. §. ſi centum, ff. de
condit.indeb. Add.ad Gregor. dec.496. num. 12. Cyriac.
contron. 255. num.15. latiſſimè Capon. vbi ſuprà quæſt.
vlt. dub. vltimo, & dixit Rot. in Bononien. Cenſuum 17.
Martij 1664. coram Reuerendiſſimo Decano, §. nihilo-
minus.

Arbitror, itaque, quod ſi facta ſit renunciatio per
vxorem ad fauorem fratris, & mariti, dum reſpectu
mariti non ſubſiſtit l.1.& 2.& tot.tit.C. de donat. inter 70
vir.& vxor, neque etiam reſpectu fratris valeat.

Similiter, ſi eſſet facta fratri, & turpi perſonæ, dum
pro parte turpis perſonæ non admittitur, vtpotè ſi
facta ſit meretrici, cui non datur actio ad conſequen-
dam rem donatam gloſſ.in l. affectionis, ff. de donat. l.2. 71
ff. de Condit.ob turp. cauſ. Rot. coram Seraph. dec. 46.
num.3.& ſeqq. Ciarlin. contron. 33. num. 45. & ſeqq. li-
cet, ei detur retentio, atque exceptio pro re iam do-
nata, & ab ea poſſeſſa, aduerſus eam retractare vo-
lentem, l. 4. ff. de condit. ob turp. cauſ. & firmauit 72
latiſſimè Rot. in Romana Donationis 18. Februarij
coram Reuerendiſſimo Albergato Decano dec. 11. poſt
tract.

Si verò facta ſit ad fauorem monaſterij bonorum
inca-

incapacis, & alteri personæ, pariter videtur tenendum, quod non subsistat.

Nam omnibus est notum, religiosos degentes in
Monasterio bonorum incapaci, acquirere minimè
73 posse bona stabilia, vt de Fratribus S. Francisci est
tex. in cap. exijt 3 de verb. signif. Peregr. de Iur. Fisc. lib.
3. tit. 14. num. 1. Barbos. d. cap. exijt num. 3. & probatur *in*
Clement. exiui de Paradis. §. cumque annui redditus
de verb. signif. vbi omnes Canonistæ tenent huiusmo-
74 di religiones esse incapaces annuorum redditunm,
etiam si relinquantur, adiecto onere perpetuo cele-
brationis Missarum, & tenet etiam *Saach. in Decal.*
lib. 7. cap. 26. num. 44. Surd. de Alim. tit. 3. quæst. 4. nu-
mer. 44. de Alim. tit. 3. quæst. 4. num. 13. & itá semper
fuit resolutum à *Sacra Tridentini Concilij Congrega-*
tione, & præcipuè *23. Augusti 1659. in Romana Le-*
75 *gati*, vbi Iunipera, Legatis Sacristiæ Araceli Locis
Montium 18. vt fratres essent obligati quotidiè Mis-
sam vnam celebrare, cum substitutione Fratrum
Conuentualium, quatenus, d. Sacristia, aut inca-
pax d. legati esset, aut, illud nollet acceptare, fuit per
Sacram Congregationem dictum, esse locum substi-
tutioni ob incapacitatem Fratrum de Obseruantia.

Et die 30. Aprilis 1661. pariter per *d. Sacram Con-*
gregationem in Romana Celebrationis Missarum, fuit
dictum, non valere assignationem factam de quadam
domo Fratribus prædictis, vt, ipsa vendita, precium,
in vsum necessarium Monasterij impenderetur, ità,
tamen, vt Monasterium ad triplicis Missæ quotidianæ
celebrationem perpetuò, teneretur, & per consequens,
licet vendita domo, & precio erogato, in vsus religio
nis, fuit firmatum fratres non posse cogi ad Missarum
celebrationem, sed hæredem teneri ad supplendum,
& nouissimè, nempè *die 7. Iulij 1668. in vna Tiburtina*
Legati eadem Sacra Congregatio dixit Fratres S.
Francisci esse incapaces Legati scutorum 300. in cen
sibus inuestiendorum, ad hoc, vt de illorum fructibus
per spatium 100. annorum, & non vltrà à Fratribus
tot Missæ celebrentur.

Hinc dicit *Bartol. in tract. Minorit. lib. 2. distinct. 3.*
cap. 2. relatus à *Barbos. in cap. exijt de verb. signif.* licere
76 donanti pecunias in vsus Fratrum Minorum liberè, &
absque vlla causa reuocare, quia remanet verè illo-
rum Dominus.

Et est in iure notissimum, quod Professus in religio-
77 ne incapaci, quoad successionem, & bonorum acquisi
tionem, habetur pro mortuo; ità vt statim purificatú
dicatur fideicommissum relictum in casu mortis, vt
78 per *Mantic. de Coniect. lib. 11 tit. 7. num. 8. Surd. cons. 90.*
nu. 9. Peregr. de Fideic. art. 28. nu. 36. Castill. quotid. contr.
lib. 3. cap. 12. nu. 83. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 430.
nu. 11. Add. ad Baratt. dec. 461. nu. 15. Andreol. controu.
46. num. 2. cum similibus.

Ex quibus tenendum videtur, renunciationem esse
nullam in totum, cum in parte, ad fauorem, scilicet,
Monasterij incapacis nulla sit ex suprà traditis ratio-
nibus.

Sed, his non obstantibus, contrarium videtur posse
defendi, quod, scilicet, relictum Fratribus bonorum
incapacibus substineatur, & per consequens non an-
nulletur renunciatio ad eorum fauorem inita.

Nam, vel dispositio, ad fauorem Monasterij bono-
rum incapacis, continet legatum, quod vnica solutio-
79 ne soluatur, vt v. g. summa pecuniæ, vinum, oleum, &
quid simile, & tunc debetur dummodò non sit quan-
titas ingens, vel immoderata, quæ sapiat thesauriza-
tionem, & ex qua violetur votiua paupertas, vt fir-
mant *Bartol. in tract. Minor. lib. 2. dist. 1. num. 1. & seqq.*
Bald. in auth. ingressi num. 59. C. de Sacros. Eccles. Peregr.
de Iur. Fisc. lib. 3. tit. 14. num. 2. Menoch. consil. 1014. nu-
mer. 41. & alij plures relati à *Rot. coram Merlin. de-*

Liber II.

cis. 456. numer. 11. Barbos. de verb. signif. d. cap. exijt
num. 5.

Vel continet legatum annui redditus, pro orna-
mentis altarium, oleo lampadum, & aliarum necessi-
tatum Sacristiæ, vel Fabricæ Materialis Ecclesiæ, & 80
tunc valet sine vlla difficultate, vt, alijs omissis, fir-
mauit, *Rot. coram Merlin. d. dec. 456. num. 27.* & la-
tiùs *dec. 16. num. 3. par. 11. recent.* quibus addo *Illu-*
strifs. D. Fagnan. in cap. in præsentia de Probat. nu-
mer. 53.

An, verò, valeat legatum factum Monasterio inca-
paci pro Infirmaria, affirmat *Rot. d. dec. 16. num. 5. par.* 81
11. recent. sed negat *Doctissimus Fagnan in d. cap. in præ-*
sentia num. 56. & seqq. de Probat cuius opinioni sub-
scribo, non obstante opinione Rotæ ex doctissimis
argumentis, & auctoritatibus per eum cumu-
latis.

Vel fuit factum legatum simpliciter bonorum sta-
bilium, vel annui redditus, nulla facta mentione; an
pro Sacristia deseruire deberet, necnè, & tunc pariter 82
valet, quia præsumitur factum modo licito, videlicet,
quod vendantur bona legata, & pretium conuertatur
in ædificium, vel aliam rem magis necessariam, vt est
tex. in d. cap. exijt, § ad hæc quia de verb. signif. vbi latè
Barbos. num. 11. Fagnan. in cap. nimis praua de exces.
Prælat. nu. 46. & seqq. & in d. cap. in præsentia num. 54.
de Probat. Rot. coram Buratt. dec. 145. num. 18. & d. dec.
16. num 4. par. 11. rec.

Vel legatum ipsis met Fratribus Religionis inca-
pacis bonorum expressè relictum est, pro vsu religio-
sorum, contrà paupertatis votum, & hoc casu, licet
non valeat, nihilominùs non efficitur cadocum, quia 83
debet ab Episcopo, vel Pontifice permutari in alium
vsum licitum, vt, in terminis, dixit *Bald. cons. 416. Fa-* 84
gnan. in cap. nos quidem de Testam. num. 14. & 27. vbi
plenissimè de materia.

Quamobrem apparet, quod, licet regulariter Mo-
nasteria S. Francisci Obseruantiæ, & Cappuccinorum,
aliaque immobilia non possidentia, dicantur bono-
rum, & relictorum incapacia, tamen legata, & dona-
tiones eis factæ non caducantur, quia, vel erogantur
in vsus licitos, vel permutantur à Romano Pontifice; 85
Vndè similiter dici haud potest, quod non valeant re-
nunciationes ad eorum fauorem factæ.

Quid sit tenendum, in hac opinionum varietate mi-
hi videtur facilè posse resolui, distinguendo.

Vel agitur de renunciatione successionis alicuius 86
rei particularis, vel de renunciatione alicuius hæredi-
tatis, & successionis vniuersalis, vel quotæ.

Primo casu, arbitror, valere renunciationem, quia
vt suprà vidimus, (iuxtà distinctiones, & declaratio-
nes proximè allatas,) legata, & donationes rerum
particularium ad fauorem Monasterij incapacis va-
lent.

Secundo verò casu, existimo, minimè posse subsi-
stere, quia huiusmodi Religiones sunt incapaces om-
ninò iuris, & successionis vniuersalis, vt tenet *Bald.* 87
in auth. ingressi num. 50. C. de Sacros. Eccles. Cardinal.
in Clement. exiui §. proindè col. fin. de verb. signif. vbi pa-
riter *Anchar. Sanch. in præcepta decal. com. 2. cap. 25.*
num. 24. Barbos. ad Concil. sess. 25. de Regul. cap. 3. nu-
mer. 2. latissimè *Fagnan. in cap. Nimis praua de ex-*
cess. Prælat. numer. 23. & seqq. vbi, disputato arti-
culo, & explosis argumentis in contrarium, residet
in hac opinione, tanquam veriori, motus præcipuè
ex ratione à *Bald.* allata, quod ius vniuersale con-
sistit in quodam intellectuali, quod postquam est 88
radicatum, non potest auelli, & separari in ali-
quem vsum materialem; Nam, siue hæres totam
hæreditatem teneat, siue vendat, siue dissipet,
semper tamen remanet hæres, *l. sed etsi, §. quod au-*

Ee 3 *tem,*

tem,ff.de petit.hæred. & l.imperator, ff. ad Trebell. Vn-
dè, cum Fratres Minores non poſſint hoc ius retine-
re,nec etiam intellectuale, in aliquod materiale con-
uerti valear, meritò non ſunt capaces; ſecùs verò in
ſingularibus relictis,quia poſſunt præcisè conuerti, &
in eorum vſum conſumi.

Ex his itaque, & alijs argumentis *Fagnan.* reſoluit
non valere inſtitutionem factam à teſtatore de Fra-
tribus Minorum Obſeruantiæ S.Franciſci; etiam ſi di-
89 ctum eſſet, quod bona hæreditaria per executores
ab eo nominatos venderentur, & pretium erogare-
tur in reparationem Eccleſiæ, conſtitutionem Cap-
pellæ, & Sacram ſuppellectilem, hoc addito vlteriùs,
quod quatenus hæredis inſtitutio non valeat ex ali-
qua cauſa in corpore iuris clauſa,tunc iure legati re-
linquit.Et quod Eccleſia Fratrum Minorum non poſ-
ſit validè inſtitui, firmarunt etiam *Querad. Cordub.
Azor.& Sanch.*in locis allegatis per *Barboſ. ad Concil,
ſeſſ.25.cap.3.num.3. de Regul.*

Firmato, igitur, quod pacta noſtra futuræ ſucceſ-
ſionis, ſi ſunt, reſpectu vnius inualida, non conuali-
dentur, reſpectu alterius copulatiuè, & connexè in
renunciatione compræhenſi, reſpondendum eſt ar-
gumentis, & auctoritatibus in contrarium conſide-
ratis.

Et ad primam ponderationem, de qua ſuprà *num.*
26. quod, pluralitas perſonarum inducat diuiduita-
tem contractus: reſpondetur id procedere, quando
diſiunctim, & ſeparatim fuit facta renunciatio pluri
bus perſonis,non verò,quando coniunctim,& conne-
xè;quia tunc,non obſtante pluralitate perſonarum &
90 rerum, contractus dicitur vnicus, vt firmauit *Capon.
de ſtipul.quæſt.vlt.dub.1. num.5.& 6.* cum pluribus,
per eum allegatis.

Nec obſtat *Cyriac.contron.for.*181. *num.*31. *& ſeqq.*
qui contrarium affirmat. Nam vltra, quod *Cyriac.*
loquitur in renunciatione facta à pluribus perſonis
de portione ſibi ipſis ſingulariter tangente, ipſemet
91 *Cyriac. num.*52. valdè dubitat,an renunciatio, in ſuo
caſu, eſſet diuidua, vel indiuidua, & videtur firmare
quod ſit indiuidua, cum *Riminal. Iun. conſil.* 569.
numer. 19. ob id potiùs concludit ad noſtrum fa-
uorem.

Nec valet dicere, quod donatio facta patri ſtipu-
lanti; pro ſe,& filijs, ſit duplex donatio, ità, vt, ſi ex
parte patris non valeat, ſubſtineatur ex parte filio-
rum; Quia,eo caſu, cum renunciatio facta intelliga
tur ordine ſucceſſiuo, vt priùs pater, & eo mortuo,
ſuccedat filius; certum eſt, quod vnica renunciatio
dici non poteſt, ſed duplex, & primo non acceptan-
92 te, vel repudiante, ſecundò vocatus ſuccedit, vt pro-
cedit in materia ſubſtitutionum, & fideicommiſſo-
rum, quæ certum eſt inducere diſpoſitionem ſucceſ-
ſiuam, & diuiduam inter omnes vocatos; In noſtro,
verò,caſu,quia ſupponimus,eodem tempore, vnica
verborum ſtructura, & copulatiuè fuiſſe de pluribus
perſonis actum in contractu, meritò diximus eſſe in-
diuiduum, adeovt non poſſit pro parte conualidari,
quin totum infirmetur.

Et, ex his, conſtat nullatenus operari contrà no-
ſtram ſententiam enarrata per *Altograd. d.conſil.36.*
93 *cum duobus ſeqq.* non ſolum quia ibi *Altograd.*ſuppo-
nit, initam fuiſſe renunciationem ad fauorem patris,
& filiorum ordine ſucceſſiuo, ſicut, ſi filij patri eſſent
ſubſtituti.

Sed etiam, quia, in caſu *Altograd.* certum erat re-
nunciationem, ad fauorem patris, non habuiſſe effe-
ctum; non, quia pater ei contraueniſſet in ſolutione
ſcutorum 15. quolibet anno; Sed, quia eandem mi-
nimè acceptare voluerit, quo caſu, renunciatio ad
fauorem patris non poterat haberi in conſideratione
in præiudicium filij; nam, cum initium non habuerit
nec in eſſe foret producta, nullum poterat afferre
præiudicium; & ſic non valet arguere, ab eo quod re-
nunciatio facta ad fauorem duorum non habuerit ef-
fectum, reſpectu vnius, ſcilicet Patris, & tamen fuerit 94
valida reſpectu filij: Quia, vt dixi, ob non accepta-
tionem patris duplex renunciatio efficitur, vna ad fa-
uorem filij,ad exemplum ſubſtituti,ad cuius fauorem
fit locus ſucceſſioni, nolente primo vocato, accepta-
re relictum &c.Et quod huiuſmodi filij nominatio di-
carur propria ſubſtitutio, oſtendit *Altograd. conſ.* 37.
*num.*5.*lib.*2.

An verò,quæ dicta ſunt, in caſu, quod renunciatio
ſit nulla pro parte, reſpectu perſonarum, in renun-
ciatione compræhenſarum, habeant locum etiam in
ea renunciatione,quæ reſpectu rerum, & bonorum,
quibus fuit renunciatum,pro parte,non ſubſiſtit, po-
teſt hic quæri.

Et reſolutiuè procedendo, arbitror, eſſe in totum
nullam renunciationem,ſi pro aliqua bonorum parte
ſit nulla,vt in terminis probat *Socin. Iun conſ.*129. *nu.* 95
38. *lib.*1. vbi, *quod ſi renunciatio eſt nulla, reſpectu bo-
norum Montis Calculi debitorum ex cauſa fideicommiſſi,
eſt nulla in totum, & ſic reſpectu prædij Arnani,& alio-
rum bonorum*, quem refert,& ſequitur *Capon. de ſtipul.
quæſt. vltima dub. 4. numer.* 30. & ſic etiam iudicauit
*Rota in Ariminen.Succeſſionis 1.Februarij 1664. cor. R.
P.D.Emerix deciſ.107.nu.5.poſt tract.*

Et ideò exiſtimo verum, quod, ſi fiat renunciatio,
de bonis maternis,& paternis,ſi ex parte matris adeſt 96
læſio enormiſſima, & ſic non valeat, nec valere pote-
rit,ex parte bonorum paternorum:præcipuè,quando
ſumus in contractu iurato, & cum iudicis decreto, ex
rationibus ſuprà ponderatis.

Et ſimiliter,ſi aliquis renunciat hæreditati Titij, &
Caij, Titius conſentiat, Caius non conſentiat, erit
renunciatio in totum nulla, cum pro parte Caij, qui 97
non appoſuit conſenſum, ſit prorſus inualida; id,
enim,operatur indiuiduitas contractus celebrati,vni-
co contextu: nam, licet, ſit factum,ſuper pluribus re-
bus dicitur nihilominus indiuiduus, ita vt ſcindi mi-
nimè poſſit *l. lecta verſ. dicebam, ff. ſi certum pet. l. ſi* 98
ventri,§.in bonis,ff.de Priuil.credit.Menoch. lib.6 præſ.
12. cum ſimilibus.

Sic videmus, quod alienatio prædij dotalis à mu-
liere facta, annullatur in totum, ſi excedit medieta-
tem dotis, in aliqua parte, quando diſtractio bono-
rum prouenit ex eodem contractu, & ex vnica obli-
gatione, vt, omiſſis antiquioribus, probat *Noguerol.* 99
*alleg.29 nu.182.& ſeqq.Fontanell.de Pact.Nupt.clauſ.
7.gloſſ.2.par.3.num.21.& ſeqq Bottigher.de ſucceſſ.cap.
2.Theor.*88. & præcipuè fundatur in ratione indiui-
duitatis contractus,*Hodiern.ad Surd.dec.86. num.19.
Andreol.contr.376.num.5.*

Quicquid ſit,quando mulier plures fecit obligatio-
nes in diuerſis,& ſeparatis contractibus, quorum ſin-
guli non excedunt dotis medietatem, excedunt ta- 100
men ſimul iuncti.

Tunc, enim,firmis remanentibus prioribus obliga-
tionibus,non excedentibus dotis medietatem,cæteræ
tantum annullantur,quæ dimidiam partem ſuperant,
& excedunt,*Monac.ad Minad.dec.29.num.8.Fontanell.
de Pact.Nuptial.clauſ.4.gloſſ.23. numer.21. & clauſ.7.
gloſſ.2.par.3.numer.19.20. Salgad. Labyr, credit. par.2.
cap. 4. numer. 68.76.Theſaur. Iun. in add ad dec. pa-
tris dec. 223. verſ. plura orta Vrceol, reſol. 24. numer.
43. Poſt. reſol. 89. numer. 53. Andreol. controu. 376.
num.4.*

Et ſimiliter facta, à iudice, adiudicatione bono-
rum,pro ſumma partim vera,& partim falſa, adiudi-
catio eſt nulla in totum, & non ſubſiſtit pro ſumma

verè

101 verè debita, vt latè probant *Surd. dec. 45. num. 2. & seqq. & de Alim. tit. 9. quæst. 32. num. 79. 80. Asin. de Execut. §4. cap. 11. per tot. Cartar. dec. 39. num. 9. & seqq. Roc. coram Buratt. dec. 91. coram Caualer. dec. 74. & in Romana Fideicommissi de Alberinis 23. Iunij 1662. coram R.P.D. Beuilaqua*, & latè comprobat *Gaunauer consil. 3. post decis. num. 3. & seqq. Capon. vbi suprà par. 7. num. 31. & seqq.*

Nisi, tamen, adiudicatio facta fuerit pro diuersis,
102 & separatis summis, ac in diuersis capitibus separatis, tunc enim substinetur pro summa verè debita, & annullatur tantum in excessu, vt probauit *Rot. dec. 33. par. 2. diuers. Andreol. contron. 160. num. 13.*

Præterea, data nullitate renunciationis, ex aliqua falsa causa, in parte non verificata, totus annullatur
103 contractus, vt, in terminis donationis initæ à muliere pro dotanda filia, quæ, licèt valeat absque vlla
104 solemnitate statuti, & iudicis decreto, vt per *Lamberteng. de contract. gloss. 21. verbo occasione, num. 5. Natt. consf. 52. num. 16. Barbos. 1. parte l. prima. ff. solut. matrim. num. 26. Put. dec. 160. num. 2. vers. & isto casu, lib. 3. Altograd. consf. 34. num. 8. lib. 1. Cyriac. contron. 81. num. 30.* Nihilominùs, si appareat, quòd ex aliqua parte bona per mulierem distracta, non fuerint implicata in causam dotis, vel quod mulier esset donatura etiam circumscripta causa dotis, promissio mulieris, & obligatio, vel distractio bonorum est in to-
105 tum nulla, vt latissimè *Gratian. discept. for. cap. 691. num. 32. Rot. in Vrbinaten. Prædij 23. Maij 1658. coram R. P. D. Beuilaqua, vers. prout quoque, in Narnien. Census 26. Iunij eiusdem anni coram eodem, in Bononien. Censuum 17. Martij 1664. coram Reuerendiss. Albergato, §. vltimo, in Tiburtina Donationis 6. Iunij 1660. §. neque, coram eodem.*

CAPVT XXXVII.

Promissio de renunciando, an, & quando sit renunciatio. Plura, quod differat promissio ab actu perfecto: Multa adducuntur argumenta, pro vtraque parte, & tandem negatiua sententia, vt verior comprobatur quamquam promissio renunciandi iurata sit Nonnulla de promissione facta à tertio, quod aliquis renunciabit, quomodo, & quando obliget.

SVMMARIVM.

1 *Promissio renunciandi est renunciatio.*
2 *Circuitus est euitandus.*
3 *Promissio de remittendo idem operatur, ac ipsa remissio.*
4 *Pactum de liberando in futurum parit exceptionem in præsenti.*
5 *Quando promittitur fieri aliquis actus, in quo sufficit sola contrahentium voluntas, promissio dicitur contractus.*
6 *Ex promissione vendendi certo pretio, dicitur inducta venditio.*
7 *Et dat actionem personalem contra promissorem.*
8 *Donatio dicitur inducta ex promissione donandi.*
9 *Promittens se obligare ad decem, tenetur statim ad illa decem.*
10 *Eo casu, an bona promissoris dicantur hypothecata.*
11 *Donans, an teneatur donatario de euictione.*
12 *Distingue, vel donatio incepit à traditione, vel à promissione, primo casu non tenetur, secundo casu tenetur.*
13 *Quando donatio incipit à traditione, donans dat vt se ab onere eximat.*
14 *Non est æquum, vt quis obligetur contrà eius intentionem.*
15 *Qui incipit à promissione, habet animum se obligandi.*
16 *Ex promissione de donando oritur actio.*
17 *Doctores disputantes; An & quando donans de euictione teneatur.*
18 *Debetur euictio in donatione, & legato quantitatis, quando donatio, vel legatum non est merè gratuitum.*
29 *Appellatione contractus venit promissio, & tractatus de contrahendo.*
20 *Tractatus est pars contractus.*
21 *Tractatus est principium rei.*
22 *Aequum est vt circuitus euitetur.*
23 *Opinio euitans circuitus est æquior & benignior.*
24 *Idem est promittere renunciare ac ipsa renunciatio.*
25 *Promittens renunciare facere, tenetur ad interesse non sequuta renunciatione.*
26 *Contrà, quod promissio de renunciando sit renunciatio.*
27 *Promissio de remittendo, differt à remissione.*
28 *Aliud est executio, aliud promissio.*
29 *Promittere non est implere.*
30 *Promissio de vendendo non est venditio.*
31 *Aliud est accipere aliquam in vxorem, aliud promissio de accipiendo*
32 *Aliud pacisci de contrahendo, aliud contrahere.*
33 *In quacumque materia aliud est promissio de faciendo aliud factum.*
34 *Promissio & factum sunt diuersa.*
35 *Renunciatio est stricti iuris, & est interpretanda, vt minùs obliget, quam fieri potest.*
36 *Est interpretanda, vt minùs noceat, quam fieri potest.*
37 *Aliud est sententia aliud executio.*
38 *Promittere non est implere.*
39 *Renunciare promittens non renunciat.*
40 *Multa dicuntur, quæ non fiunt.*
41 *Ex accessorio non infertur ad principale.*
42 *Statutum disponens, quod de contractu venditionis soluatur gabella non includit promissionem de vendendo.*
43 *Gabella debita pro venditione, & actu non debetur ex promissione actus.*
44 *Stante statuto, quod contractus non probetur nisi per scripturas potest aliter, quam per scripturas probari promissio de contrahendo.*
45 *Vbi quis ex alienatione & venditione pœnam incurrit, non committitur, si quis vendere & alienare promittit.*
46 *Habens promissionem de renunciando ipsam renunciationem habere dicitur.*
47 *Qui habet actionem non dicitur habere rem, vbi consideratur implementum, & executio promissionis.*
48 *Minùs habere promissionem de renunciando, quam renunciationem.*
49 *Circuitus non sunt vitandi, quando sunt aliquo pacto vtiles.*
50 *Dispositio vltrà agentis intentionem non extenditur.*
51 *Promissio faciendi, & factum idem sunt, quando post promissionem nil restat faciendum.*
52 *Quando operatio voluntatis est perficienda per aliam operationem, non dicitur perfecta.*
53 *Promissio de eligendo habet vim electionis.*

54 Pro-

54 *Promissio de donando est donatio.*
55 *Præcipuè si promissio de donanda facta sit causa dotis.*
56 *Promissio de renunciando iurata habet vim renunciationis.*
57 *Contrà quod promissio de renunciando licèt iurata vim non habet renunciationis.*
58 *Iuramentum non supplet defectum consensus.*
59 *Iuramentum restringitur secundum naturam actus super quo interponitur.*
60 *Iuramentum operatur, vt promittens renunciare, non liberetur soluendo interesse.*
61 *Promittens renunciare, non tenetur cum iuramento renunciare.*
62 *Contrà, quod promittens renunciare, non dicatur satisfacere, nisi cum iuramento renunciet.*
63 *Verba contractus ità sunt interpretanda, vt aliquid operentur.*
64 *Gerens negocium, illud vult esse firmum, & efficax.*
65 *Disponens censetur expressisse ea omnia, quæ sunt necessaria pro validitate actus.*
66 *Paria sunt non fieri, vel minùs legitimè fieri.*
67 *Non est dicẽdum, quem voluiße inire actum nullum, & frustatorium.*
68 *Promissio facta à tertio, de faciendo aliquem renunciare quomodo obliget.*
69 *Distinguitur in promissione simpliciter facta, quod alius renunciabit, vel in promissione se facturum, & curaturum &c.*
70 *Quando promissio est simpliciter facta, distinguitur, in promissione facta sciente vxore, vel ignorante.*
71 *Promissio de renunciando facta sine vxoris consensu obligat promittentem.*
72 *Et censetur promisisse se effecturum, vt renunciet.*
73 *Contrà quod neque maritus, neque vxor eo casu obligentur.*
74 *Alteri per alterum stipulatur inutiliter.*
75 *Stipulationes sunt inuenta, vt vnusquisque sibi acquirat.*
76 *Alios quid facturos quis promittit inutiliter.*
77 *Et maritus, neque naturaliter obligatur, licèt non sequatur renunciatio.*
78 *Quando quis soluit per stipulationem factam ab altero absenti potest repeti.*
79 *Conductio non datur, quando adest naturalis oblgatio.*
80 *Vir promittens, quod vxor renunciabit obligatur naturaliter.*
81 *Et etiam Ciuiliter quando constat de voluntate.*
82 *Pro absente pacisci non licet.*
83 *Limita, quando quis nomine alterius gerit negocium vtile.*
84 *Hoc casu absens tenetur ratificare acta per stipulantem.*
85 *Et gestor negociorum tenetur cedere omnia iura per pactum acquisita.*
86 *Soluens pro alio habet actionẽ negociorum gestorum, quando vtile gerit negocium.*
87 *Et ampliatur etiam in tertio soluente debitum fisci.*
88 *Promissio de renunciando facta cum consensu vxoris, eandem vxorem obligat.*
89 *Paria sunt, vt quis actum per se, vel per alium expediat.*
90 *Talis scientia mulieris est concludenter probanda.*
91 *Nec sufficit ostendere promissionem fuiße initam in Capitulis matrimonialibus.*
92 *Quando vir promittit se facturum, & curaturum, vt vxor renunciet, vxor ad nihil tenetur, sed vir tenebitur ad interesse.*
93 *Quia hoc casu, non alienum, sed proprium factum promisit.*
94 *Quando maritus promisit simpliciter se facturum, & curaturum, vt vxor renunciauerit, factis diligentijs liberabitur.*
95 *Promissio eo casu resoluitur in promissionem facti proprij adhibendi, scilicet, diligentias.*
96 *Qui adhibuit diligentias dicitur satisfacere suæ obligationi.*
97 *Et propterea excusatur à pœna, vel interesse.*
98 *In promissionibus maximè factorum difficultas dicitur excepta.*
99 *Promittens factum alienum ad id solum adstringitur, vt sine fraude, & bona fide adhibeat diligentias, vt promissio exitum consequatur.*
100 *Quando promissio est iurata quis non excusatur, adhibitis diligentijs.*
101 *Contra, quod eximitur, non obstante iuramento.*
102 *Deus neminem adstringit ad impossibile.*
103 *Etiamsi in promissione adsit clausula, aliàs ad omnia damna, nihilominus quis excusatur adhibitis diligentijs.*
104 *Quando quis promisit resarcire damna, non excusatur adhibitis diligentijs.*
105 *Quando constat de intentione promissoris, vt voluerit se obligare, semper tenetur ad damna, & intereße.*
106 *Si verò non constat, adhibitis diligentijs liberatur.*
107 *Quomodo talis voluntas dignoscatur.*
108 *Licèt adsit clausula; aliàs ad omnia damna, & interesse, nihilominus quis liberatur adhibitis diligentijs.*
109 *Clausula,* cum effectu, *operatur; vt promissor teneatur ad damna, etiam factis diligentijs.*
110 *Contra, quod non obstante tali clausula per diligentias liberetur.*
111 *Vt quis dicatur obligatus debet clarè, & specificè constare de voluntate promittentis.*
112 *Quando fuit dictum:* aliàs de proprio, *quis tenetur ad interesse.*
113 *Et tunc diligentia nihil operantur.*
114 *Quando adsunt plures clausulæ pragnantissimæ, quis non excusatur adhibendo diligentias.*
115 *In facto proprio non consideratur aliqua difficultas.*
116 *An requiratur interpellatio ad constituendum promissorem in mora.*
117 *Quando promissor facti alieni teneatur ad intereße.*
118 *Promittens, aliquem ratificaturum, ad quid teneatur.*
119 *Promittens aliquem ratificaturum intra aliquod tempus, an sufficiat ex post.*
120 *Promittens, vt alius ratificabit, non tenetur mutato statu rerum.*
121 *Promissio de renunciando facta ab ingreßura Monasterium operatur exclusionem monasterij.*
122 *Promittens, vt alius renunciabit, tenetur curare, vt renunciatio fiat validè.*
123 *Promittens, vt alius renunciabit, non tenetur ad aliquid, si facta renunciatione annulletur, vel ob læsionem rescindatur.*
124 *Maritus ad nihil tenetur si mulier recuset renunciare ob læsionem.*
125 *Data intrinseca nullitate renunciationis, corruit obligatio de faciendo renunciare.*
126 *Promittens de rato non tenetur facere ratificare actum nullum.*
127 *Promissio soluendi debitum non tenet, si debitum est nullum.*
128 *Promissio ob turpem causam non obligat.*

AN promissio aliquid faciendi vim habeat contractus perfecti, est valdè, in iure, controuersum: Pro vtraque, enim, parte militant iura, & auctoritates scribentium. Et precipuè, in nostris terminis,

minis, volunt nonnulli, quod promissio renunciandi
1 habeat vim renunciationis, vt, præ cæteris, affirmant
relati à *Gallerat. de Renunc. lib. 1. cap. 7. in princ. tom. 1.*
vbi nil referre, quod quis, vel renunciet, vel promit
tat renunciare. Nam æquè operatur promissio re-
nunciandi, ac ipsa renunciatio. Siquidem, vt circui-
2 tus euitetur, *iuxta l. Dominus testamento, ff. de Con-
dit. Indeb. l. cum fundus, §. seruum tuum, ff. si cert. pet.*
Pactum de renunciando, pro renunciatione habetur,
ex quo ipsa renunciatio ex eo inducitur; sic etiam
firmaut *Couarr. d. cap. quamus, in initio tertiæ partis,
num. 3. Crauett. cons. 12. num. 2. Molin. cons. 55. num. 4.*
quos refert, & sequitur *Kellemb. de Renunc. quæst. 8.
num. 8. & seqq.* & *quæst. 10. per tot. Seraphin. de Pri-
uil. iuram. cap. 23. Merlin. Pignatell. controu. 1. per tot.
centuria 1. Cancer. var. par. 3. cap. 15. num. 252. Capyc.
Latro dec. 4. num. 29.* &, alijs adductis, *Olea de Cess.
Iur. & act. tit. 1. quæst. 6. num. 31.*

Et pro hac sententia allegatur *tex. in l. si intrà, ff.
de Pact. l. si creditoris, C. de Fideic.* vbi, quòd promis-
3 sio de remittendo eandem parit exceptionem, ac ipsa
remissio; Vnde ait *Bart. d. l. si intrà, ff. de Pact.*
quod pactum, de liberando in futurum, exceptionem
4 producit in præsenti, *Tiraquell. de Retract. Conuent.
ad finem tituli, num. 28* & latiùs explicat *Kellemb.
vbi suprà, num. 10. Bottigl. de success. Theor. 42. num 2.*
&, multis relatis, *Merlin. d. controu. 4 num. 4. cent 1.*

Et facit, etiam, regula, quòd, vbi promittitur fieri
5 aliquem actum, in quo sufficit sola contrahentium
voluntas, & tempore promissionis, nihil repugnat,
quod contractus fieri non possit, tunc promissio in-
ducit contractum, vt firmat *Aretin. in l. 1. ff. de Pi
gnor. act.* &, multis relatis, probant ex moderniori-
bus, *Donat. Anton. de Marin. lib. 1. cap. 298. num. 3.
Olea de Cess. d. quæst. 6. num. 47. Reuerter. dec. 214.
vbi add. num. 2.*

Hinc est, quod ex promissione vendendi certam
6 rem, pro certo pretio, dicitur inducta venditio, *Al-
ciat. cons. 18. num. 8. lib. 8. Gallerat. d. cap. 7. num. 1.
in medio.*

Cum hac tamen limitatione, quod, si res fuerit
alienata, valet alienatio, quia promissio dat solam
actionem personalem, vt probat *D. meus Franc.
7 Palm. cons. 13.* & de hac re plura etiam scripserunt,
*Petra de Fideic. quæst. 8. num. 184. & seqq. Thesaur.
dec. 233. Cartar. dec. Gen. 29. Zucchar. dec. Luc. 51.
Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 23. per tot. Merlin.
de Pignor. lib. 2 tit. 4. quæst. 110. Olea de Cess. tit. 1.
quæst. 6. num. 7. Thomat. dec. 210. num. 14. Giurb. dec.
Sicil. 10. num. 17. Rot. dec. 753. par. 3. rec.* & alij infe-
riùs allegandi.

Ex promissione donandi, donatio dicitur inducta,
8 *Surd. cons. 457. num. 24. & 535. num. 8. Cancer. var.
par. 3. tit. de Pact. num. 124. Fachineus lib. 2. contron.
cap. 7. 8. Casanat. consil. 10. num. 124. Gratian. discept.
cap. 886. Cutel. de Donat. tom. 2. tract. 2. disc. 1. special.
17. num. 34. & seqq. Bottiglier. de success. d. Theor. 42.
num. 14. Olea vbi suprà, num. 4. Gallerat. de Renunc. d.
cap. 7. num. 5. in fine, Buratt. dec. 719. num. 6. Rot. dec.
158. num. 12. & dec. 118. num. 6. par. 6. recent.* & plura
etiam de materia, *Tondut. quæst. Ciuil. cap. 50. Barbos.
vot. decis. 126. num. 308. Querad. dissertat. Iur. 19.
num. 32.*

Et scribit *Io: Andreas in addit. ad speculat. rubr. de
oblig. & solut.* circa principium, quod si quis promi-
serit se obligare tibi ad decem, tenetur statim ad illa
decem, ex dicta promissione causa vitandi circui-
9 tum, vt tenet etiam *Rum. cons. 12. num. 32. lib. 3. Co-
uarr. d. cap. quamuis pactum, par. 3. in princ. num. 3.* &
alij relati per *Gallerat. vbi suprà, cap. 7. num. 1. versic.
bis accedis*, plura *Merend. controu. lib. 24. cap. 28. num.*
37. & seqq. vbi, an bona dicantur hypothecata, & 10
quam pluribus, de more cumulatis, arguit *Bottiglier.
de success. d. Theor. 42. num. 16. & seqq. & num. 20.*
elegantem, vt ipse ait, rationem adducit desum-
ptam, ex vulgatissima quæstione; An donans tenea- 11
tur donatario de euictione, In qua communis est di-
stinctio; an donatio inceperit a traditione, vel a pro-
missione; primo casu donans de euictione non tene-
tur; secundo casu tenetur, vt, alijs omissis, firmat 12
*Mangil. de Euict. quæst. 69. per tot. Guzman eodem tract.
quæst. 25.* Et ratio disparitatis est, quia, quando do-
natio incipit a traditione, donans dat, vt se ab onere 13
eximat, quoniam, qui à traditione incipit, potiùs
distrahendi animum, quam obligandi habet, *§. sed
hæc species, Instit. quibus mod. se contrah. oblig.* & sic 14
contra eius intentionem ipsum obligare æquum non
est, *l. non omnis, ff. si cert. pet. l. qui in aliena, ff. de
acquir. hæred.*

Qui, verò, à promissione incipit, animum se obli- 15
gandi habet, & ipsum non inutilem, sed efficacem
voluisse facere promissionem iura præsumunt: Vnde,
si rem ipsam, in eum, cui promisit in effectu, & irre-
uocabiliter non transtulerit, obligationi, & promis-
sioni suæ satisfecisse non dicitur, *l. vbi autem, § fin.
ff. de Verb. oblig.* Igitur, si ex promissione, de donan-
do, re postea tradita, & euicta, datur actio contra
donantem, ex eo, quia non dicitur suæ promissioni
satisfecisse, signum euidens est, ex promissione de
donando actionem oriri, vt subtilissimè, (vt ait *Bot- 16
tiglier. vbi suprà*) argumentatur *Arias Pinell. l. 2. par.
2. cap. 3. num. 30. in fine, C. de Rescind. Vendit.*

Huiusmodi quæstio; an donans teneatur de euictio- 17
ne, ad fauorem donantis resoluenda est, per ea, quæ
tradunt, *Bursatt. cons 31. num. 5. Alex. cons 41. lib. 3.
Gozadin. cons. 6. Andreol. contron 204 num. 15. Mer-
lin. Pignatell. cap 19. cent. 2. Escobar. de Ratioc. cap.
24. num. 27. Reuerter. dec. 433. Rot. coram Royas dec.
170. num. 11 & seqq coram Eminentiss. D. Cardinali
Otthob. dec 67. num. 12. coram Duran. dec. 285. num. 33.
& in rec. dec. 150. par 8. & dec. 444 par. 9.*

Tunc, vero, debetur absque dubio euictio, quando
donatio non est merè gratuita, sed correspectiua ad 18
aliquam obligationem, vt in terminis legati voluit
*Rot. in Meleuitana Euictionis 28. Iunij 1668. coram
Eminentiss. D. Cardinali Carpinea*, & dixerat etiam in
*Bononien Liquidationis pretij 27. Ianuarij 1666. coram
bo: me: Emerix. dec. 111. post tract.*

Pro hac parte potest etiam allegari, *gloss. in l. debi-
ta, ff. de Separat.* vbi sentit, quod appellatione con- 19
tractus, venit etiam promissio, seu tractatus de con-
trahendo; Et, quod tractatus dicatur, & sit pars
contractus, firmauit etiam *Ciarlin. contron. 82. Spa- 20
da cons. 2. num. 10. lib. 3. Rot. dec. 63. num. 17. par. 8. &
dec. 40. num. 16. par. 10. rec.*

Ergo idem dicendum erit, de promissione renun-
ciandi, scilicet, vt ea quoque veniat appellatione re-
nunciationis, & per illam *gloss. & Bald. in cap. in cau-
sis, de Elect.* dicit, quod tractatus dicitur esse princi-
pium rei, adeo quod, qui tractat, & permittit de con-
trahendo, dicitur contrahere, & firmat etiam, alijs 21
adductis, *Gallerat. d. cap. 7. num. 1 & 2.*

Et eo magis videtur esse amplectenda huiusmodi
opinio, quia, hoc modo, euitantur inanes circuitus,
quod est admodum fauorabile, & æquitati conso-
num, *Tiraquell. de retract. tit. 2. §. 2. gloss. 1. num. 24. 22
& 71. Monac. dec. Luc. 25. num. 87. Gratian. discept.
forens. 887. num. 15. Argel. de legit. contrad. quæst. 5.
num. 5. & 94.*

Nam, vt inquit *Bartol.* quem refert *Gallerat. vbi
suprà num. 3.* quod euitari debeat circuitus, fundatur
in æquitate, & generaliter opinio euitans circuitus
est

23 eſt æqua, & æquiſſima, atque dicitur rationabilior, vtilior, ac benignior.

Et propterea concludit *Kellemb. d. cap.* 8. *num.* 8. in terminis promiſſionis factæ à puella de renunciando bonis paternis, idem eſſe promittere renunciare, ad ipſam renunciationem; maximè, quia, cum in
24 omnem caſum, ſit per promittentem ſoluendum intereſſe, *l. ſi ſterilis, §. ſi tibi fundum, ff. de act. empt.*
25 omnis vtilitas teſtatoris, & hæredum, in eo, dumtaxat, verſatur, ne filia, cum hiſce hæredibus ſimul ſuccedat, quoad intereſſe, quia cum reali renunciatione planè conuenit, omnes circuitus, & ambages ſunt euitandi; & clarius idem *Kellemb. inferius num.* 11. *verſ. hoc enim*, vbi, quod, ſi in noſtro caſu filia renunciationem interponere recuſet, & ob id hæredibus intereſſe refundere cogatur, ſanè nihilominùs quicquam præſtare poterit, quam ab hæreditate ſeſe, vt abſtineat, aut, ſi in poſſeſſionem huius venerit, eam, vt hæredibus reſtituat. Nihil, ergo, aliud intereſſe hoc in ſe continet, quam ipſam realem renunciationem.

26 Contraria opinio, quod promiſſio de renunciando, non ſit renunciatio, probabilior videtur, eamque tenent *Boer. dec.* 4. *Tiraquell. de retract. Conuent. in fine, tit. num.* 52. *Viu. dec.* 329. *num.* 5. *Couarr. d. cap. quamuis pactum, par.* 3. *in princ. num.* 3. *de Pact. in* 6. *Bartol. Angel. Aret. Alex.* & alij antiquiores relati per *Bottiglier. de ſucceſſ. cap.* 2. *Theor.* 42. *num.* 11. *Gallerat. de Renunc. d. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *& ſeqq. Pappon. Arreſt. lib.* 16. *tit.* 4. *arreſt.* 12. *Donat. Anton. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 298. *num.* 14. *& cap.* 191. *num.* 15. *lib.* 2.

27 Et ratio eſt, quia promiſſio de remittendo aliud eſſe videtur ab ipſa remiſſione *Aretin. cap. veniens, num.* 10. *de Teſtibus, Bald. l. pactum, quod dotali, C. de collat. quæſt.* 18. Et aliud eſt executio, aliud promiſſio,
28 & promittere non eſt implere, vt per *tex. in l. potior, ff. qui potior. in pign. hab.* firmant *Olea de Ceſſ. Iur. &*
29 *Act. d. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 38. *Gallerat. d. num.* 4.

Sic promiſſio de vendendo non eſt venditio, vt te-
30 nent *Doctores in l.* 1. *C. de Pignorat. act. l. in bona fidei, §. ſi tantùm, ff. eodem, Burſatt. conſ.* 100. *num.* 1. *Riminald. Iun. conſ.* 51. *num.* 10. *& ſeqq. Barz. deciſ.* 111. *Viu. dec.* 329. *Kellemb. quæſt.* 18. *num.* 5. *Gallerat. vbi ſuprà pariter num.* 5. *Bottiglier. d. Theor.* 42. *num.* 47. 48. *Mart. Medic. exam.* 5. *num.* 1. *& ſeqq. & dec.* 12. *per tot.* & latiùs *in addit. ad Reuerter. dec.* 214. *num.* 3. cum allegatis ab ipſis.

31 Aliud eſt accipere aliquam in vxorem, aliud promiſſio de accipiendo; Nam, primo caſu, contrahitur matrimonium, altero verò, etiam cum iuramento, ſponſalia de futuro, *cap. iurauit, vbi Abb. & Imol. de Probat. Kellemb. d. quæſt.* 8. *num.* 6. *Paſqualig. quæſt. moral. cent.* 2. *quæſt.* 151. *num.* 6.

32 Aliud eſt paciſci de contrahendo, aliud contrahere, *Viu. dec.* 329. *num.* 3.

Et generaliter procedit in quacumque diſpoſitio-
33 ne, & materia, vt aliud ſit promittere de faciendo, aliud ipſum factum, *Paſqualig. d. loco, d. quæſt.* 151. *nu.* 6. *& quæſt.* 152. vbi latè de Donatione, quod aliud ſit donare, aliud promiſſio de donando.

Sic aliud eſt fideiubere, aliud id promittere. Aliud conducere, aliud promittere de conducendo, Aliud cedere, aliud promittere de cedendo, vt relatis plu-
34 ribus, *Gallerat. vbi ſuprà num.* 5. *Olea de Ceſſ. Iur. & Act. d. quæſt.* 6. *nu.* 33. vbi, quod promiſſio, & factum diuerſa ſunt. Ideoque promiſſionem de mutuando, mutuum non eſſe, de vendendo, venditionem, de donando, donationem, de renouando, renouationem, de renunciando, renunciationem, de dotando, dotem, de profitendo, Profeſſionem, & pro Confirmatione allegat *Caſtill. controu. lib.* 2. *cap.* 3. *Salgad. de Reg. Protect.* 2. *par. cap.* 3. *num.* 5. *Caneer.* 3. *par. cap.* 7. *num.* 121. & alios, vt ibi per eum, & latiſſimè de materia tractat *Mart. Medic. dec.* 12. *& examin.* 5. & melius *in add. ad eam*, & plura etiam de hoc *Trat. diſcept. for.* 21. *Andreol. controu.* 112. *Paſqualig. quæſt. Moral. Canonic. cent.* 2. *d. quæſt.* 151. *&* 152. *Rot. in Romana Donationis* 2. *Aprilis* 1669. *coram Eminentiſs. Cardinali Cerro, deciſ.* 49. *poſt Tractat.*

Et concluſio eo magis procedit, in renunciatione, 35
quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & debet interpretari, vt minus contineat, & ſic cum promiſſio poſſit operari promiſſionem de renunciando, & ipſam renunciationem, dicendum eſt, in dubio, vt minùs noceat, ſolùm operari vim promiſſionis, *Grat. conſ.* 109 *n.* 14. *lib* 1. quem refert, & ſequitur *Galler. vbi ſup. n.* 6. *in fine*, 36
qui optimè concludit *n.* 7. quod aliud eſt renunciare, aliud hoc ipſum promittere. Nam renunciatio, quæ fit, ex vi huiuſmodi promiſſionis, ſanè fit ad exequendam promiſſionem; Vndè, ſicuti aliud eſt ſententia, 37
aliud executio, aliud obligatio, aliud implementum; ita aliud eſt renunciatio, quæ cenſetur executio, aliud promiſſio, *Grat. conſ.* 24. *num.* 12. *lib.* 2. Planè 38
renunciatio ſequens ex promiſſione renunciandi, eſt executio, & implementum præcedentis promiſſionis, *Cranett. conſ.* 11. *num.* 2. Promittere enim, non eſt implere, vel præſtare promiſſa. Vnde *Ouid. lib.* 1. *de art. amand.*

Promittas facito: quid enim promittere lædit?

Ex *Phocio apud Stobæum.*

Fac magna, non magna promitte.

& Dec. conſ. 469. *in princ.* ait, quod qui promittit renunciare, non renunciat, ſed tractat de futura renunciatione. Vnde renunciatio non infertur neceſ- 39
ſariò ex ipſa promiſſione, quandoquidem multa dicuntur, quæ non fiunt, *l. multum intereſt, C. ſi quis alter. vel ſibi*, & ſemper inſpici debet effectus ſubſe- 40
cutus. Itaque concludit, quod promiſſio de renunciando, non eſt renunciatio, ſed tractatus futuræ renunciationis, quæ, ſi poſteà fiat, cenſebitur facta, in executionem præcedentis tractatus, ac promiſſionis de renunciando. Quin ex promiſſione de renun- 41
ciando inferri non poteſt ad renunciationem, ne ex acceſſorio inferatur ad principale, hoc eſt, ad ipſam renunciationem, contra *legem, quod per manus, ff. de Iur. Cod. & l. ex pupillo, ff. de Vulg. & pupill. ſubſt.*

Et propterea, ſi adeſt ſtatutum, quod, de contra-
ctu venditionis ſoluatur gabella, non ſoluetur de pa- 42
cto, & promiſſione de vendendo, vt voluit *Surd. conſ.* 52. *num.* 18. *Mantic. de Tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 3. *Bertazzol. clauſ.* 30. *gloſ.* 12. *num.* 3. *Guttier. de Gabell. cap.* 47. *num.* 19. *Mart. Medic. exam.* 5. *num.* 41. *Cyriac. contr.* 403. *num.* 17. vbi, quod gabella debita pro ven- 43
ditione, & actu, non debetur ex promiſſione actus, *Olea de Ceſſ. d. quæſt.* 6. *num.* 39. *&* 40. vbi, quod ſimiliter, ſi lege, vel ſtatuto cauetur, quod contractus non niſi per ſcripturam probetur, tamen promiſſio de celebrando contractum, ſcriptura non indige- 44
bit, vt voluit *Surd. dec.* 43. *num.* 7. & alij allegati per *Oleam vbi ſuprà, num.* 41.

Et communis eſt ſcribentium opinio, quod, vbi ex alienatione, & venditione, incurrit quis pœnam, ea 45
non committitur; ſi quis vendere, aut alienare promittat, vt pleniſſimè videndus *Olea vbi ſuprà, num.* 43. *& ſeqq.*

Et, retenta opinione, quod promiſſio de renunciando, non ſit renunciatio, non obſtant, quæ pro contraria parte fuerunt ponderata.

Nam, non valet dicere, quod, qui habet promiſſionem de renunciando, ipſam habeat renunciatio- 46
nem, cùm legitimis modis, eam aſſequi poſſit, *l. qui actio-*

actionem, *ff. de Reg. Iur.* cum allegatis per *Barbos. axiom. 9. num.* 10. Quia respondetur cum *Gallerat. vbi supra num.* 7. *vers. quod si quis*, minùs esse actionem habere, quam rem, *l. minus est*, *ff. eodem*, & dixit etiam *Cyriac. controu. 68. num. 6. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 10. *num.* 28. *Casanatt. consil.* 28. *num.* 21. *Magon. dec. Florent.* 28. *num.* 4.

Quamuis, enim, quoad iuris intellectum, qui habet actionem, rem ipsam habere videatur, tamen
47 aliud est, vbi consideratur implementum, & executio promissionis; Si quidem euentus executionis est incertus, *gloss. d. l. qui actionem*, *ff. de Reg. Iur.* nam, vt dicitur *in l. quod debetur*, *ff. de Pecul.* in executione promissorum considerari debet, & sumptus in petendo, & incertitudo euentus executionis, & denique, mora temporis, propterea concludit idem *Gallerat.*
48 *vbi supra*, esse minus ius promissionis de renunciando habere, quam habere ipsam renunciationem, & executionem.

Nec objiciatur, quod saltem ad euitandos inanes circuitus, ex æquitate promissio de renunciando, pro renunciatione habenda sit.

Quia dicta regula procedit in casu, quod circuitus
49 sit omninò inutilis, quando verò circuitus est vtilis, non procedit, vt, multis relatis, limitat *Barbos. axiom.* 43. *num.* 4. & in terminis *Gallerat. vbi supra proximè num.* 9. vltrà quod eadem regula non potest ad casum præsentem adaptari: quia, cum intentio fuerit inire promissionem, de renunciando, non ipsam renunciationem, vltra intentionem agentis, non
50 est extendenda dispositio, vt latè *Decian. consil.* 36. *num.* 5. *& seqq. lib.* 2. *Gallerat. vbi suprà num.* 8. 9.

Quod, verò, fuit firmatum, promissionem de vendendo haberi pro venditione, de donando pro donatione; Procedit in casu dumtaxat, quod contractus, in substantia, nihil aliud contineat, quam promissionem, & nihil solemne, post promissionem,
51 restat faciendum; nam, eo casu, quia contractus, nihil addit, supra promissionem, nec in modo, nec in accidentalibus, aut substantialibus promissio faciendi, & factum idem operabitur ad euitandos inanes circuitus, vt latissimè *Menoch. cons.* 496. *Reuerter. dec.* 214. vbi *Donat. Anton. de Mariu in addit.* necnon idem *de Mariu. in cap.* 298. *resol. quotid. lib.* 2. *Olea de Cess. Iur. & act. d. cit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 47. *Mart. Medic. in addit. ad exam.* 5. *num.* 3.

Et, in similibus terminis, facit optima distinctio
52 Rotæ, in *Romana Census*, *seu Fideicommissi* 9. *Aprilis 1666. coram R. P. D. Bourlemont*, *post tract. dec.* 61 *nu.* 4. quòd operatio voluntatis sit perficienda per aliam eius operationem, in dispositione facta, & tunc donec prima operatio à secunda purificetur, non dicitur perfecta, secùs verò, quando prima operatio constituit actum præsentem, & absolutum. Vt potest exemplificari in promissione de eligendo, vel nomi-
53 nando aliquem; nam promissio, eo casu, habet vim electionis, quia tunc nihil substantiale faciendum superest, vt fuit decisum in Regio Consilio Neapolitano, vt per *Reuerter. d. dec.* 214. & tradit *Olea vbi suprà quæst.* 6. *num.* 61. *Tundut. Sanleg. quæst. Ciuil. cap.* 50.

Et propterea Doctores tenent magis communiter
54 promissionem de donando veram esse donationem, quando promissio reducitur ad actum, quia tunc inducit obligationem ad donandum, vt, quando dictum fuit, tibi promitto donare centum, *Pasqualig. quæst. Moral. Canonicarum d. quæst.* 152. *num.* 6. quicquid sit, quando promissio ad actum non reducitur, si dictum sit, volo donare, quia tunc non obligatur ad donandum, *Pasqualig.* latissimè *d. quæst.* 152 *per tot.* & ita sunt intelligenda allata per *Roland. consil.* 9. *num.* 3. *Facchin. controu. lib.* 2. *cap.* 78. *Surd. consil.* 535. *num.* 8. *Gratian. discept. for.* 837. *num.* 2. & ad partes, disputato articulo, ita concludit *Bottiglier. de success. d. cap.* 2 *Theor.* 42 *per tot. Cutell de Donat. caus. matrim. tract.* 2. *discurs.* 1. *spec.* 17. *num.* 34. *Onat. de Contract. disp.* 29. *Merlin. Pignatell cent* 1. *cap.* 4 *num.* 6. *Mart. Medic. exam.* 5 *num.* 6. *& seqq.* & ibidem *in addit. pariter num.* 5. *versic. Verumtamen*, *Casanatt. consil.* 10. *num.* 194. *Querad. dissert.* 19. *num.* 30. *Add. ad Buratt. decis.* 719 *Rot. decis.* 393. *num.* 2. *parte* 5. *& decis.* 58. *par* 6. *recent.*

Et præcipuè, si promissio de donando facta fit cau-
sa dotis, vel matrimonij contrahendi, quia tunc, non 55
dicitur ampliùs pactum nudum, sed vestitum, cohærentia contractus dotis, seu matrimonij, vt omissis antiquioribus, latè fundat *Cyriac. contron.* 429. *nu.* 2. *Donat. Anton de Marin. cap.* 298. *num.* 3. *lib.* 1. *& in Addit. ad Reuerter. d. dec.* 204. *num.* 2. *in fine*, *Cancer. var. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 253. idem *Cutell. vbi suprà*, *num.* 34. *& spec.* 32. *Franc. de Pont. consil.* 10. *num.* 24. *Querad. d. dissert.* 19. *num.* 31. *Mart. Medic. in addit. ad exam.* 5. *num* 6. *Rot. dec.* 58. *num* 20. *& seqq. par.* 6. *rec.* & nouissimè *in Romana*, *seu Albanen. Dotis* 1. *Iulij 1665. coram R. P. D. Bourlemont*, vbi, quod promittens donationem in causam dotis, non solum efficaciter obligatur ad fauorem mulieris, & viri, sed etiam ad filiorum fauorem, siue considerentur, vti filij, siue vt hæredes, & latiùs in eadem causa 22. *Martij 1666. coram eodem.*

Id verò, quod diximus, promissionem de renunciando vim haud habere perfectæ renunciationis, solet limitari à Doctoribus in promissione iurata de renunciando: Nam huiusmodi promissio cum iuramento vim obtinebit renunciationis, vt tenet *Seraph.*
de Priuil. Iuram. priuil. 23. *num.* 12. cum multis allegatis, vbi *num.* 14. quod, cùm promissio huiusmodi 56
de renunciando pendeat à sola voluntate promittentis renunciare, haberi debet pro renunciatione, stante maximè iuramento, quod taliter promittentem obligat præcisè, & ita sentiunt *Bottiglier. d. Theor.* 41. *num.* 21. *Mart. Medic. d. exam.* 5. *num.* 35. *Pignatell. d. controu.* 4. *num.* 3. *Rouic. consil.* 41. *num.* 7. *& cons* 44. *Capon. de Pact. quæst.* 54. *num.* 20. Et iuxta hanc distinctionem exemplificat suam opinionem, *Kellemb. in addit. ad quæst.* 8. 9. 10. 11. *pag.* 583. *contrà Bartholom. Muscul.*

Sed in contrarium faciunt Doctores relati per *Seraph. d. Priuil.* 23. *num.* 27. quos sequitur *Gallerat.*
cit. cap. 7. *num.* 16. & reddit rationem, quia, vbi 57
constat de mente promittentis, quod voluerit non renunciare, sed id ipsum promittere, & circuitus potest esse vtilis, tunc iuramentum non potest operari, vt promittens de renunciando, pro renunciante
habeatur. Siquidem iuramentum non potest supple- 58
re defectum consensus.

Præterea, vbi circuitus est inutilis, promissio etiam non iurata habet vim renunciationis, vt circuitus euitetur; Vnde, nihil operatur iuramentum, sed restringitur secundùm naturam actus, super quo interponi-
tur, *l. fin. C. de non numer. pecun.* Cum, autem, natu- 59
ra promissionis de faciendo, non sit ipsum facere, sequitur, vt iuramentum non debeat egredi, naturam ipsius promissionis, super qua interponitur, &c. Itaque efficacius, & validius obligatur, ex vi iuramenti is, qui renunciare promisit, sed iuramentum non potest extendere consensum eius, qui promisit, vt teneatur perindè, ac si renunciasset; Vnde conclu-
dit idem *Gallerat.* iuramentum operari quidem, vt 60
obligatus ex promissione de renunciando teneatur præcisè renunciare, adeout minimè liberetur soluendo interesse: Verum non potest operari, vt is, qui promisit solùm renunciare, excludatur renunciatione, quam

quam non fecit, sed promisit, & cum Gallerat. pertransit etiam Donat. Anton. de Marin. cap. 191. num. 14. vers. respondeo, tom. 2.

Firmat, vlterius, idem Gallerat. vbi suprà, num. 19.
61 auctoritate Boer. in sua dec. 3. num. 5. 6. quod, qui promisit renunciare, non possit cogi cum iuramento renunciare, quo casu cum renunciatio non iurata sit nulla, idem esset, ac si renunciatio non fuisset interposita. Si, verò, hæc opinio subsisteret, frustrà disputaretur; an promissio, de renunciando vim habeat renunciationis; nàm nunquam valida interponeretur renunciatio; & sic certè promissio à renunciatione differret; Igitur, contrà hanc opinionem iure merito
62 scripsit Kellemb. de Renunc. success. quæst. 9. per tot. asserendo, quod verba contractus ità sunt interpre-
63 tanda, vt aliquid operentur, l. vbi 21. l. quoties in actionibus 12. ff. de reb. dub. l. 1. vers. hæc autem, ff.
64 quod quisq; Nam is, qui actum, siuè negocium gerit, vult hoc, omni ratione esse firmum, & efficax, l. si quando 109. ff. de leg. 1. Vndè regulariter, ne actus
65 reddatur elusorius disponens omnia ea, quæ ad eius validitatem necessaria sunt, tacitè expressisse censetur l. ad rem mobilem, 56. l. ad legatum 62. ff. de Procurat. l. illud 77. ff. de acquir. hered. Non est, igitur, dicendum mulierem renunciantem voluisse promittere actum nullum, & de iure inualidum.

Præterea paria sunt non fieri, vel minùs legitimè
66 fieri, l. si quis sub conditione, ff. de testam. tutel. cum similibus, dicendum est ergò, cum partes de renunciatione interponenda conuenerint, non de ea, quæ nullas habet vires, sed, quæ de iure subsistat egisse,
67 de inualido, enim, & elusorio actu conuentum esse, nec dici, nec cogitari debet, l. si prætor, 75. ff. de Iudic. l. 3. ff. de Testam. milit. l. quotics, ff. de reb. dub. Et his, & similibus argumentis innixus hanc etiam opinionem, sequitur Bottiglier. d. cap. 42. num. 15. Surd. cons. 3. num. 38. qui reprobat Rolan. contrarium tenentem, quem refert, & sequitur Add. ad Buratt. dec. 64. num. 21. Caputius ad Consuet. Neapol. super consuet. si moriatur, par. 3. §. 9. num. 8. & seqq. pag. 326. Noguerol. alleg. 6. num. 21. & alij allegati per Salgad. Labyr. Credit. par. 3. cap. 12. num. 16. Surd. cons. 2. num. 19. & seqq. Add. ad Capyc. Latro dec. 4. num. 39. plenè Morott. cons. 92. num. 5. & seqq. vbi dicit ita fuisse iudicatum in Senatu Pedemontano.

Videas vlterius penès Kellemb. vbi suprà, argumenta, quibus respondet Boer.

Diximus nonnulla de promissione de renunciando inita ab ipsamet persona, quæ renunciare debe-
68 bat: Modò videamus de promissione facta à tertio, de faciendo alium renunciare. Vt exemplificari potest in marito, qui promittat socero, vel alteri dotanti de faciendo renunciare filiam, vel in monialibus, quę promiserint tempore ingressus, quod puella renunciabit.

Hæc quæstio facilè, distinguendo, explicabitur: Vel loquimur de simplici promissione facta à viro, quòd
69 vxor renunciabit, vel de promissione se facturum, & curaturum, quod sequatur renunciatio.

Primo casu, scilicet, dum cogitur in promissione
70 simpliciter facta distinguitur, an fuerit facta à marito sciente, vel ignorante vxore.

Si vxore ignorante, videtur nihilominùs, quod ipsa ex mariti promissione obstringi possit, per tex. in l.
71 penult. ff. de negoc. gest. l. possessio quoque, §. fin. ff. de acquir. poss. l. huiusmodi, in princ. & ibi gloss. in verbo legatum, ff. de leg. 1. vbi habetur absentibus pacisci posse eorumque nomine actum perficere licere.

Vel saltem, si mulier non obligetur, vir teneatur. Nam censetur promisisse sese apud vxorem effecturum, vt renunciet, l. quotics quis, 18. in princ. de Verb. oblig. l. fin. ff. si quis in ius vocat. non ier. ex qua promis- 72
sione firmiter obstringitur, §. si quis in alium Instit. de inut. stipul.

Sed veritas est in contrarium, quod eo casu, nec vxor, nec maritus obligantur; Nam, sicuti explorati 73
iuris est, alteri per alterum stipulari inutiliter per tex. 74
in l. stipulatio ista 38. § alteri, ff. de verb. oblig. l. si generos. ff. de Iur. dot. l. 1. l. per quas personas, quia, vt Vlpianus ait in d. §. alteri, stipulationes inuentæ sunt, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua interest: Cæterum, 75
vt alij detur, nihil interest stipulatoris, vt latè firmant Thesaur. dec. 70. num. 1. Fachin. lib. 3. controu. cap. 19. Vasq. contr. Illustr. cap. 58. nu. 13. & alij relati per Arias de Mes. contr. lib. 3. cap. 5. nu. 5. Kellemb. de Renunc. success... quæst. 11. nu. 1. vers. sed hisce, Merend. contr. cap. 46. num. 1. lib. 21.

Ita etiam alios quid facturos inutiliter promittimus, vt expressè habetur in d. l. stipulatio ista in princ. 76
ff. de verb. oblig. quam latè exornat Merend. vbi suprà num. 2. & firmat optimè Kellemb. vbi suprà proximè num. 1. in medio, vbi ampliat, quod in his casibus, siue consideretur consensus, siue æquitas, nulla contrahi- 77
tur obligatio, ne quidem naturalis. Nam, quoad consensum, nec maritus, nec vxor renunciationem fecerunt ad fauorem alterius, cui succedere sperarent; hæc, enim, nihil pacta est; ille verò, succedere non potest, & propterea renunciationem promisisse dici non potest. Quo, verò, ad æquitatem minimè humanitati conuenit, vt is, cuius nihil interest, possit absentem, & ignorantem ad efficiendum quid obstringere. Imò, si absenti, quid stipulatum, & id quod promissum est, solutum fuerit, repetitio eius, iure fieri potest, l. si ita 78
stipulatus 126. §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. fit clatum, nullam ex ea, neque naturalem obligationem oriri, quia non daretur conditio, si naturalis indè orta fuisset obligatio, l. naturales 10. ff. de obligat. & act. l. 79
frater à fratre, ff de condit. indeb. Kellemb. vbi suprà nu. 1. in fine.

Prædicta, verò, possunt intelligi, quoad obligationem mulieris, quod non obstringatur, neque naturaliter, per promissionem à viro factam, ea ignorante.
Non verò, quoad ipsum virum promittentem factum 80
mulieris, hunc enim naturaliter obligari probat Merend. controu. lib. 21. cap. 46. num. 7. rationibus per eum, doctè, perpensis; Vndè concludit num. 8. quod, si versaremur inter mercatores, vel in ijs tribunalibus, in quibus negliguntur apices iuris, vir poterit adstringi ad interesse.

Et præsertim vir, non solùm naturaliter, sed efficaciter obligatur, quando constat de mente contrahen- 81
tium, quod voluerint efficaciter obligari Rot. dec. 150. par. 11. rec.

Nec faciunt, quæ in contrarium ponderata fuerunt, quod absentibus pacisci non licet eorumque nomine actum perficere: quia sunt intelligenda, quando 82
quis, nomine alterius negocium gerit, præcipuè vtile, quo casu absens tenetur ratificare acta per stipula- 83
torem Pompon. l. 12. § fin. l. 39. ff. de negot. gest. qua ratificatione facta negociorum gestor iura, & actiones 84
sibi per pactum acquisita absentibus cedere cogitur l. si procuratorem 8. § fin. ff. mandat. l. possessio quoque, §. 85
fin. ff. de acquir. poss. in quo si se contumacem præstiterit negociorum gestorum ratione ad id compelli poterit, vt latè Kellemb. d. quæst. 11. nu. 4. 86

Et è contra negociorum gestor, si vtile negocium gesserit pro alio, licet inuito, & ignorante, repetere poterit id, quod, per eum, fuit impensum in negocio, vt si tertius soluat debitum Titij sine mandato eiusdem poterit à Titio repetere solutum, iint extando actionem negociorum gestorum, l. si filius, ff. de negoc. gest. l. cum pecuniam, ff. eodem, Lepid. dec. Luc. 13. vers.

vers. nam quod, Malir. de solut. cap. 25. num. 10. Ad Gre-
gor. dec. 111. num. 11. vers. soluens, Scacc. de Commerc. &
Camb. §. 2. gloss. 5. num. 75. vers. prima inspectio, & num.
365. Gratian. discept. 388. num. 5. Surd. cons. 183. num. 17.
Menocch. cons. 296. num. 24. Rot. Genuen. dec. 6. num. 7.
& dec. 32. num. 3. Anton. de Amat. resol. 7. num. 15. Ca-
mill. de Medic. cons. 109. num. 15. Cyriac. controu. 36. nu.
11. Ramon. cons. 14 num. 9. Tusc. Pract. concl. lit. S, concl.
302. nu. 23. vbi ampliat in tertio soluente debitum fi-
87 sci, vt etiam contra eundem fiscum detur actio nego-
ciorum gestorum, Olea de Cess. iur. & act. tit. 5. quæst. 5.
nu. 40. Raffael à Turr. de Camb. disp. 2. quæst. 13. num 37.
Carleual de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 35. nu. 8. Giurb. obseru.
par. 1. obseru. 82. num. 3.

Si verò vir promiserit, quod vxor renunciabit cum
scientia, & voluntate eiusdem mulieris, ipsamet mu-
88 lier ad renunciandum erit adstricta; nam paria sunt,
quod quis per se actum expediat, siue per alium l. v-
89 nica, §. ne autem, C. de caduc. toll. cum alijs latissimè cu-
mulatis per Barbos. axiom. 92. nu. 1. & in terminis Kel-
lemb. d. quæst. 11 nu. 9.

Huiusmodi, autem, scientia, & voluntas vxoris est
90 plenè, & concludenter probanda, vt per Mynsing. resp.
10. num. 20. quem refert, & sequitur Kellemb. vbi su-
pra num. 10. vers. quare, Donat. Anton. de Marin. resol.
quotid. lib. 2. cap. 191. num. 14. & seqq. vbi, quod non
præsumitur scientia, promissio, vel ratificatio vxoris,
ex eo, quod huiusmodi pactum, vel promissio de re-
nunciando sit inserta in capitulis matrimonialibus,
etiam matrimonio sequuto, & dote recepta, sed vlte-
91 riùs est probandum de scientia eiusdem, & similiter,
quod elici non possit ex administratione, quam ma-
ritus ex bonis vxoris habet, firmat idem Kellemb.
vbi supra num. 10. ex eo, quia administratio lita
non bona, sed lites tantum respicit, l. maritus, &
ibi Doctores, C. de Procur. cum ibi per Kellemb. no-
tatis.

Secundo verò casu, si maritus non simpliciter vxo-
rem renunciaturam promiserit, sed vlteriùs addide-
92 rit, se effecturum, quod renunciabit, tunc vxor quidem
ob defectum consensus ad nihil erit obligata, vir au-
tem, si renunciatio non interponatur, tenebitur ad
interesse, ad illius fauorem, cui debebat fieri renun-
ciatio.

Quia, hoc casu, non alienum factum, sed proprium
93 promittit, vt expressè decidit tex. in §. si quis alium
instit. de inut. stipul. ibi, si quis alium daturum factu-
rumue quid promiserit, non obligabitur, veluti, si spon-
deat Titium quinque aureos daturum; quod, si effectu-
rum se, vt Titius daret, spoponderit, obligatur l. quoties
81. in princ. ff. de verb. oblig. Paris. cons. 109. num. 8.
& cons 110. num. 4. vol. 1. & alijs adductis, Surd. cons.
103. num. 5. Mynsing. resp. 10. num. 17. Port. cons. 5. num.
35. Kellemb. vbi supra quæst. 11. num. 10. in fine, Cyriac.
controu. 103. nu. 9. 10. Merend. controu. d. cap. 46. num. 6.
lib. 21.

Cum hac, tamen, distinctione sunt præmissa in-
telligenda, vel maritus promisit, se effecturum, vt
vxor renunciaret, vel in casu non renunciationis,
voluit nihilominus esse obstrictum, vel promisit
pœnam.

Primò casu, dum promittit facere, quod vxor re-
nunciabit, factis diligentijs, dummodò sit in bona fi-
94 de, liberatur à pena, vel interesse; Siquidem, tunc pro-
missio resoluitur in promissionem facti proprij, adhi-
bendo, scilicet, diligentiam, & curam, quod vxor re-
95 nunciabit, vt per Paris. cons. 110. nu. 7. lib. 1. Mantic. de
Tacit. & Ambig. lib. 14. tit. 34. nu. 11. & tit. 35. nu. 1. cum
seqq. Gratian. discept. 726. num. 12. & 13. Add. ad Gre-
gor. dec. 241. num. 8. Buratt. dec. 64. vbi Add. lit. A, &
in recent. dec. 150. numer. 4. par. 11. Donad. de renunc.
cap. 7. num. 7. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 267.
num. 1.

Et propterea, omnem adhibendo diligentiam, dici-
tur satisfecisse suæ obligationi, vt per Ias. cons. 110. nu. 96
24. 26 Surd. cons. 3. nu. 2. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.
14. tit. 35. nu. 2. Add. ad Buratt. d. dec. 64. num. 15. & ideò
excusatur etiam à pena, & interesse, idem Buratt. d.
dec. 64. num. 2. vbi Add. nu. 16. 17 & d. dec. 150. num. 4. 97
par. 11. rec. & nouissimè fuit dictum in Romana Cam-
bij 5. Martij 1663. §. prout firmum, coram R. P. D. Beni-
laqua.

Et ratio est, quia in promissionibus maximè facto-
rum difficultas habetur excepta, Gayl. obseru. lib. 1. ob- 98
seru. 142. num. 2. Bursatt. cons. 139. nu. 40. lib 2 Vuesemb.
cons. 61. num. 26. Merlin. de Pignor d. quæst. 167. num. 13.
cum alijs penes Kellemb. d. quæst. 11. num. 12. idem Bu- 99
ratt. d. dec. 64. num. 6. Factum, enim, alienum promit-
tens ad hoc solum obstringitur, vt bona fide, & sine
fraude omnem adhibeat industriam, quod promissio
exitum consequatur, quo facto, licet effectus non eue-
niat, debitor nihilominus promisso sufficienter ste-
tisse, eique satisfecisse iudicatur latissimè Cyriac. con-
trou. 103. nu. 59. Buratt. d. dec. 64. num 6. vbi Add. lit. E,
Kellemb. vbi supra nu. 13.

Quando, verò, promissio de faciendo aliquem re-
nunciare est iuramento roborata, nonnulli volunt,
quod promittens, etiam adhibitis diligentijs, non pos-
sit excusari, vt tenent Doctores in l. stipulatio ista, §. ha- 100
bere, ff. de verb. oblig. Couarr. in cap. quamuis pactum
par. 1. §. 4. num. 6. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 33. nu-
mer. 3. vers. sed contraria, Valenzuel. cons. 14 nu 1. Mer-
lin. Pignatell. controu. cap. 4. num. 7. Merlin. de Pignor.
d. quæst. 167. num. 4. Buttiglier. de succ. Theor. 103. num.
2. & firmat etiam Merend. controu. lib. 21. cap. 46.
num. 9.

Sed contrà tenent relati per Kellemb. vbi supra num.
15. vbi, quod difficultas efficit, ne quis ex eo reatum 101
incurrat, & ad impossibile Deus neminem adstringit,
sed solum iurantis animum perpendit, c. si quid con- 102
uenisti 14. quæst. 1. à qua opinione non dissentit
Rot. vt per Buratt. d. decis. 64 num. 2. & plenè pro
hac sententia tenet Cyriac. d. controu. 103. nu-
mer. 59.

Imò etiam si in promissione adiecta sit clausula,
alias ad omnia damna, & interesse, vult Rota allata
dec. Romana Cambij 5. Martij 1663. coram R. P. D.
Beniaqua, quod promittens, adhibitis diligentijs 103
ad nihil teneatur, quia intelligitur conditionaliter fa-
cta obligatio reficiendi damna, quatenus promittens
suum posse, & debitas diligentias non faceret in pro-
curando ab alijs id quod promisit, aliàs difficultas,
quam inuenit, impedit commissæ pęnæ, & damni so-
lutionem.

Altero casu, si non sequuta renunciatione, maritus
promittat resarcire damna, vel aliquam pęnam, non
excusatur, adhibitis quibusuis diligentijs; Nam licet 104
regulariter difficultas, vt dictum fuit a legali, & con-
uentionali interesse, liberetur; quia tamen maritus
expressè periculum difficultatis in se recepit, ex con-
sensu suo omninò obstringitur, l. si fideiussor 7. §. si
necessaria, ff. qui satisd. cog. l. cum postulassem 44. in
fine, ff. de damn. infect. Paris. cons. 16. nu. 121 & seqq.
vol. 2. Donad. de Renunc. cap. 7. num. 5. lib 1. Add. ad
Capyc. Latro dec. 4. num 38. lib. 1. Kellemb. d quæst. 11.
num 14. & plenissimè firmat Merend. d. lib. 21. cap. 46.
num. 10.

Sed, quicquid dicant prædicti auctores, & alij, qui
cumulari possent, præsens quæstio dissolui potest ani-
maduertendo: an promittens verè, & cum effectu vo-
luerit se obligare ad damna, vel interesse, ita vt non
liberetur, adhibitis quibusuis diligentijs: Hoc, enim,

105 casu, promissor sine dubio ad interesse obligatur,
cum voluntas contrahentium etiam in stipulationibus in primis seruari debeat, si verò de voluntate promissoris non constat, quibusuis clausulis sit inita stipulatio, promissor, adhibitis diligentijs, liberatur,
106 vt distinguit *Dec. consil. 334. num, 1. Mantic. d. tit. 35. num. 39. Panzirol. consil. 45. num 33. Ludouic. dec. Perus. 27. numer. 8. Vincent. de Franc. dec. 264. numer. 12.* latè *Cyriac. d. controu. 103. num 69. Addit. ad Buratt. d. dec. 64. num. 18. & 19. Rot. dec. 67. numer. 3. par. 4. & d. dec. 150. numer. 8, part. 11. recent. & in d. Romana Cambij 5. Martij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua autè vers. tertium, denique Merend. d. cap. 46. numer. 10. in fine.*

Quomodò autem, & ex quibus verbis dignoscatur hæc voluntas præcisa promissoris est in iure contro-
107 uersum, *Merend.* enim, absolutè tenet, quod quoties dictum fuit, *in casu non renunciationis teneri volo id omnia damna*, semper obstringatur promissor, non obstantibus quibusuis diligentijs; Sed alij contrarium, & præcipuè *Rot. d. Romana Cambij*, firmat, quod hæc
108 clausula, *alias ad omnia damna, & interesse*, intelligatur conditionaliter, quatenus promittens suum posse, & debitas diligentias non faceret, & latissimè *Cyriac. d. controu. 103. num. 59.*

Nonnulli dicunt teneri promissorem ad interesse, quando adest clausula, *cum effectu*, vt latè fundat
109 *Merend. d. cap. 21. num. 13. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. vnica par. vnica num. 20.* & allatis quibusdam Doctoribus Neapolitanis *Bottiglier. de success. d. Theor. 103. num. 3.*

Sed nihilominus, quod huiusmodi clausula, cum effectu, non sufficiat ad obligandum promissorem, qui absque dolo, & sine fraude omnem adhibuit dili-
110 gentiam, firmat *Marant disp. 7. num. 20. Couarr. in cap. quamuis pactum par. 1. §. 1. num. 6. Mantic. d. lib. 14. tit. 35. num. 29. Paris. cons. 100. num. 26. lib. 1. Eugen. consil. 90. num. 46. lib. 1. Add. ad Buratt. d. dec. 64. numer. 17.* vbi quod, quamuis articulus sit valdè controuersus, tamen communis opinio stat pro hac parte, *Valenzuel. consil. 14. num. 30.* & alijs cumulatis *Cyriac. d. controu. 103. nu. 66.* vbi, quod hæc opinio procedit, quamuis maritus promiserit curare cum effectu, vel remota exceptione impossibilitatis, aut adhibitæ diligentiæ; quia verba illa intelliguntur, quod curabit verè, & bona fide, non autem simulatè, & collusiuè, & videtur etiam pro hac parte inclinare *Donad. de renunc. d. cap. 7. num. 8. tom. 1.*

Volunt, enim, præcitati auctores, & alij, qui suprà fuerunt cumulati, quod manifestè, & clarè constet de voluntate promittentis, etiam in casu, quod, ad-
111 hibitis diligentijs, non valeat inducere vxorem ad interponendam renunciationem, Vtpotè, si dictum sit, *alias de proprio*, tunc enim ad penam, vel inte-
112 resse tenetur, vt per *Gabriel cons. 131. num. 4. lib. 2. Cranett. consil 957. num. 21. & seqq. Add. ad Buratt. d. dec. 64. num. 19. Paris. cons. 110. num. 10. Rot. d. dec. 150. num. 9. par. 11 rec.* Videntur, enim, per hanc clausulam contrahentes voluisse dicere, quod faciendo omnem co-
113 natum promittens non liberetur, quo casu, sine dubio non suffragantur diligentiæ *Add. ad Gregor. dec. 241. num. 8. circà finem, Add. ad Buratt. vbi suprà num. 19.* qui, etsi pro voluntate enixa promissoris firmet, mediante d. clausula *alias de proprio*, nihilominùs *num. 20. vers. sed limitatio*, dubitat, & vacillat, dum ait, quod prædicta clausula, *alias de proprio*, videtur recipere declarationem, dummodò non possit intelligi, quod sit apposita in euentum non adhibitæ diligentiæ, vel nisi superueniat difficultas.

Et absque difficultate procedit regula, de qua suprà, quando sunt cumulatæ multæ clausulæ, *alias vo-*
luit teneri de suo, vel promisit indemnitatem, vel fe- 114
cit casum proprium, vel dixit, quod non posset excusari, faciendo possibilia, & impossibilia &c. tunc enim, quando voluit teneri de suo, nec excusari possibilia faciendo, cessant omnes difficultates; nam factum proprium, & in facto proprio meræ voluntatis
non consideratur aliqua difficultas, vel impossibili- 115
tas, vt latissimè *Cyriac. controu. 103. numer. 69. 70. Add. ad Buratt. d. dec. 64. num. 19. d. dec. 150 num. 8. 9. part. 11. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 167. num. 10.*

An verò necesse sit, vt interpelletur promissor ad eum constituendum in mora, vel potius absque inter-
pellatione, & nulla mora contracta teneatur resarcire 116
damnum, vide latissimè *Cyriac. controu. 103. num. 16. & seqq. Add. ad Baratt. d. dec. 64. num. 25. & 26. Donad. d. cap. 7. num. 17.*

Plura alia in materia, an promittens factum alie-
num, teneatur ad interesse, disputant, *Andreol. con-* 117
trou. 307. Merend. controu. cap. 46. lib. 2. Thomat. dec. 201. num. 43. & seqq Rot. dec. 63. par. 42. rec. & dec. 351. eadem par. 4. Rub. in adnot. ad dec. 607. nu. 202. pariter par. 4. dec. 107. num. 10. par. 8. & dec. 43. num. 138. & seqq. par 10. rec.

Et in terminis promissionis, quod alius ratificabit
Surd. dec. 108. Rot. coram Penn. dec. 825. numer. 3. 118
& dec. 64. num. 8. par. 7. & dec. 145. par. 8. dec. 30. part. 9. rec.

Et pariter, an promittens, quod aliquis ratificabit,
intrà aliquod tempus sufficiat ratificatio ex post *Do-* 119
nat. Anton. de Marin. cap. 302. lib. 1. Mastrill. dec. 150. num. 15. & seqq.

An promittens alium ratificaturum, teneatur mutato statu, seruare, pro negatiua *Menoch. cons. 675.*
num. 5. Cyriac. controu. 303. Spad. cons. 17. num. 17. lib. 1. 120
Pasqualig. quæst. 336. D. meus Aloys. Mans. consult. 13. Rot. decis. 345. numer. 10. part. 5. recent. & in Eugubina Donationis 6. Aprilis 1663. coram bo: me: Verospio.

Id verò, quod suprà fuit dictum de promissione, quod mulier renunciabit, eo fortiùs procedit in monialibus promittentibus renunciationem puellæ, in monasterium ingredientis; quia, eo casu, duo opera-
tur promissio, scilicet, quod habeatur pro facta, in 121
præiudicium monasterij, & insuper operatur exclusionem monasterij, saltem ope exceptionis, vt latè ostendit *Rouit. cons. 41. num. 7. & cons. 44. per tot. tom. 1. Donad. d. cap. 7. numer. 22. Capon. de Pact. d. quæst. 54. numer. 20. 23.* & latiùs *Merlin. Pignatell. d. cap. 4. per tot.*

Et de hac re, videri etiam possunt, *Camill. de Medic. consil. 113. per tot. Sanfelic. dec. 175. Staib. Iun. resol. 28.*

Diximus suprà *num. 62.* quod promittens, quod vxor renunciabit, tenetur curare, vt actus efficiatur
validus, & ideò non potest se tueri facta renunciatio- 122
ne absque iuramento, vel non adhibito consensu patris, & matris, quod est de essentia renunciationis, vt (quicquid dicat *Roland. cons. 81. per tot. lib. 4. Boer. dec. 3. num. 5. 6.* & alij suprà allegati) tenent, *Surd. consil. 3. numer. 38. & seqq.* plenè *Morott. consil. 92. numer. 5. & seqq. Kellemb. Bottigl.* & alij suprà citati, & præcipuè *Salgad. in Labyr. Credit. par. 3. capit. 12. num. 39.*

Nunc, autem, quæritur, quid iuris, quando renunciatio à principio fuit validè inita, sed ex
post facto rescissa fuit, mediante læsione enor- 123
missima, tenebitur nè promissor ad penam, vel interesse?

Et, hoc casu, arbitror, quod ad nihilum teneatur, quia maritus, quatenus in se est, adimpleuit

pro-

promissioni, faciendo mulierem renunciare, & licet, attenta læsione enormissima non teneat renunciatio, id prouenit non ex culpa viri, sed potiùs ex vitio ipsius renunciationis intrinseco, quod per virum tolli minimè poterat, vt latè ostendit *Bottiglier. de Renunc. success. Theor. 104. numer. 8. & seqq.* latè *Cyriac. controu. 103. num. 96.* cum alijs ibidem allegatis.

Et hanc opinionem, in istis terminis videtur admittere *Morott. resp. 92. num. 2.* & plenè defendit *Eugen. lib. 1. cons. 12. num. 97. & seqq.* & firmat *Rot. coram*
124 *Burate. dec. 64. num. 12. & dec. 150. num. 11. par. 11. rec.*
vbi, quod vir, qui promisit, liberatur, nec ad interesse
tenetur, nisi mulier recusat renunciare propter enor-
missimam læsionem; ergo pariter ad nihil erit obstri-
ctus, si post renunciationem dignoscatur eam esse læ-
siuam, & nouissimè *Altograd. Iun. controu. 25. per tot.*
præcipuè *num. 5.*

Vlteriùs, cum obligatio, vel promissio de faciendo
renunciare mulierem, sit accessoria ipsi renunciatio-
ni, data intrinseca nullitate ipsius renunciationis, erit
125 etiam nulla, & inualida obligatio, vt in terminis
promissionis initæ à viro, de faciendo ratificare vxo-
rem, sub aliqua pœna, vel sub propria obligatione
omnium damnorum, expensarum, & interesse, fir-
126 mat *Altograd. d. controu. 25. num. 2, 3. Ludouic. dec. 27.*
per tot lib. 1. Cyriac. d. controu. 103. numer. 96. & cla-
riùs, quod promittens de rato non teneatur facere
ratificare actum nullum, & inualidum firmauit *Rot.*
*in Engubina Compromissi 25 Iunij 1663. coram bon:
mem: Verospio*, latissimè *Andreol. controu. 307. numer. 6.*

Et de promissione solutionis debiti, sub pœna,
127 quod non teneat, si debitum sit nullum, *Capyc. Latro
cons. 149. num. 51. & seqq. Altograd. cons. 44. num. 23. &
seqq. lib. 2.*

Et similiter dicitur de promissione ob turpem cau-
128 sam, *Barbos. vot. dec. cap. 126. & in cap. à Crapula
num. 5. de Vit. & Honest. Cleric.* vbi de promittente
centum, si plus potauerit, *& in cap. ad nostrum il 2. de
Iureiur.* de promittente non repetere vsuras.

CAPVT XXXVIII.

Renunciatio futuræ successionis generaliter concepta, an comprahendat bona feudalia, & emphyteotica Plura de natura talium bonorum emphyteoticorum, & feudalium. An item comprahendat portionem, quæ debetur vigore, l. hac Edictali C. de secund. Nupt. vigore l. fœminæ, C. eodem. Et an pariter comprahendatur portio, quæ vigore alicuius statuti debetur, & præcipuè portio debita vigore cap. 22. 23. lib. 2. statutorum Lucensium. Et an mulier possit, de tali portione inter viuos disponere, vel in testamento ad piam causam.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio, ad hoc, vt valeat, debet esse iurata.*
2 *Actus iuratus extenditur ad omnia, ad quæ, ratione recti sermonis extendi potest.*
3 *Iuramentum habet vim specifici consensus.*
4 *Si de Emphyteusi, vel feudo specificè in renunciatione esset facta mentio, illa in renunciatione comprahenderentur.*
5 *Renunciatio solet comprahendere non solum successionem, sed bona.*
6 *Bona feudalia, & emphyteotica dicuntur esse in bonis nostris.*
7 *Dispositio loquens de bonis comprahendit emphyteotica.*
8 *Bonorum vocabulum quid comprahendat.*
9 *Si filia renunciat bonis patris excluditur à bonis emphyteoticis.*
10 *Feudum venit appellatione bonorum, ità vt, bonis renunciatis, veniat feudum.*
11 *Feudalia, & allodialia bona adeò sunt connexa, vt vnus non possit sine altero retineri.*
12 *Bona feudalia, & emphyteutica, non veniunt in generali renunciatione.*
13 *Si frater faciat fratri liberationem de omni eo, quod prætendere potest, non impeditur petere partem prædiorum emphyteuticorum.*
14 *Renuncians hæreditati patris potest petere bona feudalia, & emphyteotica, quæ non prouenerunt à patre.*
15 *Remissio generalis ad feuda non extenditur.*
16 *In vltimis voluntatibus appellatione omnium bonorum veniunt bona emphyteotica, & fideicommissa.*
17 *Emphyteusis venit sub obligatione omnium bonorum durante concessione.*
18 *Limita, quando adest expressa probibitio alienandi etiam ad vitam.*
19 *In generali obligatione veniunt feuda.*
20 *Feuda & bona emphyteotica non veniunt iure hæreditario, sed ex pacto primi acquirentis.*
21 *Renuncians hæreditati paternæ excluditur ab illis dumtaxat bonis, quæ obuenire possunt ex causa hæreditaria.*
22 *Dispositio de bonis allodialibus non comprahendit feudalia, & emphyteotica.*
23 *Bona feudalia non veniunt sub obligatione omnium bonorum.*
24 *Limita in feudis ex pacto, & prouidentia, non hæreditarijs.*
25 *Bona feudalia, pacto, vel consuetudine alienari possunt si sunt hæreditaria.*
26 *Item de emphyteoticis.*
27 *In omni materia verborum generalitas non comprahendit feuda.*
28 *Bona feudalia non veniunt in generali renunciatione.*
29 *Est de natura renunciationis, vt restringatur ad expressa.*
30 *Iuramentum, quando non trahatur ad incogitata, & quando trahatur.*
31 *Iuramentum non auget consensum, sed tantum robur addit actui super quo apponitur.*
32 *Iuramentum non operatur, vt renunciatio generalis trahatur ad bona feudalia, & emphyteotica.*
33 *Bonorum nostrorum appellatione veniunt bona emphyteotica, & feudalia, sed impropriè.*
34 *Renunciationes sunt strictè interpretanda, & vt minùs, quam fieri possit, noceant.*
35 *In generali renunciatione, ea veniunt, quæ satis clarè de eorum expressa intentione constant.*
36 *Renunciatio non extenditur de causa ad causam.*
37 *Renunciatio versatur circa expressa, nec facit transitum de causa expressa ad tacitam.*
38 *Feudum non comprahenditur appellatione bonorum.*

39 Dominũ pars potiſſima conſiſtit in alienatione.
40 Alienans omnia bona ſua non comprahendit bona feudalia.
41 Tex. in cap. vnico: An agnat. vel fil. def. explicatur.
42 Filius non poteſt allodialia renunciare, & feudalia retinere.
43 Quod renuncians ſucceſſioni, non cenſeatur renunciare feudo habet locum in filio non in agnatis.
44 Feudum, vel emphyteuſis ex pacto, & prouidentia poſſunt renunciata hæreditate, retineri.
45 Non verò feudum, vel emphyteuſis hæreditaria.
46 Renuncians hæreditatem patris non poteſt petere Iuſpatronatus.
47 Iuſpatronatus tranſit ad hæredes ſanguinis, ſi ſunt hæredes.
48 Qui non eſt hæres non poteſt conſequi iuſpatronatus, quod venit in vniuerſitate bonorum.
49 Emphyteoſis ex pacto, & prouidentia obtineri poteſt abſque qualitate hæreditaria.
50 Ità iudicatur de feudo hæreditario, ac de alijs bonis hæreditarijs.
51 Vaſſallus poteſt in alium transferre feuda hæreditaria abſque conſenſu Domini directi.
52 Feudum hæreditarium venit in vniuerſali reſtitutione fideicommiſſi.
53 Feuda, & emphyteuſis veniunt in renunciatione generali, quando non extant alia bona.
54 Actus in iure non debet eſſe fruſtatorius.
55 Quotidianæ diſtributiones non veniunt appellatione fructuum.
56 Diſtributiones non dicuntur de corpore beneficij, ſed percipiuntur ratione ſeruitij perſonalis.
57 Et procedit non ſolum ad effectum regulæ de valore, ſed etiam ad alios effectus.
58 Facto Indulto percipiendi fructus ſuorum beneficiorum non veniunt diſtributiones quotidianæ.
59 Quando in beneficio adſunt ſola diſtributiones, tunc veniunt appellatione fructuum beneficij.
60 Diſtributiones veniunt nomine fructuum, quando verſamur in materia, quæ latam recipit interpretationem.
61 Non verò in materia odioſa, & exorbitanti.
62 Diſtributiones veniunt nomine fructuum, quando agitur de Conſtitutione Dotis Eccleſiæ itamque manutenendi in ſua originali libertate.
63 Non veniunt ſub nomine fructuum, ſi agatur de regula, de valore, & de reſeruatione penſionis, & de ſuperlucrandis in abſentia fruct. bus.
64 Aſſenſus Domini an requiratur in renunciatione feudi.
65 Affirmant nonnulli.
66 Alij negant.
67 Renunciatio, an comprahendat portionem, quæ debetur vigore l. hac edictali, & l. feminæ, C. de ſecund. nupt.
68 Renunciatio generalis propter naturam verborum vniuerſalium porrigitur ad omnia iura ſibi competentia, quamuis de illis non fuerit cogitatum.
69 Verba generalia non ſunt reſtringenda, neque in odioſa diſpoſitione.
70 Portio quæ debetur vigore d. l. hac edictali, venit in generali renunciatione.
71 Portio debita vigore l. hac edictali, non poteſt deferri ad eum, qui non habet ſucceſſionem.
72 Contrà, quod d. portio poſſit deferri ad excluſam à ſtatuto.
73 Quando renunciatio eſt munita clauſulis ampliſſimis comprahendit hoc lucrum.
74 Dictio, alijs, eſt nota ſimilitudinis, & implicat caſus ſimiles.
75 Quando eadem dictio ſtat augumentatiuè ſignificat quid plus, quam ſit expreſſum.
76 Clauſula, ex quauis cauſa, comprahendit omnem cauſam, & titulum.
77 Diſpoſitio l. feminæ, C. de ſecund. nupt. in renunciatione comprahenditur.
78 Verba quomodolibet prætendere poſſunt; includunt omnem, & quamcumque ſucceſſionem.
79 Dicta verba ſunt vniuerſalia, & comprahenſiua quorumcumque caſuum.
80 Contrà quod in generali renunciatione non comprahendantur lucra prouenientia vigore l. feminæ, & l. hac edictali.
81 Ius ſucceſſionis eſt diuerſum à iure, ex quo defertur tale lucrum.
82 Diſpoſitio l. hac edictali, reſpicit pœnam ſecundò nubentium.
83 Succeſſio defertur ex voto parentum.
84 Quando alicui duo iura competunt, diuerſo iure, per remiſſionem vnius non dicitur remiſſum aliud.
85 Quando duo iura, quæ poſſunt eſſe penès diuerſas perſonas concurrunt, de illa perſona iudicatur, tanquam de duabus perſonis.
86 Renunciatio generalis non comprahendit hoc ius, quando fit renunciatio, antequam pater tranſeat ad ſecunda vota.
87 Comprahenditur tamen quando fit poſt tranſitum ad ſecundas nuptias.
88 Renunciatio regulatur à veriſimili mente renunciantis.
89 Renunciatio intelligitur, rebus ſic ſtantibus.
90 Nemo cenſetur iuri, quod ſibi competere ignorat, renunciare.
91 In renunciatione non veniunt niſi expreſſa.
92 Renunciatio iuris de futuro eſt reſtringenda ad caſum de praſenti.
93 Iniuria irrogatur filijs primi matrimonij per tranſitum ad ſecunda vota.
94 Non debet in renunciatione à filia facta includi illud, quod culpa ſua quis perdidit.
95 Quando tempore renunciationis ius eſt renuncianti deuolutum, includitur in renunciatione.
96 Limita, ſi renuntians ignoret ius ſibi delatum.
97 Contrà, quod ſiue agatur de iure delato, ſiue deferendo, nequaquam in renunciatione comprahendatur.
98 Non obſtantibus clauſulis prægnantiſſimis diſpoſitio non extenditur ad incogitata.
99 Et non comprahenditur quamuis verba adſint ex certa ſcientia.
100 Clauſula ex certa ſcientia non eſt apta, ad includendum in renunciatione generali ius veriſimiliter ignoratum.
101 Requiritur ſpecialis, & indiuidua mentio iuris quod quis renunciat ad hoc, vt idem ius dicatur in renunciatione incluſum.
102 Quando fit renunciatio de iuribus futuris, comprahenditur in renunciatione ius proueniens in diſpoſitione l. feminæ, & l. hac edictali.
103 Renunciatio ſpecialis de bonis in futurum quomodocumque competentibus, & competituris comprahendit dicta lucra.
104 Renunciatio prægnantiſſima, facta clauſulis prægnantiſſimis includit iura poſtmodum deferenda.
105 Præcipuè quando fuit facta renunciatio pro omni, & toto eo.

106 Re-

106 *Renunciatio successionis trahitur, ad ius superueniens ex noua, & diuersa causa, quando est vniuersalis, & comprahendit maiora expressis.*

107 *Attentis clausulis in renunciatione appositis ex quacumque causa, qua dici, aut excogitari possit, nemo potest dicere, se non cogitasse.*

108 *Pracipuè attento iuramento.*

109 *Valet argumentum à dispositione* l. fęminæ ad dispositionem, l. hac edictali.

110 *Filij, qui dederunt consensum secundis nuptijs, an perdant hoc beneficium,* l. hac edictali.

111 *Et an locum habeat, dum filij adeunt hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij.*

112 *Portio debita vigore statuti, non venit in generali renunciatione.*

113 *Portio quæ defertur à statuto non debetur iure successionis, sed ex prouidentia consuetudinis.*

114 *Talis portio debetur absque onere, & filius potest hanc portionem agnoscere, & reliquum repudiare.*

115 *Portio, qua defertur vigore consuetudinis Neapolitanæ defertur iure successionis.*

116 *Talis portio comprahenditur in generali renunciatione.*

117 *Et non potest peti ab eo, qui repudiauit hæreditatem.*

118 *Limitatur, quando adsunt clausula pragnantissima, & non alias &c.*

119 *Portio reseruata per* cap. 22. 23. lib. 2. *statutorum Lucensium an comprahendatur in generali renunciatione.*

120 *Renunciatio successionis non extenditur ad id, quod debetur iure particuli.*

121 *Portio à statuto reseruata non datur filijs parentum facto sed legis.*

122 *Vocati per statutum, iure proprio, & singulari, succedere dicuntur non ex voluntate defuncti.*

123 *Portio statuti defertur iure successionis, & comprahenditur sub generali renunciatione.*

124 *Rubrica declarat Nigrum.*

125 *Quando statutum vtitur verbo,* succedere, *censetur deferre portionem iure hæreditario.*

126 Relinquere, *verbum, potiùs conuenit vltima voluntati, quam actui inter viuos.*

127 *Statutum restringitur ad actum vltimæ voluntatis, quando cum verbo,* relinquere, *fit mentio obitus.*

128 *Statutum nostrum* d. cap. 22. & 23. lib. 2. *defert portionem absque facto defuncti.*

129 *Verbum,* teneatur, *importat necessitatem praecisam.*

130 *Semper ac statutum disponit, per verba,* habeat, *relinquere teneatur, defert successionem, non iure successionis sed lege.*

131 *Non valet argumentum de Rubro ad Nigrum, quando Nigrum est magis generale, quam Rubrum.*

132 Relinquere, *verbum, aliquando denotat dispositionem inter viuos.*

133 *Licet dispositio loquatur, per verbum,* succedat, *tamen quando habet annexum verbum denotans relinquendi necessitatem dicitur portio debita iure statutario.*

134 *Verbum,* habeat, *demonstrat non fuisse actum de successione.*

135 *Vna pars statuti aliam declarat.*

136 *Verba ità recipiuntur in statutis sicuti in alia parte statuti recipi solent.*

137 *Statuta ad inuicem se declarant.*

138 *Statutum potiùs recipit interpretationem ab alio statuto, quam à iure communi.*

139 *Portio, quæ debetur vigore statuti* Lucani cap. 122. & 123. lib. 2. *non cōprahenditur in generali renunciatione nisi habeat pragnantissimas clausulas.*

140 *Mulier non potest disponere de portione reseruata filijs, vel agnatis.*

141 *Verba,* quam adimere nequeat, *tollunt dispositionem, tam inter viros, quam in vltima voluntate.*

142 L. fin. ff. si quis in fraud. Patron. *explicatur.*

143 *Parentes filijs in legitima praiudicare non possunt.*

144 *Legitima non potest minui per legata, & fideicommissa etiam ad piam causam.*

145 *Statutum ità est interpretandum, vt absurdum euitetur.*

146 *Portio, quam mulier tenetur relinquere venientibus ab intestato non dicitur propria ipsius mulieris.*

147 *Et in ea portione mulier potius dicitur vsufructuaria quam Domina.*

148 *Pracipuè, quando statutum, vtitur verbo,* relinquere teneatur.

149 *Quia hoc casu censetur disponere prohibita, tam in vltima voluntate, quam inter viuos.*

150 *Mulier non potest talem portionem inter viuos alienare.*

151 *Talis portio à statuto reseruata, licet non adita transmittitur.*

152 *Respectu talis portionis mulier dicitur habere labia clausa, manus ligatas, & arbitrium refrænatum.*

153 *Mulier habens facultatem disponendi, an possit disponere in contractu.*

154 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

155 *In verbis,* disponere, & testari, *comprahenditur vtraque dispositio, inter viuos, & in vltima voluntate.*

156 *Statutum disponens de hæreditate mulieris, relinquenda, quando certam portionem filijs, vel agnatis non prohibetur disponere inter viuos.*

157 *Et licet statutum loquatur per verba vniuersalia, intelligitur per modos vltimæ voluntatis.*

158 *Verbum,* relinquere, *adaptatur ad dispositionem tempore mortis.*

159 *Verba quantumuis vniuersalia restringuntur ad rem supra qua exprimuntur.*

160 *Verba pracedentia in statutis declarant sequentia.*

161 *Statuta debent à iure communi passiuam recipere interpretationem.*

162 *An mulier possit de portione à statuto reseruata disponere, quando intestata decedit.*

163 *Casus omissus remanet sub dispositione iuris communis decidendus.*

164 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eiusdem iuris dispositio.*

165 *Eadem ratio militat in matre, si decedat, facto testamento ac ab intestato.*

166 *Ratio legis est anima legis.*

167 *Statutum fauorabile est, quando reseruat aliquam portionem agnatis in bonis fęminarum.*

168 *Valet argumentum de causa testati, ad causam intestati.*

169 *Non est interpretandum statutum, vt reddatur elusorium.*

170 *Mulier an possit praiudicare huic portioni, testando ad piam causam.*

171 *Quod non possit praiudicare.*

172 *De hac portione iudicatur, tanquam de legitima debita filijs.*

173 *Legitima non potest tolli per dispositionem ad piam causam.*

174 *Quando lex prohibet aliquem testari fauore alterius, ille sic pragrauatus non potest dispo-* nere

nere neque ad piam causam.
175 *In casu, quod bona publicantur propter delictum, non potest delinquens testari.*
176 *Bona damnatorum non publicantur, sed reseruantur agnatis.*
177 *Talia statuta dicuntur condita ob publicam vtilitatem ad coercendam mulierum imbecillitatem, nè inducantur propinquorum sollicitationibus ad tollendam hæreditatem venientibus ab intestato.*
178 *Tale statutum est fauorabile.*
179 *Statuta laicorum iustam causam præseferentia, etiã ad piam causam disponentes adstringunt.*
180 *Præcipuè in bonis nondum Ecclesiæ quæsitis.*
181 *In hac portione mulier est, tanquam vsufructuaria.*
182 *Pia causa, capiendo, ex tali testamento, caperet aliena.*
183 *Doctores tenentes mulierem non posse testari ad piam causam de portione à statuto reseruata.*
184 *Mart. Medic. exam. 29. num. 45. reprobatur.*
185 *Mulier disponens fauore piæ causæ, non ligatur dispositionibus statuti.*
186 *Mulier nunquam tenetur seruare formam statuti, quando pro pia causa contrahit.*
187 *Statuta Laicorum possunt pia loca comprahendere, quando sunt rationabilia.*
188 *Statutum loquens de lucro dotis comprahendit mulierem, licet ad piam causam disponat.*
189 *Forma testamenti diuiditur in substantialem, & probatoriam intrinsecam, & extrinsecam.*
190 *Forma substantialis non potest remitti in testamento quantumuis priuilegiato.*
191 *Solemnitas extrinseca potest sperni in testamento ad piam causam.*
192 *Quando non est directè instituta pia causa, testamentum non dicitur ad piam causam.*
193 *Quando exigitur consensus, vel ad integrandam personam, vel ad interesse alterius pia causa non est priuilegiata.*

PRima quæstio videtur resoluenda affirmatiuè,
præcipuè, quoad bona emphyteotica, vel feuda-
lia: quia renunciatio, ad hoc, vt valeat, iuramento
opus habet, vt pluries diximus, auctoritate textus *in*
1 *cap. quamuis pactum de Pact. in 6.* Sed sic est, quod
actus à iuramento roboratus extenditur ad omnia,
ad quæ, ratione recti sermonis extendi potest, quia
2 vim consensus specifici habet, *l. cum pater, §. filius*
matrem, & ibi Doctores, *ff. de leg. 2. l. si duo, §. item*
3 *Iulianus, ff. de Iureiur. Dec. consil. 294. numer. 9. Pa-*
ris. consil. 32. numer. 51. lib. 1. cum alijs allegatis per
Kellemb. de renunc. success. quæst. 26. in princ. Mancin.
de Iuram. par. 4. effect. 16. Seraphin. eodem tract. priuil.
26. nu. 1. & tenet, alijs adductis, *Cyriac. contron. for. cap.*
474. num. 5. & 6.

Et quod iuramentum vim habeat specificæ ex-
pressionis, tenet etiam *Merlin. Pignatell. cap. 61. nu-*
mer. 7. contr. 2. Cum ergo, si in specie de feudo, vel
4 emphyteusi facta esset renunciatio, promittens ef-
ficaciter obstringeretur, vt tenent Doctores *in l. qui*
Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. idem est firman-
dum, in generali renunciatione iuramento confirma-
ta, vt post *Vueffemb. in consil. 15. num. 74.* quem allegat,
arguit *Kellemb. vbi supra num. 1. in fine.*

Vlterius renunciationis forma, vt plurimum, so-
let continere non solum successionem, & hæredita-
5 tem, sed bona, mentò dicendum est comprahende-
re emphyteotica, & feudalia, quæ dicuntur esse, in
6 bonis nostris, *Vueffemb. d. consil. 15. num. 79. Bursatt.*
consil. 44. num. 5. vol. 1. & quod in dispositione loquen-
te, de bonis, veniant emphyteotica, arguitur ex
textu in l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rerum domin.
l. bonorum 49. ff. de verb. signif. Corbul. de caus. pri 7
uat. ob mort. Ciuil. numer. 34. & de feudo in specie,
Rosental. de Feud. capit. 9. concl. 13. numer. 9 Fulgin.
de emphyt. de Renunc. quæst. 8. num. 3. Kellemb. d. quæst.
26. num. 2. 3. vbi, quod bonorum vocabulum omne 8
id denotat, cuius nomine, vel actionem, vel exce-
ptionem habemus per *text. in l. bonorum 49. ff. de*
verb. signif. l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rerum
domin.

Et in terminis, quod, si filia renunciat cuicumque
iuri sibi competenti, in bonis patris, dicatur exclusa 9
ab emphyteosi, quicquid sit, si renunciaret hæredi-
tati, firmauit *Speculat. in tit. de Emphyt. quæst. 156.*
num. 184. Surd. consil. 237. num. 18. Simon de Prat. cons.
48. vol. 2. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 22. tit. 17.
num. 13. & alijs adductis, *Fulgin. de Emphyt. de Re-*
nunc. quæst. 7. num. 3. Et in specie de feudo, quod conti-
neatur appellatione bonorum, ità vt, si renunciatio
bona contineat, ad feudum renuncianti nullus sit con-
cedendus regressus *Ias. in l. Gallus, §. quidam rectè nu-* 10
mer. 44. ff. de liber. & Posth. & in l. quod dicitur num. 31.
ff. de verb. oblig. & alijs omissis, *Kellemb. vbi supra*
num. 3. Cyriac. contron. 128. num. 67. Gallerat. de Renunc.
lib. 2. cap. fin. num. 30. vers. aliud tamen, Donad. eod. tract.
cap. 5. num. 13.

Et facit, pro hac parte optimus *text. in cap. vnic.*
tit. An agnat. vel fil. def. poss. retin. feud. repud. hæred.
vbi expresè deciditur bona allodialia, & feudalia
adcò sibi inuicem esse connexa, vt filius, reiectis, &
repudiatis allodialibus, ad feudalia adspirare non pos-
sit, sed vtraque, vel agnoscere, vel repudiare debeat;
Quarè ex natura coniunctorum, (vt arguit *Kel-* 11
lemb. vbi suprà num. 4) dicendum sequitur renun-
ciantem, & feuda, & simul etiam allodialia renun-
ciare voluisse.

Hæc licet quoquo modo vrgere videantur ad fa-
uorem affirmatiuæ opinionis, nihilominùs contra-
ria sententia est verior, quod, in generali renuncia-
tione non veniant bona emphyteotica, & feudalia,
quam sequuntur, præ ceteris, feudistæ *in d. cap. vni-*
co tit. An Agnat. vel fil. &c. & in specie *Bald. num. 9.* 12
Curt. Iun. consil. 138. numer. 5. Couarr. d. cap. quam-
uis par. 3. select. §. 1. num 6. de Pact. in 6. Ruin. consil.
24. num. 4. volum. 1. Paris consil. 12. num. 50. & seqq.
vol. 1. Valasc. de Iure Emphyt. quæst. 44. numer. 8 Ful-
gin. eodem tract. de Renunc. quæst. 8. num. 1. vbi alle-
gat *Alex. consil. 22. numer. 10.* tenentem, quod, si
frater fratri faciat quietationem de omni eo, quod
prætendere posset in hæreditate paterna, per hoc non
impeditur petere partem prædiorum emphyteoti-
corum, optimè, *Gallerat. de Renunc. lib. 3. cap. fin nu-*
mer. 30. vbi, quod renuncians hæreditatem paternam
ipsi patri, excluditur tantum ab illis bonis, quæ illi
obuenire possent, ex causa hæreditaria, non etiam
ab ijs, quæ ex alia causa obuenire possunt; Qua-
propter is, qui renunciauit hæreditatem patris, po-
terit petere ea bona feudalia, vel emphyteotica, 14
quæ non petit tanquam hæres, sed ex contractu &c.
& latiùs *lib. 4. cap. 2. num. 48. vers. non comprahendi-*
tur, vbi, quod in generali renunciatione feudum,
vel emphyteusis non comprahenditur, neque ex-
tenditur remissio generalis ad feuda. Et feudalia bo- 15
na, seu iura non comprahenduntur in generali dispo-
sitione, vt per *Crauett. consil. 381. num. 5. Riminald.*
Iun. consil. 320. numer. 6. lib. 3. Rauden. de Anal. ca-
pit. 22. numer. 92. Rot. in Bononien. Domus 25. Iulij
1668. §. non obstat coram R. P. D. Calata ù; quę-
quid sit in vltimis voluntatibus, vt in legato, fi-
deicommisso, quia appellatione omnium bonorum
veniunt

veniunt emphyteotica Rot. dec. 111. num. 5. par. 11.
rec. & plura de materia Cyriac. controu. 190. Surd. dec.
160. Spad. conf. 243. lib. 2.
Vel quando tractatur de obligatione, durante con-
17 cessione, quia tunc aliqui volunt, quod veniat in di-
spositione omnium bonorum, Rot. dec. 294. par. 1. rec.
Add. ad Buratt. dec. 749. num. 27. Sed etiam, hoc
casu, non comprehenditur emphyteosis, quando
18 adest prohibitio alienandi etiam ad vitam, vt optimè
Rot. in Romana Saluiani 31. Ianuarij 1667. coram bo:
me: Emerix.
Et quod generali renunciatione non veniant feuda,
& emphyteotica bona, prolixè ostendit, Donad. de
Renunc. d. cap. 5. num. 1. & seqq. Surd. cons. 237. num.
18. & cons. 446. num. 8. Menoch. cons. 16. num. 25.
Horat. Montan. controu. for. cap. 16. num. 29. Christin.
dec. Belgic. 238. vbi latè, & alij relati à Bottiglier. de
success. cap. 2. Theor. 57. num. 1. & seqq. Cancer. var.
lib. 3. cap. 15. num. 122. Capon. de Pact. quaest. 55. num.
19 15. Kellemb. vbi suprà d. quaest. 26. num. 5. licèt con-
trarium voluerit, Rot. in decis. 38. num. 34. par. 11.
recent. sed loquitur in terminis diuersis, vt infrà vi-
debimus.
Et ratio, qua moti fuerunt prædicti auctores ad
ita firmandum, ea est, quod feuda, & emphyteosis,
non iure hæreditario, & sanguinis veniunt, sed ex
20 pacto primi acquirentis, & voluntate concedentis;
Vndè renuncians hæreditatem paternam, excluditur
ab illis, dumtaxat, quæ obuenire possunt, ex causa
21 hæreditaria, non etiam ab ijs bonis, quæ ex alia cau-
sa obuenire possunt, vt latè Gallerat. de Renunc. lib. 2.
cap. fin. num. 30. Donad. d. cap. 5. nu. 1. & seqq. Bottigl.
d. quaest. 57. num. 2. 3. Kellemb. de Renunc. success. d.
quaest. 26. num. 5. vbi ait, quod etiam prouidentia le-
gis liberis acquiritur cum Gaill. obser. 154. num. 2. lib. 2.
Et firmauit Rot. in Bononien. Bonorum 10. Martij 1662.
cor. Reuerendiss. Albergato Decano, decis. 2. num. 13.
14. post Tractatum. Et in eadem Causa 23. Iunij eius-
dem Anni cor. eodem, decis. 2. num. 50. post Tractatum.
Et propterea separatam ab allodialibus naturam
22 habere dicuntur, nec de his, si fuerit dispositum, illa
comprehenduntur, cap. si generali, tit. de feud def.
cum alijs adductis per Gaill. d. obseru. 154. num. 6. Pa
ris. cons. 23. num. 63. vol. 1. Kellemb d. quaest. 26 nu. 5.
benè Bottiglier. d. Theor. 51. num. 3. & seqq. Donad. de
Renunc. d. cap. 5. num. 3. & seqq.
Hinc est, quòd, sub hypotheca generali omnium
23 bonorum non comprehenduntur bona feudalia, vt
tenet Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. num. 17.
20. Pacif. de Salu. cap. 2. inspect. 3. num 54. Merlin. de
Pignor. lib. 2. tit. quaest. 11. num. 1. & seqq. & alijs cu
24 mulatis, Salgad. in Labyrinth. credit. par. 1. cap. 31.
num. 11.
Intellige, tamen, in feudo ex pacto, & prouidentia,
non verò in hæreditario, vel eo, quod ex pacto, aut
consuetudine potest alienari, vt limitat idem Merlin.
25 loco cit. num. 24. 39. Mastrill. decis. 86. num. 10. Rot.
coram Buratt. dec. 87. num. 10. & seqq. dec. 264. num.
18. par. 7. & dec. 38. num. 4. par. 11. rec.
Et similiter est dicendum, de bonis libellatijs, quod
non veniant in generali obligatione omnium bono-
26 rum, ad tradita per Merlin. de Pignorib. lib. 2. tit. 1.
quaest. 13. per tot. dissentit tamen, Rot. vt in dec. 257.
num. 12 par. 11. rec. vbi, quod in generali hypotheca
non comprehenditur emphyteosis.
Et quod, in omni materia, verborum generalitas
27 non comprehendat feuda, latè probat Donad. de Re-
nunc. cap. 5. num. 5. & seqq. & ideò concludit num. 9.
quod nec etiam renunciata intelligantur per genera-
lem locutionem. Et quod expressa requiratur men-
28 tio de eis in renunciatione, firmat auctoritate Viuij
dec. 233. num. 8. vol. 1. Thob. Non. cons. 1. num. 22.
Paris. cons. 7. lib. 1.
Et est de natura renunciationis, quod restringatur 29
ad expressa, & non possit ad alia trahi, Surd. cons.
431. num. 15. Cyriac. controu. 474. num. 14. Rot. in Ro-
mana Bonorum 20. Aprilis 1663. cor. Reuerendiss. Al-
bergato Decano, decis. 3. num. 9. post Tractat. cum alijs
infra allegandis.
Nec ea, quæ, in contrarium ponderata fuerunt,
obstare possunt. Siquidem, ad hoc, quod dicitur iu-
ramentum habere vim consensus specifici, responde-
tur, id tantum obtinere, in omissis solemnitatibus:
Nam, cum iurans actum voluerit esse firmissimum, 30
ne hic ob neglectam aliquam iuris solemnitatem, vi-
ribus destituatur, censetur implicitè, de omnibus istis
cogitasse, ijsque renunciasse. Secùs est, quando, per
iuramentum, consensus nititur extendi ad alias res,
de quibus non fuit actum; tunc, enim, quia iuramen-
tum non auget consensum, sed robur solummodò 31
actui addit, eumque confirmat, & intrà suos limites
continet, c. veniens, c. quantaualllis, cap. & si Chri-
stus, de Iureiur. Gaill. lib. 2. obseru. 22. num. 6. cum si-
milibus, ad feudalia, & emphyteotica bona hic con-
sensus trahi non potest; maximè, quia, cum de suc-
cessione paterna actum sit, satis constat de volunta-
te renunciantis, noluisse aliud, quàm effectus à patre
prouenientes renunciare; Idcircò, iuramento non
obstante, bona emphyteotica non comprehendi, in 32
generali renunciatione, dixerunt, Seraphin. de Priuil.
Iuram. prin. 21. nu. 34. Roland. de Lucro Dot. quaest. 34.
nu. 9. Fulgin. de Iur. Emphyt. de Renunc. quaest 8. nu. 2.
Ad aliud argumentum, quod bona feudalia, & em-
phyteotica dicantur esse in bonis nostris: Responde- 33
tur, quod in lata, & impropria significatione bono-
rum vocabulum hæc comprehendat, non verò in ca-
su nostro, optimè Kellemb. d. quaest. 26. num. 7.
Siquidem renunciationes propriè, & strictissimè
sunt accipiendæ, & sic interpretandæ, vt quàm minùs 34
fieri potest renuncianti præiudicium afferant, l. vnum
ex familia, 67. §. si rem, ff. de leg 2. l apud iulianum,
39. §. scio, ff. de leg 1. Dec. cons. 373. num 3. Ruin. cons.
94. num. 5. vol. 2. Cancer var. lib. 3. cap. 15. num. 231.
Cyriac. controu. 474. num. 60. Donad. de Renunc. cap. 35
5. num. 18 vbi, quòd, in generali renunciatione, tan-
tum veniunt ea, quæ satis clarè exprimuntur.
Et propterea nec ipsa renunciatio comprehendere
videtur causam ortam post factam renunciationem,
cùm, de natura ipsius renunciationis sit, non se ex- 36
tendere de causa, ad causam, nec de persona, ad per-
sonam, nec de tempore, ad tempus, ratione stricti
iuris, & versatur tantùm circa expressa, nec facit
transitum de causa expressa, ad tacitam, Surd. consil. 37
446. num. 22. & 431. num. 13. & 14. Menoch. cons. 1.
num. 217. & 328. num. 19. cum alijs allegatis per
Donad. vbi suprà num. 19.
Et quod feudum non comprehendatur bonorum 38
appellatione, Kellemb. vbi suprà, num. 8. Nam potis-
sima dominij pars, (quæ in alienatione consistit, l. in 39
re mandata, C. mandat. l. fœmina, §. illud, C. de secund.
Nupt.) destruitur, cap. Imperialem, & ibi Feudistæ,
tit. de Prohib. feud. alien. per Frider. Vnde etiamsi 40
Vassallus omnia sua bona alienauerit, feudum sub
pacto non comprehenditur, Gail. d. obseru. 154. num. 6.
& alij allegati per Kellemb. vbi suprà num. 8. 9.
Ad tex. in d. cap. vnico, tit. An Agnat. vel. fil. def.
respondet Kellemb. vbi suprà, num. 10. habere locum 41
in renunciatione, successionis delatæ filio post mor-
tem patris; non verò in renunciatione, quæ fit patri,
adhuc eo viuente, & propterea illum textum infrin-
gere minimè posse sententiam nostram, quod probat
auctoritate multorum.

Sod

Sed dicta per *Kellemb.* impugnantur *à Bottigl. de*
42 *Renunc. ſucceſſ. d. Theor.* 57. *num.* 9. *& ſeqq.* dum te-
net, filium non poſſe repudiare, aut renunciare bona
allodialia, & retinere bona feudalia, ſiue agatur de re-
pudiatione hæreditatis, mortuo patre, ſiue de re-
nunciatione inter viuos, eiuſque opinio roboratur
multorum auctoritate, pluribuſque argumentis, vt
ibi per eum: Quamobrem data veritate opinionis,
Bottiglier. opinio, de qua ſuprà, quod renuncians
ſucceſſionem, & hæreditatem patris, non cenſeatur
renunciare feudum, non haberet locum in filio, ſed
43 tantum in alijs cognatis, vel cognatis ob illum *tex. in*
d. cap. vnico, an Agnat. vel fil. def.

Illud, tamen, eſt apud omnes in confeſſo, quod
regula, vt renuncians hæreditatem, & ſucceſſionem
alterius, non dicatur renunciare feudum, vel emphy-
teuſim, non habet locum, niſi in feudo, vel emphy-
teuſi, ex pacto, & prouidentia, quod poteſt, repu-
44 diata hæreditate, retineri *Capyc. Latro dec.* 70. *num.* 4.
Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 7. *gloſ.* 6. *num.* 31. *&*
ſeqq. Sperell. dec. 73. *numer.* 60. *Merend. contron. cap.*
15 *lib.* 6.

Non verò in hæreditarijs, quia, eo caſu renuncia-
tio generalis illa comprehendit; Nàm ſine qualitate
45 hæreditaria nequeunt retineri, vt tenent *Iſern. Bald.*
& alij feudiſtæ *in d. cap.* 2. *an Agnat. &c. Clar. in §.*
feudum, quæſt. 76. *Gallerat. de Renunc. lib.* 2. *cap.* 5.
num. 30. *verſ. quamquàm*, ex quo arguit, quod filius,
46 qui renunciauit hæreditatem patris, non poſſit petere
Iuspatronatus, quod pater habebat, *Lambertin. de*
Iurepat. lib. 1. *par.* 2. *art.* 17. *quæſt.* 2. *princ.* & alij, de
quibus ſupra in cap. 39.

47 Et ratio eſt, quia Iuspatronatus, ita demùm tran-
ſit ad hæredes ſanguinis, ſi ſunt hæredes, aliàs non;
Vnde filius, qui renunciauit hæreditatem, cum non
48 ſit hæres, & priuetur hæreditate, cum qua tranſire
poteſt Iuspat. non poteſt illud conſequi, &, multis
cumulatis, idem firmat, *Cyriac. contron.* 128. *nu.* 77.
vbi quòd ea opinio poteſt intelligi in emphyteuſi ex
pacto, & prouidentia, quam quis etiam non hæres
conſequi poteſt, ſecus in ea, quæ habet qualitatem
49 hæreditariam, *Bottiglier. de ſucceſſ. d. Theor.* 57. *num.*
7. *verſ. At verius, & num.* 9. *Fulgin. de Emphyt. de*
renunc. quæſt. 8. *num.* 4. latiſſimè, *Cancer. Variar. lib.* 3.
cap. 15. *de Renunc. num.* 296. *Kellemb d. quæſt.* 26.
50 *num.* 14. vbi, quod iudicatur de feudo hæreditario,
ſicut de reliquis bonis hæreditarijs, & Vaſſallus hoc
ſine conſenſu Domini, & agnatorum alienare, in
51 alioſque transferre poteſt, *Alex. conſ.* 19. *num.* 7. *vol.*
5. *Dec. conſ.* 395. *num.* 4. *& ſeqq.*

Vide, tamen, de materia; an poſſit emphyteoſis
donari, & renunciari abſque conſenſu Domini dire-
cti, *Ludouic. dec. Luc.* 8. *Rot. coram Penn. dec.* 90. *co-*
ram Gregor. dec. 520. *& in rec. dec.* 180. *par.* 8.

52 Et venit etiam in vniuerſali fideicommiſſi reſtitu-
tione, *Dec. d. conſ.* 395. *nu.* 5. & alij relati per *Kellemb.*
vbi ſuprà. Et de hac re, An feudum, vel emphyteo-
ſis veniant in generali fideicommiſſo, plura *Hyeron.*
Palm. conſ. 48. *Spad. conſ.* 46. *num.* 21. *lib.* 1. *Rot. dec.*
741. *num.* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. & dec.* 218. *num.* 21.
par. 10.

Nec non in diuiſione, & petitione hæreditatis, &
proptereà fieri nequit, vt concludit *Kellemb.* vt per
ſucceſſionis renunciationem huiuſmodi feudum, non
etiam remiſſum habeatur, cum feudum hoc nemini,
præterquam ei, qui in veritate defuncti vaſſalli hære-
ditatem agnouit, debeatur.

Prætereà limitatur concluſio principalis, de qua
ſupra, quando nulla alia bona exiſtunt, quàm em-
phyteotica, vel feudalia, tunc, enim, abſque vlla
53 dubitatione, feuda, & emphyteoſis, in generali re-
nunciatione comprehenduntur, *Alex. conſ.* 222. *num.*
2. *lib.* 6. *Valaſc. de Iur. Emphyt. quæſt.* 44. *num.* 8. *ad*
finem, Fulgin. de Iur. Emphyt. de Renunc. quæſt. 7. *num.*
9. *Kellemb. d. quæſt.* 26. *in fine, Bottiglier. vbi ſuprà,*
num. 17. *Gratian. Diſcept.* 346. *num.* 9.

Et ratio eſt, quia, in iure noſtro, actus non debet
eſſe fruſtratorius, nihilque operari, *l.* 1. *ff. ad Municip.* 54
cap. ſi Papa, de Priuil. in 6. *Surd. conſ.* 81. *num.* 20.
lib. 1. *Bottiglier. vbi ſuprà num.* 17. qui arguit à ſimili, 55
quod, licet quotidianæ diſtributiones non veniant
appellatione fructuum, cum non dicantur de corpo-
re beneficij, ſed percipiantur, ratione ſeruitij perſo- 56
nalis, vt *in extrau. nonnullæ, verſ. præterea, de Præb.*
Barboſ. de Canonic. cap. 21. *num.* 1. *& ſeqq.* & alij alle-
gati per *Bottiglier. vbi ſuprà*, quibus addo *Felin. in*
cap. ad aures, num. 14. *de Reſcript. Oldrad. conſ.* 118. *per*
tot. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. *proem. num.* 162. *Monet. de*
Diſtribut. par. 1. *quæſt.* 8. *per tot. & quæſt.* 4. *num.* 18.
Gratian. diſcept. 812. *num.* 12. *Spad. conſil.* 147. *num.* 20.
lib. 3. *Verall dec.* 65. *num.* 3. *par.* 1. *& deciſ.* 79. *num.* 2.
par. 4. *rec. coram Penn. dec.* 66. *num.* 4. *Duran. dec.* 289.
per tot. Buratt. dec. 28. *num.* 12. *vbi Add. littera B, Gre-*
gor. dec. 540. *per tot.*

Idque procedit non ſolùm ad effectum regulæ de 57
valore, ſed etiam ad alios affectus, vt per *Conarr. var.*
reſolut. lib. 3. *cap.* 18. *num.* 1. *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 39.
num. 24. 25. *Rot. in Romana Penſionis* 23. *Maij* 1644.
& 24. *Martij* 1645. *coram Reuerendiſs. Papien. & in*
Lucana Prioratus 20. *Iunij* 1664. *coram Reuerendiſs.*
Albergato.

Ideò, habito indulto, percipiendi fructos ſuorum
beneficiorum, veniunt diſtributiones quotidianæ, *Co-* 58
uarr. vbi ſuprà, Rodrig. quæſt. Regul. tom. 2. *quæſt.* 74.
art. 4. *Boer. dec.* 340. *num.* 4. *ad finem, Gratian. diſcept.*
for. cap. 283. *num.* 89. & alij plures relati à *Bottiglier.*
d. num. 18. *verſ. ideò facto.*

Tamen, ſi verba prolata de Fructibus eſſent ſuper-
flua, cum nulli adſint fructus, niſi diſtributiones ſolæ 59
quotidianæ, tali caſu, illæ comprehenduntur, vt ver-
ba operentur, *Gonzal. vbi ſuprà, num.* 193. *Gratian.*
vbi ſuprà, num. 8. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 39.
num. 27. & iuxta hanc ſententiam fuit pluries in Rota
iudicatum, vt apud *Duran. dec.* 411. *num.* 8. 9. *in Ro-*
mana Penſionis 15. *Feb.* 1664. *deciſ.* 126. *poſt Tracta-*
tum, & 20. *Maij* 1665. *vtrobique, §. fin. coram Reue-*
rendiſs. Gerunden. & 1. *Iunij eiuſdem anni, §. minùs*
facit, coram R.P. D. Ottalora, & in Lucana Prioratus
26. *Martij* 1666. *coram Reuerendiſs. Albergato Decano.*

Et ſimiliter diſtributiones veniunt ſub nomine fru- 60
ctuum, quando verſamur in materia, quæ latam reci-
pit interpretationem, non verò quando verſamur in 61
materia odioſa, & exorbitanti, *Fagnan. in cap. licèt,*
numer. 4. *de Præben. Monet. de Diſtrib. quotid. par.* 1.
quæſt. 6. *num.* 13. *Rot. coram Put. dec.* 223. *nu.* 3. *lib.* 1.
Barboſ. de Canon. cap. 21. *num.* 8. *Rot. dec.* 225. *num.* 4.
par. 4. *tom.* 2. *& in adnot. ad dec.* 576. *num.* 56. *& ſeqq.*
par. 4. *tom.* 3. *rec.* Exempla primi caſus, ſunt, ſi aga-
tur de Conſtitutione Dotis Eccleſiæ, illamque manu-
tenendi in ſua originali libertate, & non ſubijciendi
patronatui familiæ, tunc, quia ſumus in materia fa- 62
uorabili diſtributiones veniunt nomine fructuum;
exempla ſecundi caſus, vtpotè, ſi agatur de regula
de valore, de reſeruatione penſionis, aut de ſuperlu-
crandis in abſentia fructibus, & ſimilibus, tunc di- 63
ſtributiones non continentur, vt oſtendit *Rot. in Lu-*
cana Prioratus 26. *Martij* 1666. *coram Reuerendiſs. Al-*
bergato, verſ. ſecundò quia.

An verò requiratur aſſenſus Domini in renuncia- 64
tionibus feudorum, affirmat *Minad.* & alij relati per
Galeott. lib. 1. *contron.* 15. *num.* 40. *& ſeqq. & cap.* 16. 65
nu. 7. *& ſeqq. Camill. de Medic. conſ.* 35. *nu.* 15. *& ſeqq.*

Dixi-

Negat verò de Pont. de Poteſt. Proreg. in tit. de
Refut. feud. §. 1. num. 19. Montan. controu. 10. nu. 30.
66 & alij apud Bottigl. Theor. 57. num. 18. verſ. dubium
tamen eſt, ſed de hac quæſtione vide Donad. de Renunc.
cap. 14. per tot. & præcipuè num. 15. & ſeqq.

Diximus, ſuprà, renunciationes eſſe ſtrictè inter-
pretandas, adeout non contineat, niſi caſum expreſ-
ſum, neque ea, quæ ex noua cauſa debentur; Vnde
dubitari poteſt de nonnullis.

Primo, an in generali renunciatione comprehenda-
67 tur id, quod debetur renuncianti vigore l. hac edicta-
li, C. de ſecund. Nupt. nec non vigore l. fœmina, C. eo-
dem, ac ex particulari diſpoſitione ſtatuti, vel iuris
conſuetudinarij.

Quoad primum articulum, videtur renunciatio-
nem generalem poſſe comprahendere portionem de-
bitam renuncianti ex diſpoſitione, l. hac edictali, C. de
ſecund. Nupt. eò, quia renunciatio generalis propter
68 naturam verborum vniuerſalium porrigitur ad om-
nia iura ſibi competentia, quamuis de illis non fuerit
cogitatum, l. Plautius, ff. de aur. & arg. leg. l. Iulia-
nus, ff. ad Trebell. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt.
cum alijs adductis per Hodiern. ad l. hac edictali, quæſt.
69 11. num. 60. 61. vbi, quod verba generalia etiam in
odioſa diſpoſitione non ſunt reſtringenda, ſed gene-
raliter intelligenda, etiam ſi maior ratio eſſet in vno,
quam in alio, l. in fraudem, in fine, & ibi Bald. ff. de
teſtam. milit. Rot. dec. 54. num. 18. par. 2. rec.

Et quod huiuſmodi lucrum comprahendatur in
renunciatione generali, & non poſſit deferri ad mu-
lierem, quæ bona patris, & matris renunciauit, te-
70 net Angel. in Auth. de nuptijs, §. optimè, collat. 4. quem
refert & ſequitur Franc. Marc. deciſ. 25. ea ratione,
quod renunciatio excludat renunciantem à ſucceſſio-
71 ne, huiuſmodi verò, lucrum non poſſit deferri ad
eum, qui ſucceſſionem non habet, latiſſimè Spad. conſ.
263. num. 45. & per tot. lib. 3. Donat. Anton. de Marin.
in alleg. diuerſ. alleg. 64. nu. 14. & ſeqq. & plura Me-
rend. lib. 23. cap. 1. num. 9. & ſeqq.

Aduerte, tamen, quod ratio adducta ab Angelo,
quod lucrum proueniens ex diſpoſitione legis hac edi-
ctali, non poſſit deferri ad excluſam à ſtatuto non eſt
tuta, contrà eum propterea ſcripſerunt Bertazzol.
72 conſ. Ciuil. 81. 82. lib. 1. Fachin. controu. lib. 3. cap. 68.
Surd. conſ. 237. lib. 2. Sebaſt. Medic. dec. March.
vltima, & benè Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 5. gloſſ.
8. par. 4. num. 47. pag. mihi 131. vbi reprobat opinio-
nem Franc. Marcb. & Angel. de quo ſuprà.

Alij tenent, quod, ſi renunciatio generalis ſit am-
pliſſimis munita clauſulis, vtpotè, quando fuit facta
73 renunciatio ſucceſſionibus, tam ex teſtamento, quam
ab inteſtato, & quibuſcumque alijs ex quauis cauſa,
ſit apta comprahendere hoc lucrum, licèt de eo non
ſit facta ſpecifica mentio, eo, quia verba, & quibuſ-
cumque alijs, ex quauis cauſa, ſint ampliatiua diſpoſi-
tionis, ità vt non poſſint verificari, niſi in actionibus
diuerſis a iure, quod competebat in bonis renunciatis,
vt per Surd. conſ. 303. num. 32. & ſeqq. Rot. dec. 149.
num. 3. par. 1. rec. cum pluribus adductis per Hodiern.
74 vbi ſuprà numer. 65. & ſeqq. vbi ponderatur dictio,
alijs, quæ licèt ſit notæ ſimilitudinis, & implicet ca-
ſus ſimiles, gloſſ. in l. fugitiui, C. de Seru. fugit. Afflict.
dec. 244. num. 1. Cacheran. dec. 167. num. 7. Tamen,
75 quãdo ſtat augumentatiuè ſignificat, quid plus, quam
ſit expreſſum, & neceſſariò debet intelligi, de diuerſis
iuribus præter ſpecificatis, eadem Rot. dec. 149. num.
3. par. 1. rec. Surd. d. conſ 303. num. 33. Menoch. conſ.
355. num. 18. lib. 4. cum alijs adductis ab Hodiern. vbi
ſuprà num. 67.

Et ſimiliter clauſula ex quauis cauſa, videtur omnẽ
76 cauſam, & titulum complecti, aliàs, ſi excluderetur
d. l. hac edictali, non erit verum dicere, quæcumque
alia bona, ex quauis cauſa Natt. in terminis conſ. 546.
num. 22. cum allegatis per Hodiern. ibi, num. 67. 68.
& in terminis diſpoſitionis, l. fœmina 3. C. de ſecund. 77
nupt. quod, attentis clauſulis prægnantiſſimis, dica-
tur comprahenſa in renunciatione, voluit de Marinis
d. alleg. 64. nu. 12. & optimè firmauit Rot. in Roma-
na ſucceſſionis 12. Ianuarij 1660. §. vrget, coram Reuer.
Melrio, & eſt deciſio in fine operis 120. vbi, quod ver-
ba, quomodolibet prætendere poſſit, reſpicientia tempus 78
præteritum, & futurum includunt omnem, & quam-
cumque ſucceſſionem, & latiùs in deciſ. confirmato-
ria eiuſdem anni coram R. P. D. Priolo poſt. tract. dec.
143. vbi, quod verba illa, quomodolibet prætendere 79
poſſet, & non aliàs, ſint vniuerſalia comprahenſiua
quorumcumque caſuum, & omnem modum inclu-
dant Menoch. de recup. remed. 6. num. 13. Add. ad Bu-
ratt. dec. 193. num. 15. & verbum, poſſet, reſpicit etiam
ius de futuro, Berò conſ. 130. nu. 24. Burat. dec 229. nu. 7.

Cęteri negant indiſtinctè poſſe comprahendi bo-
na, ex hoc lucro prouenientia, in generali renuncia-
tione, & præcipuè, alijs adductis, Cancer. var. lib. 3. 80
cap. 15. numer. 338. Trentacinq. lib. 3. var. reſol. 5.
Franc. dec. 690. numer. 4. & 10. Petr. Gregor. Tholoſ.
ſyntagm. Iur. vnin. par. 3. cap. 17. lib. 41. nu. 2. Pappon.
Arreſt. lib. 16. tit. 4. arreſt. 9. Sebaſt. Medic. dec. Mar-
ch. 64. num. 2. Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 5. gloſſ.
8. par. 4. numer. 43. Hodiern. in l. hac Edict. quæſt. 11.
num. 84. Bottigl. de ſucceſſ d. Theor. 56. numer. 12. in
fine, Kellemb. de Renunciat. ſucceſſ. quæſt. 32. num. 4.
& ſeqq. Manent. conſ. 15. num. 13. Gaill. pract. Obſeru.
98. num. 10. Mart. de ſucc. leg. par. 1. quæſt. 14. art. 4.
num. 19. Caſtill. de Vſuf. cap. 2. nu 56. Rot. dec. 45. nu.
4. & ſeqq. par. 7. Et rationem adducit idem Hodiern.
vbi ſuprà, numer. 84. & ſeqq. quod diuerſum eſt ius,
quod ex l. hac edictali, diſpoſitione ad filios defertur, 81
quam ius vniuerſalis ſucceſſionis, vnum, enim, ſatis
ab altero differt; Primum quidem reſeruatur filijs,
vti filijs, ſecundùm, vti hęredibus. Etenim beneficium
huius legis nihil aliud reſpicit niſi pænam ſecundò 82
nubentium, & vltrà modum vitrico, vel nouercæ re-
linquentium: renunciatio, verò, ſucceſſionem, quæ
ex voto parentum defertur, reſpicit, atque conſide- 83
rat; Et ſic ius, quod ex d. l. hac edict. prouenit, omni-
nò diuerſum, ac ſeparatum eſt à ſucceſſione.

Quo fit, vt, vbi duo iura, alicui, diuerſo iure, com-
petunt, ſi vnum remittitur, aliud non tollatur, ità 84
Bartol. in l. ſi Dominus, ff. de ſeruit. Vrb. præd. & pro-
batur argumento textus in l. tutorem, ff. de his, quibus
vt indign. vbi habetur, quod quando duo iura, quæ
poſſunt eſſe penès diuerſas perſonas, reperiuntur cõ-
currere in perſona vnius, iudicandum eſt de illa, tan- 85
quam de duabus perſonis, cum quo textu ità arguit
in puncto, Caſtren. conſ. 312. vol. 1. & iuxta prædicta
arguit etiam Kellemb. d. quæſt. 32. num. 4. & ſeqq. in
terminis diſpoſitionis, l. fœmina, C. de ſecund. Nupt.
de qua inferiùs.

Diſtinguunt nonnulli renunciationem factam ante-
quam pater tranſeat ad ſecunda vota, & ſic lucrum
proueniens à l. hac edictali, adhuc non ſit delatum, à
renunciatione facta poſt ſecundas nuptias, & ſic, iure
iam delato; Primo caſu tenent, renunciationem ge- 86
neralem non comprahendere hoc ius; ſecundo caſu
ſic, Et ratio differentiæ eſt, quia, cum renunciatio re- 87
guletur à veriſimili mente renunciantis, l. qui Romæ, §.
duo fratres, ff. de Verb. Oblig. & vt minùs noceat renun- 88
cianti, vt ſuprà vidimus; Cum hoc ius, tempore renun-
ciationis non competeret, non comprehenditur; Nam 89
renunciatio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ità vt
ſemper excludatur noua ſuperueniens cauſa, cum de
ea non preſumatur cogitatũ, latè Hodier. d. qu. 11. n. 74.

& ſit-

& firmant *Donad. de Renunc. cap. 5. num. 20. 21. Altograd. conf 66. num. 14. tom. 1. Caucer. var. lib. 3. cap. 15. num. 210.*

99 Nemo enim præsumitur renunciare iuri, quod sibi
competere ignorat, *l. mater, §. ceterum, ff. de Inoff.
testam.* quamuis in genere cogitare potuerit, *Put. dec.
73. par. 3.* Et cum renunciatio sit stricti iuris, in ea
91 non veniunt, nisi ea, quæ expressa sunt.

Et ampliatur, quamquam in renunciatione adessẽt
verba, *omni iure, quod habet, vel posset habere in futurum, vel quod habere sperat, vel de omni, quod ad
renunciantem spectat, siue pertinebit*, semper ista renunciatio iuris de futuro restringenda erit ad causam
92 de præsenti, vt, auctoritate multorum, firmat, *Hodiern. vbi suprà numer. 75. Gratian. discept. for. cap.
346. num. 1. Mart. de success. leg. par. 1. quæst. 14. nu. 2.*
& nos inferiùs plura ad propositum adducemus.

Aliam, vlteriùs, rationem addunt nonnulli, &
præsertim *Hodiern. vbi suprà nu. 77.* quod non solum,
non potest dici hoc lucrum, quia incogitatum, in
generali renunciatione non esse compræhensum, sed
etiam, quia si id admitteretur, inuitaret filia renuncians parentes ad eam contristandam, & iniuriam in-
93 ferendam, quæ filijs prioris matrimonij per transitum
ad secundas nuptias irrogatur, *§. prospexit, Auth. de
non elig. 2. nubent.* quod non est præsumendum, nec
in renunciatione a filia facta includi debet illud, quod
94 culpa sua quis perdidit, vt optimè *Guid. Pap. dec. 228.
num. 1. Dec. in Rubr. num. 7. C. de secund. Nupt.*

Quando, vero, tempore renunciationis lucra iam
95 essent renuncianti deuoluta, tunc in ipsa renunciatione includuntur, cum cessent eæ rationes præsumptæ
mentis renunciantis, *Mynsing. cent. 5. obseru. 24. nu. 3.*
& alij relati ab *Hodiern. vbi suprà, num. 80.* & latissimè *Fontanell. de Pact. Nuptial. d. claus. 5. gloss. 8.
96 par. 4. num. 48.* tamen hanc vltimam partem in casu,
quod fœmina renuncians notitiam habeat, de hoc iure sibi delato, non verò, si illud ignoret.

Hanc distinctionem non admittit *Hodien. vbi suprà
97 num. 84 & seqq.* sed indistinctè tenet, quod, siue agatur de iure non delato, siue de iure iam delato, siue
adsint in renunciatione clausulæ prægnantes, & prægnantissimæ, siue non, nequaquam in generali renunciatione comprehendatur hoc ius prouenìens ex *d. l.
hac edictali*; Dicit, enim, clausulas apponi solitas
licèt prægnantissimas efficere haud posse, quod di-
98 spositio extendatur ad incognita, *l. qui cum tutoribus,
ff. de transact. l. 3. ff. eodem*, Incognitum, autem,
mulieri dicitur, quod ei iuris dispositione confertur,
l. regula, §. 1. ff. de Iur. & fact. ignorat. Gratian. discept. cap. 319. num. 53.

Et hanc opinionem, adeo veram esse, testatur idem
99 *Hodiern, num. 120.* vt procedere putet, quamuis in
renunciatione adessent verba, *ex certa scientia*, illis,
enim, non obstantibus, adhuc ignorantia præsumitur, & talis clausula nihil operatur, *Manent. cons 139.
num. 48. 49. lib. 2. Ruin. cons. 60. num. 28 lib. 3. Menoch.
lib. 2. præsumpt. 20. nu. 5. & lib. 6. præsumpt. 23. nu. 21.*

Et quod huiusmodi clausulæ non valeant inducere
scientiam in disponente, & propterea non sint apta
ad includendum in renunciatione generali ius verisi-
100 militer ignoratum, *Gratian. discept. 501. num. 8. &
discept. 824. num. 20. Aldon. cons. 69. num. 56. Becc.
cons. 90 num. 19. 20. Faber. in Cod. lib. 5. tit. 5. de secund. Nupt. def. 15. num. 7. Roland. cons. 95. num. 41.
lib. 1. Ruin. cons. 98. num. 8. lib. 1.*

Et simili modo, refutat opinionem tenentium censeri inclusum in renunciatione generali hoc ius, quando tempore renunciationis iam fuit delatum, idem
Hodiern. vbi suprà num. 128. & seqq. quia, ad hoc, vt
beneficio renuncietur, requiritur specialis, & indiuidua renunciatio, idque probat auctoritate, *Boer. dec.* 101
*185. n. 24. Veral. dec. 26. par. 2. Pappon. lib. 15. tit. 1. arrest.
11. de Nupt. Ferrer. in add. ad Guid. Pap. dec. 228.* quæ
specialis, & indiuidua renunciatio, cum supponatur
non adesse in renunciatione, non potest suppleri per
generalitatem, vel alias clausulas prægnantissimas,
etiam si agatur de iure iam delato.

At, quicquid dicat *Hodiern. vbi suprà*, & alij per
eum allegati, eius opinioni non assentior, in ea, præcipuè, parte, in qua tenet, quod, quamquam renunciatio sit munita clausulis prægnantissimis, & denotantibus fuisse contemplatum ius deferendum, nihilominus ius prouenìens ex *l. hac edictali*, non dicatur
compræhensum in generali renunciatione.

Contrariam, enim, sententiam existimo veriorem
in casu, quod fiat renunciatio nominatim de iuribus
futuris, & ex causa de futuro competentibus, & præ- 102
cipuè, vbi, vltrà renunciationem bonorum maternorum, & paternorum fuit additum, *omnibus alijs iuribus, & actionibus in futurum, quomodocumque competituris, & ex quacumque causa, & omni, & cuicumque legis beneficio, quod quomodolibet ad eius fauorem facere
posset &c.* Hac enim verborum vniuersalitate attenta, certum est, quod huiusmodi lucra, compræhensa
dicuntur, ut firmat in terminis *Castren. cons. 252. in fine* 103
*vers. non sic lib. 1. Ciarlin. controu. for. 86. num. 20. Galle-
rat. de renunc. lib. 4. cap. 2. num. 38. propè finem, vers. &
generaliter, Caucer. var. lib. 3. cap. 15. num. 134.* multa
ad propositum, *Merend. controu. lib. 23. cap. 1. num. 1. &
seqq. Fontanell. decis. 417.* & firmauit optimè *Rot. in
Asculana Hæreditatis 7. Iunij 1649. coram Reuerendiss.
Tarraconen. §. minùs obstat*, relata per *Rot. in Romana
Successionis 12. Ianuarij 1660. coram Reuerendiss. Meltio, post tract. dec. 120.* confirmata *28. Iunij 1660 coram
R. P. D. Priolo post tract. dec. 143.* vbi ponderantur verba, *quomodolibet prætendere possit*, quæ vti respicientia tempus præteritum, & futurum, includunt, nedum
successiones delatas, tempore renunciationis, sed etiã
alias in posterum deferendas; Et præcipuè hæc sententia procedit, quando versamur in terminis renunciationis initæ a puella, dote recepta *pro omni, & toto* 104
eo, quod prætendere posset, &c. hoc, enim, casu, excluditur omne ius in renunciatione, quod quomodolibet potest feminæ renuncianti competere, siue aga-
tur vigore *l. hac edictali*, siue *l. femina, C. de secund. nupt.* 105
siue quouis alio titulo, vt firmauit *Rot. cit. in Asculana Hæreditatis coram Reuerendiss. Tarraconen. & in d.
Romana Successionis 12. Ianuarij 1660. §. & magis, &
28. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. Priolo, vers. quæ
faciliùs*, & voluit etiam *Ciarlin. d. controu. 80. num.
20.* quibus addo *Altograd. in append. ad cons. 60. tom. 1.
num. 18.*

Qua opinione firmata, non valet dicere hanc portionem debitam a iure ob transitum patris ad secundas nuptias non deferri iure successionis, & propterea non includi in renunciationibus hæreditatis paternæ, eiusue successionis; Nam respondetur hanc
conclusionem optimè applicari ad casum, in quo, fit
actum de renunciatione successionis dumtaxat, &
hæreditatis patris: quia tunc huiusmodi renunciatio
non trahitur ad ius superueniens ex noua, & diuersa
causa, & titulo singulari ex dispositione legis in pœnam secundarum nuptiarum filijs primi matrimonij 106
concessum. At secus est, vbi verba non sunt restricta
ad successionem, sed adeo sunt vniuersalia, vt compræhendant diuersa, & maiora expressis, optimè,
*Natt. cons. 410. nu. 7 & seqq. Honded. cons. 49. num. 14.
lib. 1. Castill. de vsuf. cap 47. nu. 27. & seqq. Morott. cons.
98. num. 2.* & alij allegati per *Altogr. loco mox cit. vers.
nec obstant.*

Et pariter ratio allata ab *Hodiern.* & alijs ab eo
allega-

allegatis, quod censeatur cogitatum, per renunciantem huic lucro, procedit in simplici renunciatione, non verò, quando est concepta renunciatio, verbis prægnantibus, & vniuersalibus, & aptis compræhendere non cogitata; nàm, eo casu, sibi imputet, qui non cogitauit sub his verbis omnia cõtineri, vt multis adductis, optimè firmat *Altograd. in append. ad d. conf. 66. num. 18. vers. sed quando*, vbi, quod multò
107 magis id procedit, quando adsunt verba *ex quacumque causa, quæ dici, aut excogitari possit*, quæ tollunt, ne quis dicere valeat, se non cogitasse, *Alex. cons. 42. num. 8. vers. quintò pondero, lib. 1. Natt. cons. 410. nu. 9. 10.* & eò magis, vbi accessit iuramentum, quod ostendit quem deliberatè ad iurandum accessisse, &
108 saltem in genere de omni, & quacumque causa cogitasse, *Gratian. discept. 366. num. 14. Roman. cons. 22. num. 3. & 4. Gabriel. de Regul. Iur. concl. 4. num. 14.*
Et hæc, quæ dicta sunt, in terminis dispositionis *l.*
109 *hac edictali, C. de secund. Nupt.* adaptantur etiam ad dispositionem *l. fœmina 3. C. eodem*, cum, de vna ad aliam valeat argumentum, vt ostendit *Hodiern. d. quæst. 11. num. 91.* de qua re plura adducunt ipsimet Doctores supra allegati, & præcipuè *Kellemb. de Renunc. success. quæst. 32. per tot. Bottiglier. d. Theor. 56. nu. 12. Hodiern. vbi suprà num. 89. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 5. gloss. 8. par. 4. num. 41. 42. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. num. 133.* idem *Altograd. in append. ad cons. 66. num. 18. & seqq.* & in ipsismet terminis, *Rot. in allegatis decisionibus Asculana Hæreditatis 7. Iunij 1649 coram Reuerendiss. Tarraconen in Romana successionis 12. Ianuarij 1669. coram R. P. D. Priolo.*
An verò filij, qui dederunt cõsensũ secundis nuptijs
110 perdant hoc ius, *l. hac edictali*, plura *Merend. cap. 6. lib. 23. Hodiern. in l. hac edictali, quæst. 21. & quæst. 49. Donat. Anton. de Marin. alleg. 64. lib. 3.*
An habeat locum, dum filij adeunt hæreditatem sine inuentario *de Marin. alleg. 64. lib. 3. Surd. dec. 99.*
111 *Hodiern. d. tract. quæst. 18.*
Ex hucusque dictis, quod in generali renunciatione non veniat portio debita vigore *l. hac edictali*, & *l. fœmina*, deducitur etiam, quod, si ex forma alicuius statuti aliqua portio debeatur, illa in generali renun
112 ciatione non veniat, tanquam quid diuersum, & separatum à successione, vt tenent, præ ceteris, *Gillerat. lib. 4. cap. 2. num. 48. circà finem*, & in terminis consuetudinis Neapolitanæ plura adducit, *Vincent. de Franch. dec. 690. in princ. Hodiern. in l. hac edictali, d. quæst. 11. num. 87.* & ad *Surd. dec. 14. num. 4. Donad. de Renunc. cap. 49. num. 277. tom. 2.* & latè *Bottigl. de success. Theor. 56. num. 12. & seqq.*
Et rationem assignant, quia renunciatio facta est de
113 omnibus successionibus, & hæc portio non datur iure successionis, sed ex prouidentia consuetudinis, vt tenent quamplurimi ex Doctoribus Neapolitanis per *Capyc. Latro dec. 116. num. 15. & seqq. & per Bottigl. loco citato numer. 14.*
Vndè voluerunt nonnulli hanc portionem deberi
114 absque onere, ità vt filius possit hanc partem agnoscere, & reliquum hæreditatis repudiare, vt per *Staib. Iun. contron. for. cap. 9. numer. 17* & ceteri relati per *Capyc. Latr. d. dec. 116. num. 17. & seqq. Bottiglier. d. Theor. num. 15.*
Sed quicquid sit, in terminis aliorum statutorum Italiæ, de quibus inferiùs, magis communis est opinio, quod consuetudo Neapolitana prædicta non deferat portionem, iure consuetudinario, & ex prouidentia legis, sed iure successionis, vt relatis hinc indè
115 opinionibus, firmat *de Franch. dec. 89. num. 2. & dec. 690. num. 10. Bottiglier. vbi suprà numer. 17. Capyc. Latro d. dec. 116. num. 22.*
Et propterea ea portio per d. consuetudinem reseruata in generali renunciatione comprehenditur, 116
vt concludit *Bottigl. vbi suprà num. 16. & seqq.* Et non potest peti ab eo, qui repudiauit hæreditatem, vt 117
firmauit *Franc. dec. 525. num. 8.*
Sed ego teneo, quod opinio *Bottigl.* locum habeat, quando in renunciatione adsunt clausulæ prægnantes, ex quibus arguatur intentio renunciantis velle 118
comprehendere hoc lucrum, non aliàs, vtpotè quando fuit dictum *renunciauit omnibus successionibus, & omni iuri sibi delato, vel deferendo, ex quacumque causa, & titulo, qualitercumque, & quomodocumque*, vt, disputato articulo, tenet *Montan.* quem refert, & sequitur *Donad. de Renunc. cap. 49. num. 279. tom. 2.* & videtur etiam admittere *Bottigl. d. loco num. 18.*
Quid autem sit tenendum, in terminis statuti Lucani *in cap. 22. & 23. lib. 2.* disponentis mulieres solutas decedentes cum liberis teneri ad relinquendam 119
filijs legitimam portionem, decedentes, verò, sine filijs teneri ad relinquendam venientibus ab intestato, quandam portionem à statuto taxatam. An nè eadem portio censeatur renunciata per simplicem renunciationem successionis, & hæreditatis maternæ.
Quæstio est difficilis, propter rationes, quæ ab vtraque parte afferri possunt.
Dependet enim ab illa cõclusione: An hoc lucrum deferatur, iure successionis, vel iure particulari prouueniente à dispositione statutaria absque vllo facto mulieris.
Primo, enim, casu, certum est, quod, in renuncia- 120
tione generali comprehenditur, secundo, verò, casu, minimè, ex ratione supra allata, quod renunciatio successionis non extenditur ad id, quod debetur iure particulari statuti.
Quod portio reseruata à statuto non deferatur iure successionis, sed ab ipso statuto absque facto matris; Et per consequens non dicatur comprehensa in simplici renunciatione hæreditatis, probatur ex regula generali, qua habetur huiusmodi portiones à statuto reseruatas, non esse in potestate testatoris, nec filijs applicari parentum facto, sed legis beneficio, vt per 121
Castren. cons. 441. per tot. vol. 1. Brun. super statuto exclusiuo fœminarum, art. 13. num. 109. & seqq. Osasch. dec. 20. num. 6. 7. Monter. ad Stat. Bonon. lib. 4. tit. de Dot. rel. §. & si decesserit, pag. 153. Peregr. dec. 109. per tot. Mart. Medic. exam. 29. num. 10.
Et latiùs, quòd vocati per statutum, iure proprio, & singulari, dicantur succedere, non verò ex voluntate 122
matris, *Afflict. dec. 310. in fine, Rot. in Bononien. diuers. dec. 4. num. 5. 6. Surd. cons. 81. num. 11. & seqq. tom. 1. Altogr. cons. 97. num. 104. lib. 1. Spad. cons. 365. num. 3. lib. 2. Franc. de Lucro Dot. gloss. 4. num. 9.* & in terminis præcisis *Anchar. cons. 25. per tot. Cagnol. l. fin. C. de Pact. num. 100. Vrsill. ad Afflict. dec. 310. num. 304. & seqq. Alb. cons. 5. num. 1. Menoch. cons. 1143. num. 24. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 6. gloss. 9. par. 1. num. 7. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 24 num. 18.* & alijs relatis, *D. Paul. Mans.* huius Ciuitatis olim Iurisconsultus celeberrimus in *cons. impresso inter consult. D. Aloys. Mans. eius fil. consult. 16. num. 15. in medio.*
Contrarium, quod deferatur iure successionis; & ideò huiusmodi portio dicatur comprehensa in re- 123
nunciatione, de qua agitur. Probatur primo *in Rubr. d. statuti*, per quam declaratur Nigrum, & demonstratur, quomodo Nigrum intelligi debeat, *Surd.* 124
cons. 163. num. 12. Mascard. de Stat. concl. 2. num. 189. Dec. cons. 387. num. 7. versic. Et pro fundamento, latè *Mans. cons. 19. num. 28 & 29.*
Nàm Rubrica loquitur per verbum, *succedat*, ibi, *de modo succedendi mulieri soluta decedenti sine filijs*, & quando statutum vtitur hac dictione, *succedant*, 125
censetur deferre lucrum iure hæreditario, non ex dispositio-

poſitione particulari ſtatuti, vt optimè *Dec.conſ.387.*
num.7. & ſeqq. Cacherau. dec.20. num.6. & ſeqq. Me-
noch. conſ. 1143. numer. 24. verſ. reſpondetur, Surd.
conſ. 81. num.4.5. meritò &c.

Quod comprobatur ex eodemmet Nigro, in quo,
per ſtatuentes fuit facta mentio de portione relinquē-
da, ibi, *dummodò liberis, &c. relinquere teneatur.*
126 Quod verbum, *relinquere*, potiùs vltimæ voluntati,
quam actui inter viuos conuenit, *§. fin. Inſtit. quibus*
127 *ex cauſ. manum.* & clariùs docet, *Vlpian. in l.1. §. vlt.*
ff. de Tabul. exhib. Menoch. conſ. 334. num.8. Peregr.
de Fideic. art.45. num.6. cum alijs optimè ponderatis
per *Manſ. d. Conſult. 16. nu. 30. 31.* vbi, quod, quan-
do ipſi verbo, *relinquere*, adiectum eſt verbum, *de-*
cedens, vt in caſu ſtatuti veſtri, dum, inquit, *Si qua*
Mulier vidua deceſſerit, relinquere teneatur, tunc nulli
dubium eſt, ad ſolum actum vltimæ voluntatis reſtrin-
128 gi; etſi, aliquando, in aliquo ſpeciali caſu, trahi poſ-
ſet ad actum inter viuos: tenet etiam *Mart. Summ.*
ſucceſſ. leg. par. 2. quæſt. 3. art. 12. num. 3. 4. Gratian.
diſcept. for. cap. 124 num. 7 8.

His tamen vrgentiſſimis argumentis non obſtanti-
bus, potiùs inclinarem in primam ſententiam, quod
ſtatutum noſtrum deferat portionem, non quidem iu-
re ſucceſſionis; ſed particulari iure ex diſpoſitione
ſtatuti proueniente.

Siquidem ſtatutum vtitur verbis præceptiuis, ibi,
liberis, & deſcendentibus relinquere teneatur ſaltem le-
129 *gitimam portionē per formam ſtatuti declaratam, quam*
adimere nequeat vllo modo. Si igitur hæc portio, nullo
modo adimi poteſt per mulierem decedentem, non
venit filius, vel agnatus ad hanc portionem ex diſpo-
ſitione matris, ſed ex ipſo ſtatuto, ità iubente, *Caſtren.*
conſ. 442 num. 5. ponderando præcipuè verba, *relin-*
130 *quere teneatur*, quæ important præciſam neceſſita-
tem, *Monac. dec. Luc. 32. num 33.* & clarè, quod quan-
do ſtatutum loquitur per verbum; *Habeat, relinquere*
teneatur, deferatur portio, non iure ſucceſſionis, ſed
ex ipſa lege, *Dec. conſ. 387. nu. 6. Theſaur. dec. 33. 34.*
nu. 2. Alex. conſ. 55. col. 1. lib. 1. Cacheran. d. dec. 20.
131 *num 6. & ſeqq. Surd conſ. 81. num. 9. & ſeqq.*

Ad argumentum in contrarium ponderatum, de-
ſumptum ex Rubrica loquente, per verba ſucceſſio-
nem denotantia; Reſpondetur, quod ſatis eſt, vt ea-
dem Rubrica verificetur in ea parte, in qua ſucceditur
mulieri, excepta hac portione reſeruata filijs, non ve-
rò in ea parte, in qua diſponitur de portione prędi-
cta; & ſic, cum Rubrum non ſit, tam generale, quàm
132 Nigrum, non valet de vno ad aliud argumentum, *Eue-*
rard. loc. Argum. loco à Rubr. &c. verſ. ſed hic cadit,
& in terminis *Cacheran. d. dec.20. num.7. Surd. d. conſ.*
81. *numer. 21.*

Ad aliud, in quo dictum fuit, quod *relinquere* ver-
133 bum, inducat actum per vltimam voluntatem, & ſic
per ſucceſſionem, dicimus, quod aliquando denotat
etiam diſpoſitionem inter viuos, *Gratian. diſcept. cap.*
124. num. 24 & ſeqq. Peregr. de Iur. fiſci, lib. 3. tit. 9.
num. 15. Rot. Bonon. diuerſ. dec. 4. num.8.9.

Nec eſt facienda aliqua vis, ſuper verbo, *ſuccedat,*
deceſſerit; quia dum huiuſmodi dictiones habent an-
nexum verbum denotans neceſſitatem relinquendi,
non poſſunt impedire, quin portio dicatur debita,
iure ſtatutario particulari, non iure ſucceſſionis vni-
uerſalis, vt optimè *Surd. d. conſ. 81. num.16. & ſeqq.*

Et eò magis in hanc partem inclinari, ponderando
ſtatutum *in cap. ſequenti* 23. quod, dùm loquitur de
ſucceſſione mulieris ſolutæ decedentis ſine liberis, &
portione reſeruata venientibus ab inteſtato, vtitur
134 verbo, *habeant*, ibi, *habeant quartam partem*, quod
verbum demonſtrat voluntatem diſponentis non fuiſ-
ſe actum de ſucceſſione, vt benè ponderant *Cacheran.*
d. dec. 20. num. 7. Cagnol. d. l. fin. num. 100. C. de Pact.
Et hæc formula loquendi adeſt etiam in *d. cap. 23. poſt*
medium, vbi agitur de muliere nunquam nupta; ibi, *re-*
ſiduum verò habeant Fratres; Ex quibus verbis expli-
catur ſtatutum anterius; nàm vna pars ſtatuti recipit 135
ab alia interpretationem, *Maſcard. de Stat. concl. 2. nu.*
112. Honded. conſ. 12. num. 16. tom. 1. & conſ. 13. nu.
41. vbi, quod verba ità recipiuntur in ſtatutis, & eo
modo, & forma, qua in alia parte ſtatuti a ſtatuen-
tibus recipi ſolent, & ad inuicem referuntur, & ſe de- 136
clarant, *Surd. dec. 9. num. 6. Palma conſ. 37. num. 44.*
Oſaſch. dec. 67. num. 18 Cornazz. dec. 88. num. 10. Al- 137
tograd. conſ. 58. num. 93. lib. 1. Giurb. ad conſ. Meſſan.
cap. 2. gloſſ. 1. num. 7. Ità vt potiùs interpretetur ab
alio ſtatuto, quam à iure communi, *Honded. conſ. 1.*
num. 63. lib. 1. Buratt. conſ. 69. nu. 5. Duran. dec. 111 138
num. 12. Rot. dec. 19. num. 6. par. 8 rec. & optimè *in*
Reatina ſucceſſionis 10. *Decembris* 1660. *coram Emi-*
nentiſs. D. Cardinali Celſo, §. nec refert.

Concludo, igitur, per ſimplicem renunciationem
futuræ ſucceſſionis non cenſeri renunciatum huic lu- 139
cro, quod defertur a ſtatuto, ſecùs, verò, in renun-
ciatione munita clauſulis prægnantibus, vt ſuprà vi-
dimus *num.* 118.

An, verò, mulier poſſit de hac portione à ſtatuto
reſeruata filijs, vel agnatis diſponere inter viuos, eſt
quæſtio non minùs difficilis, quàm ſuperior.

Quod non poſſit mulier diſponere de portione à
ſtatuto reſeruata filijs, vel agnatis videtur deſumi ex 140
verbis eiuſdem ſtatuti *cap. 22.* vbi, poſt declaratio-
nem factam, quod mater relinquere teneatur portio-
nem, adijciuntur verba, *quam adimere nequeat, vllo*
modo; quæ, cum ſint vniuerſalia, inducere videntur 141
matri prohibitionem alienandi in præiudicium huius
lucri, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, *Fe-*
deric. de Sen. conſ. 84. num. 2. Crauett. conſ. 290. num.
20. Alex conſ. 55. num. 1. lib. 1. Gratian. diſcept. for.
cap. 124. num. 1. & 2. Peregr. dec. 109. nu. 4. & ſeqq.
ſumpto argumento *à l. fin. ff. ſi quis in fraud. patron.*
vbi, ſi arrogata alienauerit bona ſua in fraudē quartæ,
quæ ex Conſtitutione D. Pij debetur arrogato, poteſt
arrogatus alienationem reſcindere, & bona alienata 142
vindicare; in terminis ſimilis ſtatuti firmauit; *Oſaſch.*
dec. Ped. 20. num. 7. Mart. Summ. Succeſſ. leg. par. 2.
quæſt. 3. art. 12. num. 9. & 10. Caſtren. conſ. 441. nu.
20. Barzius dec. 83. num. 25. & ſeqq. vbi, quod, ſi extrà
nominatos in ſtatuto, mulier diſponeret poſt illius
mortem, diſpoſitio reuocanda eſſet, & firmauit *Rot.*
Bononien. Diuerſ. dec. 4. 5. per tot.

Eſt vlteriùs animaduertendum, quod, ſi ſtatutum
prædictum interpretaretur voluiſſe prohibere mulie-
ribus alienationem huius portionis in vltima volun-
tate, non verò inter viuos, eſſet inane, & fruſtrato-
rium, præcipuè in ea parte, in qua agitur de relin-
quenda legitima portione filijs.

Siquidem, de iure communi, eadem prohibitio eſt
iniuncta parentibus, de non præiudicando filijs in le- 143
gitima, ità vt minui non poſſit per legata, & fidei-
commiſſa, etiam ad Piam cauſam facta, *Surd. de Alim.*
tit. 8. priuil. 95. nu.9. Graua ad Gaill. lib.2. concl. 119. 144
conſid. 5. num.5. & 6. Spinol. in ſpecul. teſtam. gloſſ.20.
princ. tit. de exhær. liber. num.46. Giurb. ad Conſuetud.
Meſſan. cap.6. gloſſ. 9. par. 1. nu. 11. circà finem, Vnn.
Encycloped. Iur. par.4. tit.11. cap. 6. num. 38. Hodiern.
in l. hac edictali, quæſt. 39. Rot. coram Gregor. dec. 359.
Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. num. 2. Rot. 17.
nu.12. par.11. rec. Rub. de Teſtam. reſol. 41. nu. 152. &
ſeqq. vbi, quod ſolum minuitur per relicta pro malè
ablatis, & mala ablatio debet probari.

Quod ſuperfluitatis vitium, vt euitetur, dicendum
eſt omninò, per vniuerſalem loquendi modum com-
præhen-

præhendere, voluisse non solum alienationes bono-
rum in vltima voluntate, sed alienationes, etiam inter
viuos.

Adijcetur, quod si aliter statutum interpretaretur
facilis admodum aperiretur aditus parentibus spo-
liandi filios ea portione, lege quoque naturæ debita,
dissipando, & alienando in extraneos, dum viuunt,
vniuersas eorum Patrimonij substantias, quod certè,
vt absurdum, est euitandum, & ità interpretandum
145 statutum, vt hoc non veniat, *Honded. cons. 1. num. 98.
lib. 2 Surd. cons. 402. n. 24.* & alij relati per *Aloys. Mans.
d. Consult. 16. nu. 11.*

Imò statutum, reseruando portionem venientibus
ab intestato, eandem portionem à patrimonio mu-
146 lieris ità seiungit, & diuidit, vt dici non possit mulier
eiusdem portionis Domina, sed tantum vsufructua-
ria, vt benè ad propositum *Paul. de Castr. cons 441. nu.
12.* ibi, *In casu, quod mulieri permittitur testari tantum
de quarta parte, proprium patrimonium ipsius est tantum
quarta pars; nam illa censetur Domina in vita, & in
morte, & de ipsa potest disponere, reliqua verò tres par-
tes non censentur proprium patrimonium, cum de illis sit
147 Domina in vita, & non in morte, & magis vsufructua-
ria comparetur.*

Quod, etiam, optimis fundamentis probat *Monte
rent. ad Stat. Bonon. lib. 4. rub. de Dot. restit. §. 81. verbo
relinquere, pag. mihi* 284. *Spad. cons. 361. num. 3. tom. 2.
Mart. Medic. exam. 29. num. 29.* maximè, quando sta-
148 tutum vtitur verbis præceptiuis *relinquere*, teneatur
quo casu censetur prohibita disponere tam per vlti-
mam voluntatem, quam inter viuos, vt in terminis,
149 *Thesaur. dec. 34. circa finem, Cacher. d. dec. 100. num. 6. &
seqq. Menoch. d. cons. 1143. nu. 24. Morott. cons. 19. nu. 2.
Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 6. gloss. 9. par. 1. num. 7. in
fine, Mart. Medic. d. exam. 29. num. 35. & seqq. & dec.
48. num. 10.*

Et in specie, quod mulier non possit alienare huius-
modi portionem inter viuos, eo quia habetur, tan-
150 quam vsufructuaria, probauit optimè *Alex. d. cons. 55.
lib. 1. Rot. Bonon. diuers. dec. 4. nu. 3. & 4. & dec. 5. nu. 8.
& seqq. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst 24. num. 13.
Barz. dec. 82. nu. 2. & seqq.*

Imo ità inhæret personæ à statuto vocatæ domi-
nium huius portionis, vt transmittatur, licet non fue-
151 rit adita, *Capyc. Latro dec. 117.* & alij in locis suprà al-
legatis. Nec in ea potest mulier substituere alium,
*Socin. Iun. cons. 103. nu. 26 Spad. d. cons. 365. lib. 2. Rouit.
dec. 100. num. 4. Staib. Iun. resol. 16. per tot.* vbi *num. 2.*
quod, respectu huius portionis, mulier, tam inter vi-
uos, quam in vltima voluntate, habet labia clausa,
manus ligatas, & arbitrium refrænatum, & ità etiam
152 concludit *Rouit. d. dec. 100. num. 3. Camill. de Medic.
cons. 167. num. 5.*

An verò mulier habens facultatem disponendi,
possit disponere in contractu, vide allata per *Merend.
153 controu. cap. 15. nu. 8. lib. 24 Arias de Mes. var. cap. 1. lib.
2. contrà tamen Rot. in Perusina Erectionis Canonica
tus .... 1665. coram Eminentiss. D. Card. Carpineo §. se-
cundo quia decis. 206. post tract.*

Comprobatur vlteriùs hæc sententia, ex dispositio-
ne *cap. 23. eiusdem lib. 2.* vbi loquendo de successione
mulieris innuptæ, ait; *quod de tertia tantummodò par-
te disponere, & testari possit.* Si igitur non potest dispo-
nere, ac testari, nisi de tertia parte, de duabus tertijs,
neque disponere, neque testari poterit: quia exceptio
154 firmat regulam in contrarium, *Barbos. axiom. 85. nu. 4.*
Et in verbis, *disponere, & testari*; comprehenditur
vtraque dispositio, siue in vltima voluntate, siue inter
155 viuos, *Spad. cons. 365. nu. 7. tom. 2. Fusar. cons. 112. nu. 5.*

Hæc licet non leuis ponderis apud me sint, tamen
contraria opinio placuit nonnullis allegatis per
Aloys. Mans. d. consult. 16. nu. 23. & seqq. quibus addo 156
in similibus terminis, *Donat. Anton. de Marin. cap. 24.
nu. 7 & cap. 70. nu. 22. lib. 1. & in alleg. diuers. alleg. 143.
nu. 2. Donad. de Renunc. cap. 49. n. 222. tom. 2.* in quibus
locis habetur, quod statutum disponens de hæredita-
te mulieris relinquenda, quoad certam taxatam por-
tionem filijs, vel agnatis intelligatur prohibere dispo-
sitionem, dumtaxat, in vltima voluntate, non verò
alienationem inter viuos, & se fundant in verbis di-
spositionis, vel statuti denotantibus successionem,
quæ non defertur nisi per mortẽ, & licet, vt ait *Mans.
d. cons. 16 nu. 27. vers. neque statutum nostrum in d. cap.*
22. loquatur per verba vniuersalia, *quam quartam adi-
mere nequeat vllo modo*. Nihilominùs intelligitur cir- 157
ca eosdem modos tantum, cum quibus in vltima vo-
luntate disponitur, nempè: per testamentum, codicil-
los, donationem causa mortis, siue titulo legati, siue
titulo institutionis, aut alio simili modo, aut titulo
moriens de bonis disposuerit, legitimam adimere ne-
queat, non verò excludit, quin possit per actus inter
viuos de suis bonis disponere.

Et adaptantur, pro hac parte, argumenta quæ su-
prà retulimus *nu.* 123. desumpta ex Rubrica denotan-
te successionem.

Nec non vesba, quibus vtitur statutum. *Si qua mu-
lier vidua decesserit. &c. relinquere teneatur*, quæ vi-
dentur includere dispositionem tempore mortis non 158
verò contractus inter viuos, vt optimè *Mans. d. cons.
16. num. 30. & 31.* vbi refert præcipuè *Mart. de success.
leg. par. 2. quæst. 3. art. 12. num. 2. & seqq.* & alios Do-
ctores idem firmantes; ex quo concludit, quod verba
illa vniuersalia, *quam ad mere nequeat vllo modo*, intel-
ligi debent secundum subiectam materiam, & in eum
sensum referri, ad quem fuere prolata, scilicet, ad in-
terdicendum mulieri omnem alienationem, quolibet
modo factam in vltima voluntate, nõ verò ad restrin-
gendam liberam administrationem bonorum inter vi-
uos, cum verba quantumuis vniuersalia restringenda
sint ad rem super qua exprimuntur *l. debitor, §. fin. ff.* 159
*ad Trebell. §. quod autem Instit. tit. de legit. agnat. tutel.
Surd. dec. 66. num. 16.*

Animaduertendum est etiam statutum in hac por-
tione taxanda voluisse habere respectum ad legitimã
ex forma statutorum debitam, ibi *relinquere teneatur
saltem legitimam portionem.* Et propterea, dum imme-
diatè sub iungit, quam legitimam, nempè, *adimere ne-
queat vllo modo*, intelligitur per eosdem modos, per
quos legitima de iure tolli non potest, scilicet, per
actus vltimæ voluntatis; nam in statutis verba præce-
dentia declarant sequentia *l. si fuerunt, §. fin. ff. de reb.* 160
dub. Et statuta debent à iure communi passiuam reci-
pere interpretationem *Mascard. de stat. concl 2. num. 1.
& seqq.* & latè comprobat, his & similibus argumen- 161
tis idem *Mans. d. cons. 16. num. 33. & seqq.*

Ex his apparet vtramque opinionem habere pro se
solidissima argumenta, mihi, tamen, vt ingenuè fa-
tear, potius arridet prima sententia tanquam ea, quæ
resistit facultati mulieris in distrahendis proprijs bo-
nis ad fauorem consanguineorum, à quibus facilè de-
cipi, & reduci solent.

Et admisso, quod, stante statuto, fęmina non possit
disponere inter viuos, in præiudicium quartæ, vel le-
gitimæ portionis; potest, vlteriùs, dubitari, an regula,
de qua suprà, obtineat solum in casu, quod mulier de-
cedat, facto testamento; An verò sit firmanda, vtroque
casu, testati & intestati.

Et videtur posse responderi, dubium: an possit mu-
lier disponere inter viuos, in præiudicium quartæ, ori-
ri posse in casu, quod mulier decedat facto testamẽto;
quia, eo casu, statutum mandat venientibus ab inte-
stato legitimam portionem non posse auferri; Non 162

vero, quando intestata decedit: tunc enim statutum
se remittit ad dispositionem alterius statuti in cap. 9
eiusdem lib. 2. sub rubr. de success. ab intestato, ibi, si
autem ipsa decesserit intestata, tunc masculi descendentes
per lineam masculinam omnibus præferantur, secundum
gradus prioritatem, & fęminæ, extantibus dictis mascu-
lis excludantur, & cætera omnia seruentur, & locum
habeant, quæ ordinauimus suprà de successionibus ab in-
testato.
Igitur constat, quod hoc secundo casu, confundi-
tur hæreditas mulieris, cum portione à statuto reser-
uata, & quod vtraque defertur iure successionis, itá
vt haberi non possint in consideratione, nisi bona,
quæ tempore mortis reperiuntur; Nàm statutum
est clarum, quod loquitur de successione, & quatenùs
iste casus diceretur omissus, veniret, ex dispositione
163 iuris communis decidendus, Honded. cons. 2. num. 18.
tom. 2. Gratian. discept. for. 813. num. 15.
Sed in contrarium facit, quod, vbi est eadē ratio, ibi
164 debet esse eiusdem iuris dispositio, l. illud, ff. ad l. Aquil.
cum alijs allegatis per Barbos. axiom. 197. nu. 3. Sed
165 eadem ratio militat in matre, si decedat, facto testa-
mento, & si ab intestato moriatur, videlicèt conser-
uandæ agnationis Alexand. d. cons. 55. num. 3. lib. 1.
Vel ne propter sexus fragilitatem mulier propinquo-
rum sollicitationibus seducatur in præiudicium á sta-
tuto vocatorum, Ias. cons. 204. num. 2. meritò statu-
tum est interpretandum, vt etiam in ea parte, in qua
166 disponit de successionibus ab intestato, voluerit re-
seruare portionem taxatam condito testamēto; nàm
ratio legis est anima legis, Mascard. de Stat. concl. 4.
num. 60. maximè, quia huiusmodi statutum fauora-
167 bile reputatur, Crauett. cons. 118. num. 7. Caball. cons.
64. num. 7. lib. 2. Vrsill. ad Afflict. dec. 310. num. 9. ob
id extendendum ex identitate rationis.
Item, & quia, a casu testati, ad casum intestati
licet arguere, Encrard. in loc. argum. à caus. testat.
168 Barbos. locus a causa 16. num. 3.
Vlteriùs, si admitteretur huiusmodi interpretatio,
quod in casu intestati non deberet portio prædicta
reseruari, fraudaretur statutaria dispositio, nàm sem-
per posset mulier in vita alienare bona in eum, qui
ab intestato non succedit; Et sic dispositio statutaria
169 elusoria redderetur, quod ferendum non est, Barz. dec.
83. num. 19. Rot. Bonon. diuers. dec. 4. num. 3. & seqq.
Et tandem essent melioris conditionis illi, qui non
habent iudicium, & voluntatem matris pro se, vide-
licèt, qui non sunt in testamento nominati, quam illi,
qui ab intestato, tám ex lege, quam ex voluntate de-
cedentis succedere deberent.
Demùm ad interpretationem statuti nostri d. cap.
22. lib. 2. quæri potest, an possit mulier præiudicare
170 huic portioni à statuto reseruatæ, disponendo in vlti-
ma voluntate ad fauorem piæ causæ.
Et arbitror, quod, siue loquamur, de portione à
statuto reseruata filijs, vel de portione, quæ debetur
171 agnatis, non existentibus liberis, non possit mulier
præiudicare portioni á statuto reseruatæ per dispo-
sitionem ad piam causam.
Et moueor, quia, dum loquimur de portione de-
bita filijs, ea debetur, loco augumenti legitimæ, &
172 tanquam de legitima, de ea portione iudicatur, Ca-
stren. cons. vlt. num. 3. tom. 2. Abb. cons. 63. num. 4.
quem sequitur Felin. cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.
nu. 91. Caball. cons. 64. nu. 3. 4. lib. 2. Mart. Summ.
Success. leg. par. 2. quæst. 3. art. 12. num. 27. Spad. cons.
365. num. 8. tom. 2. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæst.
24 num. 12.
Sed sic est, quod legitima de iure naturæ, debita,
173 non potest tolli, vel imminui per dispositionem ad
piam causam, vt optimè firmat Surd. de Alim. tit. 8.
priuil. 95. num. 9. Græua ad Gaill. concl. 119. consid. 5.
num. 5. 6. lib. 2. Spin. specul. testam. gloss. 20. princ.
tit. de Exhæred. liber. numer. 46. Giurb. ad Consuetud.
Messan. cap. 6. gloss. 9. par. 1. numer. 11. circà finem,
Vun. Encycloped. Iur. par. 4. tit. 11. cap. 6. num. 38.)
ergo, nec poterit tolli, vel imminui portio reseruata
á statuto.
Et hæc conclusio est tenenda, etiam in casu, quod
sermo sit de portione reseruata, non solum filijs, sed
etiam agnatis, ab intestato venientibus; eo quia,
quando lex, vel statutum prohibet aliquem testari,
fauore alterius, vel desert aliqua bona ad aliquem, 174
ex bonis alterius, ille sic prægrauatus non potest, ne-
que ad piam causam de bonis alteri reseruatis dispo-
nere: Nec, fauore piæ causæ, talis prohibitio cen-
setur remissa, Abb. cons. 63. num. 4. lib. 1. Felix vbi
suprà num. 91. Bartol. ad l. 1. C. de Sacros. Eccl. nu. 22.
Add. ad Abb. cons. 8. litt. D. Tiraquell. de leg. Connub.
verbo, de serm. numer. 174. Tusch. pract. littera T. con-
cl. 104. numer. 35.
Et optimè facit, quod dicit Abb. d. cons. 68 nu. 5.
quem sequitur Imol. vbi suprà, quod in casu, quo bo-
na publicantur propter delictum, non potest iste, sic 175
prægrauatus testari, neque ad piam causam; Et
exemplum eò fortiùs stringit, vt existimant Doctores
supradicti, quia hodie bona damnatorum non publi-
cantur, sed deferuntur agnatis, Auth. bona damnato- 176
rum, C. de Bonor. Proscript.
Adijcitur, quod statutum, de quo agimus, innititur
rationi, & æquitati, vtpotè conditum ad coercendam
mulierum imbellicitatem, ne facilè inducantur pro-
pinquorum, vel amicorum sollicitationibus ad tollen-
dam hæreditatem venientibus ab intestato, Imol. d. 177
cap. Ecclesia S. Mariæ, numer. 90. Ias. cons. 204. col. 2.
Barz. dec. 83. num. 4. Monter. ad Stat. Bonon. rub. de
Dot. restit. §. & si decesserit, verbo, mulier, pag. 251. Di-
citur, propterea, a Doctoribus fauorabile non odio- 178
sum, Crauett. cons. 118. num. 7. & seqq. Mart. Summ.
success. leg. par. 2. quæst. 3. art. 12. num. 1. Caball. cons.
64. num. 7. lib. 2. Vrsill. ad Affl. dec. 310. nu. 9. Erit
igitur obseruandum etiam in præiudicium pię causę.
Nàm statuta laicorum iustam causam, & rationem
præseferentia, etiam ad pias causas disponentes ad- 179
stringunt, Calder. cons. 20. per tot. de Constit. Barbat.
cons. 65. num. 9. tom. 4. Dec. cons. 455. in fine, Alben.
cons. 271. num. 6. vbi Add. litt. F. Bardellon. cons. 58.
num. 57. lib. 1. Afflict. dec. 310. num 9. & præcipuè in
bonis nondum Ecclesiæ quæsitis, Vrsill. ad d. dec. nu. 9. 180
Et maximè, ab hac opinione discedendum non est,
quia, vt vidimus supra, in hac portione mulier, est
tanquam vsufructuaria, nec habet plenam, & liberam 181
disponendi facultatem, propterea, inquit, Felin. d.
cap. Ecclesia S. Mariæ num. 91. quod Ecclesia, vel pia
causa, capiendo ex tali testamento caperet bona alie- 182
na, quod ferendum non est.
Et ideò ex his, & alijs rationibus, hanc opinionem
defendunt, Anchar. cons. 25. per tot. Panorm. cons 64. 183
par. 1. Castren. cons. vlt. nu. 3. vol. 2. Felin. cap. Ecclesia
S. Mariæ, de Constit. n. 90. 91. Mart. Summ. success. leg.
par. 2. quæst. 3. art. 12. nu. 27. Franc. dec. 411. nu. 4. Crass.
de Effect. Cleric. eff. 2. nu. 319. Caball. cons. 64. nu. 4.
vol. 2. Peregr. dec. 109. num. 12. Afflict. dec. 310. nu. 3.
Vrsill. ad eundem num. 34 Tusch. Pract. concl. litt. L.
concl. 342. num. 152. Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.
6. gloss. 9. par. 1. nu. 6. Menoch. cons. 456 num. 25. Ho-
diern. ad Surd. dec. 20. num. 10. vers. & proinde.
Nec valet obiectum eorum, qui contrariam sen-
tētiam sunt sequuti, & præcipuè Mart. Medic. Exam.
29. num. 45. in fine, cum ibi allegatis, quod statuentes
laici nō valent, quoad Ecclesiasticas personas, vel pia
loca directè, vel indirectè iura condere; ideòque sta-
tuto

tuto dictante, mulierem testari non posse sine propinquorum consensu, non ligatur mulier disponens fa-
185 uore piæ causæ *Dec.conf.455. numer.9. Bellett.disquis. Cleric.par.1. §.5. num.4. Eugen. consil.86. lib.2. numer. 21. & seqq.* Et generaliter procedit in quacumque
186 materia *Altograd. consil.34. num. 26. tom.1. Ferentill. ad Buratt. dec. 480. num.26. Carocc. dec. 95.* & in terminis *Mart. Medic. exam. 29. num.45. in fine*, aliquid releuat.

Respondetur, enim, duobus modis. Primò, quod, aliquando laici in eorum statutis possunt afficere Ecclesiasticos, & pia loca, & in specie, dum optimam rationem habent, & publicam respiciunt vtilitatem,
187 vt est nostrum, vt suprà vidimus, & optimè probant in terminis, Doctores suprà recensiti, & præcipuè *Calderin. Dec. Alben, & Vrsill.* & videtur admittere *Rot. in Rauennaten. Emphyteusis 15. Martij 1669. coram Eminentissimo D.Card. Carpineo dec.79. numer.15. post tract.*

Vt pariter obseruatur in statutis loquentibus de Lucro dotis, quæ valent afficere mulierem, non ob-
188 stante, quod in parte viro debita Ecclesiam, vel pium locum hæredem scribat.

Secundò animaduertere oportet, bifariam diuidi testamenti formam, nempè in substantialem, & pro-
189 batoriam, vel intrinsecam, & extrinsecam *Rub. de testam.cap.1.num.13.*

Si loquamur de forma substantiali, quæ consistit in voluntate, & potestate, certum est, quod in nullo
190 quantumuis priuilegiato testamento potest remitti; quia actus humani haud perfici valent deficiente voluntate, vel potestate.

Si, verò, de forma probatoria, vel extrinseca agatur, quæ respicit solemnitates à iure Ciuili introductas, vt est institutio omnimoda hæredis, vt nominetur ore proprio, testamentum fiat vnico contextu, ac notarius, vel 7. testes sint rogati: tunc non negatur, quod hæc forma penitùs sit relaxata in testamentarijs dispositionibus pijs, in quibus sufficiunt solemnitates iuris gentium naturalis, vel Diuini, vt benè
191 distinguit *Rube. vbi suprà d.cap.1.num.24. & seqq.* Sed sic est, quod, in nostro casu non tractatur de forma probatoria, vel extrinseca, sed de intrinseca, & substantiali, negamus, enim, in disponente potestatem relinquendi, meritò &c.

Et licet verum, sit, quod statutum, in quo canetur, vt mulier non possit testari, sine consensu propinquo-
192 rum, non habeat locum in testamento facto ad pias causas; tamen, sicuti limitatur conclusio, quando non directè pia causa est instituta, sed laicus scriptus hæres, licet ea substituta, vel legatis honorata, *Dec. consil.455.num.10. Alben. consil.271. Castill. de Interp. vlt. vol. lib.4. capit.22. numer. 9. 10. Rot. dec. 150. part. 12. rec. & in Mediolanen. Bonorum 27. Aprilis 1668. coram Eminentiss. D. Card. Carpineo dec.76. nu. 13. post tract.*

Ita fallit regula, quando consensus exigitur, vel solemnitates adhibentur, non quidem ad integrandam personam ob mulieris fragilitatem tantum, sed pro interesse viri, vel alterius personæ, vt, alijs cumulatis, benè firmat *Honded. consil.32. num. 6. & seqq. tom.1.*

CAPVT XXXIX.

Iuspatronatus, an comprehendatur in generali Renunciatione; Distinguitur inter Iuspatron. gentilitium, & hæreditarium. Nec non plura afferuntur, quando veniat Iuspatronatus in vniuersitate bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet potest Iuspat. transferre in alium.*
2 *Vel donatione, vel venditione, vel legato.*
3 *Et præcipuè accessoriè cum vniuersitate bonorum.*
4 *Et maximè renunciatione potest in alium Iuspat. transferri.*
5 *Renuncians hæreditatem potest ad Iuspat aspirare.*
6 *Iuspatronatus hæreditarium non potest haberi ab eo qui renunciauit.*
7 *Iuspatronatus transit de persona ad personam iure successionis.*
8 *Filius, qui non est hæres, non potest habere Iuspat.*
9 *Iuspat. competens fideicommissario non potest haberi absque agnitione fideicommissi.*
10 *Iuspat. transit ad filios, & successores sanguinis, si sunt hæredes, alias non.*
11 *Iuspat. non transit sine hæreditate.*
12 *Iuspat. transmittitur ad hæredes iure hæreditario, non iure sanguinis.*
13 *Stante statuto exclusiuo feminarum, femina non possunt habere Iuspat.*
14 *Femina est capax Iurispat.*
15 *Iuspat. in renunciatarium transferri potest.*
16 *Fideicommissarius nunquam potest consequi Iuspat.*
17 *Siue agatur de fideicommisso vniuersali, siue particulari.*
18 *Eadem militat ratio in Iurepat. ac in iure sepulcrorũ.*
19 *Iuspat. transit ad fideicommissarium, quando constat de voluntate testatoris.*
20 *Dicitur constare de voluntate, quando sunt probibita detractiones.*
21 *In renunciatione hæreditatis delata non venit Iuspatr.*
22 *Iuspat. gentilitium retineri potest renunciata hæreditate.*
23 *Et sic Iuspat. familiare.*
24 *Per simplicem renunciationem; an censeatur renunciatum Iurpat.*
25 *Qui renunciat hæreditatem non renunciat Iuspat. gentilitium.*
26 *Iuspat. hæreditarium semper venit in renunciatione hæreditatis.*
27 *Si potest ad quoscumque licet non hæredes transire, tunc hæreditate renunciata, renunciatum dicitur.*
28 *Verbum,* Hæreditas, *capit iura, & actiones.*
29 *Iuspat. venit in venditione hæreditatis.*
30 *Iuspat. venit appellatione Bonorum.*
31 *Bonorum appellatione non venit Iuspat.*
32 *Iuspat. non comprahenditur in renunciatione bonorum temporalium.*
33 *Iuspat. comprahenditur sub dictione,* omnium bonorum.
34 *Appellatione bonorum venit Iuspat. quoties nomen bonorum in suo proprio significatu accipitur.*
35 *Iuspat. venit in donatione omnium bonorum.*
36 *In renunciatione venit Iuspat. quando omnia iura, & actiones fuerunt renunciata.*
37 *Iuspat. non transfertur, quando non fuerunt renunciata*

ciata vniuerſaliter omnia bona.

38 *Niſi ſit annexum Iuſpat. Caſtro, vel Villæ, quia eo caſu transfertur, licet non ſint omnia bona renunciata.*

39 *Renunciatio Iuriſp. licet non ſit facta de omnibus bonis, valet quando bona habent illud annexum.*

40 *Pignorata Villa, vel Caſtro; an cenſeatur pignoratum Iuſpat.*

41 *Iuſpat, an veniat in confiſcatione.*

42 *Iuſpat. dici non poteſt de bonis laici,*

43 *Licet addita ſint verba ſua.*

44 *Iuſpat. verè dicitur in bonis noſtris,*

45 *Specialiter cedi non poteſt Iuſpat.*

46 *Præcipuè quando fuit dictum, Vendo hæreditatem, & Iuſpat.*

47 *Per dictionem,* Vel, Et, *venit Iuſpat. æquè principaliter,*

48 *Quando facta expreſſa mentione Iuriſpat, valeat ceſſio, & renunciatio,*

49 *In tranſlatione Iuriſp. titulo vniuerſali non requiritur conſenſus Epiſcopi.*

50 *Secus, ſi titulo particulari, quia requiritur talis conſenſus.*

51 *Expreſſio facta de Iurepat. gratia maioris demonſtrationis non alterat, quia cenſetur nihilominus generalis,*

52 *Contrà, quod ſemper non valeat ſine conſenſu Epiſcopi.*

53 *Talis conſenſus poteſt interuenire, ex poſt, & facta ceſſione.*

54 *Dummodo non ſit alij ius quæſitum.*

55 *Conſenſus retrotrahitur à die factæ tranſlationis.*

56 *Non ſufficit conſenſus Vicarij, niſi habeat mandatum ſpeciale ab Epiſcopo.*

57 *Conſenſus ordinarij non requiritur, quando donatur Iuſp. compatrono,*

INdubitatum eſt, quod quilibet poteſt Iuſpat. in alios transferre, etiam in præiudicium hæredum,
1 & ſucceſſorum, ad tradita per *Salgad. Labyr. cred. par. 3. cap. 5. nu. 1&* admittit, *Cald. conſ. 5. in princ. Rot. cor. Merlin. dec. 346. nu. 11. & dec. 267 nu. 5. par. 6. rec. Tond. Sanleg. quæſt. benef. par. 3. cap. 144. num. 19.* Non ſolum
2 donando, *cap. ex inſinuatione*, cum concordantibus *de Iurep.* Permutando *c. nemini 16. quæſt. 7. gloſſ. in c. piæ mentis 16. quæſt. 7.* Vendendo, ſeu transferendo acceſ-
3 ſoriè cum vniuerſitate bonorum, *cap. cum ſæculum*, vbi *gloſſ. verbo emptorem, & cap. ex literis de Iurepat. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 25. cap. 9. nu. 81. de Reform.* latè *Fagn. cap. ex literis nu. 1. & ſeqq. de Iurep. Garz. de Beneſ. par. 5. cap. 9. nu. 11.* Legando *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 24. nu. 14. Rot. cor. Eminentiſſ. Card. Otthob. dec. 230. nu. 8. in Firmana Iuriſpat. 28. Iunij 1656. cor. Reuerendiſs. Decano, & dec. 542. nu. 16. par. 5. rec.*

Sed etiam renunciando, vt tradit, *Ferrett. conſ. 134. nu. 12. Tondut. Sanleg. d. par. 3. cap. 144. num. 19. Rot. dec.*
4 *19. nu. 8. 9 par. 11. rec. & in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 12. Februarij 1663. cor. Reuerendiſs. Ninot. poſt tract. dec. 122.*

Propterea quæritur vtiliter, an qui renunciauit futuræ ſucceſſioni, poſſit ad Iuſpat. exiſtens in hæreditate renunciata adſpirare.

Affirmant nonnulli, ex eo, quia, in generali renun-
5 ciatione, non veniat Iuſpat. vt præ cæteris, oſtendit *Cald. conſ. 7. nu. 24. & ſeqq. Paſqualig. quæſt. Moral. Canon. quæſt. 15.*

Ego, tamen, puto diſtinguendum inter Iuſpat. hæreditarium, & gentilitium, ſeu familiare. Primo caſu, quando, ſcilicet, agitur de Iurepat. hæreditario, qui
6 renunciauit hæreditatem, illud habere non poteſt, vt firmauit, contrà opinionem *gloſſ. in c. conſiderandum 16. quæſt. 7. Paul. de Citadin. de Iurep. par. 8. num. 4. ampliat. 3. Federig. de Sen. conſ. 111. num. 8. verſ. item quæritur*, vbi, quod Iuſpat. tranſit de perſona ad perſonam, iure ſucceſſionis; Vndè, ſi filius non eſt hæres, non po- 7
teſt habere Iuſpat. & multis cumulatis, firmat *Lambert. de Iurepat. lib. 1. par. 2. quæſt. 17. nu. 2. Spin. in ſpecul.* 8
teſt. gloſſ. 4. princ. nu. 50. Viuian. de Iurepat. lib. 4. cap. 1. num. 12 & 13. & cap. 2. num. 48. Couarr. Var. lib. 2. cap. 18. num. 7. Barboſ. de Off. & Pot. Epiſc. alleg. 71. num. 4. & dicit etiam, *Gallerat. de Renunc. lib. 2. cap. 5. num. 30. verſ. quo fit, Merlin. dec. 539. per tot. vbi num. 10. & 11.* quod quando agitur de repudiatione hæreditatis, iam delatæ, poteſt infrà triennium repudiatio reuocari, & Iuſpat. non amittitur, dummodo alteri non ſit ius quæſitum.

Et ſimiliter Iuſpat. competens fideicommiſſario, non poteſt haberi abſque agnitione fideicommiſſi, vt dixit *Rot. in Mediolanen. Iuriſp. 15. Maij* 1660. *§. remota autem cor. Reuerendiſs. Albergato, & cor. Eminentiſs.* 9
Otthob. dec. 243. num. 9.

Et ratio, quarè renuncians hæreditatem, non poſſit habere Iuſpat. ità demum tranſit ad filios, & ſucceſſores ſanguinis, ſi ſunt hæredes, aliàs verò, non; ſed 10
filius, qui renunciauit hæreditatem, non eſt hęres, ergo non habebit Iuſpat. quia non eſt hæreditas, cum qua poſſit tranſire, *Lambertin. de Iurep. 2. par. lib. 1. art. 17.* 11
quæſt. 2. num. 2. verſ. & mouentur, Spin. in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. princ. num. 54. Merlin. dec. 539. num. 9. 10. & latiis, quod Iuſpat. tranſmittatur ad hæredes, iure hæreditario, non iure ſanguinis probatur *ex text. in cap.* 12
ſignificauit de Teſtib. cap. 1. de Iurepat. Spin. vbi ſuprà num. 46. Viuian. de Iurepat. 1. par. lib. 3. cap. 2. num. 7. Robles de repræſ. lib. 3. cap. 18. num. 72. & 73. cum multis ab eo cumulatis.

Et propterea, ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum, fęminæ, nequaquam, extantibus maſculis, Iuſpat. hę- 13
reditarium conſequi poſſunt, *Tondut. quæſt. benef. par. 3. quæſt. 53. nu. 3. Viuian. de Iurep. lib. 4. cap. 2. nu. 7.* cum alijs adductis per *Rot. in Florentina Cappellaniæ 19. Febr. 1663. cor. Reuerendiſs. Ninot, verſ. nec grauiores;* 14
licet alias fęminæ admittantur ad Iuſpat.

Vndè, hoc caſu, factæ renunciationis à filia, vel filio de hæreditate alterius viuentis, transfertur ius præſen- 15
tandi in renunciatarium, vel illos, qui ſunt, & eſſe volunt hæredes *Lambertin. vbi ſup. art. 18. num. 3. 4. Rot. dec. 10. num. 9. par. 11. rec.*

Imò eſt adeò verum, quod Iuſpat. non poteſt haberi abſque qualitate hæreditaria, vt fideicommiſſarius nunquam illud conſequi poſſit, ſed remaneat penès hęredem, etiam ſi tota hæreditas foret reſtituta, *Vi-* 16
uian. de Iurepat. par. 4. lib. 4. cap. 2. num 76. Barboſ. de Off. & Pot. Ep. par. 3. alleg. 71. num. 9. Cald. conſ. 7. num. 38. Garz. de Beneſ. par. 5. cap. 9. num. 17. Couarr. var. lib. 2. cap. 18. num. 7. verſ. quibus. Et quod, ſiue agatur de fideicom. vniuerſali, ſiue particulari, quod non ſucce- 17
dat fideicommiſſarius in Iurepat. firmauit *Rot. coram Amat. Dunozett. dec. 344. num. 10. vbi num. 11.* quod non obſtat, quod Iuſpat. tranſeat, cum vniuerſitate bonorum; quia hoc procedit, reſpectu hæredis, non autem, fideicommiſſarij, ad quem non tranſeunt Iuſpat. & alia iura honorifica, & latiùs probat *dec. 73. nu. 22. & ſeqq. par. 11. rec.* argumento *tex. in l. ſi patroni, & l. quia proindè, ff. ad Trebell.* vbi, quod licet hæc iura loquantur in patrono liberti, & in iuribus ſepulcrorum, attamen *Bart. in d. l. quia proindè*, dicit habere locum, etiam in Iurepat. cum in eo militet eadem ratio, quæ in iuribus ſepulcrorum, & in obſequijs à libertis 18
patrono præſtandis, vt, ſcilicet, ſit ius merè honorificum ſeiunctum à commodo, & vtilitate, quod proindè non venit in reſtitutione fideicommiſſi.

Verum, tamen, eſt, quod ab iſta ſententia receditur,

quando

quando constat de voluntate testatoris in contra-
rium, vt latè *decis. 21. post Vinian. dec. 72. num. 10. & dec.*
170. nu. 6. & seqq. par. 7. add. ad dec. 46. num. 127. par. 9.
rec. dec. 100. nu. 10. & seqq. par. 12. Capuana Abbatiæ
19 *5. Maij 1659. & 16. Ianuarij 1660. cor. R. P. D. Priolo,*
Mediolanen. Iurispat. 28. Martij 1661. coram Eminen
tissimo D. Cardinali Cerro decis. 90. numer. 10. post tract.
Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 12. Februarij 1663. co-
ram Reuerendiss. Ninot, §. & quod hæc, dec. 122. post
tractat.

Et præcipuè, quando quælibet detractio est prohi-
20 bita, ac fideicommissum iura compræhendit, & actio-
nes, tunc enim venit Iuspat. in fideicommisso *dec. 71.*
nu. 4. & dec. 400. par. 12. rec.

Et principalis conclusio suprà firmata, quod Ius-
pat. transeat ad renunciatarium hæredem, procedit;
quando fit renunciatio hæreditatis viuentis, nondum
21 agnitæ, quando, verò, loquimur de hæreditatis aditæ
renunciatione, tunc non venit Iuspat. sed remanet pe-
nès renunciantem, in quò priùs, per aditionem, fuit
radicatum, vt optimè firmat *Cald. d. cons. 7. nu. 36. Rot.*
dec. 10. nu. 9. 10. & dec. 266. per tot. par. 11. rec.

Intellige, tamen, quando ex verbis renunciationis,
constat de mente renunciantis, vel cedentis, voluisse
transferre in cessionarium iura competentia de futu-
ro; Et in his terminis, loquitur *d. dec. 10. & 266. par.*
11. rec. Non verò, quando constaret de eius contraria
voluntate, quod voluerit transferre omne id, quod in
hæreditate reperitur, vt videbimus infrà.

Quando, verò, agitur de Iurepat. gentilitio, potest
22 retineri, hæreditate repudiata, *Lambertin. de Iurep. art.*
7. par. 2. lib. 1. quæst. 2. nu. 3. Vinian. eodem tract. par. 1. lib.
4. cap. 2. num. 12.

Sicuti pariter non habet locum, quando est Iuspat.
23 familiare competens tantum illis de familia, tunc
enim satis est esse de tali familia, vt per *Vinian. vbi su-*
prà par. 1. lib. 4. cap. 1. num. 13.

Si, igitur, Iuspat. potest aliquando transferri in ter-
tium, ad libitum patroni, pro tempore existentis; an
24 per simplicem renunciationem hæreditatis censetur
iuspat. renunciatum?

Hæc quæstio venit resoluenda eo modo, quo dixi-
mus suprà in emphyteosi. Si loquamur de Iurepat.
25 gentilitio, vel familiari, per renunciationem genera-
lem ei non dicitur renunciatum, imò qui renunciat,
potest illud vindicare, vt tenet *Federig. de Sen. consil.*
111. numer. 9. vers. item quia, Lotter. de re benef. lib. 2.
quæst. 11. num. 45. allegati per *Pasqualig. quæst. Moral.*
Canon. quæst. 15. num. 6.

Si verò loquamur de Iurepat. hæreditario semper
26 venit in renunciatione hæreditatis. Nam sine quali-
tate hæreditaria retineri non potest, si, verò, ad quos
cumque licet non hæredes transire potest, inspicien-
dum est quibus verbis, & clausulis renunciatio sit
concepta.

Si in renunciatione facta fuit mentio hæreditatis,
vt potè, sit dictum; *renuncio hæreditati patris &c.* vi-
27 detur etiam renunciatum iuri patronatus; quia ver-
bum, *Hæreditas*, tanquam vniuersale capit iura &
actiones, & sic compræhendit Iuspat. vt firmat *Rot.*
in dec. 121. num. 8. & seqq. post Vinian. de Iurepat. & la-
28 tiùs *in Mediolanen. Iurispat. 28. Martij 1661. coram Re-*
uerendiss. d. Card. Cerro dec. 190. post tract. in Florentina
Cappellaniæ 19. Februarij 1663. coram Reuerendissimo
Ninot, § sine perpendantur, & in Lunen. Sarzanen. 12.
Febr. 1663. coram eodem, §. tertio quia, dec. 122. post
tract. vbi aliæ Rotæ decisiones recensentur, & faciunt
29 tradita per *Salgad. Labyr. Credit. par. 3. cap. 5. num. 2.*
& seqq. vbi, quod in venditione hæreditatis venit Ius-
patronatus, ergo in renunciatione pariter ità dicen-
dum est.

Et similiter procedit, quando fuerunt renunciata
omnia bona; nam sub vniuersitate bonorum venit
Iuspat. *Amat. Dunozett. dec. 397. num. 15.* optimè *Fa-* 30
gnan. in cap. Ex literis de Iurep. num. 28. vbi, quod bo-
norum appellatio, sicuti hæreditatis vniuersitatem
quandam ac ius successionis, & non singulares res
demonstrat, & latiùs *Salgad. Labyr. Credit. d. par. 3. cap.*
5. num. 13. & seqq.

Sed contrà, alij sentiunt, quod bonorum appella-
tione Iuspat. veluti ius, non ad commodum, sed ad 31
honorem pertinens, non continetur, vt latissimè pro-
bat *Cald. d. cons. 7. num. 25. & seqq. Pasqualig. quæst. Mo-*
ral. Canon. quæst. 15. per tot. vbi id tenet, duabus ratio-
nibus; primo, quod renunciatio, præcipuè ob ingres-
sum in monasterium restringitur tantum ad bona
temporalia, non autem ad spiritualia, aut quasi spi- 32
ritualia; secundo, quia, Iuspat. est superioris generis,
& ob id non compræhenditur in renunciatione bono-
rum temporalium, & ità etiam tenet *Barbos. de verb.*
signif. appell. 35. num. 6. cum alijs relatis *in d. Florentina*
Cappellania 19. Februarij 1663. vers. pari modo, & per
Fagnan. d. cap. ex literis num. 29. qui tamen *num. 30.* te- 33
net contrarium, quod appellatione bonorum veniunt
iura, & actiones, præsertim, si adsit dictio vniuersalis,
omnia.

Conciliantur opiniones contrariæ per *Rot. in d. Flo-*
rentina Cappellaniæ 19 Febr. 1663. coram Reuerendiss.
Ninot, vers. quia hoc, quod appellatione bonorum,
non veniat Iuspat. quoties, nomen bonorum, in suo 34
proprio significatu accipitur, prout à iuribus contra-
distinguitur, & pars est hæreditatis; Secus, verò, si id
pro integra hæreditate synonimè, ac identificè vsur-
petur.

Et secundum hanc distinctionem est intelligenda
doctrina *Put. in dec. 351. Seph. dec. 725.* & aliorum alle-
gatorum per *Rot. in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 12.*
Febr. 1663 coram Reuerendiss. Ninot d. dec. 122., post
tract. existimantium, quod in donatione omnium bo-
norum veniat Iuspat. & similiter in venditione om- 35
nium bonorum, vt videre est penès *Fagnan. d. cap. Ex*
literis num. 28. & seqq.

Et eò magis, in donatione, renunciatione, vel ven-
ditione omnium bonorum compræhenditur Iuspat.
quando fuerunt vendita, donata, vel renunciata om- 36
nia iura, & actiones, vt voluit *Dec. cons. 127. num. 2. &*
seqq. & cons. 179. num. 2. Rebuff. l. bonorum la 2. ff. de
verb. signif. Lotter. de Re benef. lib. 2. quæst. 9. num. 50.
Seraph. dec. 725. Illustriss. D. Fagnan. d. cap. ex literis nu.
46. Rot. in d. Lunen. Sarzan. Beneficiorum 12. Febr. 1663.
cor. Reuerendiss. Ninot, §. primum enim, d. dec. 122. & fir-
mauit etiam *Amat. Dunozett. dec. 300. num. 12. & 13.*
post adductos à *Salgad. d. par. 3. cap. 5. nu. 19. & seqq.*

Necesse est, tamen, quod venditio, cessio, vel renun-
ciatio omnium bonorum sit vniuersalissima, de omni-
bus bonis vbique existentibus ad hoc, vt Iuspat. com-
præhendatur. Nam, si renunciatio esset restricta ad
certa bona, non obstante qualibet clausula prægnan- 37
tissima, Iuspat. transferri non posset, nisi ille, qui do-
nat, vendit, vel cedit, aut renunciat bona, haberet in il-
lis bonis aliquod vniuersale à parte rei, vt feudum cir-
cà Castrum, cum quo possit Iuspat. tanquam cohæ- 38
rens transire.

Tunc, enim, subsistit renunciatio Iurispat. licet non
sit facta, de omnibus bonis, scilicet, quando accessoriè
connexum est, & adhæret alicui rei singulari *Garz. de* 39
Benef. par. 1. cap. 9. num. 33. & 34. Salgad. Labyr. Credit.
par. 3. cap. 5. n. 6. Pasqualig. quæst. Moral. Canon. quæst. 15.
Cald. cons. 7. n. 26. Rot. dec. 152. par. 3. diuers. Maresc. Var.
cap. 55. nu. 11 & alij relati per *Rot. d. Lunen. Sarzan. 12.*
Febr. 1663. cor. Reuerendiss. Ninot d. dec. 122. post tract.
& benè *Fagnan. vbi suprà nu. 26.* vbi ait, quod, quam-

uis, in caſu ſuo, facta fuiſſet venditio, verbis generali-
bus, hæc tamen generalitas reſtricta fuit ad certa loca,
& ratione huius reſtrictiuæ nõ fuit vniuerſalis: Ad hoc
autem, vt in venditione vniuerſitatis veniat Iuſpat. re-
quiritur, vt vniuerſitas ſit realis, non verbalis.

An verò Vniuerſitate, Villa, vel Caſtro, pignorata,
& ſequeſtrata, veniat Iuſpat. in pignore, & ſequeſtro
plura *in cap. cum Bertoldus de ſentent. & re iudic. Lam-
bertin. fol. 388 col. 1. Barboſ. cap ex literis nu. 8. de Iure-
pat. Viu. de Iurepat par. 1. lib. 4. cap. 5. nu. 27. dec. 301. nu.
20 par. 9. rec. Salgad. Labyr. cred. par. 3. cap. 5. nu. 37.*

Et ſimiliter, an poſſit confiſcari à iudice, vide latè
per *Coccin. dec. 239. & 298.*

Quando, verò, in ceſſione, vel donatione bonorum,
additum fuit pronomen, *ſuum, meum*; An, hoc caſu in
ceſſione, donatione, comprætendatur Iuſpat. non po-
42 teſt dici de bonis laici ad effectum illud transferendi
in ceſſionarium, vt allati per *Salgad. Labyr. cred. d. cap.
5. num. 7. & 8. par. 3 Put. dec 351. in fine*, quem refert
Fagnan d. cap. ex literis num. 43. & fuit dictum *in dec.
344. cor. Dunozett. num. 17.*

Nihilominus contrarium reſoluit, idem *Fagnan. d.
cap. ex literis num. 50. 51.* quod, non obſtante prono-
43 mine, *meum*, Iuſpat. comprætendatur in translatione
omnium bonorum; Nam, vt ait *Salgad. vb. ſupra num.*
44 26. Falſum eſt, quod Iuſpat. non dicatur in bonis no-
ſtris, cum pro eo habeamus actionem, & exceptio-
nem, ideo in bonis eſse dicitur *l. rem in bonis, ff. de ac-
quir. rerum dominio.*

Hæc autem, quæ dicta ſunt circa translationem Iu-
riſpat. mediante ceſſione, donatione, vel renunciatio-
45 ne procedunt, in caſu, quod ſit facta ceſſio, renuncia-
tio, vel donatio hæreditatis, nulla facta iuriſpatrona-
tus mentione, non verò, ſi de iurepat. facta ſit ſpecia-
lis, & indiuidua mentio.

Quia tunc alienatio dicitur nulla, & ſimoniaca, vt
alijs omiſſis firmat, *Salgad. Credit. d. par. 3. cap. 5. num. 5.*
46 vbi explicat talem concluſionem habere locum, quã-
do fuit dictum; *Vendo hæreditatem, vel Iuſpat.* quia
47 tunc, per illam Copulam, *Et, Vel*, venit Iuſpat. æque
principaliter cum hæreditate; Secus, quando fiat
mentio Iuriſpat. declaratiui, vtpotè *vendo hæredita-*
48 *tem, cum omnibus iuribus, videlicet, Iurepat.* quia tunc
dicitur tranſire cum vniuerſitate bonorum, & valet;
Non valet, inquam, eo caſu ceſſio, translatio, vel do-
natio Iuriſpat. abſque conſenſu Epiſcopi: Nam quic-
quid ſit in translatione Iuriſpat. titulo vniuerſali, in
49 qua non requiritur conſenſus Epiſcopi *Dunozett. d.
dec. 300. nu. 16. & dec. 359. verſ. data autem, & dec. 73.
nu. 3 par. 11. rec.*

Quando agitur de translatione eiuſdem Iuriſp. ti-
tulo ſingulari, ſemper conſenſus Epiſcopi requiritur,
vt eſt *tex. in cap. illud, & cap. cum laici, & cap. ſugge-
ſtum de Iurep. dec. 145. nu. 5. par. 2. rec. & in Brunduſina
Beneficij 1. Iulij 1669. cor. R. P. D. Calatam deciſ. 69. num.*
50 *12. poſt tract.* & in terminis, quod, quando fit ſpecifica
mentio Iuriſp. in renunciatione, vel donatione con-
ſenſus ordinarij, requiratur ad hoc, vt valeat *Barboſ.
de Poteſt. Epiſc. alleg. 71. nu. 12. Amat. Dunozett. dec. 76.
nu. 8. & dec. 73. nu. 27. par. 11. rec. in Firmana Iuriſpatro-
natus 18. Iunij 1656. cor. Reuerendiſs. Decano idem Du-
nozett. dec. 490. nu. 16.* vbi quod habet locum in qualt-
bet translatione Iuriſpat.

Quod, adeò verum eſt, quod licet *Rot.* per binas vi-
ces firmauerit, nempè in *Lunen. Sarzanen. Beneficiorum
22. Maij 1662. dec. 121. poſt tract. & 12. Februarij 1663.
dec. 122. poſt tract. cor. Reuerendiſs.* Ninot, ſpecificam
mentionem Iuriſpat. factam à donante, abſque d. con-
ſenſu donationem non intelligere; nam potiùs gratia
maioris expreſſionis, & ad dinumerationem ſpecierũ
in generalitate comprætenſarum facta dicebatur,
quo caſu nil noui inducit, *Gratian. diſcept. 922. num. 3.* 51
*Rot. dec. 106. num. 18 & ſeqq. & dec. 367. num. 4. par. 9.
rec.* & in terminis *dec. 173. nu. 32. & ſeqq. par. 7. rec.* Ta-
men cauſa repropoſita, ac negocio maturius diſcuſſo
emanauit deciſio contraria in eadem cauſa ſub die
8. Febr. 1664. cor. eodem qua eſt dec. 123. in qua fuit di-
ctum per expreſſionem ſpecificam Iuriſpat. fuiſſe nul-
lam donationem abſque ordinarij conſenſu; nec dici 52
poſſe mentionem Iuriſp. fuiſſe factam, acceſſoriè, de-
claratiuè, & in conſequentiam, ſed principaliter, inde-
pendenter, ac de per ſe, & propterea abſque conſenſu
ordinarij non valere, quam opinionem defendit etiam
Fagnan. d. cap. ex literis de Iurepat. num. 64.

Eſt, tamen, indubitatum, quod, quando requiritur
in translatione Iuriſpat. conſenſus Epiſcopi ſufficit, vt
interueniat ex poſt *cap. ſuggeſtum de Iurep. Rot. dec.
191. nu. 6. 7. par. 5. & dec. 73. nu. 32. & dec. 371. num. 26.* 53
par. 11. rec. & fuit firmatum *in Baren. Iuriſpat. 10. Iunij
1644. & 28. Iunij 1645. cor. Peutingero*, & plura etiam
de materia *Duran. dec. 189. dec. 600. par. 3. & dec. 4. nu.
4. par. 10. rec.*

Quod eſt intelligendum, dummodò res ſit integra,
& non ſit alij Ius quæſitum, *d. dec. 372. num. 26. 27. par.* 54
11. rec. Et propterea fuit dictum non valere conſen-
ſum interpoſitum poſt vacationem beneficij, & facta
præſentatione de alio, *in dec. Amat. Dunozett. 76.
num. 10.*

Conſenſus verò retrotrahitur à die factæ transla-
tionis *dec. 337. par. 2. rec. Sanch. conſ. Moral. lib. 2. cap. 2.
nu. 71. dec. 306. nu 6. par. 11. rec.* Non verò id procedit 55
in præiudicium alterius, cui medio tempore ſit ius
quæſitum, *Duran. dec. 463. n. 7. & ſeqq.* cum alijs cumu-
latis *in d. dec 306. nu. 7. par. 11. rec.*

Aduerte, tamen, quod conſenſus Vicarij non ſuffi-
cit, debet enim interuenire, ipſius Epiſcopi conſenſus,
vel Vicarij ab eo ſpeciale mandatum habentis, alias 56
non ſubſtinetur translatio Iuriſpat. *dec. 555. numer. 2.
par. 3. rec Duran. dec. 415. nu. 8. Royas dec. 99. nu. 9. & in
Gerunden. Beneficij, ſeu Oratorij 5. Decembris 1646.
§. quamuis Bichio.*

Quando fit compatrono renunciatio, vel donatio
Iuriſpat. valet, etiam abſque conſenſu Epiſcopi, *Gra-* 57
*tian. diſcept. 577. nu. 37. Rot. poſt Viuian dec. 235. num. 4.
Coccin. dec. 464. nu. 8. Duran. dec. 87. nu. 15. dec. 225 nu. 9.
par. 5. & dec. 238. par. 10. rec. Merlin. dec. 346. num. 15.
Amat. Dunozett dec. 79. nu. 5. & dec. 96 num. 9. cor. Emi-
nentiſs. Card. Ottob. dec. 230. nu. 12. & in d. Lunen. Sarza-
nen. Beneficij 22. Maij 1662. cor. Reuerendiſs.* Ninot.
§. prætered.

Alij, tamen, quam compatrono fieri non poteſt
neque etiam proprio filio, ſine tali conſenſu, *Gra-* 58
*tian. diſcept. for. cap. 577. num. 37. Rot. dec. 238. par. 10.
recent.*

Prout, etiam, ſubſtinetur fauore Eccleſiæ, vel alte-
rius loci Pij, *Tondut. quæſt. Benef. cap. 54. Duran.* 59
*deciſ. vltima num. 3. Amat. Dunozett. deciſ. 387. nu-
mer. 10.*

Quando, verò, donatur cum iurepat. Eccleſia
ipſa, in qua eſt fundatum, requiritur om-
ninò Epiſcopi conſenſus, etiam ſi fiat
fauore Eccleſiæ, vt per *Duno-* 60
zett. d. dec. 387. numer. 11.
& alios de quibus
ſuprà proxi-
mè.

CAPVT XXXX.

Fideicommissum, An comprahendatur in generali renunciatione. Et an, id procedat in conditionali fideicommisso. Plura, An, & quomodo requiratur scientia in renunciante: Et an per diuisionem, vel transactionem censeatur fideicommisso renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso, quod sibi debetur quilibet potest renunciare.*
2 *Etiam si agatur de fideicommisso conditionali.*
3 *Contra, quod fideicommissum conditionale non possit renunciari.*
4 *Quod non habetur non potest dari, donari, vel renunciari.*
5 *Fideicommissum conditionale an transmittatur ad haredes.*
6 *Quando renunciatio transiuit in pactum, fideicommissum conditionale renunciari potest.*
7 *Fideicommissum, siuè purum, siuè conditionale renunciari potest per pactum.*
8 *Renunciatio pura, vel simplex de bonis paternis non comprahendit fideicommissum.*
9 *Fideicommissa non debentur ex dispositione grauati, sed primi testatoris.*
10 *Fideicommissum non comprahenditur in renunciatione, quamuis bona sint renunciata.*
11 *Renunciatio semper habet conditionem, si hareditas delata fuerit.*
12 *Quando renunciatio est amplissima, censetur renunciatum fideicommissum.*
13 *Et pariter quando fuit facta mentio non solum de hareditatibus paterna, & materna, sed de alijs quibuscumque.*
14 *Transuersales aliquandò veniunt appellatione parentum.*
15 *Verba* quomodocumque, *& ex* quacumque causa, *nihil excipiunt.*
16 *Renunciatio ob ingressum in religionem latè interpretatur.*
17 *Quando renunciatio in alio non verificatur, semper comprehendit fideicommissum.*
18 *Sed limitatur, quando renunciatio continet verba futuri temporis, aliàs non.*
19 *Quando verba sunt restricta ad tempus prasens nequaquam censetur fideicommissum renunciatum, licèt in alio non possint verificari.*
20 *Dispositio, qua concipitur per verba de praterito, non comprahendit futura.*
21 *Faciliùs fideicommissum includitur in renunciatione, quando est purificatum, quam quando non est purificatum.*
22 *Futura non veniunt in dispositione quantumuis generali.*
23 *Quando dispositio loquitur de futuris iuribus, intelligitur de futuris competentibus ex causa de prasenti.*
24 *Nonnulli volunt ius conditionale esse ius futurum, debitum tamen ex causa de prasenti.*
25 *Legitima licèt sit ius de futuro, tamen dicitur nunc deberi.*
26 *Renunciatio de bonis competentibus vsque ad prasentem diem comprahendit iura conditionalia, qua dicuntur non deberi.*
27 *Renunciatio generalis potest comprahendere fideicommissum conditionale, quando habet clausulas amplissimas.*
28 *Qua sint ista clausula.*
29 *Clausula,* ex quauis causa, *in materia multum operatur.*
30 *Dictio,* quomodolibet, *est amplissima comprahensiua quorumcumque iurium.*
31 *Verbum,* posset, *comprahendit ius futurum.*
32 *Ad hoc, vt fideicommissum in renunciatione comprahendatur, debet adesse penès renunciantem scientia eiusdem fideicommissi.*
33 *Ignorantia prasumitur in eo, qui in alterius ius succedit.*
34 *Ignorantia fideicommissi semper prasumitur.*
35 *Renunciatio non trahitur ad ius, quod quis verisimiliter ignorat.*
36 *Et requiritur scientia specialis, & indiuidua.*
37 *Contrà, quod sufficit generalis, & prasumptiua scientia.*
38 *Pracipuè in renunciatione ex causa ingressus in religionem.*
39 *An, & quando in renunciatione alicuius rei requiratur specifica mentio.*
40 *Renunciatio non substinetur, quando caret verbis,* iuris, & inspectis, &c.
41 *Contra alij.*
42 *In quacumque materia sufficit cogitatio in genere.*
43 *Tunc indiuidua scientia non est necessaria, quando quis declarat velle renunciare cogitatis, & non cogitatis.*
44 *Per diuisionem, an dicatur fideicommisso renunciatum.*
45 *Quando fideicommissum est purum, vel purificatum tempore diuisionis, censetur per diuisionem renunciatum.*
46 *Secùs quando est conditionale, & non purificatum.*
47 *Clausula,* ad habendum, *in diuisione, inducit fideicommissi remissionem.*
48 *Quando non constat de tali voluntate remittendi, talis clausula nihil operatur.*
49 *Per procuratorem habentem speciale mandatum diuidendi, non dicitur renunciatum fideicommissum.*
50 *Clausula de non veniendo contra diuisionem, an idem operetur.*
51 *Facultas alienandi inducit fideicommissi remissionem.*
52 *Quod est intelligendum, alienatione sequuta, aliàs non.*
53 *Facultas alienandi data, non solùm diuidenti, sed eius haredibus, inducit remissionem fideicommissi.*
54 *Euictionis promissio, quando inducat fideicommissi remissionem.*
55 *Clausula caterata, in diuisione, nunquam inducunt fideicommissi remissionem.*
56 *Sicuti clausula in fine posita, quia potiùs prasdmantur stylo notariorum apposita.*
57 *An dato, quod fideicommissum non sit renunciatum, debeatur euictio, sequuto casu fideicommissi.*
58 *Fideicommissum, quando dicatur renunciatum per diuisionem, & transactionem.*

EXplorati iuris est quemlibet posse fideicommissum, quod sibi debetur, renunciare ad *text. in l. omnem proponas, C. de Pact. l. fideicommisso, C. de Transact. Crauett. consil. 24. num. 4. Bursatt. cons. 195. nu. 11. lib. 2. Crass. § fideicommissum, quast. 72. Censal. ad Peregr. art. 52. fol. 343. Surd. dec. 108.* cum alijs cumulatis per *Fusar, de substit. quast. 587. num. 1. Mastrill. dec. 65. num. 5. Capon. de Pact. quast. 6. in princ.*

Dum-

Dummodo non fuerit alienatio prohibita, quia
cum appellatione alienationis, veniat renunciatio,
renuncians fideicommissum alienari prohibitum sub
pena amissionis bonorum cadit à iure suo, & fit locus
vocationi aliorum, vt per *Rotam in Romana, seù Vr-
beuetana successionis* 18 *Maij* 1663. *coram Reuerendiss.
Albergato Decano, decis.* 7. *numer.* 1. *& seqq. post
Tractatum*.

2 Quam conclusionem nonnulli ampliant in fidei-
commisso conditionali, & de futuro, *Grat. Respons.*
60. *lib.* 1. *Menoch. cons.*87. *num.*27. *Mastrill. vbi suprà
num.* 5. *Olea de Cess. lib.* 3. *in Miscell. num.* 9. *Gamm.
dec.* 92. *num.* 2. *Cancer. Var. lib.* 3. *cap.*2. *numer.* 191.
*Sanleg. quæst. Ciuil. par.*2. *cap.*139. & dixit *Rot. dec.*12.
& dec. 323. *par.* 6. *rec.*

At, re vera, hæc ampliatio non est absolutè tenen-
3 da, quia, contrarium, quod fideicommissum condi-
tionale non possit renunciari, demonstrat *tex in l.* 1. §.
*quod ait, ff. quorum legat. l. is qui hæres, ff. de acquir.
hæred.* cum alijs allegatis per *Fusar. d. quæst.*587. *nu.*2.
Capon. vbi suprà num. 2. *Donad. d. cap.* 38. *num.* 19.

4 Et ratio est, quia turpis talis renunciatio iudica-
tur, quia, quod non habetur, renunciari, donari, vel
repudiari non potest, idem *Fusar. vbi suprà num.* 2. *in
fine, Donad. & Capon.* in locis suprà proximè allegatis,
& quod iuri futuro, quis non possit cedere, vel re-
nunciare, latè probat *Olea de Cess. tit.* 3. *quæst.* 10. *nu.* 12.

5 An verò tale fideicommissum conditionale ad hæ-
redes transmittatur, vide *Altograd. cons.* 65. *lib.* 1.
Cyriac. controu. 302. *Andreol. controu.* 29. *Spad. cons.*
312. *lib.*3. *Merlin. Pignatt. cap.*1. *cent.*2. *Mart. Medic.
exam. & dec.* 2. *Rot. dec.*27. *& dec.* 377. *par.* 11. *rec.*

Hæc autem conclusio, quod non valet renunciatio
fideicommissi conditionalis, limitatur pluribus mo-
dis, relatis à *Fusar. d. quæst.* 587. *num.* 3. *& seqq. Ca-
6 pon. d. quæst.*6. *num.* 3. Et præcipuè locum non habet,
quando renunciatio transiuit in pactum, *Peregr. de
Fideicom. art.* 52. *num.* 11. 14 *Gaill. lib.* 2. *obseru.* 139.
*num.*8. *Simon. de Prat. de Interp. Vlt. vol. fol.*352. *nu.*4.
Fusar. de substit. d. quæst. 587. *num.* 15. *Donad. d. cap.*
38. *num.* 21. *Capon. d. cap.* 1. *num.* 3. cum alijs, qui
cumulari possent.

Et propterea in nostra facti specie, in qua de pactis
futuræ successionis tractamus, non est dubium, quòd
fideicommisso, siue puro, siue conditionali potest va-
7 lidè renunciari, & per consequens vtilis erit indaga-
tio; An & quando huic fideicommisso puro, vel con-
ditionali censeatur renunciatum, quando de eo in re-
nunciatione nulla fuit facta mentio.

Resolutio quæstionis pendet à verbis, & clausulis
in renunciatione appositis. Siquidem, si renunciatio
sit purè, & simpliciter concepta de hæreditatibus pa-
8 tris, nulla facta mentione aliarum hæreditatum, fi-
deicommissum non compræhendit, quòd, non ex di-
9 spositione paterna, sed primi testatoris fideicommit-
tentis debetur, vt latè probat *Gallerat. de Renunc.
lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 38. *vers. non trahitur, Kellemb. eod.
tract. quæst.* 30. *num.* 9. *Fusar. de substit. quæst.*593. *nu.*
91. *Capyc. Latro dec.* 2. *num.* 40. & plura dixit in pro-
posito *Spad. cons.* 316. *lib.* 3. *Rot. dec.* 362. *par.* 9. *rec.
Et in Marsicana successionis* 4. *Februarij* 1665. *coram
bo: me: Emerix, decis.* 116. *num.*9.

Et pariter procedit in eo, qui promisit renuncia-
re hæreditatem Patris, & matris; nam non tenetur fa-
cere renunciationem, nisi dumtaxat, de rebus, quæ
Iure hæreditario debentur; non verò de ijs, quæ sibi
prouenerunt per contractum inter viuos, vt benè *Rot.
in Bononien. Bonor.* 10. *Martij* 1662. *coram Reuerendiss.
Albergato Decano, decis.* 1. *num.* 13. 14. *post Tractatum*,
Confirmata 23. *Iunij eiusdem Anni, decis.* 2. *num.*5.
post Tractatum.

Quod procedit, quamquam non solùm hæreditati,
sed bonis esset renunciatum; nam, licèt, hoc casu,
videatur renunciantem comprçhendere voluisse bona
fideicommissaria, vtpotè, quæ dicuntur in bonis il-
lius, de cuius hæreditate agitur, vt ait *Kellemb. vbi* 10
supra, num. 1. *in fine*. Nihilominus, huic argumento
respondet idem *Kellemb. num.* 5. *Contriis discept. for.
cap.*70. *num.*20. quod agitur in pacto principaliter de
bonis paternis, & quidem ijs, quæ tempore mortis
huius permanent, hæredibusque eius plenariè acqui-
runtur.

Nam, vt renunciatio ad tempus delatæ hæreditatis
refertur, quia perpetuò eam sibi annexam habet con-
ditionem, si hæreditas sibi delata fuerit, *l. si ità scri-* 11
ptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2. *l. quoties, §.* 1.
ff. de Nouat. Sic etiam solummodò bona respicit, quæ
iure hæreditario ad filiam deferri possunt, in quorum
numero fideicommissa non sunt, *Rota in d. Marsicana
successionis* 4. *Februarij* 1665. *coram bo. me. Emerix
decis.* 116. *num.* 9. *post Tractatum*.

Si, verò, renunciatio est amplissima, omnium bo-
norum paternorum, & maternorum, ex quouis iure,
vel causa, & quoquo modo competenti, censetur 12
etiam fideicommisso renunciatum, vt per *Dec. cons.*
389. *in fine, Menoch. cons.* 1359. *num.* 12. *Amat. dec.
March.* 105. *num.* 51. *Merlin. Pignatt. cent.* 2. *cap.* 61.
num. 3. 4 *Spad. cons.* 50. *num.* 41. *lib.* 1. *Pappon. Ar-
rest. lib.* 16. *tit.* 4. *arrest.* 6. *Actolin. resol. forens.* 113.
num. 7. 8.

Similiter quandò fuit facta mentio, non solum de
hæreditate paterna, & materna, sed de alijs hæredi- 13
tatibus parentum debitis, & debendis, tam ab inte-
stato, quam ex testamento quomodocumque, & ex
quacumque causa, fideicommisso dicitur renuncia-
tum, quia prædicta verba ostendunt renunciationem
esse generalem, & omnia comprehendere, tam renun-
cianti deuoluta, quam deuoluenda, *Surd. cons.* 308.
num. 28. *& seqq. Marcab. cons* 66. *num.*108. *Pereg. de
Fideic. art.*52. *num.* 29. *Grattan. discept. for.*568. *num.*
20. *& seqq. Mastrill. dec.*65. *num.* 10. *quæst.* 1. & alij
relati per *Altograd. cons.* 66. *num.* 1. *tom.* 1. vbi, quod,
eo casu, non solum renunciatio comprehendit iura
fideicommissi auiti, sed etiam quascumque alias suc-
cessiones renuncianti deuolutas, aut deuoluendas, ex
hæreditatibus aliorum, etiam transuersalium de pa-
rentela, & agnatione, cum hi, aliquando veniant, 14
secundum communem vsum loquendi appellatione
parentum, *Reuerter. dec.* 143. *num.* 6. *Rot. dec.* 334.
num. 4. *par.* 4. *rec.* Attentis præcipuè, verbis, *quo-
modocumque, & ex quauis causa*, quæ eius naturæ sunt,
vt nihil excipiant, & omnia comprehendant quan-
tumuis impropria, *Barbos. de Dict. dict.* 329. 330. *Rot.* 15
dec. 141. *numer.* 6. *par.* 5. *rec. Altograd. d. cons.* 66.
num. 3. *lib.* 1.

Et maximè, quando versamur in renunciatione
facta, causa ingressus in religionem, quæ latè inter-
pretatur, vt alias vidimus, & in proposito firmat 16
*Mastrill. d. decis.*65. *num.* 11. *Gratian. Discept.* 568.
num. 10. *Rot. dec.*141. *par.* 5. *rec. Altogr. vbi suprà nu.*4.

Quando, verò, renunciatio non potest verificari in 17
alia re, quam fideicommisso supposita, tunc, ne actus
frustatorius reddatur, in generali renunciatione, sem-
per fideicommissum comprehenditur, *Menoch. cons.*
87. *num.* 20. *Surd. cons.* 135. *num.* 1. *& seqq. & cons.*
143. *num.* 31. *Fusar. de substit quæst.* 593. *num.* 176.
Merlin. Pignatt. cent. 2. *cap.* 61. *num.* 6. *Spad. cons.* 50.
num. 42. *lib.* 1. *Altograd.* latissimè *d. cons.* 66. *num.* 9.
& seqq. tom. 1. *Rot. coram Buratt. dec.* 310. *num.* 8. *Gra-
tian. Discept.* 568. *num.* 29. *Cyriac. controu.* 128. *num.*
120. *Donad. de Renunc. cap.*38. *num.* 41. *&* 45. *Actolin.
d. resol.* 113. *num.* 7. *& seqq.*

Hæc,

Hæc, tamen, sunt intelligenda iuxta distinctionem
18 allatam à *Spad. conf. 316. num. 7. 8. lib 3.* quando in
renunciatione adsunt verba futuri temporis, non verò, quando restringitur ad tempus præsens; quia tunc non attenditur; an possit verificari in alio, nec ne; vt benè idem *Spad. vers. respondetur*, quod, ibi, *Bartol. & Peregr. loquuntur, quandò verba renunciationis sunt apta comprahendere ius de futuro, vtpotè si fuisset dictum, quod renunciat ius, quod habet, vel habere sperat, tunc enim consideratur; An illa verba*, ha-
19 bere sperat, *possint, vel non possint verificari in alio iure de futuro, quam in fideicommisso conditionali. Et si non possunt in alio verificari, tunc censetur renunciatum d. fideicommisso; sed quando verba renunciationis sunt restricta ad tempus præsens, & ex ratione recti sermonis, nullo modo sunt apta comprahendere tempus futurum, nemo est, qui dicat talem renunciationem comprahendere fideicommissum conditionale, nondum purificatum, dato etiam, quod in alio verificari non possit*, & alijs allegatis, ita concludit *Donad. de Renunc. cap. 38. num. 45. vers. intelligendo*, ibi, *Intelligendo prædicta, quando verba adeò sunt prægnantia, quæ restringantur ad tempus præsent, & non ad futurum. Si solum restringuntur ad præsens tempus, etiam, si quod in ipsa renunciatione aliud verificari non posset, solummodo conditionale fideicommissum, certè non dicitur remissum, cum tale fideicommissum, sit de futuro tempore, Peregr. de Fideic. art. 52. num 31. Fusar. de substit. quæst. 593. num. 122* & optimè probat *Olca de Ceß. Iur. & Act.*
20 *tit. 3. quæst. 10. num. 16.* Et quod dispositio, quæ concipitur per verba de præsenti, futura iura, & nondum competentia non includat habitus, ex *tex. in l. si ità scripserit, ff. de leg. 2. l. si stipulatus fuerim, §. 1. ff. de Verb. oblig. l. si ità, ff. de aur. & argen. leg.* latissimè *Arias de Mes lib. 3. var. cap. 11. Olca d. tit. 3. quæst. 10. num. 16.*

Nam faciliùs ius fideicommissi, quando est purifi-
21 catum, & in esse deductum, in renunciatione compræhenditur, quam, quando purificatum non est, vt dixit *tex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de Verb. Oblig. Merlin. Pign. cit. cap. 61. num. 7.* plenè *Donad. d. cap. 38. num. 9. 10. Redenasc. conf. 46. num. 31.*

Et generaliter omnes admittunt, quod futura non
22 veniunt in dispositione quantumuis generali, *Bursatt. conf. 347. num. 19. Vin. dec. 316 num. 11. Barz. dec. 70. num. 69. Rot. coram Buratt. dec. 281. num. 5. dec. 549. num. 3. par. 1. rec.* latè *Gallerat. lib. 4. cap. 2. num. 32. & seqq. Andreol. controu. 65. numer. 6. Altograd. conf. 8. num. 15. tom. 2. Cancer. par. 3. var. cap 15. nu. 132. Cyriac. lib. 2. controu. 292. nu. 8. & seqq Olca de Ceß. tit. 3. quæst. 10. num. 22.*

Quod adeo verum est, vt etiamsi, in specie ageretur de iuribus futuris, nihilominus foret intelligenda
23 dispositio, de iuribus futuris, ex causa tamen de præsenti competentibus, *Vin. dec. 316. num. 11. Honded. conf. 36. num. 18. lib. 1. Surd. dec. 289. num. 13. Caualer. dec. 340. num. 6. Altograd. d. conf. 66. num. 14. lib. 1. & conf. 8. num. 15. tom. 2. Aloys. Mans. consult. 2. num. 30. & 31.*

Firmant, tamen, nonnulli ius fideicommissi conditionalis, non esse talis naturæ, quod dicatur superuenire ex noua causa, & de futuro, sed potiùs esse ius futurum debitum ex causa de præterito; Et propterea in renunciatione generali esse compræhensum,
24 quamquam verba renunciationis expressè futurum tempus non contineant, distinguendo, quod, aut agitur de iure, quod defertur ex lege lucrum successionis de futuro deferente per mortem alicuius, & ius illud non sit de præsenti, nec ex causa de præsenti, nec à iure approbatum. Aut ius habet originem ex causa de præterito per contractum, aut per vltimam voluntatem, seu per Principis concessionem, pende. tamen ab aliquo futuro euentu, prout sunt obligationes conditionales, lucra dotalia ex pacto legata, & fideicommissa conditionalia, & horum sanè legitima
sit spes, & à iure approbata re deberi dicantur, licèt 25
sub conditione ex causa de præterito, *Peregr. de Fideic. art. 52. num. 23. Surd. conf. 308. num. 29. & conf. 267. num. 22. 36. & seqq. Marcabr conf. 66. num. 140. Hartm. Pist. quæst. Iur. lib. 2. quæst 22. num. 52.* cum alijs adductis per *Altograd. d. conf. 66. num. 17. lib. 1.* vbi allegat etiam *Brun. conf. 38. num. 12.* loquentem in fortioribus terminis, nempè etiam si renunciatio restricta fuisset ad iura competentia, vsque ad præsen-
tem diem; quia nihilominùs compræhenduntur iura 26
conditionalia, quæ dicuntur nunc deberi in spe, &c. & latiùs etiam comprobat idem *Altogr. conf. 8. num. 22. lib. 2.*

Illud, tamen, est certum, quod, ad dignoscendum; An fideicōmissa conditionalia in renunciatione compræhendantur, inspicienda sunt verba renunciationis, quę, si sunt multùm ampla, & geminata, ac men-
tionem faciant iuris futuri, semper fideicommissa, 27
tam purificata, quam purificanda includunt, vt firmat *Surd. conf. 267. num. 5. & conf. 308. num. 29. 30. Spad. conf. 50 num. 41. lib. 1.* qui loquitur in terminis factæ renunciationis, de omnibus, & singulis iuribus, & actionibus, non solum ipsi, sed etiam ipsius hæredi-
bus, & successoribus competentibus, & quæ quomo- 28
documque, & qualitercumque, & quandocumque, nunc & etiam in futurum ex quauis causa etiam ignorata competere possunt, & in similibus terminis, consuluit *Altograd. conf 8. num. 17. 18. lib. 2. Buratt dec. 310. num. 8.* vbi *Add. num. 9. Mastrill. dec. 65. num. 9. Fusar. de substit. quæst. 593. num 116.*

Et quod idem importent verba, *ex quauis causa*, tradit *Crot. in l qui Romæ, §. duo fratres, num. 45. Peregr. de Fideic. art. 52. num. 32. 33. Spad. d. conf. 50. num. 41. in medio*, & latè *Altograd d. conf. 66. num. 18. lib. 1.* & latiùs, quod huiusmodi clausulæ, in renunciationibus appositæ inducant amplissimam re-
nunciationem omnium iurium quomodolibet com- 29
petentium, latissimè ostendit *Cyriac. controu. for. cap. 128. num. 47. & seqq. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 9 gloss. vnica, par. 1. num. 80. & seqq. lib 2.* & firmauit *Rot. in Romana successionis 28. Iulij 1660. coram R. P. D. Priolo*, vbi, quod in renunciatione includitur
omne ius, quod tunc temporis competebat, & com- 30
petere poterat in futurum, quando adest, dictio, *quomodolibet competere posset*, nam dictio, *quòmodolibet*, est vniuersalis compræhensiua quorumcumque casuum, & omnem modum includit, *Menoch. de recup. remed. 6. num. 13. Add. ad Buratt. dec. 193. num. 15.*
& verbum, *posset*, respicit etiam ius de futuro, *Berò.* 31
conf. 130. num. 24. Buratt. dec. 226. num. 7. & alij, vt ibi per eam.

Est vlteriùs obseruandum, quod, ad hoc, vt fideicommissum compræhendatur in renunciatione, ne-
cesse est, vt renuncians scientiam testamenti habeat, 32
vt est *tex. in l. 1. ff. quemad. testam. aper. l. de his, ff. de Transact. Menoch. conf. 323. nu. 38. Pycchard. § item si quis postulante, num. 115. Instit. de Act. Gall. pract. lib. 2. obseru. 139. num. 7. 8. Merlin. Pignatt. cent. 2. cap. 61. num. 8. Capyc. Latro dec. 2. num. 40. lib. 1. Cyriac. controu. 128. num. 20 & seqq. Fontanell. dec. 395. Rot. coram Buratt. dec. 899. & in rec. dec. 166. par. 9.*

Et ignorantia semper præsumitur, in eo, qui in al- 33
terius ius succedit, scientia in contrarium non probata, *cap. cum quis, de Reg. Iur. in 6. Merlin. Pignat. d. controu. 61. num. 16 Cyriac. controu. 128. num. 18.* Et præcipuè in muliere, idem *Cyriac. d. num. 18. & controu. 474. num. 31.*

Et,

Et, in terminis, quod præsumatur fideicommissi
34 ignorantia, Bart. in l. eius qui in Prouincia, num. 29. ff.
si cert. pet. & alij relati à Merlin. Pignatt. vbi suprà,
num. 16. Redenasc. cons. 29. num. 76. & seqq.

Et generaliter, quod renunciatio non trahatur ad
ius, quod quis verisimiliter ignorat sibi competere,
35 dixerunt, Tiraquell. in præfata l. si vnquam, C. de re-
uoc. donat. num. 123. Pignattell. vbi suprà nu. 19. Gal-
lerat. de Renunc. lib. 4. cap. 2. num. 42. & seqq. Capyc.
Latro, dec. 2. num. 41. 42. Cyriac. controu. 128. num.
22. & 474. num. 29. & seqq. Fontanell. de Pact. Nupt.
claus. 9. gloss. vnica, par. 1. num. 89. tom. 2.

An verò sufficiat generalis scientia, vel requiratur
specialis, & indiuidua, disputant nonnulli: quod re-
36 quiratur specialis, & indiuidua, firmat Peregr. de Fi-
deic. art. 52. num. 21. Osasch. dec. 112. num. 6. Menoch.
cons. 323. num. 28. Merlin. Pignatell. d. cap. 61. num.
15. Spad. cons. 316. num. 13. tom. 3. Redenasc. cons. 29.
num. 78. in medio.

37 Contra, quod sufficiat generalis, & præsumptiua,
nec requiratur specialis, plena, & indiuidua, volue-
runt, Honded. cons. 33. num. 28. lib. 1. Spad. consil. 50.
num. 44. & 49. tom. 1. Mart. consil. 139. num. 3. & 24.
& seqq. Barry. de success. lib. 11. tit. 25. num. 24. Gra-
tian. Discept. for. cap. 346. num. 14. & seqq. Mastrill.
dec. 65. num. 50. in fine, dec. 149. num. 1. par. 1. diuers.
38 Altograd. cons. 66. num. 26. tom. 1. qui, eò magis ait
procedere in renunciatione ex causa ingressus in reli-
gionem, ex causis ibi adductis.

Et præcipuè, quod non requiratur specialis, seu
Physica inspectio testamenti, sed sufficiat scientia,
& notitia contextorum, est tex. in l. Lucius Titius 78.
§. fin. ff. ad Trebell. l. non est ferendum 12. ff. de Tran-
sact. Peregr. de Fideic. art. 22. num. 52. vbi non esse le-
gem illam sic de forma, vt requirat præcisam inspe-
ctionem, sed effectu contentam esse, vt, scilicet, pa-
ciscentes de contentis in testamento priùs habuerint
notitiam, Menoch. de Adip. remed. 4. num. 110. Pi-
gnatell. d. cap. 61. num. 27. &, alijs omissis, Fusar. de
substit. quæst. 594. num. 3.

Et an, & quando in renunciatione alicuius rei re-
39 quiratur specifica, & indiuidualis scientia, vide Giurb.
dec. 45. Cyriac. controu. 128. num. 18. Franc. de In-
trus. quæst. 6. num. 28. Rot. in Romana Fideicommissi de
Maximis 1649. coram Eminentiss. D. Cardinali Cerro.

Vndè, licèt, secundùm aliquos, renunciatio non
40 substineatur, quando caret solitis verbis, iuris, &
inspectis verbis testamenti, ad tradita per Fusar. quæst.
41 549. num. 1. & consil. 39. num. 54. & seqq. tamen con-
trarium probat multorum auctoritate idem Altogr.
d. cons. 66. num. 32.

Et in quacumque materia sufficit cogitatio in ge-
42 nere, vt latè Gallerat. d. lib. 4 cap. 2. num. 44. vers. ve-
rum in renunciatione, attento præcipuè iuramento,
Gratian. discept. for. cap. 568. num. 40. vbi latè.

Hæ opiniones inter se discordes conciliari possunt,
distinguendo; an renuncians declaret velle renuncia-
re, non cogitatis, & incognitis, & tunc non sit neces-
43 saria indiuidua scientia dispositionis, secùs, verò,
quando renunciaret his formulis, & clausulis, vt di-
stinguit Surd. cons. 418. in fine, & cons. 267. num. 52.
Morott. cons. 43. num. 21. Cyriac. d. controu. 128. num.
54. Spad. cons. 50. num. 45. lib. 1.

Restat, tandem, videre, pro complemento materiæ
an, per diuisionem, vel transactionem censeatur fidei-
44 commisso renunciatum, de qua quæstione latissimè
tractat Fusar. de substit. quæst. 593. per tot. Rota in Pla-
centina Bonorum 20. Aprilis 1663. coram R. P. D. Be-
uilaqua decis. 41. post Tractatum, confirmata 20. Fe-
bruarij 1668. coram eodem decis. 42. post Tractatum.
Propterea hic breuiter me expediam, licet non sit im-
propria tractatus nostri, in quo agitur de pactis futu-
ræ successionis; In huiusmodi verò diuisionibus pari-
ter disputatur de Pactis circa fideicommissa, in qui-
bus diuidentes debent succedere.

Quando fideicommissum est purum, vel purifica-
tum, tempore diuisionis, tenet Fusar. d. quæst. 593. nu. 1.
cum ibi adnotatis, quod censeatur renunciatum, &
hæc est communis opinio, data, tamen, scientia fidei- 45
commissi in diuidente, Donad. cap. 38. de Renunc. nu.
36. & alij passim.

Quando, verò, fideicommissum est conditionale, &
nondum purificatum, regula est in contrarium, quod 46
per diuisionem non censeatur renunciatum, Fusar. d.
quæst. 593. nu. 5. & seqq. latissimè Donad. de Renunc. d.
cap. 38. num. 31. Spad. cons. 336. lib. 1. Carlin. controu.
for. 118. num. 51. Aloys. Mans. cons. 2. num. 30. & fir-
mauit Rot. in Aesina Fideicommissi 15. Ianuarij 1663.
coram R. P. D. Priolo, & in Bononien. Fideicommissi de
Monterentijs 27. Ianuarij 1662. coram eodem dec. 141.
post Tract.

Hæc, tamen, regula procedit, quando renunciatio
est simplex, nec roboratur aliquibus clausulis deno-
tantibus mentem diuidentium fuisse pro renuncia-
tione fideicommissi nondum purificati, & præcipuè
clausulis ad habendum, de non veniendo contra diui-
sionem, concedentibus alienandi facultatem, & pro-
mittentibus euictionem bonorum in diuisione com-
præhensorum, & similibus, de quibus singillatim vi-
deamus.

De clausula ad habendum, tenendum, &c. inserta in
diuisione bonorum, quod inducat fideicommissi con- 47
ditionalis renunciationem, tenent allati per Fusar. d.
quæst. 593. num. 11. Donad. de Renunc. d. cap. 38. num.
39. Altograd. cons. 8. num. 20. 21. tom. 2.

Hæc autem sunt intelligenda, quando constat, diui-
dentes voluisse remittere fideicommissum, vbi, verò,
non constat, de tali voluntate clausula prædicta nihil 48
operatur, vt voluit Rot. in d. Bononien. Fideicommissi
de Monterentijs 22. Iunij 1661. coram R. P. D. Priolo,
d. dec. 141. post tract. & 27. Ianuarij 1662. coram eo-
dem, vers. Neque obstat.

Propterea, per diuisionem factam, mediante pro-
curatore, habente speciale mandatum ad diuiden- 49
dum simpliciter, non verò ad diuidendum cum dicta,
& similibus clausulis, nunquam censebitur fideicom-
misso renunciatum: quia, eo casu, non est inspicien-
da forma diuisionis, nec eius amplitudo, sed forma
dumtaxat, mandati, Alex. consil. 208. num. 5. lib. 6.
Buratt. dec. 89. num. 16. & in dictis Bononien. Fideic.
de Monterentijs 22. Iunij 1661. vbi, quod remissio de-
bet esse clara, & expressa, & quæ indubitatè resultet
ex forma diuisionis, & 27. Ianuarij 1662. coram R.
P. D. Priolo, §. Non constat.

Clausula, de non veniendo contra diuisionem, se-
cundùm aliquos allatos à Fusar. d. quæst. 593. nu. 76.
operatur fideicommissi renunciationem, sed contra- 50
ria opinio est magis communis, vt per Fusar. d. loco,
num. 75. Peregr. de Fideic. art. 52. num. 26. Spad. cons.
336. num. 4. lib. 2.

Facultas, verò, alienandi inducit regulariter re- 51
nunciationem fideicommissi, vt per Fusar. d. quæst.
593. num. 21.

Sed est intelligendum alienatione sequuta, aliàs 52
secùs, vt per Fusar. d. quæst. 593. num. 29.

Quando, verò, potestas alienandi est data, non so-
lùm ipsis diuidentibus, sed eorum hæredibus, tunc
absque dubio fideicommisso censetur renunciatum, 53
alienatione sequuta, siue non, Menoch. consil. 323.
num. 15. Simon. de Prat. de Interp. vlt. vol. pag. 371.
num. 6. vers. quatenus autem, Add. ad Capyc. Latro
dec. 2. num. 31. lib. 1. Giouagnon. resp. 110. num. 17.
lib. 1.

lib. 1. cum alijs allatis à *Rot. in Bononien. Fideic. 5. Martij 1660. coram bo: me: Verospio dec. 171. post tract. §. siquidem* , & de hac re plura *Redenasc. cons. 29. numer. 53.*

Promissio euictionis, an inducat fideicommissi re-
nunciationem , vide optimè *Fusar. vbi suprà num. 61.*
54 *& seqq. Redenasc. d. cons. 29. nu. 70. & seqq. Add. ad*
Capyc. Latro d. decis. 2. num. 29. Rot. in d. Bononien.
27. Ianuarij 1662. post tract. dec. 141. ac in Aesina fidei-
commissi 15. Ianuarij 1663. §. altera exceptio , coram
R. P. D. Priolo.

Est tamen aduertendum , clausulas supradictas fi-
deicommissi renunciationem tunc demùm operari ,
quando sunt literaliter extensæ ; Non verò quando
sunt cęteratæ ; quia , eo casu , non attenduntur , vt
55 tenet *Spad. cons. 336. num. 9. lib. 2. Douad. d. cap. 38.*
num. 40. Redenasc. d. cons. 29. nu. 55. Rot. in d. Aesina
Fideicommissi 15. Ianuarij 1663. §. neque clausula, co-
ram R. P. D. Priolo.

Similiter non attenduntur, ad hunc effectum, huius-
modi clausulæ , quando , in fine instrumenti sunt po-
sitæ ; nàm potiùs de stylo notariorum præsumuntur
appositæ, quàm ex contrahentium deliberata volun-
tate , *Fusar. d. quæst. 93. nu. 18. & num. 168. & seqq.*
Spad. d. cons. 336. num. 6. lib. 2. Aloys. Mans. consult.
56 *2. nu. 31. Redenasc. d. cons. 29. nu. 59. & seqq. Buratt.*
dec. 89. num. 4. & seqq. Rot. in d. Aesina Fideicommissi,
§. & licèt addita , & in Placentina Bonorum 23. Aprilis
1663. coram R. P. D. Beuilaqua decis. 41. numer. 9.
post Tractatum.

Dato , quod fideicommisso renunciatum non sit
per diuisionem , an debeatur euictio , negat *Rot. in d.*
Bononien. Fideicommissi de Monterentijs 27. Ianuarij
1662. § diuisio enim , coram R. P. D. Priolo, & in Aesi-
57 *na Fideicommissi 25. Ianuarij 1663. §. altera , coram*
eodem.

Affirmat *Redenasc. cons. 29. nu. 80. & seqq.* quan-
do vni tantum obuenerunt in parte bona fideicom-
missaria.

Plura alia, de materia, quando per transactionem ,
vel diuisionem dicatur fideicommisso renunciatum,
58 vide apud *Rot. dec. 206. & dec. 240. par. 9. rec. dec.*
272. par. 10. in Placētina Bonorum 2. Decembris 1661.
coram R. P. D. Beuilaqua post tract. dec. 40. & in eadem
causa *20. Aprilis 1663. & 20. Februarij 1668. coram*
eodem decis. 41. 42. post Tractatum. Bononien. Fideic.
11. Februarij 1664. coram bo: me: Verospio dec. 172.
post tract. Bononien. Fideicommissi de Pepulis 26. Ia-
nuarij 1666. coram R. P. D. Bourlemont. decis. 55. post
Tractatum. Bononien. Fideicommissi de Herculanis 5.
Decembris 1668. coram Eminentiss. D. Cardinali Cerro
dec. 85. post tract.

CAPVT XLI.

Dos materna , an veniat in generali renunciatione ; Plura de legato pro omni , & toto eo &c. Et an dos matris veniat in restitutione fideicommissi ; quandò omnis, & quæcumque detractio fuit à testatore prohibita .

SVMMARIVM.

1 *Dos materna venit in generali renunciatione.*
2 *Contrà quod dos materna non veniat in generali renunciatione.*
3 *Ea , quæ speciali mentione digna sunt , non veniunt in generali renunciatione.*
4 *In generali renunciatione non venit legatum factum à Principe.*
5 *Nec non id quod iam fuerat renuncianti delatum.*
6 *Debitum renunciantis non dicitur remissum per generalem renunciationem.*
7 *Quando fuit facta renunciatio propter dotem, includit dotem maternam.*
8 *Et similiter quando fuit facta renunciatio pro omni, & toto eo.*
9 *Talis non dicitur facta ex mera liberalitate, sed animo compensandi cum proprio debito.*
10 *Legatum pro omni, & toto eo non patitur diminutionem.*
11 *Præcipuè quando fuit filiæ facta pro dote.*
12 *Debetur integraliter legatum pro omni & toto eo , quando de debito non constat , nisi per confessionem factam in testamento.*
13 *Debitum confessatum à testatore debetur tanquam legatum , quando ex alio non constat de debito.*
14 *Eo casu subiacet detractioni falcidiæ.*
15 *Sed limitatur quando fuit facta sine causæ expressione.*
16 *Non verò , quando adest titulus coloratus , vel coniecturæ inducentes debiti probabilitatem.*
17 *Verisimilitudo operatur , vt confessio debeat attendi in illis casibus in quibus aliàs non probaret.*
18 *Quando debiti probationem inducat confessio testatoris.*
19 *Assertio testatoris plenè probat contrà eius hæredē.*
20 *Quando hæreditas non est soluendo, datur hypotheca ad fauorem vnius legatarij contrà bona alteri legata.*
21 *Nisi testator remittat hanc tacitam hypothecam.*
22 *Testator potest filio prohibere ne detrahat ab hæreditate bona materna.*
23 *Testator prohibens detractionem de suis bonis , non dicitur, quod voluerit prohibere detractionem dotis maternæ.*
24 *Nisi dicta bona , non verificarentur in alio, quam in bonis maternis.*
25 *Quando fuit prohibita detractio super bonis, & hæreditate dicitur prohibita detractio dotis maternæ.*
26 *Detractio dotis maternæ prohibita censetur , quando fuit facta absque expressione de bonis suis &c.*
27 *Prohibitio de non alienando non includit alienationem pro solutione æris alieni.*
28 *Sed procedit in debito creditoris extranei , non verò in credito ipsi hæredi debito.*
29 *Et præcipuè quando disponit , vt bona sua integrè deueniant ad substitutum.*
30 *Qui vult vnum, vult omne illud , per quod peruenit, & sine quo esse non potest.*
31 *Decisio 110. coram Eminentiss. Ottob. & Royas dec. 484. num. 3. explicantur.*

QVæstionem hanc tractat *Kellemb. de Renunciat.*
successʃ. quæst. 29. per tot. & licèt *à num. 1. ad 5.* 1
teneat pro inclusione Dotis maternæ in renunciatio-
ne facta à filia , nihilominùs contrarium defendit *à*
num. 5. ad finem, pro qua opinione etiam videtur sen- 2
tire , *Boss. de Dot. cap. 4. §. 6. num. 66. Cyriac. controu.*
for. 295. num. 1. & seqq. vbi , quod dos non venit in
generali renunciatione , & *controu. 274. num. 27.* vbi
quod ea, quæ speciali mentione digna sunt, nunquam 3
in renunciatione comprehenduntur.

Et propterea tenet idem *Cyriac. d. controu. 274.*
quod , in generali renunciatione non veniat legatum 4
factum à Principe renuncianti , & *Capyc. Latro dec.*
2. num. 50. & 51. quod in generali renunciatione 5
non possit comprehendi id , quod à renunciatario
iam fuerat donatum renuncianti.

Et

Et generaliter, quod debitum renunciatarij ad fa-
uorem renunciantis non dicatur remissum, per gene-
6 ralem renunciationem si de eo non sit facta mentio,
probat *Kellemb. de Renunc. quæst. 28. per tot.*

Hanc conclusionem limitatem in casu, quod facta
sit renunciatio à filia propter dotem; nàm eo casu,
cum filia excludatur à bonis patris, nè frustatoria
reddatur dispositio, renunciatio ampliari debet ad
7 bona materna, vt per *Surd. cons. 516. num. 4.* & alios
allatos à *Merlin. Pignattell. cent. 1. cap. 5. numer. 1.*
firmauit etiam *Rot. dec. 331. par. 10. rec.*

Præterea dos materna compræhenditur, quando
fuit facta renunciatio de omni & toto eo, quod quis
8 prætendere & cõsequi potest, vt latè *Buratt. dec. 283.*

Nàm similis renunciatio non dicitur facta ex mera
liberalitate, sed potiùs animo compensandi cum pro-
9 prio debito, & sic cum debito dotis maternæ, vt, in
terminis legati, pro omni, & toto eo, *Ruin. cons. 60.
num. 6. 7. lib. 2. Mantic. de Coniect. Vlt. volunt. lib. 10.
tit. 2. num. 17. Gratian. Discept. for. 565. num. 76. &
seqq. Cyriac. controu. 351. num. 4.* & firmauit *Rot. in
Romana Prædiorum 15. Iunij 1665. §. nec refert, coram
bo. me. Emerix.*

Hinc est, quod tale legatum, pro omni, & toto eo
10 non patitur diminutionem, vt allegato textu *in l. cum
dotem, ff. ad leg. Falcid.* tenet *Federic. de Sen. quæst.
250. numer. 2.*

Et præcipuè, quando fuit filiæ factum; quia sem-
per præsumitur factum, pro dote, vel legitima de
11 iure debita *Roland. cons. 25. num. 22. lib. 4. Surd. de
Alim. tit. 8. priuil. 30. num. 4. Gomez. Var. cap. 17. de
leg. nu. 26. circà finem*; Et ideò non patitur aliquam
diminutionem, sed integrè debetur, etiam super spe-
cie alteri legata à testatore *Roland. d. cons. 25. lib. 4.
Surd. cons. 209. nu. 7. Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1.
quæst. 18. num. 101. Mart. Medic. exam. 23. num. 54.*

Et licet aliqui fuerint arbitrati, quod legatum, pro
omni, & toto eo, subiaceat falcidiæ, & non debeatur
integraliter, quando non constat de debito, nisi, ex
12 assertione testatoris, quasi quod confessio in testa-
mento facta non sufficiat ad debiti probationem, sed
tantum peti possit, vti legatum, vel fideicommissum,
13 iuxta *tex. in l. Lucius Titius, §. quisquis, ff. de leg. 20.
lim. de Prat. de Interp. vlt. vol. lib. 1. interp. 1. solut.
3. dub. 5. num. 21.* ac proinde subijaceat detractioni
14 falcidiæ *Castren. in l. si quis testamento 82. ff. de leg. 1.
Surd. de Aliment. priuil. 30. tit. 8. num. 10.*

Tamen, talis conclusio procedit, quando testator
fuit confessus debitum, quod verè non debebat, vel
15 quando incidentèr, vel in fraudem legis, aut sine vlla
causæ expressione confessio debiti emissa fuit *Rot. dec.
63. num. 13. par. 11. rec.* Non verò, quando adest ti-
tulus coloratus, vel coniecturæ inducentes debiti pro-
babilitatem; tunc enim, assertioni testatoris creditur,
16 & debetur integrum legatum, vt optimè *Castren. d. l. si
quis testamento, §. ad Iulianum n. 5. Gomez. var. tit. 12.
de leg. Rot. d. dec. 63. numer. 17. 18. par. 11. rec.* Id-
enim, operatur verisimilitudo, vt confessio debeat
attendi, in illis casibus, in quibus alias non probaret,
17 *Buratt. decis. 100. nu. 17. vers. tanto magis, d. dec. 63. n. 19.
part. 11. rec.*

Nec valet dicere, & casu, quod testatoris confessio
non inducat nisi semiplenam probationem, quia id
procedit, in casu, quod testator superuiuat, & credi-
18 tor petat sibi satisfieri, non verò, quando agitur, vi-
gore confessionis emissæ in testamento contra suc-
cessorem confitentis: Nam, eo casu, testatoris asser-
tio plenè probat, concurrente præcipuè causa, & ve-
19 risimilitudine debiti, *Surd. de Alim. lib. 8. priuil. 38. nu.
11. Gomez d. tit. 12. de leg. n. 26. circa finem.*

Hinc est, quod, quando hæreditas, non est soluen-
do, datur Hypotheca etiam super fundo alteri lega-
to, pro consequendo tale relictum, pro omni, & toto 20
eo, vt est *tex. in l. quærebatur ff. ad leg. Falcid.* vbi Do-
ctores, & præcipuè *Angel. in fine, num. 20. Roland. de
Inuent. 5. par. vers. quid autem pag. mihi 128. Neguzant.
de Pignor. 4. membr. 2. par. num. 160. Surd. cons. 209. n. 4.
Mart. Medic. exam. 23. num. 52. Salgad. in Labyr. Cre-
dit. par. 2. cap. 4. num. 3.*

Nisi tamen, testator remittat hanc tacitam hypo-
thecam; quia, eo casu, non datur hypotheca, *Crass.* 21
*sententiarum, §. testamentum qu. 66. Gratian. discept.
for. cap. 294. num. 9. Surd. dec. 28. num. 9.*

An verò, dos materna censeatur compræhensa in
restitutione fideicommissi, quando est prohibita que-
libet detractio legitimæ, & Trebellianicæ, & alterius
quantitatis, vel portionis cuiuscumque, quod, qui-
dem, posse facere testatorem, quando fideicommis- 22
sarium honoranit, in portione legitimam exceden-
te, est indubitatum per *tex. in l. vnum ex familia, §. in
rem, ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Titio, ff. eodem, l. si de-
bitor, ff. ad leg. Falcid. Pereg. de fideic. art. 35. num. 38.
& seqq. Rot. dec. 331. part. 4. tom. 2. rec. & in Placenti-
na Bonorum 1. Aprilis 1661. coram R. P. D. Priolo §. talis
probatio.*

Et responde, quod, quando testator prohibuit
omnem, & quamcunque detractionem de suis bonis,
non intelligitur prohibita detractio dotium mater- 23
natum, quæ cum sint æs alienum, respectu testato-
ris, dici non possunt de eius bonis, *Bartol. in l. Ius-
iurandi, §. si liberi, ff. de oper. libert.* Nisi dicta bona in
alio, quam in dote materna verificari non possent,
quia tunc etiam illa includit, ne inutilis prohibitio 24
reddatur. *Bart. in d. l. si liberto, nu. 34. Alex. cons. 106.
num. 6. lib. 6. Menoch. cons. 81. num. 32. & cons. 289. n. 17.
Roland. cons. 34. num. 92. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 53. nu. 20.
& seqq. lib. 3. Surd. cons. 112. num. 19. Merlin. Pignatt.
controu. 5. num. 7. cent. 1.*

Quicquid sit, quando fuit prohibita detractio
etiam dotis maternæ, quia dictio, *super*, importat ac-
cessionem, vt per *Capr. cons. 62. per tot. Ruin. cons. 79.* 25
*nu. 8. lib. 2. Campegg de Dot. q. 33. per tot. Mangill. de
Imput. quæst. 49. num. 33.*

Quando, verò, expressè est prohibita omnis, &
quæcumque detractio, absque expressione, *de bonis
suis*, vel *super bonis*, semper detractio Dotis maternę 26
censetur prohibita, *Castren. cons. 193. num. 3. lib. 2.
Corn. cons. 212. nu. 3. lib. 1. Capr. cons. 62. nu. 3. Natt.
cons. 186. num. 3. Surd. cons. 516. num. 3. Soccin. Iun.
cons. 57. num. 20. & seqq. lib. 3.*

Et licet, contra hanc conclusionem videatur ob-
stare, quod, cùm prohibitio de non alienando non
impediat alienationem pro solutione æris alieni *l. fi-
liusfamilias, §. diui, ff. de leg. 1.* & per consequens 27
non videatur etiam prohibita alienatio, pro dote
materna, quæ est, tamquàm æs alienum testatoris.

Tamen id verum est, in debito creditoris extranei,
qui non sit creditoris hæres, non verò quando agi-
tur de hærede ipso creditore, qui omninò cogitur 28
stare voluntati defuncti, vt in terminis, *Peregr. de Fi-
deic. art. 35. num 8. in fine.*

Er præcipuè, id locum habet, quando testator ad-
didit, *quia voluit bona sua integrè deuenire ad substi-
tutos*, si, enim, dos esset de hæreditate detrahenda,
bona diminuentur, & tota, & integra non perueni- 29
rent ad substitutum: Vnde constat de voluntate,
quod non detrahatur, qui enim, vult vnum, vult om-
ne illud, per quod peruenitur ad illud, & sine quo esse
non potest *l. nisi ff. de Seruit. l. nec is, §. 1. ff. de acquir.
hæred. Soccin. Iun. cons. 57. num. 20. & seqq. lib. 3.* 30
Ruin. cons. 79. num. 8. lib. 2.

Et licet videatur tenere contrarium, *Rot. coram
Emi-*

& ad diuersum effectum, vt apparet ex lectura dicta-
31 rum decisionum, quia vtrobique aderant plures coniecturæ suadentes voluntatem testatoris ad fauorem hæredis contrà detractionem, quo casu voluntas testatoris est seruanda; licet, in dubio, pro non detractione dotis maternæ fieri debeat interpretatio *Bald. d.l.liberti vers. si autem res, C.de oper. libert. Mangil. de imput.qu.49.nu.35.& 36.Campeg.de dot. quæst.33.*

CAPVT XLII.

Renunciatio, an extendatur ad fauorem Fratris Naturalis. Plura quomodo, & quando succedant filij naturales, de iure Ciuili, & de iure Canonico.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest naturalibus liberis deficiente legitima sobole omnia eius bona relinquere.*
2 *Antiquo iure pater non poterat filio naturali relinquere nisi medietatem suæ facultatis.*
3 *Et id etiam procedit de iure Canonico.*
4 *Naturales ab intestato succedunt in sexta parte hæreditatis.*
5 *Extantibus legitimis pater non potest eis nisi vnciam relinquere.*
6 *Pater potest hæredem naturalem relinquere, quando filia renunciauit.*
7 *In fauorem legitimorum fuit inductum, ne pater posset naturali relinquere plusquam vnciam.*
8 *Fauori suo quilibet potest renunciare.*
9 *Dum renuncians declarat nolle succedere, transfert in patrem potestatem instituendi naturalem.*
10 *Pater potest, accedente liberorum consensu relinquere naturalibus vltrà sextam partem.*
11 *Consensus renunciantis desumitur ex ipsa renunciatione.*
12 *Filius qui renunciauit non potest dicere testamentum nullum.*
13 *Quia præsumitur renunciare huic prætensioni.*
14 *Nomina, pater & filius sunt naturalia.*
15 *Naturales continentur appellatione filiorum.*
16 *Tam in dispositionibus odiosis, quam fauorabilibus.*
17 *Paria sunt non extare, vel extare, & non posse succedere.*
18 *Filius naturalis institui potest, quando extant iustè exhæredati legitimi, & naturales.*
19 *Sicuti quando extat filia exclusa renunciatione.*
20 *Renunciatio non extenditur ad ea quæ competunt iure filiationis.*
21 *Non extenditur ad dispositionem* l.feminæ, C.de secund.Nupt.
22 *Renunciatio successionis non extenditur ad id quod competit iure filiationis.*
23 *Renunciatio semper facta intelligitur rebus sic stantibus.*
24 *Ius instituendi filium naturalem venit patri post renunciationem, & propterea non comprehenditur in renunciatione filiæ.*
25 *Non est præsumendum renunciantem cogitasse, de culpa renunciatarij.*
26 *Doctores tenentes contrà naturalem filium, quod non admittatur ad bona renunciata.*
27 *Regulariter naturales non veniunt appellatione filiorum.*
28 *An, quando naturales veniant appellatione filiorum.*
29 *In hominum dispositionibus an naturales veniant appellatione filiorum dependet à voluntate disponentis.*
30 *Renunciatio non prodest naturalibus, quando tempore renunciationis aderant legitimi.*
31 *Quando tempore renunciationis non extant legitimi, sed naturales, renunciatio illis prodest.*
32 *Ad hoc vt pater possit aliquid relinquere naturalibus, legitimis extantibus, requiritur legitimorum consensus expressus.*
33 *Sed debet interponi per stipulationem in præsentia naturalium.*
34 *Axioma, quod paria sint non extare, vel extare, & non posse succedere procedit, quoad caput successionis, & non ad alia.*
35 *Liberi naturales capaces sunt succedendi, quando agitur de naturalibus iure Ciuili, non verò non naturalibus iure Canonico.*
36 *Quando de successione agitur, semper ius Ciuile est attendendum.*
37 *Nati de muliere in schemate matrimonij retenta, verè naturales appellantur.*
38 *Naturales, de iure Canonico sunt illi, qui ortum habent à personis inter quas poterat esse matrimonium.*
39 *In materia* l.fratres, C.de Inoff.testam. *non attenditur; An quis sit naturalis de iure Ciuili, vel de iure Canonico.*
40 *Plura quando quis dicatur naturalis de iure Canonico, & de iure Ciuili, & quomodo succedat.*
41 *Naturales quomodo succedant.*
42 *Natus ex matrimonio nullo ignoranter succedit tamquam legitimus.*

EST omnibus notum, posse, de iure, patrem naturalibus liberis, deficiente legitima sobole, tam per
dispositionem inter viuos, quam per vltimam volun- 1
tatem, omnia sua bona relinquere, vt sublato antiquo
iure, quo tantum dimidiam bonorum partem poterat pater ad naturales transferre *ex l. humanitatis 8.* 2
C.de natur.liber. Molin. de Iustit. & Iur. tract. 2. disput. 166.num.1.Barbos.ad d.l.humanitatis, C.de natur.liber. fuit dispositum *in §. ne igitur vers. si verò filius auth. quib.mod.natur effic. sui, auth. licet, C. de Natur. liber. Castren. consil.177. vers. quinto ad finem lib.2. Aymon cons.166.nu.11.Alciat.lib.4.pareg.cap.5.in fine, Cephal. cons.48.nu.9.Surd.de Aliment. tit.2. quæst.15. num.45. Gratian Discept.958.nu.6.Crass.sententiarum, §.institutio quæst.7.in princ. Peregr. de Iur. fisc.lib.3. tit. 18. in princ.Honded.cons.68.num.2.lib.1.Fontanell. decis.415. num.10 Argel.de acquir.possess.quæst.3.art.10.nu.463.*
Mastrill. dec.152. num.6. Et de iure Canonico pariter 3
procedit, vt per *Crass.d.quæst.7.nu.2.Gratian.d.discept. 598.num.7.*

Ab intestato, verò, succedunt in sexta parte hæreditatis, hoc est in duabus vncijs, non extantibus libe-
ris legitimis, *auth.licet, C.de Natur.liber.§.si quis autem* 4
& §.si quis igitur auth.quibus mod.natur. effic. sui, Paleott.de Noth.& Spur.cap.38.num.4. Pereg.de Iure fisc. lib 3.tit.18.nu.1.Eugen.cons.46.nu.75.lib.2.Hond. cons. 68.nu.6.lib.1.Aldouin.cons.103.num.1.Trentacinq.var. lib.1.de Noth.& Spur.cap.2.nu.8.Fenzon. ad Stat.Vrb. cap.100.nu.24.Merlin.de Legit.lib.1.tit.2.quæst.4.nu.1. Tost.ad Stat.Pap.cap.25.num.45.Castill.contr.lib.4.cap. 22.nu.155.Fontanell.dec.416.nu.21.Cancer.var.de success.ab intest.cap.5.nu.46.Morott.cons.94.nu.11. Balth. Thomas.tract.2.cap.22.nu.406.

At vbi adsunt legitimi, & naturales liberi, non potest pater filijs naturalibus relinquere, nisi vnciam, 5
hoc est duodecimam partem hæreditatis, §. *nec igitur auth.quibus mod. natural. effic. sui, Paris cons.1.nu. 29.Surd.cons.177.nu.15.16.& de Aliment.tit.2. qu.15.*

nu.96.Paleott.de Noth.& Spur.cap.38. nu.4 Peregrin, de Iure fiſc.lib.3.tit.8.in princ.Merlin.de legit. lib.1. tit. 2.quæſt.4.nu.1.Fontanell.dec.415.nu 12. Angel. de Acquir.poſſ.quæſt.3.art.10.nu 464.Morott.conſ.94. num.2. Barboſ.ad l.matre, C. de natur. liber. Camill de Medic. conſ.100.nu.5.Rot. dec.225. nu.5. poſt Merlin. de legit. Mut.ad Conſuet.Sicil.cap.54.tom.3, nu.54. Crinell, dec. Dolan.87.num.9.

Quapropter quæritur vtiliter; an,in caſu, quod adſit filius,qui renunciauit,legitimus & naturalis, poſſit pater relinquere naturali filio pluſquam vnciam hæreditatis, ac ſi renuncians non eſſet in rerum natura.

Pro affirmatiua ſententia,quod,eo caſu, poſſit pa-
6 ter hæredem relinquere in portione ſibi benè viſa filium naturalem, facit.

Primò,quod huiuſmodi diſpoſitio, nè poſſit pater naturalibus,vltrà vnciam relinquere, aut donare, facta fuit in fauorem legitimorum, vt ait *Imperator in*
7 *l.matre,C.de Natur.liber.*ſed quilibet poteſt fauori ſuo
8 renunciare *l.ſi quis in conſcribendo*, *C. de Pact. Barboſ, axiom.96.num.2.* meritò, dum renuncians declarat,ſe nolle ſuccedere, transfert in patrem poteſtatem re-
9 linquendi naturali filio quicquid voluerit, vt probat *Fontanell.dec.416.nu.4.*

Et in terminis, quod pater poſſit inſtituere filium naturalem,vltra ſextam partem hæreditatis acceden-
10 te conſenſu liberorum legitimorum *Peregr. de Iure fiſc.lib 3.tit.18.de natur.& Spur.Surd.dec.249.num.25.* & alij relati per *Fontanell.dec 416.nu.15. Bottiglier.de ſucceſſ. Theor 48 nu 3.* Conſenſus autem renunciantis apertè deſumitur ex renunciatione ipſa,vt latè oſten-
11 dit idem *Fontanell.d dec.416.nu.6, & nu.11.*

Et probatur manifeſtiſſimè, nam filia, vel filius qui renunciauit, non poteſt dicere teſtamentum nul-
12 lum,quamuis fuerit præteritus;quia præſumitur huic
13 præteritioni renunciare,vt latè *Guid.Pap dec.295. nu. 1. Cancer.Variar. d.cap.15.nu.6.36 Fontanell.de Pact. Nupt.clauſ.9.gloſſ.vn.ca par.1. num.69. & d.dec.416. num.8,*

Secundò;Hæc nomina, Pater, & Filius, naturalia ſunt,& conueniunt, tam legitimis, quam naturalibus
14 *l.tutela 7.ff. de Capit. Dimin.* Vndè etiam ſub filiorum appellatione continentur, vt per *Barboſ. de Appell.*
15 *verb.appell.99. verbo filius num. 37.* non ſolum in diſpoſitionibus odioſis,vt *l,quiſquis,§.1.ff.ad leg.Iul.Ma-*
16 *ieſt.*ſed etiam in fauorabilibus *l.hæredibus 77.§. Titius ff.ad Sen.Conſ.Trebell.Kellemb.de Renunc.ſucceſſ quæſt. 35.nu.4.* Sicut igitur naturales,& legitimi ſimul,ſorori aduerſus renunciationem, ad ſucceſſionem paternam regreſſum non concedunt,ità pariter in hac parte naturali tantum impedimento non eſſe, non poterit renunciatio.

Tertiò paria ſunt,in iure non extare, vel extare, &
17 non poſſe ſuccedere *l.1.§ fin.ff.de Bonor. Poſſ.contr. tabul.l.ſi necem,§ ſi deportatus,ff.de bon.libert.* plura, *Peregr.de Fideic.art.26.num. 16. Surd. dec. 237. numer.3.* latè *Kellemb.d.quæſt.35.num.3.Bottig!. vbi ſupra num. 2.Cancer. d.cap.15. num.3. 4.* Sed filia renuncians non ſuccedit, habetur igitur, ac ſi non extaret; Præcipuè, quia abſque nullitatis vitio præteriri poteſt, vt vidimus.

Et confirmatur exemplo adducto per *Bottigl. vbi ſuprà*,quod poteſt filius naturalis inſtitui,quoties exiſtunt filij legitimi, & naturales iuſtè exhæredati, eò
18 quod pro mortuis reputantur. Igitur idem eſt dicendum in filia renunciante in medio exiſtente.

Aliud argumentum deſumit *Fontanell. d. dec.416. nu.16.*ex dictis per *Franc.Marc.dec.25.nu.2.par.2.* qui aſſerit,filiam,quæ quietauit bona paterna, vel materna,& iura legitimæ cum iuramento iuxtà *cap. quamuis pactum*, non eſſe admittendam ad illud reuocandum,quod plus relictum eſt nouercæ,vel vitrico;quia non poterat ſuccedere patri,vel matri, eo inuito. Et ſimiliter *Angel. in auth. de Nupt. §. vlt. col. 4.* tenet, quod,ſtante ſtatuto,ne filia dotata ſuccedat, filia non poteſt admitti. Ergo videtur idem, quando filia eſt excluſa per renunciationem, alijque plures relati per *Fontanell. vbi ſuprà proximè num.18.* qui tandem, ait, quod non poteſt eſſe caſus magis in terminis; Nam, ſi ibi renunciatio excludit filiam renunciantem,ab ipſo lucro, quod defertur filijs primi matrimonii ob ſecundas nuptias, pariter, etiam excludit eandem ab iſto lucro, quod ad legitimos defert lex : 19
quia relictum à Patre illegitimè naturalibus ſuprà vnciam.

Et ex his,& ſimilibus argumentis ità concludit *Roman conſ.43. num.5.* & pro hac ſententia iudicauit Senatus Cathalon. vno tantum Senatore diſſentiente,vt habetur ex *Fontanell.dec.418.nu.13. Cancer. d.cap.15. de Renunc.nu.10.11.*

Sed nihilominus contrà multi ſentiunt, firmando, renunciationem à filia factam extendi non poſſe ad filios tantum naturales,

Primò, quia renunciatio nunquam extenditur ad
ea,quæ iure filiationis competunt, quantumuis gene- 20
ralis ſit:Vndè vidimus ſuprà,quod non extenditur ad
lucrum competens ex diſpoſitione *tex l.fœminæ, C. de* 21
ſecund. Nupt. Nec ad lucrum competens vigore *l.hac edictali*; Sed talis prohibitio, ſcilicet, quod pater non poſſit naturalem filium hæredem inſtituere, ſtante legitima ſobole, eſt ratione filiationis; Igitur per generalem renunciationem non tollitur; Etenim, vt ſæpè ſæpius diximus renunciatio ſtrictiſſimi iuris eſt;& debet minùs,quam fieri poteſt nocere renuncianti : Vndè,cum fuerit ſucceſſioni renunciatum non debet fieri extentio ad ius,quod ex alio capite,competit,ſcilicet,
filiationis,vt in terminis probat *Bottiglier.d.Theor 48.* 22
nu.7.8.& optimè *Fontanell.d.dec.417.nu.14. Capon.de Pact.d.quæſt.55.nu.16. verſ.tum quia*,

Secundò,quia iſtud ius,de quo agitur, fuit acquiſitum poſt renunciationem, ergo in ea non compræ-
henditur; Quia renunciatio ſemper intelligitur facta, 23
rebus ſic ſtantibus *l.quod ſeruus,ff.de condit.ob cauſ.* & non extenditur ad res de nouo ſuperuenientes,vt pluries vidimus;Quod verò hoc ius competat renuncianti poſt factam renunciationem, eſt manifeſtum; namque,eo tempore,competit,quo pater velit naturalem
filium,hæredem inſtituere,vt notat *Fontanell dec.417.* 24
num.8.9.Bottiglier.vbi ſupra num.9.10.

Tandem de ipſis naturalibus dici non poteſt fuiſſe cogitatum à renunciante,quia non eſt præſumendum
cogitaſſe de culpa renunciatarij, vt voluerit *Oldrad.* 25
conſ.294.per tot, quem refert, & ſequitur *Fontanell.d. dec.417.num.9.10.*

Et hiſce de cauſis doctiſſimus *Vliban* Senator olim Cathaloniæ dedit votum pro excluſione naturalis,
vt obſeruat idem *Fontanell.dec.418 nu.14* & firmauit, 26
*Bottigl.d.Theor.48.nu.7.& ſeqq.Kellemb.de renunc.ſucceſſ.d.quæſt.35.nu.5.& ſeqq.Capon.de Pact. d.quæſt.55. nu.16.*circa medium, & poſt longam diſputationem, ad hanc ſententiam inclinat *Fontanell.d.dec.417 n.16.* vbi, quod rationes pro hac parte ità ei videntur concludentes,vt iudex non poſſit earum efficaciã negare.

Has diſſidentes, & ex diametro pugnantes opinio-
nes conciliat *Kellemb. vbi ſupra num. 7.* dicens, quod 27
licet regulariter naturales filiorum appellatione non contineantur *l naturaliter §.cum autem, C.de Inſtit.& ſubſtit.* cum alijs latè adductis per *Barboſ. de appell. verb.appell.119.nu.13.*

Et de hac re, an & quando naturales veniant appellatione filiorum *Reuerter. dec. 361. nu.3. Hodiern.*

l. hac

28 *l.hac edictali quæst.17.Altograd.conf.63. num.10. lib.2.
Spad.conf.363.lib.2.Mereud.contr.cap.18. lib.4. Amay
obseru. Iur. cap.12. lib.1. Donat.Auton. de Marin.cap.
94.lib.2. Rot. dec.361. par.4. tom.2. & dec.262. part.8.
recent.*

Tamen in hominum dispositionibus, an appella-
tinne filiorum, veniant naturales, est quæstio volunta-
tis dependens à coniecturata mente contrahentium;
29 & sic pariter in casu præsenti; An naturales veniant
necnè, depender à voluntate renunciantis; ad quam
dignoscendam distinguitur; vel renunciationis tem-
pore, cum filia nullus alius legitimus extitit, aut, ve-
rò, extiterit, sed tempore mortis patris defecerit; Hoc
secundo casu, quia per obitum legitimorum renun-
ciationis causa, & fundamentum consistens in agna-
30 tionis conseruatione interijt, ista quoque renunciatio
deficit; & quia, quando extant legitimi; naturales in
nulla consideratione habentur, ita pariter eis non po-
test aliqua successio deferri. Quando, verò, tempore
renunciationis nullus extat legitimus, sed tantum na-
31 turales, illos comprahendit renunciatio, quia, ad hoc,
dumtaxat, prohibitum est parentibus relinquere hæ-
reditatem naturalibus existentibus legitimis; Nè, si
fortè parentum Amor potentiùs in naturales excre-
sceret maiori successione illegitimi, quam legitimi
fruerentur.

Quare, cum hoc casu, omnis legitimorum succes-
sio cesset (filiæ enim renunciatio obstat, nec vllus
etiam superest legitimus) meritò etiam legalis ista
prohibitio effectum habere non poterit. Nam gene-
raliter, quoties filia, deficientibus legitimis, renuncia-
tioni stare cogitur, toties parens, omne id, quod in
extraneum, siue inter viuos, siue in vltima aliqua vo-
luntate conferre potest, etiam naturalibus permis-
sum, habet §. *discretis Nouell. quibus mod. natur.
effic. sui*, ibi, *Nè quod licet in extraneis, & igno-
tis, hoc in proprijs filijs naturalibus agere probibea-
mur*.

Si igitur filia, cum hac parte, nullo habito respe-
ctu personarum parenti de bonis suis disponendi fa-
cultatem concessit, dicendum est, quod vti extra-
neis, sic etiam naturalibus bona sua largiri po-
terit.

Qua distinctione sic firmata, non obstant ea, quæ
in contrarium fuerunt ponderata; Et præcipuè quo-
ad consensum elicitum ex actu renunciationis, re-
spondetur, quoad hoc, vt pater possit relinquere fi-
lijs naturalibus legitimis extantibus cum consensu
legitimorum requiritur consensus expressus, non ve-
32 rò sufficit tacitus, imò debet interponi per stipula-
tionem in præsentia naturalium, vt per *Crauett. cons.
200.num.9.Peregr.de Iure fisc.lib.3.tit.18.num.18.Fon-*
33 *tanell. vbi suprà dec.417.num.3.& 4.* quotiescumque,
igitur, non adest expressus consensus, sic, vt suprà pre-
stitus, censetur negata licentia relinquendi vltrà de-
bitum modum naturalibus liberis, vt optimè *Fonta-
nell. vbi suprà proximè nu.4.* & benè *Bott.glier.d.Theor.
48.num.14.*

Nec subsistit, quod paria sunt, non extare, vel exta-
re, & non posse succedere; quia id tantum procedit
quoad caput successionis, non verò quoad alia *Surd.*
34 *cons.237.nu.2.lib.2. Bottiglier. d.loco num.14. Capon. de
Pact.quæst.55.nu.16.circà finem.*

Hæc, quæ suprà dicta fuerunt, de liberis naturali-
bus, quod sint capaces succedendi, tam ab intestato,
35 quam ex testamento, eo modo prout diximus intelli-
gi debent de veris, & proprijs naturalibus de iure Ci-
uili, non verò de iure Canonico, vt, quicquid dicant
*Bero.cons.165.num.7.& seqq.lib.2.Surd cons.355.nu.55.
Merlin.de Legit.lib.1.tit.2.quæst.5.num.7. Mastrill. dec.
152. num.* 8. contrarium tenentes; firmant latissimè,

*Gratian.discept.for.cap.958.num.17.Thesaur.Iun.quæst.
for.83.nu.2.lib.2.Lucidor.de Illegit.nu.23.in Prælud.* op-
timè *Rot.dec.600.nu.8 par.3. rec.* & melius in *Placen-
tina Hæreditatis 15.Iunij 1665.cor.Reuerendiss.Decano
in fine oper.dec.23.*

Et ratio est, clarissima, quia quando de successione
agitur, semper ius Ciuile est attendendum *Dec. cons.
158.in fine, Surd cons.303.num.30. Gratian. discept.for.* 36
*cap.35.nu.45.eadem Rot.in d.Placentina Hæreditatis §.
non incongruè*, vbi, quod in materia successionis spe-
ctandum sit ius Ciuile, adeò vt naturalibus de iure Ca-
nonico non sit tribuenda ea capacitas, quam ius Ci-
uile tribuit natis ex concubinatu.

Ea, igitur, quæ diximus circa nostram questionem;
An renunciatio includat naturales, sunt intelligenda
de natis ex muliere in schemmate matrimonij reten-
ta, qui, verè de iure Ciuili naturales appellantur *Mart.* 37
*de success.par.1.quæst.16.art.1.num.1. Lucid. de Illegit.
in prælud.num.2.& seqq.Rot.dec.254. num.1.par.2.di-
uers.& dec.199.num.3.par.3.rec.& in d.Placentina Hæ-
reditatis 15.Iunij 1665.§.& quia.*

Non verò de naturalibus de iure Canonico, qui
sunt omnes illi, qui ortum habent ab ipsis personis,
inter quas poterat esse matrimonium, vt latè *Crass.de* 38
*success.§.institutio quæst.7.num.7. Peregr. de Fideic.art.
22.nu.86.Io:Franc. Marcian. disp.129. num.15. Capyc.
Latro dec.166.nu.95.lib.2.Engen.cons.29.nu.22.& 23.
Cancer.var.par.2.cap.15.nu.13.& in d.Placentina Hæ-
reditatis, de qua supra, §.alij verò.*

Diximus hanc regulam esse inspiciendam in ma-
teria successionis in bonis paternis, vt tantùm de-
beant admitti naturales, de iure Ciuili, non verò de
iure Canonico.

Aliter, verò, statuendum est in materia *l. fratres, C.
de Inoff. testam.* ex qua datur fratri querela inofficiosi 39
testamenti, instituta turpi persona; nam, in terminis
illius legis; An testamentum valeat, necne, non atten-
ditur, an naturalis de iure Ciuili, vel de iure Canoni-
co sit institutus; Sed tantum, an in personis institutis
adsit talis deformitas maculæ, propter quam nimis
indiscreta, & inofficiosa dici possit fratris præteritio,
vt optimè docet *Rot. in d. Placentina Hæreditatis cor.
Reuerendiss Decano, §.at verò, d.decis.22. post tract.* Vn-
dè post allatas nonnullas distinctiones in materia, tan-
dem concludit pro nullitate testamenti, in quo erat
scriptus filius de iure Ciuili naturalis, videlicet, ex
muliere concubina ortus: eo quia dictus filius ortum
duxerat, postquam inter patrē, & matrem aderat im-
pedimentum spiritualis cognationis ob aspersionem
factam à Patre Aquæ Baptismalis in filio, & ob id di-
cebatur incestuosus: quam decisionem volui post tra- 40
ctatum inserere, quia est magistralis, & vtilis.

Alia plura circa materiam naturalis de iure Ciuili,
& de iure Canonico, & quomodo succedant vide *Bar-* 41
*bos. in Rubr. qui fil. sint legit. & vot. decis. 114. Rot. de
Priuil.Mulier.cap.3. special.7. num.49. 63. Gratian.di-
scept.for.cap.958. Mastrill. dec.152. Rot. coram Merlin.
dec.694.*

Et pariter, quod data bona fide, & ignorantia
impedimenti, vel consanguinitatis inter
contrahentes, nascatur filius legitimus
quamquam sit ortus, ex matri-
monio nullo plura afferun- 42
tur per *Rot. in Bonon.
Hæreditatis de
Pepulis
5.Decembris 1670. cor. Reueren-
diss.Alberg.Decano decis.
84. per totam post
tract.*

CAPVT XLIII.

Renunciatio, an extendatur ad fauorem legitimatorum, & arrogatorum. Plura an legitimati verè dicantur filij, & succedant, vt cæteri filij.

SVMMARIVM.

1 *Verba contrahentium ſunt naturaliter intelligenda.*
2 *Præcipuè in materia exorbitanti.*
3 *Legitimati verè non ſunt filij.*
4 *Macula, quæ in facto conſiſtit à Principe non poteſt aboleri.*
5 *Quando de honore, & beneficio agitur, legitimi appellatione non venit legitimatus.*
6 *In legitimato remanet quædam rubigo, ſeù macula, quæ non poteſt tolli per legitimationem.*
7 *Cauſa infamiæ ceſſante non ceſſat infamia.*
8 *Legitimatus dicitur homo mixtus ex natura, & accidenti.*
9 *Legitimi ſunt magis habiles ad honores, & dignitates, quam legitimati.*
10 *Legitimatio non tollit fundamentum malæ opinionis.*
11 *Legitimatus eſt ſimilis homini vulnerato, & curato à vulnere.*
12 *Legitimatus diſtat à legitimo, ſicut imago à veritate.*
13 *Legitimatus non ſuccedit in beneficio.*
14 *Non admittitur ad feudum, vel emphyteuſim Eccleſiaſticam.*
15 *Admittitur aliquando ad Iuspat.*
16 *Et ad iura honorifica tanquam de familia.*
17 *Et ad ordinem generalatus.*
18 *An per ingreſſum in Religionem tollatur macula illegitimitatis.*
19 *Diuerſitas inter legitimos, & illegitimos patet à nomine.*
20 *Legitimatio non operatur in præiudicium legitimorum.*
21 *Principis decretum non tollit ius tertio.*
22 *Legitimatus ea omnia conſequitur, quæ legitimè natis competunt.*
23 *Legitimatus verè, & propriè legitimus cenſetur.*
24 *Siue ſint legitimati per ſubſequens matrimonium, ſiue per Principis reſcriptum.*
25 *Vbi ius ciuile verè operatur, nullam ſtatuit fictionē.*
26 *Omnes homines à natura liberi naſcuntur.*
27 *Legitimatus ſubijcitur poteſtati patris.*
28 *Fit ſuus hæres, tanquam legitimus & naturalis.*
29 *Aequaliter ſuccedit cum alijs in hæreditate patris.*
30 *Legitimato debetur legitima.*
31 *Legitimatus præteritus poteſt dicere teſtamentum nullum.*
32 *Excludit fœminas, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*
33 *Et ei competunt omnia priuilegia iuris ad fauorem legitimorum promulgata.*
34 *Legitimato debetur legitima, etiam ſi legitimatio ſit reſtricta ad illam portionem, quam pater tradere voluerit in teſtamento.*
35 *Contrà tamen aliqui tenent.*
36 *Legitimatus habetur ac ſi eſſet legitimus, & naturalis.*
37 *Renunciatio dicitur facta etiam ad fauorem legitimatorum.*
38 *Legitimatio tollit omnem maculam.*
39 *Nulla remanet infamia, ſeu macula in legitimatis.*
40 *Fiunt Nobiles & illuſtres.*
41 *In caſu quo legitimi exiſtunt, natalium reſtitutio non cōceditur niſi legitimorum facta fuerit mentio.*
42 *Legitimatus faciliùs admittitur ad bona renunciata, quando conſtat de voluntate diſponentis.*
43 *Et quando antè renunciationem erat legitimatus non verò poſt.*

QVod legitimati non veniant, nec ſuccedere poſ-
ſint in bonis renunciantis, indubitatum videtur,
ex eo quod contrahentium, & diſponentiū verba na-
turaliter ſunt intelligenda, & accipienda *l ſi ità quis*, §. 1
1. *ff. de leg. 2. l. fin.* & ibi, *Caſtren. C. de his qui ven. ætat.*
imp. præcipuè in materia, vt hic exorbitanti, vt habe-
tur *in d. cap. quamuis pactum*. At filij legitimati verè &
propriè non ſunt filij, nec tales naturaliter dici poſ-
ſunt, latè oſtendit in propoſito *Kellemb. de renunc. ſuc-* 2
ceſſ. quæſt. 35. num. 16. 17. meritò.

Et latiùs, quod legitimati verè non ſint filij, nec ve-
niant appellatione filiorum legitimorum, & natura-
lium *Ciarlin. controu. 111. Altograd. conſ. 93. lib. 2. Me-*
rend. contr. cap. 17. lib. 4. Redenaſc. conſ. 6. Spad. conſ. 362. 3.
lib. 2. Rot. dec. 645. par. 4. & dec. 255. par. 9. rec. & in Bu-
nonien. Fideicommiſſi de Cæſareis 29. Ianuarij 1665. cor.
R. P. D. Taia dec. 151. nu. 1. & ſeqq. poſt tract. licet con-
tra ſentiat *Giouagnon. conſ. 21. nu. 2. lib. 1. Cyriac. contr.*
207. nu. 48. Rot. cor. Seraph. dec. 880. num. 5.

Nec obſtat à Principe facta legitimatio; Nam ma-
cula, quæ in facto conſiſtit à Principe aboleri nequit
l in bello, § facta, ff. de Capt. & Poſth. reuer. cum ſimili- 4
bus allegatis ab *Kellemb. vbi ſuprà num* 18. propterea
multi tenent, quod quando de honore, & beneficio 5
agitur, legitimatus nunquam veniat appellatione le-
gitimorum & in ſpecie *Bartol. in l generaliter*, §. *cum*
autem nu. 2. C. de Inſtit. & ſubſtit. Gall. conſ. 30. num. 45.
Nam remanet in legitimato quædam rubigo, ſeu ma-
cula, quæ non poteſt tolli per legitimationem, ceſſan- 6
te enim infamiæ cauſa non ceſſat infamia, quia infa-
mia notatus, & ſemel ea contracta, nunquam perfectè
purgatur, ſed ſemper remanet *Caball. conſ. 172. Spad.*
conſ. 161. lib. 1. Nathon. de Inſtit. vulner. par. 1. cap. 8.
tit. 8. Amay lib. 10. Cod. tit. 57. de Infam. Redenaſc.
conſ. 6. num. 20. Rot. coram Eminentiſſ. D. Card. Ottbob.
dec. 202. num. 16. & plura de materia in *Calagnritana*
Canonicatus Doctoralis 13. Maij 1669. coram R. P. D.
Emerix.

Et in propoſito inquit *Ruſtic. ad l. cum nuus lib. 2.* 7
cap. 15. num. 97. Macula enim impreſſa eſt origini, in-
quit *Bald. in cap. innotuit de Elect. & Elect. poteſt.* qui
etiam *in l. manumiſſionis nu. 9 ff. de Inſtit. & iur.* dicit, 8
quod legitimatus eſt homo mixtus ex natura, & acci-
denti, & non eſt in primo ſtatu naturali, & legi-
timo.

Hinc eſt, quod *Mart. Summ. ſucceſſ. leg. par. 1. quæſt.*
18. art. 3. nu. 30. ait, legitimos eſſe magis habiles ad ho-
nores, & dignitates cum ſplendore retinendas, quam 9
legitimatos, qui nunquam deſinunt habere illam ma-
culam, & malam opinionem, quam de ipſis homines
habere ſolent, ſubdens legitimationem non tollere
fundamentum malæ opinionis.

Hinc dixit *Magon dec. Luc. 10. num. 2.* legitimatis re- 10
manere quandam infamiæ notam, quam Eccleſia
abhorret, & deteſtatur, quod prius voluit *Bald. in cap.*
1. col. penult. de Conſtit. & in cap. vlt. numer. 1. de
Translat. Epiſc. qui ait legitimatum eſſe ſimilem ho-
mini vulnerato, & curato à vulnere, in quo remanet 11
cicatrix, & ità ſentit *Decian. conſil. 9. num. 11. & conſ.*
77. num. 27. vol. 4. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3.
cap. 5. num. 3. Angel. ad Gizzarell. dec. 10. num. 11. Re-
denaſc. conſil. 6. num. 28. lib 1. qui allegat *Randen. de*
Anal. cap. 36. num. 50. aſſerentem diſtare à legitimis,
ſicut imago à veritate; Et ideò *Guliel. de Bened.* quem
alle-

12 allegat Gizzarell.d.dec. 10.nu.2. dicit legitimatos non
esse æquales alijs filijs.
Vndè talis legitimatus à Principe non succedit in
13 beneficio, & spiritualibus, Barbos. in cap. si officia dist.
59. & regulariter non venit in emphyteusi, vel feudo
14 Ecclesiastico, vt per Spad.cons.162. lib.1. Cornazz.dec.
67. & latissimè Sperell. dec. 73. Licet aliquando ad
Iuspar. admittatur Donat. Anton. de Marin. cap. 226.
15 lib.1. Rot. in Florentina Oratorij 30. Ianuarij 1665. cor.
bo: me: Emerix, §.probata autem, & ad iura honorifi-
16 ca, tanquam de familia, vt latè Reuerter. dec. 202. vbi
Add. & dec. 138. & etiam ad Generalatus ordinem
17 Pignatell.Consult.Canon.21.per tot.
An verò, macula tollatur per ingressum in religio-
18 nem plura, Spad.cons.162.nu.11.lib.1. Pignatell. d.con-
sult.21.nu.4.Rot.coram Buratt. dec. 872. num.7. Rot.in
Placentina Hæreditatis 30.Maij 1664.cor.Reuerendiss.
Decano dec.22.nu.5. post tract. Iure igitur merito dici-
mus legitimatos non esse comprehensos in renuncia-
tione de qua agitur.
Tantò magis, quia diuersitas legitimorum, & legi-
19 timatorum ex nominum diuersitate patens est, vt pro-
bat Kellemb.d.quæst.35.num.19.
Et in omnem casum, legitimatio facta de filijs na-
turalibus non potest aliquem effectum operari, in
20 præiudicium legitimè natorum, latè Tondut. Sanleg.
quæst.benef.par.3.cap.165.nu.22.& seqq.Rot.cor. Mer-
lin.dec.389. & sic renunciantis, ex regula, quod Prin-
21 cipis decretum non potest tollere ius tertij, vt in cap.
quamuis de rescript.in 6. l. 1. §. si quis à Principe, ff. ne
quis in loco publ. & alijs adductis, Kellemb. vbi suprà
num.21.
Contrarium, nihilominùs, est verum, eo quia le-
gitimatus, per natalium restitutionem ea omnia con-
22 sequitur, quæ legitimè natis iura concessere, §. sit igi-
tur licentia, §. si quis ergo, §. & quoniam variè Nouell.
quibus mod. natur. effic. sui, vbi Iustinianus voluit,
quod planè nihil à legitimè natis differre debeant.
Est, igitur, vniuersaliter sic accipiendum, vt per
Kellemb. vbi suprà num.23.& quod legitimatus verè,
23 & propriè censeatur legitimus, est tex. in l.fin. ff.de li-
ber.& Posth. l.si is qui, §. vtrum, ff. de reb. dub. Man-
tic.de Coniect. lib.11. tit. 10. num. 10. Ceuall. Com. con
trà commun.lib.1. quæst. 2. num. 1. & 19. Eugen.lib.1.
consil.57.num.16.Paschal.de Virib. Pat. Pot. par.2. cap.
4. num. 100. & seqq. Molin. de Hispan. Primog. lib. 3.
cap.3. in princ.Rauden.de Anal.lib.1.cap.36. Castill.lib.
4.contr.cap.22.nu.41.Bottiglier.de success. Theor.8. nu.
3.& seqq.Merlin.Pignatell.cent.2.cap.89.nu.2.Cancer.
var.par.2.cap.1.num.19.
Quod procedit non solum in legitimatis per sub-
sequens matrimonium, sed etiam per Principis rescri-
ptum, qui pariter à legitimis non differunt, Eugen.
24 d.consil.57.num.16. Ceuall. d.lib.1. quæst.2. numer. 41.
Giouagnon. consil. 21. numer. 2. lib. 1. Marescott. var.
lib. 3. cap. 20. Andreol. controu. 150. num.14.Gargiar.
consil.4. num.12. lib. 2. Castill. dec.70. num.12. Fragos.
de Regim. Reipub. Christ. part. 1. lib. 3. disput. 6. nu-
mer. 15. Pycchard. §. 5. Instit. de hæred. quæ ab in-
test. defer. Rot. decis. 412. numer. 6. & decis. 600. nu-
mer. 1. & seqq. par.3. recent. decis.319. num.18.par.5.
& latissimè Robles de Repræs. lib. 2. cap. 9. numer. 8.
& seqq.
Et hoc habere locum ait, Kellemb. non per fictio-
25 nem, sed in veritate, vt in d.cap 35. num.24. 25. Nam
ius Ciuile, in ijs, quibus verè, & realiter operari po-
test nullam statuit fictionem, vt per Bartol. in l.si is qui
pro emptore, ff. de vsucap. & rationem assignat idem
Kellemb. vbi suprà num. 26. & seqq. quod ab initio
omnes homines liberi legitimè à natura nascreban-
26 tur, ex post facto, verò, sicuti ex bellis seruitutes fue-
runt introductæ; sic Imperatores, & Pontifices ob li-
bidines, & inordinatas concupiscentias, quæ passim
frequentabantur, iura naturalium liberorum con-
stituerunt, eaque ratione istis vitijs mederi cogita-
runt, §. illud tamen Nouell. quibus mod. natur.
effic. sui Angel. consil. 17. Alexand. consil. 139.
lib. 1.
Quemadmodum, igitur, hæc iuris primæua adem-
ptio ex humana dumtaxat sanctione processit: Sic
quoque Principes, & Pontifices obstacula eius tolle-
re, naturalesque natalibus primæuis restituere potue-
runt, §.oportet d. Nouell.quib.mod natur. effic. sui, cum
similibus congestis ibi per Kellemb.
Hinc videmus, quod legitimatus, siue per rescri-
ptum, siue per subsequens matrimonium patriæ po-
testati subijcitur d. §. generaliter, Nouell. quib. mod. 27
&c. Paris.cons.100.nu.75.lib.2.Ruin.cons.86.nu.15.lib.
3.Kellemb.vbi suprà nu.23.Robles de repræs.d.lib.2.cap.
9.num.11.
Et, tanquam legitimus, & naturalis fit suus hæres
patri §.suus hæres d. Nouell.74. quibus mod. natur. Pe- 28
regr.de Fideic. art.24. num.26. cum alijs latè congestis
per Robles vbi suprà num.10.& 11.
Nec non æqualiter, cum alijs filijs succedit in hære-
ditate patris §. dubitatum auth. de Incert. Nupt. Bart. 29
in l.ex facto num.3.ff de vulg.& pupill.Couarr. de Spon-
sal. 2.par. cap. 8. §. 8. num. 3. Paul. de Castro consil.
34.num.12.vol.2.Fragos.de Regim. Reip. par. 1.lib.3.
disput.6. §. 4. num.54. Osuald. ad Donell. lib. 9 cap. 2.
lit. A, Etiam in feudo, & liuellis Ciarlin. controu. 6.
numer. 20. & seqq. Bursatt. consil. 10. Dec. consil. 155.
Merend. controu. cap.22. lib. 17. & cap. 5. lib. 24. nu-
mer.34.
Eidem legitima debetur Rot. dec. 38. par. 8. rec. &
quatenus relicta non sit integra, potest ad supplemen- 30
tum agere.
Et præteritus habet ius dicendi testamentum nul-
lum Cyriac.contr.121. Donat. Ant. de Marin. cap.322.
lib.1.Marcell.Marcian.consil.1. art.3. lib.1. Granan. di- 31
scept.for.cap 567.Et comprehenditur in statuto fœmi-
narum exclusiuo, vt firmat, Add. ad Capyc. Latro dec. 32
166.nu.151.Licet contrà sentiat, Don.Ant.de Marin.
in addit.ad Reuert.dec.138.nu.1.in fine, & resol. quotid.
d.cap.322.nu.13.lib.1.Staib.cons.68.nu.16.
Et tandem omnia ei competunt remedia, & priui-
legia iuris, quæ ad fauorem legitimorum, & natura-
lium sunt promulgata, vt latè Pereg.de Fideic. art.27. 33
num.37.Eugen.cons.57.num.26.& seqq. Mantic. de Co-
niect.lib.11. tit.10.num.29.Clar.sentent. §.testamentum
quæst.84.Surd.cons.75.num.2. & seqq. Gomez. ad leges
Taur.nu.66.Thesaur.dec.84.Cephal.consil.287.nu.4. lib.
2. Cæs.de Grass. dec. 4. num. 2. Ceuall. commun. contrà
com.quæst.2. num.7. 16. & 22. Aluar. Valasc. in prax.
cap.7.num.39 & seqq. Robles de Repræs. d. cap.9. num.
8. vsque ad finem, Kellemb. d. quæst.35. num. 27. vsque
ad 33.
In tantum, vt secundum opinionem nonnullo-
rum debetur legitimato legitimæ supplementum,
quamquam legitimatio fuerit concessa, & petita, re-
stricta, & limitata, ad illam portionem, quam pater in 34
testamento reliquerit, Ruin.cons.86.n.14.lib.3. Cephal.
cons.117.nu.17.& seqq.lib.2.Menoch.cons.737. num.6.
Couarr. var.lib.4.cap.21.nu.3.Honded. cons.89. nu.7. &
seqq.lib.1.Surd.cons.185.nu.25.& cons.357.num.37. De-
cian.cons.40.nu.1.& seqq & cons.19.nu.2.lib.1. Borgnin.
dec.7.nu.49.par.3. Ruminald. Iun. cons.469. per tot. La-
derch.cons.170.per tot.Iacob.Gall.pariter cons. 170. per
tot.Eugen.cons.57.nu6.& seqq.Galuan.resp.3.nu.3.9.&
resp.5.num.4.10.
Sed hæc opinio suos habet cõtradictores, Couarr. in
4.decr.2.par.cap.8.§.8.n.1.in fine, Pereg. de fideic. art.36.

num.9. vbi de veriori, *Rip.de fubftit.refp.19 nu.17. par.*
2.Capyc.dec.177.& dec.179. Gabr.com.concl.lib.6. con-
cl.8.Petr.de Fideic.queft.15.nu.26.Honded.conf.66. nu.
32.33.lib.1.Gratian.difcept.138.nu.41.Cald.l. fi curato
rem, verbo fine curatore, num.52.Aluar.Valafc.in prax.
cap.7.nu.41.Caftill.d.lib.4.cap.22.num.18.& num.158.
Rot.coram Gregor.dec.135 dec.201.nu.4.dec.199.par.7.
& dec.35.par.8.rec.

Si, igitur, legitimatus venit appellatione legitimi, &
naturalis, & tanquam legitimus, & naturalis habetur
36 a iure, vt vidimus fupra, & etiam probant, *Giouagnou.*
conf.21.num.2 lib.1.Cyriac.controu.207.nu.48. Seraph.
dec.880.num.15. Rot.in Bononien. Fideicommiffi de Ca-
fareis 16.Ianuarij 1662.§ 1.coram Reuerendifs.Decano,
37 eis deneganda non funt iura legitimè natorum, & per
confequens dicendum eft etiam ad eorum fauorem
renunciationem fuiffe initam, vt concludit *Kellemb.d.*
cap 35.num.23.

Nec dicatur, quod verba contrahentium naturali-
ter funt accipienda, & quod filius legitimatus differt à
legitimo, & naturali; Quia refpondetur legitimatio-
38 nem tollere omnem maculam, ità vt legitimati ha-
beantur, ac fi ab initio legitimè nati fuiffent, verè, &
propriè, vt dictum fuit, & tenet *Kellemb. d. loco nu-*
mer.34.

Similiter non valet dicere adeffe diuerfitatem in-
ter vnum, & alterum filium, quafi macula à natura
contracta non poffit per legitimationem aboleri.
39 Quia contrarium eft verius, nullam infamiam, feu
maculam remanere in legitimatis, vt per *Bald. confil.*
146.num 7.lib.1.Gozadin.conf.85.num.22.Thefaur.dec.
126.num.7.Peregr.confil.7. num. 22. vol.2. Maftrill. de
Magift.tom.1.lib.3.cap.10.num.47.Rot dec.505. num.6.
par.1.rec.

Sed potiùs fieri nobiles, & Illuftres iuxtà paternam
Nobilitatem, maximè, quando legitimantur ad hono-
res, *Cyriac.controu. 208.num.3. Tiraquell.de Nobil.cap.*
15.nu.20.Mantic.de Coniect.lib.11.tit.10.num.37.Surd.
40 *conf.571.num.53.Maftrill.de Magift tom.1.lib.3.cap.10.*
nu.47.80.Peregr.de Fideic.art.23.nu.12. Rot.cor.Merl.
dec.832 nu.17. vbi plura afferuntur.

Et tandem, ad illud, quod non valeat legitimatio in
tertij præiudicium. Refpondetur, quod, in cafu, quo
legitimi exiftunt, natalium reftitutio non conceditur,
41 nifi legitimorum facta fuerit mentio, aliàs non tenet,
vt per *Roland à Vall.conf.89 nu.32.& feqq.& conf.61.*
nu.24 tom.1.Rimin.Iun.conf.466.num.45.Peregr.de Fi-
deic.art.23.nu.54 Marefcot.var.lib.1.cap 35. Menoch.
conf.203.nu.5.Pafchal.de Virib.Patr.Poteft.par.2. cap.
4.nu.108 Fenzon ad Stat Vrb.cap.154 in fine, Rot. poft
Merlin.de Legit.dec.83.nu.3. & dec.263. num.3. par.8.
Barb.de Fideic.par.1.cap.6.nu.256. Buccaferr. conf.55.
nu. 0 & conf.56.nu.16.

Dum ergo Princeps, in cafu exiftentis prolis legiti-
mæ, legitimationi fubfcripfit, ex certa fcientia, ifti
præiudicaffe præfumitur. Vlterius Princeps in con-
ceffionibus fuis tertio obeffe nequit, quando, de iure
quæfito, non verò vbi de iure quærendo, agitur; Ius,
ergo, fucceffionis, cum futuris adnumeretur, nulla ra-
tione filia paternæ hereditatis particeps fieri poteft.

Et hæc fententia, eò magis eft tenenda, quando, ali-
42 quo pacto conftare poteft de voluntate renunciantis,
voluiffe, nempè compræhendere legitimatum; nam,
vbi conftat de voluntate difponentis femper legiti-
matus admittitur, non obftante quauis claufula, in
contrarium, in renunciatione appofita, vt, alijs omif-
fis, firmauit *Rot. in Nullius feu Terræ Pontiam Succef-*
fionis 5.Iunij 1662.cor.Reuerendiff.Ninot dec. 124. nu-
19. poft tract. quando verò de voluntate contraria di-
fponentis apparet, nunquam legitimatus erit admit-
tendus, vt per *Tondut.quaeft.Ciuil.par.2. cap.124.*

Præterea reftringerem opinionem, de qua fuprà,
quod admittatur legitimatus ad bona renunciata,
quando effet facta antè renunciationem legitimatio, 43
non verò, fi poft, ex regula, quod legitimatio non re-
trotrahitur in præiudicium aliorum *Menoch.conf.442.*
nu.71.Giurb.ad Confuet.Meffan.gloff.4.par.1. num.120.
Merlin.dec.389.& in d.Bononien.Fideicommiffi de Ca-
fareis 22.Iunij 1663.in principio.

CAPVT XLIV.

Generalis renunciatio futuræ fucceffionis facta fauore filiorum, an compræhendat adoptiuos, & emancipatos. Multa; an adoptiui, & arrogati, itemque emancipati, dicantur verè, & propriè filij.

SVMMARIVM.

1 *Adoptiuus non habetur vti filius.*
2 *Non eft propriè fed imaginariè filius.*
3 *Filius adoptiuus familiam patris naturalis non mutat.*
4 *Excluditur à Feudis.*
5 *Et à Fideicommiffis.*
6 *Filiorum appellatione non veniunt adoptiui.*
7 *Adoptio naturam imitatur.*
8 *Adoptiui fruuntur natiuitate, & nobilitate patris adoptantis.*
9 *Habent fuitatem refpectu patris arrogatoris.*
10 *Præteriti efficiunt teftamentum nullum.*
11 *Eis debetur legitima.*
12 *Succedunt cum legitimis, & naturalibus.*
13 *Et legitimis deficientibus, fuccedunt in totum.*
14 *Legitimati & naturales æquiparantur.*
15 *Renunciatio extenditur ad arrogatos, & adoptiuos.*
16 *Sed diftinguitur in arrogato, & adoptato.*
17 *Arrogatus ab auo materno, vel paterno habetur tanquam filius.*
18 *Dicitur de familia, & poteftate arrogatoris.*
19 *Et habetur vti verus filius, nec comprehenditur in ftatuto, quod mandat folui gabellas de relictis in teftamento.*
20 *Renunciatio non extenditur ad filios adoptiuos.*
21 *Adoptiuus non perdit iura patris naturalis, nec tranfit in familiam adoptantis.*
22 *Nec eft neceffe eum inftituere, vel exhæredare.*
23 *Non habet legitimam in bonis adoptantis.*
24 *Emancipati dicuntur de aliena familia.*
25 *Definunt effe filij, & habentur pro extraneis.*
26 *Non funt inftituendi, vel exhæredandi.*
27 *Non eft fuus filius emancipatus.*
28 *Renunciationes folent principaliter interponi ad fauorem familiæ.*
29 *Emancipatus non dicitur agnatus nec de familia.*
30 *Renunciatio generalis comprahendit emancipatos.*
31 *Emancipatus eft propriè filius.*
32 *Filiatio prouenit iure naturæ, & non aufertur per emancipationem.*
33 *Aequaliter fuccedunt fui, & emancipati.*
34 *Rumpunt teftamentum paternum.*
35 *Emancipatis legitima debetur.*
36 *Familia & agnatio per emancipatos feruantur.*
37 *De iure antiquo emancipati, vt filij non habebantur, non verò de iure nouo.*

NEgandum videtur, renunciationem, adoptiuos, & emancipatos comprahendere, eo quia adoptiuus,

ptiuus,non habetur, vti filius l. si ista, quis in fine, ff. de leg. 2. l. fideicommissum 76. ff. de Condit. & Demonstrat. princ. tit. Instit. de Excusat. tutor. Cyriac. controu. 504. nu. 87. & probat clarè Papin. d. l. fideicommissum, vbi vocat filiationem istam, per adoptionem factam, commentum. Et quod Adoptiuus non sit
2 propriè, sed fictè, & imaginariè filius dicit etiam gloss. in l. filio quem pater 23. vers. imagine, ff. de liber. & Posth. cum alijs adnotatis per Robles de Repraes. lib. 2. cap. 8. num. 3. 4. Merend. lib. 3. controu. cap. 23. nu. 5. Seraphin. dec. 1286. num. 10. Penn. dec. 73. num. 1. Fusar. de substit. quaest. 306. & cons. 41. num. 121. Gratian. discept. cap. 930.

Vlteriùs, filius adoptiuus familiam patris naturalis non mutat, sed eidem patri naturali ius integrum
3 potestatis reseruatur, neque de familia dicitur adoptantis l. cum in adoptiuis 10. C. de Adopt. §. sed hodie Instit. eodem tit. & ideò non est habendus in consideratione à filia, quae renunciauit ad fauorem fratrum, sicuti, per hanc rationem, excluditur a feudis Menoch.
4 cons. 925. & 975. Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 13. Rosental. de Feud. cap. 27. concl. 30. num. 31 Seraphin. dec. 1286. nu. 16. Non admittitur ad substitutionem, & fideicommissa l. fideicommissum 79. ff. de Condit. &
5 Demonstrat. Cacheran. dec. 126. nu. 16. & alij allegati per Robles d. cap. 8. num. 7. vbi verba naturaliter sunt accipienda l. qui haeredi 44. l. Meuius 55. ff. de Condit. & Demonstrat. Thesaur. dec. 65. nu. 2. cum similibus.

Et generaliter, quod filiorum appellatione, non
6 veniant adoptiui Gaill. lib. 2. obseru. 136. nu. 13. Tusc pract. concl. litt. F, concl. 102. num. 7. Fusar. de substit. quaest. 306. in princ. Barbos. de Appell. verb appell. 99. nu. 75. quod praecipuè procedit, vt hic in dispositione hominis, quicquid sit in dispositione legis Odd. cons. 7. num. 38. Fusar. cons. 141. num. 121.

Ex aduerso, autem, pro inclusione adoptiui filij
7 consideratur, quod, licet Adoptiuus non sit verè & naturaliter filius, sed, per fictionem; Nihilominùs negari non potest adoptionem naturam imitari, & imaginem, & similitudinem quandam esse naturae l. filio, quem pater 23. ff. de liber. & Posth. §. minorem Instit. de Adop. Vndè effectus nonnulli, qui inueniũtur in veris filijs considerari possunt in istis filijs adopta-
8 tis, praecipuè enim patris adoptiui nobilitate fruuntur, Kellemb. d. quaest. 35. num. 50. Robles vbi suprà cap. 8. num. 14. 15. suitatem habent, respectu patris arrogatoris, l. arrogato 40. §. vlt. ff. de Adopt. l. 1. §.
9 suis, ff. de suis, & legit.

Praeteriti si fuerint efficiunt testamentum nullum
10 princ. tit. quibus mod. testam. infirm. l. penult. circà finem C. de liber. Praeter. Robles d. cap. 8. nu. 17. Cyriac. controu. 121. & controu. 221. Kellemb. vbi suprà numer. 51.

Eis, enim, debetur legitima, in casibus, de quibus
11 per Rotam de Priuil. Mulier. cap. 3. special. 9. Rot. dec. 360. num. 21. par. 5. dec. 309. par. 11. dec. 97. par. 12. rec. Cum legitimis, & naturalibus succedunt, l. si te
12 parens 5. C. de suis, & legit. l. mulierem C. de Adopt. Michal. de Fratrib. par. 3. cap. 20. num. 26. Bellon. de Iur. Accresc. cap. 6. quaest. 16. nu. 79. D. Franc. Palm. cons. 64. num. 17. & seqq.

Legitimis, verò, deficientibus, succedunt in toto patrimonio, ab intestato, Gulielm. de Bened. cap.
13 Raynutius verbo & vxorum, de Testam. numer. 185. Oynot. in §. sed hodie Instit. de Adopt. nu. 2. Crass. sent. §. successio ab intestato quaest. 21. in princ. Barry de success. lib. 18. tit. 1. num. 1. Mart. Summ. success. leg. quaest. 19. art. 2. num. 7. Et generaliter, in omnibus aequiparantur legitimi, & legitimati, vt concludit
14 Kellemb. vbi suprà quaest. 35. num. 55. Gratian. Discept. 930. num. 4. & seqq. Seraphin. dec. 1286. num. 2. D. meus Franc. Palma d. cons. 64. per tot.

Propterea in nostris terminis, quod arrogatus, & adoptiuus censeatur inclusus, in renunciatione futurae successionis, à filia, facta, tenet Kellemb. vbi suprà 15
quaest. 35. nu. 49. & seqq. vbi nu. 57. & seqq. omnibus in contrarium ponderatis respondet.

Ego autem distinguerem hunc articulum hoc pacto.

Vel loquimur de filio arrogato, videlicet de adoptato ab auo materno, vel paterno, vel de eo, qui, 16
dum est sui iuris, se dat in Arrogationem alterius, quo casu, filius verè, & propriè dicitur arrogatus non adoptatus, latè Robl. de repraes lib. 2. cap. 8. nu. 2. §. sed hodie instit. de adopt. vbi scribentes. Et tunc existimo secundam opinionem procedere, quod non excludatur a renunciatione; eo quia, tunc transit in familiam arrogatoris, eiusque, vti verè, & propriè filius 17
habetur, vt est textus expressus in §. sed hodie Instit. de Adopt. ita vt sub eius potestate dicatur, & de eius familia Pycchard. ad rubr. Instit. de Act. num. 8. fiatque 18
suus haeres arrogatori, Tiraquell. in l. si vnquam, verbo scripsit num. 21. C. de Reuoc. Donat. id Pycchard. vbi suprà nu. 10. Plura D. meus Franc. Palm. d. cons. 64. vbi, 19
quod non comprehenditur in statuto, quod mandat extraneos soluere debere gabellam pro relictis in vltima voluntate.

Secundò verò casu, quando agitur de adoptione, in specie, sumpta, scilicet, de adoptione facta de persona extranea, quae non sit sui iuris; tunc non recederem à prima sententia, quod renunciatio ad eam non exten- 20
datur. Quia, eo casu, adoptiuus filius non perdit iura patris naturalis, nec in familiam adoptantis subingre- 21
ditur, suus haeres non fit. Et propterea pater adoptiuus nullam habet necessitatem, vel instituendi, vel exhaeredandi, vt, in primo casu, Vinn. Instit. tit. de Exhae- 22
red. liber. §. sed haec quidem 5. num. 5. vers. hoc constituto, Crass. §. successio ab intestato quaest. 21. num. 1 vers. & si fuerint, & §. testamentum quaest. 36. nu. 11. Mart. Summ. success. Legal. par. 1. quaest. 17. art. 2. nu. 7. Rot. dec. 309. nu. 3. par. 11. rec.

Hinc est, quod, neque legitimam praetendere potest, in bonis adoptiui patris, sed solum in bonis naturalis l. cum in adoptiuis, §. sed ne articulum, C. de adopt. 23
Peregr. de Fideic. art. 36. nu. 45. Mart. Summ. success. leg. par. 4. quaest. 5. art. 2. num. 42. vers. idcircò, Rot. d. dec. 309. num 1. par. 11. rec. & in Bononien. Fideicommissi de Bologninis 9. Nouembris 1655. coram Eminentiss. D. Card. Cerro.

Si igitur lex illum non habet, vti filium, sed vti extraneum, non potuit a filia haberi in consideratione, in actu renunciationis.

Et quae dicta sunt, de filijs adoptiuis, quod non sint in renunciatione comprehensi, videntur adaptari posse ad filios emancipatos: qui per emancipationem 24
exeunt de familia, & potestate paterna, efficiunt, enim, propriam, & separatam familiam, & domum, l. pro- 25
nunciatio 195. §. familiae, vers. idemque euenit, ff. de verb. signif.

Et quoad ius Ciuile, emancipatus desinit esse filius, & pro extraneo haberi incipit l. si genero 26. C. de Iur. Dot. §. ceteri, Instit. de hered. qualit. & diff. Ideoque, neque necessariò instituendus, neque exhaeredandus est, tanquam filius, neque ad intestati patris successionem 26
à lege vocatur, non magis, quam si filius, nec esset, nec vnquam fuisset; nam ius de liberis instituendis, vel exhaeredandis, ad eos, dumtaxat, qui in potestate essent, olim pertinuit l. inter cetera 30. ff. de liber. & Posth. cum ceteris allatis per Robl. de repraes. lib. 2. cap. 10. nu. 11. Sed filius emancipatus suus non est, §. emancipatos 27
4. instit. de emanc. liber. §. emancipati autem 10. Instit. de hered. quae ab intest. defer. neque in patria potestate;

nam

nam per emancipationem, fuit ſublata patria poteſtas, vt vidimus, meritò &c.

Et eò magis videtur hæc opinio amplectenda, quia huiuſmodi renunciationes principaliter ad fauorem
28 familiæ, & agnationis ſolent interponi, vt oſtendit *Kellenb. de renunc. ſucceſſ. d. quaſt. 35. num. 49.* Sed filius emancipatus ampliùs non dicitur agnatus, nec
29 de familia, *l. ſed etiam 14. ff. de Adopt. l. 3. in princ. l. tutelas 7. ff. de Capit. Diminut. Pyecbard. §. emancipatus 4. nu. 6. Inſtit. de Exhared. liber.* cum alijs adductis per *Robles vbi ſuprà nu.* 16. ergo ad eius fauorem non videtur renunciatio interpoſita.

Sed nihilominùs ſententia contraria mihi potiùs
30 arridet. Nam, quicquid eſſet, de iure antiquo diſpoſitum, hodiè, de iure Prætorio emancipatus, habetur tanquam verè, & propriè filius. Siquidem, ad bonorum poſſeſſionem admittitur, vt verè, & propriè fi-
31 lius *l. 1. §. fin. ff. ſi quis ordo in bonor. poſſ. ſern. l. ſed enim 6. §. bonorum, in fine, ff. de Bonorum poſſ. contrà tab.*

Et licèt, ius, Ciuile, in eis nomen, & effectum ſuitatis extinguere potuerit, non tamen filiationis ius, & nomen, quod prouenit, à iure naturæ potuit
32 auferre, *l. 1. §. capitis diminutio, ff. ad Turpill. l. iura ſanguinis* 8. cum ſimilibus, *ff. de Reg. Iur. Surd. conſ. 292. num. 11. Robles d. cap.* 10. *num. 21.*

Hinc eſt, quod hodie ſuccedunt æqualiter emanci-
33 pati, ac ſui, *l. meminit, C. de leg. hæred. §. ſi verò, verſ. mille, Auth. de hæred. ab inteſt. venient. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 17. num. 31. Cancer. Var. lib. 2. cap. 10. num. 13.* debent, idcircò, inſtitui, ad hoc, vt valeat teſtamentum, *§. aliud quoque capitulum, Auth.*
34 *vt eum de appell. cognoſc. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quaſt. 3. numer. 10. Hodiern. in l. hac edictali, quaſt. 16. numer. 4.*

Rumpitur, enim, teſtamentum, per præteritionem emancipati, non ſecùs, ac per præteritionem natu-
35 ralis, & ideò eis datur bonorum poſſeſſio contra tabulas *l. 1. §. 1. l. 3. in princ. & in l. ſi emancipatus 6. ff. de Bonor. poſſ. contrà tabul. l. ſi quis 5. §. ſed & ſi filium, ff. ſi tabul. teſtam. null. extab. Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. reſol. §. 10. num. 39. Robles d. cap. 10. numer. 22. Peregr. de fideic. art. 36. n. 38. in fine, Gratian. Diſcept. 937. num. 19. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 1. quaſt. 6. art. 3. num. 8. Hodiern. in l. hac edictali quaſt. 16. nu. 2.* Et quicquid dicat *Merend. controu. cap. 19. lib. 19. nu. 2. & ſeqq. & lib. 23. cap. 1. num. 24.* emancipatis debetur legitima, tanquam verè, & propriè naturali-
36 bus, vt refutato *Merend.* latè oſtendit *Andreol. controu. 287. per tot. & controu. 288. num. 30. & ſeqq.* & latiſſimè etiam, id probarunt *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quaſt. 3. per tot. & lib. 1. tit. 4. quaſt. 1. num. 4. Peregr. de Fideic. art. 36. nu. 38. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 1. quaſt. 24. art. 3. num. 10. Maugil. de Imput. quaſt. 1. num. 2. & ſeqq. Carpan. ad ſtat. Mediol. tom. 2. cap. 485. num. 19. Gomez. var. tom. 1. cap. 9. num. 24. verſ. nec obſtant, Scipio Roudin. in promptuar. recept. ſentent. tom. 1. tit. de querel. num. 9. verſ. quarta eſt opinio, Gratian. Diſcept. for. cap. 37. num. 20. Tuſc. pract. concl. tom. 5. verbo, legitima, concl. 182. num. 19. Valaſcb. in prax. partit. cap. 12. num. 31. Sabell. conſ. 90. num. 1. Surd. de Alim. tit. 1. quaſt. 1. nu. 24. in fine, Hodiern. in l. hac edictali, quaſt. 16. nu. 4. C. de ſecund. Nupt.*

Propterea, ſi in omnibus, & per omnia naturalis filius, & emancipatus æquiparantur à lege, neuter erit excluſus per renunciantem; eo magis, quia verè, per emancipatos conſeruatur agnatio, & familia, vt
37 firmat *Mart. de ſucceſſ. par. 3. quaſt. 2. art. 3. num. 14. verſ. pro parte, Hodiern. in l. hac edictali d. quaſt. 16. numer. 3.*

Nec reſiſtunt allata, pro contraria parte; quia omnia, quæ ibi dicta fuerunt, procedunt de rigore iuris antiqui, non verò, de nouo iure, vt latè oſtendit, videndus *Robles vbi ſuprà d. lib. 2. cap. 10. num. 24. & ſeqq.*

CAPVT XLV.

Inita renunciatione, ad fauorem alterius, cum pacto, quod renunciatarius aliquid ſoluat tertio, vel ſoluat debita renunciantis. An tertius, vel creditores reſpectiuè poſſint agere contra renunciatarium non ſoluentem.

SVMMARIVM.

1 *Alteri per alterum ſtipulatur inutiliter.*
2 *Inter abſentes pacta iniri non poſſunt, niſi adſit Nuncius, vel Epiſtola.*
3 *Stipulatio facta de ſoluendo alicui tertio non dat tertio actionem contrà ſtipulatorem.*
4 *Et talis ſententia multorum Doctorum auctoritate roboratur.*
5 *Onus renunciationi appoſitum non poteſt repudiari agnita renunciatione.*
6 *Per acceptationem Donationis cenſetur acceptatum onus in ipſa donatione appoſitum.*
7 *Per negligentiam promiſſoris quæritur actio donatori, & non tertio.*
8 *Textus in l. quoties, C. de Donat. quæ ſub modo fiunt explicatur.*
9 *Fauore donationis factum fuit, vt quæratur actio ſecundo donatori contrà primum.*
10 *Præcipuè vbi agitur de donatione cauſa lucratiua.*
11 *Datur tamen actio creditori contrà Donatarium in materia noſtra, quando hæreditas fuit effecta non ſoluendo.*

SOlet hæc quæſtio diſputari, in terminis donationis, vel venditionis factæ ab aliquo, cum conditione aliquid ſoluendi alteri, vel ſatisfaciendi propria 1
donantis debita. Et verior eſt opinio creditoribus Donatoris, vel renunciātis nullam dari actionem pro conſequendis eorum creditis, vel portionem promiſſam reſpectiuè aduerſus renunciatarium, vel donatarium, ex regula paſsim à ſcribentibus allata, quod alteri per alterum inutiliter ſtipulatur, *l. ſtipulatio 38.* 1
§. alteri, ff. de Verb. oblig. l. quæcumque 11. ff. de Act. & Oblig. Gomez. tom. 2. var. cap. 11. nu. 18. Surd. de Alim. tit. 8. priuil. 73. num. 1. cum alijs, latè congeſtis, per *Arias de Meſ. var. lib. 3. cap. 50. num. 1. Olea de Ceſſ. tit. 4. quaſt. 9. num. 1. Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 26. num. 30.* vbi, quod inter abſentes pacta iniri 2
non poſſunt, niſi adſit Nuncius, vel Epiſtola, aut aliud æquipollens; Nec alteri per alterum quæritur actio, ius, & obligatio etiam naturalis, &c. & latiùs *Theſaur. dec. 70. nu. 1. in fine,* & cęteri relati per *Arias de Meſ. d. cap. 50. in princ.* vbi, quod ſtipulationes inuentæ ſunt, vt vnuſquiſque ſibi acquirat, quod ſua intereſt, &c.

Vlteriùs adſunt expreſſi textus de hac materia loquentes, tam in terminis venditionis hæreditatis, quam donationis, & præcipuè, quod creditores vendentis, & donantis hac conditione, vt emptor, vel donatarius, teneatur creditoribus ſatisfacere, nullam habere poſſint actionem aduerſus emptorem, vel do- 3
natarium, quia ex prædicto pacto ius, nec obligatio quæri poteſt, probat *l. 2. C. de hæred. vel act. vend.* ibi,

Ratio

Ratio iuris postulat, nè creditoribus hareditarijs, vel le-
gatarijs, seu fideicommissarijs te conuenire volentibus tu
respondeas, & cum eo cui hareditatem vendidisti, tu ex
periaris suo ordine; Nàm, vt satis tibi detur, serò deside-
ras; quoniam eo tempore, quo venundabatur hareditas
hoc non est comprahensū; quamuis enim ea lege emerit,
vt creditoribus hareditarijs satisfaciat, excipere tamen
actiones hareditarias inuitus cogi non potest. Et in ter-
minis donationis *l. cum res 22. C. de Donat.* ibi, *Cum*
res filio tuo emancipato ea conditione, vt creditoribus
tuis solueret, te donasse proponas, si stipulatione, vel
incontinenti habito pacto huic rei prospexisti creditori
bus, quibus non contrà eum ex placito vestro, sed aduer-
sus te competit actio; & concordant pariter *tex. in l. 2.*
C. de Condit. ob caus. l. hareditatem, 28. ff. de Donat. l.
seruo legato, 71. ff. de leg. 1. l. item ex diuerso, 19. § si
pater, ff. famil. ercisc. cum similibus, propterea iuxta
hanc sententiam scripserunt, *Mangil. de Euict. quaest.*
4 *49. num. 22. Tiraquell. de Retract. lignag. §. 1. gloss.*
14. num. 114. Stracch. de Doctor. 5. par. num. 9 Gratian.
Discept. 532. num. 1. Arias de Mes. var. d. cap. 50. nu.
19. & seqq. Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 26. num.
15. & seqq. Amat. lib. 2. var. resol. 58. num. 9.

Nec dicatur, quod onus in donatione, vel renun-
5 ciatione adiectum, non possit repudiari, agnita do-
natione, vel renunciatione, *l. 4. 5. ff. de leg. 2. l. decem,*
6. l. legatario 22. ff. de Fideic. libert. Et sic, quod do-
natarius teneatur præcisè ad fauorem creditorum.
6 Nam, respondetur donatarium, quidem, teneri, ex
vi acceptationis onus implere: Per acceptationem,
enim, censetur acceptatum onus donationi apposi-
tum, *Surd. cons. 7. num. 5. Mantic. de Coniect. lib. 7.*
tit. 11. num. 29. eo tamen negligente actionem dona-
7 tori, non verò creditoribus competere, *d. l. cum res,*
22. C. de Donat. Arias de Mes. d. cap. 50. num. 28.

Et similiter, licèt, pro contraria opinione facere
8 videatur *text. in l. quoties, C. de Donat. qua sub mod.*
vbi Imperator vtilem concedit actionem secundo do
natori, cui a primo res donata est restituenda, etiam,
si inter donatorem, & secundum donatarium nulla
intercesserit stipulatio, de qua re plura addueunt
Merlin. Pignatt. cent. 1. cap. 59. num. 60. vbi præcipuè
firmat *d. cap. 59.* quod huiusmodi secunda donatio
reuocari non possit, *& d. cap. 60.* probat hanc actio-
nem vtilem esse non in rem, sed in personam, prout
etiam prosequitur *Arias de Mes.* latissimè *d. cap. 50.*
num. 24. Rot. coram Duran. dec. 287. num. 18.

Tamen animaduertere oportet, id esse dispositum,
9 fauore donationis, quæ, cum sit liberalitas, dignior
videtur, cui in hac parte faueatur, *Couarr. var. lib. 1.*
cap. 14. num. 2. Gomez. l. 40. Taur. num. 25. Cald. quaest.
for. lib. 1. quaest. 1. num. 2. Arias de Mes. d. lib. 3. cap.
50. num. 18.

Vltrà, quod in casu *d. l. quoties*, eademmet donata
res est restituenda à donatario: Propterea datur vti-
10 lis actio: maximè, quia ibi agitur de donatione ex
causa lucratiua, etiam respectu donatarij; Secùs est,
in nostro casu, vbi nulla liberalitas creditoribus con-
fertur, nec præiudicium irrogatur, cum eis iura pri-
mæua illęsa conseruentur, nec donata res eadem est
restituenda, sed quantitas, vt optimè, alijs adductis,
Arias de Mes. d. cap. 50. num. 20. vbi num. 21. ait ita
per sacrum Consilium fuisse iudicatum.

Hæc, tamen, conclusio, vt suprà firmata, limitatur
tum præcipuè, quando hæres effectus fuit non soluen-
do; tunc, enim, in subsidium directè ex æquitate age-
re potest creditor contra emptorem hæreditatis, vt
11 tenet *gloss. d. l. 2. verbo, tu respondeas*, quem refert, &
sequitur *Salgad. vbi suprà num. 32.* vbi, quod, hoc ca
su, in subsidium ex æquitate creditori ex hac debito
ris stipulatione conceditur vtilis actio aduersus em-
ptorem hæreditatis etiam absque cessione, vt per
Mangil. de Euict. quaest. 49 num. 24. Gratian. discept.
204. num. 40. Virgil. de legit. Person. cap. 20. num. 55.
Salgad. d. cap. 26. num. 33. & 68. Olea de Cess. d. tit. 4.
quaest. 9. num. 36 in fine.

Aliæ adsunt in materia distinctiones, & limitatio-
nes, quæ videri possunt apud *Arias de Mes. d. cap. 50.*
num 30 & seqq. Salgad. Labyr. credit. d. cap. 26. num.
32. & seqq. Merlin. Pignattell. d. cap. 60. centur. 1.

CAPVT XLVI.

Renunciatio futuræ successionis, an valeat in præiudicium creditorum. Plura; an, & quando debitor possit alienare in præiudicium creditorum, & an filius possit legitimam repudiare, vel consentire, vt aliquod onus ei apponatur; quid, in fisco, & alijs creditoribus magis priuilegiatis. Et an repudians hæreditatem, vel bona in præiudicium creditorum peccet: Et his similia.

SVMMARIVM.

1 *Debitor non potest repudiando, vel renunciando præiudicare creditoribus.*
2 *Quocumque modo fiat renunciatio.*
3 *Debitor nil potest facere in præiudicium creditorum.*
4 *Et præcipuè non potest alienare.*
5 *Repudiatio est alienatio.*
6 *Debitor non potest legare in præiudicium creditoris.*
7 *Neque repudiare hæreditatem.*
8 *Contrà, quod debitor possit hæreditatem repudiare, vel renunciare successioni.*
9 *Et non potest in fraudem creditorum alienare debitor, quæ sunt eius propria.*
10 *Bona nondum quæsita non dicuntur de patrimonio alienantis.*
11 *Qui acquirere non vult, non alienat.*
12 *Fit fraus creditori diminuendo patrimonium, non verò non acquirendo.*
13 *Nolens acquirere, non dicitur alienare.*
14 *Aliud est lucrum non capere, aliud, quod suum est, amittere.*
15 *Hæreditas non dicitur in bonis nostris, ante illius aditionem.*
16 *Potestas acquirendi non dicitur ius considerabile.*
17 *Ius acquirendi, vel adeundi est quid ab hæreditate separatum.*
18 *Ius adeundi est quid ius quæsitum, hæreditas non adita est ius quærendum.*
19 *Repudians hæreditatem, non minuit suum patrimonium.*
20 *Ius adeundi, quod habet debitor, non est in eius bonis.*
21 *Ius adeundi cedi non potest.*
22 *Nec comprahenditur in confiscatione bonorum.*
23 *Nec in donatione omnium bonorum, iurium, & actionum.*
24 *Debitor potest legatum, hæreditatem, fideicommissum, vel aliud ius sibi delatum in præiudicium creditorum repudiare.*
25 *Debitor non potest repudiare ius legitimæ in creditorum præiudicium.*
26 *Hæreditas, ipso iure, creditoribus acquiritur.*
27 *Legitima, ipso iure, debetur filio absque eius facto.*

28 *Ex*

28 Ex legis dispositione filius dicitur successor in sua legitima.
29 Filius adhuc vivo patre dicitur certo modo Dominus legitimæ.
30 Legitima autè petitionem transmittitur.
31 Ius petendi legitimam est in bonis nostris, etiam antequam sit petita.
32 Filius non potest in præiudicium creditorum legitimam repudiare.
33 Debitor non potest repudiare hæreditatem matris sibi delatam.
34 Filius non potest consentire, vt pater in legitima imponat onus in præiudicium creditorum.
35 Potest debitor in præiudicium creditorum habentium hypothecam in suis bonis alienare ex causa necessaria originem trahente à tempore præterito.
36 Non verò ex causa voluntaria.
37 Vinculum, vel obligatio super legitima statim, & ipso iure à legitima tollitur, & aufertur.
38 Onus in legitima non dicitur approbatum, nisi accedat expressus, & specificus consensus.
39 Qui alienationi per alium factæ consentit, ipse consentiens alienare dicitur.
40 Qui alienare non potest absque solemnitate, non potest alienanti absque ea consentire.
41 Qui consentit alij; vt donet, donare dicitur.
42 In fraudem creditorum filius non potest acceptare onus in legitima, quia ipse videtur alienare.
43 An, & quando filius possit in præiudicium creditorum acceptare onus in legitima.
44 Contra, quod filius possit in præiudicium creditorum renunciare legitimam.
45 Dummodò consentiat, vivo patre, vel post eius mortem, sed ante agnitionem hæreditatis.
46 Quando verò repudiat ius delatum non potest fraudare creditores.
47 Filius non potest repudiando legitimam, fraudare creditores hypothecarios.
48 Habens obligata bona, & iura; sub nomine iurium venit potentia adeundi.
49 Ius adeundi ad hæredes transmittitur.
50 An creditores possint adire hæreditatem delatam debitori.
51 Ius quæsitum spe dicitur esse in nostro patrimonio.
52 Ius adeundi est ius, & non facultas.
53 Quod creditores siue hypothecarij, siue non, non possint cogere debitorem, quod adeat hæreditatem.
54 Creditorum appellatione veniunt, tam hypothecarij, quam Chyrografarij.
55 Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.
56 Sub hypotheca generali non veniunt ea bona, in quibus habet debitor spem de præsenti, nisi exprimatur.
57 Ad hoc, vt hypotheca afficiat bona, debent aliquo tempore adfuisse in bonis debitoris.
58 Adeundi facultas, non est in aliqua consideratione.
59 Ius adeundi est ius quærendum non ius quæsitum.
60 Ius adeundi, non venit in vniuersitate bonorum.
61 Res dicitur in bonis nostris quandò pro ea habemus actionem, & exceptionem.
62 Debitor fisci non potest eum fraudare non quærendo hæreditatem sibi delatam.
63 Qui fraudem facit fisco in non adeundo, punitur in duplum in quæsitis, non verò in quadruplum.
64 Lex magis fauet fisco, quam priuato creditori.
65 Etiam in lucro, quod debetur sub conditione, non potest fiscus fraudari.
66 Contrà, quod possit fraudari fiscus in non adeundo.
67 Creditor est potioris conditionis, quam fiscus.
68 Tex. in l. in fraudem 45. C. de Iure fisc. explicatur.
69 Creditori ex causa onerosa non potest in non quærendo præiudicari.
70 Creditori ex causa lucratiua in non quærendo non fit fraus.
71 Fiscus in pœnis dicitur habere causam lucratiuam.
72 Minor est obligatio debitoris ex causa lucratiua.
73 Lex aliquando ab alia lege limitatur.
74 Quando non sit bona distinctio inter causam lucratiuam, & onerosam.
75 Legatum non potest repudiari in præiudicium creditorum.
76 Repudiatio hæreditatis non dicitur alienatio.
77 Repudiatio legati est alienatio.
78 Dominium legati transit, ipso iure, in legatarium.
79 Ampliã etiam legatario ignorante.
80 Quod acquisitio legati sit ius quærendum.
81 Lucrum, quod prouenit à contractu, vel lege non potest in fraudem creditorum repudiari.
82 Lucrum à statuto delatum potest repudiari in fraudem creditorum.
83 Contrà quod non possit repudiari.
84 Lucrum ex lege delatum, potest in fraudem creditorum repudiari.
85 Pater potest renunciare vsumfructum sibi delatum in bonis aduentitijs filij in præiudicium creditorum.
86 Frater potest in præiudicium creditorum renunciare statuto excludenti fœminas propter masculos.
87 Potest debitor antè euentum conditionis hæreditatem restituere substituto.
88 Etiam in præiudicium creditorum.
89 Contrà quod non possit restitui fideicommissum substitutis antè euentum conditionis in præiudicium creditorum.
90 Pater potest dare filio licentiam testandi in præiudicium creditorum.
91 Repudians hæreditatem, vel bona in præiudicium creditorum peccat lethaliter.
92 Multa iure Ciuili valent in foro externo, non verò in interno.
93 Qui, ratione Officij, tenetur acquirere, & non acquirit, non fraudat creditores.
94 Quicumque animum habet nocendi proximo, fraudem facit.
95 Quotiescumque repudiatio fit cum fraude intrat edictum ne in fraudem creditorum.
96 Tex. in l. magis puto, § fundum, ff. de reb. eorum, & tex. in l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit. conciliantur.
97 Contrà pupillum, & Ecclesiam creditores; non potest debitor repudiare hæreditatem & legata.
98 In hæreditate delata nunquam valet repudiatio in fraudem creditorum.
99 Renunciatio translatiua fieri non potest in præiudicium creditorum.
100 Renunciatio translatiua dicitur donatio.
101 Nemo dat quod non habet.
102 Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.
103 Qui vult aliquid censetur velle omne id, quod ad eius officium, & validitatem necessarium est.
104 Eo ipso quod quis testatur de bonis delatis, adire videtur.
105 Ex renunciatione hæreditatis delatæ inducitur aditio.
106 Renunciatio hæreditatis delatæ non admittitur in præiudicium creditorum.
107 Momentanea acquisitio non habetur in consideratione.
108 Non dicitur factum, quod non durat factum.
109 Valet renunciatio in præiudicium creditorum.

110 Pra-

110 *Præcipuè quando in eodem actu facta fuic aditio, & renunciatio, non verò quando prius adita hæreditas, & ex internallo renunciata.*
111 *Sed contrarium, quod quis non possit in fraudem creditorum renunciare hæreditatem est verius.*
112 *Et taotum limitatur contrà creditores merè personalem actionem habentes.*
113 *Vel quando est facta renunciatio ad fauorem substituti, vel cohæredis.*
114 *Nisi cohæres hæreditatis suæ partem in fauorem vnius ex pluribus hæredibus cessisset.*
115 *Renunciatio futuræ successionis de hæreditate nondum delata valet in præiudicium creditorum.*
116 *Non verò substinetur regulariter de hæreditate iam delata.*

Est solemnis quæstio, inter scribentes; An debitor
possit fraudare creditores, non acquirendo, aut
repudiando, vel renunciando bonis obuentis, vel
obueniendis.
Vna opinio videtur negare hanc facultatem debi
tori, vt non possit, repudiando, vel renunciando,
damnum creditoribus afferre, quin possint satisfieri,
in bonis obuentis, vel delatis ipsi debitori, licet ab
1 eodem repudiatis: quæ opinio probatur auctoritate
tex. in l. in fraudem 45. in princ. ff. de Iur. fisc. vbi,
quod in fraudem fisci, non solum per donationem,
sed quocumque modo, res alienatæ reuocantur.
Idemque iuris est, si non quæratur; æquè enim in
2 omnibus fraus ponitur. Et confirmatur etiam aucto
ritate *tex. in l. sed si lege, §. perindè, ff. de petit. hæred.*
ibi, *nam & is, qui dolo fecit, quominùs possideret, vt
possessor condemnatur, accipiens, sine dolo desierit possi
dere, siue dolo possessionem noluerit admittere*; & con
cordat *tex. in l. 2. ff. de hæred. vel act. hæred. §. sed & si
quid, l. 1. §. sanè, & §. vltimo, l. si quis 4. ff. si quis omiss.
cauf. test im.* quos textus exornat, præ cæteris, *Carle-
ual. de Iudic. lib. 1. tic. 3. disp. 25. num. 4.*
Imò extra aleam difficultatis est, debitorem nihil
posse facere, in creditorum præiudicium, argumento
3 *tex. in l. debitorem, C. de pignor. l. debitorem, C. de Pact.
l. filiusfamilias, §. Diui il secondo,* ibi, *nec fisco, nec cre
ditoribus fraudasse, ff. de leg. 2. Ioseph. Vela tom. 2. dissert.
38. numer. 7. Olea de Cess. Iur. act. tit. 2. quæst. 3. in
princ.*
Et præcipuè in fraudem creditoris, non potest de
4 bita alienare, *l. 1. & tot. tit. ff. quæ in fraud. Credit. l. 1.
& per tot. C. de Reuoc. ijs, quæ in fraud. Cred. § si quis
in fraudem, Instit. de act on.* ergò neque poterit hære-
ditatem sibi delatam, vel non delatam renunciare, ac
5 repudiare, cum repudiatio sit alienatio, per *tex. in l.
magis puto, §. fundum, ff. de reb. eorum,* vbi ita habe-
mus; *fundum legatum repudiare pupillus sine Prætoris
auctoritate non potest, esse enim & hanc alienationem,
cum res sit pupilli nemo dubitat, &c.* & firmat opti-
mè *Gallerat. de Renunc, lib. 1. cap. 2. num. 58. Arias de
Mes. Var. lib. 2. cap. 41. num. 3. & seqq.*
Et pro hac opinione, quod debitor non possit in
creditorum præiudicium hæreditatem, vel legatum
repudiare, facit etiam *l. liberto 26. ff. de bonis libert.*
vbi scribitur hæredem liberti in fraudem patroni le-
gatum repudiare non posse; ex quibus desumitur in-
ualiditas repudiationis in fraudem creditorum factæ,
& ità etiam tenet *Pinell. l. 1. par. 3. nu. 103. ff. de bon.
mater.* & alij allegati per *Arias de Mes, var. lib. 2. c. 41.
num. 9. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 25. num. 3.
Camill. de Medic. conf. 98. Sonf. dec. Lusit. 8. nu. 8. 9.*
Contraria sententia est magis communis, quod
debitor possit in præiudicium creditorum non acce
ptare, aut repudiare hereditatem sibi delatam, & non-
8 dum agnitam; Et probatur, quia omne id, quod fuit
dispositum circà reuocationem alienatorum in frau-
dem creditorum, *vt in tit. ff. quæ in frand. Credit. &
in C. de reuoc. ijs quæ in fraud. Credit. alien. sunt,* habet
locum in ijs, quæ debitoris propria sunt, ac, in eius 9
bonis esse dicuntur, vt latè probatur *ex textu in l.
1. & seqq. ff. & C quæ in fraud. credit l. videamus,
§ in Fabiana, ff. de Vsur. l. 1 & per tot ff quæ in fraud.
Patron. §. si quis in fraudem, Instit. de Action. Trentac.
Var. lib. 2. de Except. resol. 4. Vincent. de Franc. dec.*
101. & alij allati per *Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap.
14. numer. 5.*
Non, autem, quando quis repudiat bona nondum
sibi quæsita, quæ, de patrimonio repudiantis non 10
dicuntur, *l. pretia rerum 63. §. nec non, ff. ad leg Falcid.
Grat. respos. 25. num. 35. Hodiern. ad Surd. dec. 140.
num. 10. Gratian. Discept. cap 132. num. 5.*
Et, eo casu, debitor nihil de suo proprio patrimo-
nio alienare, vel diminuere dicitur, Non, enim, alie-
nat, qui acquirere non vult, vt firmat *Castill. tom. 5.* 11
*controu. cap. 112 Olea de Cess. tit. 2. quæst. 3. num. 9.
& ait tex. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. Credit.* ibi,
*qui autem possit aliquid quærere non id agit, vt acquirat,
ad hoc edictum non pertinet, pertinet enim hoc edictum
ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui id
agunt ne locupletentur, proindè ei qui repudiauit hære-
ditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamen-
tariam, non est in causa, vt huic edicto locum faciat,
noluit enim acquirere, non suum patrimonium diminue-
re*: & concordant *text in l. cum quidam 26. ff. de Iur.
fisc. l. 1. §. virum, ff si quis in fraud. Patron. & l. 1. §.
confertur, ff. de collat. bonor. l. non fraudantur, 177. ff.
de Reg. Iur.* qui textus, vt obseruat, in proposito,
Carleual. de Medit. lib. 1. tit. 3. disp 25. num. 2. habent
auctorem Iurisconf. Vlpianum. Vlpianus autem re-
fert in suam sententiam Iulianum Iurisconf. *in d. l. qui
autem, §. sed, & illud, & in d l. 1. §. virum,* & con-
cordant *text Caij Iurisc. in l. nemo 68. §. & illud, ff.
pro soc.* & alius *text Valentis Iurisc. in l. si postulante,
67. ff ad Trebell.* ibi, *quia & remoto fideicommisso li-
berum tibi fuerat nolenti adire hæreditatem creditores
suos tali commodo frandare, & ego nihil inspiter faciam
recipiendo eam hæreditatem, quam, remota postulatio-
ne mea, creditores compellere te, vt adires non potue-
runt.* Ex quibus videtur, quod Vlpianus vbique fuit 12
huius sententiæ, vt fraus fiat, diminuendo patrimo-
nium, non verò, non acquirendo, & cum eo transie-
runt Iulianus, Caius, & Valentes Iurisconf. vt pon-
derat idem *Carleual. vbi suprà num. 2 in fine.*
Et latiùs, quòd repudiato non sit alienatio, & no-
lens acquirere, cum potest, non dicatur alienare, opti-
mè ostendit *Gallerat. de renunc. lib. 1 cap. 2 num. 43.* 13
vbi, quod, qui omittit acquirere nihil eius, quod suum
dici possit in alium transfert, vt probatur auctoritate
l. magis puto, §. si fundus legatus, ff. de rebus eorum;
neque pauperior ideo fit; *l. si sponsus, § si maritus hæ-
res, ff. de Donat. inter virum, & vxor.*
Aliud est, enim, lucrum non capere, siue non acqui- 14
rere, & quod suum est amittere, *l. vltima circa finem,
C. de Codicill.* Et ratio est euidens, quia hæreditas non 15
dicitur in bonis nostris ante illius aditionem, *l. pretia
rerum, ff. ad leg Falcid.* Et potestas acquirendi ante 16
aditionem ius considerabile non dicitur, vt idem
Gallerat. vbi suprà; & prosequitur, affirmando, au-
ctoritate *Bart.* & aliorum, quod ius adeundi non sit
merum ius, sed quædam facultas, & potentia, & li-
cet repudiatio sit abdicatio, & priuatio, quæ præsup-
ponit aliquod ius de præsenti, & iam quæsitum ipsi
repudianti: tamen sciendum est ius acquirendi, seu 17
adeundi esse quid ab hæreditate diuersum. Nam ius
adeundi est ius quæsitum, atque de præsenti compe-
tens, & hoc repudiatione abdicatur; Hæreditas, verò, 18
non

18 non adita eſt ius quærendum, *Alex. in l.ſi quis mihi §.
ſi quis planè, ff.de acquir.hæred.
Hinc apparet eum, qui repudiat hæreditatem, non
abdicare à ſe hæreditatē, quam nondum quæſiuit, ſed
ſolum potentiam acquirendi, quæ de præſenti com-
perit; ob id repudians hæreditatem non minuit ſuum
19 patrimonium, ſeu non acquirit, neque transfert do-
minium, quod non habebat, ſed ſolum abdicat à ſe
potentiam acquirendi, vt probat etiam idem *Salgad.
d.cap.14.nu.4.5.Olea de Ceſſ.tit.2.quæſt.3.nu.6.& ſeqq.*
20 vbi, quod ius adeundi, quod habet debitor non eſt in
bonis eius, *Caſtill.loco cit. num. 35. & 48. Amend. ad
Franc.dec.101.nu.1.& 25.*
21 Et propterea ius adeundi cedi non poteſt *Bald. in
l.1.C.de Iur.fiſc.Amend.Caſtill. Monter à Cueu.* allega-
ri ab *Olea vbi ſupra num.* 8. Nec in confiſcatione bo-
22 norum comprænenditur, *Gratian. diſcept. cap. 271
Muta dec. 49. num.17.& ſeqq. Olea vbi ſupra num.11.*
Nec pariter in donatione omnium bonorum, iurium,
23 & actionum comprænenditur, vt firmar *Franc.dec.60.
Borguin.dec.1.par.4. nu. 22.* & alij allegati per *Prat.di-
ſcept.34.nu.44.*
Et latiſſimè, quod ins quærendum, ſeu non delatum
non dicantur eſſe in bonis noſtris, & proindè, quod
non dicatur fraudem fieri creditoribus, illud repu-
diando, vel non agnoſcendo, doctiſſimè multorum-
que comprobat auctoritate *Aloyſ. Manſ. conſult. 23.
num.31.& ſeqq.*
Vndè, ex his, & ſimilibus argumentis, tenent quam-
plures Doctores, quod valeat debitor legatum, hære-
ditatem, fideicommiſſum aliudue ius ſibi delatum in
24 præiudicinm creditorum ſuorum repudiare, vt, anti-
quioribus omiſſis, *Caualcan.de vſuf.num.185.& ſeqq.
Franc.dec.101.Oſaſcb.dec.95.num.42. Magon. dec. Flo-
rent.132.num.15.Surd.dec.116. numer.78. & dec.140.
num.8.& conſ.300.numer.17.& ſeqq.lib.3. Roland.de
Lucr.dot.quæſt 40.Peregr.de Iur.fiſc.tit.1.lib.3. numer.
190.& ſeqq & de Fideic.art.2.num.51. & art.3. num.
125.& ſeqq.Fachin.controu.lib.13.cap.46.Menoch.conſ.
77.Cancer.var.tom.1.cap.2.de legit.num.41.& ſeqq. &
tom.3.cap.15.de renunc. num.166. & ſeqq. Paſchal. de
virib.patr.poteſt.par.2.cap.4. num. 165. Pereir. dec.55.
num.4.Scacc.de Iudic.lib.2.cap.2.num.290. & de Com-
merc.& Camb.§.1.quæſt.7.par.2.ampl.8.nu.272.Sanch.
lib.2.Moral.cap.14.num.50.& de Matrim.lib.6.diſp.4.
num.8.Mantic.de tacit.& ambig.lib.13.tit.38. num.23.
Fab.de Anna conſ.76.numer.2. Theſaur. quæſt.for.lib.3.
quæſt.74.Ann. Robert. rer. iudic lib.2. cap. 12. Caſtill.
quotid.controu.cap.111.num.37.& cap.112. numer.19.
lib.5.Gratian.dec.March.17.num.6.& diſcept.for. cap.
132.num.1.& 2.Gallerat.de renunc.d.cap.2.num.41.&
tom.2.cent.1.renunc.17.num.40 Larrea.dec.55. num.3.
tom.2.Cyriac.controu.47.num.1.& 10.Ceuall.com.cont.
com.quæſt 661.nu.811.Redoan.de reb.Eccleſ. non alien.
quæſt.20.cap.12.Mier.de Maior.par.4.quæſt.23.nu.120.
Oſuald.ad Donell.lib.23.cap.vlt. lit.C, Prat. diſcept. for.
cap.34.num.3.Capyc.Latro dec.8.& dec.34.vbi add.nu.
2.Fontanelt.de Pact.Nupt. clauſ.4.gloſſ.9.par.5. nu.74.
& ſeqq.Arias de Meſ.var. lib.2.cap.41. num.2. Carle-
ual.de Iudic.lib.1.tit 3.diſp.25.num.3.Salgad.Labyr.cre-
dit.par.2.cap.14.num.8.& cap.16.in princ.Aloyſ.Manſ.
conſ.24.num.31.& ſeqq Olea de Ceſſ.tit.2.quæſt.3. num.
14.Hodiern.in l.hac edictali quæſt.35.num.2.Souſ. deciſ.
Luſit.8.num.9.Giurb.ad conſuet. Meſſan. cap. 5. gloſſ.8.
nu.5.par.1.Andreol.controu.208.num.1.* & nouiſſimè,
*Rot.in Bononien. Separationis Bonorum 15. Iunij 1665.
coram bo: me: Veroſpio, §. denique non obſtat poſt tract.
dec.177.*
Quæ opinio licet generaliter, & in abſtracto conſi-
derata, ſit verior, & magis communis, nihilominùs
multas patitur limitationes, & in multis caſibus non
tranſit, ſine magna difficultate, vt infrà videbi-
mus.
Et primo limitari ſolet, in ſuis filijs repudiantibus
omne ius, quod habent ſuper legitima parentum. Si- 25
quidem, eo caſu, repudiatio non videtur circa bona
quærenda, ſed circa iam quæſita, & non valet, vt in-
frà videbimus; quod, verò, repudiatio legitimæ ſit iu-
ris quæſiti refutatio, patet, quia hæredibus ſuis adhuc
ignorantibus mortuo patre, ipſo iure, acquiritur hæ-
reditas *l.ſi fratres 3.C.de Iure delib.l.1.§.qui ſunt in pote- 26
ſtate, ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.Gratian.diſcept.forenſ.
cap.271.num.3.Salgad.Labyr credit.part.2.cap.8.num. 6.
& ſeqq.* vbi, quod eſt ſpeciale in filijs, quicquid ſit in
alijs, *gloſſ.d.l.ſi fratris, verbo ſucceſſionem*. quæ magis 27
procedunt in legitima, quæ ipſo iure debetur filio
abſque eius facto prout, etiam ius agendi ad ſupple-
mentum, *l.ſancimus C.de inoff.teſtam.l.omnimodo C. eo-
dem, Gratian.d.cap.271.n.5. Salgad.d.cap.16.num.9.*
Ità quod, ex legis diſpoſitione filius dicatur ſucceſ-
ſor in ſua legitima, *l.cum ratio, ff.de bon.damnat.l.nam, 28
& ſi parentibus, ff.de Inoff.teſtam.* Et adhuc viuo patre
quodammodò Dominus exiſtimatur. *l.in ſuis ff. de li- 29
ber.& Poſth.l.cum ratio 7.ff.de bon.damnat.Merlin. de
legit.lib.2.tit.3.quæſt.*12. cum alijs allegatis à *Souſ. dec.
Luſit.8.num.10.&* 11. Ergo debitor repudiare, aut per
grauaminis conſenſum diminuere legitimam ſibi de-
latam non poterit, cum non ius quærendum, ſed ius
iam quæſitum, ipſa iuris diſpoſitione iam radicatum,
& incorporatum iam in ſuo patrimonio repudiare in-
telligatur, & faciunt etiam tradita pro *Gratian.diſcept.
for.cap.271.nu.7.* vbi, quod legitima ante petitionem
tranſmittitur, & ſic eſt debita, eo tempore, cum non 30
tranſmittantur ea, quæ non ſunt debita: Vndè arguit,
quod ius petendi legitimam eſt in bonis noſtris, etiā
antequam ſit petita, quaſi, ad eius acquiſitionem non 31
ſit neceſſaria petitio, ſed ſufficiat ſola agnitio; pro-
pterea hanc ſententiam, quod filius non poſſit in præ-
iudicium creditorum legitimam repudiare, defendit
optimè *Ancharan.conſ.* 101. quem ſequitur *Berò. conſ. 32
43.num.1.lib.1.*& diſputata quæſtione pro hac conclu-
dit, *Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæſt.29.nu.10. & ſeqq.
Mantic.de Tacit.& Ambig lib.13.tit.38.num 19.Pereg.
de fideic.art.3.nu.128.& de Iur fiſc.lib.6.tit.7. de Debit.
Fiſcal.nu.39.*optimè *Menoch.conſ.77. per tot.* vbi hanc
opinionem conſtantiſſimè defendit, in legitima, licet
in ſupplemento dubitet latè, *Fontanell.de Pact. Nupt.
clauſ.4.gloſſ.9 part.5.nu.122.* vbi, quod contraria opi-
nio procedit in his, quæ non acquiruntur, nec deben-
tur, ipſo iure, vt Trebellianica, & Falcidia, quæ deben-
tur, ſi hæres voluerit, aut in quolibet alio relicto à te-
ſtatore, ſecus, in his, quæ ipſo iure non acquiruntur,
& debentur, veluti in legitima: Hæc enim non poſſunt
repudiari, ſeu renunciari in fraudem creditorum; quia
eſſet hoc diminuere, de proprio patrimonio, non nol-
le acquirere &c.
Et quod debitor non poſſit repudiare hæreditatem
matris ſibi delatam probat etiam, *Souſ.d.dec.8.nu.* 11. 33
& alij relati *per Aloyſ. Manſ.d.conſ.24.num.27.& ſeqq.
Carleual.de Iudic.lib.1.tit.3.diſp.25.num.19.* vbi plures
adducit
Et ſimiliter ex hoc etiam arguitur, quod non poſſit
filius conſentire in præiudicium ſuorum creditorum,
quod Pater in legitima onus imponat & comproba-
tur optimè per *Salgad.Labyr.credit.part.2.cap.16.n.14.* 34
vbi, quod quamquam debitor poſſit in præiudicium
creditorum habētium hypothecam in ſuis bonis, alie-
nare ex cauſa neceſſaria originem trahente à tempore 35
præterito, & ab initio acquiſitionis, Ex cauſa tamen
merè voluntaria, & ab ipſo debitore procedente, nul-
lo modo potuit iuri creditorum, alienando detrahere,
vt idem *Salgad.* firmare ait *2.part.cap.9.nu. 81.& ſeqq.*
Sed

Sed vinculum legitimæ à sola voluntate, & libero consensu filij dependet, absque aliqua obligatione iuris, vel hominis; ergo, nullo modo, poterit debitor, vinculo per patrem imposito in sua legitima consentire, in præiudicium creditorum: Minor propositio probatur, quia grauamen, quodlibet vinculum fideicommissi, conditio, aut dilatio, nec non quælibet diminutio, statim, & ipso iure reijcitur à legitima,
37 nullo facto, aut petitione ipsius filij ac si in testamento patris tale grauamen appositum non fuisset *l. quoniam in prioribus, C. de Inoff. testam.* cum similibus; in tantum, vt quamuis filius ingrediatur legitimæ possessionem vinculo grauatæ, ipseque generaliter agnouerit iudicium parentis, siue testamentum, aut dispositionem simpliciter, aut generaliter approbauerit, aut bonis se immisceat, illisque vtatur, ac fruatur, adhùc hæc tacita approbatio, nullo modo, inducit consensum in vinculo, aut grauamine legitimæ imposito, nisi expressè, ac specificè filij accedat con-
38 sensus, & approbatio, vt in *Romana Prætensi Fidei commissi 17. Maij 1669. coram R. P. D. Calataiù, §. neque obstat*; ergo sequitur, quod iste consensus filii prouenit à mera voluntate independenter ab alio, etiam à patre, atque hanc alienationem iuris quæsiti, iam, & radicati esse, non iuris quærendi, cum approbet grauamen, quod iam euanuit, & iuris intellectu, in rerum natura non sit, sed mero iure extinctum, ab ipso filio, de nouo creatur, in fraudem dumtaxat, & damnum creditorum, quod non est admittendum.

Animaduertit iterum, *Salgad.* quod etiam si adhuc duraret grauamen impositum à patre super legitima filij; tamen consensus filij esset causa alienationis proprij patrimonij, ex regula, quod qui alienationi, seu donationi per alium factæ consentit, ipse consentiens
39 alienare, & rem perdere dicitur *l. iam quis, ff. de Reg. Iur. l. 2. C. si aduers. Donat. l. cum quadam, C. de admin. tutor.* cum similibus allatis per *Cyriac. controu. 344. Gratian. discept. cap. 831. Tondut. quæst. Ciuil. par. 2. cap. 109. Hodiern. contron. 15. nu. 70 & seqq. Rot. cor. Eminentiss. Otthob. dec. 165. num. 46.*

Ex quibus infertur, quod, qui alienare, vel donare prohibetur, absque certa solemnitate, non poterit donanti, seù alienanti absque ea consentire *Tiraquell. l. si*
40 *vnquam, verbo donatione largitus num. 346. & seqq. C. de reuoc. donat.* Et qui consentit alij donanti rem ipsius consentientis, donare ipse videtur *l. si liqueat, l.*
41 *in ædibus, §. filius familias, ff. de Donat. Tiraquell. vbi supra num. 349.* & alij penès *Salgad. loco cit. numer. 22. & 23.*

Et ex hoc deducitur, quod, licet, sit pater, qui grauat legitimam, tamen cum consensus expressus filij sit necessarius, ipsemet filius, qui vinculi grauamini consentit, est, qui perdit, donat, & alienat; & sic in fraudem creditorum consensus filij prodesse non potest:
42 Et similia argumenta, pro hac sententia, adducens, ità tenet *Carleual. de Iudic. d. lib. 1. tit. 3. disp. 25. numer. 19. & seqq.* quem sequitur etiam *Gips. in Addit. ad Capyc. Latro dec. 8. num. 5. 6.* vbi quod, ità fuit per Sacrum Cons. Neapol. iudicatum, vt etiam meminit idem *Carleual. vbi supra num. 28. Sous. dec. Lusit. 8. num. 89.* & plura eciam de hac materia, An filius possit accepta-
43 re onus in præiudicium creditorum, tradunt *Peregr. cons. 46. lib. 3. Giurb. ad Consuetud. Messan. gloss. 7. cap. 5. par. 1. Thesaur. quæst. for. lib. 3. quæst. 74. Paschal. de virib. Patr. potest. par. 2. cap. 4. nu. 274. Tondut. quæst. Ciuil. cap. 166. lib. 2.*

Sed contrariam opinionem, quod filius, in præiudicium suorum creditorum, possit legitimam repudia-
44 re, vel non acceptare, probat *Vlpian. in l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit. ibi, proindè, qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel testamentariam non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat, noluit enim acquirere, non suum proprium patrimonium diminuere.* Et probat etiam *Thesaur. quæst. for. lib. 3. quæst. 74. per tot. Cancer. var. lib. 1. cap. 3. num. 69. & seqq. Gratian. d. cap. 271. num. 13. & 14. Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus limit. 3. num. 2. 3.* vbi ait, quod, dum præsupponunt Doctores, non requiri petitionem in legitima, loquuntur ad effectum eam transmittendi ad hæredes; Et inferiùs, quod, licet in legitima videatur præsupponi ius in esse deductum, & iam quæsitum, id intelligitur, quoad reiectionem grauaminis, sed quoad effectum acquisitionis realis, & incommutabilis requiritur declaratio, & petitio, sine qua non est aliquod ius quæsitum, & ideò datur repudiatio, *Fachin. controu. lib. 13. cap. 46. per tot. Osuald. ad Donell. lib. 23. cap. vltimo lit. C, Peregr. consil. 46. lib. 3. Mangil. de Imputat. quæst. 4 per tot.* & præcipuè *numer. 18.* vbi in contrarium relatis respondet *Franc. d. decis. 101. vers. hinc limita, Cutell. de Donat. tit. 1. tract. 1. t. disc. 2. par. 2. numer. 30. Paschal. de Virib. patr. potest. cap. 4. numer. 165. & seqq Giurb. ad consuet. Messan. capit. 5. gloss. 7. numer. 10. Mart. de success. leg. par. 5. quæst. 10. art. 1. numer. 6. & seqq. Olea de cess. d. tit. 2. quæst. 3. num. 20. Aloys. Mans. d. consult. 24. per tot.* & præcipuè *numer. 53. & seqq. Rot. decis. 239. num 9. par. 5. rec. & in d. Bononien. Separationis Bonorum 15. Iunio 1665. §. denique coram bon: mem: Verospio in fine operis dec. 177.*

Hinc est, quod quicquid dicant relati, suprà *num. 25.* non prohibetur filius, quin possit acceptare grauamen super legitima, quamquam id contingat in creditorum præiudicium, vt firmat præ ceteris, *Salg. Labyr. credit. d par. 2. cap. 16. nu. 25. & seqq. Capyc. Latro dec. 34. nu. 17. Gips. ad candem dec. num. 17.* vbi refert ità fuisse iudicatum, & alij per *Rot.* allegati *in d. Bononien. Separationis Bonorum in fine.*

Quod, tamen, est intelligendum, dummodò consensus filij accedat, vel in vita patris, vt in eadem *Bononien. Separationis Bonorum*, vel post eius mortem, sed 45
antè agnitionem hæreditatis, & legitimæ; tunc, enim, vt ait *Salgad. d. cap. 16. num. 25.* consentire potest in præiudicium suorum creditorum, quia tunc non repudiat, nec diminuit ius quæsitum, sed ius quærendum, & quemadmodum potest, eo tempore, filius totam legitimam repudiare, sic pariter, & consentire vinculo, & grauamine, bona uolens, acquirere libera &c.

Si, verò, accedat consensus, mortuo patre, & adita per filium hæreditate, vel legitima, nullo modo poterit creditoribus præiudicare, cum non ius quærendum, sed iam quæsitum, & radicatum repudiet, atque, patrimonium suum diminuet, vt tenet idem *Salgad.* 46
nu. 26. & latiùs *nu. 61.* vbi ait, hoc casu, adaptari argumentum suprà consideratum, qui alij consentit in alienatione, ipse videtur alienare &c. Procedit, enim, regula, hoc casu, quia, qui consentit alienationi, est Dominus, per aditionem enim Dominus hæreditatis, fuit effectus *l. cum hæredes, ff. de acquir. hæred.*

Secundò solet limitari principalis conclusio, vt debitor non possit, repudiando, creditoribus præiudicare, vbi est sermo de creditore hypothecario; putant, enim, eo casu, creditores non posse fraudari per repudiationem, vel renunciationem, *Anchar. cons. 101. nu. 8.* 47
Negusant. 4 par. nu. 33. & 41. Paul. de Castr. l. legatum, ff. de leg. 1. & alij adducti per *Carleual. de Iudic. d. disp. 25. num. 10. Camill. de Medic. cons. 98. per tot. Andreol. contr. 208. Rot. coram Duran. dec. 461. nu. 3. & dec. 268. & 341. par. 4 to. 2. rec.*

Et probant, auctoritate *tex. in l. fraudem, vers. idemque iuris, ff. de Iur. fisc.* vbi, quod sit in fraudem

non ſolum.per donationem,ſeù quamcumque aliena-
tionem,ſed etiam ſi non quæratur. Sed, verò,vt ani
maduertit *Camill. de Medic. d. conſ. 98 num.* 10. non
procedit ob priuilegium fiſci,vt aliqui voluerunt; ſed
pro hypotheca, quam habet fiſcus in bonis debitoris
l. aufertur,§. fiſcus,ff. de Iure fiſc. Andreol. d controu. 208.
num. 7.

Imo,ſi creditor habet obligata omnia bona , & iu-
ra præſentia,& futura,ſub nomine iurium venit etiam
iſta potentia adeundi, quæ appellatur ius , & non fa-
48 cultas *l. 3. C. de Inſt t. & ſubſtit Camill. de Medic. d.*
conſ. 98. num. 20 & 21 Manſ. d. conſult. 24. num, 56. An-
dreol. d. controu 208 *num.* 4. 5. vbi allegat *Rot. in deciſ.*
341. *num.* 2. *par.* 4. quæ ait,ſub iurium appellatione, ve-
nire ius adeundi.& quod non obſtat *tex. in l. pretia re-*
rum , ff. ad leg Falcid. quia agitur de iure adeundi ,
quod delata hæreditate eſt quæſitum hæredi de præ-
ſenti,

Et propterea , ſicut iſtud ius adeundi, ad hæredes
tranſmittitur , vt tranſmittuntur omnia alia iura rea-
49 lia,& perſonalia,de quo plura *Surd. dec.* 140. *Merend.*
cap. 12. *lib.* 4. *Altograd. conſ* 83 *lib.* 1. *Rot. dec.* 63. *num* 9.
50 *par* 8, *& dec.* 148. *par.* 11. *rec.* Ita per eandem rationem,
venit in obligatione, cum ſit ius formatum , & in eſſe
productum;Et in terminis, quod ius quæſitum ſpe di-
51 catur eſſe in noſtro patrimonio , illudque repudiare ,
ſit diminuere patrimonium,probauit *Capyc. Latr. dec.*
34. *num.* 14. *& ſeqq.*

Nec dicatur,quod ius adeundi, non ſit ius , ſed me-
ra facultas, quia contrarium, latè probant *Camill. de*
52 *Medic. d. conſ.* 98. *num.* 21. *Andreol. d. controu.* 208. *num.*
10. *& ſeqq.*

Sed hæc limitatio,magis communiter reprobatur ,
quod,ſiue hypothecarij,ſiue Chirographarij ſint cre-
ditores , minimè valeant impediri repudiationes re-
53 rum nondum quæſitarum debitoribus , & præcipuè ,
contra *Ancharan.* ſcripſerunt *Rip. in l conuentio gene-*
ralis 1. *num.* 7. *ff. de Pignor. Socin. Iun conſil.* 124. *num.* 9.
& ſeqq. lib. 3. vbi , quod , licet ſit magna *Petri de An-*
charano auctoritas , maior tamen eſt auctoritas , iu-
ris, rationis , & veritatis , propter quæ , nedum con-
tra *Ancharan.* ſed etiam contra communem opinio-
nem iudicare debemus , & fulcitur hæc opinio aucto-
ritate *textus in d. l. qui autem* , iuncta rubrica, indiſtin-
ctè loquente de creditoribus , ibi ; Quæ in fraudem
54 *creditorum* facta ſunt , vt reſtituantur . Creditorum,
autem,appellatione non magis Chirographarij , quã
hypothecarij comprehenduntur , vt ait *Barboſ. de*
Appell. verb. appell. 62 Et lex, vbi non diſtinguit , nec
nos diſtinguere debemus,& optimè , *Mangil. de Im-*
55 *putat. quæſt.* 4 *num.* 24. *verſ. neque tandem* . contra *An-*
charanum concludit , prout pariter aduerſus eundem
firmauit *Manſ. d. conſult.* 24. *num.* 64. maximè, quia ra-
tio textus , quam in eadem lege expreſſit Vlpianus ,
ibi, *Pertinet enim edictum ad diminuentes patrimonium*
ſuum , non ad eos , qui id agunt , nè locupletentur , vi-
get æqualiter in vtriuſque generis creditoribus ; ex
eo , enim , quod quis hypothecauerit bona futura ,
non acquirendo , non dicitur magis patrimonium
ſuum diminuere , quam , ſi ſimpliciter abſque bono
rum hypotheca contraxerit , *Gratian. diſcept. for. cap.*
132. *num.* 2. vbi,quod contrà *Ancharan.* eſt communis
ſententia,& allegat etiam *Rota deciſ. coram Blanchet,*
Gallerat de Renunc. lib. 1. *cap.* 2. *num.* 55. *in fine*,& refert,
& ſequitur *Pariſ. conſ.* 127. *num.* 26 *lib.* 1. affirmantem,
quod,licet in generali hypotheca,veniant bona etiam
futura, non tamen veniunt ea bona , in quibus habet
debitor ſpem de præſenti, niſi exprimatur, latiſſimè ,
56 alijs allegatis, *Prat. Diſcept. for. cap.* 34. *num.* 30. *& num.*
44. vbi refutat *Camill. de Medic. d. conſil.* 98. contrà
quem fuit iudicatum in Conſil. Neapol. vt patet ex
deciſ. de Franch. 101. & pariter , pro hac opinione ,
deciſum fuit per *Rot. March. vt per Gratian. deciſ.* 17.
num. 15. quem refert etiam *Fontanell. de Pact. Nupt.*
clauſ. 4. *gloſſ.* 9. *par.* 5. *num.* 76. & contrà *Anchar.* ſenſit
etiam *Carleual. de Iudic. d. diſp.* 25. *nu.* 11. *Arias de Meſ.*
var. lib. 2. *cap.* 41. *nu.* 7 *Accoſt. de Priuil. Credit. in Præf.*
reg. 1. *nu.* 94 *Sanch de Matrim. lib.* 6. *diſp.* 4. *n.* 8. *Fernand.*
in l. 4. *Taur. nu.* 55. & alij relati ab *Olea de Ceſſ. Iur. tit.* 2.
quæſt. 3. *nu.* 15. *Caſtill. tom.* 4. *cap* 112. *nu* 31. *& ſeqq. Pa-*
ſchal. de Virib. patr. poteſt par. 2. *cap.* 4. *nu.* 165. *Merend.*
controu. cap. 37. *lib.* 9 *Burati. dec.* 949 *Muta dec. Sicil.* 49.
num. 20. *Noguerol. alleg.* 19. *nu.* 69. *Salgad. Labyr. cred.*
par. 2. *cap.* 14. *num.* 11.

Et præcipuè nulla eſt habenda ratio hypothecæ in
caſu præſenti,vt docet *Aloyſ Manſ. d. conſ.* 24. *num.* 65.
quia, ad hoc, vt hypotheca afficiat bona , neceſſe eſt,
quod illa aliquando fuerint ſaltem per momentum 57
in dominio debitoris , ſcilicet , vel tempore contra-
ctæ obligationis , vel poſt , *l. cum res , C. ſi alien. res*
pignor. dat. fuer. l. quæ nondum, §. quod dicitur, ff. de Pi-
gnorat. act.

Sed, in caſu præſenti, dici non poteſt, hoc ius fuiſ-
ſe in bonis debitoris, nec, per momentum &c. quod,
verò , non dicatur hoc ius eſſe in bonis noſtris proba-
uimus ſuprà argumento *textus in l. pretia rerum* 63.
ff. ad leg. falcid. vbi , quod illa facultas adeundi , non 58
eſt in aliqua conſideratione , vt firmat *Oſuald. ad Do-*
nell. lib. 23. *cap vlt. lit. C, Manſ. d. conſult.* 24 *numer.*
68, & allegat *Fernand. d. l.* 4. *Taur. numer.* 58. *&* 59.
qui argumentando à minori ad maius , ait , credito-
rem hypothecarium , non habere ius adeo efficax ,
in debitorem , quantum retinet Dominus in ſeruum ,
quia debitor in tantum acquirit creditori , vt poſſit
idem creditor ſuas actiones hypothecarias , in bo-
nis à debitore acquiſitis exercere , ſeruus in omni-
bus , & quoad dominium acquirit Domino , & ni-
hilominùs , ſi ſeruus hæreditatem ſibi relictam no-
luit adire , nil Dominus conſequitur, quia, vt ait , fa-
cultas illa adeundi reſidet in animo , qui obligari non
poteſt inuitus,nec ſubijci volens, *l. cum proponas. C. de*
Hæred Inſtit. Gail. de Pac. Publ. lib. 2. *cap* 19. *num.* 13. 59
vbi, quod ius adeundi eſt ius quærendum non autem
ius quæſitum, cum antè aditionem nihil effectualiter
acquiſiuerit debitor .

Et quod idem ius nequaquam ſit in bonis noſtris ,
& propterea non veniat in vniuerſali bonorum hypo-
theca,voluit etiam *Peregr. conſil* 46. *numer.* 16. *lib.* 3. 60
Amen. ad Franc. d. dec. 101. *num.* 2. & omnium optimè
Rebuff. allatus à Manſ. vbi ſup. num. 69. *in l. vnica, C. de*
ſent. quæ pro eo , quod inter. in gloſſ. in verbo dupli ex
num. 22 qui tenet rem dici in bonis noſtris, quando ,
pro ea habemus actionem,& exceptionem;ad adeun-
dum,autem,non habemus actionem contrà aliquem, 61
ſed facultatem, quia poſſum adire, vel non adire ; er-
go non dicitur in bonis ius adeundi, antequam adea-
mus &c. vt etiam notat poſt *Manent. dec. Mantua.*
38. *num.* 12. *Gutier. lib.* 11. *pract. quæſt.* 127. *& in cap.*
quamuis pactum numer. 17. *&* 13. *de Pact.* & alios
quos adducit *Hodiern. in l. hac edictali quæſt.* 35. *nu-*
mer. 23.

Igitur,conſtat hanc ſententiam,vti magis commu-
nem eſſe ſequendam , & prout etiam pro hac conclu-
dere videtur *Andreol. d. contr.* 208. *nu.* 13. quamquam
dicat contrarium habere ad ſui fauorem *Rotæ* opi-
nionem .

Tertiò limitatur cõcluſio ad fauorẽ fiſci.Probatur,
enim,quod eius debitor non poſſit fraudare, nõ quæ- 62
rendo hæreditatem ſibi delatam per *tex. in l. in frau-*
dem 45. *ff. de Iur. fiſc.* ibi , *In fraudem fiſci non ſolum*
per donationem , ſed quocumque modo res alienatæ re-
uocantur ; Idemque iuris eſt , & ſi non quæratur ; æquè
enim

enim in omnibus fraus ponitur, vbi *Bartol. & Alberic.*
Rip. l. 1. num. 7. ff. de Pignor. Peregr. de Iure fisc. lib. 5. tit.
1. num. 190. & lib. 6. tit. 7. num. 38. Manson. de caus. Exe-
cut. lib. 1. quæst. 6. ampliat. 8. numer. 38. Mangil. de
imput. quæst. 4. numer. 15. 10. & alij allegati per *Carle-*
ual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 25. numer. 8. Osuald. ad Do-
nell. lib. 23. cap. vlt. lit. C, vers. plerique responderunt,
Negusant. de Pignor. par. 4. num. 41. Menoch. consil.
1220. num. 32. optimè *Gratian. discept. cap. 132. nu. 12.*
vbi, quod vlterius punitur in duplum, qui fraudem
63 facit fisco in quærendis, cum in quæsitis puniatur in
quadruplum.

Nec est mirum, quia lex magis fauet fisco, quam
64 priuato creditori; Vndè dicimus, quod statim lata
condemnatione reus incipit esse debitor fisci; neque
potest sibi non acquirere, & si remittit, reuocatur
repudiatio per fiscum: Et vlteriùs addit, quod hoc
procedit antè condemnationem, quando sumus in
crimine commisso per reum, cui interdicitur admi-
nistratio bonorum, aut bona ipso iure publicantur,
& tandem *num. 15.* ait, quod non solum est speciale
in fisco, vt iura non possint repudiari, quando sunt
purè delata, sed etiam si sint conditionalia, prout
in lucro dotali, ex statuto, præmoriente vxore si-
ne filijs, & hanc etiam sententiam tenet, alijs ad-
65 ductis *de Anna consil. 76. numer. 6.* cum alijs recensi-
tis per *Add. ad Capyc. Latro dec. 8. num. 9. 10. Cancer.*
lib. 1. cap. 3. num. 71. qui ampliat *num. 72.* fauore dotis,
cum procedat argumentum de vno ad aliam in pri-
uilegijs.

Sed contrarium tenet *Carleual. de Iudic. d. disput. 25.*
num. 9. ex textu clarissimo *in l. cum quidam 26. ff. de*
iure fisc. ibi, *Non videtur* in fraudem fisci factum,
quod acquisitum non est idem *Gratian. discept. 271.*
66 *num. 20.* arguit, enim, ex hoc, quod si conceditur con-
trà creditores, multò magis aduersus fiscum, quasi
causa creditorum sit potior, tanquam, tractantium
de damno vitando, cum fiscus, quoad pęnam agat de
lucro captando, & creditor priuatus, est potioris con-
67 ditionis, quam fiscus pęnam exigens *l. 1. C. de Pæn. Fi-*
scal. credit. præfer. lib. 10. Giurb. ad Consuet. Messan. 1.
par cap. 5. gloss. 8. num. 9. vbi refutat *Cancer. contrà te-*
nentem, plures adducit *Olea de Cess. d. quæst. 3. num. 16.*
17. vbi, quod id putat verissimum, prout pariter ab
hac sententia non discedit *Arias de Mes. var. lib. 2. cap.*
41. num. 8. ex dispositione *d. tex. l. cum quidam 26. ff. de*
Iur. fisc. Prat. obseru. 15. num. 38. & 43. vbi, quod pro-
cedit, tam in fisco, quam in dote, quem sequitur etiam
Add. ad Capyc. Latro d. dec. 8. num. 12. Castill. d. cap. 112.
num 50. & seqq. Salgad. Labyr. credit. cap. 14. num. 125.
vers. tum tandem, Aloys. Mans. d. consult. 24. num. 85. vbi
testatur de magis communi, & plura de materia apud
Quesad. dissert. Iur. diss 18. nu. 42. & seqq. Spad. cons. 39.
lib. 1. Viu. dec. 443. Reuerter. dec. 380. Rot. dec. 179. &
dec. 232. par. 4. tom. 2. rec.

Qua opinione firmata, non obstat textus in con-
68 trarium ponderatus *in l. in fraudem 45. ff. de iur. fisc.*
qui videbatur ex diametro contrariari, *l. cum quidam*
26. ff. eodem; Quia respondent communiter Doctores,
textum in l. in fraudem, non esse accipiendum, in eo
sensu, vt de repudiatione agat, sed de non acquisitio-
ne iuris, iam quæsiti, vt cum debitor dominium rei ex
contractu iam sibi debitæ quærere neglexisset, vt op-
timè *Arias de Mes. d. cap. 41. num. 12. & 13. Salgad. d.*
cap. 14. num. 121. Aloys. Mans. vbi suprà nu. 85.

Quartò iuxta opinionem nonnullorum, & præci-
puè *Carleual. de Iudic d. disp. 25. num. 15.* limitatur, in
69 creditore ex causa onerosa, vt non possit fraudari in
non quærendo, secùs, verò, in creditore ex causa lu-
cratiua a creditoribus ex causa onerosa; Si creditores
sint ex causa lucratiua, debitor in non acquirendo
fraudem non facit, siue creditor sit priuatus, siue
fiscus, & eo pertinere ait, per *tex. in d. l. qui autem*, 70
ff. quæ in fraud. credit. d. l. cum quidam, ff. de Iur. fisc.
& l. 1. §. vtrum, ff. si quid in fraud. Patron. Nam fiscus,
in pęnis, prætendit causam lucratiuam *Becc. cons. 52.*
num. 19. & 144. lib. 1. Vlterius planum est, patronum 71
in successione liberti agere de lucro captando, & cau-
sam esse lucratiuam, in qua minor est obligatio debi-
toris, vt latè prosequitur videndus, *Carleual. vbi su-* 72
pra; Si verò creditores sint ex causa onerosa, non
quærendo fit illi fraus. Nam debitores ex causa one-
rosa, si ius naturale, & bonam fidem spectamus,
obligati sunt acquirere bona, & illa procurare, qui-
bus satisfaciant creditoribus suis, si commodè pos-
sint; etiam, ex propria industria, nedum obuenien-
tia lucra amplecti, & non repudiare, *Sanch. de*
Matrim. lib 6. disp. 4. numer. 9. versic. his tamen, &
alij cumulati per *Carleual. ibidem numer. 16.* qui tan-
dem concludit *numer. 17.* quod quamuis in *d. l. qui*
autem 6. in princ. ff. quæ in fraud. credit. & d. l. in
fraudem 45. ff. de Iur. fisc. constituantur duæ regulæ
generales contrariæ, tamen temperandæ sunt ex
prædicta distinctione, vt regula, *d. l. qui autem*,
intelligatur de debitoribus ex causa lucratiua, Re-
gula verò *d. l. si quis in fraudem*, de debitoribus
obligatis ex causa onerosa: nam non est nouum, alias
leges ex alijs limitari, & declarari *l. quamuis 11. ff.*
de in Ius voc. l. vtrum 23 ff. de Petit. hæred. cum simi- 73
libus.

Sed hæc distinctio, & limitatio est communiter re-
iecta præcipuè per *Gips. in addit. ad Capyc. Latro d. dec.*
8. num. 15. 16. vbi, quod *Carleual.* loquitur contrà opi- 74
nionem receptam in Sacro Concilio Neapol. & in
alijs exteris tribunalibus, prout etiam testatur *Arias*
de Mes. d. cap. 41. num. 27. vbi, quod quamuis hæc di-
stinctio, in foro interiori, valdè commendanda sit,
& tanquam tutior admittenda, tamen in foro exte-
riori dubitat nè violet generalem sententiam *tex. in*
d. l. qui autem; & ideò ingenuè fatetur, quod licet
D. Carleual. ingeniosè tentaret suis collegis senten-
tiam illam insinuare, tamen Sacrum Consilium rece-
dere noluit à receptissima sententia, & contra eum
firmauit etiam *Olea d. cap. 3. num. 34.* vbi, quod distin-
ctionem *Carleual.* Neapolitanus Senatus non proba-
uit, nec ille probat, & pro hac sententia, nouissimè
magis communiter figit pedem *D. Aloys. Mans. d. Con-*
sult. 25. num 82. per tot.

Limitatur quintò, in legato, quod non possit in
fraudem creditorum repudiari, vt latissimè osten-
dit *Galleras. de Renunc. lib. 1. capit. 2. numer. 59. &* 75
seqq. qui probat legati repudiationem alienatio-
nem esse, per *textum in l. magis puto, §. fundum,*
ff. de rebus eor. & alijs ibidem adductis, vbi etiam
affirmat esse constituendam differentiam, inter
repudiationem hæreditatis, & repudiationem le-
gati.

Siquidem, repudiatio hæreditatis non dicitur alie-
natio, vt habetur *in l. alienationis vers. qua occasione,* 76
de Reg. Iur. cum repudiatio legati sit alienatio, *d. §.*
fundum; Et ratio differentiæ est, quia hæreditas non 77
nisi adeunti acquiritur, legata autem, ipso iure, in le-
gatarij dominium transeunt *l. à Titio in fine, ff de furt.* 78
cum alijs allatis a *Salgad. Labyr. credit. par. 2. cap. 14.*
num 21. Cum, autem, legatum repudians dominium
iam sibi quæsitum abdicet, meritò alienare intelligi-
tur, & prosequitur etiam *nu. 50. & seqq.* multis argu-
mentis, roborando assumptum, & *num. 67.* respondet
adductis in contrarium.

Attamen contrarium probatur *in l. 1. §. vtrum au-*
tem, ff. quæ in fraud. Patr. vbi optimè ait, *vtrum autem*
ad ea sola reuocanda Fauiana pertinet, quæ quis

libertus de bonis diminuit an etiam ad ea, quæ non acquisiuit, dicendum est, vt ait Iulianus &c. si hæreditatem libertus non adierit, fraudandi patroni causa, vel legatum repulerit, Fauianam cessare, quod mihi videtur verum; quamuis enim legatum retro nostrum sit, si non repudietur, attamen cum repudiatur retrò nostrum non fuisse palam est, & idem deducitur ex *l. Titio Seio cum l. seq. ff. ad leg. Aquiliam*, vt optimè etiam ratiocinatur *Ann. Robert. rerum quotid. Iudic. lib. 3. cap. 12. fol. 663. in princ. Fernand. d. l. 4. Taur. num. 49. Hodiern. in l. hac edictali quæst. 35. numer. 33.* vbi, quod non obstat *tex. in l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. cor.* quod repudiatio legati alienatio sit; Siquidem, hoc, etsi verum sit, ex eo, quod dominium rei legatæ, recta via, transeat in legatarium, tamen hoc erit reuocabiliter, ob quod non erit diminutio proprij patrimonij, cum antè acceptationem non sit in bonis nostris, & sic illa repudiatio non est verè, & propriè, ac strictè alienatio, prout adaptatur ad dominij radicati translationem *l. 1. C. de Fund. dotal.* sed largo modo, prout adaptatur ad alienationem dominij reuocabiliter acquisiti, & ideò non pertinet ad edictum de his, quæ *in fraud. credit.* & latissimè *Salgad. Labyr. credit. d. cap. 14. nu. 24.* vbi quod, licet legati dominium recta via transeat in legatarium *d. l. à Titio, ff.*
79 *de Furt.* etiam legatario ignorante legatum sibi relictum fuisse *l. si tibi homo, §. cum seruus, ff de leg. 1 l. cum pater, §. 20. ff. de leg. 2. Merend. contr. cap. 32. lib. 9. Rot. dec. 189. nu. 6. par. 7. recent.*

Tamen, cum legatum possit repudiari, non dicitur ius quæsitum, sed ius quærendum, cum illa acquisitio
80 sit imperfecta, immutabilis, & variabilis, atque sub conditione quæsita, nisi legatarius repudiauerit; quoniam sequuta repudiatione, fingitur retrò nihil acquisiuisse legatarium, & consideratur, ac si nihil ei fuisset legatum, iuxtà *tex. d. l. 1. §. vtrum autem*, de quo suprà, & probat optimè, *Osuald. ad Donell. d. lib. 23. cap. vlt. in princ. fol. 320. in princ.* & alij relati per *Salgad. vbi suprà numer. 25.* quibus addo *Arias de Mes. d. cap. 41. num. 22. Mans. d. consult. 24. numer. 51. & 74.* & idem tenet *Prat. discept. for. 34. numer. 31. & seqq. Cyriac. controu. 47. Rot. decis. 323. par. 6. recent.*

Limitatur sextò, quando lucrum, quod quis repudiat non prouenit ab vltima voluntate, vel lege, sed prouenit à contractu, vel pacto, tunc enim repu-
81 diari non potest; quia iam incorporatum censetur, in bonis renunciantis, qui, repudiando diminuere dicitur de eius patrimonio; Ex quo in reuocabiliter ex contractu est illi acquisitum, adeovt aliqua non egeat agnitione etiam ad finem transmittendi, *§. ex conditionali Instit. de verb. oblig.* vt optimè probat *Hodiern. d. quæst. 35. maximè numer. 35.* vbi, quod talis renuncians non euitaret pœnam, *l. hac edictali.*

Quippè, dum præcedit contractus, ex quo quis teneatur acquirere, dolo facit, si non acquirit, & sic dolo desineret possidere *l. sed etsi lege, §. proinde, ff. de Petit. hæred.* cum alijs allatis per *Hodiern. vbi supra numer. 36. Camill. de Medic. d. consil. 98. num. 19. Mangil. de imput. quæst. 117. numer. 17.* optimè *Capyc. Latro decis. 8. numer. 9. Donad. de renunc. cap. 17. numer. 14.* & plenissimè *Aloys. Mans. d. consil. 24. numer. 43.*

Quando, verò, agitur de lucro à statuto delato, potest in præiudicium creditorum repudiari, vt, in
82 terminis lucri dotalis, quod eius remissio non possit dici alienatio, & patrimonij diminutio, sed potiùs non acquisitio tenet, *Peregr. de Iure fisc. lib. 3. tit. 7. num 40 Rolan. de Lucr. dot. quæst. 40. num. 6. Fanucc. eod. tract. gloss. 8. num. 18. Surd. consi 116. lib. 1. Donad. de renunc. cap. 17. num. 13.* cum alijs per *Hodiern. d. quæst. 35. num. 9. & seqq. Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 54* Et in terminis consuetudinis Neapolitanæ lucrum deferentis *Prat. obseru. 15. num. 7. 8. Arias de Mes. d. cap. 42. num. 22. Gips. in Addit. ad Capyc. Latr. dec. 8. num. 4. Io: Garz. de Coniug. ab quæst. num. 148. Olea de cess. Iur. & act. d. tit. 2. quæst. 3. numer. 23. 24. Menoch. consil. 1220. numer. 18. & 19. Aloys. Mans. d. consult. 24. num. 41.*

Sed contrarium tenet *Hodiern. d. contr. 35. nu. 14. &*
seqq. quem refert, & sequitur *Capyc. Latro d. dec. 8. num.* 83
12. vers. verum prædictis.

Comprobatur conclusio, quod, lucrum à lege delatum possit in præiudicium creditorum repudiari ex
traditis, per *Surd. cons. 116. num. 14. 78. Arias de Mes.* 84
var. lib. 3. cap. 37. num. 14. affirmantibus posse patrem in præiudicium creditorum repudiare vsumfructum,
in bonis aduentitijs filij, vt probat etiam *Gratian. di* 85
scept. for. cap. 271. num. 34 Peregr. cons. 81. num. 23. lib. 1. Trentacinq. lib. 1. var. tit. de pecul. resol. 3. num. 1. Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 1. num. 50. Olea de Cess. tit. 2. quæst. 3. num. 27. Merend controu. d. cap. 48. num. 12. Gomez. ad leg. 48. Taur. num. 10. cum alijs adductis per *Hodiern. d. quæst. 35. num. 7. 8 Pasthal. de Vir. Patr. Pot. par. 2. cap. 4. num. 170. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 13. tit. 38. num. 14. Aloys. Mans. d. consil. 24. numer. 48.* & latissimè *Cyriac. controu. 319. numer. 1. vsque ad 17.* licet ipse in casu suo contrarium teneat.

Et similiter, ex eadem ratione licebit, fratri, qui,
exclusa sorore, solus ad successionem à statuto vo- 86
catur huiusmodi statuti beneficio renunciare, & totam successionem sorori relinquere, vel eam secum ad patris successionem admittere, ipsis creditoribus, vel inuitis, vel reclamantibus, licet hoc in eorundem creditorum damnum resultet, vt probat *Menoch. cons. 1220. num. 17. Hodiern. ad Surd. dec. 140. nu. 11. Donad. de renunc. cap. 2. num. 77. Gallerat. vbi suprà num. 53. Aloys. Mansius d. cons. 24. num. 49.* vbi *num. 50.* quod in fortioribus, antè euentum conditionis fidei-
commissi possit debitor hæreditatem restituere sub 87
stituto in præiudicium creditorum, vt est *tex. in l. patrem, ff. quæ in fraud. credit.* tenet *Rebuff. consil. 176. num. 20. Peregr. de fideic. art. 2. num. 51. & art. 3. num. 127.*

Et de hac quæstione, quod fideicommissarius possit antè conditionis euentum, in fraudem creditorum
bona fideicommissaria restituere substituto latè *Ca-* 88
still. cap. 112. per tot. Boer. dec. 55. numer. 5. Cutell. de Donat. tract. 2. disc. 2. par. 9. numer. 10. Anton. Bellon. cons. 33. per tot. Olea de cess. d. tit. 2. quæst. 3. numer. 18. & 19. Fontanell. de Pact. Nuptial. claus. 4. gloss. 9. part. 5. numer. 79. & seqq. plenissimè, *Salgad. Labyr. credit. part. 2. capit. 14. numer. 17. & seqq. & cap. 16. numer. 40. & seqq.* cum alijs ab eo adductis.

Et contrariam opinionem, contrà communem, quod, in præiudicium creditorum fideicommissarius
non possit restituere hæreditatem substituto, prolixè 89
disputat, & probat, *Fontanell. vbi suprà num. 100. & num. 114.* & post eum idem consuluit, *Andreol. controu. 110. per tot.*

Et tandem, quod possint parentes filijs suis concedere facultatem testandi, vt liberè de bonis suis di-
sponant, in præiudicium aliorum filiorum, tenent 90
relati per *Oleam de cess. d. tit. 2. quæst. 3. num. 29. & seqq.*

Septimò limitatur, suprà posita principalis conclusio, in foro conscientiæ; Nam, quicquid sit in foro exteriori, in foro interiori peccat lethaliter talis repudians, *Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 436. in fine.*

in fine, & latè comprobat, *Sanch.de Matrim.lib.6.cap. 4 num.9.Cutell.d.2.par.num.19. in fine, Olea de Cess.d. tit.2.quæst.3.num.25.Arias de Mes.d.lib.2.cap.41.num. 27.Capyc. Latro dec.8. num.* 13. qui admonet causidicos,& aduocatos, ne consulant debitoribus, vt repudient,quia peccarent, & ex eorum consilio debitores efficerentur impotentes ad soluendum, vt etiam aduertit *Franc.de Petr.cons.59.nu.15.* Vndè *Capyc.Latro d.dec.nu.14.* ait, quod, cum casus acciderit,valde erit cogitandum; quia multoties, quamuis adiuerint hæreditatem, tamen ad fraudandos creditores, dicunt eam non adiuisse; & quia creditores actus positiuos aditionis habere non possunt, remanent suis iuribus priuati in detrimentum animæ renunciantis, optimè *add.ad eundem d.dec.8.nu.31.& seqq.*vbi refutat,*Prat. cent.1.obseru.16.* vbi confirmando;, quæ dixerat *lib.1. discept.for.cap.34.num.39 40.* inuehit contrà *Molin. & Sanch.* & tamen, vt ait idem *Gipsius* Theologis in materia peccati magis creditur,quam Doctoribus Cæsarei iuris, & refert *Ala de Aduoc.& caus. Christ. pag.2. quæst.51.* quod, quando debitor non potest omnibus creditoribus satisfacere, non exquirat opiniones Legistarum,sed Theologorum; Propterea, dicit,quod opinio *Prati* ex omni parte est destituta,& probat vlteriùs,multis argumentis,multa adesse in iure Ciuili,
92 quæ valent,in foro externo, non tamen in foro interno subsistunt, vt ibi per eum.

Vndè,pro hac sententia, quod peccet, qui non acquirendo fraudat creditores, dicit etiam *Gratian. discept.for.cap.271.num.25.Carleual.de Iudic.d.lib.1. tit. 3.disp.25.num.16.Escobar de Purit.Sangu.par.1. quæst. 7. numer.27.* quos allegans tenet *Sous. decis. Lusit.8. num.9.*

Octauò limitatur,in eo, qui, ratione Officij sui, tenetur acquirere,& dolo non acquirit;tunc,enim tene-
93 tur ad fauorem creditorum, vt de procuratore scribitur,*in l.dolus 44.ff.mandati l.illud 7.§.sed & si mercem, ff.de Tribut.Camill.de Med.d.cons 98.num.18.Castill.lib. 5.controu. cap.112. num. 13.* & alij relati per *Arias de Mes.d.cap.41.num.24. Franc.d.dec.101. num.32. Carleual.d.disp.25.num.12.* vbi, quod, qui debet acquirere ex bona fide,& non acquirit,fraudem facit,& referendo, pro hac opinione, Senatus Castellæ decisionem, dicit,quod non inuenit, in his terminis, contradictorem; quia quicumque animum habet nocendi proxi-
94 mo,aut agendi contrà obligationem,aut æquitatem, fraudem facit, *l.in summa 2. §.idem labeo, & l.2.ff. de aq.pluu. arc.* & latissimè etiam probat *Cyriac. controu. for.d.cap.319.num.20. & seqq.* vbi probat, quod quo-
95 tiescumque repudiatio fit, cum fraude, intrat edictum, nè in fraudem creditorum, & multa ad materiam cumulat.

Ex qua Doctrina conciliantur, secundum *Carleu. vbi supra num.13.*duo tex. Vlpiani diffidentes vnus *ex l.magis puto 5. §.fundus,ff.de reb.eor.* quo dicitur,fundum legatum pupillo repudiari non posse, sine præ-
96 toris auctoritate, quasi, hæc repudiatio alienatio sit. Alius in *d. l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit. §. sed & illud*, cum quo conuenit alius eiusdem Vlpiani *in l. 1. §. virum, ff. si quid in fraud. Patron.* vbi, etiam ex sententia Iuliani, docet repudiationem legati non esse alienationem, neque per eam patrimonium diminui. Nam cum in repudiatione, de qua agitur in primo textu, interueniat tutor, ad eius officium pertinet, non solum non diminuere patrimonium pupilli, sed etiam illud augere, requirendo, quæ vtilia sunt pupillo &c. Vndè, sequitur, quod sit species alienationis. At in alijs legibus non agitur de casibus, in quibus præcedat contractus aliquis, vel materia, quæ obliget ad acquirendum.

Hanc sequitur nona limitatio,quod pupillus & Ecclesia, nequaquam possint præiudicare creditoribus, repudiando ius noudum agnitum, vt est textus *in d. §.fundum, ff. de reb. eor.* & firmat *Osuald. d. cap. vlt. lit. C, vers. obijcitur,Pycchard.§ item si quis in fraudem num.17.Instit. de Act. Arias de Mes.var.d.cap.41.num. 11.& 22.*

Hæc autem omnia, sunt intelligenda de repudiatione hæreditatis nondum delatæ,vel delatæ, & nondum aditæ;Non verò de repudiatione hæreditatis aditæ,&
acceptatæ à debitore; quia, eo casu, nullatenus valet 98
repudiatio hæreditatis, vel legati; Nam adoptatur regula, de qua *in l.debitorem, C. de Pignor.* quod debitor nihil potest facere in præiudicium creditorum, & concordat *tex.l.1.& per tot. tit.ff.quæ in fraud. credit. §. si quis in fraudem Instit. de act. Trentac. var. tit. de except.lib.2.resol.4.Accost.regul.5.in Præfat.nu.4.Gratian.dec.March.17.num.14.& discept.cap.271.num.35. Olea de Cess.d.tit.2.quæst.3.num.2.3.Capyc.Latro dec.8. nu.3.vbi Add.num.35. Carr.dec. Granat.10. num.46.de Franch.dec.101. in fine, Merlin. de Pignor. & hypoth. lib.4. tit.5. quæst.134.* & facit *Rot. dec. 7. num.9. par.8. rec. Aloys. Mans. d. Consult.24. num.52. in fine, Fontanell. de Pact. Nuptial. d. claus.4. gloss.9.par.5. num.77. Cyriac. controu. 319. num.18.* cum alijs qui cumulari possent.

Quamobrem,disputant Doctores; An ea, quæ de repudiatione hæreditatis, vel legati dicta fuerunt, quod scilicet in fraudem creditorum alienari possint, habeant locum in renunciatione translatiua.

Et opinio negatiua videtur verior,nempè,quod renunciatio delatæ hæreditatis, & similium facta in fa-
uorem tertij,& in fraudem quorumlibet creditorum, 99
etiam personalium rescindenda sit,iuxtà textum,*ff.& C.quæ in fraud.credit.*

Quod probatur, quia huiusmodi cessio, & renunciatio est mera alienatio,& donatio proprij patrimonij ipsius debitoris, vt optimè probat *Salgad. Labyr. credit.par.2.cap 14.num.30.& seqq.* nam supponit adi-
tionem, & acquisitionem ipsius renunciantis, & sic 100
antecedentem acquisitionem rei renunciatæ,vt possit effectum sortiri ipse renunciationis contractus, & contrahentium intentio, quæ tendit ad translationem dominij in recipientem, quod consequi non po-
test, nisi renuncians ius habeat prius radicatum, 101
quia nemo dat, quod non habet, *l.traditio,ff.de acquir.rer.domin.l.nemo plus, ff. de Reg. Iur. cap. quod autem de Iurepat. Anchar.cons.318.*

Nec plus iuris in alium quis transferre potest,
quam ipse habet,*cap.nemo plus 7.de Reg. Iur. in 6.* vbi 102
Barbos.nu.1. Pycchard. super Instit. de acquir. per arrog. nu.49.Sesse dec. Aragon.188.nu.15.Rot. dec. 686. nu.1. par.2.rec.

Ideoque, vt contractus sit efficax, videtur velle prius adire, & acceptare ad transferendum, qui,
enim, vult aliquid, censetur velle omne id, quod ad 103
eius efficaciam, & validitatem necessarium est *l. 2. Cod. de Iurisd. omn. Iudic. l. ad rem mobilem, §. qui procuratorem, ff. de Procur. Surd. consil. 347. numer.20. Gamm. dec.206. num.9. Menoch. consil. 14. num.8.*

Et probatur conclusio manifestissimè, ex *textu in l.si ania,C.de Iure delib.* vbi, quod, is, qui de hæreditarijs bonis sibi relictis antè aditionem testatur, eo
ipso, adire videtur, vt tenet etiam *Mantic.de Coniect.* 104
vltim.vol.lib.12.tit.12.num.12. latè *Fontanell. dec.87. 88. 89.* & alij relati per *Salgad. vbi suprà cap.14. numer.34.*

Et quod, in hac renunciatione, aut donatione hæreditatis delatæ occultetur vnus actus, scilicet, acceptatio,quæ præcedere supponitur tanquam necessaria

firmauit *Rip. in l. ſi vnquam quæſt. 11. num. 21. C. de re-
uoc. donat. Caſanat. conſ. 10. num. 186. & ſeqq.* vbi latiſſi-
mè, cum alijs, ad ſaturitatem congeſtis, per *Salg. d.
loco num. 37.*

Propterea, quod renunciatio hæreditatis delatæ
debitori non admittatur, in præiudicium creditorum,
106 eo, quia dicatur alienatio iuris quæſiti firmat, *Sanch.
de Matrim. tom. 1. lib. 6. diſp 4. num. 2. & ſeqq & num.
16. Roland à Vall. conſ. 11. numer. 25. vol. 2. Marcabr.
conſ. 30. num. 299. Gallerat. de renunc. cent. 1. renunc.
17. numer. 42. verſ. ſecundo caſu*, pleniſſimè *Olea de
Ceſſ. d. tit. 2. quæſt. 3. numer 38 & ſeqq.* & doctiſſimè
Salgad. cum multis concordantibus *d. cap. 14. num. 30.
& ſeqq.*

Contrariam, tamen ſententiam defendit, *Fontanell.
de Pact. Nupt. d. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 5. numer. 126.
pag. mihi 115.* vbi, quod, quia d. prior acquiſitio,
& hæreditaria aditio, quam videtur antea feciſſe,
qui iam cedit, & renunciat, non videtur principaliter
ordinata ad adeundum, & acquirendum, ſed ad re-
nunciandum, non eſt habenda in conſideratione, tan-
107 quam momentanea *l. qui ſic, ff. de ſolut.*

Et latius, quod acquiſitio momentanea non dica-
tur acquiſitio, *Gratian. diſcept. for, cap. 132. num. 25. &
cap. 316. nu. 23. Fontanell. de Pact. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 12.
num. 36.*

Prout non dicitur verſum, quod non durat verſum,
108 nec dicitur factum, quod non durat factum, *cap. vndè
de verb ſignif. Menoch, conſ. 334 nu 19. Surd. de Alim.
tit 7. quæſt. 20. nu. 9. & ſeqq. Caſtill. controu. lib. 5. par. 2.
cap. 89 num. 8. & ſeqq. Rot. dec. 503 num. 4. par. 3 rec.*
Vndè arguit, quod licita ſit, & permiſſa d. renuncia-
109 tio, & ceſſio hæreditatis in præiudicium creditorum,
ſicuti pura repudiatio, cum idem in effectu ipſæ
ſint.

Admittit, tamen, ſupradictam concluſionem,
quando duo actus ſeparati facti eſſent, licet inconti
nenti vnus poſt alium, puta, quod prius adita fuiſſet
110 hæreditas, & poſtea in eodem inſtrumento ceſſa, &
renunciata; Cum, enim, tunc clarè appareat renun
ciationem, & ceſſionem illam non remanere in puris,
& nudis terminis repudiationis, quæ fit de iure quæ
rendo, imò propriè eſſe renunciationem iuris quæſiti,
ideò fieri non poſſet in fraudem, & præiudicium cre-
ditorum, vt etiam probat, alijs adductis *Olea d. tit. 2.
quæſt. 3. num. 46.*

Sed prima opinio contrà *Fontanell* eſt magis com-
munis indiſtinctè, per ea quæ ſcribit idem *Salgad.* vbi
111 ſupra *num.* 38. Et ad argumentum eiuſdem Fontanel-
læ deſumptum a *Socin. conſ. 53. vol. 4.* quod momenta-
nea acquiſitio non ſit habenda in conſideratione re-
ſpondet *Marcabrun. d. conſ. 30. num. 329.* quod *Socin.*
malè loquitur, & in ſpecie eum damnat *Rip. d. l. ſi vn-
quam quæſt. 11. C. de reuoc. donat,* & alij de quibus
per eum, vbi etiam obſeruat, quod attenta *Socini*
opinione, ſequeretur, quod non eſſet differentia inter
renunciationem, quæ fit per modum abdicationis,
& quæ fit per modum donationis, ſeu translatio-
nis, contra ea quæ habentur *in l. ſi actionem, C. de
Pact.*

Verum, tamen, eſt, quod opinio *Socini* fortè benè
procedit, in creditoribus merè perſonalibus, quando
probatur renunciationem non fuiſſe factam in frau-
112 dem creditorum, vt limitat *Salgad. d. loco nu-
mer. 38.*

Ac indubitanter habet locum in caſu, quod ſit fa-
cta renunciatio, non ad fauorem extranei, ſed ad fa-
uorem ſubſtituti, vel cohæredis, vel alterius, qui ſtan-
te debitoris renunciantis repudiatione, eoque de me-
113 dio ſublato, ſibi acquireret, vti vocato, lege, teſta-
mento, aut contractu, vt optimè *Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib. 12. tit. 12. num. 17. Add. ad Gamm. deciſ.
92. verſic. communis reſolutio, Surd dec. 343. num. 430.
& ſeqq.* vbi, quod hæc renunciatio facta alias voca-
tó, & proximiori ſucceſſori potiùs dicitur refutatio,
& repudiatio, non alienatio iuxtà intentionem con-
trahentium, prout etiam firmat *Amat. lib. 2. reſ. 84. nu.
14. 39. & 4. & ſeqq.* & alijs, conſulió, omiſſis relatis per
*Oleam de Ceſſ. d. tit. 2. quæſt. 3. num. 45. & ſeqq. Salgad.
d. par. 2. cap. 14. num. 45. & ſeqq*, vbi optimè de materia
diſcurrit.

Sublimita, tamen, hanc limitationem, niſi cohæres
hæreditatis ſuæ partem in fauorem vnius, ex pluribus 114
hæredibus ceſſiſſet, vt explicat *Olea vbi ſupra nu-
mer. 47.*

Et ex his, quæ ſuprà fuerunt adducta, facilè ſoluitur
propoſita quæſtio: An valeant Pacta futuræ ſucceſ- 115
ſionis renunciatiua in fraudem creditorum. Nempè,
vel agitur de renunciatione hæreditatis, neque dela-
tæ, neque aditæ, & tunc valet, abſque dubio renun- 116
ciatio, nam agitur de re, quæ nullatenus eſt in bonis
noſtris.

Vel agitur de hæreditate delata, & nondum adita,
& tunc poteſt reſponderi iuxtà diſtinctiones, & limi-
tationes, de quibus ſuprà.

Plura alia de materia, quid poſſit debitor in præ-
iudicium creditorum, vide penès *Gratian. diſcept for.
cap. 667 Surd. dec. 102.* vbi an poſſit perdere emphy-
teuſim, *Merend. cap. 36. lib 24. Capyc. Latro dec. 153. nu.
4.* vbi, an poſſit declarare quod habet purum nomen
in aliquo contractu *Buratt. deciſ. 104. Thomat. de-
ciſ. 208.*

CAPVT XLII.

**Renuncians, an faciat partem in legiti-
ma liberorum. Plura argumenta, pro
negatiua, & plura pro affirmatiua ſen-
tentia, afferuntur. Et tandem conci-
liantur opiniones, diſtinguendo, quod
vel agitur de perſona à lege, & ſtatu-
to, vel à Patre, vel à ſe ipſa excluſa:
Et an portio aucta cedat commodo
hæredum, vel aliorum filiorum.**

SVMMARIVM.

1 *An renuncians faciat partem in legitima, eſt quæſtio difficilis, & intricata.*
2 *Comparatur Hydra.*
3 *Vtraque opinio affirmatiua, vel negatiua defendi poteſt.*
4 *Qui non admittitur ad partem, neque admitti ſperatur, non facit partem.*
5 *Legitima eſt portio hæreditatis.*
6 *Legitima taxatur tempore obitus patris.*
7 *Filia per ſtatutum excluſa, nullam facit partem in legitima.*
8 *Filia, per ſtatutum excluſa, nullam facit partem in legitima.*
9 *Liberi qui contra Tabulas bonorum poſſeſſionem habere nequeunt non faciunt partem.*
10 *Bonorum poſſeſſio contrà tabulas non datur renuncianti.*
11 *Excluſa à ſucceſſione partem facit.*
12 *Legitima non ex paterna, ſed ex legis diſpoſitione debetur.*
13 *Filia renuncians adhuc eſt filia.*

14 Qui-

14 *Quilibet habet arbitrium admittendi, & respuendi legitimam.*
15 *Qui agnoscit suam portionem, & alij cedit partem facit.*
16 *Dos succedit loco legitima.*
17 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
18 *Quod renuncians non faciat partem in legitima.*
19 *Contrà, quod faciat partem licet non admittatur.*
20 *Distinguitur materia in persona exclusa à lege, & statuto, vel de persona exclusa à patre, vel de persona eius proprio facto exclusa.*
21 *Quando mulier pro renunciatione nihil habuit non facit partem.*
22 *Quando renunciauit, aliquo recepto, facit partem.*
23 *Siue renunciatio sit facta viuo patre, siue eo defuncto.*
24 *Aliqui tenent, quando fit renunciatio viuo patre non facit partem.*
25 *Contrà, quod faciat partem etiam in casu renunciationis facta viuo patre.*
26 *Renuncians suam portionem videtur voluisse donare ei, cui fit renunciatio.*
27 *In renunciatione adest conditio, si hæreditas renuncianti deferatur.*
28 *Paria sunt aliquid fieri certo quodam tempore, & propter cōditionem annexam in id tempus differri.*
29 *Mulier, quæ renunciauit facit partem, quando est vtile fratribus, non verò quando est damnorum.*
30 *Siue renunciauerit nulla portione accepta, siue accepta portione.*
31 *Quod est ad fauorem indultum, non est in odium retorquendum.*
32 *Religionis in religione incapaci non facit partem.*
33 *Secùs, quando est in religione capaci.*
34 *Exhæredatus non facit partem.*
35 *Contrà, facit partem.*
36 *Non facit partem, quando sunt instituti extranei.*
37 *Facit partem, quando sunt instituti cæteri filij.*
38 *Exclusa per statutum an faciat partem.*
39 *Exclusa per statutum, & renunciationem æquiparantur.*
40 *Resolutio talis quæstionis pendet ex eo, an portio reseruata succedat loco legitima.*
41 *Quando succedit loco legitima facit partem.*
42 *Si non succedit, non facit partem.*
43 *Semper facit partem, quando est honorata in testamento.*
44 *In hæreditate matris non facit partem.*
45 *Contrà, quod faciat partem etiam in hæreditate matris.*
46 *Statutum ex iuxta causa potest tollere legitimam fæminis.*
47 *Facit partem in hoc casu, quando est vtile filijs, aliàs non.*
48 *Quando exclusa facit partem procedit ad fauorem fratrum vtrinque coniunctorum non vterinorum.*
49 *Portio aucta, quando exclusa facit partem, an cedat commodo hæredum, vel aliorum filiorum.*
50 *Quod accrescat cæteris fratribus, & ad portionem aliorum.*
51 *Talis portio subiacet restitutioni fideicommissi, quādo filius est grauatus.*
52 *Si est facta renunciatio fauore patris, portio aucta cedit commodo hæredum.*
53 *Si est facta fauore fratrum, portio aucta spectat ipsis fratribus.*
54 *Portio renunciantis cedit semper commodo illius ad cuius fauorem facta fuit.*
55 *Faber error. 9. reprobatur.*
56 *Caren. resol. 97. num. 2. reprobatur.*
57 *Portio aucta, mediante persona exclusa à statuto semper impugnat legitimam masculorum.*
58 *Quando quis excluditur contemplatione alterius, portio, quam persona exclusa est habitura, transit in eius, cuius contemplatione exclusa est.*
59 *Illud, quod fæminis tollitur in masculorum commodum cedit.*
60 *Et talis portio venit semper in restitutione fideicommissi.*

DIfficilis est huiusmodi quæstio; An renuncians
faciat partem in legitima liberorum; In qua,
siue affirmatiuam, siue negatiuam, quis teneat opi-
nionem, repræhendi minimè posset, vt per *Dec. cons.* 1
607. nu. 15. in fine, Boer. dec. 184. qui, vt refert *Hartm.*
Pist. lib. 4. quæst. 8. in princ. hanc materiam compa-
rat Hydræ, de qua Poetæ scribunt, quod, vno ab- 2
scisso capite, alterum renascatur, & quid sit tenēdum,
ignorarunt magni nominis Iurisconsulti, vt monet
Buratt. cons. 92. num. 37 Cyriac. controu. 71. num. 1.
Hinc est, quod propter varias scribentium opinio-
nes, & rationum conflictus affirmauerint aliqui vtrū-
que defendi posse, & quod nullam contrahat culpam,
ille, qui in re tam dubia, & incerta in vnam, vel alte- 3
ram partem inclinet, vt *Petr. Gilken. in Auth. nouissi-*
ma, C. de Inoff. testam. Gabr. commun. concl. de legit.
concl. 2. num. 5. & alij penès *Donat. Anton de Marin.*
lib. 2. cap. 93. num. 5. Gratian. Discept. 676. num. 10.
& quod hæc quæstio sit ardua, & pulchra, dixit *Brun.*
de Stat. partic. 13. §. tertio quæro, Thesaur. dec. 159. in
princ.
Quod autem, non faciat partem, videtur probari
ex eo, quia, qui non admittitur ad partem, nec admit-
ti speratur, aliquo iure actionis, vel retentionis, vel
alterius æquitatis, per se, vel per alium, is nullam con- 4
stituit partem, *Bart. in l. huiusmodi, §. si Titio, Castren.*
Guid. Pap. & cæteri relati per *Kellemb. de Renunc.*
quæst. 37. num. 1. sed filia, ob interpositam renuncia-
tionem, per se, vel per alium succedere non potest,
merito &c.
Item, quia legitima est portio hæreditatis, æsti-
matur, enim, ex hisce partibus, & trientem, ac semissem 5
continet, *l. Papinianus, §. quis mortis causa, & §. quo-*
niam, ff. de Inoff. testam. l. parentibus, l. cum quæritur,
iuncta Auth. nouissima, C. eod. Nouell. de Trient. &
semiss.
Quarè, sicuti filia à tota successione exclusa est, nec
vllam partem, in ea, constituit, sic idem etiam in le-
gitima, tanquam eius parte dicendum erit; nam
idem obseruatur in toto, quoad totum, quam in 6
parte, quoad partem, *l. quæ de tota 76. ff. de rei vindic.*
& arguit in proposito *Kellemb. vbi suprà num. 6.*
Adijcitur, quod legitima, eo tempore, debetur,
quo parens decessit: Vndè, eo tempore, taxatur, & 7
æstimatur, *l. 1. §. si impubere, ff. de Collat. Bonor.* Nec
etiam alicui competit, nisi ei, qui ab intestato succe-
dere potest, *l. 86. ff. de Hæred. Instit.* Sed, defuncto pa-
rente filio renuncianti in eius bonis nullum competit
ius, sed habetur tanquam mortuus, ergò in nulla
consideratione haberi poterit, vt idem *Kellemb.*
numer. 7.
Et vlterius, potest etiam exindè argumentum de-
duci, quod filia per statutum exclusa nullam faciat 8
partem in legitima, *Castren. l. planè, §. si duobus, num. 7.*
ff. de leg. 1. Laurent. à Pin. cons. 56. num. 12. & 24. &
alij infrà citandi. Erit igitur eadem regula statuenda
in renunciatione; nam valet de pacto ad statutum ar-
gumentum, & è contra *Euerard. loc. argum. cap. 89.*
Vrget tandem *tex. in l. planè 34. §. si duobus, ff. de*
leg. 3. quem exornat *Bottigl. de Renunc. success. d. cap.*
2. Theor. 52. num. 20. Nec non *tex. in l. emancipatus,*
ff. de

ff. de coniu. cum emanc. liber. pariter à *Bottigl.* relatus
num. 22. multisque auctoritatibus roboratus.
Ac textus in l. post mortem, §. liberis, ff. de bonor.
poss. contr. tab. vbi, quod liberi, qui contrà tabulas
bonorum possessionem habere nequeunt, nullam fa-
9 ciunt partem, sed renunciantibus non datur ista bo-
norum possessio; Nàm omnibus, quibus successio le-
gitima denegatur, etiam bonorum possessio denega-
10 tur, *l. non est, ff. de bonor. poss. l. 11. §. exemplo, ff. de*
bonor. poss. contrà tabul. meritò &c.
Contrarium, quod exclusa à successione partem
faciat, licet, non admittatur ad partem latè probat
11 *Kellemb. vbi suprà num. 11. & seqq.* his argumentis.
Quod legitima non ex paterna, sed legis disposi-
12 tione liberis debeatur, *Auth. hoc amplius, C de Fideic.*
l. si arrogata, ff. de Adopt. eaque portio spectet ipsis-
met liberis, qui, iure filiationis, à iure digni æsti-
mantur.
Sed filia ob renunciationem bonorum non effici-
13 tur indigna, ità, vt legitima soboles non dicatur;
Nàm, id egit, quod sibi à lege concessum erat, ad-
mittendi, enim, & respuendi legitimam quilibet ha-
14 bet arbitrium, *l. si quis in conscribendo, C. de Pact.* Non
minùs, ergò, soboles, quæ absque renunciationis
pacto à paterna successione se se abstinuit, partem fa-
ciet.
Quod, qui portionem suam agnoscit, eamque alij
cedit, partem facit, *l. si actionem, C. de Pact.* idem *Kel-*
15 *lemb. vbi suprà num. 13. Rot. in Bononien. separationis*
Bonorum 5. Septembris 1670. cor. R. P. D. Priolo decis.
181. num. 15. post Tractatum. Sed filia renuncians ius
suum succedendi agnouisse, idque per renunciatio-
nem renunciatarijs donasse censetur, *Menoch. cons. 1.*
num. 488. Soccin. Iun. cons. 107. num. 1. Crauett. cons.
100. num. 1. meritò &c.
Quod filia non simpliciter à successione excluda-
tur, sed à legitima, per dotis perceptionem; succedit,
enim, dos in eius locum, vt aliàs dixi, & tractant
16 *Andreol. controu. 81. Altograd. cons. 59. lib. 1. Spad.*
cons. 218. tom. 2. Redenasc. cons. 75. Buratt. dec. 215.
dec. 208. par. 8. rec. & in Romana Prætensi Fideicom
missi 17. Maij 1669. coram R. P. D. Calataiù, §. iniusti-
tia autem, in Cesenaten Dotis 11. Februarij eiusdem An-
ni, coram eodem decis. 68. numer. 1. post Tractatum.
Cum subrogatum sapiat eius naturam, in cuius lo-
17 cum subrogatur, *l. Parabolam, C. de Episc. & Cleric.*
non ergo renuncians erit, pro mortua æstimanda,
sed tanquam ea, quæ legitimæ, capax est.
Insuper hæc conclusio affirmatiua, quod partem
faciat, probatur, *ex textu in l. si Titio 7. ff. de leg. 2.*
l. huiusmodi, §. Titio, & Mæuio, ff. de leg. 1. vt latis-
simè ostendit *Bottigl. d. cap. 2. Theor. 52. num. 2. &*
seqq. & num. 14. & seqq.
Et vltrà argumenta, quæ pro vtraque parte addu-
cuntur, quælibet opinio Doctorum numero fulcitur.
Quod, enim, renuncians, vel aliter à successione ex-
clusa non faciat partem in legitima calculanda, tenet
18 *Ruin. cons. 24. num. 5. lib. 1. Guid. Pap. quæst. 295.* &
alij allati per *Gallerat. de Renunc. lib. 2. cap. 5. nu. 23.*
Anton. Faber. de Error. Pragm. decad. 12. error. 8. nu.
4. Donad. de Renunc. cap. 3. nu. 125. Signorol. cons. 98.
num. 11. Peregr. de Fideic. art. 38. num. 11. Dec. cons.
300. num. 5. Gabr. cons. 15. numer. 16. & seqq. lib. 1.
optimè *Hodiern. in l. hac edictali, quæst. 12. nu. 46. &*
seqq. vbi, quod mulier exclusa non facit partem in
computatione legitimæ, cum eo casu, filiarum nume-
rus consideretur Ciuiliter, & non naturaliter, cuius
respectu, ac si non esset in rerum natura, habetur,
paria enim sunt extare, & non succedere, vel non esse
in rerum natura, *l. pater filium, ff. de Inoff. Testam. l.*
tertia, §. si sunt sui, vbi Bart. ff. ad Tertull.

Et, quod taliter exclusa, in filiorum numero non
computetur, eò, quia nulla successio in patris hæredi-
tate est ei debita, & successiuè partem aliquam facere
non possit, firmauit, nonnullis cumulatis, *Donat. An-*
ton. de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 93. nu. 7. Pappon.
Arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 11. Merlin. de legit. lib. 1. tit.
4. quæst. 3. num. 20. & seqq. Altograd. cons. 58. nu. 6.
lib. 1. & num. 88. cum alijs infrà allegandis.
In contrarium, verò, quod faciat partem in legiti-
ma calculanda, licet ad partem non admittatur, te- 19
nent, antiquioribus omissis, *Thesaur. dec. 159. nu. 13.*
Cancer. var. lib. 1. cap. 3. de legit. nu. 50. 51. Maynard.
dec. 24. lib. 1. Anna cons. 45. num. 46. 47. Surd. cons.
244. num. 11. & seqq. Cyriac. controu. 475. Gratian.
Discept. for. cap. 476. num. 3. 4. Mart. Medic. dec. 7. nu.
2. vbi etiam in *addit. Thomat. dec. 23. num. 117. Kel-*
lemb. de Renunc. success. vbi suprà numer. 11. Anton.
Faber. de Error. Pragm. decad. 12. err. 8. Fontanell. de
Pact. Nupt. claus. 9. gloss. vnica, par. 2. numer. 29. 30.
Hartm. Pist. quæst. for. lib. 4. quæst. 8. num. 6. Salgad.
Labyr. Credit. par. 2. cap. 11. num. 63. & seqq Capon.
de Pact. quæst. 55. nu. 19. Bottigl. de Renunc. success.
d. Theor. 52. num. 1. Gaill. obseru. 121. num. 17. lib 2.
Crass. de success. §. legitima, quæst. 7. nu. 9. Fachin. con-
trou. lib. 4. cap. 31. vers. quarta conclusio, Gasp. Mans.
de Testam. valid. vel inualid. ex par. legit. tit. 12. num.
21. & seqq. vbi plura de materia, *Gallerat. de Renunc.*
d. lib. 2. cap. 5. num. 13. vers. rerum conclusio, Rot. post
Merlin. de legit. dec. 4. numer. 8. dec. 74. nu. 1. dec. 87.
dec. 266. par. 1. diuers. dec. 137. num. 9. & dec. 160. nu.
18. par. 6. & dec. 10. num. 18. par. 12. rec.
Ego, tamen, puto, quod huiusmodi conclusiones
ità, prima facie, ex diametro dissidentes, optimè con-
ciliari possint, distinguendo plures casus, qui possunt
contingere, videlicèt,
Aut agimus de persona exclusa à lege, vel statuto,
vt puta filia, quæ, stantibus masculis, non succedit:
Vel, de persona, quæ à Patre sit exclusa, vt in exhæ- 20
redata à parente. Vel, de persona, quæ per se ipsam,
& eius facto ad succedendum non admittitur, vt potè
quæ, vt, in casu nostro, renunciauit, vel in monaste-
rium fuit ingressa.
Et hoc vltimo casu, rursùs est facienda distinctio;
An mulier, quæ renunciauit aliquid pro renunciatio-
ne acceperit; Vel nihil habuerit pro ea, procedit pri-
ma opinio, (videlicet, quod partem non faciat in cal- 21
culanda legitima aliorum) quando nihil omninò ha-
buit; secunda verò opinio, locum habet (videlicet,
quod faciat partem, quando aliquo accepto, renun- 22
ciauit), vt optimè distinguit *Bald. l. vnica ante num.*
291. vers. quid de filia, C. quando non petent. par. ibi,
de dote contenta est, tunc facit partem, quia videtur
habere suam partem, si autem ex alia causa, puta,
quia sic placuit sibi facere, tunc habetur pro mortua
in vita patris, & adeò non accrescent fratribus aliquid ex
connumeratione personæ sororis, quia cum sua legitima
dies nunquam cesserit, pro nulla debet haberi, &c. & si-
militer ait, *Campeg. de Rot. par. 1. quæst. 35.* dicens,
quod, si filia in vita patris dixit, quod erat sua dote
contenta, facit partem, quia videtur habere partem
suam; si autem, ex alia causa placuit sibi sic facere
non propter dotem datam, tunc habetur pro mortua
in vita patris, & ideò non accrescit aliquid fratribus,
& benè etiam idem ostendit, *Gabriel. cons. 135. num.*
14. lib. 2. Peregr. de Fideic. art. 38. num. 12. & prædi-
ctis allegatis, ità optimè distinguit *Gallerat. de Re-*
nunc. d. lib. 2. cap. 5. num. 23. vers. sed hanc opinionem,
Rot. dec. 266. num. 5. par. 1. diuers. Surd. dec. 252. nu.
2. in fine, Bellon. de Iur. Accresc. cap. 6. quæst. 14. nu.
6. & 7. latè *Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 9. gloss.*
vnica, par. 2. num. 28. & 29. Anton. Faber. de Error.
Pragm.

Pragm. dec. 12. *error.* 8. *num.* 9. vbi , quod hic casus nullam habet dubitationem,quia diei non potest partem non habuisse filiam. Videtur enim potiùs ex eo tempore , quo dotem habuit , legitimam portionem fuisse consequutam .

Quod , si ità est,non pertinet casus iste ad quæstionem illam , vtrum filia , quæ ad partem non admittitur faciat partem ; Hæc , enim, admittitur vtique ad partem , quæ iam indè , viuo patre partem consequutam fuisse intelligitur ; Nàm quid refert viuo nè , an mortuo patre admittatur , & latissimè de hac distinctione alijs adductis , loquutus fuit *Donat. Anton. de Marin. lib.* 2. *cap.* 93. *per tot.* vbi , quod , si, in filia, quæ recepit dotem tanta extitit inter Doctores controuersia,& qui magis communiter affirmatiuam sequuti sunt sententiam , vt faciat partem , nullo alio Clypeo se defendunt, nisi vnica illa ratione , scilicet , quia ob dotem,quam habuit,videtur patri succedere, quid affirmare debemus quandò filia,nihilo accepto , renunciaret ? nonnè, in hoc casu, cessat prorsùs ratio fundamentalis , quæ mouit Doctores illos , qui dixerunt , quod ideò filia-dotata partem facere debet , quia videtur patri succedere ? certè sic , quæ , enim , assignari potest ratio,si temerario ausu affirmare vellemus , vt faciat partem filius , qui nihilo accepto patri renunciat ?

Et huiusmodi distinctio procedit indefinitè,siue vi-
23 uo patre , facta sit renunciatio , siue eo defuncto ; Nàm , licet *Paul. de Castr.* & alij Doctores *in l. planè*, §. *si duobus* , *ff. de leg.* 1. tenuerint, quod, si post mor-
24 tem patris filia renunciauit , quod , tunc ei , cuius respectu facta fuit renunciatio acquiratur portio renunciantis , ac propterea partem faciat , secùs , verò , quando viuo patre , renunciauit , motus , quia quando viuo patre , ei successio non dum fuit delata , neque adeò in alium transferre potuit & *Castren.* sequitur præ cæteris *Cranett. cons.* 288. & alij plures , de quibus per *Merlin. de legit, d. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 30. *num.* 33. *& seqq.*

Nihilominùs contrarium est verius,quod filia, quæ
25 renunciauit , etiam viuo patre , ad fauorem masculorum,partem faciat in calculanda legitima , iuxta distinctionem, de qua suprà , videlicet , quando aliquid recepit , vt optimè *Bartol. in l.* 1. §. *qui habebat nu.* 5. *ff. de bonor. poss. cir. tabul.* vbi concludit , quod , si masculus , qui vigore statuti excludebat fæminas , viuo patre, aliquo accepto , renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ ; quod tum patre diuidente , nihilominus partem faciat ; & similiter ait *Bald. in l. vnica C. quando non peten. par. num.*20. *quæst.*6. quod filia , quæ , accepta dote , in vita patris renunciauit hæreditati paternæ,partem faciat & post *Alex. Brun.* & alios , quos allegat , tenet , *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.*8. *num.*6. *vers. veriùs tamen Mynsig. Obseru.* 22. *cent.* 4.

Et ratio affertur ab *Hartm. Pist. d. loco vers. probatur autem* ; quia renuncians , portionem suam ei ,
26 in cuius fauorem renunciauit , donare voluisse censetur *l. si actionem C. de Pact.* Vt igitur , vt donatio ista commodè perfici potuerit,censetur renuncians priùs adijsse hæreditatem , & portionem suam acceptasse ; & deindè eam in alium transtulisse *l. illud C. de acquir. hæred.* & per nos alibi.

Et propterea , in portione acceptata , & in alium translata partem facit æquè , ac si successisset , vt , præ cæteris , obseruat , *Rip. l. re coniuncti num.* 210. *ff. de leg.* 1. *Cagnol. l.* 1. *numer.* 43. *C. quando non pet. part.*

Nec turbat, quod , tempore renunciationis , hæreditas nondum fuerit delata , & ideò nondum acceptata , & multò minus in alium transferri potuerit ; Nàm , vt pluries diximus , in renunciatione , adest
tacita conditio , si hæreditas renuncianti deferatur ; 27
Vndè hæreditate delata , atque, ex hoc , conditione purificata, pro eo habetur,ac si,eo ipso tempore, quo delata est hæreditas filiæ, illa statim renunciauerit ; optimè igitur concludit idem *Pist. vbi suprà vers. mater*, ibi *Si igitur omnis huius renunciationis effectus in tempus delatæ hæreditatis suspensus est , adeòut tùm demum facta . & hæreditati iam delatæ renunciatum videatur , nihil sanè impedit , quo minùs in casu , quo , in gratiam alterius renunciatum fuit , portionem sibi iam delatam ei dono dedisse , & vt effectum sortiatur ; hanc donationem prius acceptasse, & deindè in alium transtulisse, renuncians intelligatur sic, vt in renunciatione post mortem facta admittunt omnes ; sed quemadmodum hoc casu fauor eius in cuius gratiam facta est renunciatio efficit , vt eidem donata præsumatur . Et vt donatio hæc consistat , acceptatio præcessisse videtur .*

Ita hoc etiam in renunciatione , viuo patre facta, cuius effectus , in tempus delatæ hæreditatis , dilatus
fuit , statuendum erit , cum paria sint aliquid fieri , 28
certo quodam tempore , & propter conditionem annexam in id tempus differri *l. quod sponsæ* cum ibi notatis , *C. de Donat. ante nupt. l. in tempus* , *ff. de hæred. Instit.* cum similibus de quibus per *Hartm. Pist. vbi suprà numer.* 7.

Animaduertendum est vlterius, quod , id quod suprà fuit firmatum , scilicet , mulierem facere partem in calculanda legitima aliorum fratrum , qui non renunciarunt , dummodò aliquid pro renunciatione
acceperit , non procedit indistinctè , sed in eo , 29
duntaxat , casu , quod vtile sit ipsismet fratribus ; non , verò , quando non est eis vtile , sed damnosum , vt faciant partem : Hoc, enim , casu nullatenus
partem faciunt , siue renunciauerit nulla portione re- 30
cepta , siue aliquo accepto .

Proindè, huiusmodi quæstio est tantum tractanda, quando agitur , fauore masculorum , non autem, quando , eorum odio , & tenderet ad legitimæ diminutionem,vt,quicquid dicat *Paul. de Catro. cons.* 286. *num.* 4. *vol.* 1. quem sequitur *Censal. ad Peregr. art.* 38. *vers. ex quibus infertur pag* 404. tenet *Cæphal. cons.* 245. *num.* 37. *Alciat. cons.* 479. *nu.* 12. *Rouit. cons.* 70. *num.* 1. *circà finem Gratian. Discept. for. cap.* 676. *nu.* 13. *Crass.* §. *legitima quæst.* 7. *num* 9. *Eugen. cons.* 33. *num.* 31. optimè *Mart. Medic. in addit. ad dec.* 7. *nu.* 7. vbi, quod securius in materia forsan erit nulla alia ratione,vel distinctione attenta, firmare,quod mulieres exclusæ faciant , vel non faciant partem,& numerum proùt magis expediat masculis. Ex quo,cum exclusio facta sit ad commodum , & fauorem illorum, non re-
torqueatur aliquando illis in odium , & hanc opinio 31
nem *Rot.* semper fuit sequuta , *vt in dec.* 166. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. dec.* 4. *numer.* 8. *& dec.* 74. *in princ. post Merlin. de legit. dec.* 160. *nu.* 17. *par.* 6. vbi exemplificando concludunt , quod , si dos parua est , minùsque legitima , tunc fæminæ faciunt ad fauorem masculorum partem ; si verò, sit magna , vtpotè, quando excedit earum legitimam ,tunc nō faciunt partem, quia redundaret eorum numerus, & pars in masculorum damnum ; & firmauit etiam *Rot. in Romana Fideicommissi de Marianis* 12. *Ianuarij* 1660. *coram Reuerendiss. Albergato* ibi ; *cum prædictæ sorores essent exclusæ faciunt , vel non partem , proùt magis expedit masculis , proindè , cum tanquam duæ non augerent legitimam de triente in semissem inter filios imputari , sed integrum triens est legitima Antonij &c.* quæ decisio *est in fine operis dec.* 5. vbi aliæ Rotales decis. recensētur , & benè etiam *Anton. Faber. de Error. Pragm. d. error.* 8. *num.* 10. vbi , quod potest sententia , vt exclusæ faciant partem, suo iudicio, falsa esse, vno casu, si pro-

ſi proponas deceſſiſſe patrem ſuperſtitibus quatuor
liberis; & proptereà filia ipſa, quæ renunciauit; Et-
enim, cum id, quod dicimus filiam, quæ renunciauit
partem facere fratribus in legitimæ computatione,
eo pertineat, vt tantò minùs cæteris legitima debea-
tur, abſurdum eſſet, ex contrario fieri maiorem cæ-
terorum portionem, ob hoc ipſum, quod filia, quæ
renunciauit, partem fratribus facere diceretur; Ità,
namque, fieret, vt in patris odium retorqueretur,
quod ipſius fauore conſtitutum eſt &c. & tenet etiam
Cancer. var. lib. 1. cap. 3. de legit. numer. 51. in fine,
Bottigl. de ſucceſſ. d. Theor. 52. num. 29.

Si, verò, agimus de perſona, quæ fuit effecta religio-
ſa; an faciat partem, nec ne, illa eſt communis diſtin-
ctio, quod, vel fuit ingreſſa religionem bonorum in-
capacem, vel monaſterium capax. Primo caſu, quia
nullo pacto ſuccedere poteſt, habetur pro mortua, &
nullam facit partem in legitimæ computatione, vt de
ingrediente monaſterium S. Franciſci, dixerunt *Bart.*
32 *in l. vnica, in princ. C. de Caduc. tollen. Alex. l. planè,*
§. ſi duobus, num. 7. ff. de leg. 1. vbi etiam *Aret.* & alij
allati per *Surd. de Alim. tit. 3. quæſt. 1. num. 44. Boer.*
dec. 104. num. 6. Gaill. lib. 2. Obſeru. 122. numer. 18.
Hartm. Piſt. d. quæſt. 8. nu. 2. Secundo vero caſu par-
tem facit *Crinell. dec. Rolan. 34. num. 55.* quem refert
& ſequitur *Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 9. gloſſ.*
vnica, par. 2. num. 32. vbi, quod ſi huiuſmodi filia,
quæ renunciauit, reperitur profeſſa, tempore mortis
patris, in monaſterio capace bonorum, facit partem,
33 licèt ad eam nõ admittatur, ſicuti ſi in ſæculo reman-
ſiſſet, quia portio non deficit omninò, cum ad eam
poſſit admitti religioſa, ſi non per ſe, per monaſte-
rium, quod ſuccedit illius loco &c. & firmat pariter
Capon. de Pact. d. cap. 55. numer. 20. & latiùs *Donat.*
Anton. de Marin. d. lib. 2. cap. 93. nu. 6. qui non ad-
mittit, vt filia, quæ renunciauit, monialis effecta in
religione capaci bonorum, faciat partem; Ait, enim,
quod nullum diſcrimen cõſtitui poteſt in ea, quæ fuit
profeſſa in religione incapace, ac in ea, quæ eſt in
monaſterio capaci, ſed propter religioſi renunciatio-
nem ſuccedere prohibetur, &c. Nàm, vt paulò antè
firmauerat idem *de Marin.* ratio fundamentalis, quod
filia faciat partem conſiſtit in potentia ſuccedendi;
qua remota non eſt ampliùs locus ad quærendum:
An faciant, vel non faciant partem. Et de materia,
quando, & quomodò religiones faciant partem, vide
etiam *Reuerter. dec. 1 per tot.* vbi *add. Rot. coram Mer-*
lin. dec. 202.

Deueniendo modò ad ſecundum membrum diſtin-
ctionis, de qua ſuprà *num. 20.* an exhæredatus à patre
faciat partem, alij negant, alij affirmant.

Negant *Decian. reſp. 44. nu. 3. lib. 3. Boer. dec. 103.*
34 *num. 8. & ſeqq. Michalor. de Fratribus par. 1. cap. 33.*
num. 11. Gratian. Diſcept. for. cap. 178. num. 2. Mon-
cae. de ſucceſſ. Creat. lib. 2. §. 20. numer. 205. Ceuall.
Com. contrà Com. quæſt. 370. Sabell. conſ. 60. in fine,
Oſuald. ad Donell. lib. 19. cap. 4. littera R. in fine, par. 2.
Fachin. lib. 4. controu. cap. 31. Bellon. de Iur. Accreſc.
cap. 6. quæſt. 2. num. 4. cum alijs adductis per *Bottigl.*
de Renunc. ſucceſſ. d. Theor. 52. num. 22. Kellemb. d.
cap. 37. num. 28.

Affirmat, *ex textu in §. deinceps, cum §. ſeq. No-*
35 *uell. de Nupt. Kellemb. vbi ſuprà numer. 29. verſ. non*
difficulter.

Sed reducuntur ad concordiam, diſtinguendo, An
in paterno teſtamento extranei hæredes ſint inſtituti,
36 vel filij. Primo caſu, quando ſunt inſtituti extranei,
non faciunt partem; ſecùs verò, quando cæteri filij;
& ratio, quare non faciant partem, quando extranei
37 ſunt inſtituti, eſt, quia filius exhæredatus cenſe-
tur à teſtatore excluſus, à commodo ipſius hæredis
inſtituti, non autem aliorum filiorum, vt, vltrà, *Bart.*
in l. patrem filium, quæſt. 3. num. 14. Caſtren. conſ. 286.
num. 2. allegati à *Merlin. de Legit. vbi ſuprà*, firmat,
Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 1. quæſt. 25. art. 3. nu. 6. 9.
Quando autem filij ſuperſtites ſunt inſtituti hæredes
vniuerſales, & grauati reſtituere, veniente caſu, filij
non conſiderantur ſimpliciter, tanquam filij, ſed tan-
quam hæredes, & ob id, cum ad eorum fauorem, ex-
cluſus cenſeatur exhæredatus, benè facit partem ad
augendam pro eis legitimam, *Merlin. vbi ſuprà, num.*
10. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. d. par. 1. quæſt. 25. art. 3.
Thomaſ. tit. 6. de legit. num. 19. Add. ad Mart. Medic.
dec. 7. numer. 11.

Reſtat, tandem, videre; An filia excluſa, per ſtatu-
tum partem faciat in calculanda legitima. Et hæc 38
quæſtio eſt reſoluenda, ſecundum ea, quæ ſuprà ad-
notauimus in filia, quæ renunciauit; nàm eadem re-
gula procedit in vno, ac in altero caſu; æquiparantur,
enim, excluſio facta per ſtatutum, ac ea, quam facit
ſibi renuncians, *Alciat. conſ. 200. numer. 10. lib. 9.* 39
Cyriac. controu. 71. num. 4. 8. Mart. Medic. in Add. ad
dec. 7. num. 8. Rot. dec. 160. num. 20. par. 5. & dec.
10. num. 12. par. 12. recent.

In hoc, tamen, caſu illud eſt notandum. An ſtatu-
tum excludens fęminas dotatas, propter maſculos
voluerit, vt portio reſeruata ſuccedat, loco legitimę,
nec ne. Id, enim, totum facit in reſolutione præſentis
quæſtionis, *Morott. conſ. 23. nu. 1. Buccaferr. conſ. 22.* 40
num. 34. lib. 2. Rot. dec. 73. num. 1. in fine, poſt Merlin.
de legit. Mart. Medic. in addit. ad dec. 7. num. 3.

Eſt namque omninò approbata illa diſtinctio in
hac materia, quod, ſi id, quod reſeruatur à ſtatuto,
filiabus excluſis, vel eiſdem relinquitur, pro dote,
ſuccedit loco legitimæ, tunc ipſæ fæminæ, faciunt
partem, & legitima ex earum perſonis, augetur de
triente ad ſemiſſem, ad commodum maſculorum, 41
Cephal. conſ. 245. vol. 2. Laderch. conſ. 126. num. 6.
Craſſ. §. legitima, quæſt. 7. num. 4. Cyriac. d. controu. 71.
num. 1. Morott. conſ. 23. num. 20. Merlin. de legit. lib.
1. tit. 4. quæſt. 3. num. 24. Michal. de Fratrib. par. 1.
cap. 33. num. 7. Gratian. Diſcept. for. cap. 676. Sabell.
conſ. 60. num. 10. Piſt. reſol. 68. num. 174. Thomaſ. de
legit. tit. 6. numer. 7. Rot. dec. 137. numer. 9. par. 5.
recent.

Si verò, id, quod à ſtatuto reſeruatur, vel relinqui-
tur filiabus excluſis, non ſuccedit loco legitimæ, 42
tunc, quia filiæ, pro extraneis habentur, non fa-
ciunt partem, neque augent maſculorum legitimam,
ſed habentur, ac ſi in rerum natura non eſſent,
Soccin. Sen. conſ. 82. num. 36. & Soccin. Nepos conſ. 25.
per tot. Ruin. conſ. 152. vol. 5. Decian. conſ. 46. vol. 3.
Cyriac. d. controu. 71. nu. 9. Theſaur. dec. 159. nu. 5. 10.
Simon. de Præt. de Interp. vlt. vol. lib. 3. interp. 5. ſolut. 6.
num. 59. Altograd. conſ. 58. num. 6. to. 1. & iuxta hanc
diſtinctionem intelligenda ſunt exarata per *Gratian.*
diſcept. 676. nu. 11. Thomat. dec. 23. num. 117. Giouagn.
conſ. 8. nu. 42. lib. 2. Vulte. conſ. 29. nu. 128. Gaill. pract.
Obſeru. 122. nu. 17. lib. 2. Cenſal. ad Pereg. art. 38. pag.
403. verſ. ſecundo principaliter, Caren. reſol. 97. nu. 6.
Bottigl. d. Theor. 52. num. 19. Donat. Anton. de Ma-
rin. cap. 93. num. 1. lib. 2.

Et ſimiliter, ſemper partem faciunt, quando fi-
lia, licet à ſtatuto excluſa, ſit honorata in teſtamento 43
paterno; nàm, cum ſint vocatę, videntur reaſſumere
ius ſuitatis, non ſecùs ac, ſi à ſtatuto non eſſent ex-
cluſæ, & conſequenter faciunt partem, atque nume-
rum in computatione legitimæ, perindè ac facerent,
ſi ſtatutum eas non priuaret, vt alijs recenſitis, opti-
mè probat *Mart. Medic. dec. 7. num. 8. 9. Merlin. de*
legit. d. cap. 3. num. 26. Gratian. diſcept. 676. num. 14.
& 15. Rot. dec. 266. par. 1. diuerſ.

An,

An, verò, conclusio de qua suprà, procedat, quoad hæreditatem matris, dubitatum fuit aliquando,
44 & præcipuè à *Rot. dec.* 137. *num.* 10. *par.* 6. *rec.* Et licèt, quod, eo casu non faciant partem, videtur de sumi ex eo, quòd mater non tenetur dotare filias. Et proptereà dici haud possit, quod dos succedat loco legitimæ, sed potiùs videantur exclusæ simpliciter, & haberi, ac si natæ non essent, quoad numerum,
45 & partem. Nihilominùs, pro contraria sentit eadem *Rot. d. dec.* 137. *num.* 11. quia, etsi non agatur de successione matris, pro dote subrogata, loco legitimæ, vel pro dote constituenda, in compensationem successionis, ex eo, quod ad eam non pertineat onus dotandi, tamen verum est etiam, quòd
46 statutum potest tollere legitimam fœminis, ex iusta causa, prout, quando aliundè dotatæ sunt; Vnde videndum est, an fœminæ, fauore masculorum sint exclusæ, & tunc computantur in numero liberorum, & faciunt partem, & numerum quando filijs prodest, vt optimè *Rot. eadem dec.* 137. *num.* 14. vbi aliæ decisiones allegantur, & sic etiam voluit *Add. ad dec. Mart. Medic.* 7. *num.* 12. & nouissimè *eadem Rot. in dec.* 10. *num.* 19. *par.* 12. *rec.* & *in dicta Romana Fideicommissi de Marianis* 11. *Ianuarij* 1660. *coram Reucrendiss. Decano, decis.* 5. *post Tractatum*.

Et hæc sunt intelligenda, iuxta distinctionem, de
47 qua suprà: An sit vtile fratribus, vt faciant partem; aliàs, enim, nequaquam partem faciunt, vt in his præcisis terminis voluit eadem *Rot. d. dec.* 137. *num.* 13. *par.* 6. & *in dicta Romana Fideicommissi de Marianis*.

Id autem certissimum est, quòd, in casu, quòd faciant partem, intelliguntur solùm ad fauorem fra-
48 trum agnatorum, ad quorum dumtaxat vtilitatem præsumitur ordinata exclusio, non ad fauorem vterinorum, vt per *Rot. d. dec.* 137. *par.* 6. *num.* 18. & *seqq.* quam refert, & sequitur *Marc. Medic. in add. ad dec.* 7. *num.* 14.

Et hac occasione, quæri potest; an, in casu, quod
49 fœminæ faciant partem in computatione legitimæ portio ipsis mediantibus aucta cedat commodo hæredum, vel aliorum filiorum.

Et pro perfecta articuli intelligentia distinguendum est; Vel agitur de filia exclusa à successione, per statutum, vel de filia, quæ paternis bonis renunciauit.

Hoc secundo casu, (& est materia magis propria tractatus nostri) nonnulli volunt, quod, dum partem
50 facit, ad fauorem filiorum portio mediante eius persona, aucta, cæteris filijs accrescat, & non hæreditati, vt tenet *Guid. Pap. dec.* 295. relatus à *Fontanell. claus.* 9. *gloss. vnica par.* 2. *num.* 34. vbi assignat rationem, quia per istam renunciationem iuratam, filia se exclusit ab omni successione paterna, cum pater, non teneatur eam instituere, vel exhæredare; ac, proinde debet haberi pro mortua; At, si mortua esset, non faceret partem, ergò, &c. & , alijs adductis firmat etiam *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 5. *Ronit. cons.* 70. *num.* 6. & multis cumulatis argumentis firmat *Kellemb. quæst.* 38. *num.* 6. & *seqq.*

Contrarium, quod augeat hæreditatem, non verò
51 portionem aliorum fratrum, firmarunt *Mayn. dec.* 27. *lib.* 4. *Grivell. dec.* 48. *num.* 8. quos refert, & sequitur *Fontanell. d. par.* 2. *num.* 35. vbi, quod secundùm hanc opinionem fuit decisum, in alijs tribunalibus, vt per *Borgnin. dec.* 8. *par.* 3. *Pappon Arrest. lib.* 10. *tit.* 7. *arrest.* 10. *Capyc. dec.* 138. *de Franch. dec.* 549. & optimè etiam pro hac opinione ratiocinatus fuit *Anton. Faber. de error. Pragmat. decad.* 12. *error.* 9. *num.* 5.
52 Vndè ait, quod hæc portio subiaceat restitutioni fideicommissi, dum filius grauatus est hæreditatem restituere, & pluribus argumentis id comprobare conatus est, & iuxta opinionem *Fabri* scripsit etiam *Fontanell. d. claus.* 9. *gloss. vnica, par.* 2. *num.* 38. vbi allegat concordantes, & nouissimè fuit ita decisum per *Rot. vt in dec.* 10. *num.* 18 *par.* 12. *rec.*

Ego, tamen, in hac materia distinguo; ad cuius 53
fauorem sit facta renunciatio, scilicet, vel ad fauorem patris, vel fratrum renunciantis.

Si fuit facta ipsimet Patri, & ad eius fauorem, teneo, quod portio aucta, mediante filia, quæ renunciauit hæreditati non aliorum commodo cedat, *Crass. quæst.* 7. *num.* 8. *in fine*, *Thomas. de legit. d. tit* 6. *num.* 24. *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 51. *Surd. dec.* 252. *in princ. vbi Hodiern. Cyriac. controu.* 71. *num.* 4. & *seqq.*

Si, verò, renunciatio facta sit fratrum fauore, non accrescat hæreditati, sed alijs fratribus, vt suprà in 54
prima opinione, vt tenet *Crass. vbi suprà*, *Thomas. d. loco num.* 26. *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 9.

Et ratio est euidentissima; Nàm portio renuncian-
tis semper commodo cedit illius personæ, ad cuius 55
fauorem facta fuit renunciatio, vt optimè *Cancer. vbi suprà, num.* 51. *vers. sin autem*, & multis cumulatis, *Rot. d. dec.* 266. *num.* 1. & latè, vt quoties apparet, in cuius fauorem renunciatio facta fuit, tunc renunciantem eatenus in diuidenda hæreditate partem facere, vt portio ipsius, ei, in cuius fauorem, & gratiam renunciauit, applicetur cęteris cohæredibus exclusis, cum alijs adductis, *Hartm. Pist. vbi suprà num.* 5. *in fine*, & facit *Rot. d. dec.* 137. *num.* 18. *par.* 6. *rec.* & *in d. Romana Fideicommissi de Marianis post tract. dec.* 5. vbi, quod ea portio non venit in restitutione fideicommissi.

Et quamquam contrarium defendat *Faber. d. error.* 56
9. *vers. nec aliud erit*, vbi quod semper impinguat hæc portio hæreditatem patris, non, verò, cedit commodo aliorum filiorum, etsi ad eorum fauorem facta sit renunciatio, tamen contraria opinio est sequenda, vti magis communis, præcipuè, quia (vltraquamquod *Fabrum* impugnat, & confutat *Kellemb. de Renunc. quæst.* 38. *num.* 15. *vers. ex quibus omnibus*) habet pro se *Rota Romana* opinionem *in d. Romana Fideicommissi de Marianis, in fine oper. dec.* 5. vbi habetur, quod tunc illa portio impinguat hæreditatem, & venit in restitutione fideicommissi, quando ipsimet filij sunt instituti hæredes, & ad eorum fauorem facta fuit substitutio, aliàs secus, ibi, *nec aduersatur, quod portio fœminarum, quæ illis aufertur, non accrescit masculis simpliciter, sed impinguet hæreditatem parentum à quibus potuit fideicommisso supponi; Nàm aduertendam esse censuerunt Domini hanc conclusionem, quando agitur de fideicommissa, vel grauamine ad fauorem eorundem masculorum imposita, in quibus terminis ex aduerso adducti loquuntur, secùs quando fideicommissum comprahendit fœminas etiam, & alias extraneos, qui non sunt de agnatione; Hoc enim casu, in illa portione legitimæ grauamen imponi non potuit, ex quo prædicta patris potestas grauandi non est libera & simplex, sed restricta ad commodum hæredum, & filiorum masculorum*, & *Rota* allegat concordantes *Gabriel. conf.* 10. *num.* 5. & *seqq. lib.* 2. *Brun de Stat. art.* 12. *num.* 204. *Rot. dec.* 425. *num.* 1. *par.* 1. *Diuers.* & *post Fenzon. ad Stat. Vrb. decis* 99. § *non obstat*, & *dec.* 100. §. *sed dato*, vbi benè firmatur, quod portio, quæ à statuto fœminis aufertur, considerata, respectu filiorum masculorum, est hæreditaria, & à voluntate Patris dependens, qui posset totam aui in præiudicium aliorum, relinquere, sed respectu extraneorum, retinet naturam legitimæ. Et sic non obstat alia decisio suprà recensita, hoc est *dec.* 10. *par.* 12. *rec.* qnia illa decisio emanauit in hac eadem causa *Romana Fideicommissi de Marianis, qua per istā sub die* 12. *Ianuarij fuit reuocata*.

Qua

Qua distinctione firmata, vt augeatur portio illius,
57 cuius commodo, & fauore facta fuit renunciatio; non mihi videtur amplectenda distinctio, quam facit *Caren. resol. 97. num. 2.* quod, sit inspiciendum; an renunciatio facta sit, per viam repudiationis, vel renunciationis; quia, quoquo modo sit inita, augebit portionem filiorum, quando propter ipsos, augebit hæreditatem, idque, quando euenit propter patrem, & eius hæredes stipulata fuerit.

Ex quo desumitur, quod quando agitur de filia exclusa à statuto, (& est alter casus de quo supra) portio aucta, mediante persona feminæ, quæ partem faciat semper impinguat masculorum legitimam,
58 *Morott. cons. 23. num. 21. Gionagnon. cons. 9. num. 41. lib. 2. Vulter. inter cons. Accad. Marpurgen. cons. 129. num. 128. vers. & quamuis, Caren. resol. 97. num. 7. Grattian. Discept. for. cap. 676. num. 12. Censal. ad Peregr. art. 38.*
59 *versic. secundò principaliter, pag. 403. Thomat. dec. 23. num. 117. Mart. Medic. dec. 7. num. 2. Rot. dec. 266. par. 1. diuers. & dec. 543. num. 7. par. 2. rec.*

Et ratio est apertissima, nàm, quando quis alterius contemplatione excluditur, portio, quam persona exclusa habitura esset, transit in eum, cuius contemplatione exclusa est, *l. si defunctus, & l. 2. §. si duo, ff. de Collat. Bonor.* Sed illud quod, à fœminis
60 tollitur in masculorum commodum, cedit, *Donat. Anton. de Marin. resolut. 252. lib. 1.* ergò, masculis fratribus debebitur portio, non alijs, vt probant *Cephal. cons. 245. num. 36. vol. 2. Rouit. cons. 70. num. 5. versic. Ratio est, Mart. Medic. dec. 7. num. 5. Gratian. d. Discept. 594. in fine, Caren. resol. 97. nu. 6. Rot. dec. 543. par. 4 tom. 2. recent.*

Et propterea, hoc casu, nemo dubitat, quin eadem portio non veniat sub restitutione Fideicom-
61 missi, sed potiùs remaneat cæteris filijs libera, tanquam legitima, *Cephal. d. cons. 245. num. 34. volum. 2. Decian. cons. 46. num. 31. & seqq. vol. 3. Peregr. de Fideic. art. 36. num. 17. Rouit. d. cons. 70. num. 4. Donat. Anton. de Marin. d. resol. 252. num. 6. lib. 1. Morott. consil. 23. num. 22. Gratian. d. discept. 676. num. 12. Mart. Medic. d. dec. 7. num. 2.*

Cum distinctione tamen, de qua suprà *nu. 47.* allata à *Rot. in d. dec. Romana Fideicommissi de Marianis 12. Ianuarij 1660. in fine operis, dec. 5.*





IOANNIS TORRE IVRISCONSVLTI, ET NOBILIS LVCENSIS.

Tractatus DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

An ſtatutum poſſit immutare ordinem ſuccedendi. Plura, an poſſit impediri libera teſtantium facultas. An valeat ſtatutum, prohibens forenſibus acquiſitionem, & contrà quos procedat. Vlteriùs; quomodo, & quando ſtatutum porrigat vires extrà territorium, & contra perſonas non ſubiectas, vbi præcipuè de Clericis, & Pijs locis; Inſuper quæritur; An Princeps laicus poſſit prohibere, ne fiant Collegia prætextu pietatis; Et an talia Collegia ſint ſubiecta laicis, vel Eccleſiaſticis; Qua occaſione, plura diſcutiuntur de requiſitis ad fundationem Conuentuum; Nec non; an Princeps laicus poſſit prohibere, nè pia loca non Eccleſiaſtica acquirant bona ſtabilia. Plura etiam adducuntur concernentia Operas, ſeu Fabricas Eccleſiarum; An a laicis adminiſtrari poſſint; quomodo Fabrica dicatur locus pius, & quomodo ſub Principis Protectione; quæ reſultent ex eo, quod locus pius ſit laicus, & ſub Principis protectione. Plura, an operarius de bonis Fabricæ teneatur ad eleemoſynam concionatoris; & an dictus operarius laicus poſſit adminiſtrare oblationes, & res Sacriſtiæ, & præcipuè diſputatur de operario S. Vultus Lucani.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an poſſit immutare ordinem ſuccedendi à iure communi ordinatum.*
2 *Statutum poteſt ſubditis prohibere ne teſtentur de bonis patrimonialibus.*
3 *Ciuitas quæ non recognoſcit ſuperiorem habet facultatem ſibi leges imponendi.*

Liber III.

4 *Statuta in loco vbi vigent ſunt potentiora iure communi.*
5 *Et ſunt ſeruanda etiam ſi dura, & aſpera videantur.*
6 *Si ſtatutum diſponit, vt debeat procedi ſecundum ius commune, intelligitur ſecundum ſtatuta Ciuitatis, etiam in concurſu iuris communis.*
7 *Ius Ciuile diſponit, quod deficientibus deſcendentibus ad proximiores agnatos deueniat ſucceſſio.*
8 *Voluntas hominis debet eſſe ambulatoria vſque ad mortem*
9 *Forma teſtamentorum eſt iuris Ciuilis.*
10 *Libertas teſtandi habuit originem à iure gentium.*
11 *Iniquum exiſtimatur priuare hominem ſanæ mentis facultate teſtandi.*
12 *Nemo poteſt pacto ſibi voluntatem teſtandi auferre.*
13 *Pœnæ adiectione non poſſunt fieri pacta, quæ liberam facultatem teſtandi impediant.*
14 *Statutum poteſt facere, vt aliquis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.*
15 *Sufficit, vt quis habeat facultatem teſtandi in genere.*
16 *Statutum non poteſt reſtringere, ſed auferre facultatem teſtantium*
17 *Valent promiſſiones bonorum particularium poſt mortem.*
18 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, cum reſeruatione certæ rei ad teſtandum valet.*
19 *Valet ſtatutum excludens fœminas propter maſculos.*
20 *Valet ſtatutum prohibens forenſibus, acquiſitionem ſtabilium.*
21 *Talia ſtatuta fauorabilia dicuntur.*
22 *Imò talia ſtatuta non ſolum tenent ratione extraneorum, ſed etiam filiorum.*
23 *Contrarium nonnulli tenent, quod non valeat reſpectu filiorum.*
24 *Filius eſt vna, & eadem perſona cum patre.*
25 *Filius & pater pro vno capite reputantur.*

26 *Dominium bonorum paternorum non dicitur in filios transferri, sed potius continuari.*
27 *Hæreditas patris quasi dicitur debita filijs.*
28 *Filius non succedendo patri, videtur potius damnum patri non lucrum amittere.*
29 *Statutum prohibens acquisitionem non habet locum in filio, quia inducit quandam exhæredationem.*
30 *Exhæredatio non potest fieri, nisi expressè, & nominatim.*
31 *Valet argumentum de testamento ad statutum.*
32 *Quod statutum prohibens forensibus acquisitionem habeat locum quoad filios, vel filias alibi nuptas.*
33 *An verò filiabus exclusis habeatur æstimatio bonorum.*
34 *Affirmant nonnulli.*
35 *Sed magis communiter alij negant, quod æstimatio non debeatur.*
36 *Tales prohibitiones fiunt ob publicam vtilitatem, nè dimitia transeant ad alienos.*
37 *Quando in hæreditate non sunt pecuniæ, legatum pecuniarium, non subdito factum est inutile.*
38 *Neque etiam in foro conscientiæ, quis eo casu tenetur stare voluntati testatoris.*
39 *Quoties de rebus sæcularibus agitur, Canones se subijciunt iuri Ciuili.*
40 *Valet statutum, vt quis non possit instituere nuptam extra territorium.*
41 *Valet statutum, ne quis nubat cum certo genere personarum.*
42 *Et habet locum etiam contra ipsasmet filias.*
43 *An non obstante statuto possit forensis aliquid acquirere.*
44 *Valet statutum, quod filia non nubat sine consensu patris.*
45 *Adiectio pœnæ super dispositione nulla, & inualida non tenet.*
46 *Data nullitate principalis obligationis nulla pœna peti potest.*
47 *Vbi contractus non valet exigi non potest pœna in eodem contractu promissa.*
48 *Rescisso contractu principali rescinditur, & accessorium.*
49 *Quod procedit, quando actus vel contractus est ipso iure nullus a lege declaratus, non vero quando pœna accedit actui de iure non improbato, licet ei ius non assistat.*
50 *Contractus dicitur ipso iure nullus, quando lex vltrà adiectionem pœnæ declarat nullitatem.*
51 *Statuta prohibentia alienationes in forenses, vel negantia successionem nuptis extra territorium non extendunt vires extra territorium.*
52 *Impugnatur ratio Bartoli.*
53 *Statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circà administrationem rerum suarum.*
54 *Princeps extra suum territorium est tanquam priuatus.*
55 *Siue statutum loquatur in rem siue in personam non comprahendit bona extrà territorium.*
56 *Mart. summ. success. leg par. 1. quæst. 13. art. 12. reprobatur.*
57 *Statuta excludentia fœminas nuptas, vel fœminas propter masculos non afficiunt forenses, neque in bonis sitis in territorio statuentium.*
58 *Sufficit ad hoc vt quis ligetur statuto, vt ille de cuius hæreditate agitur sit subditus, & pariter bona in ditione statuentis.*
59 *Sed contraria est communis, quod tunc non afficiat.*
60 *Adhoc vt statutum liget vtraque subiectio requiritur personarum & rerum.*
61 *Buratt. dec. 262 reprobatur.*
62 *Valent talia statuta, quando etiam in Ciuitate succedere debentis adest consimile statutum.*
63 *Sed contrarium est verius, quod neque eo casu liget.*
64 *Nisi sint ambo statuta sub iurisdictione eiusdem Principis.*
65 *Statutum ligat forenses, quando inhabilitat personas forenses ad bona in territorio vel è contrà.*
66 *Sed requiritur expressa declaratio.*
67 *Vlterius limitatur in re immobili animo reducendi ad patriam, quia in illis succedit forensis.*
68 *Et in nominibus debitorum præcipue si dentur actiones ad aliquod mobile.*
69 *An talia statuta ligent pia loca, & Ecclesiasticas personas.*
70 *Statutum prohibens alienationem in forenses ligat Ecclesiasticos. & pia loca*
71 *Princeps, & Magistratus potest pro modo iurisdictionis suæ in personas sibi subiectas condere leges.*
72 *Quilibet potest, vtendo iure suo alijs præiudicare.*
73 *Dummodo non faciat ad æmulationem.*
74 *Testator potest prohibere, ne clerics vel regulares possideant propria bona.*
75 *Non solum expressè, sed tacitè.*
76 *Statuti potestas longè potentior est quam hominis.*
77 *Quicquid pactis conuentis fieri conceditur, id etiam per legem & statutum fieri potest.*
78 *Contra, quod talia statuta Clericos non comprahendant.*
79 *Siue statutum loquatur in rem siue in personam.*
80 *Neque comprahendunt emphyteutica Ecclesiæ.*
81 *Nisi sint confirmata à Papa.*
82 *Statuta laicorum an habeant locum in hæreditatibus Clericorum.*
83 *Affirmatiuam aliqui tenent.*
84 *Statutum loquens de successione deferenda porrigit suas vires ad tempus mortis, & sic ad tempus, quo Clericus non est amplius.*
85 *Viuentis non datur hæreditas.*
86 *Clericus gaudet priuilegio statuti excludentis fœminas propter masculos, cognatos propter agnatos.*
87 *Proptereà Clericus eodem statuto debet ligari.*
88 *Quod quisque iuris in alium statuerit eodem, & ipse vti debet.*
89 *Quæ habent æquitatem sunt inter Clericos seruanda.*
90 *Contrà, quod talia statuta non habeant locum in hæreditatibus Clericorum.*
91 *Statuta laicorum non comprehendunt Clericos, pia loca & bona Ecclesiarum.*
92 *Sub dispositione generali statuti nullo modo comprahenditur illud, de quo, in specie statui non potest.*
93 *Clerici non subsunt iurisdictioni laicorum directè, vel indirectè.*
94 *Præcipue si statutum disponat circà personas decedentes,*
95 *Vel quando vtitur verbis præceptiuis.*
96 *Statutum verbis præceptiuis disponit quando loquitur per verba,* statuimus, mandamus, *&c.*
97 *Verbum,* Statuimus, *non inducit præceptum.*
98 *Opinio quod statutum non habeat locum in hæreditate Clerici apud Rotam Romanam est indubitabilis.*
99 *Sed contra Rotam opinio videtur magis æqua.*
100 *Est absurdum. vt clericus eodem statuto vtatur pro se, & non contra se.*
101 *Præcipuè statutum habet locum in hæreditate Clerici, quando adest aliud statutum disponens, quod Clerici fruantur statutis laicorum dummodò ipsi declarent se velle vti.*
101 *Tale statutum est omninò validum.*
102 *Statuta laicorum approbata à Clero censentur Ecclesiastica.*
103 *Princeps laicus an possit impedire erectionem locorũ piorum in suo statu absque eius licentia.*

104 *Et*

104 *Et an possit impedire, quod pia loca non Ecclesiastica non acquirant stabilia.*

105 *Nemo potest impedire, ne erigantur Ecclesiæ, & pia loca.*

106 *Boni Principis est non solum nouas Ecclesias erigere, sed etiam non impedire laborantes in agro Dominico.*

107 *Princeps laicus nullum ius potest exercere circa Ecclesias & bona ipsarum.*

108 *Coadunantiæ laicorum conuiuentes simul prætextu pietatis subsunt laicis principibus.*

109 *Monasteria, & religiones sunt Reip. Christianæ munimina validissima.*

110 *Innocentius Papa III. prohibuit, ne noua monasteria fundari possent, & alij etiam Pontifices.*

111 *Quæ requirantur ad fundationem noui Conuentus.*

112 *Non est permissa noui monasterij fundatio absque consensu Populi, & Ciuitatis.*

113 *In fundatione noui Conuentus est attendendum, an in Ciuitate sit penuria vel copia religiosorum.*

114 *Bullæ & Constitutiones Pontificiæ loquentes de fundatione noui Conuentus habent locum non solum in fundatione domus regularis sed etiam sæcularium presbyterorum.*

115 *Et habent locum in erectione Monasterij tam virorum, quam mulierum.*

116 *Licet aliqui contra sentiant.*

117 *Omnes religiosi sunt exempti à laicorum potestate.*

118 *Tertiarij habuerunt initium à S. Dominico.*

119 *Tertiarij fuerunt approbati per Bullas, & Constitutiones Pontificum.*

120 *Priuilegia tertiæ regulæ S. Dominici fuerunt extensa ad plures alios regulares.*

121 *Tertiarij viuentes separatim à laicis sunt subiecti, non verò viuentes in communi.*

122 *Quod præcipue habet locum in fæminis.*

123 *Quæ sint requisita ad hoc vt valeat fundatio monasteriorum mulierum Tertiariarum.*

124 *Congregationes virorum, & mulierum, quæ non sunt religiones, neq; Tertiariæ non appellantur religiosæ.*

125 *Et ideò subsunt Principi laico.*

126 *Etiam si viuant sub certa regula, & opera pietatis exerceant.*

127 *Tales Congregationes multis in locis permittuntur.*

128 *Papa non solet eximere a potestate laicorum personam laicam remanentem in statu laicali, sine consensu principis laici.*

129 *Contra, quando tractatur de eximendo personam non laicam quia eo casu talis consensus non requiritur.*

130 *Aliquando aliquis status personarum permittitur, & non approbatur.*

131 *Status approbatus à Papa à nullo potest impugnari.*

132 *Status non approbatus, sed toleratus a Papa remanet sæcularis.*

133 *Conseruatoria mulierum, & virorum à Papa tolerantur aliquando sed non approbantur.*

134 *Congregationes personarum sub certa regula non approbata viuentium sunt omninò illicita.*

135 *Papa prohibet non solum nouam religionem, sed etiam nouam domum religiosam fundare.*

136 *Pius V. prohibet sub pœna excommunicationis, quod nullus possit in habitu a sæcularibus distincto sub Obedientia viuere.*

137 *Hospitalium genera quæ.*

138 *Loca pia fundata auctoritate Episcopi, sunt Ecclesiastica, fundata absque auctoritate Episcopi sunt laica.*

139 *Princeps delegando amplissimam facultatem intelligitur delegare intra limites suæ iurisdictionis.*

140 *Iurisdictio delegati non extenditur vltra iurisdictionem delegantis.*

141 *Cuilibet est permissum Ecclesias ædificare.*

142 *Potest laicus habere recursum ad Ecclesiasticum, ne*

fundentur noua monasteria sine requisitis necessarijs iuxtà bullas Pontificum.

143 *Potest princeps prohibere nè collegia non Ecclesiastica erigantur sine consensu Principis, vel magistratus.*

144 *Collegia, quæ causa pietatis instituuntur sunt permissa.*

145 *Omnia Collegia pia sunt ipso iure approbata.*

146 *Collegia licet pia non possunt fundari nisi à Principe eorum statuta examinentur.*

147 *Collegia pia non Ecclesiastica à nullo ex Pontificibus sunt approbata.*

148 *Inuenientes nouum Ordinem à Pontifice non approbatum reprobantur.*

149 *Conseruatorium dictum*, della Quiete, *in statu Serenissimi Magni Ducis Florentiæ erat laicum.*

150 *Quilibet laicus subest Episcopo quoad modum viuendi.*

151 *Prohibitio ne erigantur collegia laica quando sit licita.*

152 *Consensus habitantium in erectione noui Conuentus requiritur tantū in loco vbi non adsunt alij religiosi.*

153 *Contrà quod requiratur talis licentia omni casu.*

154 *Princeps non potest prohibere ne loca pia auctoritate Apostolica, vel Episcopi confirmata, acquirant bona stabilia.*

155 *Statutum disponens nè bona stabilia ad loca Ecclesiastica transferantur non valet.*

156 *De iure communi Ecclesia potest acquirere bona temporalia.*

157 *Statuta auferentia Ecclesijs, & locis pijs illud ius, quod ijsdem a iure communi concessum est, non valent.*

158 *Quæ concernunt Principum potestatem modestè, & sobriè sunt tractanda.*

159 *Aliqui tenent, quod valent statuta prohibentia in Ecclesiasticos alienationem stabilium.*

160 *Statuta contra Ecclesias, & loca pia non valent, quia non subsunt iurisdictioni statuentium.*

161 *Princeps potest ex iusta causa suis subditis impedire bonorum immobilium alienationem emptionem &c.*

162 *Iniquum videtur restringere hominibus libertatem relinquendi pijs locis.*

163 *Quibus non possunt relinqui bona stabilia præstatur æquiualens in pecunia.*

164 *Statuta auferentia acquisitionem bonorum non solum Ecclesijs, sed etiam locis pijs dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam.*

165 *Sed talis conclusio procedit in locis pijs subiectis personis Ecclesiasticis.*

166 *Non est verisimile, vt quis se retrahat à religione timore amissionis bonorum temporalium.*

167 *Collegia reprobata non possunt acquirere.*

168 *Copia religiosorum valde confert ad conseruationem reipublicæ.*

169 *Princeps laicus an aliquod ius habeat super Operis, seu Fabricis Ecclesiarum.*

170 *Opera Ecclesiarū non possunt à laicis administrari.*

171 *Contra quod laici possunt esse administratores fabricæ Ecclesiarum*

172 *Ex consuetudine in Tuscia, & Venetijs laici sunt operarij Ecclesiarum.*

173 *Quam habeant auctoritatem operarij laici super rebus ipsius operæ.*

174 *Opera laica potest à laicis administrari.*

175 *Opera Sancti Vultus Lucans est omninò laica.*

176 *Loca erecta auctoritate Ordinarij sunt omninò Ecclesiastica, nō erecta auctoritate ordinarij sunt laica.*

177 *Qui asserit aliquem locum esse Ecclesiasticum debet ia probare.*

178 *Quilibet locus licet pius præsumitur laicus.*

179 *Præsumptio est quod locus pius sit laicus, quando à laicis administratur.*

firmauit *Rip. in l. si vnquam quæst. 11. num. 21. C. de reuoc. donat. Casanat. cons. 10. num. 186. & seqq.* vbi latissimè, cum alijs, ad faturitatem congestis, per *Salg. d. loco num. 37.*

Propterea, quod renunciatio hæreditatis delatæ debitori non admittatur, in præiudicium creditorum,
106 eo, quia dicatur alienatio iuris quæsiti firmat, *Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 6. disp. 4. num. 2. & seqq & num. 16. Roland à Vall. cons. 11. numer. 25. vol. 2. Marcabr. cons. 30. num. 199. Gallerat. de renunc. cent. 1. renunc. 17. numer. 42. vers. secundo casu*, plenissimè *Olea de Cess. d. tit. 2. quæst. 3. numer 38 & seqq.* & doctissimè *Salgad.* cum multis concordantibus *d. cap. 14. num. 30. & seqq.*

Contrariam, tamen sententiam defendit, *Fontanell. de Pact. Nupt. d. clauf. 4. gloss. 9. par. 5. numer. 126. pag. mihi 115.* vbi, quod, quia d. prior acquisitio, & hæreditatis aditio, quam videtur antea fecisse, qui iam cedit, & renunciat, non videtur principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum, sed ad renunciandum, non est habenda in consideratione, tan-
107 quam momentanea *l. qui sic, ff. de solut.*

Et latiùs, quod acquisitio momentanea non dicatur acquisitio, *Gratian. discept. for. cap. 132. num. 25. & cap. 316. nu. 23. Fontanell. de Pact. clauf. 5. gloss. 8. par. 12. num. 36.*

Prout non dicitur versum, quod non durat versum,
108 nec dicitur factum, quod non durat factum, *cap. vndè de verb signif. Menoch, cons. 334 nu 19. Surd. de Alim. tit 7. quæst. 20, nu. 9. & seqq. Castill. contron, lib. 5. par. 2. cap. 89 num. 8. & seqq. Rot. dec. 503 num. 4. par. 3 rec.* Vndè arguit, quod licita sit, & permissa d. renuncia-
109 tio, & cessio hæreditatis in præiudicium creditorum, sicuti puta repudiatio, cum idem in effectu ipsæ sint,

Admittit, tamen, supradictam conclusionem, quando duo actus separati facti essent, licet inconti nenti vnus post alium, puta, quod prius adita fuisset
110 hæreditas, & postea in eodem instrumento cessa, & renunciata; Cum, enim, tunc clarè appareat renunciationem, & cessionem illam non remanere in puris, & nudis terminis repudiationis, quæ fit de iure quærendo, imò propriè esse renunciationem iuris quæsiti, ideò fieri non posset in fraudem, & præiudicium creditorum, vt etiam probat, alijs adductis *Olea d. tit. 2. quæst. 3. num. 46.*

Sed prima opinio contrà *Fontanell* est magis communis indistinctè, per ea quæ scribit idem *Salgad.* vbi
111 supra *num. 38.* Et ad argumentum eiusdem Fontanellæ desumptum a *Socin. cons. 53. vol. 4.* quod momentanea acquisitio non sit habenda in consideratione respondet *Marcabrun. d. cons. 30. num. 329.* quod Socin. malè loquitur, & in specie eum damnat *Rip. d. l. si vnquam quæst. 11. C. de reuoc. donat.* & alij de quibus per eum, vbi etiam obseruat, quod attenta *Socini* opinione, sequeretur, quod non esset differentia inter renunciationem, quæ fit per modum abdicationis, & quæ fit per modum donationis, seu translationis, contra ea quæ habentur *in l. si actionem, C. de Pact.*

Verum, tamen, est, quod opinio *Socini* fortè benè procedit, in creditoribus merè personalibus, quando probatur renunciationem non fuisse factam in frau-
112 dem creditorum, vt limitat *Salgad. d. loco numer. 38.*

Ac indubitanter habet locum in casu, quod sit facta renunciatio, non ad fauorem extranei, sed ad fauorem substituti, vel cohæredis, vel alterius, qui stante debitoris renunciantis repudiatione, eoque de me-
113 dio sublato, sibi acquireret, vti vocato, lege, testamento, aut contractu, vt optimè *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 12. num. 17. Add. ad Gamm. decis. 92. versic. communis resolutio, Surd. dec. 343. num. 430. & seqq.* vbi, quod hæc renunciatio facta alias vocatò, & proximiori successori potiùs dicitur refutatio, & repudiatio, non alienatio iuxtà intentionem contrahentium, prout etiam firmat *Amat. lib. 2. res. 84. nu. 14. 39. & 4. & seqq.* & alijs, consultò, omissis relatis per *Oleam de Cess. d. tit. 2. quæst. 3. num. 45. & seqq. Salgad. d. par. 2. cap. 14. num. 45. & seqq*, vbi optimè de materia discurrit.

Sublimita, tamen, hanc limitationem, nisi cohæres hæreditatis suæ partem in fauorem vnius, ex pluribus 114
hæredibus cessisset, vt explicat *Olea vbi supra numer. 47.*

Et ex his, quæ suprà fuerunt adducta, facilè soluitur proposita quæstio: An valeant Pacta futuræ succes- 115
sionis renunciatiua in fraudem creditorum. Nempè, vel agitur de renunciatione hæreditatis, neque delatæ, neque aditæ, & tunc valet, absque dubio renun- 116
ciatio, nam agitur de re, quæ nullatenus est in bonis nostris.

Vel agitur de hæreditate delata, & nondum adita, & tunc potest responderi iuxtà distinctiones, & limitationes, de quibus suprà.

Plura alia de materia, quid possit debitor in præiudicium creditorum, vide penès *Gratian. discept for. cap. 667 Surd. dec. 102.* vbi an possit perdere emphyteusim, *Merend. cap. 36. lib 24. Capyc. Latro dec. 153. nu. 4.* vbi, an possit declarare quod habet purum nomen in aliquo contractu *Buratt. decis. 104. Thomat. decis. 208.*

CAPVT XLII.

Renuncians, an faciat partem in legitima liberorum. Plura argumenta, pro negatiua, & plura pro affirmatiua sententia, afferuntur. Et tandem concilientur opiniones, distinguendo, quod vel agitur de persona à lege, & statuto, vel à Patre, vel à se ipsa exclusa: Et an portio aucta cedat commodo hæredum, vel aliorum filiorum.

SVMMARIVM.

1 *An renuncians faciat partem in legitima, est quæstio difficilis, & intricata.*
2 *Comparatur Hydræ.*
3 *Vtraque opinio affirmatiua, vel negatiua defendi potest.*
4 *Qui non admittitur ad partem, neque admitti speratur, non facit partem.*
5 *Legitima est portio hæreditatis.*
6 *Legitima taxatur tempore obitus patris.*
7 *Filia per statutum exclusa, nullam facit partem in legitima.*
8 *Filia, per statutum exclusa, nullam facit partem in legitima.*
9 *Liberi qui contra Tabulas bonorum possessionem habere nequeunt non faciunt partem.*
10 *Bonorum possessio contrà tabulas non datur renuncianti.*
11 *Exclusa à successione partem facit.*
12 *Legitima non ex paterna, sed ex legis dispositione debetur.*
13 *Filia renuncians adhuc est filia.*

14 Qui-

14 *Quilibetbabet arbitrium admittendi, & respuendi legitimam.*

15 *Qui agnoscit suam portionem, & alij cedit partem facit.*

16 *Dos succedit loco legitima.*

17 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

18 *Quod renuncians non faciat partem in legitima.*

19 *Contrà, quod faciat partem licet non admittatur.*

20 *Distinguitur materia in persona exclusa à lege, & statuto, vel de persona exclusa à patre, vel de persona eius proprio facto exclusa.*

21 *Quando mulier pro renunciatione nihil habuit non facit partem.*

22 *Quando renunciauit, aliquo recepto, facit partem.*

23 *Siue renunciatia sit facta viuo patre, siue eo defuncto.*

24 *Aliqui tenent, quando fit renunciatio viuo patre non facit partem.*

25 *Contrà, quod faciat partem etiam in casu renunciationis facta viuo patre.*

26 *Renuncians suam portionem videtur voluisse donare ei, cui fit renunciatio.*

27 *In renunciatione adest conditio, si hareditas renuncianti deferatur.*

28 *Paria sunt aliquid fieri certo quodam tempore, & propter cōditionem annexam in id tempus differri.*

29 *Mulier, qua renunciauit facit partem, quando est vtile fratribus, non verò quando est damnorum.*

30 *Siue renunciauerit nulla portione accepta, siue accepta portione.*

31 *Quod est ad fauorem indultum, non est in odium retorquendum.*

32 *Religionis in religione incapaci non facit partem.*

33 *Secùs, quando est in religione capaci.*

34 *Exharedatus non facit partem.*

35 *Contrà, facit partem.*

36 *Non facit partem, quando sunt instituti extranei.*

37 *Facit partem, quando sunt instituti cęteri filij.*

38 *Exclusa per statutum an faciat partem.*

39 *Exclusa per statutum, & renunciationem aquiparantur.*

40 *Resolutio talis quastionis pendet ex eo, an portio reseruata succedat loco legitima.*

41 *Quando succedit loco legitima facit partem.*

42 *Si non succedit, non facit partem.*

43 *Semper facit partem, quando est honorata in testamento.*

44 *In hareditate matris non facit partem.*

45 *Contrà, quod faciat partem etiam in hareditate matris.*

46 *Statutum ex iuxta causa potest tollere legitimam faminis.*

47 *Facit partem in hoc casu, quando est vtile filijs, aliàs non.*

48 *Quando exclusa facit partem procedit ad fauorem fratrum vtrinque coniunctorum non vterinorum.*

49 *Portia aucta, quando exclusa facit partem, an cedat commodo haredum, vel aliorum filiorum.*

50 *Quod accrescat cateris fratribus, & ad portionem aliorum.*

51 *Talis portio subiacet restitutioni fideicommissi, quãdo filius est grauatus.*

52 *Si est facta renunciatia fauore patris, portio aucta cedit commodo haredum.*

53 *Si est facta fauore fratrum, portio aucta spectat ipsis fratribus.*

54 *Portio renunciantis cedit semper commodo illius ad cuius fauorem facta fuit.*

55 *Faber error. 9. reprobatur.*

56 *Caren. resol. 97. num. 2. reprobatur.*

57 *Portio aucta, mediante persona exclusa à statuto semper impugnat legitimam masculorum.*

58 *Quando quis excluditur contemplatione alterius, portio, quam persona exclusa est habitura, transit in eius, cuius contemplatione exclusa est.*

59 *Illud, quod faminis tollitur in masculorum commodum cedit.*

60 *Et talis portio venit semper in restitutione fideicommissi.*

DIfficilis est huiusmodi quæstio; An renuncians
faciat partem in legitima liberorum; In qua,
siue affirmatiuam, siue negatiuam, quis teneat opi-
nionem, reprehendi minimè posset, vt per *Dec. cons.* 1
607. nu. 15. in fine, Boer. dec. 184. qui, vt refert *Hartm.*
Pist. lib. 4. quæst. 8. in princ. hanc materiam compa-
rat Hydræ, de qua Poetæ scribunt, quod, vno ab- 2
scisso capite, alterum renascatur, & quid sit tenẽdum,
ignorarunt magni nominis Iurisconsulti, vt monet
Buratt. cons. 92. num. 37 Cyriac. contron. 71. num. 5.
Hinc est, quod propter varias scribentium opinio-
nes, & rationum conflictus affirmauerint aliqui vtrũ-
que defendi posse, & quod nullam contrahat culpam,
ille, qui in re tam dubia, & incerta in vnam, vel alte- 3
ram partem inclinet, vt *Petr. Gilken. in Auth. nouissi-*
ma, C. de Inoff. testam. Gabr. commun. concl. de legit.
concl. 2. num. 5. & alij penès *Donat. Anton de Marin.*
lib. 2. cap. 93. num. 5. Gratian. Discept. 676. num. 10.
& quod hæc quæstio sit ardua, & pulchra, dixit *Brun.*
de Stat. partic. 13. §. tertio quæro, Thesaur. dec. 159. in
princ.
Quod autem, non faciat partem, videtur probari
ex eo, quia, qui non admittitur ad partem, nec admit-
ti speratur, aliquo iure actionis, vel retentionis, vel
alterius æquitatis, per se, vel per alium, is nullam con- 4
stituit partem, *Bart. in l. huiusmodi, §. si Titio, Castren.*
Guid. Pap. & cæteri relati per *Kellemb. de Renunc.*
quæst. 37. num. 1. sed filia, ob interpositam renuncia-
tionem, per se, vel per alium succedere non potest,
merito &c.
Item, quia legitima est portio hæreditatis, æsti-
matur, enim, ex hisce partibus, & triẽtem, ac semissem 5
continet, *l. Papinianus, §. quis mortis causa, & §. quo-*
niam, ff. de Inoff. testam. l. parentibus, l. cum quæritur,
iuncta Auth. nouissima, C. eod. Nouell. de Trient. &
semiss.
Quarè, sicuti filia à tota successione exclusa est, nec
vllam partem, in ea, constituit, sic idem etiam in le-
gitima, tanquam eius parte dicendum erit; nam
idem obseruatur in toto, quoad totum, quam in 6
parte, quoad partem, *l. quæ de tota 76. ff. de rei vindic.*
& arguit in proposito *Kellemb. vbi suprà num. 6.*
Adijcitur, quod legitima, eo tempore, debetur,
quo parens decessit: Vndè, eo tempore, taxatur, & 7
æstimatur, *l. 1. §. si impubere, ff. de Collat. Bonor.* Nec
etiam alicui competit, nisi ei, qui ab intestato succe-
dere potest, *l. 86. ff. de Hæred. Instit.* Sed, defuncto pa-
rente filio renuncianti in eius bonis nullum competit
ius, sed habetur tanquam mortuus, ergò in nulla
consideratione haberi poterit, vt idem *Kellemb.*
numer. 7.
Et vlterius, potest etiam exindè argumentum de-
duci, quod filia per statutum exclusa nullam faciat 8
partem in legitima, *Castren. l. planè, §. si duobus. num. 7.*
ff. de leg. 1. Laurent. à Pin. cons. 56. num. 11. & 24. &
alij infrà citandi. Erit igitur eadem regula statuenda
in renunciatione; nam valet de pacto ad statutum ar-
gumentum, & è contra *Euerard. loc. argum. cap. 89.*
Vrget tandem *tex. in l. planè 34. §. si duobus, ff. de*
leg. 3. quem exornat *Bottigl. de Renunc. success. d. cap.*
2. Theor. 52. num. 20. Nec non *tex. in l. emancipatus,*
ff. de

ff. de coniu. cum emanc. liber. pariter à *Bottigl.* relatus *num.* 22. multisque auctoritatibus roboratus.

Ac textus in l. post mortem, *§. liberis*, *ff. de bonor. poss. contr. tab.* vbi, quod liberi, qui contra tabulas bonorum possessionem habere nequeunt, nullam faciunt partem, sed renunciantibus non datur ista bonorum possessio; Nam omnibus, quibus successio legitima denegatur, etiam bonorum possessio denegatur, *l. non est*, *ff. de bonor. poss. l.* 11. *§. exemplo*, *ff. de bonor. poss. contra tabul.* meritò &c.

9 ciunt partem, sed renunciantibus non datur ista bo-

10 tur,

Contrarium, quod exclusa à successione partem faciat, licet, non admittatur ad partem latè probat
11 *Kellemb. vbi suprà num.* 11. *& seqq.* his argumentis.

Quod legitima non ex paterna, sed legis dispositione liberis debeatur, *Auth. hoc amplius*, *C. de Fideic. l. si arrogata*, *ff. de Adopt.* eaque portio spectet ipsismet liberis, qui, iure filiationis, à iure digni æstimantur.

Sed filia ob renunciationem bonorum non efficitur indigna, ità, vt legitima soboles non dicatur; Nam, id egit, quod sibi à lege concessum erat, admittendi, enim, & respuendi legitimam quilibet habet arbitrium, *l. si quis in conscribendo*, *C. de Pact.* Non minùs, ergò, soboles, quæ absque renunciationis pacto à paterna successione se se abstinuit, partem facit.

Quod, qui portionem suam agnoscit, eamque alij cedit, partem facit, *l. si actionem*, *C. de Pact.* idem *Kellemb. vbi suprà num.* 13. *Rot. in Bononien. separationis Bonorum* 5. *Septembris* 1670. *cor. R. P. D. Priolo decis.* 181. *num.* 15. *post Tractatum*. Sed filia renuncians ius suum succedendi agnouisse, idque per renunciationem renunciatarijs donasse censetur, *Menoch. cons.* 1. *num.* 488. *Socein. Iun. cons.* 107. *num.* 1 *Crauett. cons.* 100. *num.* 1. meritò &c.

Quod filia non simpliciter à successione excludatur, sed à legitima, per dotis perceptionem; succedit, enim, dos in eius locum, vt alias dixi, & tractant
16 *Andreol. contron.* 81. *Altograd. cons.* 59. *lib.* 1. *Spad. cons.* 218. *tom.* 2. *Redenase. cons.* 75. *Buratt. dec.* 215. *dec.* 208. *par.* 8. *rec. & in Romana Prætensi Fideicommissi* 17. *Maij* 1669. *coram R. P. D. Calatain. §. iniustitia autem, in Cesenaten Dotis* 11. *Februarij eiusdem Anni*, *coram eodem decis.* 68. *numer.* 1. *post Tractatum*.

Cum subrogatum sapiat eius naturam, in cuius lo-
17 cum subrogatur, *l. Parabolam*, *C. de Episc. & Cleric.* non ergo renuncians erit, pro mortua æstimanda, sed tanquam ea, quæ legitimæ, capax est.

Insuper hæc conclusio affirmatiua, quod partem faciat, probatur, *ex textu in l. si Titio* 7. *ff. de leg.* 2. *l. huiusmodi*, *§. Titio*, *& Mæuio*, *ff. de leg.* 1. vt latissimè ostendit *Bottigl. d. cap.* 2. *Theor.* 52. *num.* 2. *& seqq. & num.* 14. *& seqq.*

Et vltrà argumenta, quæ pro vtraque parte adducuntur, quælibet opinio Doctorum numero fulcitur.

Quod, enim, renuncians, vel aliter à successione exclusa non faciat partem in legitima calculanda, tenet
18 *Ruin. cons.* 24. *num.* 5. *lib.* 1. *Guid. Pap. quæst.* 295. & alij allati per *Gallerat. de Renunc. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 23. *Anton. Faber. de Error. Pragm. decad.* 12. *error.* 8. *nu.* 4. *Donad. de Renunc. cap.* 3. *nu.* 125. *Signorol. cons.* 98. *num.* 11. *Peregr. de Fideic. art.* 38. *num.* 11. *Dec. cons.* 300. *num.* 5. *Gabr. cons.* 15. *numer.* 16. *& seqq. lib.* 1. optimè *Hodiern. in l. hac edictali*, *quæst.* 12. *nu.* 46. *& seqq.* vbi, quod mulier exclusa non facit partem in computatione legitimæ, cum eo casu, filiarum numerus consideretur Ciuiliter, & non naturaliter, cuius respectu, ac si non esset in rerum natura, habetur, paria enim sunt extare, & non succedere, vel non esse in rerum natura, *l. pater filium*, *ff. de Inoff. Testam. l. tertia*, *§. si sunt sui*, *vbi Bart. ff. ad Tertull.*

Et, quod taliter exclusa, in filiorum numero non computetur, eò, quia nulla successio in patris hæreditate est ei debita, & successiuè partem aliquam facere non possit, firmauit, nonnullis cumulatis, *Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. lib.* 2. *cap.* 93. *nu.* 7. *Pappon. Arrest. lib.* 16. *tit.* 4. *arrest.* 11. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *num.* 20. *& seqq. Altograd. conf.* 58. *nn.* 6. *lib.* 1. *& num.* 88. cum alijs infrà allegandis.

In contrarium, verò, quod faciat partem in legitima calculanda, licet ad partem non admittatur, tenent, antiquioribus omissis, *Thesaur. dec.* 159. *nu.* 13. 19
Cancer. var. lib. 1. *cap.* 3. *de legit. nu.* 50. 51. *Maynard. dec.* 24. *lib.* 1. *Anna conf.* 45. *num.* 46. 47. *Surd. conf.* 234. *num.* 11. *& seqq. Cyriac. contron.* 475. *Gratian. Discept. for. cap.* 476. *num.* 3. 4. *Mart. Medic. dec.* 7. *nu.* 2. vbi etiam in *addit. Thomat. dec.* 23. *num.* 117. *Kellemb. de Renunc. necess. vbi suprà numer.* 11. *Anton. Faber. de Error. Pragm. decad.* 12. *err.* 8. *Fontanell. de Pact. Nupt. claus.* 9. *gloss. vnica*, *par.* 2. *numer.* 29. 30. *Hartm. Pist. quæst. for. lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 6. *Salgad. Labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 63. *& seqq Capon. de Pact. quæst.* 55. *nu.* 19. *Bottigl. de Renunc. success. dd. Theor.* 52. *num.* 1. *Gaill. obseru.* 121. *num.* 17. *lib.* 2. *Crass. de success. §. legitima*, *quæst.* 7. *nu.* 9. *Fachin. contron. lib.* 4. *cap.* 31. *vers. quarta conclusio*, *Gasp. Mans. de Testam. valid. vel inualid. ex par. legit. tit.* 12. *num.* 21. *& seqq.* vbi plura de materia, *Gallerat. de Renunc. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. *vers. rerum conclusio*, *Rot. post Merlin. de legit. dec.* 4. *numer.* 8. *dec.* 74. *nu.* 1. *dec.* 87. *dec.* 266. *par.* 1. *diuers. dec.* 137. *num.* 9. *& dec.* 160. *nu.* 18. *par.* 6. *& dec.* 10. *num.* 18. *par.* 12. *rec.*

Ego, tamen, puto, quod huiusmodi conclusiones ità, prima facie, ex diametro dissidentes, optimè conciliari possint, distinguendo plures casus, qui possunt contingere, videlicèt,

Aut agimus de persona exclosa à lege, vel statuto, vt puta filia, quæ, stantibus masculis, non succedit; Vel, de persona, quæ à Patre sit exclusa, vt in exhæredata à parente. Vel, de persona, quæ per se ipsam, & eius facto ad succedendum non admittitur, vtpotè quæ, vt, in casu nostro, renunciauit, vel in monasterium fuit ingressa. 20

Et hoc vltimo casu, rursus est facienda distinctio; An mulier, quæ renunciauit aliquid pro renunciatione acceperit; Vel nihil habuerit pro ea, procedit prima opinio, (videlicet, quod partem non faciat in calculanda legitima aliorum) quando nihil omninò habuit; secunda verò opinio, locum habet (videlicet, quod faciat partem, quando aliquo accepto, renunciauit), vt optimè distinguit *Bald. l. vnica ante num.* 291. *vers. quid de filia*, *C. quando non petent. par.* ibi, *de dote contenta est*, *tunc facit partem*, *quia videtur habere suam partem*, *si autem ex alia causa*, *puta*, *quia sic placuit sibi facere*, *tunc habetur pro mortua in vita patris*, *& adeò non accrescat fratribus aliquid ex connumeratione personæ sororis*, *quia cum suæ legitimæ dies nunquam cessérit*, *pro nulla debet haberi*, *&c.* & similiter ait, *Campeg. de Rot. par.* 1. *quæst.* 35. dicens, quod, si filia in vita patris dixit, quod erat sua dote contenta, facit partem, quia videtur habere partem suam; si autem, ex alia causa placuit sibi sic facere non propter dotem datam, tunc habetur pro mortua in vita patris, & ideò non accrescit aliquid fratribus, & benè etiam idem ostendit, *Gabriel. cons.* 135. *num.* 14. *lib.* 2. *Peregr. de Fideic. art.* 38. *num.* 12. & prædictis allegatis, ità optimè distinguit *Gallerat. de Renunc. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 23. *vers. sed hanc opinionem*, *Rot. dec.* 266. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. Surd. dec.* 252. *nu.* 2. *in fine*, *Bellon. de Iur. Accresc. cap.* 6. *quæst.* 14. *nu.* 6. *&* 7. latè *Fontanell. de Pact. Nupt. claus.* 9. *gloss. vnica*, *par.* 2. *num.* 28. *&* 29. *Anton. Faber. de Error. Pragm.* 21 22

Pragm. dec. 12. error. 8. num. 9. vbi, quod hic casus nullam habet dubitationem, quia dici non potest partem non habuisse filiam. Videtur enim potiùs ex eo tempore, quo dotem habuit, legitimam portionem fuisse consequutam.

Quod, si ità est, non pertinet casus iste ad quæstionem illam, vtrum filia, quæ ad partem non admittitur faciat partem; Hæc, enim, admittitur vtique ad partem, quæ iam indè, viuo patre partem consequutam fuisse intelligitur; Nàm quid refert viuo nè, an mortuo patre admittatur, & latissimè de hac distinctione alijs adductis, loquutus fuit *Donat. Anton. de Marin. lib. 2. cap. 93. per tot.* vbi, quod, si, in filia, quæ recepit dotem tanta extitit inter Doctores controuersia, & qui magis communiter affirmatiuam sequuti sunt sententiam, vt faciat partem, nullo alio Clypeo se defendunt, nisi vnica illa ratione, scilicet, quia ob dotem, quam habuit, videtur patri succedere, quid affirmare debemus quandò filia, nihilo accepto, renunciaret? nonnè, in hoc casu, cessat prorsùs ratio fundamentalis, quæ mouit Doctores illos, qui dixerunt, quod ideò filia dotata partem facere debet, quia videtur patri succedere? certè sic, quæ, enim, assignari potest ratio, si temerario ausu affirmare vellemus, vt faciat partem filius, qui nihilo accepto patri renunciat?

Et huiusmodi distinctio procedit indefinitè, siue vi-
23 uo patre, facta sit renunciatio, siue eo defuncto; Nàm, licet *Paul. de Castr.* & alij Doctores *in l. planè, §. si duobus, ff. de leg. 1.* tenuerint, quod, si post mor-
24 tem patris filia renunciauit, quod, tunc ei, cuius respectu facta fuit renunciatio acquiratur portio renunciantis, ac propterea partem faciat, secùs, verò, quando viuo patre, renunciauit, motus, quia quando viuo patre, ei successio non dum fuit delata, neque adeò in alium transferre potuit & *Castren.* sequitur præ cæteris *Cranett. cons.* 288. & alij plures, de quibus per *Merlin. de legit. d. lib. 1. tit. 4. quæst. 30. num. 33. & seqq.*

Nihilominùs contrarium est verius, quod filia, quæ
25 renunciauit, etiam viuo patre, ad fauorem masculorum, partem faciat in calculanda legitima, iuxta distinctionem, de qua suprà, videlicet, quando aliquid recepit, vt optimè *Bartol. in l. 1. §. qui habebat nu. 5. ff. de bonor. poss. cir. tabul.* vbi concludit, quod, si masculus, qui vigore statuti excludebat fæminas, viuo patre, aliquo accepto, renunciauit cum iuramento hæreditati paternæ; quod tum patre diuidente, nihilominus partem faciat; & similiter ait *Bald. in l. vnica C. quando non peten. par. num. 20. quæst. 6.* quod filia, quæ, accepta dote, in vita patris renunciauit hæreditati paternæ, partem faciat & post *Alex. Brun.* & alios, quos allegat, tenet, *Hartm. Pist. d. lib. 4. quæst. 8. num. 6. vers. veriùs tamen Mynsig. Obseru. 22. cent. 4.*

Et ratio affertur ab *Hartm. Pist. d. loco vers. probatur autem*; quia renuncians, portionem suam ei,
26 in cuius fauorem renunciauit, donare voluisse censetur *l. si actionem C. de Pact.* Vt igitur, vt donatio ista commodè perfici potuerit, censetur renuncians priùs adijsse hæreditatem, & portionem suam acceptasse; & deindè eam in alium transtulisse *l. illud C. de acquir. hæred.* & per nos alibi.

Et propterea, in portione acceptata, & in alium translata partem facit æquè, ac si successisset, vt, præ cæteris, obseruat, *Rip. l. re coniuncti num. 210. ff. de leg. 1. Cagnol. l. 1. numer. 43. C. quando non pet. part.*

Nec turbat, quod, tempore renunciationis, hæreditas nondum fuerit delata, & ideò nondum acceptari, & multò minus in alium transferri potuerit; Nàm, vt pluries diximus, in renunciatione, adest
tacita conditio, si hæreditas renuncianti deferatur; 27
Vndè hæreditate delata, atque, ex hoc, conditione purificata, pro eo habetur, ac si, eo ipso tempore, quo delata est hæreditas filiæ, illi statim renunciauerit; optimè igitur concludit idem *Pist. vbi suprà vers. mater,* ibi *Si igitur omnis huius renunciationis effectus in tempus delatæ hæreditatis suspensus est, adeòut tùm demum facta, & hæreditati iam delatæ renunciatum videatur, nihil sanè impedit, quo minùs in casu, quo, in gratiam alterius renunciatum fuit, portionem sibi iam delatam ei dono dedisse, & vt effectum sortiatur; hanc donationem prius acceptasse, & deindè in alium transtulisse, renuncians intelligatur sic, vt in renunciatione post mortem facta admittunt omnes; sed quemadmodum hoc casu fauor eius in cuius gratiam facta est renunciatio efficit, vt eidem donata præsumatur. Et vt donatio hæc consistat, acceptatio praecessisse videtur.*

Ita hoc etiam in renunciatione, viuo patre facta, cuius effectus, in tempus delatæ hæreditatis, dilatus
fuit, statuendum erit, cum paria sint aliquid fieri, 28
certo quodam tempore, & propter conditionem annexam in id tempus differri *l. quod sponsæ* cum ibi notatis, *C. de Donat. ante nupt. l. in tempus, ff. de hæred. Instit.* cum similibus de quibus per *Hartm. Pist. vbi suprà numer. 7.*

Animaduertendum est vlterius, quod, id quod suprà fuit firmatum, scilicet, mulierem facere partem in calculanda legitima aliorum fratrum, qui non renunciarunt, dummodo aliquid pro renunciatione
acceperit, non procedit indistinctè, sed in eo, 29
duntaxat, casu, quod vtile sit ipsismet fratribus; non, verò, quando non est eis vtile, sed damnosum, vt faciant partem: Hoc, enim, casu nullatenus
partem faciunt, siue renunciauerit nulla portione re- 30
cepta, siue aliquo accepto.

Proindè, huiusmodi quæstio est tantum tractanda, quando agitur, fauore masculorum, non autem, quando, eorum odio, & tenderet ad legitimæ diminutionem, vt, quicquid dicat *Paul. de Catro. cons. 286. num. 4. vol. 1.* quem sequitur *Censal. ad Peregr. art. 38. vers. ex quibus infertur pag 404.* tenet *Caphal. cons. 245. num. 37. Alciat. cons. 479. nu. 12. Rouit. cons. 70. num. 1. circà finem Gratian. Discept. for. cap. 676. nu. 13. Crass. §. legitima quæst. 7. num 9. Engen. cons. 33. num. 31.* optimè *Mart. Medic. in addit. ad dec. 7. nu. 7.* vbi, quod securius in materia forsan erit nulla alia ratione, vel distinctione attenta, firmare, quod mulieres exclusæ faciant, vel non faciant partem, & numerum proùt magis expediat masculis. Ex quo, cum exclusio facta sit ad commodum, & fauorem illorum, non re-
torqueatur aliquando illis in odium, & hanc opinio 31
nem *Rot.* semper fuit sequuta, *vt in dec. 166. num. 1. par. 1. diuers. dec. 4. numer. 8. & dec. 74. in princ. post Merlin. de legit. dec. 160. nu. 17. par. 6.* vbi exemplificando concludunt, quod, si dos parua est, minùsque legitima, tunc fæminæ faciunt ad fauorem masculorum partem; si verò, sit magna, vtpotè, quando excedit earum legitimam, tunc nō faciunt partem, quia redundaret eorum numerus, & pars in masculorum damnum; & firmauit etiam *Rot. in Romana Fideicommissi de Martianis 12. Ianuarij 1660. coram Reuerendiss. Albergato* ibi; *cum prædictæ sorores essent exclusæ faciant, vel non partem, proùt magis expedit masculis, proindè, cum tanquam duæ non augerent legitimam de triente in semissem inter filios imputari, sed integrum triens est legitima Antonij &c.* quæ decisio *est in fine operis dec. 5.* vbi aliæ Rotales decis. recensētur, & benè etiam *Anton. Faber. de Error. Pragm. d. error. 8. num. 10.* vbi, quod potest sententia, vt exclusæ faciant partem, suo iudicio, falsa esse, vno casu, si pro-

ſi proponas deceſſiſſe patrem ſuperſtitibus quatuor liberis; & propterea filia ipſa, quæ renunciauit; Etenim, cum id, quod dicimus filiam, quæ renunciauit partem facere fratribus in legitimæ computatione, eo pertineat, vt tantò minùs cæteris legitima debeatur, abſurdum eſſet, ex contrario fieri maiorem cæterorum portionem, ob hoc ipſum, quod filia, quæ renunciauit, partem fratribus facere diceretur; Ità, namque, fieret, vt in patris odium retorqueretur, quod ipſius fauore conſtitutum eſt &c. & tenet etiam *Cancer. var. lib. 1. cap. 3. de legit. numer. 51. in fine, Bottigl. de ſucceſſ. d. Theor. 52. num. 29.*

Si, verò, agimus de perſona, quæ fuit effecta religioſa; an faciat partem, nec ne, illa eſt communis diſtin-
ctio, quod, vel fuit ingreſſa religionem bonorum in-
capacem, vel monaſterium capax. Primo caſu, quia
nullo pacto ſuccedere poteſt, habetur pro mortua, &
nullam facit partem in legitimæ computatione, vt de
ingrediente monaſterium S. Franciſci, dixerunt *Bart.*
32 *in l. vnica, in princ. C. de Caduc. tollen. Alex. l. planè,*
§. ſi duobus, num. 7. ff. de leg. 1. vbi etiam *Aret.* & alij
allati per *Surd. de Alim. tit. 3. quæſt. 1. num. 44. Boer.*
dec. 104. num. 6. Gaill. lib. 2. Obſeru. 122. numer. 18.
Hartm. Piſt. d. quæſt. 8. nu. 2. Secundo vero caſu par-
tem facit *Crivell. dec. Rolan. 34. num. 55.* quem refert
& ſequitur *Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 9. gloſſ.*
vnica, par. 2. num. 32. vbi, quod ſi huiuſmodi filia,
quæ renunciauit, reperitur profeſſa, tempore mortis
patris, in monaſterio capace bonorum, facit partem,
33 licèt ad eam nô admittatur, ſicuti ſi in ſæculo reman-
ſiſſet, quia portio non deficit omninò, cum ad eam
poſſit admitti religioſa, ſi non per ſe, per monaſte-
rium, quod ſuccedit illius loco &c. & firmat pariter
Capon. de Pact. d. cap. 55. numer. 20. & latiùs *Donat.*
Anton. de Marin. d. lib. 2. cap. 93. nu. 6. qui non ad-
mittit, vt filia, quæ renunciauit, monialis effecta in
religione capaci bonorum, faciat partem; Ait, enim,
quod nullum diſcrimen côſtitui poteſt in ea, quæ fuit
profeſſa in religione incapace, ac in ea, quæ eſt in
monaſterio capaci, ſed propter religioſi renunciatio-
nem ſuccedere prohibetur, &c. Nàm, vt paulò antè
firmauerat idem *de Marin.* ratio fundamentalis, quod
filia faciat partem conſiſtit in potentia ſuccedendi;
qua remota non eſt ampliùs locus ad quærendum:
An faciant, vel non faciant partem. Et de materia,
quando, & quomodò religiones faciant partem, vide
etiam *Renerter. dec. 1 per tot.* vbi *add. Rot. coram Mer-*
lin. dec. 202.

Deueniendo modò ad ſecundum membrum diſtinctionis, de qua ſuprà *num.* 20. an exhæredatus à patre faciat partem, alij negant, alij affirmant.

Negant *Decian. reſp. 44. nu. 3. lib. 3. Boer. dec. 103.*
34 *num. 8. & ſeqq. Michalor. de Fratribus par. 1. cap. 33.*
num. 11. Gratian. Diſcept. for. cap. 178. num. 2. Men-
cac. de ſucceſſ. Creat. lib. 2. §. 20. numer. 205. Ceuall.
Com. contrà Com. quæſt. 370. Sabell. conſ. 60. in fine,
Oſuald. ad Donell. lib. 19. cap. 4. littera R. in fine, par. 2.
Fachin. lib. 4. controu. cap. 31. Bellon. de Iur. Accreſc.
cap. 6. quæſt. 2. num. 4. cum alijs adductis per *Bottigl.*
de Renunc. ſucceſſ. d. Theor. 52. num. 22. Kellemb. d.
cap. 37. num. 28.

Affirmat, *ex textu in §. deinceps, cum §. ſeq. No-*
35 *uell. de Nupt. Kellemb. vbi ſuprà numer. 29. verſ. non*
difficulter.

Sed reducuntur ad concordiam, diſtinguendo, An
in paterno teſtamento extranei hæredes ſint iuſtituti,
36 vel filij. Primo caſu, quando ſunt inſtituti extranei,
non faciunt partem; ſecùs verò, quando cæteri filij;
& ratio, quare non faciant partem, quando extranei
37 ſunt inſtituti, eſt, quia filius exhæredatus cenſe-
tur à teſtatore excluſus, à commodo ipſius hæredis
inſtituti, non autem aliorum filiorum, vt, vltrà, *Bart. in l. patrem filium, quæſt. 3. num. 14. Caſtren. conſ. 286. num. 2.* allegati à *Merlin. de Legit. vbi ſuprà*, firmat, *Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 1. quæſt. 25. art. 3. nu. 6. 9.* Quando autem filij ſuperſtites ſunt inſtituti hæredes vniuerſales, & grauati reſtituere, veniente caſu, filij non conſiderantur ſimpliciter, tanquam filij, ſed tanquam hæredes, & ob id, cum ad eorum fauorem, excluſus cenſeatur exhæredatus, benè facit partem ad augendam pro eis legitimam, *Merlin. vbi ſuprà, num. 10. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. d. par. 1. quæſt. 25. art. 3. Thomaſ. tit. 6. de legit. num. 19. Add. ad Mart. Medic. dec. 7. numer. 11.*

Reſtat, tandem, videre; An filia excluſa, per ſtatu-
tum partem faciat in calculanda legitima. Et hæc 38
quæſtio eſt reſoluenda, ſecundum ea, quæ ſuprà ad-
notauimus in filia, quæ renunciauit; nàm eadem re-
gula procedit in vno, ac in altero caſu; æquiparantur,
enim, excluſio facta per ſtatutum, ac ea, quam facit
ſibi renuncians, *Alciat. conſ. 200. numer. 10. lib. 9.* 39
Cyriac. controu. 71. num. 4. 8. Mart. Medic. in Add. ad
dec. 7. num. 8. Rot. dec. 160. num. 20. par. 5. & dec.
10. num. 12. par. 12. recent.

In hoc, tamen, caſu illud eſt notandum. An ſtatu-
tum excludens fęminas dotatas, propter maſculos
voluerit, vt portio reſeruata ſuccedat, loco legitimę,
nec ne. Id, enim, totum facit in reſolutione præſentis
quæſtionis, *Morott. conſ. 23. nu. 1. Buccaferr. conſ. 22.* 40
num. 34. lib. 2. Rot. dec. 73. num. 1. in fine, poſt Merlin.
de legit. Mart. Medic. in addit. ad dec. 7. num. 3.

Eſt namque omninò approbata illa diſtinctio in
hac materia, quod, ſi id, quod reſeruatur à ſtatuto,
filiabus excluſis, vel eiſdem relinquitur, pro dote,
ſuccedit loco legitimæ, tunc ipſæ fœminæ, faciunt
partem, & legitima ex earum perſonis, augetur de
triente ad ſemiſſem, ad commodum maſculorum, 41
Cephal. conſ. 245. vol. 2. Ladercb. conſ. 126. num. 6.
Craſſ. §. legitima, quæſt. 7. num. 4. Cyriac. d. controu. 71.
num. 1. Morott. conſ. 23. num. 20. Merlin. de legit. lib.
1. tit. 4. quæſt. 3. num. 24. Michal. de Fratrib. par. 1.
cap. 33. num. 7. Gratian. Diſcept. for. cap. 676. Sabell.
conſ. 60. num. 10. Piſt. reſol. 68. num. 174. Thomaſ. de
legit. tit. 6. numer. 7. Rot. dec. 137. numer. 9. par. 5.
recent.

Si verò, id, quod à ſtatuto reſeruatur, vel relinqui-
tur filiabus excluſis, non ſuccedit loco legitimæ, 42
tunc, quia filiæ, pro extraneis habentur, non fa-
ciunt partem, neque augent maſculorum legitimam,
ſed habentur, ac ſi in rerum natura non eſſent,
Soccin. Sen. conſ. 82. num. 36. & Soccin. Nepos conſ. 25.
per tot. Ruin. conſ. 152. vol. 5. Decian. conſ. 46. vol. 3.
Cyriac. d. controu. 71. nu. 9. Theſaur. dec. 159. nu. 5. 10.
Simon. de Præt. de Interp. vlt. vol lib. 3. interp. 5. ſolut. 6.
num. 59. Altograd. conſ. 58. num. 6. 10. 1. & iuxta hanc
diſtinctionem intelligenda ſunt exarata per *Gratian.*
diſcept. 676. nu. 11. Thomat. dec. 23. num. 117. Giouagn.
conſ. 8. nu. 42. lib. 2. Vulte. conſ. 29. nu. 128. Gaill. pract.
Obſeru. 122. nu. 17. lib. 2. Cenſal. ad Pereg. art. 38. pag.
403. verſ. ſecundo principaliter, Caren. reſol. 97. nu 6.
Bottigl. d. Theor. 52. num. 19. Donat. Anton. de Ma-
rin. cap. 93. num. 1. lib. 2.

Et ſimiliter, ſemper partem faciunt, quando fi-
lia, licet à ſtatuto excluſa, ſit honorata in teſtamento 43
paterno; nàm, cum ſint vocatę, videntur reaſſumere
ius ſuitatis, non ſecùs ac, ſi à ſtatuto non eſſent ex-
cluſæ, & conſequenter faciunt partem, atque nume-
rum in computatione legitimæ, perindè ac facerent,
ſi ſtatutum eas non priuaret, vt alijs recenſitis, opti-
mè probat *Mart. Medic. dec. 7. num. 8. 9. Merlin. de*
legit. d. cap. 3. num. 26. Gratian. diſcept. 676. num. 14.
& 15. Rot. dec. 266. par. 1. diuerſ.

An,

An, verò, conclusio de qua suprà, procedat, quo-
ad hæreditatem matris, dubitatum fuit aliquando,
44 & præcipuè à *Rot. dec.* 137. *num.* 10. *par.* 6. *rec.* Et
licèt, quod, eo casu non faciant partem, videtur de-
sumi ex eo, quòd mater non tenetur dotare filias. Et
propterea dici haud possit, quod dos succedat loco
legitimæ, sed potiùs videantur exclusæ simpliciter,
& haberi, ac si natæ non essent, quoad numerum,
45 & partem. Nihilominùs, pro contraria sentit ea-
dem *Rot. d. dec.* 137. *num.* 11. quia, etsi non agatur
de successione matris, pro dote subrogata, loco
legitimæ, vel pro dote constituenda, in compensa-
tionem successionis, ex eo, quod ad eam non perti-
neat onus dotandi, tamen verum est etiam, quòd
46 statutum potest tollere legitimam fęminis, ex iusta
causa, prout, quando aliundè dotatæ sunt; Vnde vi-
dendum est, an fęminæ, fauore masculorum sint ex-
clusæ, & tunc computantur in numero liberorum, &
faciunt partem, & numerum quando filijs prodest,
vt optimè *Rot. eadem dec.* 137. *num.* 14. vbi aliæ deci-
siones allegantur, & sic etiam voluit *Add. ad dec.
Mart. Medic.* 7. *num.* 12. & nouissimè *eadem Rot. in
dec.* 10. *num.* 19. *par.* 12. *rec. & in dicta Romana Fi-
deicommissi de Marianis* 11. *Ianuarij* 1660. *coram Reue-
rendiss. Decano, decis.* 5. *post Tractatum.*

Et hæc sunt intelligenda, iuxta distinctionem, de
47 qua suprà: An sit vtile fratribus, vt faciant partem;
aliàs, enim, nequaquam partem faciunt, vt in his
præcisis terminis voluit eadem *Rot. d. dec.* 137. *num.*
13. *par.* 6. *& in dicta Romana Fideicommissi de Ma-
rianis.*

Id autem certissimum est, quòd, in casu, quòd fa-
ciant partem, intelliguntur solùm ad fauorem fra-
48 trum agnatorum, ad quorum dumtaxat vtilitatem
præsumitur ordinata exclusio, non ad fauorem vteri-
norum. vt per *Rot. d. dec.* 137. *par.* 6. *num.* 18. *& seqq.*
quam refert, & sequitur *Mart. Medic. in add. ad dec.* 7.
num. 14.

Et hac occasione, quæri potest; an, in casu, quod
49 fęminæ faciant partem in computatione legitimæ
portio ipsis mediantibus aucta cedat commodo hæ-
redum, vel aliorum filiorum.

Et pro perfecta articuli intelligentia distinguendum
est; Vel agitur de filia exclusa à successione, per sta-
tutum, vel de filia, quæ paternis bonis renunciauit.

Hoc secundo casu, (& est materia magis propria
tractatus nostri) nonnulli volunt, quod, dum partem
50 facit, ad fauorem filiorum portio mediante eius per-
sona, aucta, cæteris filijs accrescat, & non hæredi-
tati, vt tenet *Guid. Pap. dec.* 295. relatus à *Fontanell.
claus.* 9. *gloss. vnica par.* 2. *num.* 34. vbi assignat ratio-
nem, quia per istam renunciationem iuratam, filia
se exclusit ab omni successione paterna, cum pater,
non teneatur eam instituere, vel exhæredare; ac,
proinde debet haberi pro mortua; At, si mortua es-
set, non faceret partem, ergò, &c. &, alijs adductis
firmat etiam *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 5.
Ronit. cons. 70. *num.* 6. & multis cumulatis argumen-
tis firmat *Kellemb. quæst.* 38. *num.* 6. *& seqq.*

Contrarium, quòd augeat hæreditatem, non verò
51 portionem aliorum fratrum, firmarunt *Mayn. dec.*
27. *lib.* 4. *Griuell. dec.* 48. *num.* 8. quos refert, & sequi-
tur *Fontanell. d. par.* 2. *num.* 35. vbi, quod secundùm
hanc opinionem fuit decisum, in alijs tribunalibus, vt
per *Borgnin. dec.* 8. *par.* 3. *Pappon Arrest. lib.* 20. *tit.* 7.
arrest. 10. *Capyc. dec.* 138. *de Franch. dec.* 549. & opti-
mè etiam pro hac opinione ratiocinatus fuit *Anton.
Faber. de error. Pragmat. decad.* 12. *error.* 9. *num.* 5.
52 Vndè ait, quod hæc portio subiaceat restitutioni fi-
deicommissi, dum filius grauatus est hæreditatem re-
stituere, & pluribus argumentis id comprobare co-
natus est, & iuxta opinionem *Fabri* scripsit etiam
Fontanell. d. claus. 9. *gloss. vnica*, *par.* 2. *num.* 38. vbi
allegat concordantes, & nouissimè fuit ita decisum
per *Rot. vt in dec.* 10. *num.* 18. *par.* 12. *rec.*

Ego, tamen, in hac materia distinguo; ad cuius 53
fauorem sit facta renunciatio, scilicet, vel ad fauorem
patris, vel fratrum renunciantis.

Si fuit facta ipsimet Patri, & ad eius fauorem, te-
neo, quod portio aucta, mediante filia, quæ renun-
ciauit hæreditati non aliorum commodo cedat, *Crass.
quæst.* 7. *num.* 8. *in fine*, *Thomas. de legit. d. tit.* 6. *num.*
24. *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 51. *Surd. dec.* 252.
in princ. vbi Hodiern. Cyriac. controu. 71. *num.* 4. *&
seqq.*

Si, verò, renunciatio facta sit fratrum fauore, non
accrescat hæreditati, sed alijs fratribus, vt suprà in 54
prima opinione, vt tenet *Crass. vbi suprà*, *Thomas. d.
loco num.* 26. *Hartm. Pist. d. lib.* 4. *quæst.* 8. *num.* 9.

Et ratio est euidentissima; Nàm portio renuncian-
tis semper commodo cedit illius personæ, ad cuius 55
fauorem facta fuit renunciatio, vt optimè *Cancer. vbi
suprà*, *num.* 51. *vers. sin autem*, & multis cumulatis,
Rot. d. dec. 266. *num.* 1. & latè, vt quoties apparet,
in cuius fauorem renunciatio facta fuit, tunc renun-
ciantem eatenus in diuidenda hæreditate partem
facere, vt portio ipsius, ei, in cuius fauorem, & gra-
tiam renunciauit, applicetur cęteris cohæredibus ex-
clusis, cum alijs adductis, *Hartm. Pist. vbi suprà num.*
5. *in fine*, & facit *Rot. d. dec.* 137. *num.* 18. *par.* 6. *rec.
& in d. Romana Fideicommissi de Marianis post tract.
dec.* 5. vbi, quod ea portio non venit in restitutione
fideicommissi.

Et quamquam contrarium defendat *Faber. d. error.* 56
9. *vers. nec aliud erit*, vbi quod semper impinguat hæc
portio hæreditatem patris, non, verò, cedit com-
modo aliorum filiorum, etsi ad eorum fauorem facta
sit renunciatio, tamen contraria opinio est sequenda,
vti magis communis, præcipuè, quia (vltraquam-
quod *Fabrum* impugnat, & confutat *Kellemb. de Re-
nunc. quæst.* 38. *num.* 15. *vers. ex quibus omnibus*) ha-
bet pro se *Rota Romana* opinionem *in d. Romana Fi-
deicommissi de Marianis, in fine oper. dec.* 5. vbi habe-
tur, quod tunc illa portio impinguat hæreditatem,
& venit in restitutione fideicommissi, quando ipsimet
filij sunt instituti hæredes, & ad eorum fauorem facta
fuit substitutio, aliàs secus, ibi, *nec aduersatur, quod
portio fœminarum, quæ illis aufertur, non accrescit maf-
culis simpliciter, sed impinguet hæreditatem parentum
à quibus potuit fideicommisso supponi; Nàm aduerten-
dam esse consuetam Domini hanc conclusionem, quando
agitur de fideicommisso, vel grauamine ad fauorem
eorundem masculorum imposito, in quibus terminis ex
aduerso adducti loquuntur, secùs quando fideicommissum
comprehendit fœminas etiam, & alios extraneos, qui
non sunt de agnatione; Hoc enim casu, in illa portione
legitimæ grauamen imponi non potuit, ex quo prædicta
patris potestas grauandi non est libera & simplex, sed
restricta ad commodum hæredum, & filiorum masculo-
rum*, & *Rota* allegat concordantes *Gabriel. cons.* 10.
num. 5. *& seqq. lib.* 2. *Brun de Stat. art.* 12. *num.* 204.
Rot. dec. 425. *num.* 1. *par.* 1. *Diuers.* & *post Fenzon. ad
Stat. Vrb. decis* 99. *§. non obstat, & dec.* 100. *§. sed dato,*
vbi benè firmatur, quod portio, quæ à statuto fœmi-
nis aufertur, considerata, respectu filiorum masculo-
rum, est hæreditaria, & à voluntate Patris depen-
dens, qui posset totam aui in præiudicium aliorum,
relinquere, sed respectu extraneorum, retinet natu-
ram legitimæ. Et sic non obstat alia decisio suprà re-
censita, hoc est *dec.* 10. *par.* 12. *rec.* quia illa decisio
emanauit in hac eadem causa *Romana Fideicõmissi de
Marianis, quæ per istã sub die* 12. *Ianuarij fuit reuocata.*

Qua

Quia diſtinctione firmata, vt augeatur portio illius,
57 cuius commodo, & fauore facta fuit renunciatio; non
mihi videtur amplectenda diſtinctio, quam facit *Ca-
ren. reſol. 97. num.* 2. quod, ſit inſpiciendum; an re-
nunciatio facta ſit, per viam repudiationis, vel renun-
ciationis; quia, quoquo modo ſit inita, augebit por-
tionem filiorum, quando propter ipſos, augebit hære-
ditatem, idque, quando euenit propter patrem, &
eius hæredes ſtipulata fuerit.

Ex quo deſumitur, quod quando agitur de filia ex-
cluſa à ſtatuto, (& eſt alter caſus de quo ſupra)
portio aucta, mediante perſona feminæ, quæ partem
faciat ſemper impinguat maſculorum legitimam,
58 *Morott. conſ. 23. num. 21. Gionagnon. conſ. 9. num. 42. lib.
2. Vulter. inter conſ. Accad. Marpurgen. conſ. 129. num.
128. verſ. & quamuis, Caren. reſol. 97. num. 7. Gratian.
Diſcept. for. cap. 676. num. 12. Cenſal. ad Peregr. art. 38.*
59 *verſic. ſecundò principaliter, pag. 403. Thomat. dec. 23.
num. 117. Mart. Medic. dec. 7. num. 2. Rot. dec. 266. par.
1. diuerſ. & dec. 543. num. 7. par. 2. rec.*

Et ratio eſt apertiſſima, nàm, quando quis alte-
rius contemplatione excluditur, portio, quam perſo-
na excluſa habitura eſſet, tranſit in eum, cuius con-
templatione excluſa eſt, *l. ſi defunctus, & l. 2. §. ſi
duo, ff. de Collat. Bonor.* Sed illud quod, à fœminis 60
tollitur in maſculorum commodum, cedit, *Donat.
Anton. de Marin. reſolut. 252. lib. 1.* ergò, maſculis
fratribus debebitur portio, non alijs, vt probant *Ce-
phal. conſ. 245. num. 36. vol. 2. Ronit. conſ. 70. num. 5.
verſic. Ratio eſt, Mart. Medic. dec. 7. num. 5. Gratian. d.
Diſcept 594. in fine, Caren. reſol. 97. num. 6. Rot. dec. 543.
par. 4 tom. 2. recent.*

Et propterea, hoc caſu, nemo dubitat, quin ea-
dem portio non veniat ſub reſtitutione Fideicom- 61
miſſi, ſed potiùs remaneat cæteris filijs libera, tan-
quam legitima, *Cephal. d. conſ. 245. num. 34. volum. 2.
Decian. conſ. 46. num. 31. & ſeqq. vol. 3. Peregr. de Fi-
deic. art. 36. num. 17. Ronit. d. conſ. 70. num. 4. Donat.
Anton. de Marin. d. reſol. 252. num. 6. lib. 1. Morott.
conſil. 23. num. 22. Gratian. d. diſcept. 676. num. 12.
Mart. Medic. d. dec. 7. num. 2.*

Cum diſtinctione tamen, de qua ſuprà *nu. 47.* allata
à *Rot. in d. dec. Romana Fideicommiſſi de Marianis 12.
Ianuary 1660. in fine operis, dec. 5.*





IOANNIS TORRE IVRISCONSVLTI, ET NOBILIS LVCENSIS.

Tractatus DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

An statutum possit immutare ordinem succedendi. Pluta, an possit impediri libera testantium facultas. An valeat statutum, prohibens forensibus acquisitionem, & contra quos procedat. Vlteriùs; quomodo, & quando statutum porrigat vires extra territorium, & contra personas non subiectas, vbi præcipuè de Clericis, & Pijs locis; Insuper quæritur; An Princeps laicus possit prohibere, ne fiant Collegia prætextu pietatis; Et an talia Collegia sint subiecta laicis, vel Ecclesiasticis; Qua occasione, plura discutiuntur de requisitis ad fundationem Conuentuum; Necnon; an Princeps laicus possit prohibere, nè pia loca non Ecclesiastica acquirant bona stabilia. Plura etiam adducuntur concernentia Operas, seu Fabricas Ecclesiarum; An a laicis administrari possint; quomodo Fabrica dicatur locus pius, & quomodo sub Principis Protectione; quæ resultent ex eo, quod locus pius sit laicus, & sub Principis protectione. Pluta, an operarius de bonis Fabricæ teneatur ad eleemosynam concionatoris; & an dictus operarius laicus possit administrare oblationes, & res Sacristiæ, & præcipuè disputatur de operario S. Vultus Lucani.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an possit immutare ordinem succedendi à iure communi ordinatum.*
2 *Statutum potest subditis prohibere ne testentur de bonis patrimonialibus.*
3 *Ciuitas quæ non recognoscit superiorem habet facultatem sibi leges imponendi.*
4 *Statuta in loco vbi vigent sunt potentiora iure communi.*
5 *Et sunt seruanda etiam si dura, & aspera videantur.*
6 *Si statutum disponit, vt debeat procedi secundum ius commune, intelligitur secundum statuta Ciuitatis, etiam in concursu iuris communis.*
7 *Ius Ciuile disponit, quod deficientibus descendentibus ad proximiores agnatos deueniat successio.*
8 *Voluntas hominis debet esse ambulatoria vsque ad mortem*
9 *Forma testamentorum est iuris Ciuilis.*
10 *Libertas testandi habuit originem a iure gentium.*
11 *Iniquum existimatur priuare hominem sanæ mentis facultate testandi.*
12 *Nemo potest pacto sibi voluntatem testandi auferre.*
13 *Pœna adiectione non possunt fieri pacta, quæ liberam facultatem testandi impediant.*
14 *Statutum potest facere, vt aliquis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus.*
15 *Sufficit, vt quis habeat facultatem testandi in genere.*
16 *Statutum non potest restringere, sed auferre facultatem testantium*
17 *Valent promissiones bonorum particularium post mortem.*
18 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, cum reseruatione certa res ad testandum valet.*
19 *Valet statutum excludens fœminas propter masculos.*
20 *Valet statutum prohibens forensibus, acquisitionem stabilium.*
21 *Talia statuta fauorabilia dicuntur.*
22 *Imò talia statuta non solum tenent ratione extraneorum, sed etiam filiorum.*
23 *Contrarium nonnulli tenent, quod non valeat respectu filiorum.*
24 *Filius est vna & eadem persona cum patre.*
25 *Filius & pater pro vno capite reputantur.*

26 *Dominium bonorum paternorum non dicitur in filios transferri, sed potiùs continuari.*
27 *Hæreditas patris quasi dicitur debita filijs.*
28 *Filius non succedendo patri, videtur potiùs damnum pati non lucrum amittere.*
29 *Statutum prohibens acquisitionem non habet locum in filio, quia inducit quandam exhæredationem.*
30 *Exhæredatio non potest fieri, nisi expresse, & nominatim.*
31 *Valet argumentum de testamento ad statutum.*
32 *Quod statutum prohibens forensibus acquisitionem habeat locum quoad filios, vel filias alibi nuptas.*
33 *An verò filiabus exclusis habeatur æstimatio bonorum.*
34 *Affirmant nonnulli.*
35 *Sed magis communiter alij negant, quod æstimatio non debeatur.*
36 *Tales prohibitiones fiunt ob publicam vtilitatem, ne diuitiæ transeant ad alienos.*
37 *Quando in hæreditate non sunt pecuniæ, legatum pecuniarium, non subdito factum est inutile.*
38 *Neque etiam in foro conscientiæ, quis eo casu tenetur stare voluntati testatoris.*
39 *Quoties de rebus sæcularibus agitur, Canones se subijciunt iuri Ciuili.*
40 *Valet statutum, vt quis non possit instituere nuptam extra territorium.*
41 *Valet statutum, ne quis nubat cum certo genere personarum.*
42 *Et habet locum etiam contrà ipsasmet filias.*
43 *An non obstante statuto possit forensis aliquid acquirere.*
44 *Valet statutum, quod filia non nubat sine consensu patris.*
45 *Adiectio pœnæ super dispositione nulla, & inualida non tenet.*
46 *Data nullitate principalis obligationis nulla pœna peti potest.*
47 *Vbi contractus non valet exigi non potest pœna in eodem contractu promissa.*
48 *Rescisso contractu principali rescinditur, & accessorium.*
49 *Quod procedit, quando actus vel contractus est ipso iure nullus a lege declaratus, non vero quando pœna accedit actui de iure non improbato, licet ei ius non assistat.*
50 *Contractus dicitur ipso iure nullus, quando lex vlerà adiectionem pœnæ declarat nullitatem.*
51 *Statuta prohibentia alienationes in forenses, vel negantia successionem nuptis extrà territorium non extendunt vires extra territorium.*
52 *Impugnatur ratio Bartoli.*
53 *Statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circà administrationem rerum suarum.*
54 *Princeps extra suum territorium est tanquam priuatus.*
55 *Siue statutum loquatur in rem siue in personam non comprehendit bona extrà territorium.*
56 *Mart. summ. success. leg. par. 1. quæst. 13. art. 12. reprobatur.*
57 *Statuta excludentia fœminas nuptas, vel fœminas propter masculos non afficiunt forenses, neque in bonis sitis in territorio statuentium.*
58 *Sufficit ad hoc vt quis ligetur statuto, vt ille de cuius hæreditate agitur sit subditus, & pariter bona in ditione statuentis.*
59 *Sed contraria est communis, quod tunc non afficiat.*
60 *Adhoc vt statutum liget vtraque subiectio requiritur personarum & rerum.*
61 *Burat. dec. 262. reprobatur.*
62 *Valent talia statuta, quando etiam in Ciuitate succedere debentis adest consimile statutum.*
63 *Sed contrarium est verius, quod neque eo casu liget.*
64 *Nisi sint ambo statuta sub iurisdictione eiusdem Principis.*
65 *Statutum ligat forenses, quando inhabilitat personas forenses ad bona in territorio vel è contra.*
66 *Sed requiritur expressa declaratio.*
67 *Vlterius limitatur in re immobili animo reducendi ad patriam, quia in illis succedit forensis.*
68 *Et in nominibus debitorum præcipue si dentur actiones ad aliquod mobile.*
69 *An talia statuta ligent pia loca, & Ecclesiasticas personas.*
70 *Statutum prohibens alienationem in forenses ligat Ecclesiasticos & pia loca*
71 *Princeps, & Magistratus potest pro modo iurisdictionis suæ in personas sibi subiectas condere leges.*
72 *Quilibet potest, vtendo iure suo alijs præiudicare.*
73 *Dummodo non faciat ad æmulationem.*
74 *Testator potest prohibere, ne clerici vel regulares possideant propria bona.*
75 *Non solum expressè, sed tacitè.*
76 *Statuti potestas longe potentior est quam hominis.*
77 *Quicquid pactis conuentis fieri conceditur, id etiam per legem & statutum fieri potest.*
78 *Contra, quod talia statuta Clericos non comprehendant.*
79 *Siue statutum loquatur in rem siue in personam.*
80 *Neque comprahendunt emphyteutica Ecclesia.*
81 *Nisi sint confirmata à Papa.*
82 *Statuta laicorum an habeant locum in hæreditatibus Clericorum.*
83 *Affirmatiuam aliqui tenent.*
84 *Statutum loquens de successione deferenda porrigit suas vires ad tempus mortis, & sic ad tempus, quo Clericus non est amplius.*
85 *Viuentis non datur hæreditas.*
86 *Clericus gaudet priuilegio statuti excludentis fœminas propter masculos, cognatos propter agnatos.*
87 *Propterea Clericus eodem statuto debet ligari.*
88 *Quod quisque iuris in alium statuerit eodem, & ipse vti debet.*
89 *Quæ habent æquitatem sunt inter Clericos seruanda.*
90 *Contrà, quod talia statuta non habeant locum in hæreditatibus Clericorum.*
91 *Statuta laicorum non comprehendunt Clericos, pia loca & bona Ecclesiarum.*
92 *Sub dispositione generali statuti nullo modo comprahenditur illud, de quo, in specie statui non potest.*
93 *Clerici non subsunt iurisdictioni laicorum directè, vel indirectè.*
94 *Præcipue si statutum disponat circà personas decedentes,*
95 *Vel quando vtitur verbis præceptiuis.*
96 *Statutum verbis præceptiuis disponit quando loquitur per verba,* statuimus, mandamus, *&c.*
97 *Verbum,* Statuimus, *non inducit præceptum.*
98 *Opinio quod statutum non habeat locum in hæreditate Clerici apud Rotam Romanam est indubitabilis.*
99 *Sed contra Rotam opinio videtur magis æqua.*
100 *Est absurdum. vt clericus eodem statuto vtatur pro se, & non contra se.*
101 *Præcipue statutum habet locum in hæreditate Clerici, quando adest aliud statutum disponens, quod Clerici fruantur statutis laicorum dummodò ipsi declarent ijs velle vti.*
101 *Tale statutum est omninò validum.*
102 *Statuta laicorum approbata à Clero censentur Ecclesiastica.*
103 *Princeps laicus an possit impedire erectionem locorũ piorum in suo statu absque eius licentia.*

104 *Et*

104 Et an possit impedire, quod pia loca non Ecclesiastica non acquirant stabilia.
105 Nemo potest impedire, ne erigantur Ecclesia, & pia loca
106 Boni Principis est non solum nouas Ecclesias erigere, sed etiam non impedire laborantes in agro Dominico.
107 Princeps laicus nullum ius potest exercere circà Ecclesias & bona ipsarum.
108 Coadunantia laicorum conuenientes simul prætextu pietatis subsunt laicis principibus.
109 Monasteria, & religiones sunt Reip. Christianæ munimina validissima.
110 Innocentius Papa III. prohibuit, ne noua monasteria fundari possent, & alij etiam Pontifices.
111 Quæ requirantur ad fundationem noui Conuentus.
112 Non est permissa noui monasterij fundatio absque consensu Populi, & Ciuitatis.
113 In fundatione noui Conuentus est attendendum, an in Ciuitate sit penuria vel copia religiosorum.
114 Bullæ & Constitutiones Pontificiæ loquentes de fundatione noui Conuentus habent locum non solum in fundatione domus regularis sed etiam sæcularium presbyterorum.
115 Et habent locum in erectione Monasterij tam virorum, quam mulierum.
116 Licet aliqui contra sentiant.
117 Omnes religiosi sunt exempti à laicorum potestate.
118 Tertiarij habuerunt initium a S. Dominico.
119 Tertiarij fuerunt approbati per Bullas, & Constitutiones Pontificum.
120 Priuilegia tertiæ regulæ S. Dominici fuerunt extensa ad plures alios regulares.
121 Tertiarij viuentes separatim à laicis sunt subiecti, non verò viuentes in communi.
122 Quod præcipue habet locum in fæminis.
123 Quæ sint requisita ad hoc vt valeat fundatio monasteriorum mulierum Tertiariarum.
124 Congregationes virorum, & mulierum, quæ non sunt religiones, neq; Tertiariæ non appellantur religiosæ.
125 Et ideò subsunt Principi laico.
126 Etiam si viuant sub certa regula, & opera pietatis exerceant.
127 Tales Congregationes multis in locis permittuntur.
128 Papa non solet eximere a potestate laicorum personam laicam remanentem in statu laicali, sine consensu principis laici.
129 Contra, quando tractatur de eximendo personam non laicam quia eo casu talis consensus non requiritur.
130 Aliquando aliquis status personarum permittitur, & non approbatur.
131 Status approbatus à Papa à nullo potest impugnari.
132 Status non approbatus, sed toleratus a Papa remanet sæcularis.
133 Conseruatoria mulierum, & virorum à Papa tolerantur aliquando sed non approbantur.
134 Congregationes personarum sub certa regula non approbata viuentium sunt omninò illicita.
135 Papa prohibet non solum nouam religionem, sed etiam nouam domum religiosam fundare.
136 Pius V. prohibet sub pœna excommunicationis, quod nullus possit in habitu a sæcularibus distincto sub Obedientia viuere.
137 Hospitalium genera quæ.
138 Loca pia fundata auctoritate Episcopi, sunt Ecclesiastica, fundata absque auctoritate Episcopi sunt laica.
139 Princeps delegando amplissimam facultatem intelligitur delegare intra limites suæ iurisdictionis.
140 Iurisdictio delegati non extenditur vltra iurisdictionem delegantis.
141 Cuilibet est permissum Ecclesias ædificare.
142 Potest laicus habere recursum ad Ecclesiasticum, ne fundentur noua monasteria sine requisitis necessarijs iuxtà bullas Pontificum.
143 Potest princeps prohibere nè collegia non Ecclesiastica erigantur sine consensu Principis, vel magistratus.
144 Collegia, quæ causa pietatis instituuntur sunt permissa.
145 Omnia Collegia pia sunt ipso iure approbata.
146 Collegia licet pia non possunt fundari nisi à Principe eorum statuta examinentur.
147 Collegia pia non Ecclesiastica à nullo ex Pontificibus sunt approbata.
148 Inuenientes nouum Ordinem à Pontifice non approbatum reprobantur.
149 Conseruatorium dictum, della Quiete, in statu Serenissimi Magni Ducis Florentiæ erat laicum.
150 Quilibet laicus subest Episcopo quoad modum viuendi.
151 Prohibitio ne erigantur collegia laica quando sit licita.
152 Consensus habitantium in erectione noui Conuentus requiritur tantū in loco vbi non adsunt alij religiosi.
153 Contrà quod requiratur talis licentia omni casu.
154 Princeps non potest prohibere ne loca pia auctoritate Apostolica, vel Episcopi confirmata, acquirant bona stabilia.
155 Statutum disponens nè bona stabilia ad loca Ecclesiastica transferantur non valet.
156 De iure communi Ecclesia potest acquirere bona temporalia.
157 Statuta auferentia Ecclesijs, & locis pijs illud ius, quod ijsdem a iure communi concessum est, non valent.
158 Quæ concernunt Principum potestatem modestè, & sobriè sunt tractanda.
159 Aliqui tenent, quod valent statuta prohibentia in Ecclesiasticos alienationem stabilium.
160 Statuta contra Ecclesias, & loca pia non valent, quia non subsunt iurisdictioni statuentium.
161 Princeps potest ex iusta causa suis subditis impedire bonorum immobilium alienationem. emptionem &c.
162 Iniquum videtur restringere hominibus libertatem relinquendi pijs locis.
163 Quibus non possunt relinqui bona stabilia, præstatur æquiualens in pecunia.
164 Statuta auferentia acquisitionem bonorum non solum Ecclesijs, sed etiam locis pijs dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam.
165 Sed talis conclusio procedit in locis pijs subiectis personis Ecclesiasticis.
166 Non est verisimile, vt quis se retrahat à religione timere amissionis bonorum temporalium.
167 Collegia reprobata non possunt acquirere.
168 Copia religiosorum valde confert ad conseruationem reipublicæ.
169 Princeps laicus an aliquod ius habeat super Operis, seu Fabricis Ecclesiarum.
170 Opera Ecclesiarū non possunt à laicis administrari.
171 Contra quod laici possunt esse administratores fabricæ Ecclesiarum
172 Ex consuetudine in Tuscia, & Venetijs laici sunt operarij Ecclesiarum.
173 Quam habeant auctoritatem operarij laici super rebus ipsius operæ.
174 Opera laica potest à laicis administrari.
175 Opera Sancti Vultus Lucani est omninò laica.
176 Loca erecta auctoritate Ordinarij sunt omninò Ecclesiastica, nō erecta auctoritate ordinarij sunt laica.
177 Qui asserit aliquem locum esse Ecclesiasticum debet id probare.
178 Quilibet locus licet pius præsumitur laicus.
179 Præsumptio est quod locus pius sit laicus, quando à laicis administratur.

180 Item quando eliguntur à perſonis laicis adminiſtratores dictorum locorum.
181 Item quando eorum ſtatuta fuerunt condita, & compilata à laicis.
182 Statuere eſt actus Iuriſdictionis, qui exercetur erga ſolos ſubditos.
183 Quilibet fundator poteſt in fundatione pacta ſibi bene viſa apponere.
184 Et talia pacta ſunt obſeruanda quamuis repugnent iuri, & ſtatutis.
185 Locus pius dicitur laicus quando iudicatur à laicis iudicibus.
186 Actus facultatiuus non tribuit ius.
187 Actus non operatur vltra intentionem agentis.
188 Confirmatio non alterat naturam rei confirmatæ.
189 Ex actibus difformibus non inducitur ius.
190 Locus pius poteſt eſſe laicus, quoad vnum effectum non quo ad alium.
191 Ad hoc vt locus ſubiectus exiſtat viſitationi delegati Apoſtolici ſufficit vt ſit pius.
192 Viſitatio non inducit Eccleſiaſticitatem loci viſitati.
193 Locus pius licet laicus poteſt ab Apoſtolico viſitatore viſitari ad effectum videndi, an redditus implicentur in vſu deſtinato.
194 Decreta viſitatoris non citato adminiſtratore loci viſitati nihil operantur.
195 Talia decreta non effectuata nihil operantur.
196 Principis declaratio inducit protectionem loci de quo fit declaratio.
197 Ex actibus implorati, & præſtiti auxilij inducitur protectio.
198 Verbum Protectio ſignificat auxilium, & defenſionem.
199 Ciuitas Lucana de anno 782. fuit inſignita miraculoſa Imagine Sancti Vultus.
200 Senatus Lucanus pluries multa bona fuit elargitus operæ Sancti Vultus.
201 De anno 1384. Senatus ære publico donat S. Vultui ornamentum argenteum.
202 De anno 1386. eidem operæ fuerunt aſſignati per Principem introitus bonorum confiſcatorum.
203 De anno 1392. multa alia bona magni valoris.
204 De anno 1542. fuerunt pedagia multa eidem operæ aſſignata.
205 Loca pia non Eccleſiaſtica non ſunt ſuppoſita iuriſdictioni ordinarij.
206 Loca pia ſub Principis Protectione licet Eccleſiaſtica non immantur.
207 Et procedit tam in regibus, quam in Principibus inferioribus.
208 Locus pius licet laicus non eſt exemptus à redditione rationis Epiſcopo facienda.
209 Non obſtante conſuetudine in contrarium.
210 Epiſcopus interuenit in redditione computorum, tanquam vnus.
211 Et ſi non interuenit loco, & tempore deſtinatis proceditur ad redditionem ſine eius interuentu.
212 Protectio Principis, & Regis eximit loca pia à viſitatione non à redditione computorum.
213 Quando fundator viuit, adminiſtrator loci pij, non reddit rationem Epiſcopo.
214 Loca pia erecta per Senatum, vel Collegium, quod ſemper viuit ſunt exempta à redditione computorum coram Epiſcopo.
215 Item quando ex Capitulis fundationis diſponitur, vt alteri quam Epiſcopo fiat redditio rationum.
216 In locis pijs non Eccleſiaſticis non requiritur in fundatione conſenſus Epiſcopi.
217 Solemnitates Extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. non habent locum in locis pijs non Eccleſiaſticis.
218 Locus pius non Eccleſiaſticus citatur coram iudice laico.
219 Præcipuè in ijs, quæ concernunt bona temporalia.
220 Locus pius non Eccleſiaſticus in ijs, quæ ſapiunt ſpiritualitatem eſt citandus in foro Eccleſiaſtico.
221 Beneficia de Iurepat. loci pij non Eccleſiaſtici dicuntur de iurepat. laicorum.
222 Bullæ Pontificiæ loquentes de Iurepat. Eccleſiaſtico non habent locum in Iuribuspatr. operæ S. Vultus.
223 Ex ſolutione continuata per multum tempus oritur obligatio in futurum.
224 Annua præſtatio pro cauſa pia inducit obligationem in futurum.
225 Decreta viſitationis habent vim legis.
226 Diutina præſtatio non eſt ſufficiens ad inducendam obligationem in futurum.
227 Tempus non eſt aptum ad tollendam, vel inducendam obligationem.
228 Diutina præſtatio obligat, quando concurrit titulus validus, & a iure approbatus cũ diutina præſtatione.
229 Obligatio dandi eleemoſynam Prædicatori quadrageſimæ Cathedralis ſpectat ad Epiſcopum.
230 Epiſcopus tenetur ad eleemoſynam concionatori, etiã ſi ex conſuetudine ſpectaret ad aliũ, quã Epiſcopũ.
231 Niſi talis conſuetudo ſit immemorabilis.
232 Actus facultatiui non inducunt præſcriptionem
233 Ex ſolutione ex mera liberalitate non inducitur obligatio in futurum.
234 Dictio taxatiua excludit obligationem in futurum;
235 Proteſtatio, quod fit ſolutio ex mero arbitrio operatur, vt quis non ſit obligatus in futurum.
236 Ex præſtatione difformi non inducitur obligatio in futurum.
237 Annua præſtatio inducit in futurum obligationem, quando cum ea concurrit titulus validus.
238 Vel quando probatur effectuata in eadem quantitate abſque vlla proteſtatione per annos 40.
239 In cauſa pia annua præſtatio inducit obligationem in futurum in dubio, non verò quando aliter conſtat ex proteſtationibus ſolutis.
240 Cauſa pia non vtitur priuilegio contrà cauſam ſimilem piam.
241 Oblationes regulariter ſpectant ad Parochum.
242 Etiam ſi fiant Imagini extra Eccleſiam Parochialem, ſed intra limites ipſius Parochiæ.
243 Sed limitatur quando aliter conſtat de voluntate offerentis.
244 In dubio ſi eſt facta oblatio Imagini Miraculoſæ cenſetur facta pro Imagine non Parocho.
245 Vultus Sanctus Lucanus miraculis coruſcans à nongentis circiter annis.
246 Gloſſ. in l. ſtatuæ. ff. de vſuf. memorat Sanctum Vultum Lucanum.
247 Oblationum adminiſtratio regulariter ſpectat ad Parochum.
248 Conſuetudo valet, vt oblationes adminiſtrentur ab alijs quam à Parocho.
249 Laici non ſunt capaces adminiſtrandi oblationes.
250 In Tuſcia, & Venetijs adeſt conſuetudo, vt laici adminiſtrent oblationes.
251 Operario S. Vultus ſpectat adminiſtratio oblationum ipſius Vultus.
252 Præcipuè in oblationibus factis in teſtamento.
253 Pacta ſunt ſeruanda.
254 Laici nullum ius habere poſſunt ſuper bonis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus.
255 Cuſtodia Sacrorum Vaſorum ſpectat ad Sacriſtam.
256 Sacriſta ſubeſt Archidiacono in adminiſtratione ſuppellectilium, & veſtium Eccleſiæ.
257 Conditio appoſita in fundatione loci pij eſt ſeruanda licet contra ius.
258 Conſuetudo eſt ſeruanda, quod laici adminiſtrent ſuppellectilia Sacriſtiæ.

259 De-

259 *Decretis Principis habetur fides in hac materia.*
260 *Signum denotat dominium rei signata ad fauorem eius sub cuius signo sunt res notatæ.*
261 *Laici ex consuetudine sunt capaces custodiendi res sacras, & spirituales.*
262 *Dominium rerum Ecclesiasticarum spectare potest ad laicum ad effectum dumtaxat implicandi eas ad vsum destinatum.*
263 *Laicis etiam Patronis nullum ius competit super rebus Ecclesiasticis.*
264 *Quæ sunt addicta Ecclesiæ, vt aliquo pacto eidem Ecclesiæ deseruiant, dicuntur Ecclesiastica.*
265 *Fabrica Ecclesiæ dicitur negocium Ecclesiasticũ.*
266 *Nemo poterat deputari Oeconomus Ecclesiarum, qui non esset Clericus.*
267 *Res pro fabrica Ecclesiæ destinatæ sunt à Clericis administrandæ.*
268 *Opera & fabrica Ecclesiarum quarè introducta.*
269 *Laici operarij, remanent absque vllo iure, dominio, potestate, & administratione super rebus in fabricam destinatis.*
270 *Laicus operarius potest habere administrationem rerum ruralium tantum.*
271 *Laici non possunt tractare negocia Ecclesiæ nomine suo.*
272 *Laici nec principaliter nec ministerialiter possunt tractare negocia Ecclesiæ.*
273 *Dispositio rerum Ecclesiasticarum est triplex, vel auctorizabilis, quæ spectat ad Episcopum ministerialis, quæ ad Oeconomum, & sollicitudinis quæ potest competere laica.*
274 *Laicus potest habere curam fabricæ quatenus habeat purum, & nudum officium, & non aliter.*
275 *Et tanquã Castaldus secundũ voluntatem Prælati.*
276 *Tenetur reddere rationem de gestis ipsi Prælato.*
277 *Sacra paraměta nõ possũt esse sub custodia laicorũ.*
278 *Non est in arbitrio operarij expendere introitus, sed iuxtà voluntatem Episcopi.*
279 *Operarij non possunt indumenta sacra in proprio domo retinere.*
280 *Quod est etiam in Sacra Scriptura dispositum.*
281 *Sacristia aliquando Camera aliquando secretarium dicebatur.*
282 *Patroni Ecclesiarum non possunt se ingerere visitationi Sacristiæ.*
283 *Vasa sacra tãgi nõ possũt nisi à Sacratis hominibus.*
284 *Operarijs competit tantum ius prouidentiale seu sollicitudinis.*
285 *Laici non possunt habere dominium rerum Ecclesiasticarum.*
286 *Bona destinata ad fabricam sunt Ecclesiastica.*
287 *Res deputatæ in fabricam Ecclesiæ sunt administrandæ à Clericis.*
288 *Operarij habent tantum incumbentiã nudi, & puri facti, non verò dominiũ, potestatẽ, & gubernũ.*
289 *Laici non possunt tractare negocia Ecclesiastica nomine suo.*
290 *Laici non possunt administrare Sacristiam.*
291 *Operarius S. Vultus Lucani potest administrare res Sacristiæ.*
292 *In omni materia prima radix est inspicienda.*
293 *A primordio tituli posterior firmatur euentus.*
294 *Qualitas, quæ cepit esse semper durat.*
295 *Principiũ est de essentia, & de iure principiati.*
296 *In operis Ecclesiarum sola ratio, & principium attenditur.*
297 *Qualiter olim fuerint diuisa bona Ecclesiarum.*
298 *Quomodo, & à quibus habuerit originem opera S. Vultus Lucani.*
299 *Capitula & Conuentiones Episcopi, & Capituli Cathedralis cum operario S. Vultus.*
300 *Ciuitas Lucana libertatem fuit adepta à Rodulfo Imperatore.*
301 *Opera S. Vultus non est de fabricis fundatis de bonis Ecclesiasticis.*
302 *In eadem Ecclesia esse non possunt duæ operæ, vel fabricæ.*
303 *Quilibet de re sua est moderator, & arbiter.*
304 *Vnio operatur, quod res vnita dicatur extincta.*
305 *De vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem.*
306 *Et præcipuè vbi est sermo de vnione extinctiua.*
307 *Sacri Canones loquentes de opera, vel fabrica Ecclesiarum non habent locum in opera laica.*
308 *Laicus potest administrare bona pij loci, dummodo id fiat pro vtilitate Ecclesiæ.*
309 *Operarius licet laicus potest administrare oblationes factas Cappellæ.*
310 *Et id ei competit priuatiuè quoad Capitulum.*
311 *Quando in Ecclesia adest confraternitas, vel Cappella, relicta confraternitati, & Cappellæ nõ sunt Capituli, sed Cappellæ & confraternitatis.*
312 *Oeconomus Ecclesiarum qui sit.*
313 *Oeconomus habet superioritatem in Clericos.*
314 *Laici possunt administrare, & gubernare bona fabricæ Ecclesiarum.*
315 *Appellatione fabricæ venit ius expendendi pro ornamentis, & suppellectilibus Ecclesiæ.*
316 *Administratio iuris spiritualis Ecclesiæ est interdicta laicis, non verò administratio iurium temporalium, prout facti est.*
317 *Operarius potest nomine Ecclesiæ tractare negocia fabricæ.*
318 *Laicis competit retentio Clauium reliquiarum, & sacrarum imaginum.*
319 *Exempla plura comprobantia hanc conclusionem.*
320 *Ius non resistit quin laici possint se ingerere in rebus Ecclesiasticis, quando habent administrationem vnius Cappellæ.*
321 *Multi Operarij in Tuscia administrant liberè bona operæ, & suppellectilia Ecclesiæ.*
322 *Agens sine actione, vel interesse non auditur.*
323 *Episcopo competit administratio spiritualium in Cathedrali, & non ad Capitulum.*
324 *Episcopo competit facultas iudicandi, an oblata cedant ad fauorem Capituli, vel fabricæ.*
325 *Laicus est capax administrandi operam etiam fundatam cum Episcopi auctoritate.*
326 *Saltem ministerialem, & per modum facti.*
327 *Opera Ecclesiæ, & Hospitalia parificantur.*
328 *Opera dicitur laica, quando non probatur erecta auctoritate Episcopi.*
329 *Creatio iuris spiritualis ab alio procedere non potest, quàm ab habente ius Pontificale.*
330 *Locus pius potest laico concedi per modum simplicis deputationis Cappellani.*
331 *Loca pia Episcopi auctoritate suffulta sunt Ecclesiastica non laica.*
332 *Loca pia vt confraternitates, & opera præsumuntur laicalia non Ecclesiastica.*
333 *Loca pia præsumuntur laica quando fuerunt à laicis fundata ab eisque tradita statuta & leges.*
334 *De iure, quæ Episcopali auctoritate fundantur ad Episcopalem pertinent auctoritatem.*
335 *Præsumptio vsurpationis excluditur ex potentia Ecclesiæ.*
336 *Ac ex notitia Pontificis nati in loca.*
337 *Quando opera fuit per laicos erecta, & instituta dicitur laicalis.*
338 *Exclusa cognitione, & iurisdictione Episcopi, & dato regimine laicali per multa sæcula, locus dicitur laicus.*

339 *Obſeruantia continuata firmat omnem diſpoſitionem abſque obligatione iuſtificationis.*
340 *Vbi adeſt obſeruantia non eſt neceſſaria tituli allegatio.*
341 *Immemorabilis habet tantam vim, quantam habet Papa.*
342 *Et remouet omnem ſuſpicionem vſurpationis.*
343 *Et tantum prævalet, quantum Papæ gratia etiam contra Canones.*
344 *Et habet vim abrogandi etiam ius poſitiuum.*
345 *Etiam contrà Eccleſiam.*
346 *Dominium operarij laici non eſt liberum in ordine ad quemcumque vſum, ſicuti dominium patrimonij, ſed pro vtilitate Eccleſiæ.*
347 *Proteſtatio, quod locus ſit laicalis reſeruat ius, ad retinendam laicalitatem.*
348 *Proteſtatio remouet animum ab actu, & præſeruat ius proteſtanti actum.*
349 *Proteſtatio auertit animum, & mentem declarat actui ſubſequenti contrariam.*
350 *Regimen rerum Eccleſiæ, & ſpirituale apud laicos non toleratur.*
351 *Quando opera eſt laica, adminiſtratio eius rerum poteſt laicis competere nedum quoad factum purum, ſed etiam quoad ius per modum dominij, & liberæ adminiſtrationis ab omni Eccleſiaſtico ſuperiore independentis.*
352 *Iuſpat. quod continet ius ſpirituale præſcribitur.*
353 *Non eſt incapacitas in laicis ad regenda, & adminiſtranda loca ſpiritualia ordinaria auctoritate fundata etiam per modum iuris non nudi facti.*
354 *Et talis adminiſtratio in Hoſpitalibus eſt licita.*
355 *Immemorabilis conſuetudo habet vim priuilegij Papalis.*
356 *Quicquid eſt priuilegio comparabile ſit etiam immemorabili.*
357 *Origo Iuriſdictionis ex conſuetudine deſumitur.*
358 *Et dat iuriſdictionem etiam imperioſam.*
359 *Confirmatio facta ab Ordinario in Electione operarij denotat Eccleſiaſticitatem.*
360 *Sed id procedit in dubio, non verò quando contrarium conſtat veriſimiliter coniecturis.*
361 *Iura dant Epiſcopo ſollicitudinem eorum, quæ relinquuntur ad pietatem, ſed per hoc nulla fit mutatio qualitatis laicalis.*
362 *Loca Pia laica aliquanda negant poſſe Epiſcopum viſitare, neque pro quadam ſuperioritate circà pia legata, quando eſt in contrarium conſuetudo.*
363 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & iniquum præſidium.*
364 *Eſt reſtringenda ad actum præciſum, non extendenda ad alium.*
365 *Confirmatio non mutat naturam actus confirmati.*
366 *Laici ſpiritualia præſcribere nequeunt etiam per mille annos.*
367 *Adminiſtrationi loci pij non tam reſiſtit ius Canonicum contrà laicos, quam alijs iuribus ſpiritualibus.*
368 *Loca pia laica poſſunt alienare abſque ſolemnitatibus Extrauagantis ambitioſè.*
369 *Obligatio in futurum ex diuturnis præſtationibus fundatur in coniectura cauſæ ad obligandum habilis.*
370 *Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.*
371 *Ea quæ conſenſu præſtantur obligationem non inducunt.*
372 *Præcipuè quando præſtationes fuerunt variæ & difformes.*

VLtrà ea, quæ vidimus, in duobus antecedentibus libris, concernentia pacta futuræ ſucceſſionis, poſſunt nonnullæ quæſtiones contingere, quæ licet, verè, & propriè non continent pacta futuræ ſucceſſionis, habent tamen, cum ipſis, quandam ſimilitudinem, & analogiam; adeòvt non ſit inconueniens, de ipſis, in præſenti libro tractare.

Et in primis, ſeſe offert diſcutienda quæſtio illa;
An ſtatutum poſſit inmutare modum ſuccedendi à
iure Ciuili ordinatum, vel poſſit reſtringere teſtan 1
tium voluntates, eiſque quoſdam terminos præſcribere, ita vt non valeant teſtatores, pro libito eorum, transferre propriam hæreditatem ad omnes, quos voluerint, vtpotè ad extraneos, forenſes, & ſimiles.

Et quæſtio affirmatiuè eſt reſoluenda, quod, ſcilicet, poſſit ſtatutum prohibere ſuis ſubditis, ne poſſint teſtari, de ſuis bonis patrimonialibus, ad fauorem extraneorum, exiſtentibus liberis, vel agnatis,
vt eſt ſtatutum Ciuitatis Hamburgenſis, de quo me- 2
minit, *Euerard. conſ. 71. num. 1. & ſeqq. Klocch. de contrib. cap. 12. num. 17.*

Et ratio eſt apertiſſima; Nam ciuitas, quæ non recognoſcit ſuperiorem habet facultatem ſibi legem
imponendi, quam vult, quæ omninò eſt ſeruanda, *l.* 3
omnes popul., cum ibi notatis, *ff. de Iuſt. & iur. Becc.*
conſ. 12 num. 1. Et in loco, vbi vigent, ſtatuta, poten- 4
tiora ſunt, quam ius commune, vt per *Surd dec. 283.*
num. 17. Becc. d. conſ. 12 nu. 2. Et ſunt ſeruanda, etiam
ſi dura, & aſpera videantur *Magon. dec. Luc. 94. num.* 5
10 & 11. Altogr. conſ. 9 nu. 77. lib. 1.

Vndè, ſi in ſtatuto dicatur, quod debeat procedi,
ſecundum ius, intelligitur ſecundum ſtatutum, etiam
in concurſu iuris communis, *Gratian. diſcept. for. cap.* 6
99. Barboſ. in Proæm. Clement. num. 2. & in cap. licet de Conſtit. in 6.

Vlteriùs, ſi per legem Ciuilem ſtatutum fuit, quod
bona hæreditaria, deficientibus deſcendentibus, deberent deuolui ad proximiores agnatos, vt in fami-
lia maneant *§. cæterum Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l.* 7
lege 12. tabularum, C. de legit. hæred. poterit etiam idem, vel ſimile ius fieri, per ſtatutum, vt probat idē *Euerard. d. conſ. 71. num. 4.* Et de ſtatuto, vel conſuetudine Leodien. reſeruante certam portionem, agnatis defuncto coniuge ſine liberis meminit *Rot. in Leodien. Bonor. 19. Iunij 1669. cor. R. P. D. Beuilaqua deciſ. 38. poſt tract.* benè *Altogr. conſ. 97. nu. 104. lib. 1.*

Fateor tamen, quod multa in contrarium, poſſunt
animaduerti, ſcilicet, dum ſtatutum prohibet, ne
quis poſſit in extraneos transferre propria bona,
per teſtamentum, vel per aliam vltimam voluntatem, apertè adimit liberam teſtandi, & diſponendi,
de ſuis rebus, poteſtatem; quæ vſque ad vltimum vi- 8
tæ ſpiritum debet eſſe ambulatoria, *l. cum hac 32. §. pænitentiam ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi quis in princ. 22. ff. de leg. 3. cap. vltima voluntas 13. quæſt. 2.*

Nec princeps videtur poſſe, his legibus, derogare,
aliter ſtatuendo; quia quamquam forma teſtamentorum, & ſolemnia ſint iuris Ciuilis, partim moribus, & partim prætorio iure, partim cõſtitutionibus
conflata, *§. ſed cum paulatim, Inſtit. de Teſtam.* latè 9
Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 1. num 7. verſ. vndè cum omnes; Ipſa, tamen teſtandi libertas, & origo à iure
gentium, quod vſu exigenre, ac humanis neceſſitatibus fuit inuentum, ortum habuit, atque profluxit,
Crauett. conſ. 135. num. 6. Oſaſch. dec. Ped. 100. nu. 38. 10
Menoch. conſ. 20. num. 2. Craſſ. lib. 1. ſentent. §. 1. in princ. Ricch. de vnion. Prol. cap. 3. num. 44. Valent. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 1. rubr. 1. Danth. de Teſtam. num. 82.

Vndè iniquum exiſtimatur priuare hominem ſa-
næ mentis, poteſtate teſtandi *l. ex facto 43. ff. de vulg.* 11
& pupill. l. pactum quod dotale, C. de pact. l. cum duobus

53. §. idem

33.§.*idem respondit ff.pro soc.l.stipulatio hoc modo,ff.de verb.oblig.*

Et adeò conuenit, vt libera maneat vltima testatorum voluntas, vt nemo, vel propria sua auctoritate, vel paciscendo, adimere sibi penitus licentiam te-
12 standi queat, vt latè vidimus supra, *cap.1.lib.1.* & facit *tex. in l. si quis in princ. ff. de leg.3.Peregr.cons.69. num.9.lib.1.* cum similibus, suprà cumulatis.

Imo, nec pœnæ adiectione, aut vllo alio remedio, introduci potest, stipulationes, & pacta, quæ liberam
13 impediunt testandi facultatem, valere *Mynsing. dec. 5.resp.49.num.17.*

Sed ad hæc responderi potest, quod procedunt, quando tollitur, in totum, libera testandi facultas, non verò, quando parumper limitatur, & restringi-
14 tur, & propterea statutum potest facere, vt aliquis moriatur, pro parte testatus, & pro parte intestatus, *Fontanell.dec.349.num.31.Cornazz. dec. Luc.45. Altograd.cons.87.num.46.& cons.88.num.29. lib. 2.* vbi de statuto Genuæ; Et sufficit, quod testandi facultatem habeas in genere, licet super omnes personas, &
15 res ea facultas non producatur, *Zaz.d.l.stipulatio hoc modo num.35.ff.de verb oblig.Mynsing.decad.14.resp.4.num.24.& seqq.* & sic potest statutum restringere facultates testantium, licet non in totum tollere,
16 *Rot.coram Eminentiss.Otthob.dec.199.num.6.& dec.19.num.4.par.9.recent.* Vndè vidimus suprà, quod aliquando valeant promissiones bonorum particu-
17 larium, post mortem, licet in portione promissa restringatur facultas testandi.

Et vt inferius videbimus, sunt validæ donationes omnium bonorum præsentium, & futurorum, dum-
18 modò quis sibi reseruet aliqua bona, de quibus testari queat.

Hinc est, quod valida censentur statuta, quæ in multis, (ne dicam omnibus) Italiæ Ciuitatibus vigent, quod fœminæ propter masculorum existentiam
19 excludantur, vt firmant, *Curt.Iun.cons.81.nu.5. Crass. sentent.§.successio quæst.3. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæst.2. num.1. Gurgiar. cons. 45. num.24. Michal. de Fratribus par.3. cap.11. num. 2. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 278. num. 9. Osua.d. ad Donell. lib. 9. cap. 2. litt.B.*

Et pariter municipales leges non improbantur, quæ disponunt, vt nemo possit ad fauorem non subditorum testari, vel aliquo alio modo immobilia alienare, vt de statuto prohibente acquisitionem fo-
20 rensibus, *Altogr.cons.3 lib.2.Andreol.controu. for.41. Sperell.dec.10 Cyriac.controu.529.Rot.dec.251.par.8. recent.*

Imò potiùs fauorabilia iudicantur, & in fauorem subditorum latè interpretantur, *Dec.cons.661.nu.1. Decian.cons.33.num.1.2.lib.1.& cons.2.num. 94. lib. 2.Bertazzol.claus.8.gloss.2.n.4.Riminald.Iun.cons.354*
21 *nu.16.& 17.Gratian.discept.for. 375.n.13.Censal. dec. Luc.15.num.6.& seqq.Palm.cons.63.num.44.45. Duran.dec.257.num.5.* & ideò nullus remanet locus dubitationi, an iure subsistant *Riminald. Iun. cons.363. nu.94.Gratian.d.discept.635.nu.14 Ciarlin. contr. for. cap.37.num.32.*

Et huiusmodi statutum obseruatur, non tantum respectu extraneorum, sed etiam, respectu filiorum,
22 vt quicquid contrarium affirmauerint, *Barsatt.cons. 8.num.37.Rauden.cons.8 num.18. & seqq. lib. 2. Surd. cons.461.Mart.de success.leg. par. 1. quæst. 13. art.12. nu.41.Peregr.cons.24.in fine lib.3. Merlin.de legit. lib.*
23 *5.tit.1.quæst.5.Paseth.cons.163.Riminald.Iun.cons.15. num.4.*

Ea, forsan, ratione moti, quod filius vna, & eadem
24 persona, cum parentibus censetur *l. fin. C. de impub. & alijs substit.§.si quis, Instit.de Inut.stipul. cap.contraditimus,§.hac auctoritate 35. quæst.3.* Vndè pater, &
filius pro vno capite reputantur, *Ins. in l.in suis ff.de* 25
liber.& Posth.Surd.cons.461.num.4. Vel quod bonorum paternorum dominium non dicatur in filios
transferri, sed potius continuari, *Berò.cons.173.num.* 26
37.lib 1. Hæreditas, enim, parentum ex iure naturæ
est quasi debita filijs *l.si emancipata iuncta gloss. ff. de* 27
iur.& fact. ignorant. & sic filius, non succedendo patri, videtur potius damnum pati, quàm lucrum amit-
tere, *Socin.Iun.d.cons.18.num.35.lib.3. Riminald.Iun.* 28
d.cons.15.nu.10.11.Surd.cons 461.nu.16.

Et tandem, quia statutum huiusmodi videtur in-
ducere quandam exhæredationem, *Bald.in l.si defun-* 29
ctus C.de suis & legit Cephal.cons.13 num.32.& cons. 161.num.19. At exhæredatio non potest fieri, nisi ex-
pressè, nominatim, & cum causa, *l.1.& 2 ff de liber.* 30
& Posth.Cephal.d.cons.13.num.33.& cons.161. num. 21. Meritò, si non valet exhæredatio testatoris sine causa facta, non erit valida eadem statuti exhæredatio; nam de vna ad aliam valet argumentum, & è
contrà, vt tenet *Simon de Præt.cons.164. nu.62.lib.1.* 31
& Barbos.loc.argum.loco 111.

Contra sentiunt, quod valeat, & procedat etiam in filijs, & in specie in filiabus alibi nuptis, *Zabarell. cons.135.per tot. Ruin.cons.47.num.3.lib.3.Alciat.cons. 1.num.23.lib.9.Cephal.cons.246. num. 14.Surd cons. 437.num.7.Berò. cons.173. num. 41. & pluribus seqq. lib.1.Carpan.ad Stat.Mediol.cap.310.num.1.* & multis
cumulatis, *Andreol. controu. 271. num. 11. & seqq.* 32
Altograd.cons.97.num.72.& seqq.lib.1. qui præcipuè conclusionem admittunt, in casu, quod statutum loquatur vniuersaliter, & benè respondent ad argumenta in contrarium ponderata.

Disputarunt, verò Doctores; an, hoc casu, filiabus
exclusis, debeatur æstimatio bonorum stabilium sibi 33
relictorum, & multi pro affirmatiua scripserunt, vt
Ruin.cons.130.num.10.vers.vbi vult. lib.1 Clar. in §. 34
fin. quæst.82. Caball.cons. 16. num. 29. & seqq. lib. 2. & alij allegati per *Ciarlin. controu. for.cap. 37. numer. 25.*

Sed contrarium magis communiter alij tenent,
quod æstimatio non debeatur, eo quia talis aliena- 35
tio prohibetur non in odium alicuius personæ, nec quia res non sit in commercio hominum, saltem in particulari, licet non in generali, sed principaliter, ob publicam vtilitatem, ne diuitiæ transeant ad alie-
nos, & in rem, non in personam sunt scripta, vt per 36
tex.in l.1.§.donationes,C.de contr. Iudic. firmant nonnulli Doctores allati à *Ciarlin. d.controu.37. num.87.* & præsertim, *Roman.cons.508. num. 13. 15. Alciat. cons.479.num.41.Menoch.de recup.poss.remed.9.num. 293.Decian.cons.33. num. 21.lib. 1. Bertazzol. claus. 18.gloss.2.num.3 Surd.dec.30.num.35 Cyriac. controu. for.204.num.24.lib.2.* idem *Menoch. cons.667. num. 7. Andreol.controu.41. num.11.& 12.* Et ampliat idem *Ciarlin.d.controu.37. num. 88.* Quod si in hæreditate non sunt pecuniæ, legatum pecuniarum non subdito
factum est inutile, ne fraus fiat statuto, vt per *Decian.* 37
d.cons.33.nu.13.& seqq lib.1.

Et tandem idem *Ciarlin. num. 104.* multorum auctoritate, concludit, quod nec etiam in foro conscientiæ, quis tenetur ad obseruantiam voluntatis testatoris, *Bartol.in auth.ingressi num.48.49. C.de Sacros Eccles.Natt.cons.402.n.57.Peregr.de Iur.fisc.lib.*
3.tit.19 num.113. cum similibus; Quoties, enim, de 38
bonis sæcularibus agitur, Canones ipsi se iuri Ciuili
conformant, *cap. cum ad verum dist. 96. Hering. de* 39
Fideiuss. cap.7.num.533. & ex pluribus alijs rationibus, optimè ponderatis per *Ciarlin. vbi suprà nu.106. & seqq.*

Ita pariter valet statutum, vt quis non possit hæ-

redem

40 redem inſtituere fęminam, extrà territorium nu-
ptam, licet videatur reſtringere teſtantium volun-
tates, vt probatur ex tex. in l. adijcimus, C. de Inter-
ling. lib. 11. vbi expreſsè indicat valere ſtatutum mā-
dans non poſſe contrahi matrimonia inter homines
diuerſarum ſectarum, adiecta pęna, ſi non, quo ad
incundum matrimonium, ex quo laici, ſuper eo ſta-
tuere non poſſunt, ſaltem quoad pęnam, in qua ſta-
tuere poſſunt, & pariter facit alter tex. in l. cum ità
legatum, & l. hoc modo, ff. de condit. & demonſtr. vbi,
quod valet præceptum teſtatoris, prohibens, ne mu-
lier contrahat matrimonium cum certis perſonis;
non inducit, enim, viduitatem, cum poſſit alijs nu-
41 bere Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 19. num. 9. Craſſ. ſen-
tent. § legatum quæſt. 19. num. 3. Nec non, multis alijs
argumentis, comprobauit Andreol. controu. for. cap.
271. num. 4. & ſeqq. vna cum 44. Doctoribus, per eum,
cumulatis ibidem num. 9. & plura de materia, Rede-
naſc. conſ. 1. num. 11. Actolin. reſol. 8. Ciarlin. controu.
104.

Idque habet locum non ſolum in præiudicium
extraneorum, ſed etiam contrà ipſaſmet filias, vt
42 pluribus adductis comprobat Altogr. conſ. 97. nu. 11.
tom. 1. & num. 72. Andreol. contr. 271. nu. 11. & contr.
274. num. 46.

An verò, aliquo pacto, quis poſſit ſuccedere, non
43 obſtante d. ſtatuto, vide, quæ ſcribunt Cyriac. controu.
230. & controu. 291. nu. 14. & ſeqq. Vaſq. contr. Illuſtr.
32. nu. 3 & contr. 34. Ciarlin. contr. 70. Cenſal. dec. Luc.
15. num. 59. & ſeqq.

Eadem ratione valet ſtatutum, quod filia non nu-
bat, ſine conſenſu patris, ſub pęna exhæredationis,
44 vt per Calderin. in cap. 1. de Clandeſt. deſponſat. Men-
chac. de ſucceſſ. creat. part. 1. lib. 1. § 10. num. 628. Bar-
boſ. l. 1. § 4. num. 36. ff. ſolut. matrim. Merlin. de legit.
lib. 3. quæſt. 25. per tot. & cęteri relati per Andreol. d.
contr. 271. num. 8.

Neque, hoc caſu, valet pęna appoſita à teſtatore
ad fauorem perſonæ prohibitæ per ſtatutum ſucce-
dere, quia adiectio pęnæ ſuper diſpoſitione nulla, &
45 inualida eſt inefficax l. ſeruo alieno §. fin. ff. de leg. primo
Euerard. conſ. 71. num. 15. 16. & regulare eſt, in omni
contractu, quod data nullitate principalis obliga-
tionis, & à iure improbatæ, nulla pęna poſſit peti,
46 l. libertus minorem, ff. de iure pat. l. à diuo, ff. de Rit. Nupt.
l. non dubium, C. de legib. Redoan. de reb. Eccleſ. non
alien. quæſt. 22. nu. 14. & 15. Barboſ. d. l. non dubium, C.
de leg. num. 10.

Et quod, vbi contractus non valet, exigi non poſ-
ſit pęna, in eodem contractu, promiſſa, voluit etiam
47 gloſſ. celebris l. 3. verbo Fabiana, ff. ſi quis in fraud. Pa-
tron. Pinell. de reſcind. vendit. par. 1. l. 2. num. 26. Tira-
quell. de Iur. Conſtit. part. 1. limit. 7. num. 28. 29. Fa-
bius de Mont. de Empt. & vendit. 6. quæſt. princ.
num. 53.

Et ratio eſt, quia reſciſſo principali contractu, re-
ſcinditur, & acceſſorium, vt firmant, in propoſito
48 ſupradicti Doctores, & probat etiam, Altograd. conſ.
17. num. 39. & ſeqq. lib. 1. Merend. controu. lib. 23. cap.
48. num. 25.

Hæc, autem, regula eſt ità accipienda, vt habeat
locum, quando actus, vel contractus eſt, ipſo iure, à
lege nullus declaratus, non verò, quando pęnæ pro-
miſſio accedit actui à iure non improbato, licet ei
49 ius non aſſiſtat, vt latiſſimè Borgnin dec. 31. per tot. &
præcipuè num. 30. & ſeqq. Altograd. conſ. 27. num. 47.
lib. 1. Cenſal. dec. Luc. 7. num. 46. & 47. Non dicitur, au-
tem, ipſo iure, nullus contractus, quando lex impo-
nit pęnam dumtaxat contrahentibus, ſed quando,
50 vltra pęnæ adiectionem declarat nullitatem, Vant. de
nullit. tit. quot & quib. mod. nullit. &c. Alex. conſ. 24.
lib. 6. latè, & optimè Farinacc. in Fragm. part. 2. litt.
L. num. 195.

Verum, tamen eſt, quod huiuſmodi ſtatuta pro-
hibentia alienationes ſtabilium in forenſes, ac ipſis
forenſibus negantia ſucceſſionem, vel præferentia
maſculos fœminis, aut aliter diſponentia, circà bo-
na, & hæreditates perſonarum, non extendunt vires
ſuas ad bona ſita extrà territorium ſtatuentium, vt, 51
quicquid dixerint allegati à Mart. ſumm. ſucceſſ. leg.
part. 1. qu. 13. art. 12. num. 6. à Gargiar. conſ. 46. tom. 1.
in fine, ab Altograd. conſil. 94. num. 4. tom. 1. firmatur
communiter, vt per Bartol. in l. cunctos populos num.
32. Bald. num. 9. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Ludo-
uic. dec. Peruſ. 76. num. 8. Peregr. conſ. 117. num. 2. 3. &
conſil. 7. num. 8. lib. 5. Menocch. conſil. 875. per tot. &
conſil. 1421. num. 9. 10. Fachin. conſil. 86. nu. 4. & conſ.
87. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Polid. Rip. obſeru. 252. Mateſ.
var. obſeru. cap. 9. num. 2. 9. Carpan. ad Stat. Mediol. ca.
278. num. 4. Maſcard. de ſtat. concl. 6. num. 103. Burſatt.
conſil. 198. in fine, Theſaur. quæſt. for. qu. 5. num. 4. lib. 2.
Caball. conſil. 11. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Aldouin. conſil.
98. num. 3. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 18. Sabell. conſ.
32. num. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 431. nu. 25. & cap.
709. num. 13. Michal. de Fratrib. part. 3. cap. 7. num. 1. &
ſeqq. Bottigl. de ſucceſſ. cap. 13. qu. 1. num. 11. Venturin.
conſil. 13. num. 58. Valenzuel. conſil. 55. num. 6. & ſeqq.
Ciarlin. contr. for. 91. num. 2. & multis Rotæ Rom. ad-
ductis deciſionibus, Merlin. dec. 353. num. 3. impreſſa
etiam poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. dec. 108. ead. Rot. dec.
68. num. 8. part. 6. & dec. 149. numer. 9. part. 8. rec. latè
Spad. conſil. 376. num. 1. Quaſad. differt. 14. num. 24.

Ratio, verò, huius concluſionis non eſt eadem,
quæ à Bartol. aſſignatur; nempè, quod talia ſtatuta 52
non compræhendant bona extrà territorium, eo
quia ſint odioſa, & ideò ſtrictè interpretanda nec
extendenda; ſed vera ratio eſt, quia, ſtatuere eſt
actus iuriſdictionis, qui exercetur circa adminiſtra- 53
tionem rerum ſuarum cap. fin. de Conſtit. in 6. l. fin. ff. &
C. de Iuriſd. omn. Iud. ſed extrà proprium territorium
Princeps, & Populus, qui eum repræſentat, ſe habet,
tanquam priuatus, d. cap. fin. de Conſtit. in 6. cap. quæ
contrà diſtinct. 8. ergo neque Princeps, neque Popu- 54
lus, ſtatuendo, poſſunt iuriſdictionem exercere, in
alieno territorio, & afficere bona alibi ſita, vt firmat
Venturin. conſil. 13. num. 58. Merlin. d. dec. 353. num. 11.
Ferentell. ad Buratt. dec. 188. num. 15. ſiuè, ſtatutum 55
loquatur in rem, ſiue in perſonam, vt, reiectis con-
trarijs, probat Merlin. d. dec. 353. num. 13. Sabell. conſ.
32. num. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 431. nu. 24. & 709.
num. 14. Duran. dec. 31. num. 9. Mareſc. var. cap. 9. num.
10. lib. 1.

Prout pariter ex eadem ratione, non eſt ampliùs
dubitationi locus; an hæc ſtatuta efficiant forenſes,
in bonis ſitis in territorio ſtatuentium; ſiquidem,
licet retroactis temporibus hæc quæſtio diceretur
profunda ob contrarietatem opinionum, hodie, ta-
men ea inoleuit opinio, quod non afficiant forenſes, 56
(quicquid dixerit Mart. ſumm. ſucceſſ. leg. part. 1. qu.
13. art. 12. Fachin. conſil. 87. per tot. cum adductis per
Bottigl. de ſucceſſ. cap. 1. Theor. 13. num. 131.) vt opti-
mè oſtendit Gratian. diſcept. 709. numer. 13. Michal. de
Fratrib. d. cap. 7. num. 9. Bottigl. d. Theor. 13. num. 1. & 57
ſeqq. vſque ad 31.

Et quamuis aliqui exiſtimauerint, quod ad hoc,
vt quis poſſit beneficio ſtatuti gaudere, ſufficiat, vt
ille, de cuius hæreditate agitur, ſit ſubditus, & bona
pariter in ciuitate habeat, licet, qui ſuccederet, non
eſſet ſubditus, vt Surd. conſil. 443. num. 18. Merlin. de
legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. num. 43. & ſeqq. Theſaur. qu. 58
for. lib. 2. qu. 4.

Hæc tamen opinio reprobatur à Rot. dec. 68. nu. 6.
part.

par.6.rec.Sabell.consil 37.num.7.Michalor.de Fratrib.
par.3.art.7.num.19.Marescott.var.lib.1.cap.9 num.1.
Fereatill ad Buratt. dec. 188. nnmer.20. Spad. consil.
376.num.2.lib.2.Quarad.dissert.11.anm 26. Est enim,
hodie receptissima sententia, quod, ad hoc, vt sta-
tutum possit suum operari effectum, vtraque subie-
ctio iurisdictioni statuentium copulatiuè requiritur
60 personarum, scilicet, & rerum *Gratian. discept. 431.*
num.6.& per tot.Thomat.dec.204.Redenasc.coasil.61.
& consil.90.Merend.contron. lib.11.cap.45.Rot. cor.
Eminent.D.Card.Ottob. dec.32.& dec. 484. part.6.
rec. Merlin. d. dec.373. per tot. & dec.110.aum.9.&
dec.144.num.10.11.par.8.& dec.146.num.10.par.10.
rec. & in Raneanaten. Hæreditatis 24.Ianuary 1661.
coram Reuerendissimo Albergato in fiae oper.dec.4. &
fuit etiam firmatum in eadem causa *15. Iuny 1661.*
coram eodem. Nec est curandum de *dec. Buratt. 262.*
61 qui contrarium, voluerat, nam ea decisio commu-
niter reprobatur, vt per *Beltramin. ad Ludouis. dec.*
255.num.8. litt. B.

Voluerunt aliqui statutum comprehendere bona
extra territorium, quandò etiam in ditione, vbi bo-
na visa sunt, adest simile statutum, quasi, quod eo
casu, statuta mutuò suppleantur, & quod deficit
vni, nempè, subiectio personarum, suppleatur ex
alio. *Bald.l.1.aum.19.versic.beaè teneo, Cod.de summ.*
62 *Trinit.& fid.Cathol.Castren. consil.32. in princ. lib.2.*
Soccin.Sen.consil.36.num.2. versic.quod intellige, Ias.
coasil.163.num.6.lib.2.Cephal.coasil.309.num.43.&
seqq.Surd.consil.343.num.20.& consil.553.numer.13.
Bellon.Iun.coasil.74.numer.9.& seqq. Maagil. de Im-
put. qu. 41. num. 56.82. Thesaur. lib.2. quæst. for. qu.
5. num.4. Michal.de Fratribus par.3.cap.7.num.11.

Sed hæc opinio, à veritate aberrat; nam, cùm
vtrumque statutum, de per se sit imperfectum, &
penitus inutile, ac deficiat in vtraque iurisdictio, fieri
63 non potest coniunctio, *Gratian.d.cap.431.numer.16.*
& seqq.& cap.449.in fin.cap 581.num.8.cap.632.an.
21.Sabell.consil.32.nu.5.Fereatill.ad Buratt.dec.168.
num 21.Altograd.consil.93.num.29.lib.1.Rot.dec.68.
num.9.part.6.rec.Merlin.d.dec.353.num.44.

Nec est amplectenda sententia *Thesaur.qa.for. lib.*
2. qu. 5. num.3.Bellon.Iun,consil. 24. num. 136. quòd
tunc absque dubio fieri possit combinatio statutorũ,
quando vterque locus vni principi est subiectus, nisi,
cum hac limitatione, quod Princeps generaliter dis-
64 posuerit, quod in suo statu, & in tota eius ditione
esset seruandum, tunc enim omnes indistinctè liga-
rentur, *l.legibus, C. de leg.* Non verò, si præcesserit
confirmatio facta singulis ciuitatibus, remouendo
tantum obstaculum defectus iurisdictionis; Quia,
huiusmodi confirmationes regulantur iuxtà termi-
nos dispositionis confirmatæ, quam non dicuntur
ampliare, & sic, nec vltra fines cuiuscumque Ciui-
tatis, & loci extendere, sed solum addere robur, vt
cum Doctoribus ibi cumulatis, tenet *Merlin. d. dec.*
353.aam.51.Marescott var.lib.1.cap.9.num.6.

Limitatio, verò, illa est amplectenda, in materia,
vt statutum valeat ad bona extra territorium porti-
65 gere vires, quando inhabilitat personas sibi subdi-
tas ad bona extra territorium, vel personas forenses
ad bona in eius territorio; sed requireretur expressa
declaratio, *Michal.de Fratr. part. 3. cap.7. num. 30.*
66 *Merlin.de leg t.lib.3.tit.1.qa.18.nam.100. versic. con-*
trarium Surd.coasil.503.nam.11.& seqq.

Et latiùs, quod statutum habilitans, vel inhabili-
tans personas habeat locum in contractu extra ter-
ritorium facto, & de bonis ibi existentibus, *Spad.*
coasil.166.num.11.lib.3.Altograd.consil.36.lib. 1. Aa-
dreol.controu.308. & 364. Rot. in Reatina Castrorum
21. Iuny 1666. coram R. P. D. Bourlemont post tract.
dec.59.& in Ranennaten. releuationis Indemnitatis 6.
Februarij 1663. coram Reuerendiss. Niuot. decis. 125.
post tract.

Et pariter licet statutum indistinctè habeat locum
in re immobili, tamen secus est in pecunia, vel aliqua
re mobili existente extra territorium, animo, tamẽ,
reducendi ad patriam, *Mart.summ.succ.leg part.1. q.* 67
13.art.12.num.28.Sabell.coasil.33.aum.11.Michal. d.
cap.7.num.30.(vbi num.32. tenet contrarium, ces-
sante animo reducendi ad patrios lares) qui omnes
conclusionem extendunt, & ampliant in nominibus
debitorum, præcipuè, si actiones dentur ad aliquid 68
mobile, de qua re plura *Michal.d.part.3. cap.7. num.*
23.& seqq. vsque ad 51. Marescott. var.lib.1.capit. 9.
numer. 13.

An, verò talia statuta ligent Clericos, pia loca, &
Ecclesiasticas personas, & an locum habeant in hæ-
reditate Clerici, sunt quæstiones non leuis ponderis. 69

Quoad primum articulum, multi tenent, quod
statutum mandans bona hæreditaria paterna non
posse transferri in extraneos, vel prohibentia acqui-
sitionem stabilium, tam per vltimas voluntates, quã 70
per contractus, ipsos Clericos ligare, pia loca, & Ec-
clesiasticas personas, & præcipuè *Euerard. d. consil.*
71.per tot.Sigaor.consil.21.Crass. de Effect. Cleric. eff.
2.num.319. (licet contrarium videatur firmare *aam.*
446.) alij relati à *Cyriac.controu. 529. num. 40.* cum
multis inferius allegandis.

* Fundant autem, talem opinionem in eo, quod
Princeps vel magistratus, valeant, pro modo iuris-
dictionis suæ, in personas, & res sibi subiectas con- 71
dere leges, & statuta. Sed dispositione bona trans-
ferantur ad extraneos, & non subiectos, subditos
dumtaxat, & eorum bona respicit, ergo &c.

Nec potest haberi in consideratione, quod ex hac
prohibitione inferatur damnum Clericis, & Eccle-
siasticis personis; quia satis est in iure notum, vt
quilibet possit, vtendo iure suo, alijs præiudicare; 72
Vtputa quisque potest, ædes suas tollere, venas aquę
præcidere, vicini torrentem auertere riparum mu-
nitionibus agri sui tuendi causa cursum naturalem, 73
vel alueum fluminis aliquatenus immutare, atque ita
suæ vtilitati, etiam cum incommodo alterius pros
picere, dummodò id non faciat animo nocendi, v-
citrà æmulationem, *l.altiùs, C. de seruit.l.1.§.denique*
ff.de aqu.pluu.& c.§. sed, & nu.7. ff. ne quis in Flame
l.cum eo 9. ff. de seruit Vrb. prædior l.1.C.de Allaaion.
Riminald.Iun.consil.443.num.19.Surd.consil.27.num.
1.Gall. pract.obseru 69.aum.10.

Præterea, non videtur inconueniens, quod statu-
tum, prohibendo alienationem in forenses, vel aliter
disponendo circa successionem hæreditatis ad fauo-
rem subditorum Clericos compræhendat; Siquidem
id potest facere testator in testamento, scilicet, pro-
hibere, nè hæredes, vel posteri bona hæreditaria, vel
auita in Ecclesiam vel monasterium alienent, non so-
lum expressè disponendo, vt Clericus, vel religiosus
in eius hæreditate non succedat, *Sanch.in Decal.lib.* 74
7.cap.15.nu.6. Castill.quotid.controu.cap.12. num. 36.
tom.2. Add.ad Molia.de Hispaa.Primog.cap 13. aam.
78.lib.1.Gall.consil.40.aum.53 Carea. resol. 155. aum.
4 Bellett.disquis.Cleric.part.1.§. 20.de boa. Cleric. in
fine, Barbat.de Diuis. fruct. part.2. cap.2. numer. 24.
Capyc. Galeot. coatrou. lib. 2. cap. 19. numer. 12. Sed 75
etiam tacitè, scilicet quando ex coniecturis, de men-
te disponentis constat, vt optimè *Couarr.lib. 1. var.*
cap.19.aumer.11.Odd.de Compend.sabst. part.6. quæst.
2.art.fin.vers.legitimi num.24.Barz.dec.126. num. 24.
Gall.consil.40.aum.62.Cost.consil.17.num.13.Mastrill.
dec.65.aara.3.circa finem, Franch.dec.29.numer.8 ple-
nissimè *Castill.quotid.cap.12.namer.41.Censal.ad Pe-*
reg.

regr.art.28.verſic.prima ſit pag.239.Cancer.var.part. 2. cap.20. de leg. num.330. Capyc.Galeotc. d. controu. 59 num.11.lib.2.Redenaſc.conſil.52.num.27.Caren.reſol. 153. numer. 4.5. Altograd, conſil. 96. numer. 36. lib.1.

Poterit, ergo, ſubſtineri eadem prohibitio à ſta-
76 tuto facta; nam ſtatuti, & legis longè maior eſt potentia, quam hominis, qui legi ſubeſt, *l. 176. ff. de Reg. Iur. Soçcin.conſil.25.num.22.* Vndè, quicquid, pactis conuentis fieri conceditur, id etiam, per legem, & ſtatutum fieri poteſt, *Gail.lib.2. obſeru.19.num.3. Borgnin.dec.35. num.26. lib.1. Mynſing.reſp. 10. num. 83.* cum ſimilibus.

Sed nihilominus contraria opinio eſt magis com-
77 muniter approbata, quod talia ſtatuta Clericos non comprehendant, neque afficiant pia loca, & bona Eccleſiarum vt, multis cumulatis, firmat *Cyriac. d. controu.429.num.38.Surd.conſil.2.nu. 34. Marcabruu. conſil.91.num.53.Honded.conſil.3.numer.22. & ſeqq. lib.1. Ciarlin. controu. for.cap.23.numer. 39. & 40.* & alijs omiſſis, de quibus inferiùs, ità tenet *Rot. deciſ. 157.num.23.& 24.part.11.rec.* vbi firmat procedere,
78 ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, & hæc opinio eſt ſequenda, vt infrà dicemus.

Et quod ſimilia ſtatuta non comprehendant, ne quidem emphyteotica Eccleſiarum, dixit *Rot. deciſ.*
79 *29. num.7 part.12.rec. & in Rauennaten. Emphyteoſis 7. Iunij 1666. coram R.P.D Taya,* niſi ſint confirma-
80 ta à Papa *eadem Rot.* ■ *d. Rauennaten. Emphyteoſis 15.Martij 1669. coram Emineut. D. Cardinali Carpinea dec.79.num.15.poſt tract.*

Quo verò, ad ſecundum articulum; an huiuſmodi ſtatuta locum habeant in hæreditatibus Clericorum, eſt magis dubitabilis, vt teſtantur *Roman. ſing.*
81 *496. Theſaur.qu.for.lib.2.qu.2.*

Pro affirmatiua, tenuerunt plures allati à *Burſat. conſil.93.num.15.& ſeqq. lib.1. Carpan.ad Stat. Me-*
82 *diol.cap.278.num.21. Honded.conſil.3.nu.19. Borgnin. dec. 33. num.15. lib.3. Mart.conſil.118.numer.14. Vrſill.ad Afflict.dec.310. num.2. Plot. conſil. 93. per tot. Rauden conſil.11.num.111.lib.2.Pariſ.conſil.40.num. 21. & ſeqq. vol.3. Mart. Medic. dec. 53. per tot.* vbi etiam latiſsimè *in addit. Graſſ. de Effect. Cleric. effect. 2.num.274. Surd. conſil.560. num.11. Merlin.de legit. lib.3.tit.primo qu.19.num.5. Merend. controu. lib. 14. cap.32. Hodiern.ad Surd.dec.20.per tot.& controu.lib. primo, cap.7. num 65. Michal.de Fratrib.part.3.cap.8. num.5.verſic.contrarium Theſaur. qu. for. lib. 2. d. qu. 2. Bottigl. de ſucceſſ.cap 1. Theor.12. num. 5. Rot. coram Put. dec.195.in antiq. & in moder. dec. 191. in fine.*

Et ex duabus præcipuè, rationibus adita tenendum moti ſunt; Primo quia ſtatutum, loquens de ſucceſſione deferenda, porrigit ſuas vires ad tempus mortis, & ſic ad tempus, quo Clericus non eſt ampliùs in eſſe; Et propterea, cum non agatur ampliùs
84 de bonis Clerici, eo quia viuentis non datur hæreditas, *l. qui ſuperſtitibus, C. de acquir. hæred.* non poteſt dici, quod diſponat, ſuper re ad Clericum, & Eccleſiaſticam perſonam, pertinente, ſed ſuper re hæredis laici, vt optimè *Mart. Med. d.dec.53.num. 6. Bottigl.d.cap.primo Theor.12.num.3.Michal.de Fratrib. d. part.7.cap.8. num.8.* Secundò, quia Clericus gaudet beneficio horum ſtatutorum, vt exemplificari poteſt
85 in ſtatuto excludente fœminas, propter maſculos, quod afficit, & habet locum ad fauorem Clericorum vt (omiſſa opinione *Mart. de ſucceſſ. leg. part. 1. qu. 13. num.24.& Franch.dec.411.in fine, Rauden. conſil. 41 num 44. Menocch conſil.940.num.22.23.* qui contrarium authumarunt) late probauit *Pariſ.d. conſil. 20. Burſatt.d.conſil.93.num.27.Mart.de Iuriſd.part.4. cent.prima caſ.5.num.4. Ciarlin.controu.for.cap.45. nu. 7.Theſaur.qu. for. lib.2.qu. 1. Hodiern. ad Surd.d.dec. 20.& controu.cap.7, num.64. Mynſing.cent.3. obſeru. 26. num.3. Cyriac. coutr. for.cap.476.num.20 & ſeqq. Bottigl.de ſucceſſ.d Theor.12.numer. 6.* latè *Redenaſc. conſil.26. lib.1. num.11. Graſſ.de Eff. Cleric.effect.2. n. 277.* Ergo, etiam, eodem ſtatuto ligari debet, *l. non eſt, ff.de Tranſact. Bald.l. quibus, num.26. ff. de leg.&* 86
l. omni innouatione, C.de Sacroſ. Eccleſ. Mart.de Iuriſd. part.4.cent.prima caſ.5.num.4.Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato qu.8. in fine Riminald.Iun conſil.90.num.13.& 341.numer.81.lib.3.Cald.de Nomin.Emphyt.quæſt.16. numer. 28.

Ea ratione, vt, quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem, ipſe iure, vtatur *l. 1. in principio, & ibi* 87
Dec.in 5. notab.ff. quod quiſq. iur. quæ lex fuit Rhadamantis teſte *Ariſtotele lib.5. Ethic.cap.5.* & cum hæc regula magnam æquitatem habeat, ſi in laicis obtinet, multò magis eſt in Clericis ſtatuenda, vt eſt *tex-* 88
tu cap.1.§. ſed diuerſum de Alien.feud. Eccleſ. Bottigl. d.Theor.12.num.10. circa finem.

Pro negatiua, quod hæc ſtatuta non habeant locũ in hæreditate Clerici, allegatur anteſignanus, *Imol.* 89
in cap.quod Clericis, num 4.de For.compet.Dec.in cap. Eccleſia S Mariæ, num.208. de Conſtit.Riminald.Iun. conſil.268 num.24 Ruin.conſil.195.nu.8.lib.2. Alben. conſil.513. per tot. Alex.conſil.44.num.10. vol.5.Burſatt.conſil.93.num.16.Surd.dec.20.per tot.& dec.160. num.9.Bertazzol.conſil Ciuil.63 num.3. Maſchard. de Stat.concl.1.num.43 Mart.de Iuriſdict par.4.cen: prima caſ.5.num.24.Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verbo duas habens filias, num.145. Fachin.controu.lib. 12.cap.29. Amendel. ad Franch.dec.411.num.3. Sperell.dec.11.num.14 Ciarlin. controu. 114 num.24 Andreol.controu. 227 per tot. Laym. Theol. Moral. lib. 1. tract.4.cap.13.num.95. Formoſin. ad cap.quod Clericis de for.compet. quæſt. 5. per tot. Bottigl. de ſucceſſ. cap. 1. Theor.12. num.1. quam opinionem conſtantiſſimè defendit *Rot.* vt videre eſt *ex dec. Eminentiſs. D. Card. Ottob.149. dec.295.& dec.349. part. 11. rec. & in Bononien. Bonorum, ſeu ſucceſſionis de Sighicellis 2. Martij 1663. coram R. P. D. Ottalora poſt tract. deciſ. 127.* vbi aliæ concordantes afferuntur deciſiones, & firmatum etiam fuit in *Vrbinaten. ſucceſſion.11.Maij 1668. coram R. P. D. Taya*, licet ipſemet Doctiſſimus Taya cauſæ relator huic opinioni non parum libenter conſenſerit.

Et ratio eſt ea, de qua paſſim apud ſcribentes, quod ſtatuta laicorum non comprehendunt Clericos, neque loca pia, *cap. Eccleſia S. Mariæ, & cap. Eccleſiarum de Conſtit. Couarr. tract. quæſt.31.Rot.d. dec.149.coram Eminentiſſ. Ottob. Formoſin. ad capit.* 90
quod Clerici de For. Compet. Fachin. lib.12. controu. cap.29.verſ. fundamentum; ſed, ſic eſt, quod ſtatutum, de quo agitur Clericos afficit, nam agitur de hæreditate ab ipſis relicta, meritò &c.

Vlteriùs, ſub ſtatuti diſpoſitione generali, nullo modo, comprehendi poteſt illud, de quo in ſpecie ſtatui, aut diſponi non poteſt, *l.1. vbi Dec. in primo* 91
notab. & alij Doctores, ff. de Offic. eius, cap. in generali 81.ff. de regul.Iur. in 6. Andreol. controu.227.num.4. Sed laici non poſſunt, in ſpecie ſtatuere, de perſonis Eccleſiaſticis, nec de earum bonis directè, & indirectè, quia laicorum iuriſdictioni non ſubſunt, *cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. cap. decernimus 2. de Iudic. cap.fin. de Vit.& honeſt. Cleric.cap.primo de Immunit. Eccleſ.in 6,* ergo ſub generalibus verbis ſtatuti, ne- 92
que Clerici, neque eorum bona poterunt comprehendi, vt per *Rot. d. dec. 149. num.9. Andreol. d.controu.227.num.4.*

Quæ concluſio, eo magis procedit, quando ſtatu-

tum

tum disponit, circa personam decedentem; nam rũc
dispositionis effectus, in illud tempus consertur, quò
quis decedit, & sic, quando non erat iurisdictioni
93 subiectus vt latè *Rain.cons.200.n.8. lib.2. Cephal.cons.*
95.n 15.lib.1. Bursatt.consil.93.numer.38, Rolan. consil.
57.num 22.lib.secundò Riminald.Iun.consil.15.nu. 93.
& seqq Carol.de Grass de Effect. Cleric. eff. 2. nu. 276.
Rot. coram Eminentiss. Ottob. dec. 148. Andreol. dict.
contron.227.num 5.
Vel, quando vtitur verbis præceptiuis, secus
94 quando, per viam priuilegij disponit *Thesaur. quæst.*
for.lib.2.qu.2.num.7.
Dicitur autem, vti statutum, verbis præceptiuis,
quando loquitur, per verba *statuimus*, *mandamus*,
95 vt per *Felin.in cap. nam concupiscentiam de Constit.*
num 8 limit.4 & 16.dec.secunda lect.num 25.& Imol.
num.8.9.
Sed contrarium, quod verbum *statuimus*, non di-
catur præcepti inductiuum, tenent *Sanch.in prac.de-*
cal.tom.2.lib.6.cap.5.num.40.Gutier. Canon. qu. lib. 1.
96 *cap.7.num.25.* & alij allati per *Barbos.de dict. dict.385.*
numer. 2.
Vtraque opinio videtur in iure probabilis; sed in
terris Ecclesiæ hæc vltima, tanquam indubitata ha-
97 betur, vt dicit *Rot. in d. Bononien. Hæreditatis seu suc-*
cessionis de Sighicellis 1. Martij 1663. coram R. P. D.
Ottalora, & d Vrbinaten. successionis 11. Martij 1668.
coram R. P. D. Taya, vbi quod talis conclusio, quod
statutum habeat locum in hereditate Clerici, ne qui-
dem audita fuit.
Mihi tamen, prima opinio videtur magis æqua,
est, enim, absurdum, quod Clericus vtatur hoc sta-
98 tuto, in eius fauorem, ac in eo, quod ei fauet, & no-
99 lit eodem vti contra se; sicuti mihi non videtur, quod
statutum deroget libertati Ecclesiasticæ, dum eius
dispositionem dirigit contra laicos, ac contra bona
ipsorum propria, ac ex alijs rationibus.
Et præcipuè mihi magis arridet, hęc opinio, quan-
do sumus in loco, vbi viget statutum, prout hic Lu-
100 cæ *in cap. 143.* disponens quod Clerici vti valeant
beneficio statutorum, dummodò contra Clericos ad
fauorem sæcularium, eadem statuta seruentur, quod
statutum est omninò validum iuxta opinionẽ, *Imol.*
in cap. Ecclesia S. Maria num.81. versic. secundo decla-
101 *ra, Dec.consil.175.num.3.Grass.de Effect.Cleric. eff. 2.*
num.25. Palma consil.29.per tot.
Et absque vlla dubitatione, hanc conclusionem
admittere, si eadem statuta laicorum essent à foro
Episcopali, & a toto Clero approbata, prout pari-
ter est ab Ecclesiasticis approbatum statutũ de suc-
cessione ab intestato, quod extat in Ciuitate nostra
Lucana, hinc, enim, statuta censentur Ecclesiastica
& ligant, vt ostendit *D.mens Franc.Palm.consult.60.*
102 *nu.18.* & fuit decisum *in Rota Lucana apud Belmont.*
dec.95.num.28.
Circa materiam ipsam, quam, præ manibus ha-
bemus. An, & quando statuta, & decreta laicorum
possint afficere Ecclesias, & loca pia, & quæ verè sint
pia loca subiecta vel non subiecta laico Principi, vidi
paucis ab hinc diebus nonnulla occasione respon-
dendi cuidam Principi quærenti.
Extantibus, in aliqua Ciuitate, seu dominio plu-
ribus Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus,
103 Conseruatorijs, alijsque vtriusque sexus Pijs locis, in
quibus ob eorum copiam pateat cuique aditus pro-
cul à sæculo Deo inseruiendi, An possit Princeps
laicus, tuta Conscientia, dare facultatem suo magi-
stratui prohibendi, ne, in suo statu, vel Ciuitate no-
uæ Congregationes, Conseruatoria, aut similia loca
erigantur, sine eius licentia, necne?
An similis locus, dictus Pius, non Ecclesiasticus,
absque vlla Sedis Apostolicæ auctoritate, aut Prin-
cipis consensu erectus, possit ab eodem Principe 104
impediri, ne bona stabilia, in suo territorio, ac-
quirat.
Et prima fronte, ad vtrumque quæsitum videtur
respondendum; negatiuè; Etenim, tam testimonio
Sacræ Scripturæ quam auctoritate summorum Pon-
tificum, sanctorum Patrum, & iudicio etiam Genti-
lium, vniuersæ Reipub. præcipue Christianæ, conue-
nit, tẽpla vbique ædificari, nec impedimẽta poni fer-
uori, & Pietati volentiũ cõstruere, & fundare loca pia
in quibus laudetur Deus, & alia opera Pietatis exer- 105
ceãtur, Et Principes sęculares a Sede Apostolica in eo
monẽtur, vt habetur per *Marcellum Papã in c.fin.96.*
distinct. ibi *Boni Principis est, ac religiosi Ecclesias con-*
scissas atque contritas restaurare, nouas ædificare, &
Dei Sacerdotes honorare atque tueri; Vndè sanctos
Apostolos eorumque successores sub diuina contesta-
tione constitui legimus non debere fieri persecutiones
nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus
in agro Dominico, neque expellere Aeterni Regis di-
spensatores. Ex quo textu apparet, boni principis
esse non solum nouas Ecclesias erigere, sed etiam nõ
impedire, (vt ait Summus Pontifex) laborantes in 106
agro Dominico.
Quia tamen dubium propositum non loquitur,
nec loqui potest, de rebus Ecclesiarum, nec de Ec-
clesiasticis personis, super quibus certum omninò
est Principem laicum nullum ius, & auctoritatẽ exer- 107
cere posse, *cap. Ecclesia S. Maria de Constit. cap. benè*
quidem 46. distinct. vbi omnes Doctores, sed tantũ,
super rebus, & personis laicis ad conuiuendum in-
tuitu pietatis, & religionis in aliqua Congregatio-
ne, seu Conseruatorio simul vnitis, quæ tam, quoad
bona, quam, quoad personas subijciuntur Principi 108
sæculari, vt infra dicemus. Ideò antequam ad re-
sponsionem dubiorum deueniam; operæ pretium
duco, cum distinctione, examinare, quæ & qualia
sint Collegia, Congregationes, & Conseruatoria,
sub laica potestate existentia, & quid in eorum ere-
ctione, & fundatione, possit Princeps sæcularis
Et, in primis, sese offerunt Religiones, & Mona-
steria Regularium, mendicantium, & non mendi-
cantium, quæ, tanquam validissima Reipublicæ
Christianæ munimina, & ad conseruationem Do-
miniorum necessaria, quamuis fuerint, tot tantis-
que prærogatiuis decorata, vt Bulla eorum priuile- 109
giorum dicatur *Mare Magnum*; tamen *Innocentius*
Tertius in cap.fin. de Relig. Domib. ne nimia religionũ,
(vt vtar verbis eiusdem Pontificis) *diuersitas grauem*
in Ecclesia Dei confusionem induceret, prohibuit ne 110
quis de cętero nouam religionem inueniret, quam
Constitutionem *Gregorius X.* in Concilio Lugdunen.
vt in cap. vnic. de Relig. dom. in 6. non solum confir-
mauit, sed etiam prohibuit cuicumque religioni,
quantumuis approbatæ, nouum Monasterium, seu
Conuentum erigere, sine expressa facultate Sedis
Apostolicæ; Hanc, tamen, licentiam Apostolicæ
Sedis regulariter non sufficere, his temporibus,
sed requiri etiam consensum aliorum Regularium in
loco existentium, & licentiam ordinarij, voluit *Cle-*
mens VIII. in Constitutione 99. quam confirmauit
Gregorius XV. in sua Bulla 31. relata apud *Barbos.* 111
post tract. de Off. & Potest. Ep. pag.63. & iterùm con-
firmata *ab Vrbano VIII.* in sua *Bulla* 8. quæ incipit
Romanus Pontifex; qui Pontifex præcisè voluit ne-
cessarium esse consensum quorumcumque interesse
habentium, Ciuitatis, & loci habitantium, ita, vt,
vbi deerit expressus populi consensus fundatio no- 12
ui Monasterij, non sit permissa, vt firmauit,
Rot. in Cæsaraugustana fundationis Conuentus 12. No-
nem-

nembris 1657. dec. 289. & 4. Februarij 1658. dec. 309. part. 12. rec. confirmata 4. *Iunij 1659. coram R. P. D. Beuilaqua, & 1660. coram Eminentiss. D. Card. Cerro post Bonden. Collect. leg. dec. 41. & 67. Pignatell. Canon. Consuls. qu. 177. num. 70. & per tot.* vbi latissimè examinat omnia requisita, pro fundatione noui Conuentus, referens omnes Constitutiones Pontificias, Conciliorum, nec non decreta Sacræ Congregationis Cardinalium, desuper emanata, & *in consult. 179. num. 3.* vbi dicit, pro erectione noui Conuentus at-
113 tendendum præcipuè esse; an in Ciuitate sit penuria, vel copia religiosorum; quæ omnia approbata, & confirmata fuerunt a *Constitutione S. M. Innocentij X.* quæ incipit, *Instauranda, de anno* 1652. relata per extensum à *Fagnan. in cap. relatum num. 47. & seqq.*
114 *ne Cleric. vel Monac.* qui ait, hodie, tandem, attendendam esse in qualibet fundatione nouæ domus regularium.

Et istæ omnes Constitutiones, licet loqui videantur, solum de Regularibus, & Mendicantibus, comprehendunt tamen, alias personas sæculares, quæ, vti religiosæ simul viuunt, vt scilicet, in erectione nouarum domorum sit obseruanda forma, & dispositio dictarum Bullarum, *Nouar. dec. 206. per tot. Donat. Anton. de Marin. resol. Iur. cap. 100. num. 9. libr. 2. Azor. Instit. moral. par. 11. lib. 11. cap. 23. q. 3. Barbos. de Potest. Episc. par. 3. alleg. 50. num. 27.*

Et habent locum in erectione Monasterij tam virorum, quam mulierum, vt in puncto *Barbos. ad Con-*
115 *cil. sess. 25. cap. 3. num. 29. de regul. & de Iur. Eccl. vniuers. lib. 2. cap. 12. num. 3.* quem sequitur *Tamburin.* relatus à *Nouar. in prax. rerum Regul. par. 2. tit. 1. quæst. 21. Fagnan. in cap. graue num. 53. vers. consueuit de Of-*
116 *fic. Ordin.* qui docet, praxim seruandam in erectione Monasterij Monialium, licet contrarium defendant, *Pasqual. in addit. ad Laurent. de Franch. de Controu. inter Episcopos, & regul. tit. de non. Conu. Fundat. cap.* 478.

Quod, autem, tales religiosi, seu Regulares qui in approbata regula emittunt solemniter vota substantialia religionis, iuxta dispositionem, *text. in cap. porrectum de Regul. Falin. in Ecclesia S. Mariæ de Constit. Abb. in cap. cum ad Monasterium de stat. Monac.* sint omninò quoad personas, & quoad res, exempti à sæculari iurisdictione, nemo est Catholi-
117 corum, qui negare audeat, vt constat ex Bullis, & Doctoribus allegatis.

His accedunt, quidam alij, qui verè, & propriè non sunt religiosi, sed vocantur tertij Ordinis & ini-
118 tium habuerunt a S. Dominico, vocati posteà fratres, seu sorores de Pœnitentia B. Dominici, & dicta est *Tertia Regula*, quam deindè approbarunt *Innocent. VII. Eugen. IV. Clemens V.* & alij, cui regulę accesserunt diuersa priuilegia a pluribus Pontifici-
119 bus concessa *Martini V. Iulij II. Pauli III.* & aliorum, de quibus meminit *Roderic. qu. Regul. tom. 2. quæst. 65. artic. 5.* Quæ priuilegia Tertiæ Regulæ S. Dominici extensa, & communicata fuerunt ad plures alios regulares nempè, Minores S. Francisci, Car-
120 melitas &c. vt referunt idem *Roderic. Lezzan.* & alij apud *Tamburin. de Iur. Abbat. quæst. 3. per tot. disp. 7.*

De his Religiosis, cum pluries, apud Doctores fuerit dubitatum, quibus exemptionibus, immunitatibus, & priuilegijs gauderent, ob diuersum modum viuendi quem habebant, emanauit *Constitutio Leonis X. in Lateranen. Concilio de anno* 1516. in qua fuit sancitum, per hæc verba *Fratres autem, & sorores Tertij Ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pinzochoræ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati in proprijs domibus habitantes ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur, & in foro sæculari coram iudicibus sæcularibus conueniri possint; collegialiter autem viuentes, seu cum claustralibus habitantes, ac mulieres Virginalem, seu Cælibem, aut Castam vi-*
dualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam du- 121
centes priuilegijs, quibus fratres Ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum gestant gaudere debeant. Et per hæc, tam *Pius V.* quam *Gregorius XIII.* approbarunt talia Collegia, præcipuè mulierum, quam Con-
stitutionem Leonis, esse ad vnguem seruandam plu- 122
ties resoluit Sacra Congregat. Concilij, vt refert *Fagnan. in cap. nullus à num. 66. de For. Compet.* dicens post d. Bullam, sopitam esse ingentem controuersiam inter primarios vtriusque iuris interpretes, super exemptionibus Tertiariorum, & cum ea transeunt omnes Doctores *Falin. in cap. 2. num 10. de for. Compet. Roderic. quæst Regul. tom. 2. quæst. 65. art. 5. Gratian. Discept. for. capit. 413. numer. 38. Alter. de Censur. tom. 1. disput. 16. cap. primo versic. hæc sententia, Tamburin. de Iur. Abbatiss. disput. 7. quæst. 3. per tot.* cum pluribus alijs, quos pleno calamo, congerit, *Ciarlin. controu. for. cap. 18. à princ. vsque ad numer. 54.* & latissimè discusso articulo, in Sacro Concil. Neapolit. videnda est resolutio, *Petr. Caranit. apud Donat. Anton. de Marin. alleg. 104. per tot. lib. 3. Barbos. ad Concil. sess. 25. capit. primo, numer. 6. de regul.* vbi referendo resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium 20. *Decembris 1616. in vna Pistorien.* ait, mulieres, ad hoc vt possint recipi ad habitum Tertiæ Regulæ, requiri, vt sint probatæ vitæ, ac bonis moribus prædi-
tæ, atque in ætate saltem 40. annorum Constitutę, 123
quæ, de proprio habeant, vndè sufficienter viuere possint, & ab ordinario loci, licentia priùs impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis, præuio examine diligenti sibi constiterit.

Ex quibus patet, alias Congregationes virorum, & mulierum, quæ non sunt tertiæ regulæ, & non habent Ordinem à Summo aliquo Pontifice approbatum, non esse, nec appellari religiosas vt in *d. cap.*
vnic. de Relig. dom. in 6. Abb. consil. 11. numer. primo 124
Falin. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ numer. 1. de Constit. Nauarr. consil. 82. num. 6. de Regul. lib. 3. Et per consequens esse subiectas iudicibus sæcularibus, tam quoad bona, quam quoad personas, veluti ceteræ fœminæ, etiam si simul viuant sub certa regula, &
exerceant opera pietatis, vt in puncto probant, *Cy-* 125
riac. controu. 504. à numer. 1. Tondut. Sanleg. quæst.
Benef. part. 1. cap. 112. num. 15. Tamburin. de Iur. Ab- 126
batiss. disp. 7. quæst. 3. numer. 4 Suar. de Censur. disp. 22. sect. prima numer. 28. Barbos. in cap. nè nimis numer. 3. de Relig. Domib. Sanfelic. dec. 219. numer. 10. Nauarr. consil. 6. 7. de Stat. Monach. lib. 3. Donat. Anton. de Marin. capit. 179. numer. 3. lib. primo Thom. del Bene de Immunit. Eccles. part. 2. capit. 6. dubit. 9. sect. 12. & 13. & præcipuè videndus, *Menocch. consil. 948. per tot.* vbi, quibuscumque contrarijs, respondet, firmando tales mulieres esse merè sæculares, & per consequens non exemptas à laicorum iurisdictione.

Nec obstat, quod talia Collegia, seu Congregationes, pluribus in locis, & in ipsa Vrbe à Se-
de Apostolica permittantur, vt refert *Menocch. d.* 127
consil. 948. Cyriac. d. controu. 504. numer. 6. & refert decisum per Sacram Congregationem Concilij *Nicol. in Floscul.* verbo *Conseruatoria*. Ex hoc, enim, quod permittantur, non sequitur, quin sint Collegia merè sæcularia, & subiecta laicali potestati, dum non constat de eorum exemptione à Papa, cum consensu Principis, concessa. Nam, quando

agitur

agitur de eximendo à iurisdictione laicali, personam
sæcularem, quæ remaneat in puro statu sæculari, Pa-
pa non potest eximere sine consensu Principis laici,
vt colligitur, ex *Innoc.* & alijs Canonistis *in cap. si quis*
128 *venerit de Maiorit. & Obed.* & probat in punct. *Gre-
gor. Lopez part. 1. tit. 1. gloss. 1.* quem sequitur *Petr. Ca-
rauit. apud Donat. Anton. de Marin. cit. alleg.* 104. *num.
16. lib. 3.* licet contrarium dicendum sit, quando agi-
tur, de eximendo à laica potestate personam Eccle-
siasticam, tunc, enim, minimè exigitur d. Principis
129 consensus, vt probat *Innocent. in d. cap. si quis venerit
de Maiorit. & Obed.*

Vlterius, licet verum sit aliud esse aliquem statum
non approbari, & aliud reprobari, & damnari, ta-
130 men valdè diuersum est, quod aliquis status appro-
betur, & aliquis non approbetur, sed permittatur.
Nam status approbatus à Sede Apostolica, vel Sa-
131 cris Canonibus à nullo impugnari potest, status, au-
tem non approbatus, sed toleratus, veluti nullo pri-
uilegio subnixus, & nulla lege Ecclesiastica prote-
132 ctus, iurisdictioni laicorum subijcitur; Cum Princeps
sæcularis habeat omnimodam iurisdictionem, in suos
subditos, nisi à Papa eximantur.

Quod, autem, generaliter omnia Conseruatoria,
& Collegia, ex declaratione Sacræ Congregationis
non approbentur, sed tolerentur, intelligendum est de
133 illis Collegijs, & Conseruatorijs, quæ ex specialibus
Sedis Apostolicæ Constitutionibus non reproban-
tur, vt sunt Conseruatoria pauperum puellarum,
orphanorum, senum &c. vt optimè firmat *Fran-
ces de Iur. Cathedr. capit. 25. numer. 58. & seqq.* vbi
plura ad materiam, non verò de illis Collegijs cu-
ius personæ cum vniformi habitu, & sub certa,
& voluntaria regula in formam religionis conui-
uunt.

Huiusmodi, enim, Collegia, & Congregationes
personarum sub certa regula non approbata viuen-
tium, videntur omninò illicitæ, & prohibitæ *in d. cap.*
134 *nimia de Relig. Domib.* ibi, *qui voluerit religiosam do-
mum de nouo fundare, regulam, & institutionem acci-
piat de approbatis*, vbi Papa prohibet non solum no-
uam religionem, sed etiam nouam domum religio-
sam, & magis præcisè in *Clement. cum de quibusdam*
135 *de Relig. domib.* in qua pariter Papa, reprobat statum
quarundam mulierum, simul habitantium; *& in Cle-
ment. vnica, §. illas quoque de stat. Monac.* vbi abolen-
tur Canonissæ sæculares, & in *Extrau. Ioan. 22.* quæ
incipit, *Sancta Romana*, expresè videtur talis sta-
tus reprobari, dum dicitur quosdam similes colle-
giatos non debere publicè mendicare, nè eorum
status videatur approbatus, & in puncto *Abb. in
cons. 55. per tot.* qui supra relatis textibus innixus,
generaliter firmat Collegium virorum, sub regula,
& habitu non approbato viuentium, esse illicitum, &
quamuis sub *num. 3.* in suo casu, teneat contrarium
de quodam Collegio, sub nomine Inhumatorum;
Fundatur, tamen, in eo, quod Martinus Papa eidem
concesserat Indulgentias, per quas dicebatur appro-
basse: quas, tamen, approbationes omninò sustulit
S. M. Pius V. in Constit. quæ incipit, *Lubricum vitæ ge-
nus*, relata à *Barbos. post tract. de Potest. Episc. pag. 83.*
in qua, occasione suppressionis quorundam Colle-
giorum, & Congregationum, S. Pontifex sub pœna ex-
communicationis præcipit, nullum posse in aliqua
136 Congregatione, & habitu à sæcularibus distincto, sub
obedientia voluntaria viuere.

Et generaliter, quoad similes Conuenticulas mu-
lierum, extat alia Constitutio eiusdem *Pij V.* quæ in-
cipit, *Circà pastoralis*, relata à *Tambur. de Iur. Ab-
bat. disp. 18. quæst 5.* in qua præcipitur mulieribus si-
mul viuentibus, vt vel solemniter aliquam approba-
tam regulam profiteantur, vel quatenus, id exequi
recusent, prohibet Summus Pontifex, nè aliæ, in po-
sterum, recipiantur, vt notant *Tamburin. vbi suprà nu.
2. Sanch. in Præcept. decal. tom. 2. lib. 6. cap. 15. numer. 4.
Bonacin. de claus. par. 1. punct. 2. num. 4.* optimè *Menoch.
d. cons. 948. numer. 36. & seqq.* & comprobat, *D. Ioan.
Bapt. de Luc.* in Romana Curia celeberrimus Aduo-
catus, *in tract. de Iurisd. cap. 45. numer. 9.* referens plu-
res resolutiones Congregationum Concilij, & Epi-
scoporum, in quibus iniungitur Episcopis, vt prohi-
beant, & dissoluant puellarum adunantias, remitten-
do dictas puellas ad proprias domos parentum, &
coniunctorum.

Sunt, etiam, plura alia genera locorum piorum in-
ter quæ præcipuum obtinent locum Hospitalia, quæ 137
licet, omnia compræhendantur, sub generali nomine
Xenodochij, diuiduntur, tamen in plures species, vt
habetur *in can. si quis omnem caus. 1 quæst. 7. & in l. il-
lud,* vbi *gloss.* singula nomina explicat, *C. de Sacros.
Eccles.*

Ad hoc, autem, vt dignosci possit, an huiusmodi
Hospitalia, (sicuti cętera pia loca) sint merè pro-
phana, vel religiosa, ità vt subdantur, vel Ecclesia-
sticis, vel sæcularibus, ponenda est regula vniuersa-
lis, nimirum, an fuerint ordinata, vel ædificata au-
ctoritate Episcopi Diocæsani, nec ne; Nam hospi-
tale, vel locus pius fundatus, sine auctoritate Ordi- 138
narij, non efficitur religiosus, nec Ecclesiasticus,
& ideò non subest iurisdictioni Episcopi, sed Prin-
cipis sæcularis, vt colligunt omnes Doctores, *in
cap. de Xenodochijs de Relig. Domib. Bald consil. 319.
libr. 5. Calderin. consil. 352. Cardin. Zabarell. consil.
352. per tot. Merlin. Pignatell. controu. centur. 1.
capit. 65. per tot. Donat. Anton. de Marin. capit. 179.
numer. 15. lib. 1.* & sufficit videre, *Fagnan. in capit.
ad hæc de Relig. Domib.* vbi materiam latissimè
tractat, cum pluribus limitationibus, & amplia-
tionibus, sicuti facit, *Barbos. de Iure Eccles. vni-
uers. libr. 2. capit. 11. à princip. vsque ad nume-
rum 66.*

Quibus, ità, firmatis, deueniendo, ad responsio-
nem primi dubij. An, scilicet possit, Princeps lai-
cus dare auctoritatem suo Magistratui impedien-
di, nè erigantur in Ciuitate, & Dominio noua
Collegia, Congregationes, aut Conseruatoria:
Dicerem, esse Principi permissum, dummodò in
decreto nulla mentio fiat de Ecclesijs, aut Ecclesiasti-
cis personis, vel alijs pijs locis Ecclesiasticis, in quos,
vt vidimus, nullam habet, nec habere potest iurisdi-
ctionem.

Et ratio responsionis videtur esse, quia Princeps 139
delegando amplissimam potestatem suo magistra-
tui, intelligitur delegare intrà limites, & sphæram
suæ iurisdictionis sæcularis, iuxta decreta Sacrorum
Canonum, & Constitutiones Summorum Pontifi-
cum. Certum est, enim, delegari non posse, aut in
alium transferri ius, & potestatem, quæ non habe-
tur, sicuti non indiget probatione, quod delegati 140
iurisdictio non extendatur vltrà iurisdictionem dele-
gantis.

Vndè talis Magistratus, iuxtà superiùs dicta,
nullo modo impedire poterit ædificationem Ec-
clesiarum; hoc, enim, cuique permissum est de iu-
re Canonico independenter à Principe sæculari, vt
probaui in principio, & est *tex. in cap. quicumque 16.
quæst. 1.* accedente auctoritate Diocæsani, ibi, *qui- 141
cumque voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædifi-
care, & consensum, & voluntatem Episcopi habue-
rit in cuius Parochia est, licitum sit.* Poterit tamen
impedire fundationem nouorum Conuentuum Re-
gularium iuxta præscriptum in Constitutione

142 *Clement.VIII Gregorij XV. Vrbani VIII.* Poterit ha-
bere recurſum ad Epiſcopum, vt in admittendis Ter-
tiarijs ſeruet Conſtitutiones Pontificias, & decreta
Sacrarum Congregationum.
Quo, verò, ad cetera Collegia laicorum, & Con-
ſeruatoria ſine vlla licentia, & auctoritate erecta,
quantumuis prætendantur pia, non videtur contrà
143 immunitatem Eccleſiaſticam, prohibere, ne erigãtur,
ſine approbatione, & conſenſu d. Magiſtratus.
Quamuis, enim, inter Collegia non prohibita, ſed
à lege permiſſa, primum, & principalem locum obri-
neant, ea, quæ religionis, & pietatis cauſa inſtituun-
tur, vt expreſsè ad limitationem regulæ eſt *textus in*
144 *l.1.ibi, ſed religionis cauſa coire non prohibentur, ff. de
Corpor. & Colleg. illicit. Abb. in cap.1.num.12. de Elect.*
vbi *Add. lit. E*, dicit talia Collegia eſſe ſæcularia, *Na-
uarr. conſil.3.num.3. de For. compet. Bartol. in l. ſodales
nu.6.ff. de Colleg & Corpor. Illicit. Bald. in l.1.num.1.* ibi,
omnia Collegia pia ſunt ipſo iure approbata, C. de Sacroſ.
145 *Eccleſ. Afflict. cap.1. §. conuenticulas num.10. de Pact.
Iuram. firman. Abb. conſ.15.num.4.lib.1. Decian. tract.
criminal. lib.7.cap.20.num.7. Capyc. Latr. dec.169.num.
24. & ſeqq.*
Fundari, tamen, aut inſtitui nequeunt, niſi priùs,
ſicuti loca Eccleſiaſtica à Superiore Eccleſiaſtico, ità
ſæcularia à Principe ſæcularia examinentur, & ap-
146 probentur, vt habetur *in l.3. §. in ſumma eodem tit. de
Colleg. illicit.* ibi, *in ſumma autem, niſi ex Senatus au-
ctoritate, vel Cæſaris quodcumque tale corpus coierit
contrà Senatus Conſulta, & mandata, & Conſtitutiones
Collegium celebrant.* & probant, *Franc. Marc. dec.799.
num.1. lib.1. Barboſ. in l. Conuenticulas num.8. de Epiſc.
& Cleric.* & in terminis Collegiorum Piorum, idem,
*Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.2. d. cap.11.num.68. & 74. De-
cian. tract. Crimin. d. lib.7.cap.20.num.15. Gutier. Canon.
quæſt. lib.1.cap.35. per tot. Mart. de Iuriſd. par.2. cap.23.
num.18. & ſeqq. Capyc Latro dec.169.num.3. & ſeqq.*
& fuit etiam opinio *gloſſ. in cit. cap. fin. de Relig. dom.*
verbo, *nouam religionem*, ibi; *Nam nouum Collegium
non poteſt conſtitui inconſulto Principe.*
Quæ omnia faciliùs admittenda videntur, ex quo,
in nullo textu Canonico, quem viderim, approban-
tur, ſeù admittuntur huiuſmodi Collegia pia, non
147 Eccleſiaſtica, imò Conſeruatoria, & Congregationes
mulierum à pluribus Summis Pontificibus improba-
ta, & damnata fuerunt, vt probaui ſuperius *in §. imò
huiuſmodi*, quibus addo, *textum in cap. Indemnitati-
bus, §. ſuprascripta de Elect. in 6.* vbi Pontifex expreſsè
proteſtatur, quod per illam Conſtitutionem non in-
tendebat approbare ſtatum, regulam, ſeu ordinem
quarundam mulierum, quæ nec proprijs renuncia-
bant, nec profeſſionem faciebant regularem, & *in cap.
1. de Relig. Dom. in 6.* vbi reprobantur inuenientes no-
uum ordinem à Romanis Pontificibus non appro-
148 batum. Et eſt etiam *Bulla S. M. Vrbani VIII.* quæ in-
cipit, *Paſtoralis*, relata à *Tamburin. de Iur. Abbatiſſ.
diſp.7. quæſt.11.* in qua ſupprimitur, & aboletur quæ-
dam Congregatio mulierum, quæ inconſulta Sede
Apoſtolica, Ieſuitarum aſſumpto nomine, in vnum
congregatæ, prætextu ſtatus, & vitæ religioſæ du-
cendæ ædificia in Collegiorum, & Monaſteriorum
formam erexerant; Et per hæc, ſub 13. *Ianuarij
1663.* Sacra Congregatio Concilij Tridentini decla-
rauit Collegium quarundam Nobilium puellarum
cauſa deuotionis ſimul viuentium propè Ciuitatem
149 Florentiæ in Villa dicta *della Quiete* habentiũ quan-
dam regulam particularem non approbatam à Se-
de Apoſtolica, eſſe merè laicas, & non ſubiectas Epi-
ſcopo, ſed eadem Sacra Congregatio renuit appro
bare dictum Collegium, & vnionem mulierum, &
plura ad propoſitum videnda, apud *Franceſ. de Iur.
Cathedr. d. cap.25. numer.67. & ſeqq.*
Nec poteſt allegari in contrarium *D. Io: Bapt. de
Luca diſc.55. de Iuriſd.* nam, omiſſo, quod contrà
eum fuit deciſum à Sacra Congregatione Concilij, vt
ipſe ingenuè fatetur, aduertendum hunc magnum
Doctorem, tanquam aduocatum Archiepiſcopi Flo-
rentini tunc temporis ſcribere, & in omnem caſum,
ſolum probat Congregationes, & Conſeruatoria
mulierum, de quibus agitur, ſubijci Ordinario, quoad
modum viuendi, ità, vt ſcandalis, & inconuenienti- 150
bus in huiuſmodi adunantijs contingere ſolitis, oc-
curratur, quæ iuriſdictio Epiſcopis per me non nega-
tur, cum certum omninò ſit quoſcumque laicos, etiã
vxoratos, & ipſos Principes ſæculares, ſuper rebus
ſpectantibus ad peccata, & ſcandala eſſe ſubiectos
Ordinarijs locorum, & ideò eoſdem Ordinarios poſ-
ſe prohibere adunantias, etiam recreationis cauſa, fa-
ctas, & omnes concurſus populi, in quibus ſcandala
oriri poſſunt.
Nec obſtant Conſtitutiones Apoſtolicæ, in quibus
excommunicantur Principes ſæculares prohibentes
Eccleſias, & alia pia loca ædificari inter eorum tem-
porale dominium ſine expreſſa licentia, vt referunt
*Valenzuel. in ſuo tract. de ſenſ. iuſt. Fr. Gel. Baglion. in ſua
Apolog.*
Nam tales Conſtitutiones loquuntur de illis prin-
cipibus, qui faciunt expreſſam mentionem Eccleſia-
rum, & Eccleſiaſticorum Princeps autem, de quo agi-
tur nullo pacto nominat, aut intendit de perſonis Ec- 151
cleſiaſticis, ſed ſolum tribuit ſuo Magiſtratui facul-
tatem impediendi erectionem Collegiorum laicorum
prætextu Pietatis nulliter fundatorum, quæ facultas
in omnem caſum, vt dixi, intelligenda eſt prout de iu-
re, & prout licitum fuerit.
Igitur videtur reſponſum, ad primam partem du-
bij, concludendo, licere Principi ſæculari tribuere fa-
cultatem prædictam. Firmiſſimum, enim, videtur di-
lemma; Aut, dictæ Congregationes ſunt regularium,
& iſtæ non poſſunt fundari ex Pontificijs Conſtitu-
tionibus ſine conſenſu habitantium, quorum nomine
venit Princeps, aut ſunt laicarum perſonarum, & iſtæ
in omnibus ſubijciuntur ſæculari iuriſdictioni; aut
ſunt loca pia habentia certam regulam, & ſine licen-
tia Apoſtolica erecta ſunt illicita, & demolienda, iux-
ta textus, & Bullas ſuperiùs recenſitas.
Nec quicquam faciunt, ea, quæ audio decantari in
contrarium, conſenſum, ſcilicet, Ciuitatis, & loci ha-
bitantium ex dicta Conſtitutione Clementis VIII. nõ 152
requiri, niſi in caſu, quo in loco non adſint alij regula-
res: Quia, quicquid ſit; an verba d. Conſtitutionis
ſint, aliquo modo, dubia, quod conſtanter negatur,
attenta præcipuè Confirmatione Gregorij, & exten-
ſione Vrbani, declarata, tamen, fuerunt à Sacra Rota
Romana *id d. Cæſaraugustana Fundationis Conuentus
dec.289. & dec.309. par.12. rec.* confirmata 4. *Iunij
1659. cor. R.P.D. Beuilaqua*, & eodem anno coram
Meltio poſt *Bonden. collect. leg. dec.41. & dec.67.* Ad-
huc, licentia Ciuitatis videtur neceſſaria, ex alijs ver-
bis Conſtitutionum, *Intereſſe habentibus*, certum eſt,
enim, valdè intereſſe Reipublicæ, & Principis erectio-
nem noui Conuentus, dum, per eam, iuriſdictio ſæcu-
laris amittit, non ſolum aliquam partem ſui territo-
rij, vbi ædificatur Eccleſia, & Conuentus, ſed etiam
perdit plura emolumenta, collectas, & gabellas exi-
gendas à perſonis, & ex bonis, quæ in dies acquirunt
Eccleſiaſtici, præcipuè regulares, & loca pia.
Quoad ſecundam partem dubij, videlicet; An poſ-
ſit Princeps laicus impedire, ne locus, qui prætendi-
tur pius, in Ciuitate abſque eius conſenſu erectus ſta-
bilia acquirat, reſpondendum videtur, vt infrà, ſi lo-
quamur de locis pijs, auctoritate Apoſtolica firmatis,
vel

vel de Ecclesijs, vt suprà probaui, certum omninò
est, ex defectu potestatis nullo modo posse Principem
præiudicare, non attento, An decretum, seù statu-
tum, compræhendat Ecclesiasticos, aut dicta loca,
directè, vel indirectè, in iure quærendo, vel quæsito;
vt in terminis statuti laicorum prohibentis aliena-
tionem in forenses, & non subditos, quod non com-
præhendat Clericos, Ecclesias, Hospitalia &c. reiectis
contrarijs, probant Fælin. in cap. quæ in Ecclesiarum
num. 89. de Constit. Bart. in l. fin. C. de Sacros. Eccles. Ti-
raquell. de leg. Connub. gloss 8 num. 171. Paul. de Castr.
cons 89. nu. 2. & omissis antiquioribus, Cyriac. controu.
205. num. 58. & seqq. Ludou. Schrader. pract. quæst. §. 16.
num. 4. & seqq. Ciarlin. controu. for. cap. 23. num. 39. &
40. & benè firmauit, Rot. dec. 157. numer. 23. & seqq.
par. 11. rec. & latissimè Doctissimus Redenasc cons. 69.
& 70. per tot. vbi probat decretum Ducis Placentiæ
prohibens quamcumque alienationem in non subdi-
ros, non posse compræhendere Hospitale Cremonæ,
& profitetur respondere singillatim omnibus Do-
ctoribus Catholicis in contrarium allegandis, & in
puncto, statuti, in quo cauetur nè bona immobilia
155 ad loca Ecclesiastica transferantur, quod fit contrà
libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam post
Franch. in cap. vlt. de Immun. in 6. acriter tuetur Va-
lenzuel. in cit. tract. defens. Iust. par. 3. per tot. & com-
probant Bonacin. de Censur. in Bull. Can. disp. 1. quæst.
16 sect. 2. punct. 2. num. 17. Daniel de Nobil. disp. 39. per
tot. pluribus rationibus, firmans, esse contra liberta-
tem Ecclesiasticam, non solum, quod Princeps pro-
hibeat Ecclesiasticis possidere, & acquirere stabilia,
sed quod idem Princeps emat aliqua bona eo fine, vt
ea non emantur ab Ecclesiasticis.

Et ratio est, quia, cum de iure Communi, Ciuili, &
Canonico, Ecclesiæ, & loca pia, possint acquirere, &
156 possidere bona temporalia, l. 1. & l. sancimus, C. de Sa-
cros. Eccles. can. futuram, & c. viuentes 12. quæst. 1. Io:
22. in extrau. cum inter nonnullos de verb. signif. Mar-
tin. V. in Constit. 1. suarum Bullarum, vbi damnat hære-
sim Io: Vuicleph. qui asseruerat aduersari Sacræ Scri-
pturæ Ecclesiasticos possessiones habere temporales.
Sequitur, statuta idem impedientia, & prohibentia
esse illicita; Statutum, enim, per quod aufertur Eccle-
sijs, & locis pijs illud ius, quod ijsdem à iure commu-
ni concessum est, tanquam contrà immunitatem Ec-
clesiasticam reprobatur, vt est tex. in c. fin. de Immun.
157 Eccles. in 6. & probant Dec. Abb. Anton. de Butr. & alij
in cap. Ecclesia S. Mariæ, præcipuè Fælin. nu. 69. de Con-
stit. in 6. Alex. cons. 100. n. 12. lib. 2. Ludou. Schrad. pract.
quæst. d. §. 16. n. 6. Roc. cor. Put. dec. 99. nu. 1. lib. 3.

Quæ cum verissima sint non est assentiendum Do-
158 ctoribus defendentibus Constitutionem Imperialem
Caroli V. emanatam de anno 1520. quà bonorum
immobilium acquisitio Ecclesijs, Collegijs, ceterisq;
corporibus, quæ manus mortuæ appellantur, interdi-
cebatur, vt (omissa auctoritate Kloccb. tanquam au-
159 ctoris ab Apostolica Sede damnati, de Contribut. cap.
12 nu. 89. & plurib. seqq.) probant, Nathen. de Iust.
vuln. par. 2. tit. 9. cap. 11. per tot. Gaill. obseru. Iur. lib. 2.
obseru. 32. num. 5. & per tot. Cancer. var. resol. lib. 1. cap.
24. nu. 10. & seqq. Christin. d. dec. 201. lib. 1. qui, tamen,
examinatis rationibus, hinc indè militantibus, con-
cludit: Et proindè, cum in hac materia absque periculo
animæ vix quicquam asseri possit, me quoad ea Aposto-
licæ Sedis Iudicio reuerenter submitto.

Si, verò, loquamur de Collegijs, Congregationi-
bus, ceterisque locis, quæ vt suprà firmaui, sunt om-
ninò sæcularia, & iurisdictioni laicali in omnibus sub-
iecta, de quibus est sermo, in casu proposito, crede-
rem non esse damnandos Principes sæculares prohi-
bentes, ex causa publicæ vtilitatis, ne acquirant sta-
bilia, in eorum territorio. Præcipuè, si loquamur de
illis locis, de quibus suprà §. imò huiusmodi, quæ tan-
quam in statu à Sede Apostolica damnato existentia,
nullo modo acquirere possunt.

Tota, enim, ratio, cur statutum non valeat suas di-
rigere vires in Ecclesias, & loca pia Ecclesiastica, est,
quia Princeps statuens, nullam habet potestatem, 160
tanquam inferioris ordinis super dictas Ecclesias, hęc
autem ratio non militat in locis prætensis Pijs, quæ
eius potestati subijciuntur, ergo Princeps, sicut alijs
subditis interdicere potest, ex aliqua iusta causa, bo-
norum immobilium alienationem, emptionem, & ac-
quisitionem, l. si in emptorem, §. omnium, ff. de contrah. 161
empt. l. de Pollicitationibus in fine, ff. de Pollic. Nathen.
de Iust. vulner. d. par. 2. cap. 6. tit. 9. nu 6. 15. ità poterit
istis Collegijs verè, & propriè subditis.

Nec dicatur, iniquum videri, restringere homini-
bus libertatem relinquendi pijs locis bona stabilia,
iuxtà dispositionem Iustiniani Imperatoris in §. vnic. 162
de leg. Fus. Caninsi. toll. vbi, inhumanum, asserit, morien-
tibus adimi libertatem, de rebus suis disponendi, præ-
cipuè ad pias causas, & pro eleemosinis, vt est pun-
ctualis text. in cap. venerabilibus, §. potest quoque de
sent. excom in 6.

Nam respondet; quod talis prohibitio non se ex-
tendit ad Ecclesias, & quod per d. decretum, neque re-
stringitur hominibus libertas testandi, neque impe-
diuntur eleemosynæ, pro anima. Rei, enim, immobi-
lis, quæ dictis Collegijs relinquitur, æstimatio in pe-
cunia præstatur, vt est textus literalis in l. fideicommis- 163
sa, § si seruo, vers. ex his apparet de leg. 3. Bartol. in l. sed
si de leg. 1. vbi tradit semper tradendam esse æstima-
tionem, quotiescumque hæres, vel legatarius, rem sibi
relictam, non propter suum delictum, sed propter
aliam qualitatem, habere nequit, vt in puncto statuti
prohibentis acquisitionem stabilium Ecclesijs, vel lo-
cis pijs, quod debeatur æstimatio, in pecunia probãt,
Guilelm. de Bened. in cap. Raynutius, verbo & vxorem
de testam. latè Pecch. de amortizzat. bonorum cap. 9. per
tot. quos sequitur Christin. d. dec. 201. nu. 7. & seqq. Et
sic, dum debetur æstimatio, nullum, aut satis modi-
cum præiudicium infertur dictis locis pijs.

Hinc non obstant Valenzuel. Redenasc. & alij supe-
riùs allegati, asserentes, statuta prohibentia acquisi-
tionem bonorum, non solum Ecclesijs, sed etiam lo-
cis pijs, esse contrà immunitatẽ Ecclesiasticam, quia 164
loquuntur, de locis pijs erectis auctoritate Apostoli-
ca, vel Episcopi; vel de Collegijs, in quibus exercentur
opera Pietatis, & Misericordiæ, quæ vt suprà dixi, 165
exempta sunt à laica potestate, non autem de alijs lo-
cis subiectis iurisdictioni sæculari, quæ loca, si Prin-
ceps laicus potest prohibere, vt probatum est, ne eri-
gantur, multò magis impedire poterit, nè augeant
facultates.

Nec valet obiectum, in superiori dubio repetitũ,
quod similia statuta auertant à pietate, & vita con-
templatiua, quia (vltra rationes superiùs adductas,)
non est verisimile eum, qui Spiritu Dei, ad talem vi-
tam suscipiendam inuitatur, & mouetur, retrahi pro- 166
pter metum amissionis bonorum stabilium, vt in ter-
minis ratiocinantur Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 19. nu.
7. Natt. cons. 282. nu. 14. Cancer. var. resol. d. cap. 24. nu.
16. lib 1.

Sed, re vera intentio Principis consulentis non
est, vt audio, quod non acquirant in suo statu
Ecclesiæ, & loca, quæ verè dici possunt pia,
veluti Hospitalia, Confraternitates, Conserua-
toria Pauperum, & cetera loca, in quibus exer-
centur opera pietatis, & Misericordiæ, sed so-
lum intendit remouere à suo statu, quas-
dam mulierum, seù virorum conuenticulas,

quæ assumpto voluntariæ, & non approbatæ religionis habitu, conuiuerent, contrà expressam prohibitionem Sedis Apostolicæ, talem statum expresse damnantis, vt *in d. Constit. Pij V.* quæ incipit *Lubricum vitæ genus*, & alijs.

Ceterum superflua videtur huiusmodi disputatio; nam, si Princeps potest impedire, ne erigantur similia loca, vt suprà, ad responsionem primi dubij probaui, frustra dubitatur, an possit prohibere nè acquirant; Quia si dicta loca non sunt approbata, à Sede Apostolica, aut à Principe, nihil capere, aut acquirere possunt de iure, vt est *textus* punctualis *in l. Colle-*
167 *gium, C. de hæred. Instit.* in quo firmatur Collegium non approbatum, quantumuis toleratum non posse acquirere, & probat in puncto *Abb. d. cons. 55. num. 1. lib. 1.*

Quæ omnia, sic firmata, Principi, tam de iure Ciuili quàm Canonico, tum in foro externo, tum interno, absque animæ labe, licere existimo, in casu, quo intendat remanere à suo statu loca, seù Collegia, de quibus suprà, ab Apostolica Sede damnata; nullo tamen pacto suaderem, vt impediat erectionem Conuentuum, & Monasteriorum, nec puto expedire reipub. vt prohibeat Princeps loca pia erecta, vt postmodum fiant religiosa, sub spe obtinendi licentiam à Sede Apostolica.

Certum est, enim, copiam religiosorum, & personarum piarum, plurimum conferre ad conseruationem Reipublicæ, vt probant *Pater Baglion.* & plures
168 alij Theologi præcipuè cum *Valenzuel in d. tract. defens. Instit. part. 2. per tot.* alijs allegatis per *Prat. Discept. for. tom. 2. cap. 46. per tot.* Parum releuante proposita abundantia religiosorum, in dominio, & Ciuitate, per quam dicitur supperere commoda facultas, cuique volenti, relicto sæculo, Deo inseruire. Nam, cum Diuina Consilia præsciri nequeant, nequit pariter præuideri, qua seruitij ratione sibi quisquam mancipari decreuerit Deus, aut in quem vsum huius, vel illius religionis destinauerit, vt firmant *Valenzuel. vbi suprà, & Pater Bagl. d. sua defens. pag. 59.* vbi, quod, quæ Dei cultum, & honorem respiciunt, quantacumque ea sint, erunt nihilominùs infrà id, quod tantæ maiestati debetur.

Prætereà, occasione eorum, quæ dicta sunt circà potestatem laicorum, in Pijs locis non Ecclesiasticis, quæri etiam potest, quid sit statuendum de Fabri-
169 cis, vel Operis Ecclesiarum; An à laicis administrari possint; Et an in ipsis Princeps laicus aliquam habere possit potestatem, vel gubernium.

Et quoad primum articulum, quod, non possint Operæ, vel Fabricæ Ecclesiarum administrari à laicis personis videtur statutum, in iure Pontificio, & præ-
170 cipuè *in cap. indicatum dist. 99. Butr. in cap. decernimus de Iudic.* & multis cumulatis, firmat *Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 158. num. 1. & seqq.* & ostendit, multis argumentis *Io: Franc. Rip. lib. 3. respons. tit. de Oblat. Eccles. numer. 1. & seqq.* & alij de quibus inferiùs.

Sed contrarium, quod laici possint esse administratores Operæ, vel Fabricæ est magis communis
171 opinio, quam sequuntur *Abbas in d. capit. decernimus numer. 10. de Iudic. Felin. ibidem numer. 5. 6.* & ibi etiam *decis. numer. 11.* & admittit *Rip. d. resp. de Oblat. Eccles. numer. 1. circà fin. Ferrett. consil. 141. numer. 4. & consil. 142. numer. 6.* Idque expressè renent in loco, vbi adest talis consuetudo, & in spe-
172 cie, in Ciuitate Venetiarum, & in Tuscia, in quibus locis est consuetudo, vt Fabricerij Ecclesiæ sint laici, *Dec. cons. 148. antè num. 4. Ferrett. d. consil. 141. & 142. numer. 6. Calderin. cons. 1. tit. de Consuet. Mart. de Iurisdict. d. cas. 158. num. 10. Ansald. eodem tract. par. 2. tit. 11. cap. 14. num. 48. 49.* & admittit *Concilium Tridentin. in capit. 9. sess. 22 de Reform.* ibi, *Administratores tam Ecclesiastici, quam laici Fabricæ cuiusius Ecclesiæ.*

Dicunt, tamen, quod eo casu, habent laici tantum nudum, & purum ministerium fabricæ materialis, subordinatum voluntati, & arbitrio Episcopi: vt, alijs omissis, tradit Canonicus *Massen. Ceccoper. Lu-* 173
cubrat. Canonic. lib. 3. num. 153. & alij inferiùs allegandi: Et, ex his, potest responderi ad aliam quæstionem, de qua, suprà, quod Princeps laicus nullam habeat potestatem super Fabricis Ecclesiarum: Nam, vti Ecclesiastica extrà Spheram suæ Iurisdictionis laicæ existunt, & subsunt Episcopo.

Quæ licet vera sint, regulariter, in Operis Ecclesiasticis, erectis de bonis Ecclesiasticis, ac alijs pijs locis, auctoritate Episcopi fundatis: Aliter statuendum esse, arbitror, in operis laicalibus, & ab ipsis laicis 174
fundatis, hac conditione adiecta, vt non subijciantur alicui personæ Ecclesiasticæ; tunc, enim talia loca ad Fabricam destinata, licet pia, remanere laica, & non esse supposita Episcopo, consului, præteritis diebus, occasione controuersiarum exortarum inter D. Operarium S. Vultus Lucani, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ S. Martini, cuius Operæ S. Vultus ad præsens sum aduocatus: Et hanc Operam esse laicam.

In primis probaui, animaduertendo, quod ad dignoscendum: an locus Pius, vt Confraternitates, 175
Hospitalia, Conseruatoria, & fabricæ Ecclesiarum, sint laica, vel Ecclesiastica, illud est inspiciendum; an Ordinarij auctoritate sint fundata, necne: Primò casu, dicuntur Ecclesiastica, & supposita regulis, & 176
iuribus de Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & bonis loquentibus, vt per Doctores *in capit. ad hæc de Relig. Domib.* & præcipuè *Barbos. & Fagnan.* idem *Barbos. de Offic. & Potest. Episcopi allegat. 75. numer. 3. Merlin. Pignatell. controu. cent. 1. capit. 65. numer. 3. Mart. de Iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 113. numer. 25. Franc. de Eccles. Cathedral. capit. 25. numer. 93. & seqq.*

Quando, verò, fundata non sunt Episcopi, vel Pontificis auctoritate, remanent laica, & laicorum iurisdictioni supposita, *Roman. cons. 477. num. 23. Paul. de Castr. cons. 351. Ansal. d. de Iurisd. tit. 11. par. 2. cap. 14. nu. 7. Mart. eodem tract. par. 4. cent. 2. cas. 112. num. 22. Barbos. d. cap. ad hæc de Relig. Domib. num. 4. 5. Fagnan. cap. 1. numer. 11. de Relig. Domib.* & latiùs *d. cap. ad hæc eod. tit. num. 51. Mastrill. dec. 110. nu. 15 de Luca de For. compet. disc. 60. num. 3. 4.* & admittit *Rot. dec. 30. num. 8. par. 2. & dec. 313. num. 9. par. 10. & dec. 248. numer 17. part. 11. rec.*

Quod, verò, opera S. Vultus non sit erecta auctoritate Ordinarij, desumitur, ex negatiua, quæ fundatur in iuris præsumptione, quod quælibet res sit à principio laica; Vnde qui se fundat in Ecclesiasticitate, debet hanc qualitatem probare, *Rot. dec. 278.* 177
num. 3. part. 11. recent. & propterea, in dubio, quilibet locus, licet pius, præsumitur laicus, non Ecclesiasticus, *Federig. de Sen. consil. 130. numer. 2.* 178
Magon. decis. Florent. 61. vers. in contrarium, & decis. Luc. 19. numer. 6. Riminald. Sen. consil. 486. num. 13. Merlin. Pignatell. controu. cap. 65. num. 8. cent. 1.

Præcipuè, quia, vltrà iuris præsumptionem multa alia extant, in facto denotantia, hanc Operam fuisse, & esse laicam, &

Primò, quod, ab initio suæ fundationis, vsque ad præsens, gubernium, & administratio d. Operæ semper fuerit apud laicos, nec in ea aliqua persona Eccle-

179 Ecclesiastica ius aliquod habuerit, vel habeat, *Cost. in consil. impress in tract. de fact. scient. inspect. 98. num. 6. 7. Magon. dec. Luc. 19. num. 16.*

Secundò, quod Operarius eiusdem operæ, & Consiliarij apud quos spectat gubernium d. operæ, eligantur a Principe laico, & eius Magistratibus, vt, in ter
180 minis, *Roman consil. 477. nu. 8 Gabriel consil. 197. num. 1. lib. 2. Cost. vb. suprà numer. 7. vers. secundò quia, & consil. 4. nu. 16. Magon decis. Luc. 61. vers. in contrarium.*

Tertiò, quia statuta, & ordinamenta eiusdem operæ, fuerunt condita, facta, & compilata ab ipsis laicis
181 personis, absque interuentu, & consensu alicuius ecclesiastici; ex quo, etiam, deducitur, hanc operam esse laicam, & statuentium iurisdictioni suppositam, per *tex. in l. omnes populi, ff. de Iust. & Iur.* & firmat, *Daniel. de Nobil. disp. 49. num. 29.* statuere, enim, est
182 actus Iurisdictionis, qui erga solos subditos exercetur, *cap. final. de constit. l. fin. ff. & C. de Iurisd. omn. Iudic.*

Quartò, quia, in Capitulis in fundatione eiusdem operæ, factis, & compilatis, vsque, de anno 1281. fuit expressè sancitum, hanc operam esse debere laicam, & non suppositam iurisdictioni alicuius personæ Ecclesiasticæ; dum voluerunt statuentes, quod operarij, electione facta, tenerentur iurare, vt infrà. *Quod dictam operam, & fraternitatem, & bona ipsius non submittet, vel supponet alicui, vel aliquibus personis Ecclesiasticis, vel sæcularibus publicis, vel priuatis, Collegio, vel vniuersitati quocumque nomine censeantur, vel dignitate præfulgeant; sed dictam operam Confraternitatem, vel Conuentum seruabit in libertate iuxta posse, nec tractatum aliquem faciet, vel habebit, cum aliqua persona, vel personis, Collegio vel vniuersitate de eis submittendis aliquo modo, vel ingenio &c.*

Quod iuramentum non solum fuit ordinatum in dictis Capitulis anni 1281. sed in alijs successiuè factis, & reformatis de anno 1348. & 1374. & de anno 1521. & nunc idem iuramentum est in viridi obseruantia; Nam quilibet operarius S. Vultus illicò post suam electionem iurat, iuxtà prædicta, in manibus Excellentissimorum DD. Antianorum, & Vexilliferi Iustitiæ huius Reipub. Lucensis.

Est, igitur, absque dubio, talis locus laicus non Ecclesiasticus; Nam quilibet fundator potest in fundatione pacta sibi benè visa apponere, *Rot. coram Ro*
183 *yas dec. 274. numer. 4. coram Merlin. dec. 518. numer. 3. Buratt. dec. 21. & dec. 61. Tondut. Sanleg. quæst. benef. cap. 1. num. 11. & seqq. lib. primo.* Et talia pacta semper sunt seruanda, *Cost. consil 4. numer. 15. Daniel*
184 *de Nobilibus disput. 49. numer. 9.* & alij passim, *De Luc. de Iurisdict. & foro compet. disc. 41. numer. 7.*

Et, tandem, eadem opera laica dici potest, eo, quia, tam antiquis, quam modernis temporibus, lites eiusdem operæ fuerunt introductæ coram magistratibus, & iudicibus laicis, quibus ab Excellentissimo Senatu Lucensi fuerunt impartitæ facultates iudicandi, & decidendi causas eiusdem operæ, diebus currentibus, nullo iuris, & staturorum ordine seruato, vt constat ex capitulis compilatis de an-
185 no 1348. & ex *Decretis anni* 1372. 1412. 1436. 1521. 1565. 1604. & 1611. protogata vsque ad annum 1680. Quæ decreta, absque dubio, indicant laicalitatem eiusdem operæ vt per *Paris. consil. 34. numer. 36. lib. 4. Cost. dict. consil. 4. numer. 26. Ancharan. cons. 353. num. 3. Mascard de Probat. concl. 869. lib. 2.*

Nec, ad inducendam Ecclesiasticitatem eiusdem operæ, mihi videntur adduci posse, nonnullæ præsumptiones, quæ à Capitulo Cathedralis afferri solent, & præcipuè.

Prima, quod D. Operarius post electionem, de eo, factam ab Episcopo confirmetur, Secunda, quod in alienationibus bonorum eiusdem operæ interueniat Beneplacitum Apostolicum; Et tandem, quod de anno 1575. fuerit ab Apostolico Visitatore dict. Opera visitata, cum scientia, & acquiescentia Excellentissimi Senatus Reipublicæ Lucensis.

Siquidem, ad primam respondetur, quod Episcopi confirmatio de D. Operario, post electionem factam ab Excellentissimis DD. Antianis, fuit introducta de anno 1443. ex mera facultate absque vlla obligatione; & per consequens tanquam actus facultatiuus nullum ius tribuit confirmanti, *l. Procu-* 186
lus, ff. de Damn. Infect. Decian. consil. 144 numer. 33. libro primo, Posthum. de Manut. obseruat. 53. numer. 2.

Eo magis, quia talis actus non fuit introductus ad effectum inducendi operæ prædictæ Ecclesiasticitatem; Vndè, non debet operari vltrà intentionem agentis, *Cancer. variar. parte prima capitul. 18. num. 6. Rot. dec. 272. numer. 10. post Cene. de Cens. Rot. cor.* 187
Vbald. dec. 172. numer. 2.

Quod, vero, talis Confirmatio non fiat ad effectum submittendi d. operam Ecclesiasticis, apparet manifestissimè, ex eo, quod eodem tempore, quo fit Confirmatio, idem operarius promittit obseruare Capitula operæ, quæ disponunt, vt eadem opera sit laica, vt vidimus suprà *num.* 182. Et ipsimet eligentes operarium, qui de anno 1443. mandauerunt, vt operarius electus peteret ab Episcopo confirmationem, eodem tempore, iurare fecerunt eumdemmet electum, iuxtà formulam, de qua suprà *numer.* 182. quod non submittet d. operam aliquibus personis Ecclesiasticis, vel sæcularibus, Ex quibus declaratur intentio petentium Confirmationem, quod non intellexerunt eandem operam submittere potestati Episcopi per hunc eundem actum.

Et, in omnem casum, cum, vt vidimus, locus Pius non efficiatur Ecclesiasticus, nisi, in eius fundatione interuenerit Episcopi, vel Pontificis consensus, cum, vt suprà vidimus, in fundatione dict. Operæ non interuenerit talis consensus, & per consequens dicatur laica, non potest per Confirmationem prædictam effici Ecclesiastica, ob regulam, quod confirmatio, non alterat rei Confir-
maræ naturam, & qualitatem, vt ostendit, 188
Ioannes Bapt. de Luca de Præmin. disc. 40. numer 5.

Quò, verò, ad consensum, & Beneplacitum Apostolicum, in alienationibus bonorum d. operæ præstari solitum, non obstare, putaui, in casu præsenti, attento, quod non fuit semper adhibitum tale Beneplacitum, sed interpellarè, quandoque
fuerunt; cum dict. Beneplacito alienata bona, & 189
quandoque sine eo. Et propterea, ex actibus difformibus, non inducitur ius aptum ad inducendam Ecclesiasticitatem, vt per *Bart. l. 2. ff. solut. matrim. Cranett. cons. 313 numer. 4. Cancer. var. lib. 3. capit. 7. numer. 179. Rot. dec. 622. numer. 5. post Posthum. de Manut.*

Vltrà quàm quòd, in omnem casum, cum talis opera verè sit laica, vt vidimus ad hunc
effectum, dumtaxat dici posset Ecclesiastica, 190
non verò in cœteris, vt est *textus in capitul. auditis versic. si autem de Præsumpt. vbi Barbos. num. 7.*

Et, tandem, asserta visitatio de anno 1575. non ope-

ratur vt eadem opera dicatur Eccleſiaſtica; Non ſolum, quia ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini, ſufficit, vt locus ſit prius ad effectum, vt poſſit ab
191 Apoſtolico delegato viſitari, vt inferiùs oſtendam. Ideò viſitatio prædicta, non inducit Eccleſiaſticitatem loci viſitati, *Rot. dec. 278. num. 4. par. 11. rec.* & oſtendit, *De Luca de Iuriſd. & for. Compet. diſc. 60.*
192 *num. 3. 4.*

Sed etiam, quia talis viſitatio fuit ab Excellentiſſimo Senatu permiſſa, vt conſtat ex decreto anni 1575. ad effectum, dumtaxat, oſtendendi viſitatori Apoſtolico, quam benè d. opera eſſet ab operarijs pro tempore, adminiſtrata, & id forſan permiſit, eo quia Princeps ſciebat locum pium, licet laicum poſſe ſemper ab Apoſtolico delegato viſitari, ad hoc, vt introitus, & redditus applicentur in vſum deſtinatum à fundatoribus, *Fagnan. cap. primo, de Relig. domi-*
193 *bus numer. 12. & ſeqq. & cap. ad hac numer. 56. eodem tit. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. capit. 25. numer. 19. Pax Iordan. lib. 7. tit. 9. num. 13.*

Et, quamquam, vt audio, viſitator Apoſtolicus nonnulla alia decreta ediderit concernentia adminiſtrationem eiuſdem operæ, ac ſi eſſet Eccleſiaſtica; tamen fruſtra talia aſſerta decreta allegantur, vtpotè, quæ fuerunt facta non citato, neque vocato D. operario eiuſdem operæ adminiſtratore, *Rot. in Vlixip-*
194 *ponen. Monaſterij 19. Nouembris 1625* & alij allegati, per *Pignatell. Conſult. Canon. cap. 113. numer. 15.* Et, eo magis, quia talia decreta nunquam fuerunt obſeruata à dict. anno 1575. vſque ad præſens; Vnde, in conſideratione haberi minimè poſſunt, *Surd conſ.*
195 *3. numer. 10, Iaſ. conſil. 121, numer. 3. lib. 2. Rot. coram Eminentiſſimo Cardinali Ottob. dec. 150.* & in terminis, *Royas deciſ. 135. numer. 16. idem Pignatell. dict. capitul. 113. numer. 15.* Et ex his ni fallor, apertè conſtat eandem operam eſſe laicam,

Vlteriùs, talis opera Sanctiſſimi Vultus, non ſolum eſt laica, ſed eſt etiam ſub immediata protectione Excellentiſſimi Senatus Lucenſis, Principis noſtri, quod ex pluribus fit manifeſtum,

Primò, quia idē Senatus, in ſuo Decreto id confirmauit vſque de anno 1598, vbi aſſeruit: *Che il gouerno, & ammministratione di eſſa immediatamente depende dall' Eccellentiſſimo Conſiglio ſotto la protettione del quale, è ſtata continouamente retta, e gouernata per*
196 *tanto tempo, che non è memoria in contrario,* quæ Principis declaratio ſufficit ad talem protectionem inducendam, à *Ciſt. conſil. 4. numer. 27. 28. Daniel de Nobil. diſp. 49 numer. 24. Mager. de Aduocat. Armat. capitul. 18. numer. 187. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap. 25. num. 154.*

Inſuper talis Protectio deſumitur, ex eo, quod eadem opera in eius indigentijs, & neceſſitatibus ſemper ad Principem habuit recurſum, ex quibus
197 actibus implorati, & præſtiti auxilij Protectio deſumitur vt per *Daniel. de Nobil. dict. diſp. 49. num. 25. Mager. d. cap. 18. numer. 232. Franceſ. d. capit. 25. numer. 154.*

Imò, ſi verbum *Protectio*, nil aliud ſonat, quam auxilium, & defenſionem, ad tradita per *Mager.*
198 *de Aduocat. Armat. in proem. ad Lectorem cap. vnico verſic. vox iſtra Protectio.* Sicuti Senatus Excellentiſſimus omni tempore, munificentiſſimè eidem operæ clargitus fuit, quamplurima bona, ac eidem præſtitit auxilium, & defenſionem, vt vidimus, ita non poteſt negari talis indubitata Protectio eiuſdem Principis,

Et præcipuè, eſt veriſimile, quod, eo tempore, quo noſtra Ciuitas fuit miraculosè decorata inſigni Sanctiſſimi Vultus Imagine, quod accidit circa annum 782. Redemptionis noſtræ, vt habemus ex *Baron. Annal. & Patre Cæſare Franciott. in Hiſtor. Sanctor.* 199
Luc. ſub cap. de Sancto Vultu pag. 13. eadem Ciuitas ſtatuto cauerit, quod in feſtiuitate Sancti Vultus, quælibet Communitas ſtatus Lucenſis aſſerret in oblationem Sanctiſſimæ Imagini vnum Cereum non leuis Ponderis. Nam, de ipſis Cereis, fit mentio in quodam inſtrumento antiquiſſimo anni 1181. necnon in alio ſtatuto Lucano compilato de anno 1261. & in vltima reformatione ſtatutorum vniuerſalium facta, de anno 1589. *lib. 3. cap. 31. ſub Rub. de Luminaria S. Crucis,* iniungitur quibuslibet Communitatibus Status Lucenſis, quod, deferant d. Cereum in feſtiuitate prædicta, quod ſtatutum ad præſens eſt in viridi obſeruantia.

Et pariter eſt antiquiſſimum aliud ſtatutum inter compilata *de d. anno 1589. lib. 2. cap. 1. de Teſtam. ordinan.* vbi diſponitur, quod nullus Notarius valeat aliquod teſtamentum rogare, in quo aliquid non ſit legatum operæ S. Crucis; nam, de dicto ſtatuto pariter fit mentio, in dict. inſtrumento anni 1181. Ex quibus ſtatutis à Principe laico conditis licet poſſet d. opera S. Vultus facultates, & bona deſumere pro indigentijs Cappellæ Sanctiſſimæ Imaginis; nihilominus Princeps munificentiſſimus plures, ac plures, multa alia bona, & pecunias eidem operæ fuit elargitus, & præſertim de anno 1379. Bartho- 200
lomeo Bacchino operario, omnem pecuniam numerauit neceſſariam pro reparandis nonnullis indigentijs Eccleſiæ S. Martini, & Cappellæ S. Vultus. De anno 1384. cum eadem opera non haberet pecuniam ſufficientem pro perficiendo quodam argenteo or- 201
namento, Senatus decreuit, vt ære publico fieret impenſa. De anno 1386. fuerunt per generale Conſilium aſſignati eidem operæ omnes fructus redditus, & Prouentus bonorum rebellium ad ſexennium.
Et de anno 1392. idem generale Conſilium eidem 202
operæ donauit multa bona conſiſcata Bartholomei 203
Forteguerra, & Paulini Schezza conſiſtentia in quinque bonis, ſeu Maſſarijs vulgo *Poderi* extrà mœnia, ac multis domibus in Ciuitate, vt apparet, ex libris ipſius operæ. Vltrà nonnulla pedagia, & gabellas aſſignatas eidem Operæ de anno 1542. quæ adhuc 204
ſunt in vſu, feruore d. Operæ. Ex quibus, & alijs conationibus, tam antiquis, quam modernis temporibus, eidem operæ, factis per Principem noſtrum deſumitur eadem Protectio,

Ex hoc, autem, quod talis Opera S. Vultus ſit laica, & immediatæ Principis protectioni ſubiecta, multa ad fauorem eiuſdem operæ deducuntur,

Primo, quod non dicitur ſuppoſita viſitationi ordinarij, nam loca Pia, non Eccleſiaſtica non veniunt ſub diſpoſitione *Concilij Tridentini ſeſſ. 22. capit. 8.* 205
de Reform. Thob. Non. conſil. 61. numer. 4. Aiolald. de Iuriſd. lib. 2. tit. 11. cap. 14. num. 32. Rot. deciſ. 30. num. 8. pars. 2. rec. latiſſimè *Fagnan. cap. primo de Relig. Domibus, numer. 11. & capit. ad hac numer. 51. eodem tit,*

Tantò magis, quia, cum ſit, (vt vidimus) ſub immediata Principis Protectione, etiam ſi eſſet Ec- 206
cleſiaſtica, viſitationi ordinarij ſubiecta non eſſet, *Daniel. de Nobilib. diſp. 49. numer. 18.* vbi, quod procedit, non ſolum, in locis ſub immediata Protectione Regum, ſed etiam Principum inferiorum, *Franceſ. de Eccleſ. Cathed. d. cap. 25. numer. 155. Pax* 207
Iordan. Lucubr. lib. 7. tit. 9. num. 92.

Quo, verò, ad redditionem Computorum, non videtur talis locus exemptus; nam, ex diſpoſitione Sacri *Concilij d. ſeſſ. 22. cap. 9. de Reform.* quilibet locus 208
Pius,

Pius, fiuè laicus, fiuè Ecclesiasticus, tenetur reddere
209 rationem ordinario, *Barbos. ad Concil. d. sess. 22. cap 9. n.*
13. *&* 28. latissimè, *Fagnan. d. cap. 1. de Relig. domibus*
numer. 14. & capitul. ad hæc eod. tit. numer. 33. & latius
numer. 53.

Et hæc procedunt, etsi adsit consuetudo incontrarium, vel immemorabilis reddendi computa alteri, quam Episcopo, idem *Barbos. vbi supra d. cap. 9. sess.*
22. de Reform. nu. 13. Fagnan. d. cap. ad hæc nu. 34. de Relig. dom. Frances. de Iur. Cathedral. d. cap. 25. num. 131.
210 *& 165. De Luca de Iurisdict. & for. compet. disc. 42. nu. 5.*
qui tenent, consuetudinem reddendi computa alteri, quam Episcopo, id solum operari, vt Episcopus interueniat in redditione computorum, tamquam vnus, cum ceteris personis, quibus fit redditio computorum, de stylo, vel consuetudine. Et in dictum casum Episcopus tenetur, loco, & temporibus destinatis interuenire, cum alijs deputatis ad recipienda computa, alias proceditur ad redditionem rationis, absque
211 eius præsentia, vt tenet *Pax Iordan. Lucubr. lib. 7. tit. 9.*
nu. 27. Fagnan. d. cap. ad hæc nu. 38. de Relig. domibus.

Nec resistit, quod talis locus sit sub immediata Protectione Principis. Siquidem talis Principum, & regum protectio eximit, quidem loca Pia à Visitatio-
212 ne ordinarij, non verò à redditione computorum,
Barbos. ad Concil. d. cap. 9. sess. 22. de reform. num. 15. Fagnan. d. cap. ad hæc de relig. domibus num. 8. & 18. vbi, quod est differentia inter Visitationem, & computorum redditionem, quia *Concilium in cap.* 8. vbi agit de iure visitandi, restringit se ad dispositionem iuris Communis, sed *in pag.* 9 vbi tractat de iure exigendi rationes, indistinctè, & generaliter loquitur, nec excipit loca sub immediata protectione regum, & ita etiam videtur sentire *De Luca de for. compet. disc. 42. nu. 13. vers. neque ex mentione.*

At, his non obstantibus, arbitror, quod Opera S. Vultus sit de iure exempta ab obligatione ostendendi rationes Episcopo, prout a tempore suæ erectionis vsque ad præsens exempta fuit.

Siquidem, regula, de qua supra, circa redditionem computorum, locum non habet, vbi fundator viuit
213 *Thob Non cons. 61. nu. 6. 9. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 2.*
cap. 21. num. 50. Pax. Iordan. Lucubat. lib. 7. tit. 9. num. 42. Frances de Eccles. Cathedral. d. cap. 25. num. 169. sed sic est, quod opera S. Vultus fuit erecta a Populo, & Commune Lucano, & Senatu Excellentiss. Ciuitatis, qui, adhuc viuit, & viuet, Diuina fauente Clementia, in sæcula sæculorum, in sua pacifica Libertate, merito dicitur exempta à computorum redditione, vt, in terminis, firmauit, *Peres. cons. 34. num. 37. 38. lib 4.*
214 *Maceratcu. Var. resol. cap. 14. num. 6. vers. si verò lib. 1.*
Daniel de Nobil. disp. 49. num. 8. Frances. vbi supra num. 169.

Vlterius Fabricæ, & Operæ Ecclesiarum, & alia Pia loca dicuntur exempta non solum à Visitatione, sed etiam à redditione Computorum, quandò in Capitu-
215 lis erectionis disponitur, vt alteri, quam Episcopo fieri debeat rationum redditio late *Fagnan. d. cap. ad hæc de Relig. domibus* plenissimè *Pasqualig quæst. Moral. centur. 1. quæst. 89. in princ. De Luc. de Iurisdict. & for. Compet. disc. 41. num.* 5 & in terminis Fabricæ Ecclesiæ *Barbos. ad Concil. d. cap. 9. sess. 22. nu. 2. Pax Iordan. lucubrat. lib. 7. tit. 9. num. 30. tom. 2.*

Quod, autem, Opera, de qua agitur, sit fundata, & erecta, cum hac conditione, constat ex Capitulis d. Operæ, & præcipuè *ex cap.* 7. vbi habetur, quod redditio rationum debeat fieri cooperarijs eiusdem operæ, vt seruatur. Nec dicetur, quod, cum talia capitula non sint auctoritate ordinarij compilata, & confirmata in actu fundationis nihil possint operari; Quia talis regula procedit in beneficijs Ecclesiasticis, in quibus, ad validitatem erectionis requiritur Episcopi consensus, non verò in 216
fundatione locorum Piorum merè laicorum, in quibus sufficit docere de voluntate fundatoris, absque eo, quod sit necesse ostendere consensum Episcopi vt optimè *Io: Bapt. de Luca de Iurisd. & for. compet. disc. 40. num. 10.*

Resultat, etiam, ex eo, quod d. Opera sit laica, alter effectus, nempè, quod in alienationibus, & permutationibus &c. bonorum stabilium eiusdem operæ non sint seruandæ solemnitates, de quibus
in *extrau. ambitiosè de rebus Eccles. non alien. Cost. de* 217
Fact. & scient. & Ignor. cons. vaic. post inspect. 98. numer. 3. 4. Gratian. Discept. for. cap. 517. nu. 4. & seqq. Fulgia. de Emphyt. de Contract. Emphyt. quæst. 16. num. 11. Ansald. de Iurisd. par. 2. tit. 11. cap 14. nu. 9. Cyriac. contron. for. cap. 364. num. 3. 4. Rot. dec. 313. par. 10. & dec. 148. par. 11. rec. Io. Bapt. de Luc. de Iurisd. & for. compet. disc. 60. nu 3.

Insuper Laicalitas operatur, vt eadem opera debeat citari, coram Iudicibus laicis, & non Ecclesiasti-
cis *Ansald. de Iurisd. par. 2. tit. 11. cap. 14 num. 10. Mart.* 218
eod. tract. par. 4. cent. 2. cas 113 num. 9. De Luca de Iurisd. & for. Compet. d. disc. 60 num. 3. Rot. dec. 163. nu. 19. par. 10. rec.

Præcipuè, in ijs, quæ concernunt bona temporalia
eiusdem operæ, secus verò, in ijs, quæ spiritualitatem 219
concernunt; quia earum cognitio spectat semper ad Episcopum, vt de præcedentia in Processionibus, &
similibus *Gratian. Discept. 232. num. 7. Frances de Ec-* 220
cles. Cathedral. cap. 25. num. 111. & firmat *Ansald. de Iurisd. par. 2. tit. 11. cap. 14 numer. 42. Mart. eodem tractat. par. 4. cent. 2. cas. 113. numer. 18. 19. 20. Donat. Anton. de Maria. resol. lib. 1. cap. 117. numer. 9. vers. tertius casus Barbos. Vot. decis. 76. num. 82.*

Et tandem resultat ex Laicalitate d. operæ, quod beneficia, ab eadem opera fundata, & in quibus habet Iuspat. dicantur laica, & non Ecclesiastica, quoad
ius præsentandi, *Couarr. pract. cap. 36. num. 8. Fusc. de* 221
Visitat. lib. 2. cap. 14. nu. 12. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 604. Rot. dec. 144. nu. 1. & seqq. par. 5. rec. & in Auenionen Canonicatus 11. Decembris 1662. cor. Eminentiss. D. Card. Cerro.

Et propterea, in vacationibus dictorum beneficiorum, de Iurepat. D. Operarij locum non habent Bullæ Pontificiæ, loquentes, de Mensibus reseruatis, nec aliæ dispositiones editæ circa Iuspatron. Ecclesiasti-
cum *Couarr. pract. d. cap. 36. nu. 8 Garz. de Benef. d. par. 5.* 222
cap. 1. nu. 100. circa finem, Rot. dec. 574. nu. 7. par. 1. diuers. & decis. 250. par. 12. rec. & in terminis Iurispat. Operæ, vel Fabricæ firmauit eadem *Rot in d. Auenionen. Canonicatus 11. Decembris 1662. cor. Eminentiss. D. Card. Cerro.*

His, ita, generaliter præcognitis, de singulis prætensionibus d. Capituli Cathedralis, contra d. Operam S. Vultus exortis, aliqua adduxi, quæ hic adnectere volui, vtpotè concernentia materiam, quam præ manibus habemus: An, & quando laicus possit se ingerere in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, & præcipuè contigit dubitari.

Primò; An d. Opera teneatur contribuere, quolibet anno scuta 25. pro parte Eleemosynæ dandæ Concionatori Quadragesimæ in Cathedrali.

Secundò; An ad Capitulum, vel operarium spectent oblationes quæ fiunt Imagini S. Vultus.

Tertiò; An sit inconueniens, vt D. Operarius custodiat, administret, & habeat gubernium suppellectilium, & ornamentorum S. Vultus, & Ecclesiæ S. Martini de proprijs pecunijs ipsius operæ à Domino operario factorum.

Et

Et quoad primum articulum, videtur decidendus
faoore Capituli; nam idem Capitulum allegat pro ſe
poſſeſſionem continuatam plurium annorũ, in quibus
d. operarius ſoluit hanc ſummam ſcut. 25. Ex qua ſo-
lutione per multos annos, continuata, inducitur
223 obligatio in futurum, vt eſt tex. in l. cum de in rem ver-
ſo ff. de vſur. latè Poſt. de Manut. Obſeru. 53. nu. 20. Ca-
cher. dec. Pedem. 99. nu. 19. cum alijs adductis per Rot.
in Anconitana Florum 14. Iunij 1630. impreſſa penes
Donat. Anton. de Marin reſol. cap. 88. lib. 1.

Eo magis, quia agitur de annua præſtatione, pro
pia cauſa, quæ inducit obligationem, in futurum
224 Tiraquell. de Priuil. Piæ cauſæ priuil. 60. Add. ad Gre-
gor. dec. 162. num. 16. Poſt. de Manut. Obſeru. 53. num. 27.
Santh. in decal. lib. 7. cap. 26 nu. 54. eadem Rot. poſt Do-
nat. Anton. de Marin. nu. 24. 25.

Et eo fortius prædicta locum ſibi vendicant, in caſu
præſenti, ex quo in Viſitatione d. operæ facta de anno
1575. ab Apoſtolico Viſitatore fuit expreſsè ordina-
tum, vt ſoluerentur dd. ſcuta 25. quolibet anno, con
225 cionatori qoadrageſimæ, quod decretum eſt ſeruan-
dum, com habeat vim legis vt per Rot: dec. 102. par.
12. rec.

At his non obſtantibus, contrarium verius mihi vi-
ſum fuit, quod eadem opera non poſſit cogi ad ſoluē-
dum dicta 25. annua Concionatori, Siquidem, cum
Capitulum Cathedralis ſe fundet in diutina præſta-
tione, talis continuata præſtatio, non eſt ſufficiens ad
226 inducendam obligationem, in futurum, vt eſt textus
in l. creditor ff. de vſur. Cacheran. dec. Pedem. 90. nu. 15.
plenè Roderic. de Ann. reddit. lib. 1. quæſt. 15. nu. 2.

Et ratio eſt, quia, tempus non eſt aptum ad tollen-
227 dam, vel inducendam obligationem l. obligationum
§. penult. ff. de action. & oblig. Donat. Anton. de Ma-
rin. d. cap. 88. num. 3. lib. 1. Rot. poſt eundem nu. 19. cum ſi-
milibus.

Si, verò, prætendat Capitulum Cathedralis, ſe
fundare, non tantum in diutina præſtatione, ſed etiam
in obligatione à iure approbata; quo caſu, diutina
præſtatio ſufficit ad obligandum in futurum, vt ſu-
228 pracitati tenent, debet ab eo probari titulus validus,
efficax, & à iure approbatus, alias nihil operatur, Ca-
cheran. d. dec. 99. num. 15. in medio, Donat. Anton. de
Marin. d. lib. 10. cap. 88. num. 4. Sed ſic eſt, quod obli-
gatio dandi eleemoſynam Conciooatori in Cathe-
drali ſpectat de iure ad Epiſcopum, & non ad ope
229 ram, vel Fabricam Eccleſiæ Fagnan. cap. inter cetera de
Iur. ordin. num. 14. & 19. Pax. Iordan. Lucub. lib. 6. tit.
1. de Prædic. verb. Dei num. 71. Quod eſt, adeò ve-
rum, vt non ſufficiat conſuetudo dandi eleemoſynam
ab alio, quam ab Epiſcopo ad eximendum eundem
230 Epiſcopum à tali onere Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 5. de Re-
form. cap. 2. num. 9. Fagnan. d. cap. inter cetera de Offic.
Ordinan. nu. 20. Pax Iordan d. lib. 6. tit. 1. num. 72. niſi ta-
lis conſuetudo ſit immemorabilis Barboſ. vbi ſupra d.
cap. 11. num. 11. Fagnan. d. loco num. 21. Pax Iordan. cit.
231 tit. 1. num. 72. Si igitur eadem opera non habet extrà
ſe Iuris aſſiſtentiam, diutina præſtatio nihil opera-
tur.

Tantò magis, quia actus, ex quibus inducitur talis
Diutina Præſtatio fuerunt merè facultatiui, vndè non
232 iuuant ad præſcribendam obligationem Cacheran.
dec. 90. num. 16. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 15. num. 63. &
68. Donat. Anton. de Marin. lib. 1. cap. 78. num. 9. 10. fue-
runt, inqoam, facultatiui, nam prima ſolutio facta
de anno 1569. fuit facta concionatori ad titulum
Eleemoſynæ, ad ſummam ſcutorum 15. ob eminen-
tiam Concionatoris d. anni; Et ſimiliter id fuit obſer-
uatum, in annis ſequentibus, ſemper ac in Eccleſia S.
Martini fuerunt adhibiti concionatores Eminentioris
doctrinæ, & non ſingulis annis; Vndè, cum talis elee-
moſyna fuerit ſoluta, ex mera liberalitate operario-
rum, ex hoc non poteſt inferri obligatio in futurum,
Gratian diſcept. for. cap. 113. nu. 61. Peregr. de Fideic. art. 233
46. nu. 20. Poſt. de Manut. obſeru. 53. nu. 2.

Adijcitur, quod pluries, ac pluries DD. operarij in
dando eleemoſynam prædictam pro concionatori-
bus fueruot proteſtati, ex illa vice taotum hanc elee-
moſynam ei dare, propterea excloditur omnis ſucceſ- 234
ſiua obligatio vt per Barboſ. de Dict. dict. 402. nu. 5.

Et facit, etiam, alia proteſtatio ploribus vicibus fa-
cta, quod intendebant hanc eleemoſinam tradere, ex
mero arbitrio, & non ex obligatione, quæ ſatis eſt ad
excludendam obligationem, in futurum, non obſtante
diutina præſtatione, Alex. conſ. 190. in fine lib. 2 Pereg. 235
de Fideic. art. 46. nu. 20 in medio.

Et tandem plurimum confert, ad excludendam
obligationem, quod d. Eleemoſyna non fuit quotao-
nis præſtita, in eadem quantitate, ſed aliquando in
ſumma ſcutorum 15. aliquando 12. nonnunquam 20.
aliquando, etiam, in quantitate ad ſcuta 35. aſcen-
dente; Vndè nulla obligatio, ex hac difformi præſta-
tione, reſultat Rot. coram Ludouiſ. dec. 162. nu. 8. dec. 9. 236
nu. 9. poſt Poſt de Manut. dec. 74. nu. 21. par. 5. rec.

Nec in contrarium adducta refragantur, quia tunc
ex diutina præſtatione inducitur obligatio, quando,
cum ea concurrit titulus validos, & legalis, qui ceſſat,
in caſu noſtro, vt vidimus ſupra num. 229. Cacheran. 237
d. deciſ. 90. num. 15 Donat. Anton. de Marin. cap. 68.
numer. 7. in fine lib. 1. vel quando probatur annua
præſtatio per annos 40. continuata in eadem quanti-
tate, abſque vlla proteſtatione Bartol. in l. ſolet §. 1. in 238
fine ff. de Offic Proc. & leg. Bald. l. malè agitur num.
7. C. de Præſcript. 30. vel 40. annor. Rot. in d. Anco-
nitana Florum poſt d. cap. 78. de Marin. nu. 23.

Nec dicatur, quod, in cauſa pia, annua præſtatio
vim habeat obligandi; quia concluſio procedit, in
dubio, non verò, quando apertè conſtat dantem, 239
non habuiſſe animum ſe obligandi, Roderic. de Ann.
reddit. lib. 1. quæſt. 15. num. 5. in fine. Vltra quam, quod
cum ſit etiam pia eadem opera, quæ prætenditur obli-
gata, cauſa pia contra aliam cauſam piam non poteſt 240
vti hoc priuilegio tanquam contra æquè priuilegia-
tum, Barboſ. axiom. 190. Capyc. Latro dec. 195. num. 1.
cum ſimilibus.

Et proptetea pluties fuit, per Sacram Congrega-
tionem, Concilij Tridentini, declaratum, per diu-
tinam præſtationem, non cenſeri, quem obligatum
in futurum, ad ſoluendum eleemoſinam concionato-
ri quadrageſimæ in Cathedrali, eo quia ex diſpoſitio-
ne Sacrorum Canonum, & ipſius Tridentini Concilij,
hoc onus ſpectat ad Epiſcopum, & non alios vt obſer-
uat Fagnan. in cap inter cetera de Offic. ordin. num. 20.
& ſeqq.

Circa ſecundum articolum, puto, quod, de iure,
oblationes, quæ fiunt S. Vultui ſpectent ad operam
prædictam, non verò ad Capitulum; quia, qoamquam
verum ſit, quod regulariter oblationes ſpecteot ad
Parochum ipſius Parochiæ, vbi Imagines, vel Eccleſiæ
ſitæ ſunt cau. quia Sacerdotes, 13. can. Sanctorum, 10. 241
quæſt. 1. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. cap. 24. nu.
5 par. 3. quod procedit, non ſolum, reſpectu Imaginum
vel Altarium exiſtentium in Eccleſia Parochiali, ſed
etiam in alijs locis intra limites ipſius Parochiæ cap. 242
Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit. cap.
dilectus de Offic. ordin. Gutier. Canon. quæſt. lib. 2 cap. 21.
num. 162. Barboſ. vbi ſupra num. 22. Tondut. quæſt. be-
nef. cap. 53. numer. 8. lib. 1. Faguan. d. cap. Paſtoralis
num. 18. Merlin. deciſ. 257. num. 2. Io: Bapt. de Luca
de Præmin. diſc. 11. num. 16. & dixit Rot. dec. 256. par.
1. rec.

Tamen, contrariũ ſeruatur, vbi conſtat de offeren-
tis

tis voluntate, quòd oblationes non spectent ad Parochum, sed, quòd erogentur in ornatum Imaginis
243 cui fuerunt Oblatæ *add. ad Cappellam Tholos. decis. 483. Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. parte 7. cap. 24. nu. 30 Merlin. d. dec. 257. nu. 7. eadem Rot. in Braccharen. Oblationum 17. Decembris 1612. coram SS. Innocent. X.*

Si, verò, de voluntate explicita offerentis non constat, & est dubium, an voluerit eas dare Parocho, vel ad ornatum Imaginis, tunc, secundum opinionem Canonistarum, est animaduertendum. An Imago, cui fit oblatio, sit famosa, & Miraculis coruscans, & hoc casu, præsumitur, quod Oblationes datæ sint, non ad effectum, vt spectent ad parochum, sed, ad beneficium, & ornatum ipsius Ima-
244 ginis vel Altaris, vt probat *Fagnan. in cap. Pastoralis num. 29.* latissimè *Pax Iordan. Lucubr. lib. 10. tit. 13. de Trouis. Benef.*

Cum igitur, in casu præsenti, agatur de Oblationibus factis S. Vultui Lucano à Nongentis annis, & vltrà, in Italia famosissimi, & miraculis coruscantissimi, absque dubio tales oblationes non debentur Parocho vel Capitulo Cathedralis eundem Parochum repræsentanti, sed ad ornatum ipsius S. Vultus,
245 Altaris, & Capellæ, sic enim, statuit in terminis terminantibus, & punctualibus *gloss.* singularis *in l. statua ff. de Vsuf.* vbi, quod donata *S. Vultui Lucano,*
246 *sunt ipsius Vultus*, quam *gloss.* in proposito, memorant *Malnez. de Oblat. par. 3. Pax Iordan. d. lib. 10. tit. 13. de Prouis. benef. Fagnan. d. cap. Pastoralis nu. 30. Merlin. dec. 257. nu. 9. 10.*

Nec Capitulum prædictum potest prætendere tales oblationes, non ad effectum conuertendi in vsum proprium, sed ad effectum erogandi pro ornamento S. Vultus. Siquidem, licet regulariter ad Parochum spectet Oblationum administratio,
247 pro eis implicandis ad vsum destinatum, *Tondut. quæst. Benef. cap. 53. numer. 11. lib. 1. Fagnan. d. cap. Pastoralis num. 30. Merlin. decis. 257. nu. 9. 10.* Talis, tamen, regula limitatur, quandò, ex priuilegio, vel ex antiqua consuetudine, alteri, quam Parocho spectat hoc ius administrandi tales oblationes,
248 nam, eo casu, consuetudo attenditur, *Decian. cons. 16. num. 1. lib. 2. Ferrett. cons. 142. num. 3. 4. Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. par. 3. cap. 24. num. 31. Gratian. discept. for. cap. 395. num. 25. Merlin. d. dec. 257. num. 13. Bonaccin. de Præcept. Eccles. punct. vlt. propos. 2. num. 6.*

Nec valet obiectum, quòd laici non sint Capaces administrandi tales oblationes, quia contrarium ma-
249 gis communiter tenent, *Ferrett. d. cons. 142. num. 5. 6. Pasqualig. quæst. Moral. quæst. 102. nu. 5. Fagnan. d. cap. Pastoralis nu. 19. & seqq. Andreol. controu. cap. 381. nu. 17. Frances de Eccles. Cathedral. cap. 25. nu. 341. Merlin. d. dec. 257. nu. 15.*

Et præcipuè, talis consuetudo viget in Tuscia, &
250 Venetijs, vt benè *Ferrett. d. cons. 141. nu. 5. Ansald. de Iurisd. par. 2. tit. 11. cap. 13. nu. 46.*

Quòd, verò, ex consuetudine, & fundatione spectet ad D. Operarium administrario rerum, eleemosynarum, & Oblationum S. Vultus, paret, ex Capitulis ipsius Operæ compilatis, de anno 1281. vbi expressè prohibetur D. Operario, vendere, alienare, aut permurare absque licentia cooperatiorum bona, effectus,
251 Thesaurum, argentum, & ornamenta S. Vultus, ex quo deducitur talium rerum administrationem esse penes d. Operarium.

Et præcipuè id procedit in oblationibus, factis, in testamentis, & vltimis voluntaribus, nam debentur vi-
252 gore, *Cap. primi lib. 2. statutorum vniuersalium* Ciuitatis Lucanæ eidem Operæ, & D. Operario. Et ità seruatur in omnibus legatis, vel alijs in vltima dispositione S. Vultui relictis, quæ à d. operario exiguntur, & administrantur.

Imò, non tantùm, ex Capitulis ipsius operæ, sed etiam ex conuentione inita inter D. Lucanum Episco- 253
pum, & Capitulum Cathedralis ex vna, & d. operarium ex alia, manu D. Bartholomæi de Rozzano *de anno* 1274. debentur Operario oblationes S. Vultus, & per consequens cessat omnis disputatio, in hac materia; Pacta enim, sunt seruanda *l. 1. C. de Pact.* cum similibus.

Quo, verò, ad vltimum articulum; an possit d. operarius habere gubernium, & administrationem absolutam supellectilium, & ornamentorum, ab eo, de pecunijs eiusdem Operæ, pro seruitio Ecclesiæ S. Martini, & Cappellæ S. Vultus factorum, resoluendum videtur, negatiuè; quia cum, vt vidimus, eadem Opera sit Sacra, & à laicis administrata, non potest D. operarius prætendere administrationem, & gubernium, supellectilium, ornamentorum, & vasorum Sacro- 254
rum, cum sint res Ecclesiasticæ, & spirituales, super quibus laici nullum ius prætendere possunt *c. causam quæ c. sacrosanctam de Elect. Rip. respons. 69. de Oblat. Eccles. n. 4. 5. De Luca de Praemin. disc. 40. nu. 8. Bellett. disquis. Cler. par. 1. §. 17. nu 6.*

Præcipuè, quia ad Officium Sacristiæ spectat custodia Sacrorum Vasorum, & supellectilium Sacerdotalium, & Ecclesiasticorum *cap. vt sciat de Offic. Sacrist. Fusc. de Trinit. lib. 13. cap. 1. nu. 1. Barbos. de Iur. Eccles. cap. 28. nu. 10. & de Canon cap. 8. nu. 8. & seqq. & in cap. vt sciat de Offic. Sacrist. Frances de Iur. Eccles. Cathedral. cap. 20. nu. 17. 18.* 255

Nec D. operarius potest prætendere saltem quandam superioritatem, super Sacristam, tanquam custodem talium supellectilium, quia talis præeminen- 256
tia spectat ad Archydiaconum, & non ad alios, iuxtà dispositionem Sacrorum Canonum, *Ferr. de Præced. cap. 48. in princ. Barbos. d. cap. vt sciat nu. 1. Frances d. cap. 20. nu. 17.*

At, re, meliùs, considerata, contrarium arbitror, quòd, scilicet, D. operarius possit talem administrationem habere, vt eam habuit à tempore fundationis d. Operæ vsque ad præsens.

Non solùm, quia in Capitulis fundationis adest conditio, vt talia ornamenta, supellectilia, Thesaurus S. Vultus stare debeant sub administratione, & custodia eiusdem D. Operarij, & propterea est seruanda, vt 257
probauimus supra, & firmat *De Luc. de for. compet. qu. 41. nu. 7.*

Sed etiam, quia adest immemorabilis consuetudo, quòd talia supellectilia, vestes, & ornamenta &c. custodiantur à D. operario, vel alijs personis, de ordine d. Operarij, & ideò est seruanda, cum habeat vim legis expressæ *Ferrett. cons. 141. nu. 2. lib. 1. Altograd. cons. 3. nu. 5. & seqq. lib. 2. Sperell. dec. 37. nu 9. & seqq.* Et ta- 258
lis consuetudo, eo magis, probata dici potest, quia desumitur, non tantum ex ordinamentis ipsius Operæ, sed etiam ex decretis Senatus Excell. quibus plena fides adhibenda est, in hac materia, vt per *Roman. cons.* 259
165. & alios allegaros per *Andreol. contr. 381. num. 2.* & signanter ex decreto anni 1486. vbi Operario S. Vultus iniungitur, vt singulis annis, per quadriennium, erogare debeat scuta 100. in supellectilibus, & ornamentis Ecclesiæ S. Martini, & Capellæ S. Vultus, quæ, tamen, remanere debeant, sub custodia eiusdem D. Operarij, ex alio decreto anni 1599. vbi præcipitur, & mādatur, quod supellectilia Sacristiæ ad Operam spectantia consignari deberent Sacristiæ d. Ecclesiæ, cum onere, tamen, & obligatione eadem restituendi eidem D. operario, ad eius beneplacitum, & ex alio decreto anni 1626. ex quo sancitum fuit, vt

omnia

omnia vtensilia, & vestimenta, ad vsum d. Ecclesiæ,
ab Operario ex pecunia d. Operæ, facta, ac alia orna-
menta S. Vultus signarentur, cum nomine d. Operæ
vel Imagine S. Vultus, ex quo signo, argui possit,
dominium eiusdem Operæ, super rebus signatis, *An-*
260 *drcol.d.contron.381.nu.13.Mager,de Aduoc armat,cap.*
118.num.113.

Nec valet obiectum, quòd laici sint incapaces cu-
stodiendi, & administrandi bona Ecclesiarum; quia
talis conclusio limitatur, per legitimam consuetudi-
261 nem in contrarium, *Ferret.d.cons.141.nu.5. De Luc. de*
Praemin.disc.12. nu.4.

Imò non tantum administratio, sed etiam Domi-
nium rerum Ecclesiasticarum spectare potest ad lai-
262 cum, non ad effectum illas conuertendi in vsum pro-
prium, sed pro seruitio, & vsu Ecclesiæ, vt benè idem
Ferret. d. cons.141.nu.5. Franccs de Eccles. Cathedral.
d.cap.25.nu.337.

Ex quibus arbitratus sum bonorum ius fouere ope-
ram S. Vultus, in controuersijs, vt suprà, à Capitulo
Cathedralis contra ipsum excitatis.

Post hæc scripta, prodijt quædam scriptura
D. Thomæ Balbani Canonici Cathedralis Lucanæ
iuris Ciuilis, & Canonici peritissimi, contra ea, quæ à
me suprà firmata fuerunt, & præcipuè, in hoc vltimo
articulo, de administratione suppellectilium, & orna-
mentorum Ecclesiæ S. Martini, & S. Vultus, quæ scri-
ptura, cum sit eruditione, & doctrina singularis,
fuit à me hic adnotata eo modo, prout mihi fuit ex-
hibita, vna cum responsione à me contra eandem
accommodata. Ex his, enim, ni fallor, multa deducun-
tur, non solum, ad fauorem eiusdem Operæ S. Vultus,
sed etiam ad ornatum talis materiæ Operæ, & Fabri-
cæ Ecclesiarum, ab alijs, parum frequenter tractatæ,
neque discussæ.

Scriptura igitur D. Thomæ Balbani est vt infrà,

Domine deduc me in Iustitia tua.

Intentioni D. moderni Operarij, circa plura, quæ
ipse prætendit in Ecclesia, obstat dispositio sacrorum
Canonum; Ex quibus, satis euidenter, deducitur, ac
firmatur talibus laicis, (etiam si patroni sint) nullam
esse attributam potestatem, ordinationem, guberna-
tionem, & dominium rerum Ecclesiasticarum *c. no-*
263 *uerint 10. quæst. 1.* ibi *Nouerint conditores Basilicarum*
in rebus, quas eisdem Ecclesijs conferunt nullam se pote-
statem habere Can, hanc consuetudinem eadem quæst. 1.
ibi, *hanc consuetudinem, quæ contrà S. Ecclesiam augeri*
videtur omninò interdicimus, vt nullo vnquam modo,
vllo tempore, oblationes, quæ infrà S. Ecclesiam offerun-
tur sub dominio laicorum detineantur, & infrà, præmissis
auctoritatibus Ecclesiæ, cum omnibus rebus suis ad
Episcopi ordinationem pertinere monstrantur, *& tam*
Ecclesiæ, quam oblationes, vel facultates eorum à laico-
rum dispositione probantur esse immunes, & in c. nul-
lus, 16. quæst.7. Nullus laicorum Ecclesias, vel Ecclesia-
rum bona occupet, vel disponat, & in c. non placuit ea-
dem quæst. Non placuit laicum statuendi in Ecclesia ha-
bere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessi-
tas non auctoritas imperandi, & alias passim.

Quod, autē, ea, quæ Ecclesiæ dicantur, offeruntur, vel
relinquūntur, vt eidē Ecclesiæ, aliquo pacto, deseruiant
sint Ecclesiastica, ac sub iure, & potestate Ecclesiarū, &
Sacerdotij constitura, incontrouertibile redditur per
264 *can. nulli liceat 12. quæst.2.* cum concordantibus; Et
quod Fabrica Ecclesiæ habeatur pro negocio, & ope-
re Ecclesiastico benè probatur per *cap. 1. & cap. is,*
265 cum ibi notatis per Doctores de *Eccles. Ædif. & in c.*
vaico 19. quæst. 3. bonus tex. in cap. si Monachus 16.
quæst.1. Mascord. de Probat. concl.958. num.14. post me-
dium; Et quod bona deputata, pro Fabrica sint Eccle-
siastica, *Rot. cor. Ludouis. dec.113 nu.4.*

Hinc est, quòd, de iure antiquo, Sacrorum Cano-
num, cum tenerentur Episcopi deputare æconomos,
& administratores rerum Ecclesiasticarum, adstricti
erant deputare æconomum, de Clero, nec, vllo pacto,
poterant laicos deputare *c. quoniam 16. quæst.7. & c.* 266
in nona actione eadem quæst. ibi; *In nona actione didici-*
mus quosdam ex vestro Collegio contrà Ecclesiasticos
mores laicos habere in rebus diuinis constitutos æcono-
mos; & infrà. *Si quis autem Episcopus post hæc Ecclesia-*
sticam rem, aut per laicalem procurationem administran-
dam elegerit, aut testimonio æconomi gubernandum non
crediderit, verè, vt contemptor Canonum, & fraudator
rerum Ecclesiasticorum non solum à Christo rebus pau-
perum iudicabitur reus, sed etiam Concilio manebit ob-
noxius c. indicatum est nobis 89. dist. & can. de reddi-
tibus 12. quæst.2. satis expressè colligitur res in fabri-
cam Ecclesiæ destinatas à Presbytero esse admini-
strandas dum, ibi, disponitur, de redditibus Ecclesiæ,
vel oblatione fidelium distribuendis, vt vna portio
Episcopis remittatur, *duæ Ecclesiasticis fabricis, &* 267
erogationi pauperum profuturæ à Presbytero sub pericu-
lo sui ordinis ministrentur, vltima Clericis diuidatur,
Barbos. de Iur. Eccles. vniu. lib.1. cap.46. nu.5.

Cum verò, tractu temporis, pro reparandis Eccle-
sijs collabentibus, ac nouis ædificandis opus esset in-
dustria, & opera aliquorum, qui huiusmodi negocio
præessent, ne Clerici, à rebus Diuinis, & Ecclesiæ ser-
uitio nimis abstraherentur, introductum est, vt laicæ
personæ eisdem laicis præficerentur, ea etiam, fortas-
sè, de causa; quia magis, quam Ecclesiastici, in ea re
periti essent; cessante, verò, etiam necessitate erogan-
di in Fabricas, omnes illas facultates, ac redditus in 268
fabrica destinatos, consuetudo pariter inoleuit, vt ex-
penderentur in Ecclesijs, pro Sacris vasis, ac suppelle-
ctilibus, pro cera, ac alijs omnibus vsibus, pro earun-
dem Ecclesiarum manutentione, ac pro Diuinorum
celebratione, necessarijs, *Couarr. in cap. vlt. de Testam.*
nu.4. vers. fabrica Zeroll. in prax. verbo Fabrica Ecclesiæ
nu.1. & apud eosdem Fabricerios deindè, mutato vo-
cabulo, Operarios, vocatos, administratio reddituum,
in illam causam deputatorum, quoad nudum, & pu-
rum factum remaneret, absque, tamen, vllo iure, Do-
minio, auctoritate, superioritate, potestate, vel gu-
bernio, cuius incapaces prorsus erant laici, secundū
sanctiones, & traditiones Canonicas, de quibus suprà,
& per ea, quæ habentur, in *cap. decernimus 2. de Iudic.* 269
ibi *Decernimus, vt laici, Ecclesiastica tractare negocia*
non præsumant, vbi latè scribentes, *Butr. ibi nu.2.* pon-
derat verbum latè *tractare, & nu.10. & gloss.* ibi, *quod*
præsumere dicitur, qui propria auctoritate facit id, quod
non potest facere de per se, & nu.6. antè finem vers. si
quæratur, vbi, quòd potest habere administrationem
rusticorum, & bonorum ruralium Ecclesiæ, vti Castal-
dus, non tamen, constitui, proprio nomine, tanquam 270
principalis collector, & administrator, sed ei posset
nudum ministerium concedi *Boich. nu.8.* vbi, quòd lai-
ci non possunt tractare, seu disponere iura, vel nego-
cia Ecclesiastica, nomine suo, & tanquam ius in eis
habentes, quod idem tradit *Io. Andr. ibidem num. 2.* 271
Imol. nu.4. vers. & concludit, & num.5. benè *Mascard.*
de Probat. concl.958. alios 957. nu.14. vbi, quod quic-
quid agunt Operarij, ratione dicti Officij, agunt, tan-
quam Ecclesię ministri, & licet sint laici, repręsentant,
tamen, personas eorum, qui de iure habent curam
bonorum Fabricæ, quæ pertinet ad Episcopum, Capi-
tulum, & Rectorem Ecclesiæ, latè, *Panormit. d. cap. de-* 272
cernimus num.1. vbi, quod laici, nec principaliter, nec
ministerialiter possunt tractare negocia Ecclesiasti-
ca, *& num.9.* quod non possunt ea tractare, suo no-
mine, quasi ius habentes, sed nomine Ecclesiæ
ibique ex *Archid. 15. quæst. 7. cap. laicis*, adducit
dispo-

dispositionem rerum Ecclesiasticarum triplicem esse,
Auctorizabilis, quæ ad solum Episcopum spectat,
ministerialis ad Æconomum, & sollicitudinis, &
hæc potest competere laicis, & ex *Innocent.* quod
273 laicis non potest committi administratio generalis,
ne vllam habeat iurisdictionem in Ecclesia, vel super
Ecclesiasticos, sed quædã administratio quarundam
rerum committi potest, ita, tamen, vt superiori ad-
ministratori respondeat, ac demum *num.3.* in ea quæ-
stione; An laicus posset esse operarius Ecclesiæ, tem-
perando opinionem negatiuam, firmat posse laico
committi negocia merè temporalia, cum ex hoc nul-
lam præeminentiam habeat in Ecclesia, vel suprà cle-
ricos, sed vt nudus minister, & infra *num.31.* quòd
potest habere officium, & curam Fabricæ, quatenus
habeat purum, & nudum Officium conuertendi ali-
274 quos redditus in fabricam Ecclesiæ, reddendo ratio-
nem administrationis, alij personæ Ecclesiasticæ, ex
quo laici, in hoc sunt magis experti, quam Clerici, &
ne Clerici à Diuinis abstrahantur, & iuxtà hæc con-
seruari, quasi consuetudo totius orbis, vbi laici ad
hæc Officia deputantur, *Panormit.* opinionem, & di-
cta refert, & sequitur etiam *Rip. in d. cap. decernimus
num.52. circa finem vers. aut quæritur &c.* vbi, quod
laici non possunt esse generales administratores, *sed
tanquam nudus minister, puta, tanquam Castaldus*, ità,
quod habeat disponere de bonis temporalibus, secun-
275 dum voluntatem Prælati, *& num. 53. vers. quod te-
nendum*, admittit laicum posse esse Operarium, seu
Fabricerium tribus concurrentibus, primò quod nul-
lam habeat præeminentiam suprà Clericos, nec Of-
cium in Ecclesia; secundò quod non habeat di-
stribuere redditus Ecclesiæ nisi in fabricam; ter-
tiò, quòd redditurus sit rationem Prælato ipsius
Ecclesiæ idem *Rip. resp. 69. seu primò de Oblat.
Ecclesi.num.1.* vbi, quòd laici non possunt esse Fabrice-
rij, tanquam habentes Officium, seu Præeminentiam,
& suo nomine, suoque iudicio, gerentes negocia Fa-
bricæ, sed possunt habere, dumtaxat, nudum ministe-
rium Fabricæ, illud exercentes, nomine Prælati, & se-
cundum voluntatem eiusdem, ac reddentes de gestis
rationem ipsi Prælato, *& num.1. & seqq. Marc. An-
276 ton. var. resol. lib.1. resp.112. cap.45. vers. quod com-
probatur, Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. mi-
hi 21. de Potest. Magist. laic. in princ.* vbi, contra Ma-
gistros Ecclesiarum, qui, tanquam earum Domini at-
tentant facere, quæ eis minimè competunt *& num.1.
2. 10. 24.* vbi de mercede danda Prædicatori, latè
*Franc. Ceccoper. Lucubrat. Canon. lib. 3. num. 152. &
seqq.* vbi opportunè infert, sacra paramenta consiste-
re debere sub custodia, & administratione Ecclesia-
277 sticorum, non, autem, remanere sub Dominio lai-
corum, qui, ex gratia eliguntur, eisque redditum
Fabricæ cura committitur, non cum superioritate,
ac dominio, sed tanquam nudis ministris, & cum
obligatione reddendi rationem superioribus Eccle-
siasticis *Lotter. de Re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 53.
& seqq.* nec fit, in arbitrio operariorum fructus Ope-
ræ pro seruitio Ecclesiæ expendere, sed iuxtà dispo-
sitionem, & arbitrium Episcopi, & Concilium
278 *Tridentin. sess. 24. cap. 3. de Reform.* in fine ibi *Fabri-
carum redditus in vsus Ecclesiæ necessarios, & vtiles,
provt sibi expedire magis visum fuerit expendi curent*,
& ibi *Barbos. num. 45. in fine, Monet. de Commut. Vlt.
vol. cap. 3. num. 81. Daniel de Nobil. in addit. ad disp.
49. num. 54. Ceccoper. vbi supra numer. 153. & seqq.*
vbi, quod non possunt Operarij indumenta sacra
in propria domo retinere, sed custodienda sunt in
Sacristia, per personas Ecclesiasticas, provt, etiam,
vasa, & omnia alia, quæ ad suppellectilem Eccle-
279 siasticam pertinent, vt habetur expresse *in cap. vni-
co de Offic. sacris: & tot. tit. de Offic. Custod. cap. ea quæ
contrà de Offic. Archid. & ibi Barbos.* itemque in *tract.
de Iure Eccles. lib.1. cap. 27. Fuscus de Visit. lib. 1. cap.
22. num.2.*

Quæ fomentum, etiam, recipiunt à dispositione
iuris Diuini apud *Ezechiel. cap. 44.* ibi, *cum egredien-
tur atrium exterius ad populum exuent se vestimentis
suis, in quibus ministrauerant, & reponent ea in Ga-
zofilacio Sanctuarij*. Vndè Origenes, vestimenta, ait,
quæ sancta nuncupantur, non iubentur intrà domum
vsui deseruire, *sed in templo esse, & indè omninò nun-* 280
quam efferri, sed ad hoc tantùm consecrata esse vt
eis Pontifex induatur, & sint semper in templo, &
*P. Casset. in specul. Eccles. parte 2. distinct. 3. cap. 7. §.
1. vers. secundum, Concil. Prouinc. Mediol. 4. par. 1.
de Sacrist. §. vestes autem fol. mihi 128. & actorum
par. 4. cap. 28. de Sacrist. pag. 588.* vbi quod Sacristia,
ab antiquis aliquando Camera, aliquandò secreta- 281
rium dicebatur, locus, scilicèt vbi sacra suppellex re-
condebatur, & in Sacro *Concilio Trid. sess.24. cap.3. de
Reform.* etiam patronis laicis, (quibus tamen Iuspat.
in Ecclesia competere certum est) expresse prohibe- 282
tur, ne visitationi ornamentorum Ecclesiæ se immi-
sceant, nisi quatenus ex institutione, & fundatione eis
competat, multò minus competere posse videtur
DD. operarijs laicis, quibus ius in Ecclesia, de iure
non datur, quod, si vestimenta, & vasa sacrata esse de-
bent, nec, ab alijs contingi, nisi à sacratis hominibus,
vt, inquit *tex. in c. in sancta, & in c. vestimenta Eccle-* 283
siæ de Consecrat. dist.1. certè non possunt, vel debent
conseruari sub custodia vel ministerio Operarij laici,
cui ex prædictis competere non potest aliquod ius
proprium, aut dispositiuum, seu Dominicum, vel au-
ctoritas in Ecclesia, & Sacristia, & circa sacram sup-
pellectilem, ità iure merito eidem non est denegan-
dum, sicuti non denegatur ius prouidentiale, vt vo-
cant, seu sollicitudinis, quod ei verè quoad hæc com- 284
petit ex *Genuen. in prax. c.41. n.2.* & alijs præallegatis.

Responsio ad allegationem D. Thomæ Balbani pro
Operario S. Vultus est, vt infrà

Doce me Domine.

D. meus Thomas Balbanius Ecclesiæ Lucensis Ca-
nonicus Pænitentiarius multa adduxit in sua doctissi-
ma consultatione contra Operarium Sanctissimi Vul-
tus; maximè, ad ostendendum d. D. Operarium
ius nullum habere, nec prætendere posse super admi-
nistratione rerum eiusdem Operæ, & præcipuè super
mobilibus, & ornamentis Ecclesiæ, licet, ex pecunia
propria d. Operæ, factis.

Ad quod probandum nonnullos textus Canonicos
adduxit, & præsertim *can. nouerint 10. quæst.1.* vbi de-
ciditur laicos nullam habere posse potestatem, gu- 285
bernium, vel Dominium rerum Ecclesiasticarum, cu-
ius generis esse supponit bona pro Fabrica destinata
ex notatis *in cap.1. & cap. de his de Eccles. Ædif. & in* 286
*c. vnico 10. quæst. 3. c. si Monachus 16. quæst. 1. Mas-
card. de Probat. concl. 958. nu. 14. Rot. coram Ludouis.
dec. 113. nu. 4.*

Vlterius firmat auctoritate *tex. in c. quoniam 16.
quæst. 7. & in c. in nona actione eadem quæst.* quod laici
non possint deputari Æconomi, & administratores
rerum Ecclesiasticarum, & in terminis, quod res in fa-
bricam Ecclesiæ deputatæ debeant administrari à
Presbiteris, ostendit, auctoritate *c. indicatum est nobis
89. dist. & ex car. de redditibus 12. quæst. 2. Barbos. de
Iur. Eccles. lib.1. cap.46. num.5.*

Et quamquam, tractu temporis fuerit introdu-
ctum, quod aliquæ personę laicę, se ingererent in re-
paratione Ecclesiarum collabentium, ac erogatione
pecuniæ pro fabrica destinatæ in Sacris Vasis, & sup-
pellectilibus Ecclesiasticis, id fuit factum, ne Clerici

à rebus Diuinis abſtraherentur, & cum modificatio-
ne, quod dictæ perſonæ (nunc Operarij vocatæ) ha-
berent tantum incumbentiam nudi, & puri facti, non
verò aliquod Dominium, auctoritatem, ſuperiorita-
tem, poteſtatem, vel gubernium, quorum incapaces
omninò laicos eſſe, ait, per *tex. in cap. decernimus 2.*
288 *de Iudic.* vbi Canoniſtæ, & præcipuè *Butr. nu. 2. Boeh.*
num. 8. dicens, quod laici non poſſunt tractare nego-
cia Eccleſiaſtica, nomine ſuo, & tanquam ius in eis
289 habentes, *Io: Andr. nu. 2. Imol. num. 4. 5. Maſcard. de*
Probat. concl. 948. num. 14. Rip. d. cap. decernimus num.
52. circa finem & reſp. 69. ſeu primo de Oblat. Eccleſ. nu.
1. vbi, quod laici poſſunt habere nudum miniſterium
Fabricæ, illud exercentes nomine Prælati, ac ſecun-
dum voluntatem eiuſdem, & reddentes, de geſtis ra-
tionem ipſi Prælato.

Et, in ſpecie, quòd Operarij non poſſint, vllo mo-
do, ius habere adminiſtrandi ſacra indumenta, vaſa,
& omnia alia, quæ ad Eccleſiaſticam ſuppellectilem
290 pertinent, deſumit auctoritate *Ceceoper. Maſſenſis lu-*
cubrat. Canon. lib. 3. num. 152. & ſeqq. vbi, quod Ope-
rarij non poſſunt indumenta Sacra in propria domo
tenere, ſed ſunt cuſtodienda in Sacriſtia, per perſonas
Eccleſiaſticas iuxtà tradita etiam à *Barboſ. lib. 1. de*
Iur. Eccleſ. cap. 27. Imò, ſi ex decreto Sacri *Concilij Tri-*
dentini ſeſſ. 24. cap. 3. de Reform. circa finem, laici, etiam
ſi patroni ſint, non poſſunt ſe ingerere Viſitationi or-
namentorum Eccleſiæ niſi aliter ex inſtitutione, &
fundatione conſtat, multò minus, id competere pote-
rit Operarijs laicis, quibus ius in Eccleſia, de iure, non
datur.

Verum, his, & ſimilibus non obſtantibus, arbitror,
(ſub correctione tamen &c.) quod, in caſu noſtro
contrarium ſit tenendum, quod, ſcilicet D. Operarius
S. Vultus, licèt laicus eſſe poſſit adminiſtrator ſuppel-
lectilium, & ornamentorum ab eo ad vſum Cappel-
læ S. Vultus deſtinatorum, ac habeat quoddam ius, ſeu
præeminentiam ſuper mobilibus, & rebus ex propria
ipſius Operæ pecunia factis. Non quidem, vt de eis
291 dicatur habere dominium, vſum, & proprietatem; ſed
quod in vtilitatem ipſius Eccleſię S. Martini, & d. Cap-
pellæ conuertantur, ac poſſit cogere miniſtros inte-
riores ad ſibi reddendam rationem, quandocumque
ſibi videbitur expedire, de iiſdem rebus, per ipſum ex
pecunia d. Operæ factis, & dictis miniſtris conſigna-
tis.

Quod, vt melius eluceſcat, operæ pretium eſt ani-
maduertere principium, & originem ipſius Operæ. Si-
quidem, cum in omni materia prima radix, & funda-
292 mentum ſit inſpiciendum *l. Pomponius ff. de de Negoc.*
geſt. l. nam origo ff. quod vim aut clam, Gratian. diſcept.
for. cap. 252. num. 15. Barboſ. l. poſt dotem 41. num. 75. ff.
293 *ſolut. matrim.* Probatur, quòd hæc Opera, à ſuo pri-
mordio, fuerit laica, & non ſubiecta alicui perſonæ
Eccleſiaſticæ, nec, vt prætenditur, ſuppoſita fuerit re-
gulis, & diſpoſitionibus loquentibus de bonis Eccle-
ſiaſticis, vel Fabrica aliarum Eccleſiarum, reſultat bo-
na conſequentia, quòd, ad præſens ſit eiuſdem eſſen-
tiæ, & qualitatis, nec de ea ſit iudicandum, ſicuti de
alijs Fabricis Eccleſiarum. A primordio enim tituli
poſterior firmatur euentus, *Barboſ. d. l. poſt dotem ff. ſo-*
294 *lut. Matrim. num. 75.* & qualitas, quæ cæpit eſſe, ſem-
per durat *l. pater filium §. quindecim ff. de leg. 3. Rolan.*
conſ. 76. nu. 7. lib. 3. Oldrad. conſ. 200. in princ. vbi, quod
295 principium eſt de eſſe, & de iure principiati, ſicut pars
de eſſe totius, & fundamentum de iure ſuperædi-
ficati.

Et præcipuè in hac materia Operarum, vel Fabri-
cæ Eccleſiarum, in quibus ſola fundatio, & princi-
296 pium attenditur, per diſpoſitionem ſacri *Concilij Tri-*
dent. cap. 9. ſeſſ. 22. de Reform.

Hæc, inquam, Opera, vel Fabrica S. Vultus, non ha-
buit originem, vt cęteræ Operæ, vel Fabricæ Eccleſia-
tum, à diuiſione bonorum, ſiuè prouentuum Eccleſia-
ſticorum facta in *Concilio Romano 2. ſub Silueſtro I.*
quorum vna pars fuit aſſignata pro menſa, ſeu ſub-
ſtentatione Epiſcopi, alia pro eleemoſynis in pau-
peres vel peregrinos deſtinatis, tertia menſæ, Ca-
pitulari relicta, & vltima ad Fabricam Eccleſiæ,
de qua diuiſione, & partitione fit mentio in *Epiſtola* 297
Simplicij Papæ, quæ refertur *in can. de redditibus 12.*
quæſt. 2. & in Epiſtola Gelaſij ad Epiſcopos per Lu-
caniam quæ refertur *can. quater eadem quæſt. ac in*
can. cognouimus eadem pariter quæſt. 2. & refert *Ba-*
ron. Annal. anno 494. num. 24. Layman Theolog. mo-
ral. lib. 4. cap. 6 tract. 2. de Benef. cap. 2. nu. 3.

Sed duxit principium à quadam Confraternitate
laica à ciuibus, & populo Lucano erecta, in honorem
S. Vultus, quæ, ex Oblationibus Fidelium, eleemoſy-
nis peregrinorum, ac muneribus, & largitionibus mu-
nificentiſſimi Principis noſtri, plurimam quantitatem
bonorum cumulauit, quibus vtebatur pro conficien-
dis, ornamentis, lampadibus, ac alijs ſuppellectilibus
Sacris neceſſarijs, pro vſu, & ornamento Cappellæ
eiuſdem S. Vultus. Sic demonſtrant antiqua eiuſ-
dem Operæ documenta, & præcipuè inſtrumen-
tum manu Gulielmi notarij Imperialis rogati *tertio* 298
nonis Ianuarij anni 1181. Ex quo apparet, de illo tem-
pore, fuiſſe initam quandam conuentionem inter Ca-
pitulum, & Canonicos S. Martini ex vna, & Conſules
Fraternitatis S. Crucis ex altera, *quod in 4. ſolemnita-* 299
tibus, ſcilicèt S. Reguli, Exaltationis S. Crucis, De-
dicationis Eccleſiæ S. Martini, & die ſolemnitatis S.
Martini, item die Sabbati Sancti, & Litaniarum, po-
nant, tam Operarius d. Fraternitatis, quam operarius
Eccleſiæ S. Martini, menſam in Eccleſia pro colligen-
dis oblationibus Fidelium, cum alijs pactis, & ordina-
mentis circa dictas oblationes, & Cereos votiuos
Communitatū Status Lucenſis, de quibus latius in d.
inſtrumento. Et ſic apparet Operam Eccleſiæ S. Mar-
tini, (forſam erectam, vt ſupra tempore ſupradicti
Concilij) fuiſſe diuerſam ab Opera Fraternitatis S.
Crucis.

Succeſſu temporis, nempè de *Menſe Septembris an-*
ni 1274. Canonici, & Capitulum Eccleſię Cathedralis,
nec non Lucenſis Epiſcopus, noua pacta inierunt cum
Fraternitate prædicta S. Vultus, eiuſque D. Operario;
ſcilicet, eidem dederunt, & conceſſerunt non ſolum
omnes cereos votiuos, & non votiuos, vndecumque,
ſeu ex quacumque cauſa, aduenirent ad d. Eccleſiam
S. Mārtini, & Cappellam S. Vultus; Et vlterius eidem
ceſſerunt tertiam partem de Candelis, ſeu Cereis dari
ſolitam in exequijs mortuorum à Parochianis S. Mar-
tini, & inſuper *Dederunt, tradiderunt, atque mandarunt*
d. Operario, ac Confratribus S. Vultus omnia iura, actio-
nes, & rationes, quæ & quas d. Capitulum, & Canonici,
& Epiſcopus habent, & ad eos pertinent aliquo iure in
Opere tecti, & campanilis S. Martini, & lignaminum
d. Eccleſiæ S. Martini, & ſuper omnibus bonis ac re-
bus mobilibus, & immobilibus, iuribus, introiti-
bus, & decimis quibuſcumque ad d. Operam ſpe-
ctantibus. Et è contrà d. Fraternitas, & Opera-
rius Sanctiſſimi Vultus promiſerunt, dare, & con-
ſignare Canonicis S. Martini quoſdam Cereos,
vel candelas, in quibuſdam feſtiuitatibus anni, de
quibus in d. inſtrumento. Et è contrà d. Ope-
rarius, & Fraternitas Sanctæ Crucis promiſit fa-
cere, reſarcire, & aptare lectum, ſiuè Cata-
lectum mortuorum, cum Plumaceo, & Tape-
to; *item quod prædicti Operarij faciant, & fieri fa-*
cere teneantur ſumptibus, & expenſis d. Operæ, &
Fraternitatis omne id, & totum, quod neceſſarium,
& vti-

& vtile erit in Ecclesia S. Martini, & in Campanili ipsius Ecclesia, & in Campanis, & in tectis ipsius Ecclesia & Campanilis, & in sedibus necessarijs tam Canonicis, quam alijs infrà d. Ecclesiam, & in Celestris necessarijs, super quibus ardere debent cerei, & candela antè altaria, & super altaribus d. Ecclesia, & cum alijs pactis, & ordinationibus de quibus in d. instrumento compositionis manu *Bonifacij Brancaleonis de Mense Septembris 1274.*

Paucis transactis annis, à die d. Concordiæ videlicet, de anno 1281. eadem Confraternitas S. Vultus condidit noua ordinamenta, vel Capitula concernentia tam electionem D. Maioris Operarij d. Confraternitatis,& Conuentus,quam administrationem,& gubernium eiusdem Confraternitatis,& inter cetera infrascripta sunt Capitula, videlicet, Tertium in ordine vbi habetur.

Statuerunt, ordinauerunt, & voluerunt, & inter se definiuerunt, quod Operarius Maior, siue Rector d. Opera Confraternitatis, & Conuentus ad d. Rectoriam, & Operam electus, antequam incipiat Officium, iurare debeat, & teneatur Sancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro, in præsentia illorum qui ipsum elegerunt, & aliorum bonorum virorum, quod d. Operam, & fraternitatem, & bona ipsius non submittet, vel supponet alicui, vel aliquibus personis Ecclesiasticis, vel sacularibus publicis, vel priuatis, collegio, vel vniuersitati, quocumque nomine censeantur, vel dignitate perfulgeant, sed d. Operam, Fraternitatem, & Conuentum, & bona ipsius conseruabit in libertate, & in suo statu, & libertate iuxtà posse, nec tractatum aliquem faciet, vel habebit cum aliqua persona, vel personis, Collegio, vel vniuersitate de eis submittendis, aliquo modo, vel ingenio, sub pæna priuationis ipso iure ab Officio.

Item septimum Capitulum, vbi habetur, quod *Operarius Maior d. Fraternitatis, Conuentus, & Opera debeat rationem reddere de introitu, & exitu d. Opera cooperarijs ad hunc effectum destinatis.*

Octauum in quo statuitur, quod *D. Operarius non possit, nec debeat mutuare alicui, vel deponere apud aliquam personam, vel locum pecuniam d. Opera, vel lampades argenteas sine voluntate, & expresso consensu cooperariorum, & 16. bonorum virorum &c.* Et inferius, quod, *Denary ipsius Opera expendantur prout d. Operario Maiori, & cooperarij videbitur expedire, ad vtilitatem ipsius Opera pro Fabrica Opera, & alios &c.* vt de prædictis constat manu *S. Arrigi Rodolosi sub d. tempore.*

Septennio elapso, à die confectionis dictorum Capitulorum, Lucensis Ciuitas libertatem adepta est, ab
300 Imperatore Rodulpho, pretio 12000. Florenorum, vt habemus, ex Platina, in vita *Honorij .V. Pontificis, Decian. resp. 9. numer. 30. lib. 3. Mager de Aduoc. arm. cap. 6. num. 134.* Et per consequens, translata omni potestate, dominio, & gubernio Ciuitatis in Populum, & Commune Lucanum, in generali Consilio cõgregatum, idemmet generale Consilium successit iure Confraternitatis, & Operæ S. Crucis in Electione d. Operarij, ab eoq; tempore, citra vsque ad præsens generale Consilium Ciuitatis, vel Magistratus, ab eo electus, fuit solitus eligere, & actualiter eligit d. Operarium S. Crucis cum ijsdem priuilegijs, & oneribus, exẽptionibus & prærogatiuis, quibus fruebatur tempore d. Confraternitatis, vt constat, ex alijs ordinamentis, & statutis ipsius Operæ, recompilatis de anno 1348. & rogatis manu S. Benincasa Giuntarelli, in quibus vltra iuramentum, de non submittendo operam, alicui, vel aliquibus personis Ecclesiasticis, vel sæcularibus, & alia de quibus in statutis anni 1281. fuit additum.

Item iurare debeat modo prædicto non vendere, vel alienare domum, vel domos ipsius Opera, vel aliqua bona immobilia, iura, redditus, vel affictus, vel pensiones, vel Thesaurum, argentum, vel ornamentum S. Crucis, & S. Martini, & Opera supradicta sine voluntate Dominorum cooperariorum.

Et talia, vel similia Capitula de anno 1521. denuò edita, & compilata, & cum iuramento. de non submittendo, vt supra, d. Operam alicui personæ Ecclesiasticæ, vel sæculari, & cum promissione, de non mutuando aurum, argentum, & ornamenta S. Vultus, & S. Martini, & d. Operæ, ac alijs, de quibus supra fuerunt obseruata, successiuis temporibus, & modo obseruantur.

Prædictis, in facto, subsistentibus plura ad fauorem eiusdem Operæ, & D. Operarij deducuntur.

Primum, quod d. Opera S. Vultus, non sit, de illis Operibus, vel Fabricis, ex redditibus Ecclesiasticis, 301
fundatis, tempore Siluestri Pontificis, & de quibus fit mentio, in Sacris Canonibus, sed quoddã opus pium, à Fraternitate laica, fundatum, habens administrationem rerum, bonorum, & effectuum Cappellæ S. Vultus. Et probatur, non solum, quia in dictis instrumentis antiquissimis, & alijs modernioribus, nequaquam dicta Opera vocatur Opera, vel Fabrica alicuius Ecclesiæ, vt S. Martini, vel Cappellæ S. Crucis. Sed Opera Fraternitatis, & Conuentus S. Crucis: Sed etiam, quia Ecclesia ipsa, in qua adest, & aderat Cappella S. Vultus suam habebat Operam, & Operarium, qui dicebatur Operarius S Martini, vt in d. instrumento anni 1181. & propterea, in eadem Ecclesia, duæ Operæ, vel 302
Fabricæ esse non poterant; Vtràquamquod, si Opera d. Fraternitatis esset Ecclesiastica, & subiecta Capitulo, & Episcopo Lucano, vt prætenditur, nequaquam ipsemet Episcopus, Capitulum, & Canonici S. Martini, cum ea pacta iniissent, super oblationibus, & eleemosynis oblatis in Ecclesia S. Martini, sed ipsemet Episcopus, Capitulum, & Canonici, tanquam de re propria, ad libitum, de ea disposuissent, etiam inuito d. D. Operario, & Confraternitate prædicta, ex regula, quod quilibet, de re propria, est moderator, & arbiter *l. in re mandata, C. mandati*, cum simi- 303
libus.

Quod, autem, talis Confraternitas, licet dici posset locus Pius, fuerit laica, & non Ecclesiastica, fuit latè probatum suprà *num. 17. & seqq.*

Et quamuis eidem Operæ Fraternitatis fuerit de d. anno 1274. vnita Opera S. Martini, tamen, dici haud potest, quod eadem Opera S Vultus, per d. vnionem effecta fuerit Ecclesiastica, quia vnio operatur, quod res vnita dicatur extincta, ac efficiatur portio eius, cui fit vnio, & non è contrà *Ferrett. cons. 142. num. 5. Oldrad. cons. 257. num. 15. Rot. dec. 30. num.* 304
5. 6. par. 11. rec. qui Doctores dicunt, etiam, quod de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente; maximè, quia per d. D. Episcopum, Capitulum, & Canonicos Cathedralis fuerunt 305
cessa, & translata omnia iura, quæ quomodolibet competebant, & competere poterant d. Operæ S. Martini, in Operam Fraternitatis prædictæ, & sic vnio poterat dici extinctiua, quo casu, sequitur naturam rei, cui fit vnio, idem *Ferrett cons 142. num. 5 Gra-* 306
tian. discept. cap. 291. num. 2. 3. eadem Rot. d. dec. 30. nu. 9. par. 11.

Nec dicatur, quod, etiam si d. Opera sit laica, non possit habere aliquam præeminentiam, gubernium, vel dominium, & super bonis ipsius Operæ ex dispositione Sacrorum Canonum, *in d. can. nouerint 10. qu. 1. Can. hanc consuetudinem eadem qu. 1.* & alijs ex aduerso ponderatis.

Quia, vtràquamquod Canones loquuntur, &

diſponunt, de Opera ſua, ſeu fabrica Eccleſiarum me-
rè Eccleſiaſtica, vt ex bonis Eccleſiaſticis erecta, &
fundata, non verò de Opera alicuius Confraternita-
tis laicæ, vt eſt noſtra, de qua agitur, quæ poteſt di-
ſponere, de proprijs bonis, licet deſtinatis, ad vſum
pium, vel ad Opera miſericordiæ, dummodò conuer
tantur in vtilitatem Eccleſiæ, & vſum deſtinatum,
308 vt tradit *Ferrett. conſ. 142. num. 5. 6. Dec. conſil. 148.*
num. 3. Fagnan. in cap. Paſtoralis de his quæ fiunt à Præ-
lat. num. 22. & admittit *Rot. coram Merlin. deciſ. 632.*
per tot.

Et, etiam licet eſſet laica haberet ius gubernandi,
cuſtodiendi, & adminiſtrandi oblationes factas Ima-
gini, & Cappellæ, cuius habet adminiſtrationem, vel
ex conſuetudine, vel ex decreto fundationis, vt benè
309 oſtendit idem *Ferrett. d. conſ. 142. num. 6. Andreol. con-*
tron. 381 num. 17. Merlin dec 257. num. 15. & à Me fuit
plenè probatum ſuprà *num. 258,*

Imò priuatiuè, quoad Capitulum eidem Operæ
debentur legata, & oblationes Operæ S. Crucis, &
310 eius Cappellæ relictæ, & datæ, vt in ſimilibus termi-
nis firmat *Duran. dec. 393. num* 20. vbi, quod, quando
in Cathedrali adeſt aliquis Pius locus, vel Confrater-
311 nitas, eidem relicta non ſunt communia eidem Con-
fraternitati, & Capitulo, ſed ſunt ſolius Confraterni-
tatis, eique ſoli, ipſius intuitu donata, & acquiſita, &
alijs cumulatis, ita etiam voluit *Paſqualig. quæſt. mo-*
ral. iudic. quæſt. 125. num. 7.

Doctrinæ exaduerſo allegatæ præcipuè *Can. quo-*
niam 16. quæſt. 7. & can. nona actione eadem quæſt 7. di-
ſponunt, de œconomo, manſionario, ſeu Camerario
Capituli, & Eccleſiarum, ſiue de œconomo dando be-
neficijs vacantibus, antè prouiſionem, aut litigioſis,
312 qui habet ius colligendi, & diſpenſandi bona, & fru-
ctus Eccleſiæ & de hoc loquitur *tex. in l. iubemus, C. de*
Sacroſ. Eccleſ. & firmat etiam *Barboſ. ibidem num. 4.*

Et talis œconomus debet eſſe Clericus, & non lai-
cus, vt idem *Barboſ. de Iur. Eccleſ. cap. 46. lib. 1. Rot.*
dec. 286. num. 13. par. 10. rec. Nam habet ſuperiori-
313 tatem in Clericos, vt tenet *Dec. in cap. decernimus*
num. 6. in med. de iudic. & firmat *Ricc. in prax. Archiep.*
Neapol. cap 41. num. 10. vbi, quod tunc laici non poſ-
ſunt eſſe Operarij Fabricæ, quando cum Officio Fa-
bricæ habent etiam præeminentiam ſuper Clericos,
& habent poteſtatem diſtribuendi redditus inter Cle-
ricos,

In noſtro, verò, caſu, agitur de Operario Fabricæ,
vel Eccleſiæ, qui poteſt eſſe laicus, vtpotè, qui non ha-
bet ſuperioritatem, in Clericos, nec dominium ſuper
rebus Eccleſiaſticis, ſed adminiſtrationem, guber-
nium, & cuſtodiam, dumtaxat temporalium, vt per
Abbat. d. cap. decernimus num. 10. Felin. ibidem num. 5.
314 *6.* & benè *Dec. num. 13 de iudic.* vbi, quod ità ſeruatur,
de conſuetudine, præcipuè Tuſciæ, & Venetijs, quod
Operarij Eccleſiæ ſint laici, idem *Dec.* latiſſimè *conſ.*
148. antè nu. 4. Ferrett. conſ. 141 num. 4. & conſ. 142. nu.
6. & admittit *Concilium Trident. cap. 9. ſeſſ. 22. de Re-*
form. in princ.

Et, cum appellatione Fabricæ Eccleſiarum, veniat
non tantum ius percipiendi redditus deſtinatos, pro
fabrica materialis Eccleſiæ, ſed etiam pro ornamen-
tis, veſtibus, alijſque neceſſarijs Diuino cultui, vt per
315 *Couarr. cap. fin. de teſtam. num. 4. Surd. conſ. 62. num. 5.*
Franceſ. de Eccleſ Cathedral. cap. 20. de Sacriſt. num. 48.
ac ex diſpoſitione *Sacri Concilij d. cap. 9. in princ.* ha-
betur, quod laici poſſint eſſe adminiſtratores Fabri-
cæ, neſcio, quo pacto, diuidi poſſit miniſterium, &
quod ſint adminiſtratores Fabricæ materialis, & non
(vt ità dicam) formalis, ſcilicet ornamentorum, & ſup-
pellectilium.

Nec repugnat, quod laici ſint protſus incapaces
adminiſtrandi, & tractandi bona, & negocia Eccleſia-
ſtica, vt latè fuit ex aduerſo probatum per *tex. in cap.* 316
decernimus de iudic.

Quia hic non agitur de adminiſtratione iuris ſpiri-
tualis, cuius laici ſunt incapaces, & de qua admini-
ſtratione loquuntur Sacri Canones, conſiſtente, in ip-
ſo formali regimine Eccleſiæ, vel Cappellæ, cum ad-
miniſtratione Sacrorum, illorumq; actuum ſpiritua-
lium, explicatione, qui nonniſi Eccleſiaſticis perſonis
conceduntur, laicis autem interdicti ſunt, ſed agitur
de adminiſtratione temporali, prout facti eſt qualis
eſt, cuſtodire, tam ſuppellectilia, quam bona tempo-
ralia, eorumque œconomica adminiſtratio, ne eadem
diſſipentur, aut in alios vſus conuertantur.

Vlterius, textus, & Doctores exaduerſo allegati, ex
conceſſis ex parte, loquuntur de negocijs tractandis
nomine ſuo, quod etiam nos non negamus, ſed dici-
mus, quod poſſunt nomine Fabricæ, vel Eccleſiæ ea-
dem negocia, & bona gubernare, & adminiſtrare, pro- 317
vt quotidie faciunt ferè omnes Operarij huius Ciui-
tatis, non vt conuertant in proprios vſus, ſed in vtili-
tatem Eccleſiæ, quo caſu, laici dicuntur capaces ad-
miniſtrandi, & gubernandi bona Eccleſiaſtica, vt alijs
omiſſis, firmat *Franceſ. Eccleſ. Cathedral. tit. 25. de Con-*
frat num. 341. vbi ex *Merlin. dec. 19. num. 10. & ſeqq.*
tenet, quod eo caſu, licet agant perſonæ laicæ, ipſi Ec-
cleſiæ datur manutentio, non reſpectu dominij, ſed
vſus Eccleſiæ.

Nec eſt inconueniens, vt exaduerſo prætenditur,
quod Operarius, licet laicus, habeat, & habere poſſit
adminiſtrationem, & gubernium Sacriſtiæ, & veſtium
Sacerdotalium.

Imò, in terminis longè fortioribus, vt eſt retentio
clauium, & cuſtodia Sacrarum Reliquiarum, aliarum-
que Imaginum, quod ex conſuetudine competere
poſſit etiam laicis, dixit *Andreol. d. contron. 381. num. 1.* 318
& probatur exemplis allatis à *Io: Bapt. de Luca lib. 3.*
tit. de Præmin. diſc. fin. vbi, de clauibus celeberrimæ
Imaginis S. Mariæ in Porticu Vrbis retentis per cu-
ſtodes ſæculares, & *eodem titulo de Præmin. diſc.* 319
12. vbi de cuſtodia quam in Ciuitate Neapolis ha-
bent laici deputati per Ciuitatem inſignis Theſauri
Reliquiarum in ipſa Eccleſia Metropolitana, cum
cuſtodia, & adminiſtratione Sacræ ſuppellectilis, &
redditiuum; atque in Vrbe laici gubernantes Hoſpi-
tale S. Saluatoris retinent claues celeberrimi Vultus
D. Noſtri Ieſu Chriſti, aliarumque inſignium Re-
liquiarum exiſtentium in loco propè Lateranum,
qui dicitur Sancta Sanctorum, vbi eſt, Scala San-
cta, & in d. Ciuitate Neapolis celeberrima, & di-
tiſſima adeſt Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciationis,
quæ per laicos adminiſtratur, vltrà alia ſimilia
exempla notoria per totum Orbem, quæ poſſent ad-
duci,

Et in terminis noſtris adeſt punctualis Doctrina
Rota Romana coram Merlin. dec. 632. num. 3. in qua,
cuidam Fraternitati fuit data manutentio pro cu-
ſtodia, & adminiſtratione Sacriſtiæ, vbi optimè ad
propoſitum noſtrum *num. 3.* Rota ſubiungit, quod
ius non reſiſtit, quin laici poſſent ſe ingerere in rebus
Eccleſiaſticis quando habent curam, & adminiſtra-
tionem alicuius Cappellæ, & plenè etiam probat
Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. d. cap. 25. numer. 313. 320
& dixit etiam *Bald. d. cap. decernimus de iudic. nu-*
mer. 13.

Et hic, in Tuſcia habemus exempla Operæ maio-
ris ditiſſimæ, antiquiſſimæ, & nobiliſſimæ Eccleſiæ
Piſanæ, in qua D. Operarius eſt cuſtos, & admi-
niſtrator bonorum, & ſuppellectilium, bonorum,
& Sacriſtiæ priuatiuè, quoad Capitulum; Nec- 321
non Operæ inſignis celeberrimæ, & famoſiſſimæ
Eccle-

Ecclesiæ Cathedralis Florentinæ, quæ pariter similibus prærogatiuis vtitur, administrando liberè, & independenter suppellectilia, absque vlla contradictione Capituli ipsius Ecclesiæ, vt omittam plura alia exempla Ciuitatum Tusciæ, & præcipuè huius nostræ Lucensis, in qua adsunt similes Operæ Ecclesiarum inferiorum administratæ liberè, & independenter à Parochis vtensilia, & ornamenta per ipsos Operarios facta, & præcipuè Opera S. Petri Maioris, quæ pariter est sub Principis Protectione, & ab ipsomet Excell. Senatu eligitur Operarius qui omnia vasa, & suppellectilia ipsius Ecclesiæ in ipsomet Palatio Excellentissimorum DD. Antianorum, & Vexilliferi Iustitiæ reponit, & sub libera administratione, & gubernio d. Operarij extant, vt omnibus patet.

Maximè, quia non prætendit D. Operarius, de quo agimus, vasa sacra, & vestes Sacerdotales domum asportare, ac de illis vti, suo libitu, & voluntate, quo casu, intrarent doctrinæ allegatæ, sed dumtaxat ea reuidere, an à Ministris inferioribus Sacristiæ benè, vel malè custodiantur, ac nemo audeat, ea mutuare, vel vti vltrà vsum destinatum, contrà formam Sacrorum Canonum, contrà piam Principis nostri voluntatem, à quo pro maiori parte bona dictæ Operæ proueneruut, & quotidiè prouenient, & contrà dispositionem, & formam Capitulorum eiusdem Operæ, de quibus suprà.

Et tandem, quod tollit omne dubium, in hac materia; In Confirmatione, quæ fit à D. Vicario de d. Opera, post electionem, idemmet Operarius iurat in manibus D. Vicarij, de reddendo rationem, & administratione eiusdem Operæ, iuxtà Capitula Operæ prædictæ, ac de obseruando eadem Capitula, in omnibus, & per omnia; Sed fic est, quod in eisdem Capitulis adest statutum de non supponendo Operam prædictam, & eius bona alicui personæ Ecclesiasticæ, vel sæculari, ac de administrando, & conseruando prædicta bona, vasa & suppellectilia S. Crucis, meritò dici potest, quod cum scientia, & patientia Capituli non solum eadem Opera sit laica, sed vlteriùs, quod ei competat libera, & absoluta administratio, & gubernium eiusdem Operæ, ac eius bonorum mobilium, & immobilium iuxtà tenorem Capitulorum, vt dictum fuit.

Ex quibus censeo satis fuisse responsum obiectis d. D. exaduerso scribentis, prout &c.

Post hanc meam allegationem, pro confirmatione eorum, quæ dicta sunt, scripsit *Don. Io: Minoia Laudensis in Congr. Somasch Theologus* Eminentissimus, & doctrina Clarus, vt infrà.

Lucana Administrationis Operæ

Illuminet Deus Vultum suum super nos. Psal. 66.

Contendit Reuerendiss. Lucanæ Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, D. Operarium S. Crucis, seu Sanctiss. Vultus, qui summa veneratione colitur ibi, non habere liberam, & plenam administrationem bonorum, & suppellectilium d. Operæ, nec posse, pro libito, ad modum dominantis administrare bona, & prouentus; Dominium, autem, spectare ad prędictum Capitulum, ex quo deducit, etiam, inuito Operario, posse commodare extrà Ecclesiam S. Martini Cathedralem, vasa, & suppellectilia sacra, & vt Dominum sese gerere posse, sicut etiam ad alia gerenda, aut petenda, de quibus in discursu.

Amicè, & ad veritatem indagandam, cum mihi hæc controuersia proponeretur, visis, & diligenter perpensis, quæ in facto narrantur, quoad institutionem, & incrementum, quoad regimen, & Electionem Operariorum, & immemorabilem, per tot sæcula, possessionem, & præscriptam consuetudinem, quoad actus indicantes plenum dominium, liberamque administrationem, semper tamen, in vtilitatem d. Operæ.

Respondeo absq; hæsitatione, prædictum D. Operarium de quo agitur, habere plenum dominium liberamque administrationem bonorũ, & suppellectilium ad cultum Dei comparatorum, & ius habere rerum omnium, quæ ibi à Fidelibus offeruntur ad cultum S. Vultus, & ex sequentibus probabo.

Admoneo, autem, in primis eam validã exceptionem eidem Capitulo meritò obijci posse Tua non interest, & sine actione experiris, in hoc iudicio, vniuerso iure reclamante, & propterea non esse audiendum iuxtà communem doctrinam, vt latè *Cyriac. contr. 3. à num. 51.* vbi ex *Bart. ex Bald. & Castren. Soccin. Sen. & Surd. ibidem* relatis probat, ac repetit *contr. 494. num. 18.* Et ex officio Iudicis est repellenda petitio à limine iudicij *ex Castren. Tiraquell. & Menoch.* latè probat. 322

Et quidem exploratum est, ad Episcopum, non ad Canonicos pertinere ea omnia, quæ consequuntur ex qualitate spirituali, & Ecclesiastica, quam conuincere contendunt, in tali Confraternitate, seu Opera, vt per se constat, ex *cap. inter dilectos de donat. & ex cap. fient vnire de excess. Prælat.* vbi, Doctores omnes, ex illa qualitate, deducunt Hospitale, seu Fraternitatem cadere in causam Episcopi, & Episcopalibus iuribus esse subiectam iuxtà naturam primæ originis, & primæuam originem sapiat, quicquid deriuat. Vndè, si interueniente Episcopi auctoritate, erecta sunt Hospitalia, Fabricæ, aut Operæ, congruit etiam, vt sint subiecta Episcopalibus iuribus, & sic Canonici agunt iure alieno. 323

Neque sunt audiendi, quia prætendant administrationem eorum, quæ S. Vultui offeruntur, iure Parochiali, id enim, pendet ab Episcopali iudicio, cuius est iudicare; an oblata cedant in fauorem iuris Parochialis; an potiùs Fabricæ, seu Operæ, & an congruat oblationes custodiri, & administrari, à viris, probis, sæcularibus, prouidis & idoneis, vt sic magis cultus augeatur, arceatur Ecclesiasticorum cupiditas, & popularis detractio conquiescat, vt benè obseruat, *Clement. quia contingit de Relig. Do. mib.* etiam admisso, gratis, quod Opera de qua agitur, sit Episcopali auctoritate instituta, & continuatis temporibus recta, vt colligitur ex *Clement. per litteras de Praben.* ibi, *Etiamsi Ecclesias, vel Cappellas, decimas, aut alia spiritualia iura noscantur habere,* ex qua *Gonzal. ad reg. Cancell. gloss. 5. §. 4. numer. 5. & seqq.* benè infert non comprehendi regulam 8. Præsertim, cum laicus sit capax administrandi Operam, etiam fundatam Episcopi auctoritate latè probat *Rot. decis. 725. numer. 6. part. 1. diuers. Gonzal. d. §. 4. numer. 22. Merlin. decis. 257. Andreol. contron. 381. numer. 17.* saltem ministerialiter, & per modum facti, de quo nulla difficultas esse potest, semper dependenter ab Episcopali iudicio *cap. præcipimus 16. quæst. 2. & capit. sicut eadem quæst. 7.* ibi; *In dispositione Episcoporum sint, & capit. quoniam, & cap. in nona actione,* ibi, *qui dispensent res Ecclesiasticas secundum sententiam proprij Episcopi,* & hoc sufficit, vt à iudicio repellatur Capitulum; Nec quis credat discrimen aliquod interesse inter Operam, de qua agitur, & cetera Hospitalia, quomodocumque nuncupentur, vt benè obseruat *Gonzal. vbi suprà numer. 11. & gloss. in d. Clement. per literas, verbo Xenodochijs, & verbo eleemosynarijs post Simonett. quæst. 7. de Reseruat. & Mandos. quæst. 9. numer. 2. ad reg. 1. Cancell.* His traditis. 324 325 326 327

Aggredior responsi probationem. Huic vnico fundamento niti potest Reuerendissimi Capituli noua

noua petitio, quod Opera, de qua agitur sit spiritua-
lis, Ecclesiastica, & Religiosa, aut Sacra, prout Docto-
res varie appellant, tanquam sit Episcopali auctori-
tate, aut Pontificia instituta, & recta, prout Doctores
ostendunt *in cap. de Xenodochys, & cap. ad hæc de re-
lig. domib. & d. cap. inter dilectos de donat.* ex quo con-
sequenter deriuat, quod, hæc omnia, quæ ad Operam
spectant, tractari, & administrari nequeant a lai-
cis, *cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de Constit.* ibi, *laicis
nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet
necessitas non auctoritas imperandi*, etiam in fauorem
Ecclesiæ, & *cap. quæ in Ecclesiarum de constit. & cap.
benè quidem dist. 96. & cap. quædam capitula ead. di-
stinct.*

At exploratum est, Operam, iure laicalis qualita-
tis, esse censendam, quia Canonici nusquam huc vs-
que probarunt primam huius Confraternitatis, seu
Operæ originem, ab Episcopali auctoritate obtinuis-
se institutionem, a qua sola recipiunt loca pia fun-
data qualitatem spiritualem, ex qua oritur qualitas
328 spiritualis, quæ non relinquit fundatum opus in sua
natiua qualitate prophana; dum, enim, Pontifex, vel
Episcopus rem fundatam, vel oblatam a laicis reci-
pit, nomine Dei, eique dedicat eius rei dominium,
iam res euadit spiritualis, & Ecclesiastica, *& de for.
Eccles. reg. iur. 7.* ibi; *quicquid in sacratis Deo rebus
iniustè agitur pro Sacrilegio reputatur, quia sacra sunt*,
vt latè discurrit *Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 5. nu-
mer. 4. 41. vbi numer. 42.* benè distinguit beneficium
Ecclesiasticum à pura designatione prædiorum, aut
præbendæ, vel Altaris, quæ sunt materialia bene-
ficij, & formale sit ius spirituale, non correspectiuè
ad Officium Diuinum, vt probat ex *Garz. numer. 43.*
Sed correspectiuè ad dedicationem temporalium
rerum Deo factam, ex qua fit res Sacra, quæ Deo
offertur consequenter spiritualis ex *Nauarr.* probat
num. 44. & concludit *num. 45 ex Nauarr. Bellamer.*
& alijs creationem Iuris spiritualis ab alio proce-
dere non posse, quam ab habente ius Pontificale,
329 ad quod quidem fateor, laicos esse incapaces *Lot-
ter. numer. 52. & numer. 56.* vbi ex opposito nega-
ta auctoritate Episcopali, donationem, pium lega-
tum, fundationem Hospitalis, aut Operæ fabricæ
qualitatem laicalem esse apertissimam, & posse con-
cedi per laicum, per modum simplicis deputationis
Cappellani, & ad similia opera instituta sine Episco-
pali auctoritate, etiam merè laicos posse præsenta-
330 ri, sicut merè laicalia, & temporalia sunt, vt ex
Rot. probat in proprijs terminis administrationis
Cappellæ coram *Penn. & coram Manzaned. numer.*
59. 60. quam doctrinam communi sensu amplectun-
tur Ciuiles Doctores cum *Bartol. in l. Sodales, ff. de
Colleg. Illicit.* quos sequitur *De Ponte consil. 18. à nu-
mer. 1. & seqq.* sequitur *Bald. in auth. hoc ius porre-
ctum à numer. 11. & cons. 465.* vbi ait, locum simi-
lem esse prophanum, & laicalem, & laicali iurisdi-
ctione, & ordinibus ligari, & *consil. 28. lib 6. numer.*
15. benè distinguit, & respondet ad iura dicentia
Hospitalia esse loca Sacra, & Religiosa, & pertine-
re ad ordinationem Episcopi, idque benè procede-
re, si legitimè fiat Episcopali auctoritate constru-
331 cta, *Gaspar. Calderin. consil. 23. de Testam.* quem se-
quitur *Roman. consil. 477. per tot.* vbi benè distinguit
numer. 6. & ad verbum refert *Calderin. numer. 15. Ca-
pr. consil. 97. Abb. consil. 31. lib. 1. numer. 2. Curt. Iun.
consil. 20. numer. 2. 3. Menoch. consil. 1025. numer. 8.
Ludouic. Sacc. consil. 20. numer. 7. & seqq.* sequun-
tur cateruatim Canonistæ *d. cap. de Xenodochys, &
in cap. ad hæc, de Relig. domib. & cap. inter dilectos de
donat.* vbi hanc doctrinam apertè sequuntur distin-
guentem, inter Operam ad pietatem erectam sine
auctoritate Episcopi, vel cum illa; & huius secundi
generis opera pertinere ad ius Episcopale cetera pri-
mi generis non, sed esse prophana, & laicalia, eorum-
que administrationē ad laicos pertinere *Pont. d. consil.
18. numer. 2. 3. Gonzal. vbi suprà gloss. 5. per tot. &
tot. §. 4. Barbos. de Iur. Eccles. vniu. cap. 11. à numer.*
13. vbi ad saturitatem, refert auctores *& num. 20.* vbi
plures dat dignè videndos, & *par. 3. de Offic. & Potest.
Episc. alleg. 75. num. 3. & 4. Fontanell. dec. 110. num. 10.
& seqq.*

Videamus, modò; An Opera, de qua agitur, sit
spiritualis censenda, & de iure Ecclesiastico; An po-
tiùs purè laica, sicut talis censenda est, donec clarè
probetur auctoritate Episcopi erecta; Etenim, cum
interpositio talis auctoritatis sit quid facti, nec na-
tura sua conueniat Confraternitati fundatæ, pro-
banda est ab actore; Siquidem similia loca, & Con-
fraternitates, & Operæ præsumuntur, in dubio,
laicalia non Ecclesiastica, *Rot. decis. 725. numer. 6.
part. 1. diuers. & decis. 106. numer. 3. & seqq. par. 2.
diuers.* late probat ex alijs *d. §. 4. Gonzal. numer. fin.
de Pont. consil 18. Cyriac. d. contron. 530. à numer. 2.* 332
*Fontanell. vbi sup. à numer. 10. ex Guidob. aduoc. 106.
per tot. & num. 11. & seqq.* Præsertim, cum, vtroque
modo, fundari possint, & priuata auctoritate laico-
rum, & Episcopali, & illa qualitas non insit natura-
liter.

Nec potest adiuuari communibus præsumptioni-
bus, cum sit fundata Opera in Ecclesia Cathedrali,
& propterea existentia Ecclesiæ possit adiuuare pro-
bationem qualitatis Ecclesiasticæ, & de præsumptio-
nibus huiusmodi videndus, *Barbos. lib. 2. Iur. Eccles.
cap. 11. à num. 15.*

Vlteriùs apertè excluditur qualitas Ecclesiastica,
quia regimen, & ordinatio, & iudicialis iurisdictio,
tam ad formam regiminis, quam ad iudicia ab ipso
exordio, & primæua institutione quietè, & inconcus-
sè fuit penes Communitatem Lucensem, & adepta
libertate ab Imperio penès Excellentiss. Senatum,
à quo est tradita forma regiminis, quæ per multa 333
sæcula vsque ad hæc tempora, fuit exactè obserua-
ta, nec vnquam apparuit interuentus Episcopi, qui
si sua auctoritate fundasset, eam sibi habuisset, &
haberet subiectam, & saltem traheretur in consor-
tium huius rei cum laicis; Nam, de iure, quæ de Epi-
scopali auctoritate fundantur ad Episcopalem per-
tinent auctoritatem, *cap. inter dilectos de donat.* vbi 334
Canonistæ, *& capit. ad hæc de Relig. Domib. & cap.
de Xenodochys eodem tit.* vbi *Barbos. numer. 7.* Nec
minima, quidem, vsurpationis suspicio suboriri po-
test ab exordio huius Operis. Siquidem talis suspi-
cio ex formidine Ecclesiæ, & potentia populi præ-
sumi posset ex *Ruin. consil. 111. numer. 21. lib. 5. So-* 335
cin. Iun. consil. 98. numer. 35. lib. 3. Sicut in Principe
dominante erga subditos *Manent. consil. 84. num. 81.
Gaspar Klocch. de Contribut. cap. 10. sect. 1. numer. 31.*
Quæ omnia cessant ex pietate populi, & potentia
Ecclesiæ, quæ non sineret, se tanto iure, priuari, at-
tento zelo Antistitum, & notitia Lucij Papæ III.
Lucensis, quo argumento vtitur *Salgad. de Reg. Pro-* 336
tect. part. 1. cap. 1. prælud. 3. numer. 141. de Damaso,
Alexandro VI. Calisto III. & Ioanne XXII. cum
essent ex Regno Hispano; quæ, quidem, tolerantia
totius Ecclesiæ valdè firmat initium hoc ab omni
vsurpatione alienum, cum, præsertim, tunc populus
non haberet libertatem, & iura Principis. Quarè, cum
Opera fuerit, per laicos recta, & instituta, vsque à pri-
ma origine, ex qua præsumitur ad hæc tempora, vt
à primordio tituli totus formetur euentus, & iuxtà 337
originem continuata possessio, & ex præcedenti
titulo, iuxta vulgaria iuris principia *De Pont.
d. cons.*

*d.conf.*18.*num.*1.8.vbi exclusa cognitione, & iurisdi-
ctione Episcopi, & dato regimine laicali, per multa
sæcula, *ait*, ex illa obseruantia concludi, Confrater-
nitatem, aut Hospitale esse laica, *Afflict. Constit. san-*
338 *cimus*, multa in id congerit *à num.* 12. *Caprà vbi su-*
prà d.conf.97. Abb. conf.31. Vincent. de Ann. sing. 90.
& eleganter *Cardinal. Paris. conf.*34. *lib.*4. & sic fuisse
decisum in Sacro Neapolitano Consil. ait, *de Ponte*
*num.*8. digni vidend. *Cyriac. vbi suprà nu.* 10. *& seqq.*
præsertim *num.*40. *& seqq. Marc. Antonin. lib.* 1. *resol.*
14. *num.*3. *Tob. Non. conf.*61. *nu.*5. *Cardin. Tusc. verbo*
*Hospitale concl.*168. *num.*6. *& seqq.* Et ligari statutis
laicorum apertè indicat qualitatem prophanam, &
laicalem *Cyriac. vbi suprà num.*46. ideò laicalis quali-
tas tenenda est.

Et addo, quod cùm d. Opera fuerit instituta à po-
pulo Lucano, & communitate, ab eodem aucta tot
modis, vt asseritur in facto, applicatis confiscationi-
bus, obligationibus populorum ad oblationes, & sta-
tuto obligante quemcumque testatorem, vt in suo
elogio voluntatis vltimæ aliquid relinquat d. Operæ
S. Vultus; fit satis probabile, quod Communitas Lu-
censis, vsque à prima origine sibi reseruauerit plenā
administrationem iuris, non puri facti bonorum, quę
in dies parabantur in vtilitatem Operæ ad S. Vultus
cultum, & egregiam venerationem, & ornamentum,
& suppellectilium, quæ ad eum cultum magna pie-
tate fiebant, cum hæc omnia contingerent sub ocu-
los Episcopi, & Ecclesiasticorum actibus continuis,
vniformibus, apertis, & quietis, qui certè ignorari nō
poterant vsque ad hæc tempora, per multa sæcula;
quæ quidem, tot sæculorum obseruantia indicat ti-
tulum validissimum, cui contradici non potest, qui
firmat omnem dispositionem, absque obligatione
339 iustificationis *Gabriel de Præscript. concl.*1. *nu.*7. *Me-*
*noch. conf.*1023. *num.*3. *&* 4. *Merlin. dec.*593. *num.*28.
*Donat. Anton. de Marin. alleg.*149. *nu.*27. *& seqq. Bar-*
*bos tom.*1. *de Præscript. in* 6. *num.*10. 16. vbi multos
adducit, tum *cap. super quibusdam* 26. *num.*4.7. vbi in-
finitos, *& num.*9. probat non esse necessariam tituli
340 allegationem *Fontanell. de Pact. Nuptial. claus.*3. *gloss.*
2. *num.*28. *ex Bellug. in specul. Princip. Camill. Borell.*
*Menoch. conf.*2. *num.*308. *lib* 1. *Cancer. par.*2. *cap.*2. *nu.*
63. *& decis.*586. *à num.*3. vbi titulum ab auctoritate
legis fingi, & quidem, optimum, & ibi, *num.*4. *Carcu.*
*resol.*8. *numer.*8. *Girond. de Priuil.*850. *Burgos de Paz*
*conf.*16 *num.*14. *Auil. in cap. Prætor cap.* 24. *in gloss.*
341 *præscriptione num.* 79. vbi tantam vim tribuit imme-
morabili, quantam habet Papa, & Imperator, *de*
*Pont. dec.*38. *num.*41. *Cyriac. controu.*300. *num.*10. &
remouet omnem suspicionem vsurpationis *Seraph.*
*dec.*1141. *num.*9. *Gratian. cap.*547. *num.*12. & tantum
342 præualet, quantum Papæ gratia, etiam contrà Ca-
nones, *Sess. de Iubib. cap.*8. §.3. *num.*137. *Schrad. conf.*
343 1. *num.*290. vbi multos adducit, *& conf.*21. *num.*187.
& vim habet abrogandi quodlibet ius positiuum
*Borell. summ. decis. tit.*13. *num.*120. cum sit potentior
ipsa lege, *Romuald. Iun. conf.*6. *num.*110. *& conf.*506.
344 *num.*82 *Crauett. conf.*969. *num.*3. *Peregr. conf.*33. *nu.*
26. *lib.*1. vbi eleganter tractat etiam contrà Eccle-
345 siam, *Natt. conf.*501. *Marcabr. conf.*40. *num.*120. *&*
157. *Io: de Amic. conf.*8. *num.*9. *Petr. de Potest. Princip.*
*cap.*4. *de consuet. num.*1. in terminis collectarum *Fla-*
*min. de Rub. conf.*1. *num.*3. *Bertazzol. conf.*27. *num.*10.
*Pacian. conf.*8 *num.*80. *Roland. conf.*79. *num.*17. *lib.*4. *de*
*Amat. dec.*18. *nu.*25. Vndè, *à* fortiori, hæc admini-
stratio, de qua agitur poterit tam valida consuetu-
dine firmari, & fieri licita, si alias esset illicita *Fonta-*
*nell. vbi suprà nu.*27. *ex Bartol. Surd. Crauett. & Rolan.*
Ideò firmata remanet plena administratio rerum
huius Operæ iuris, non puri facti, & independenter
ab ordinatione, & iurisdictione Episcopali; quæ in-
dependentia benè concluditur ex qualitate laicali;
Porrò hoc dominium, & ius Operarij nō est plenum,
& liberum in ordine ad quemcumque vsum, sicuti
dominium patrimonij, sed semper in vtilitatem Ope-
ræ, & in causam cultus S. Vultus, vt per se constat, 346
tum ex natura Pietatis ipsiusmet Operæ, tum ex vo-
luntate communi totius populi offerentis, & donan-
tis bona, ne in alios vsus consumantur.

Accedit, tandem, in huius rei probationem valida
vniuersalis, & sępè geminata protestatio totius com-
munitatis Lucensis, qua obligauit Operarium, iure-
iurando interposito, nè vllo, vnquam, tempore, d.
Operam subijceret potestati, & iudicio cuiuscum-
que personæ Ecclesiasticæ, quæ protestatio certè in- 347
dicat, animis omnium insedisse, intimam hanc cogi-
tationem, quod hæc Opera laicali principio institu-
ta laicalis semper permanserit, vsque ad annum
1281. & retinuerit semper tenorem suæ originis, in
quo populus profitetur eam se velle tenaciter con-
seruare, & ab eo tempore vsque ad hæc nostra, eo-
dem tenore præscripto, diuturna processit obser-
uantia; Quisnam ergo cordatus homo ambigat, de
qualitate laicali, ex qua firmetur plena, & indepen-
dens iuris administratio rerum huius Operæ insignis
in Operario, vti electo, & in Excell: Consilio, vti
Principe altioris Protectionis, cuius pietas, & vigi-
lantia spondet nobis, & gloriosam perseuerantiam,
& magnifica incrementa.

Et ex hac cogitatione vniuersa populi, continua-
to tenore obseruantiæ, & viua protestatione apertè
concluditur, quicquid processu temporum factum
fuit, quod contrarium suadere videatur, nunquam
inducat argumentum qualitatis Spiritualis, & Ec-
clesiasticæ, quæ ex natura, & iure suo conuincat
regimen, & potestatem iuris ad Episcopum perti-
nere.

Siquidem, protestatio huiusmodi, cum anteceden-
ti obseruantia, & consuetudine huc vsque retenta,
nunquam inclinabit animum prudentis viri, vt sibi
persuadeat, huius Operæ qualitatem Ecclesiasticam,
cum tam sit perspicua qualitas laicalis, & protesta-
tio remoueat animum ab actu, iusque præseruet
operanti actum, qui alioquin videretur protestatio-
ni contrarius, vt benè prosequitur, *Camerat. lib* 2. 348
resp. 14. *à num.* 26. vbi benè explicat, quando fa-
ctum est compatibile, tunc enim est aperta volun-
tas denegati consensus ad actum subsequentem
ex *Merlin. dec.*46. *num.*13. *& num.*29. probat *Came-*
rat. protestationem auertere animum, & mentem,
declarare actui subsequenti contrariam, dignè vi- 349
dendus.

Ex præmissa doctrina, cessant ea omnia, quibus
nititur aduersæ partis intentio, dum frequenter cla-
mat rerum Ecclesiæ, & Spiritualium regimen apud
laicos non tolerari à Sacris Canonibus, *cap. quo-* 350
niam, cap. non placuit, cap. laicis 16. *quæst.* 7. *& cap.*
præcipimus, ibi, *Oblationes Ecclesijs Dei reddan-*
tur à laicis eadem quæst. 2. *& capit. benè distinct.*
96.

Cessat hoc, ponderando, quia res, & bona huius
Operæ laicalia sunt, non spiritualia; & ideò compe-
tere possunt laicis, nedum quoad factum purum,
quod non controuertitur, sed etiam, quoad ius per
modum dominij, & liberæ administrationis ab om-
ni Ecclesiastico superiore independentis, & quæ ex- 351
cludit cuiuscumque Ecclesiastici consortium, ex iam
dictis, cum sola spiritualitas retrahat ad Ecclesia-
sticum iudicem, & remoueat qualitas laicalis;
Imò, nunc consultus, etiam addo, quod gratis con-
cessa qualitate spirituali, adhuc ex natura ad-

miniſtrationis iuris ſpiritualis contenti in re tempo-
rali, & in terminis huius adminiſtrationis adhuc ius
competeret, etiam priuatiuè ad Eccleſiaſticum
fundatum in tot ſæculorum obſeruantia immemo-
rabili, ſicut præſcribitur Iuſpat. quod certè continet
352 ius ſpirituale, *ex cap. quanto de Iudic. & cap. de Iure, de Iurepat. Viuian. de Iur. Patronat. lib. 2. cap. 9. num. 11. & 13. & lib. 4. cap. 8. num. 8. & seqq. Rot. post ipſum dec. 5. num. 1. & dec. 6. num. 1.* 2 ſequitur, *Barboſ.* multis adductis, *cap. cauſam num. 7. de Præſcript.* vbi benè defendit *num. 9.* aſſignato diſcrimine inter ea, quæ ſpiritualia dicuntur, cui conſentit *Lotter. lib. 2. quæſt 6. num. 50. & seqq.* vbi benè diſtinguit inter ius eligendi, & præſentandi, quod hoc non ità propriè, ſicut illud; quia non ità immediatè, ex quo deducit hoc laicis conuenire non poſſe in Eccleſia regulari, niſi facultatem habeat in limine fundationis, quod proſequitur *à num. 58. & num. 64.* explicat capacitatem, circà alios fructus Iuriſpatronatus dignè videndus.

Ex qua Doctrina, non videtur tanta incapacitas laicorum ad gerenda, & miniſtranda loca, & opera etiam ſpiritualia ordinaria auctoritate fundata, etiam per modum iuris non nudi facti; Quia huiuſmodi bona, quamuis Deo dicata, magis remotè tendunt in Officia Eccleſiaſtica; præſertim, quia bona Eccleſiaſtica, immemorabili conſuetudine præ-
353 ſcribuntur; & etiam quadragenaria cum titulo, & fide bona, *Barboſ. cap. 1. num. 10. & 16.* quæ ſunt Deo dicata; Et hæc adminiſtratio eſt licita in Hoſpitali-
354 bus, vt de communi conſuetudine, *Clement. quia contingit de Relig. domib.* more tutorum, vt ex *d. textu* probat *Gonzal. gloſſ. 5. §. 4. num. 8.* in quibus reſidet ad vtilitatem pupillorum plena libertas. Et ceſſat difficultas, cum immemorabilis conſuetudo vim habeat priuilegij Papalis, & totum præſtet, quod illud
355 præſtaret, vt videmus priuilegia conceſſa Gallico Regi, & Sereniſs. Reipub. Venetæ Duci indultum ad conferenda beneficia Eccleſiaſtica, & tamen ſunt altioris ſpiritualitatis; ità etiam potuit Lucenſis populus ex diuturna tot ſæculorum conſuetudine ſibi firmare, plenam de qua agitur, operæ adminiſtrationem, imò facilius, ex dictis: præſertim, cum quicquid eſt priuilegio comparabile, fiat etiam imme-
356 morabili, vt latè *Barboſ. d. cap. 1. num. 16. Salgad. de Reg. Protect. par. 1. prælud. 3. cap. 1. à num. 120. & seqq. & num. 122.* in ſpecie bonorum, *& num. 126. & 130,* dignè viden. Addo, ex conſuetudine, benè deſumi originem Iuriſdictionis, & eſſe vnum ex illis, quibus
357 regitur mundus, *Fontanell. clauſ. 3. gloſſ. 2. num. 26.* apud ipſum *Bellug. in ſpecul. Princip. Menoch. conſ. 2. num. 308. Borell. ad Bellug. Crauett. conſ. 238. numer. 7. Cancèr. par. 2. cap. 2. num. 63* eaque tribuat iuriſdictio-
358 nem etiam imperioſam *Gaſpar Klocch. cap. 10. ſect. 1. nu. 87. ex Gail. Perſonal. & Socin. Sen.*

Ceſſat, etiam, vis eius obiectionis partis aduerſæ, quod opera prædicta, aliquando fuerit viſitata à Delegato Apoſtolico viſitatore; Nam inueterata conſuetudo hucvſque retenta, & explicata proteſtatio, de qua diximus, apertè indicant, nunquam, in Lucenſi populo, & Excellentiſs. Conſilio Reipub. animum extitiſſe, vt tanquam Eccleſiaſticus viſitaret Operam, iure ſuo, tanquam Eccleſiaſticam; ſed eatenus, eam viſitationem libenter admiſiſſe, vt indè Viſitatori oſtenderet rectitudinem, & pietatem, qua regitur d. Opera, & quanta prudentia bona adminiſtrentur, vt indè teſtimonium, & gloriam capeſceret, & Excellentiſs. Conſilium, & cum toto populo vniuerſum regimen d. Operæ; quod etiam magis clareſcit, quia cum idem Viſitator nonnulla decreta reliquerit, nec lecta fuere, nec ad obſeruantiam conſuetudini tot ſæculorum contrarium animum induxerunt.

Ceſſat, vlteriùs, quod Operarius electus confirmationem recipiat ab Epiſcopo Lucenſi, quæ quidem, confirmatio indicat qualitatem Eccleſiaſticam & adminiſtrationem in laico reſidentem nudi facti, non iuris eſſe cenſendam, ex multis, quos adducit
Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. num. 15. vbi diſqui- 359
rit præſumptiones ſpiritualitatis.

Etenim, ſi confirmatio admitteret alias coniecturas, quod de auctoritate Epiſcopi electio pertineret ad laicos, & Epiſcopus confirmaret, eſſet bona præſumptio, ſi nihil antè confirmationem, de laicali qualitate conſtaret, tunc, enim, facilè crederemus perſonas electas habere miniſterium nudi facti dependenter ab Epiſcopo, ſic, enim, ſolent Epiſcopi permittere in Hoſpitalibus, vt ſuprà ex *Gonzal. & Clement. quia contingit de Relig. domib.* ex communi praxi.

At, verò, quando, ex alijs coniecturis apertis, conſtat de qualitate laicali, ex inſtitutione primæua, & forma regiminis, & ex conſuetudine inueterata tot
ſæculorum cum proteſtatione Excellentiſs. Conſi- 360
lij, & totius populi, de qua ſuprà, nulla remanet coniectura qualitatis Eccleſiaſticæ ex confirmatione petita ab Ordinario, quæ proindè exiſtimanda eſt procedere, ex pura conuenientia, & vrbanitate ſeruata erga ſuum Antiſtitem, & vt ipſe videat, quam benè regatur Opera, & impleantur voluntates defuncto-
rum; quo quidem caſu, benè interuenit ſollicitudo 361
Epiſcopalis, cui committunt iura ſollicitudinem eorum, quæ relinquuntur ad pietatem; per hoc, tamen nulla fit mutatio qualitatis laicalis, cum id conueniat ordinario, etiam quoad loca exempta, & regia, obſeruat *Barboſ. d. alleg 75. à num. 6. 7.* licet in multis locis vigeat contraria conſuetudo, & contradicant Confraternitatum, & Operarum Rectores, vt obſeruat de Cremonenſi Hoſpitali *Cyriac. d. controu. 530. num. 8.* Ait, tamen, *Barboſ. ibidem nu. 8.* ſaltem vti de-
legatum Apoſtolicæ Sedis Ordinarium viſitare poſ- 362
ſe ex *Concil. Trid.* vide *Barboſ. ibid. num. 8.*

Vel, etiam, dici poteſt, quod hanc confirmationem ſibi præſcripſerit ordinarius, & computorum viſionem; Ex quo, tamen, actu nullum fit argumentum, ad plenam iuriſdictionem, & ſubiectionem prædictæ Operæ; Præſcriptio, ſiquidem, cum ſit ſtricti iu-
ris, & iniquum præſidium *auth. vt Eccleſia Romana* 363
Collat. 2. tit. 4. ibi, *Impium remaneat præſidium, Riminald. Iun. conſ. 258. num. 27. Cyriac. controu. 321. num. 80. Larrea alleg. fiſc. 28. num. 25.* vbi multos dat, reſtringenda eſt ad præciſum actum, neque extenditur
ad alios actus *ex cap. audiuis 25. de Præſcript* vbi, *Bar-* 364
boſ. num. 2. vbi multos dat, latè proſequitur *Poſt. obſeru. 73. num. 30. & seqq. & dec. 324. num. 2. & nu. 29.* vbi præſcriptio ad facti terminos reſtringitur, maximè, reſiſtente voluntate habentes ius, quo caſu, requiritur iuriſdictio circà præciſam ſpeciem actus abſque vlla prorſus extenſione *Rot. ibidem num. 26.* videnda *num. 24.* Quo circà actus iſte Confirmationis, ſi eſſet præſcriptus (quod tamen negamus) adhuc non infert ad alios actus iuriſdictionis, & ſic remaneret in ſua qualitate, & ſtatu Opera, de qua agi-
tur, præſertim, cum Confirmatio non immutet na- 365
turam actus confirmati, ſed eam conſeruet vulgat. iur.

Ceſsat, vlteriùs, aliud fundamentum partis aduerſæ, quod, ſcilicet, etiam millenaria poſseſſio in hoc negocio nihil iuuet; Siquidem laici ſpiritualia præ-
ſcribere nequeunt, etiam per mille annos *Germon. de* 366
Sacr. Immun. lib. 3. cap. 19. à nu. 50. Gutier. pract. lib. 1. quæſt. 15. nu. 2. Balb. de Præſc. par. 4. quæſt. 7. nu. 53. &

par. 5.

par.5.nu.56.Couarr.variar.cap.17.n.7. Pereg.consf.74. lib.1.nu.5.& 6.Barbos.cap.7.nu.2. de Præscript.

Cessat, inquam, quia ius istius Operæ, de qua agitur cum sit laicale, non spirituale benè præscribi potest, sicuti etiam consuetudine firmari per possessionem, & alios actua, per tot sæcula, etiam data spiri-
367 tuali qualitate, vt suprà, cum non tam vehementer resistat Ius Canonicum huic administrationi, sicut ceteris actibus spiritualibus, & officijs, vt suprà, & rectè habet *Couarr.lib.1.var.cap.17.num.8.ad finem*, dignè viden.

Cessat, adhuc, aliud argumentum aduersum petitum ex eo, quod bona huius Operæ sine solemnitatibus non alienentur.

Respondeo, enim, quod stante iure laicalia qualitatis hucusque probato, benè præsumitur plena potestas in operario, dependenter ab Excellentiss. Consilio, vt attenta vtilitate, & necessitate, benè possit alienare, sine solemnitatibus *Extrauag. ambitiosè*, quæ certè non congruit nisi bonis Ecclesiasticis, & Deo directis, quorum alienatio facienda est, ex concursu earum solemnitatum; non sic, antem, bona laicalia, præsertim, vbi ex institutione adsit plena po-
368 testas, vt benè aduertit, *Gutier.lib.1.Canonic.cap.35. à num.22.* quæ licet refellat *Barbos. d. alleg. 75. num. 33.* circa confraternitatem Episcopi auctoritate fundatam, nullum dubium tamen est, circa operas, & Confraternitates laicales, vt constat ex eodem *Barbos.* benè distinguente, & tenente sola bona Ecclesiastica solemnitatibus alienari non laicalia; Ex singulari *decis.fin.Gamm.num.6.Ckopin de Sacr.Polit.lib 3. cap.6.num.6.Gabriel.concl.2.num.9.&* 10.de pia causa *Tusch.tom.3.litt.E, concl.28. num.5. & litt.F, concl.455.Gutier. vbi suprà, Valasc. consult.* 105. *Cabed. dec.51. part.1. Perez de Lar. de Cappell. lib. 1. cap.1. numer.5.* post *Bald. Castren.* & alios quos refert *Barbos. num.32.* sequitur *Redoan. Cout. cons. post inspect. 98. numer. 3. Filiucc. & Bonacin.* apud *Barbos.* qui etiam testatur de frequentiori opinione. Proinde, retenta qualitate laicali, ruunt omnia fundamenta, quibus innititur Reuerendissimum Lucense Capitulum.

Si verò etiam teneamus ex sola pietate etiam in loco laicali bona alienanda esse cum solemnitatibus, eo quod oblata ex pietate, non tam facile labi debent, adhuc sufficit interuenire Reipub. approbationem. Vel etiam admittamus Pontificiam, adhuc non infertur qualitas Ecclesiastica, retenta ea sententia, ex sola pietate, cuius auctores latissimè recenset *Barbos.d.alleg.75.par,3. de Episc. potest. nu. 22. 23.* ideo

Ex his benè infertur ad operam Lucanam pertinere legatorum administrationé, eiq; deferenda esse legata relicta, in causam cultus S. Vultus, & sine vlla iuris, aut tecti specie optasse Capitulum sibi deferri legatum recens, quod dedit causam liti.

Infertur, vlteriùs, operarium prædictum habere plenam administrationem rerum omnium, tam mobilium ad cultum S. Vultus, & vasorum argenteorũ, lampadum, & Sacrarum vestium, quæ parata sunt, & destinata ad ornamentum solemne, & sacrarum vestium, & consequẽter cogi non posse à Reuerendiss. Canonicis, vt commodet ea omnia, vel aliqua mobilia alienis Ecclesijs, sed id attendi ex libito, & prudẽtia operarij, & consultorum; præsertim, attenta concordia antiqua, quæ circumfertur, ex scriptura facti inter Capitulũ, & operã, ex qua concordia translata est in D. Operariũ plena facultas rerũ omniũ, ipsum grauando nonnullis operibus, de quibus in facto.

Inspectio, autem illa; an D. Operarius in futurum, perpetuò teneatur præstare scut.25. pro eleemosyna Concionatoris facienda, eo quod, per aliquot annos, variè præstiterit modò 25. modò inferiorem summam.

Facilè dirimitur, negando, D. Operarium teneri in futurum, ex prioribus præstationibus, præsertim attenta protestatione ipsius in solutionibus facta, quòd intenderet ea vice, tantum, persoluere; quæ protestatio apertè iudicat, ex nullo iure, obligationem contraxisse, sed liberali consensu, & libito facultatiuo in antecedentibus annis præstitisse, præsertim, cum ex iam dictis D. Operarius sibi vindicet plenum ius, liberamque administrationem rerum omnium pertinentium ad Operam priuatiuè ad Capitulum; ex quo antecedenti nulla potest haberi coniectura habilis causæ ad obligandum, cum tamen obligatio, in futurum, ex diuturnis præstationibus prioribus fundetur in coniectura causæ ad obligandum
habilis ex *l. cum de in rem vers. ff. de Vsur.* vbi ex Pa- 369
piniani sensu, ex præstatione vsurarum antecedenti, conijcit obligationem ad futuras in patre, quia ille approbauerat contractum filij, sortem ab eo acceptam in rem paternam conuertendo, vt benè explicat *Donell.ibi num.4.& in l.si certis annis* 28. *Cod. de Pact.* vbi Doctores conciliant hæc iura. Et communis resolutio est, quod, vbi adest causa, vel ex feudo, vel emphyteusi, vel simili, ex priori præstatione colligi obligationem in futurum. Cœterùm, quando, nulla causa coniectari potest, nec expressa obligatio ex stipulatu, cum ibi nil aliud consideretur, quam diuturna præstatio temporalis; nec tempus per se sit modus obligationis inducendæ vulg. iur. ideò cum *d. l. si certis annis*, constaret de nudo pacto, vti causa inutili ad obligandum, non potuit præsumi titulus qui obligationem fundaret, & ideò præstationem
priorem, etiam longissimam, & immemorabilem 370
non proficere ad cõiecturam obligationis benè *Flores de Mena lib.1.var qu.2.num.12. & 17. Gutier. in repet. l.nemo potest de leg.primo, numer.199. Perez de Lar. de Cappell.lib.1. cap.12.num.3.& 9.Pinell.de Rescind.vendit.part.2.cap.7.num.7.* vbi conciliat *l.si certis annis*, quod in ea causa, non probetur, cum re aliena non frueretur *Post. de Manut. obseru. 18.num. 45. 46.* vbi latè probat, *Gratian.cap.113.num.2.*apud *Post.dec.540.num.9.& seqq. & dec. 541. num. 9. Donat. Anton. de Mariu. cap.88. à num. 4.& seqq. lib. 1. Soccin Iun.* eleganter *cons.98. lib.3.à num.64.& seqq.* Quare, cum, in nostro casu, nulla subodorari possit causa habilis ad obligandum, sed appareat sola humanitas, & benignitas in vim Eleemosinæ, vt Concionatores illustrioris nominis inuitentur, iure meritò poterit cessare ab hac præstatione D. Operarius, cum ea, quæ consensu præstantur, obligationem non constituant, non probata causa, aut expressa volun-
taria stipulatione ait *tex. in l.creditor 7. C. de vsur.* 371
*vbi Barbos. num.*8. multos inducit explicantes, quandonam præstationes annuæ inferant ad obligationem in futurum præstandi, quæ præstita sunt.

Quod difficultatem non continet, quando, prout in casu nostro, præstationes fuerunt variæ, & difformes, vt hic, cum modò 25. modò 20. modò 15. *scut.* fuerint præstita, si enim, adesset obligatio, quomo-
dò quiescerent Canonici, recipiendo minorem sum- 372
mam, quàm 25. *scut.* Porrò ex difformitate actuum nullam colligi obligationem certum tenuit *Rot.apud Post.dec.46.num.7.* idem *Post. obseru.49.num.5.6.* vbi latè probat, & post ipsum *Rot. dec. 667. numer. 4.5. Cyriac. controu. 10. num.51.& controu. 389. num. 29. Soccin.Iun.d. consil.98.lib.3.numer.47. vsque ad finem Gratian. cap. 679. numer.12.* vbi multos dat, *Larre. dec. Granat. 2. à numer. 19.* vbi ex *Bald. Selazar. & Menocch.* validè probat. Ex quibus omnibus manet

explo-

exploratum intentionem Reuerendissimi Capituli Lucanæ Cathedralis nullum ius facere, contrà d. Operarium, eiusque Consultores, eorumque contentionem fore silentio sapiendam. Sic Censeo &c. saluo &c.

D. Io. Minoia Lauden. ex Congreg. Somaschensi saln, &c.

C A P V T II.

An quilibet priuatus possit immutare ordinem succedendi, à iure communi, præfinitum; Et an substitutiones, in contractibus fieri possint; vbi distinguitur inter vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam. De fideicommissaria verò, plura adducuntur pro vtraque parte, sed negatiua defenditur, & vlterius afferuntur multæ differentiæ inter fideicommissa in contractibus, & in vltimis voluntatibus.

S V M M A R I V M.

1 *Per pactum quis non potest immutare ordinem succedendi.*
2 *Quia continet pactum futuræ successionis à iure improbatum.*
3 *Contra quod valida sint pacta, vt bona non deueniant ad fœminas, vt primogenitus in aliqua portione succedat.*
4 *Et hæc opinio est verior, dummodò accedat superioris consensus.*
5 *Substitutio vulgaris fieri potest in contractu.*
6 *An fieri possit in contractibus substitutio pupillaris.*
7 *Fideicommissaria substitutio an fiat in contractibus.*
8 *Affirmatiua, quod possit fieri substitutio fideicommissaria in contractibus.*
9 *Qualibet substitutio fit in contractibus.*
10 *Valent fideicommissa inita in contractu matrimonij.*
11 *Valent pariter in contractu diuisionis facta à Patre.*
12 *Primogenia, & Maioratus possunt constitui in contractibus.*
13 *Contrà quod fideicommissa in contractibus fieri non possint.*
14 *Et talis sententia probatur per tex. in lib. 2. tit. 33. §. in primis.*
15 *In l. 1. § sciendum, ff. de leg. 3.*
16 *In l. si mulier 2. ff. de leg. tertio.*
17 *Acceptilatio instrumenti est actus inter viuos.*
18 *Et pariter probatur quod fideicommissa non possint fieri in contractibus tex. in l. ab eo, C. de Fideic.*
19 *Ex l. 1. C de Donat Caus. Mort.*
20 *In donationibus causa mortis fideicommissum non in donationibus inter viuos.*
21 *Textus in l. pater 38. §. penult. ff. de leg. 3. examinatur.*
22 *Nil tam contrarium est fideicommisso, quam si ei cuius fides electa esse dicitur cautionis onus iniungitur.*
23 *Doctores tenent fideicommissa in contractibus fieri non posse.*
24 *Alijs verbis, fit fideicommissum, alijs fit contractus.*
25 *Votum captandæ mortis non consideratur in promissione per viam contractus.*
26 *Tex. in l. quoties, C. de Donat. quæ sub mod. explicatur.*
27 *Verbum,* restituere, *in contractibus est obliquum.*
28 *Potest donari ea lege, vt quod donatum est post tempus restituatur.*
29 *Explicatur tex. in l. 1. C. de Donat. caus. Mort.*
30 *Explicatur tex. in l ea lege, C. de Condit. ob caus.*
31 *Fideicommissum est sui natura inalienabile, siue sit particulare, siue vniuersale.*
32 *Explicatur tex. in l. si ita quis 135. §. eadem sen. ff. de verb. oblig.*
33 *Explicatur tex. in l. vti hæredibus, ff. de leg. secundo.*
34 *Donationes causa mortis æquiparantur legatis.*
35 *In aliquibus etiam æquiparantur contractibus, & donationibus.*
36 *Substitutio vulgaris fit in contractibus non verò fideicommissaria.*
37 *Fideicommissa in contractibus sunt regulanda iuxtà naturam vulgaris.*
38 *Magis vera est opinio, quod in contractibus fieri non possint fideicommissa, licet magis communis sit pro affirmatiua.*
39 *Potest fieri in donatione, quidam ordo succedendi, adeò vt ex eo resultet effectus fideicommissi.*
40 *An talis ordo habeat effectum nisi proprij fideicommissi.*
41 *Non habet effectus veri & proprij fideicommissi.*
42 *Dominium rei fideicommisso suppositæ transfertur in fideicommissarium absque traditione.*
43 *In fideicommisso in contractibus non transfertur dominium absque traditione.*
44 *Per prohibitionem de non alienando facta in contractu non impeditur translatio dominij in tertium.*
45 *Limitatur in Primogenijs Hispaniæ.*
46 *Dominium sine traditione non transit in contractibus.*
47 *In casu alienationis non datur actio realis contrà tertium possidentem bona alienata & donata, sed personalis contra primum donatarium, & eius hæredes.*
48 *Actio personalis in rem scripta datur contra tertium.*
49 *Quæ actio oritur ex peruentione rei ad alterum.*
50 *Nunquam datur rei vendicatio hoc casu contra tertium*
51 *Nisi fauore Ecclesiæ.*
52 *Vel alimentorum.*
53 *Quod etiam in fideicommisso in contractu dominium ipso iure quæratur absque traditione.*
54 *Sed contraria opinio est magis approbata.*
55 *Actio realis nunquam datur substituto in contractibus.*
56 *Nisi ad fauorem primi donatarij.*
57 *Vel nisi adsint nonnullæ clausulæ in instrumento inferius adnotatæ.*
58 *Quando specialiter ipsa res obligatur pro obseruantia promissionis non transfertur dominium in tertium.*
59 *Sed talis hypotheca non debet esse specialis, sed sufficit generalis.*
60 *Contra, quod generalis non sufficiat.*
61 *Nisi adsit iuramentum, quia tunc talis generalis hypotheca operatur effectum specificæ expressionis.*
62 *Non transfertur dominium in tertium in fideicommisso in contractibus, quando, vltrà prohibitionem alienationis apponitur clausula declarans nullitatem.*
63 *Vel quando apponitur clausula Constituti ad fauorem donantis.*
64 *Fideicommissum in contractibus non efficitur caducum deficiente primo substituto ante grauatum.*
65 *Fideicommissum conditionale conditum in testamento non transmittitur.*

66 Fi-

66 *Fideicommissum conditionale conditum in contractu transmittitur ad haredes.*
67 *Stipulationes conditionales, ad haredes, & contrà haredes transeunt.*
68 *Nonnulli tenent quod fideicommissum in contractibus non transmittatur.*
69 *Sed contrarium est magis verum.*
70 *In contractibus interuenit factum stipulatoris, qui voluit sibi, & haredibus suis prospicere.*
71 *Non verò in testamentis.*
72 *Spes actionis conditionalis donari potest.*
73 *Legatarius pendente conditione non est creditor.*
74 *Creditor pendente conditione est creditor.*
75 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex voluntate testatoris tacita vel expressa.*
76 *Donatio inter viuos semper transmittitur.*
77 *Fideicommissum in testamentis est reuocabile vsque ad mortem.*
78 *Quis non potest per iuramentum adstringi ad non reuocandum testamentum.*
79 *Fideicommissum in contractibus non reuocatur.*
80 *Materia, an fideicommissum in contractibus possit reuocari est broccardica.*
81 *Fideicommissum in contractu donationis potest reuocari.*
82 *Donatio facta alicui, vt post certum tempus sit Ecclesia, valet, sed potest reuocari.*
83 *In contractibus innominatis habet locum panitentia.*
84 *Et reuocatio subsistit solo consensu donantis.*
85 *Sed quod non possit reuocari sine consensu vtriusque.*
86 *Contra quod non possit reuocari in praiudicium successorum.*
87 *Ex pacto inito inter donantem, & primum donatarium quaritur actio secundo donatario contra primum.*
88 *Actio mihi semel quasita, me inuito mihi auferri non potest.*
89 *Pactum de non petendo factum debitori non potest reuocari in praiudicium fideiussoris.*
90 *Multi volunt, quod habeat locum fauore matrimonij, vt non possit reuocari in praiudicium successorum.*
91 *Donatio facta vni, cum conditione restituendi alteri, potest reuocari ante acceptationem.*
92 *Et procedit etiamsi notarius pro tertio absente acceptauerit.*
93 *Donatio facta tempore nuptiarum maiori natu &c. valet irreuocabiliter.*
94 *Pactum de non reuocando efficit, vt donatio dicatur irreuocabilis.*
95 *Iuramentum facit irreuocabilem donationem fauore substituti.*
96 *Est irreuocabilis, quando secundus donatarius acceptauit, vel acceptauit notarius cum ratificatione ipsius donatarij.*
97 *Donationes, vel fideicommissa inita in contractibus nullo pacto possunt reuocari.*
98 *Substitutus in donatione potest vtilem actionem exercere contra primum donatarium.*
99 *Ad perficiendam donationem donatoris voluntas sufficit.*
100 *Donatio facta cum substitutione ad fauorem alterius non est donatio vnica, sed plures.*
101 *Perfecta donatio non admittit reuocationem, sed parit actionem ad rem donatam consequendam.*
102 *Acceptatio non est necessaria in eo, cui lex ita fauet, vt etiam ignorans habeat actionem.*
103 *Donatio est semper irreuocabilis, etiam respectu secundo loco vocatorum.*
104 *Et non solum donatio reuocari potest in praiudicium vocatorum, sed neque immutari, vel alterari.*
105 *Debet tamen saltem acceptari a primo donatario.*
106 *Contra quod sit irreuocabilis sola voluntate donantis sine acceptatione.*
107 *Non potest reuocari donatio in praiudicium secundo vocatorum etiam à donante.*
108 *Facultas concessa in donationibus de aliquid faciendo an possit reuocari.*
109 *Rota aliquando iudicauit pro negatiua, aliquando pro affirmatiua.*
110 *Facultas, & nuda potestas disponendi nullum ius formatum tribuit*
111 *Facultas sui natura reuocabilis, etiam in contractu eandem naturam inducit.*
112 *In donatione, & alijs contractibus irreuocabilibus fieri possunt pacta ad instar vltimarum voluntatum.*
113 *Trebellianica non detrahitur de fideicommisso in contractibus.*
114 *Contraria opinio est magis communis.*
115 *Legitima non detrahitur de fideicommisso in contractibus.*
116 *Contraria opinio est vera.*

VIdimus, in cap. antecedenti, quod ordo succedendi potest à statuto immutari; nunc quæritur; An id per pactum fieri possit, puta quod fœmina non succedat, quod maior natus habeat aliquam portionem, vltra partem alijs fratribus competentem, & quid simile.

Videtur verior opinio negatiua, ex eo, quia huiusmodi pacta verè dici possunt de futura successione, & a iure improbata, ob periculum captandæ mortis, vt 1
pluries vidimus, & firmant, in terminis allegati per
Marium Angnisc consil. 36. numer. 1. pro qua opinione 2
figit pedem *Peregr de fideic. art. 51. num. 36. versic. verum traditio, Forster de success. lib. 4. cap. 24. num. 21. & de Pact. cap. 6. num. 24.*

Sed contrarium, quod huiusmodi conuentiones, vt bona non deueniant ad feminas, vt primogenitus in aliqua portione succedat, sint validæ, & de iure permissę, multis adductis, tenet *Angnisciol. vbi suprà nu.* 3
4. & seqq. & facit etiam, *Raud. n. de Analog. lib 1. cap. 25. num. 27. 28. Pereg. de Fideic. d. art. 51 num. 36. Gaill. Obseru. 127. lib. 2.* vbi latissimè *Grege. in addit.*

Secunda opinio est verior, dummodo accedat consensus superioris, alias non, vt vidimus alio loco, quibus addo *Peregr. vbi suprà num. 36. in fine*, vbi allegat 4
Dec. consil. 516. num. 8. & 655. num 19. Ruin. consil. 99. num. 13. Gaill. vbi suprà num. 5. Petr. Neig. qu. 23. nu. 39. & seqq.

Sed difficilior est altera quæstio; an, in contractibus substitutiones fieri possint.

Quod attinet ad substitutionem vulgarem, certum est, quod sine vlla controuersia admittuntur, licet in 5
contractibus initæ, vt sunt *tex. in l. tale pactum, §. fin. l. cum maritus, §. final ff. de Pact. dotal. l. vti haredibus ff. de leg. secundò l. publia in princ. ff. depos. l. qui Roma §. Flauius Hermes vbi DD. ff. de verb. oblig.* ita etiam sentit *Franc. Marc dec. 136. num. 4 Osasch. dec. 85.* & alij latissimè allegati per *Fontanell. gloss. 25. in princ. pag. 563.*

Solum dubitatur, de substitutione pupillari, & fideicommissaria, de pupillari, quod non possit, in cõtractu, constitui, firmat *Molfes citatus à Censal. ad* 6
Peregr. art. 51. in princ. versic. sed limita, & disputato articulo, distinguit *Fontanell. claus. 4. gloss. 25. num. 2. & seqq.* quod pupillaris substitutio prohibetur fieri in contractu, quoad effectum succedendi, in bonis pupilli proprijs, non tamen, quoad effectum quod, si moriatur ille intra pupillarem ætatem non debeat, in bonis donatis substitutus succedere, id, enim, non magis censeri debet prohibitum, quam, si in aliquo quocumque casu sit substitutus vocatus.

De fideicommissaria, verò, est inter Doctores controuersia non leuis ponderis. 7

Pro

Pro affirmatiua facere videtur diſpoſitio, *textus in l.quoties, C.de donat.quæ ſub modo l.1. C.de donat. cauſ. mort.l.ea lege, C.de condit.ob cauſ. l.ſi ita quis* 135. §. *eadem lex, ff. de verb.oblig. l.vti hæredibus, ff. de leg. ſecundò*, & omiſſis antiquioribus, hanc ſententiam tuentur, *Odd. conſil.39.num.3.Honded.conſil.42.num.1. & conſil.44 lib.2. Decian.conſil.13.num.61. lib. 1. Bell. conſil.30.num.4.Marcian.conſil.6.num.54.lib. 2. Mart. conſil.191.num.1.& de ſucceſſ.leg.part.4.qu. 21. art. 9. num.1.& ſeqq. Argel. de acquir. poſſ. quæſt.8.num.136. Merlin de legit. lib.2.tit.1.quæſt.19.num.1.Caſtill.lib.3. contron. cap.19.num.252.Maſtrill.dec.190.num.9.Petr. de Fideic.qu.4.in princ.* optimè *Peregr.eodem tract.art. 51.num.1.* vbi, quod quamuis fideicommiſſa, de vno, in alium, propriè, per modum vltimæ voluntatis ordinentur, & fideicommiſſorum inſtitutio, auctore Cęſare Auguſto, ex cauſa teſtari originem ſumpſerit, *Inſtit.de fideic.hæred.in princ.* & conſtitutum ſit cuicũque, per vltimam voluntatem honorato, ac per donationem cauſa mortis, quæ quidem, eſt vltimæ voluntatis ſpecies, per fideicommiſſum ſubſtitui poſſe, *l.vt hæredibus, ff.de leg. ſecundò, l.vnica, §. niſi autem, ſub conditione, ff. de caduc.tollen.* Attamen etiam, in collatis per contractum inter viuos, poſſe ſubſtitui de vno, in alium, ne dum, per modum vulgaris in caſum noluntatis, aut impotentiæ primi, ſed etiam, per modum fideicommiſſariæ, poſt habitionem primi, iure deciſum legitur, *in l.quoties, C.de donat.quæ ſub mod.& l.qui Romæ, §. Flauius. ff.de verb. oblig.* Et *Peregr.* in in hac concluſione, ſequuntur, etiam moderniores vt *Cenſal. ad eundem d.art.52.num.1.Hodiern. contron. cap.35.num.58.Redenaſc.* cum latè cumulatis *conſ 11. num.33.Fontanell.de Pact.Nuptial.clauſ 4.gloſſ.25.nn. 2. Fuſar de ſubſtit.qu.14.num.8.Amat.var.reſol.12.nn. 1.lib.1.Theodor.alleg.24 num.2.* latiſſimè *Capyc. latro dec.2.num.2.& ſeqq. & Conſult. 32.num.1.Gratian.diſcept.for.cap.247.nu.1.2.Maſtrill.dec.190.in princ.Andreol.contr. 56.& contr.312.num.21.*

Quæ ſententia, ſicut fuit multoties approbata in Tribunalibus, tanquam magis communis, vt per *Magon.dec.Florent.71 num.6.Surd.dec.144.num.6. Milanen.dec.8.numer.355.* vt obſeruat idem *Mart. Summ. ſucceſſ.leg.d.part. qu. 21. art. 9.num.2.* & probatur *in d.dec Capyc.Latro dec.2. in princ. Maſtrill. d. deciſ. 190. Giurb.dec.108 num.16.* ita Rota Romana pluries, ac pluries eã ſequuta fuit, vt coram *Seraphin.dec.828.nu. 1. dec.21.num.2. part 1. & dec.284 num.27.par.6. rec. in Bononien. Fideic.4. Maij 1648. coram Eminentiſs.D. Cardin. Celſo,* & in eadem cauſa *13. Iunij 1653. §. verior, & communior coram bo: me: Dunozetto, in Roman. Fideicommiſſi 12 Iunij 1652. §.primo.coram bo: me:Veroſpio* & in alijs deciſionibus relatis in *Bononien. Fideicomm.de Boncompagnis 22.Martij 1662.coram R.P.D. Beuilaqua*.

Et generaliter, quod quælibet ſubſtitutio, ſiue directa, ſiue obliqua, & fideicommiſſaria valeat, in contractu donationis, vel cauſa mortis, vel inter viuos, voluerunt, *Bero.conſil.84.num.6.lib.2.Decian. reſp. 31.*
9 *num.61.lib.1.& reſp.55.num.1.lib.3. Maſtrill. dec. 190. num.10.Capyc latro d.dec.2.num.3.lib.1.Caren.reſ.154. num.1.Sanfelic. dec.202.num.2.Prat.diſcept. for. lib. 1. cap.4.& cap.19. Knipſchilt. de Fideic.famil.Nobil.cap. 6.num.30. Robles,de Repræſ.lib.3.cap.12.num 1. Altograd.conſil.37.num.5.lib.2.Manſ.Conſult.21. num. 50. lib. primo*.

Et, quod fideicommiſſa, & ſubſtitutiones, æquè in contractibus ſicut in vltima voluntate poſſint conſtitui, & paſſim admittantur in donationibus, tam inter viuos, quam cauſa mortis eadem *Rot in d.dec. Bononien.Fideicommiſſi de Boncompagnis 22 Martij 1662. coram R.P.D. Beuilaqua,* & firmauit *de Luc.in Theatr. Verit.& Iuſtit. tit. de Fideicomm.deciſ. 41. numer. 20. & ſeqq.*

Et pariter, quod fideicommiſſa valeant in contra-
ctu matrimonij inita, vtpotè, qood primogenitus ſuc- 10
cedat, & bona de primogenito in primogenitum perueniant, latè oſtendit *Mart. ſumm. ſucceſſ. leg.part.4. quæſt.21.art.9.numer.11. & 12.* & latiſſimè *Fontanell. de Pact. Nuptial.clauſ. 4. gloſſ.25.in princ.*

Prout, etiam, in contractu diuiſionis factæ à patre
inter filios, de qua re inferiùs, *Menoch.conſil. 944. nn.* 11
37.Mart.vbi ſuprà par.4.qu.21.art.9.num. 16. 17. Andreol.contron.56.

Imò non tantum fideicommiſſa, ſed primogenia,
& maioratus valent, etiamſi, per viam contractus fa-
cta ſint, *Robles de Repræſ.lib.3.cap.12.num. 4. Molin.* 12
de Hiſpan.Primog.lib.1.cap.12.num.1. 2.

Contraria, nihilominus, videtur fortioribus argu-
mentis munita, & præcipuè auctoritate Imperatoris,
lib.2.Inſtit.tit.33.§. in primis, & §.prætereà, & tit.ſeq. 13
in princ. fideicommiſſa alia eſſe particularia, aliaque 14
vniuerſalia, vtraque relinqui, vel ab hærede recto iure, in teſtamento inſtituto, vel ab hærede legitimo, aut honorario ſucceſſuro ab inteſtato. Opus, ergo, eſt, vt, per fideicommiſſum reſtitueretur rogatus, inſtituatur expreſsè ei dando hæreditatem ex teſtamento, vel tacitè non adimendo quod ſibi pertinet ab inteſtato, id autem tantummodò fieri poſſe per vltimam voluntatem, non tamen, per actum inter viuos certũ eſt, & conſequenter etiam indubitatum inter viuos fideicommitti non poſſe.

Id quod annuit etiam *Vlpian. in l.1.§. ſciendum, ff.*
de leg.tertiò, dum ait, id fideicommitti poſſe, ad quod 15
aliquid peruenturum eſt morte eius, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur; ſed vel per contractum fuit res donata, vel aliter inter viuos acquiſita, non peruenit res donata, vel vti ei data ex teſtamento, vel vti non adempta ab inteſtato, non poterit igitur per fideicommiſſum grauari, & arguit etiam *Dyn. in hac l.* ibi, *perueuturum diſpoſitione morientis tacita, vel expreſſa, ſecus, ſi inter viuos*, ſequitur *Alberic.* pariter hoc loco.

Sed confirmat idem *Iuriſconſ. in l. ſi mulier 2. ff. de* 16
leg.tertiò, vbi, propoſito caſu, quo vxor ſtipulata fuerit dotem ſibi reddi, & deinde eandem dotem accepti tulerat marito, ea lege, vt per fideicommiſſum alteri reſtitueret, reſpondit Vlpianus fideicommiſſum deberi, *ſed hoc ità*, ſunt eius verba, *ſi mortis cauſa donatura mulier marito fecit acceptum*; qua cautela non ob aliam rationem Iuriſconſ. reſpondiſſe dicendum eſt,
niſi, quia in inſtrumento acceptilationis, qui eſt actus 17
inter viuos, non poterat dotis reſtitutio, per fideicõmiſſum, marito iniungi. Poterit, quidem, mulier, per vltimam voluntatem de reſtituenda dote, quam acceptam fecerat maritum rogare. Quia licet acceptilatio iſta donationem inter viuos à legibus reprobatam ſapere videretur, confirmabatur, tamen, morte mulieris non reuocantis ex conſtitutione d. Pij in *l.cum hic ſtatus de Donat.inter vir.& vx.* capiebatque tunc maritus mortis cauſa, quo in caſu fideicommiſſum ab eo mulier relinquere poterat, nõ quia ipſamet, vt donatione inter viuos, ſiue acceptilatione, ſed in vltima voluntate, ot punctualis eſt textus *in l. ſequens quæſtio de leg. ſecundò*.

Comprobatur etiam ex textu in *l.ab eo, C.de fideic.* 18
his uerbis; *ab eo, qui, neque legatum, neque fideicommiſſum, neque hæreditatem, vel mortis cauſa donationem accepit nihil per fideicommiſſum relinqui poteſt*.

Nec non ex *l.1.C.de Donat. cauſ. mort.* dum ibidem
Imperator reſcribit, *ſi donatione contineatur, vt altero*
defuncto ad alterum portio eorum quæ donabantur per- 19
tingeret, exiſtente conditione fideicommiſſi actionem

com:

competere, si mortis causa donatio perficiebatur, quæ verba adiecta fuisse, quia non idem iuris fuisse, si donatum esset inter viuos; tunc, enim, altero ab alteris ex donatarijs fideicommissum relinqui non potuisset, vt benè obseruat, *Cuiacc.lib.2.obseru.cap.6.versic.fideicommissum, Fachin.lib.8.cap.88.in fine.*

In quibus legitur, vt suprà, relatis, apertissimus erat locus, quo potuissent Vlpianus, & Imperatores exprimere, si quod in donatione causa mortis responderunt, vel statuerunt, intendebant etiam in donatione inter viuos procedere; sed quia antiqua iuris prudentia nunquam admisit à donatarijs, inter viuos posse fideicommissa relinqui, dubitauit, verò, an idem iuris esset in donationibus causa mortis; In ea tantum opus fuit hanc ambiguitatem Iurisconf. responsis, Imperatorum rescriptis repellere; Et ideò in dictis legibus, nulla de donatione inter viuos facta est mentio, quinimò earum dispositio expresè ad donationem causa mortis limitata est; Vndè, ex eo, quod à Donatarijs causa mortis, speciali iure fideicommitti permissum sit, apparet contrarium in donatione inter
20 viuos obtinere, vt aduertit *Io. Andr. Sichard. de Iur. Testam.dissert.7.Theor.1,num.69.*

Et magis, ac magis sententia nostra, vt fideicommissum, in contractu, fieri non possit, vires assumit; vt, si fideicommissum relictum sit, in testamento, subindeque initus super restitutione fideicommissi contractus, vel præstita cautio; quinimo iniunctum à testatore onus cautionis, desinat esse fideicommissum, vt est textus *in l.pater 38.§.penult. de leg. tertiò*,
21 vbi in specie, qua pater hæredes scripserat, & adiecerat, *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa alienent, sed conseruent successioni suæ deque ea re inuicem sibi caueant ex his verbis, quæsitum est; an prædia per fideicommissum relicta v deantur respondit Scæuola nihil de fidei. ommisso proponi*, expendit ad rem nostram, hunc iuris locum *Anton. Faber. Decad.12.error.10. numer. 15.* aduertens ex alienationis quidem prohibitione facta, ob eam causam, vt testatoris bona hæredibus, & eorum posteris conseruentur fideicommissum inductum esse saltem in casu contrauentionis, sed quia testator adiecerat; *de eaque re inuicem sibi caueant Scæuolam respondisse nihil de fideicommisso proponi*; Quia nihil tam contrarium est fideicommisso, quam si ei, cuius fides electa esse dicitur cautionis onus iniungatur, vt latius Faber ratio-
22 cinatur.

Et propterea in aperto res est, quod fideicommissa in contractu, inter viuos fieri non possunt, vt præ ceteris, probat optimè *Simon de Prat. de Interpret. vltim.volunt.lib.3.interp. 3.dub.primo solut.1.num.3.pag.* 272. vbi quod fideicommissum fit in dispositione, quę per mortem disponentis firmitatem capit, & illud
23 præstandum venit ab eo, qui capit causa mortis, id quod, vel prius ei fuit datum, vel ei, vt venienti ab intestato, non ademptum, &c. Ex dispositione, autem, facta via contractus valida inter viuos non valet fideicommissum, sicut in vltima voluntate valet, & rationem assignat *num.4.* quia alijs verbis obliquis, & de-
24 precatiuis fit fideicommissum, *§. fin. Instit. de singul. reb.per fideic.relict.* scilicet, peto, rogo, volo, mando fidei tuæ committo; & alijs verbis obligationis concipitur contractus. contraxerunt, gesserunt, quæ ad ius testandi non pertinent, *l. verba contraxerunt, ff.de verb.signif.l. consensu, & l. obligamur, ff. de action. & oblig.*

Et licet *Simon. de Prat.* assignet ibidem etiam pro ratione inualiditatis, votum captandę mortis, ac re-
25 strictionem voluntatis, liberi hominis, factionisque testamenti, tamen hæc non adaptantur ad casum, quo quis, per viam contractus, promittit, vel donat partem bonorum; sed tantùm, ad casum, vt quis donet omnia eius bona, tam præsentia, quam futura, per viam conuentionis, & successionis, de quo casu, hic non agitur, tunc enim certum est, quod conuentio est inutilis, vt latè vidimus, & in proprijs terminis obseruat, *Gratian. Discept.for.cap.247.nu.9.* sed tantum disputatur de fideicommisso inito per viam contractus, & promissionis de præsenti facto, in quo, vti non adaptantur considerationes allatæ, voti captandæ mortis, & restrictionis voluntatis liberi hominis, ita, ex hoc capite, nulla dici non possunt.

Præterea, pro hac opinione, quod fideicommissa in contractibus inter viuos constitui non possint, adducitur, *Peregr de fideic.art.1.num,15* vbi alios affert, & faciunt tradita per doctores, *in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb.oblig.* & præcipuè *Castren. num. 2. Cuman num.4.Ias.num.15 Ruin.consil.214.num.16.lib. 1 & consil.7.num.14.lib.3. Gozadin.consil.4 numer.31. Albcn.consil.321.num.11.12.ibique Add.list.C.Vin.dec. 186.num.1. Menoch. consil.85. num.28. & seqq. consil. 325.num.7.consil.794.num.8.& consil.1028. numer. 6. Giouagnon.consil.34 num.3.lib.3. Mart. consil 38.num. 19.Riminald.Iun.consil.824 num. 30.Goll. de Except. tit.4.except.23. num 40.* & latiùs *num.46.& seqq Sess. dec.Arag.3.& dec.311.num.3. Fontanell.de Pact. Nuptial. claus.4. gloss. 9. part. 3.num.34. Parlador. quotid. diffic.18.num.2. Faber de Error. pragm.dec.47. error. 9. num.2.Petr.de Fideic.quæst.4 num.8. versic. contra tamen* plures adducit *Rodenasc. consil.71.num.10.* plenè *Robl.de Repræs.lib.3. cap.12.numer.13.Capyc. Galeott. controu. lib.2.controu.23.num.18.& seqq.* vbi quod huiusmodi opinio est verissima, iuris principijs consona, communis, & indubitata.

Et qui hanc sequuntur sententiam non obstare asserunt leges, pro alia parte ponderatas; Siquidem, 26
tex.in l.quoties, C.de Donat.quæ sub mod. non meretur allegari; nil aliud enim ibi dicitur nisi, *quoties donatio, ita conficitur, vt post tempus, id quod donatum est, restituatur*, Ex quo infertur ex illo verbo *restituatur*, vt possit fideicommissi onus donatario iniungi in contractu donationis: nam idem verbum obliquum est, & per consequens denotat fideicommissariam.

Sed, re vera, quicquid significet, hoc verbum à testatore probatum, in vltimis voluntatibus certè in actibus inter viuos, quales sunt donationes de quibus
agitur, nunquam, verbum *restituere* obliquitatem in 27
se habet, vel fideicommissum importat, vt non vno Iuris loco probatur, videlicet *l. plus est 22. l.restituere 35.l.cum Prætor & l. vltima §. vlt. ff. de Verb. signif. l. Iulianus §. idem Iulianus, & §. fin.l. præterea l.ex aduerso,§. 1. ff. de rei vendic. l. videamus 38. l.2.§. prætor ait, ff. ne quid in loco publ.* cum similibus.

Nec valet argumentum, potest donari ea lege, ut,
quod donatum est, post tempus, post mortem uel 28
aliũ casum, restituatur, ergò potest, in actu inter viuos fideicommitti, ut probat *Faber d. Error 10.* & latiùs *Robl.de Repræs.lib.3.cap. 12.numer. 15. & seqq. Merend.contr.lib.7.cap.45. num.1.2.*

Tex.in l. 1. Cod.de Donat.caus.Mort. non solum non obstat, sed potius aliam sententiam confirmat:
Nam ibi disponitur, posse fideicommissa constitui in 29
donationibus causa mortis, ergo excluditur donatio inter vinos, ex regula quod inclusio vnius est exclusio alterius, *lex ea lege C. de condit. ob caus.* minus obstat, dum in ea tantum disponitur, donatione facta sub pacto, ne liceat rem donatam alienare, non impedire dominij translationem, sed contra donantem, donatario, hæredive eius competere conditionem: Hinc, autem, non potest inferri ad ualiditatem fideicommissi in contractibus; Quia potius, cum in hoc textu probetur pacto non licere rem donatam alienare,

can-

eandem fieri non poſse inalienabilem; melius infertur
eadem pacto fieri non poſse fideicommiſsum, quod
eſt ſui natura inalienabile, ſiue ſit vniuerſale, ſiue par-
ticulare, vt per *Iuſtin. l. vltimo, §. ſed quia, cum ſeqq. C.*
31 *comun. de leg. & Fideic.*

Eodem modo parum feliciter allegatur *textus in l.
ſi ità quis 135. §. eadem lex, ff. de Verb. Oblig.* in qua
32 proponitur talis caſus. Seia ſeruos donauit Lucio Ti-
tio, & tradidit ea lege, vt, ne ad fratrem eius, aut ad
filium, ſiue ad vxorem peruenerint; Et Titius ſtipu-
lante Seia, ità ſpopondit. Deinde Titius hæredem re-
liquit Seiam, & fratres, atque ità pacto contrauenit,
conſultus Sceuola, an Seia cum fratre, & cohærede,
ex ſtipulatu, poſſet agere, reſpondet poſse in id, quod
eius intereſt; Ex quo nequaquam probatur validum
eſse in contractu fideicommiſſum.

Et pariter non eſt attendendus *tex. in l. vti hæredi-
bus, C. de leg.* 2. vbi Marcellus ait, quod, ſicuti hære-
33 dibus, & legatarijs ſubſtitui poteſt, ita, & donatarijs
cauſa mortis. *Vt id promittat ille alteri, ſi ipſe capere
non poterit*. Etenim præter quod, hæc vltima verba
denotant, vulgariter ſubſtitui poſse, cum mortis
cauſa donatur, iuxta *tex. in princ. tit. Inſtit. de Vulg.
& pupill.* non benè arguitur, in terminis noſtræ quæ-
ſtionis, à donatione cauſa mortis, ad donationem in-
ter viuos; quicquid, enim, vel reſponderunt Iuris
Conſ. vel Imperatores reſcripſerunt, poſse in dona-
tionibus cauſa mortis ſubſtitui, vel fideicommitti,
ſpeciali ratione id actum eſt, nimirum, quia donatio-
34 nis iure funguntur, atque æquiparantur legatis, ab
*Vlpian. l. 3. §. ſi debita, ff. de bon. lib. l. 1. §. 1. ff. ſi quid
in fraud. Patron. & l. illud, ff. de Mort. cauſ. donat.* à
Marcello l. 15. §. vltimo, & l. 17. eodem tit. à *Paulo in l.
omnibus d. tit ſi quid in fraud. Patron.* quorum ſen
tentiam confirmauit *Iuſtin. l. fin. C. de Donat. cauſ. mort.
& princ. tit. Inſtit. de Donat. Vueſſemb conſ. 38. nu. 44.
& ſeqq. & conſ. 71. num. 7. Pignatell. cent. 2. cap. 99.
num 16. Monet. de Commut. Vlt. volunt. cap. 2. nu. 21.
Fachin. contro. lib. 5. cap. 60. verſ prioris, Arias de
Meſ. var. lib. 2. cap. 39. num. 10.* licet in multis æqui-
35 paretur etiam contractui, & donationi, *Merend. con-
tron. lib 14. cap. 24. & ſeqq Hodiern. contr. 35. Mart.
Medic. exam 52. & dec. 83.*

Quæ ratio deficit, prorſus, in donatione inter vi
uos, & propterea non valet argumentum, de vna
ad aliam.

Prout, etiam, nullo pacto, conuincunt in dona
tionibus inter viuos fieri poſse fideicommiſsa *tex. in
d. l. vnic. §. ſin autem in fin. C. de Caduc. toll. l. mulier,
§. fin. ff. ad Trebel.*

Ex quibus indubitatum videtur; quod, licet non-
nulli, ex Doctoribus, teneant in contractibus poſse
36 fieri ſubſtitutiones, vt vidimus ſuprà, nihilominus id
eſt reſtringendum ad caſum tantum vulgaris ſubſtitu-
tionis, non verò fideicommiſsariæ, vt explicant infe-
rius citandi, qui tenent ſubſtitutiones, in contracti-
37 bus, factas eſse regulandas iuxta naturam vulgaris,
vt, alijs omiſſis, *Menoch. conſ. 85. nu. 28. & conſ. 325.
num. 7. 369. nu. 1. & ſeqq. Pariſ. conſ. 190. nu. 2. lib. 4.
Ferret. conſ. 12. num. 14. Couarr. lib. 1. var. cap. 14. nu.
3. Riminald. Iun. conſ. 824. num. 3. Andreol. controu.
20 num. 6. Hodiern. contron. cap. 35. num. 58. verſ.
quicquid, D. meus Aloyſ. Manſ. Conſult. 22. num. 44.*

Quod nō eſt extendendum ad alias ſubſtitutiones
fideicommiſsarias, vt vidimus, & eo minus ad pu-
pillares, vt oſtendit *Molfeſ. ad conſuet. Neapolit. tom.
2. Conſtit. 26. num. 2. & ſeqq.* quem refert, & ſequi-
tur *Cenſal. ad Peregr. art. 52. n. 1. verſ. ſed limita*, cum
declaratione tamen de qua *ſupra num. 6.*

In conflictu opinionum, fateor ego in puncto iuris
38 eſse vltimam negatiuam ſententiam magis veram, li-
cet hodie magis cōmuniter Doctores ſequantur pri-
mam opinionem affirmatiuam, & præcipuè Rot. Ro-
man. vt vidimus ſupra.

Nullus, autem, negat, quod, ſi non valeat fidei-
commiſsum, in contractu, conditum, quatenus con-
cernit realitatem, & eſſentiam veri fideicommiſſi; ſal-
tem ſubſtineatur quidam ordo ſuccedendi in re dona-
ta, vel aliter, per contractum, aſſignata; adeout, ad 39
formam fideicommiſſi, quis cogatur alteri reſtituere
rem ſibi, ſub hac conditione, acquiſitam. Ità, ſi ex do-
natione, vel alio contractu inter viuos non reſultat
verum, & reale fideicommiſſum, effectus ſaltem fidei-
commiſſi oriri poſſit, vt egregiè diſtinguit, *Pereg. vbi
ſuprà art. 54. num. 2.* vbi quod licet fideicommiſſa de
vno in alium propriè, per modum vltimæ voluntatis,
ordinentur, attamen ad ſimilitudinem fideicommiſſo-
rum, in contractibus ſubordinantur gradus, & ſucceſ-
ſiones, de vno in alium, & latiùs *Simon. de Prat. vbi
ſuprà pag. 272. num. 5.* vbi, quod quandoque reperitur
in contractibus, vel communionis, vel diuiſionis, vel
initis ex cauſa matrimonij, vel donationis apponi pa-
ctiones, verbis obligatiuis, inter viuos, de certis re-
bus dandis, puta Titio poſt mortem Sempronij, has
quidem pactiones debere ſeruari, non quidem in vim
fideicommiſſi, ſed directæ cuiuſdam ſubſtitutionis, in
contractibus validæ, & legis, per promittentem appo-
ſitæ ſuæ rei ex honeſta cauſa, vt benigna iuris inter-
pretatione, per *l. quoties, ff. de Donat. quæ ſub mod.* &
plura, etiam ad propoſitū, adducit *Cenſal. ad Pereg.
d. art. 51. verſic. obſeruo tamen, Fontanell. de Pact. Nu-
ptial. clauſ. 4. gloſſ. 9 part. 3. num. 34. pag. 160. Molin. de
Hiſpan. Primog. lib 1. cap. 12. num. 11. & num 29.* opti-
mè *Caſanat. conſil. 52. num. 8.* vbi, quod licet, per con-
tractū propriè fideicommiſſo ſubſtitui non poſſit, ta-
men, ad ſimilitudinem fideicommiſſi, in teſtamento
inſtituti, in contractibus ſubordinantur gradus, & ſuc-
ceſſiones, de uno in alium, tam per modum vulgaris,
in caſum noluntatis, aut impotentiæ primi, quam,
per modum fideicommiſsariæ ſubſtitutionis, poſt ha-
bitionem primi, & tandem latiſſimè, *Gratian. diſcept.
for cap. 247. num. 9.*

Sed dubitatur: An, admiſso, quod ſubſtitutio obli-
qua in contractibus non ſit verè, & propriè fidei-
commiſsum, ſed quidam ordo ſuccedendi à fideicom-
miſso ſeparatus, quæri poteſt vtiliter, An habeat, vel 40
non omnes effectus veri, & proprij fideicommiſſi.

Quod effectus veri fideicommiſſi non ſortiatur, cla-
riſſimè patet, & præcipuè; quia, licet ex natura fidei- 41
commiſſi facti in vltima voluntate dominium rei fi-
deicommiſso ſuppoſitæ transferatur in fideicommiſ-
ſarium, abſque traditione, vt per *Peregrin. de fideic.* 42
*art. 51. num. 72. verſic. in hoc autem, Gratian. diſcept. for.
cap. 332. numer. 9. Merend. controu. lib. 7. cap. 45. num. 5.*

Tamen, dum agitur de fideicommiſso, in contra-
ctibus aliter res ſe habet, quia dominium, eo caſu, ne-
quaquam transfertur, in ſubſtitutum, ſine traditione 43
*l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. l. ea lege, ff. de
condit. ob cauſ. Andreol. controu. 68 num. 9. Aloyſ. Manſ.
conſult. 21. num. 56.* cum alijs, qui cumulari poſsent.

Neque per prohibitionem, de non alienando in
contractu factā, impeditur dominij translatio in ter-
tium, quicquid ſit in vltimis voluntatibus, *Peregr. de* 44
*fideic. art. 51. num. 72. verſic. vt in hac, Molin. de Hiſpan.
Primog. lib. 1. cap. 12. num. 30.* (licet contrarium ſtatuat
in maioratibus Hiſpaniæ ex lege peculiari) *Ludouic.
dec. Peruſ. 68. part. 2. Magon. dec. Florent. 112. Vincent.* 45
de Franch. dec. 355. & alij allati per *Fontanell. de Pact.
Nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 25. num. 56.* quibus addo, *Rener-
ter. dec. 240. num. 3.* & ibi *de Marin. in obſeru. Andreol.
controu. 68. num. 9. dec. 623. num. 1. 2 part. 4. rec.*

Et propterea, cum verum ſit, quod dominium, ſine

tra-

traditione, in contractibus non transit *l. traditionibus,*
46 *C. de Pact. Rot. coram Penn. dec. 6. nu. 5. & seqq. coram Buratt. dec. 124. num. 11.* magis communiter tenent Doctores in proposita materia substitutionis fideicommissariæ, in contractu factæ, quod vtilis actio, quæ datur secundo donatario, vel substituto, vigore Constitutionis Imperatoris *in l. quoties 3. C. de Donat. quæ sub mod.* sit personalis, non realis, adeout ei competat aduersus primum donatarium alienantem, vel eius hæredes actio personalis, non, verò, realis contrà tertium possidentem bona donata, vt, præ cęteris, latè
47 probat *Conarr. lib. 1. var. cap. 14. vers. hanc verò num. 2. Guid. Pap. quæst. 512. Menoch. cons. 85. num. 42. & cons. 325. num. 3. Decian. consil. 55. num. 1. Simon de Præt. de Interp. vltim. volunt. pag. 272. num. 5. Mantic. de tacit. lib. 12. tit 48. numer. 6. Tiraquell. de Iur. Constit. par. 2. ampliat. 30. num. 3. 4.* vbi quod hæc sententia in iudicijs seruatur, *De Franc. dec. 74. num. 1. Magon. dec. Florent. 71. num. 8. Molin. de Hispan Primog. lib. 1. cap. 13.* alter *Molin. de Contract. disp. 265. num. 50. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. gloss. 25. num. 54. Gratian. Discept. for. cap. 332. num. 9.* vbi, quod opinio ista est verior, & contraria non est tuta *Giouagnon. consil. 34. par. 2. per tot.* &, alijs omissis de quibus per *Andreol. controu. 20. num. 8.* ita etiam sentit *D. meus Aloys. Mans. consil. 21. numer. 57.* & hoc etiam optimè defendit *Merlin. Pignatell. cent. 1. controu. 60. num. 4. & seqq.*

Et quamquam nonnulli affirmant, actionem posse experiri, contrà tertium; hanc, tamen, realem ap-
48 pellant, in rem scriptam, quæ potest dari contrà tertium, vt, auctoritate, *l. 3. §. est autē, ff. ad exhib. Bart. Cassan.* & aliorum probat, *Mart. de success. par. 4. quæst. 21. art. 9. num. 26. & seqq.* vbi, quod hæc actio perso-
49 nalis in rem scripta oritur, ex peruentione rei ad alterum, vt declarat *Bolognett. in rubr. si certum petatur num. 26.* Vndè si res tua, in qua ego habebam ius, peruenit ad Petrum, datur actio personalis in spem, quæ competebat mihi contra te, sed dicitur actio in genere, quæ sufficit contrà Petrum, non, tanquam, successorem tuum, sed tanquam possessorem rei, super qua ego habebam ius, & inferius latius ostendit actionem secundo donatario competentem vigore *l. quoties, C. de Donat. quæ sub mod.* esse personalem in rem scriptam, vt ibi per eum, quod etiam non citato *Mart. repetit. Andreol. controu. 68. num. 16. in medio.*

Tamen nullus, ex citatis, affirmat hanc actionem esse realem, sed potiùs constantissimè negant dari rei vindicationem, contrà tertium, vt latè constat ex
50 eorum scriptis, & plenè ostendit *Pignattell. vbi suprà d. cap. 60. num. 6.* vbi, quod ab hac opinione non ausa fuit recedere M. Curia Vicariæ, & benè etiam comprobatur ex allatis per *Aloys. Mans. consult. 31. numer. 57.*

Exceptis casibus specialiter à iure expressis, vt in
51 Ecclesia, vt per *Conarr. var. d. lib. 1. cap. 14. num. 8. Molin. de Contract. disp. 265. num. 5.*

Vel fauore alimentorum, vt per *Faebin. controu.*
52 *lib. 8. cap. 88. vers. non obstat, l. 1. C. eodem tit.*

Licet hęc opinio, ex prædictis, videatur sine contradictione, tamen contraria sententia habet suos auctores, tenentes, in præsenti casu fideicommissi ordinati in contractibus ad instar fideicommissorum vltimarum voluntatum dominium, ipso iure, trans-
53 ferri absque traditione, vt probant allati à *Gratian. Discept. for. cap. 332. num. 7.* Et propterea tenent, vtilem actionem, de qua fit mentio in *dict. l. quoties, Cod. de Donat. quæ sub mod.* secundis donatarijs concessam, realem esse, eamque experiri posse aduersùs bona alienata, penès tertios possessores existentia, ita sentit *Decian. cons. 238. num. 3. & in l. traditionibus, Libro III.* *C. de Pact.* & alij relati per *Fachin. d. cap. 88. lib. 8. Pereg. de fideic. art. 51. num 69.* vbi dicit hoc esse speciale in donatione, licet in alijs contractibus non procedat, & ita etiam placuit *Rauden. consil. 28. numer. 23. vol. 1.* cum alijs per *Mart.* adductis in *summ. success. eg. d par. 4. quæst. 21 art. 9. num. 25. Caeberan. dec. 33. in fine,* & alij apud *Merlin. Pignat. d. cap. 60. nu. 2. Rot. in Ciuitatis Castelli Primogenituræ 4. Iunij 1670. cor. R. P. D. Taya decis. 150. num 4. post Tractat.*

Sed quamuis hanc sententiam, tanquam meliorem approbet subtilissimus, *Faber de Error. Pragm. dec.* 54
47. error. 8. nihilominus contraria est amplectenda, vt potè, quæ magis conuenit dispositioni, *textus in d. l. quoties 3. C. de Donat. sub mod.* & optimè ostendit doctissimus, *Merend. controu. lib. 7. cap. 45. num 5. 6. & per tot.* vbi singillatim perpendit omnia verba dictæ legis; Et tandem, pro actione personali, contra realem concludit, prout pariter, disputato articulo, eandem opinionem, vti meliorem sequitur *Faebin. d capit. 88. per tot. Ger. Spinus consil. 51. per tot.* vbi omnibus contrarijs respondet, & latissimè, reprobato *Fabr. Merlin. Pignat. d. cap. 60. num. 4. & seqq. lib. 1*

Apparet, igitur, non esse tutam conclusionem *Peregrin. de fideic. d. art. 51. num. 69.* quem sequitur *Gratian. discep. 247. in princ.* & nouissimè *Rot. in d. Bononien. Fideicommissi de Boncompagnis 22. Martij 1662. coram R. P. D. Beuilaqua,* in qua firmatum, competere donatario substituto, in contractibus, actionem ex fideicommisso; quia ex suprà latè deductis oppositum probatur, nunquam dari fideicommissario substituto 55
in contractibus realem actionem ex fideicommisso,

Nisi ea conclusio capiatur ad fauorem, dumtaxat, primi fideicommissarij, non verò successorum; quia, eo casu, vera est opinio Rotæ, & aliorum, vt compe- 56
tat primo donatario rei vendicatio, vt probat *tex. in l. 1. C. de Donat. quæ sub mod.* & tradit *Merlin. Pignat. d. cap. 60 num. 2.* & pleniùs firmauit *Rot. vt in dec. 314. coram Royas. Eminentiss. Ottob. dec. 238. & in rec. dec. 308. part. 10. & dec. 261. part. 11.* licet contrarium firmet *Andreol. controu. 240. & 339.*

Vel enim donatarius ipse in constructione fideicommissi vsus fuerit quibusdam cautelis à Doctoribus, inferiùs citandis, inuentis, pro impediēda trans- 57
latione dominij in tertium, quo casu, dari actionē rei vendicationis, non est dubium, etiam contra tertium possessorem.

Et vna est cautela, quod donator rem ipsam obliget specialiter pro obseruantia promissionis; Nam, hoc casu, dominij translatio impeditur, & nulla erit eius rei alienatio, & res vindicari poterit, vt est *text. l. si creditor, § fin. ff. de Distract. Pignor.* & latè fundat *Peregr. de Fideic. art. 51. n. 76. Negruzant. de Pignor. memb. 1. par. 2. nu. 5* latè *Andreol. contr. 78. n. 10.* benè *Merend.* 58
controu. lib. 7. cap. 46. n. 6. vbi, quod ad euitandas disputationes circà actionem realem hoc remedium adhibendum erit, vt donator obliget bona donata omnibus substitutis. Capaces, enim, sunt hypothecæ antequam rerum donatarum dominium acquisiuerint. *l. 1. in fin. ff. de reb. eor.* & latissimè *Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4 gloss. 25. num. 58. pag. 570.*

An, verò, hæc obligatio, & hypotheca debeat esse specialis, vel sufficiat generalis.

Quod generalis sufficiat, nec requiratur specialis tenent allati per *Peregr. d. art. 51. nu. 77.* necnon adducti 59
per *Fontanell. vbi suprà num. 60. Andreol. contr. 68. numer. 12.*

Sed contrà, quod requiratur specialis hypotheca, nec generalis sufficiat, tenet, *Becc. consil. 80. & alij relati per Peregr. d. art. 51. numer. 77. versic. contrà tamen,* vbi, quod hæc opinio, sicuti receptior, ita ve- 60
rior videtur, & hanc etiā, vti veriorē, & communiorē,

approbat, *Fontanell.loco cit.num.60. verſic. verior ta-*
men.
Niſi cum generali hypotheca adſit iuramentum,
quia, eo caſu, cum iuramentum vim habeat expreſ-
61 ſi, idem operatur circa huiuſmodi pactum, de non
alienando coniunctum cum generali hypotheca,
quod ſpecialis ipſa operatur, vt latè probat, multis
cumulatis, *Fontanell. vbi ſuprà, num. 61.*
Alia, quod, vltra prohibitionem alienationis appo-
natur clauſula declarans nullitatem d. alienationis,
62 *Peregr. d. art. 51. num. 82. Menoch. conſ. 63. num. 16.*
lib. 1. Andreol. d. controu. 68. num. 14.
Alia, quod, in caſu alienationis, apponatur clauſu-
63 la conſtituti ad fauorem donantis, iuxta modum alla-
tum à *Peregr. d. art. 51. num. 79.*
Alias, tandem, reperies apud ipſum *Peregr. vbi*
ſuprà, vſque ad finem Capituli, vbi per octo fallentias
limitat concluſionem, de qua ſuprà, quod per actus
inter viuos non poſſit impediri dominij translatio.
Differt, vlterius, fideicommiſſum in contractu con-
64 ditum, à fideicommiſſo in vltimis voluntatibus, in
hoc, quod illud non efficiatur caducum, deficiente
primo ſubſtituto, ante grauatum; hoc verò, per obi-
tum ſubſtituti ante ipſum grauatum, expiret.
Quod, verò, fideicommiſſum conditionale condi-
tum in teſtamento non tranſmittatur, ſed morte
65 ſubſtituti ante euentum conditionis euaneſcat, eſt
textus in l. vnica, §. ſin autem, C. de cadue. toll. gloſſ.
in l. 1. C. de his, qui ant. apert. tabul. l. hæredes mei, §.
cum ita, ff. ad Trebell. Capyc. dec. 115. nu. 6. 7. de Franch.
dec. 25. nu. 1. 13. Caſtill. dec. 152 nu. 135. Bardellon.
conſ. 106. num. 44. lib. 2. Merlin. conſ. 2. controu. cap.
1. num. 1.
E contra, verò, quod fideicommiſſum, in contracti-
bus, morte ſubſtituti, ante grauatum non expiret, ſed
66 tranſmittatur ad hæredes, eſt *text.* optimus *in §. ex*
conditionali, Inſtit. de Verb. Oblig. Gomez. var. tom. 2.
cap. 11. num. 36. Fuſar. conſ. 41. num. 132. & 175. Noal.
de tranſmiſſ. caſ. 5. num. 1. & ſeqq. Couarr. pract. quæſt.
cap. 1. Peregr. dec. 263. par. 2. Surd. dec. 144. nu. 24. vbi
latè *Hodiern. in addit.* Et, quod ſtipulationes conditio-
nales ad hæredes, & contra hæredes tranſeant, latè
67 probat *Pichard. ad d. §. ex conditionali, Inſtit. de Verb.*
Oblig. nu. 7. vbi etiam *Arnold. Vinn. nu. 5. & ſeqq. Donat.*
Anton. de Marin. cap. 86. lib. 1.
Et quamquam nonnulli contrariam ſententiam de-
68 fendunt, tenentes, pariter, ac in vltima voluntate fi-
deicommiſſum in contractibus non tranſmittit; &
præ ceteris *Alciat. conſ. 3 lib. 8. Peregr. de Fideic. art. 51.*
nu. 20 Auendon. l. 40. Taur. gloſſ. 10. num. 23. Surd. conſ.
403. n. 46. Valaſc. conſ. 122. quos refert, & non ſequitur
Cancer. lib. 3. var. cap. 21. nu. 95. verſ. hæc cauſa.
Tamen prima opinio eſt magis vera, & magis com-
69 muniter approbata, vt, vltra ſupracitatos latiſſimè
diſputato articulo, probant, *Cutell. de Donat. lib. 2.*
tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 37. nu. 1. Capyc. Latro dec. 2. nu. 9.
& ſeqq. vbi Add. num. 3. & 4. Fontanell. de Pact. Nupt.
clauſ. 4. gloſſ 24. num. 10. & 11. Cancer. d. par. 3. var. cap.
21. num. 96. & ſeqq. Pichard. d. §. ex conditionali, num. 8.
& ſeqq. & ibi etiam *Arnold. Vinn. num. 6. 7.*
Et hæc ſententia fundatur, non ſolum, in generali-
tate, *tex. d. §. ex conditionali Inſtit. de Verb. Oblig.* ſed
etiam, *in l. neceſſario, § ſi quid pendente, ff. de Peric. &*
comm. rei vend. gloſſ. in l. quoties, C. de Donat. quæ ſub mod.
Vlterius, fundatur, etiam, in ratione apertiſſima;
Nam, in contractu interuenit factum ſtipulatoris, qui
70 voluit ſibi, & hæredibus ſuis proſpicere, *l. ſi pactum,*
ff. de Probat. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 1. tit. 7. &
alij allati per *Capyc. Latro d. dec. 2. nu. 10.* ſecùs, autem,
in teſtamentis, vt diſtinguit, *gloſſ. d. §. ex conditionali,*
71 *verbo contingit*, vt probat ibidem *Pichard. num. 10.*
Vinn. num 6. verſ. cur inquam, Mart. Summ. ſucceſſ. leg.
par. 1. quæſt. 24. art. 5 num. 11.
Præterea, quia in vltima voluntate non conſidera-
tur illa ſpes conditionis adimplendæ, quod ſecus eſt
in contractibus, vt pleniſſimè probat *Capyc. Latro d.*
dec. 2. num. 10. vbi, quod ſpes actionis conditionalis 72
poteſt donari, vt eſt *tex. in l. ſpem, C. de Donat.* quod
ex eo procedit, quia, is cui ſub conditione legatum
eſt, pendente conditione, non eſt creditor, ſed tunc eſt
creditor legati quando conditio extiterit; In contra-
ctibus, autem, etiam, pendente conditione, cre-
ditor eſt; Nam creditor ſub conditione, verè credi- 73
tor dicitur, & poteſt ſpem tranſmittere, vt latiſſimè 74
Capyc. Latro d. dec. 2. numer. 12. & 13. Pychard. vbi
ſuprà num. 9. Vinn. loco citat. num. 6. verſ. Vndè quo-
que.
Et ex his apparet ſententiam contrariam, *Alciat.*
Pereg. & aliorum non eſſe veram, niſi fortè ſaluari poſ-
ſit, in donationibus, & actibus inter viuos, qui vim
habent vltimi iudicij, quæ regulantur, vti vltima vo-
luntas, vt explicat, *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1 cap.*
12. quem refert, & ſequitur, *Cancer. var. d. lib. 3. capit.*
21. num. 104. & ſeqq.
Hæc autem, quæ diximus, circa fideicommiſſa cō-
ditionalia ad hæredes non tranſmittenda, procedunt, 75
dumtaxat, in dubio, non, verò, quando aliter poteſt
deduci, ex voluntate teſtatoris ſiue tacita, ſiue expreſ-
ſa, quia tunc benè tranſmittuntur, vt eſt communis
opinio, de qua re latiſſimè tractant *Mart. Medic. exa-*
min. 2. & deciſ. 3. & plenius etiam *in addit. Cyriac. con-*
trou. 301. & 302. Giouagnon. reſponſ. 79. Buratt. dec.
568. Capyc. Latro dec. 1. numer. 79. Rot. dec. 27. & dec.
277. part. 11. rec & in Narnien. Fideicommiſſi 30. Apri-
lis 1660. coram R. P. D. Beuilaqua, & 14. Martij 1662.
coram eodem Interamnen. Fideicommiſſi 1. Februarij
1668. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Carpineo. Dona- 76
tio, verò, inter viuos ſemper tranſmittitur ad hære-
des, vt vltra adductos ſuprà, tenet *Sperell. dec. 169.*
Merlin. 664. num. 30. Duran. dec. 84. & in recent. dec. 9.
part. 7.
Et limitatur tantum, in fideicommiſſo conditionali
& reciproco, *De Luc. in Theatr. verit. & Iuſtit. de fi-*
deic. diſcurſ. 142. per tot.
Et etiam alia differentia inter fideicommiſſum
conditum in contractu, & illud, quod fit in teſtamen-
tis; hoc, enim ſemper eſt reuocabile vſque ad mor- 77
tem, vt latiſſimè *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 4. cap. 2.*
num. 2. & eſt tex. in l. cum duobus, §. idem reſpondit, ff.
pro ſocio.
Quod, adeò, verum eſt, vt nec etiam iuramento
quis poſſit adſtringi ad teſtamentum non reuocan- 78
dum, *Clar. lib. 3. ſententiarum, §. teſtamentum quæſt. 94.*
Alciat. cap. cum contingat num. 67. de Iureiur. Couarr.
Rubr. de Teſtam. 2. par. num. 15. idem *Molin d lib. 4. cap.*
2. num. 2. verſ. quod adeò verum. Illud, verò, non ſubia-
cet reuocationi, vt eſt *tex. in l. perfecta donatio, C. de*
action. & Oblig. Paul. de Caſtr. in l. qui Roma, §. Flauius 79
nu. 3. ff. de Verb. Oblig. & alij infra citandi.
Verum, quia, hęc materia; an poſſint reuocari fi-
deicommiſſa inita in contractibus, eſt Broccardica, 80
& non parum controuerſa, oportet ſuper ea aliquid
immorari.
Nonnulli, igitur, quorum anteſignanus eſt *Bartol.*
in d. l. qui Romæ 122. §. Flauius, ff. de Verb. Oblig. tenent, 81
poſſe reuocari fideicommiſſum initum in contractu
donationis, in præiudicium ſecundò vocatorum, &
exemplificant in eo, qui rem alicui donauit, vt poſt
certum tempus ſit Eccleſiæ, affirmando, poſſe in
ipſius Eccleſiæ præiudicium reuocari, & *Bartol.*
ſequuntur, *Bald. conſil. 377. lib. 5. Clar. in §. do-*
natio, libr. 4. ſententiar. quæſt. 13. numer. 5. Surd.
de

de Aliment.tit.2.quæſt.7.num.5.Molin. de Hiſpan. Pri-
mog.d. lib.4. cap.2.num.74. Gutier. pract. qu. lib. 2. qu.
52.numer.6. & iuxta hanc opinionem ſcripſit, *Man-*
tic. de Tacit. & Ambig. lib.13. tit. 48. num. 8. 9. Me-
noch. conſil.270. num.74. 75. Gratian. diſcept. for. cap.
575. numer.3. & alij plures allegati per *Merlin. Pigna-*
tell. contron. tom. 1. cap. 59. num.34. & firmauit opti-
mè *Capyc. Galeott. contron. lib primo, cap.60.numer.2.*
3. eamque approbauit Senatus Pedem. teſte *Fabr. in*
eius Cod.tit. de Donat. quæ ſub mod.defin. 2. prout pa-
riter placuit *Cancer. var. capit.8.lib.primo numer. 52.*
Valenzuel. conſil. 119. numer. 91. & ſeqq. eamque
multorum auctoritate defendit, *D. meus Aloyſ.Manſ.*
in conſult.20.à num.59. vſque ad 70.

Nititur, verò, hæc opinio textu, qui dicitur expreſ-
ſus *in l. 3. ff. de ſeruit. expert.* qui loquitur in fortiori-
bus terminis ſcilicet, in pacto quæſito tertio fauore
libertatis, &, tamen, requiritur ibi perſeuerantia vo-
luntatis, vt pactum locum habeat, concordat *textus*
in l. 3. ff. qui ſin. manum. ad libert. peru. ibi *vincente*
venditore, & perſeuerante in eadem voluntate l. ſi pe-
cuniam, §. ſi ſeruum de Condit. cauſ. dat.

Ratione, etiam, fulcitur, nam, vt etiam firmat *Bald.*
in l. cum à ſocero 7. numer. 7. verſ. pene, C. de Iur. dot.
num. 8. vbi donatio ſimplex, & pura non eſt, ſed ad-
mixtum habet negotium quod obligationem pro-
duci t, tranſit in ſpeciem contractus, ſed, tamen, in-
nominati, ſcilicet, do, vt des, in quibus certum eſt ha-
bere locum pœnitentiam *ad tex. in l. 3. §. idem erit, &*
83 *in l. ſi pecuniam, §. ſi ſeruus, ff. de Condit. cauſ. dat.*
cum ſimilibus.

Et licet ſubſiſtat reuocatio, ex ſolo donantis con-
84 ſenſu, ad tradita, per *Aretin. conſ. 74.* quem ſequitur
Gabriel. Com. Concl. lib. 3. de Donat. concl. 5. num. 11.
verſ. contrarium poſt Bartol. quem ſequitur *Aloyſ. Manſ.*
d. conſult. 20. num. 59.

Tamen, quod vtriuſque requiratur, ſcilicet, do-
85 nantis, & donatarij placitum, ad hoc, vt validè poſ
ſit reuocari autumant, *Bald. in l. cum à ſocero, C. de*
Iur. Dot. Alex. Aym. Gabriel. & Couarr. allegati per
Cancer. d. cap. 8. de Donat. numer. 52. verſ. quæ tamen
concluſio Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 13. tit. 43.
num. 8. Surd. dec. 209. num. 23. Burait. deciſ. 773. nu.
1. Anton. Maceraten. lib. 2. reſol. 49. numero 13. &
14. Aloyſ. Manſ. d. conſult. 20. numero 45. verſic. &
quod.

Contrariam ſententiam, quod donatio, in termi-
nis noſtris, non poſſit reuocari, in præiudicium ſuc-
ceſſorum, in bonis donatis, contrà *Bartol.* eiuſque
86 ſectatores, tenet *Cuman.* quem refert, & ſequitur
Caſtren. in d. l. qui Romæ, §. Flauius Hermes num. 3.
ff. de Verb. Oblig. & alijs omiſſis, *Couarr. lib. 1. var.*
cap. 14. numero 7. verſ. tertio ad idem, Gutier. in cap.
quamuis de Pact. in 6. num. 60. Fachin. lib. 8. contron.
cap. 89. circà med. Molin. vbi ſuprà d. cap. 2. num. 74.
verſ. contrariam, & firmat *Gratian. diſcept. for. cap.*
575. numero 8. 9. vbi, quod opinio contrà *Bartol.* eſt
magis communis, & à Doctoribus etiam antiquis
reprobata fuit eiuſdem *Bartoli* opinio, *Fab. de Auna*
87 *conſ. 32. num. 1. Gomez. l. 40. Taur. num. 29. verſ. bis*
non obſtantibus Gamm. dec. Luſit. 148. num. 8. Merlin.
Pignat. plures adducens, pro hac opinione, auctori-
tates, & argumenta, *d. cap. 59. num. 5. & ſeqq.* opti-
mè, multis cumulatis, cum ipſis concordat, *Barboſ.*
in eius Vot. deciſ. lib. 2. vot. 30. num. 2. & ſeqq. & di-
xit etiam *Robles de repræſ. lib.3. cap. 19. num. 33. Me-*
rend. contron. lib. 7. cap. 45. numero 9. prout pariter
hanc opinionem approbauit *Rot. vt in deciſ. 427. Se-*
raph. in dec.303. par. 12. recent. ac in Romana Donatio-
nis 4 Decemb. 1662. cor. R.P.D. Beuilaqua, §. etenim
vt diſertis circà finem, vbi nonnullæ deciſiones con-
cordantes allegantur, & latiùs in eadem cauſa 16.
Ianuarij 1668. coram eodem deciſ. 47. numer. 11. poſt
tract.

Ratio verò præfatæ concluſionis ea ſolet allegari;
quod ex diſpoſitione *tex. in d. l. quoties, C. de Donat.*
quæ ſub mod. fuit Imperiali largitione inductum, vt, ex
pacto inito, inter donantem, & primum donatarium,
quæratur actio ſecundo donatario contra primum, 88
licet, cum eo nihil negocij ſit geſtum, ſed neceſſe eſt
hoc fieri irreuocabiliter; Nam regulare eſt, quod
actio mihi ſemel quæſita, me inuito, à me auferri
non poſſit, *l. id quod noſtrum, ff. de Regul. Iur. l.* 89
ſicut, C. de Action. & Oblig. l. de contractu, C. de Reſcind.
vend.

Arguitur, vlteriùs, *ex textu in l. fin. ff. de Pact.* vbi
habetur, quod pactum, de non petendo, factum debi-
tori, non poteſt reuocari, in præiudicium fideiuſſoris:
Vnde deſumitur, quod ius mihi quæſitum, ex con-
tractu, vel pacto alicuius non poteſt mihi auferri, vt
latiùs comprobatur ex traditis per *Merlin. contron.* 90
for. d. cap. 59. num. 7. 8. 9. & per *Fachin. d. lib. 8. cap.*
89. litera D.

Huiuſmodi opiniones, ex diametro contrariæ, con-
ciliantur à nonnullis, diſtinctionis fœdere.

Et præcipuè *Cancer. Var. d. lib. 1. cap. 8. nu. 56. verſ.*
ſi verò, putat hanc poſteriorem ſententiam habere
locum, fauore matrimonij, vt etiam firmat *Rot. cor.* 91
Merlin. dec. 515. & in rec. dec. 33. par. 12. & de ma-
teria, plura *de Luca de Fideic. diſc. 135. & ſeqq.* Secùs,
in caſu non priuilegiato, in quo, pro reuocatione eſſe
tenendum, exiſtimat: Dicit, enim, quod, ſi pactum
fiat, vt liberi, qui, ex tali matrimonio naſcentur, cer-
tam habeant portionem, quod paciſcens non poſſit
tale pactum remittere, cũ ſit fauore liberorum; aliàs
eſſet magna iniquitas, & circumuentio contrahen-
tium, qui fortaſsè aliàs illud matrimonium non con-
traxiſſent, ſine illo pacto, pro qua allegat *Tell. l. 17.*
Taur. num. 71. Gulielm. de Bened. Caſſan. Guid. Pap.
Franc. & alios, vt ibi per eum, & plura, de materia,
notantur, *in Romana Donationis 4. Decembris 1662. 6.*
Iunij 1664. & 1668. poſt. tract. dec. 45. 46.

Diſtinguit aliter, *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 4.*
cap. 2. num. 73. verſ. aut enim; quod, vel agimus de
Donatione, quæ alicui facta eſt, vt, eo moriente, in
alium, vel alios, eo tempore viuentes transferatur,
nec ad vlteriores protrahenda ſit.

Vel, de illa, quæ fit iure maioratus, vel eo pacto,
vt res perpetuo in familia conſeruetur.

Primo caſu, tenet donationem poſſe reuocari, ni-
ſi à tertio acceptata fuerit, cum, enim, vt ait ipſe, ex 92
hac diſpoſitione duæ donationes reſultent, vna, in fa-
uorem primi, alia, autem, in fauorem ſecundi, conſtat
vtramque donationem, eodem iure cenſendam eſſe;
ita, vt, ſicut prima neceſſariò acceptanda fuit, itâ,
etiam, in ſecunda id ipſum cenſendum ſit; non, enim,
eſt aliqua differentia, inter primam, & ſecundam do-
nationem, & in his terminis dicit eſſe tenendam *Bar-*
toli opinionem. Eamque ſententiam pariter admit- 93
tit, quamuis notarius pro tertio abſente acceptaue-
rit, cum donatio reuocari poſſit etiam poſt notarij
acceptationem, niſi donatarius eam ratam habuerit;
excepto caſu, quo tertius, in cuius fauorem donatio,
poſt mortem primi, facta eſſet, eo tempore, reperire-
tur infans; eius, enim, fauore donatio, tanquam iam
acceptata, atque infanti acquiſita, cenſenda erit, ex
priuilegio ipſius infantis, cui donatio acquiritur irre-
uocabiliter, abſque acceptatione per *tex. in l. iube-*
mus, C. de Emanc. liber.

Secundo verò caſu, quando agitur de donatio-
ne, iure maioratus, vel aliter perpetuò familię facta,
proculdubio, ſequuta primi acceptatione, effici-

irreuocabilis. Cum, enim, ea donatio perpetua fu-
94 tura sit, atque in totius familiæ fauorem facta fuerit, consequens est, vt nomine familiæ a primo acceptata fuisse censeatur, adeout non exigat vlteriorem acceptationem, maximè, quia est impossibile, vt ab omnibus acceptetur; Et hanc *Molin.* distinctionem defendit etiam *Cancer. var. d. lib. 1. cap. 8 num. 57 post Dec.* quem allegat *cons. 244. nu. 3.* quibus addo *Aloys. Mans. d. consult. 20. num. 66. Addent. ad eundem Molin. d. lib. 4. cap. 2. vers. circa doctrinam Bartol.*

Nonnulli, pro non reuocatione, sentiunt, quando, in donationibus adest pactum, de non reuocando vt
95 *Gomez l. 40 Taur. num. 71. Gutier. Pract. lib. 2. quæst. 76.* idem *Molin. lib. 4. cap. 2. num. 40 & seqq. Castill. controu. lib. 3. cap. 10. num. 6.* & alijs adductis firmat, *Mans. cons. 21. num. 31. Barbos. Vot. dec. lib. 2. vot. 30. num. 6.* & voluit etiam *Rot. dec. 303. num 5. part. 12. rec.*

Vel iuramentum, quod idem operatur, efficit irreuocabilem donationem, fauore substituti, seu secundi
96 donatarij, vt per *Bursatt. consil. 118. nu. 6. Thesaur. dec. 70 nu 8. Menoch. consil. 1153. nu. 50. Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 74 num. 164. Gratian. discept. 575. num. 13. Anton. de Amat. resol. 30. nu. 9. par. 1. Seraphin. dec. 427. num. 6. 7. Rot. d. dec. 303. nu. 6. part. 12. rec.* & alijs omissis idem *Aloys. d. consult. 21. num. 42.*

Et tandem, est communissima alia distinctio, quod vel secundus donatarius acceptauit donationem, ad eius fauorem factam, vel pro ea notarius stipulatus sit, cum ratihabitione eiusdem donatarij, & eo casu, valeat irreuocabiliter donatio, adeout non possit, ne-
97 que etiam, de consensu primi donatarij, a donatore reuocari. Vel donatio facta fuit, absente secundo donatario, neque pro eo, notario stipulante, vel, si pro eo notarius stipulatus, nõ intercesserit eiusdẽ donatarij ratificatio. Et tunc possit quidem reuocari a donante, vt docet, præ cæteris, *Couar. d. c. 14. num. 13. vers. tertio est notandum.* Et ita distinguit *Cancer. var. d. cap. 8 lib 1. n. 52. vers quam,* & latiùs *nu. 55. Andreol. controu. for. cap. 20. num. 9 & seqq. & num. 18.* Et plenissimè, quod ante donatarij acceptationem, sit donatio reuocabilis, non obstante stipulatione notarij, multorum auctoritate, comprobat *Aloys. Mans. dict. consil. 20. num. 41. & seqq.* E contra, verò, quod sequuta acceptatione, vel notarij stipulatione, omninò irreuocabilis efficiatur, *Seraph d. dec. 427. Penu. dec. 175. num. 2. decis. 37. num. 6. parte 7. & d. dec. 303. num. 4. par. 12. recent.*

Existimo, tamen, quod huiusmodi distinctiones, vel aliæ, si quæ sint a scribentibus adinuentæ, nullo pacto, sint sequendæ. Nam, ego puto, quod indistinctè, & indefinitè sit opinio sequenda negatiua; vt, scilicet, huiusmodi donationes, vel fideicommissa, in
98 contractibus inita, non possint reuocari, in præiudicium secundò vocatorum, vel substitutorum, ex optimè traditis per *Merlin. Pignatell. d. controu. 59. num. 17. & seqq.*

Si quidem, vt optimè ratiocinatur idem *Pignatell.* cum antiquitus, ex ea donatione, quæ ita fit, vt post certum tempus res alteri reddatur, nulla illi tertio competeret actio, nec contra donantem, eo quod donatarij stipulatione ei non poterat acquiri obligatio, repugnantibus iuris regulis, alteri per alterum stipulari non posse; neque contra donatarium, cum quo ille Tertius nullum negocium gesserat; Beni-
99 gna tandem interpretatione D. Principis, magis attendendo donatoris voluntatem, quam iuris rigorem, fuit permissum, vt vtilem posset exercere actionem contra donatarium ipsum, vt apertè demonstrant verba *textus in d. l. 3. C. de Donat. quæ sub mod.*

Verum, quia huiusmodi donationes inefficaces reddi poterant, quatenus iuxta normam legum antiquarum relatam *in l. ædibus, §. fin. ff. de Donat. l. Senatus, §. donatio, ff. de Donat. caus. mort.* deberent à stipulatione, vel traditione robur accipere; facilè, enim poterat donator donatarium eludere, rem donatam, non tradendo, Diuus Iustinianus in eius Constitutione de qua *in l si quis argentum, §. fin. Cod. de Donat.* vetus ius abrogauit, & reiecta traditionis, siue stipulationis necessitate, ad perficiendam donationem, solum donatoris consensum, & voluntatem
necessariam esse voluit, ibi, *cum enim in arbitrio cuiusque sit, hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minimè ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indeuotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere.* 100

Ex qua Constitutione longius, & commodius fuit consultum, illi tertio, vel secundo donatario, quam ex *d. l. quoties*; nam ex eadem *l. quoties*, tantum poterat experiri contra primum donatarium actionem, non verò contra donatorem; sed ex hac *lege si quis argentum, §. fin.* non tantum contra primum donatarium, sed etiam contra donatorem valet actionem dirigere.

Vnde fit, quod in terminis *l. quoties*, supradictæ non potest dici, quod vnica sit donatio, sed duplex, vna, scilicet, ad fauorem primi, altera ad fauorem secundi donatarij, adeout vterque sit, de per se, donatarius independenter ab altero, vt optimè, *Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus quæst. 8. numer. 6. Cod. de Inoffic. testam. Molin. de Hispan. Primog. lib. 1. capit. 1. numer. 17. & lib. 4. capit. 2. numer. 74. versic. in primo casu, Gutier. Pract. quæst. lib. 2. quæst. 52. numer. 5.* optimè *Gratian. discept. forens. cap. 247. numer. 10.* vbi, quod, in terminis donationis, cũ substitutionibus, & fideicommissis, veriùs est, quod non sit vnica donatio, sed plures, ita, vt vna ab altera non dependeat,
vel descendat, nec sit accessoria ad aliam, sed singulæ 101
sint principales, & separatæ, quas ab ipso donatore debent donatarij recognoscere, cum semper sit inspicienda origo, quæ operatur, vt vltimus successor, tamquam habens causam a donante, ab eo donata recognoscat; vndè vna donatio erit, respectu primi donatarij, vsque ad certum tempus, alia, per quam, translato illo medio tempore, donator secundò, quasi dominia possent dari ad tempus vni, & postea d. tempore elapso, alteri, quod etiam repetit idem *Gratian. cap. 332. nu. 5. Anton. Faber. de Error. Pragm. decad. 47. error. 7. nu. 5. vers. verum respondeo, Merlin. Pignattell. d. cap. 59. nu. 20. Menoch. cons. 1153. per tot.* & præcipuè *nu. 52. 53. Valenzuel. cons. 119. nu. 93. lib. 2. Aloys. Mans. consult. 22. nu. 30. Rot. dec 270. num. 7. & dec. 194. par. 5. rec. & in Romana Fideicommissi de Boncompagnis 22. Martij 1662. coram R. P. D. Beuilaqua,* vbi, quod in eo casu, tot in effectu sunt donationes, quot personæ.

Si, igitur, perfecta est donatio, nõ solum ad fauorem primi, sed etiam, vlteriori loco, vocati, perfectaque donatio non admittit reuocationem, quinimò actio-
nem pariter ad rem donatam consequendam, vt ex 102
textu in l. si quis argentum, §. fin. tenet *Pignatell vbi suprà nu. 22.* absque dubio, ea donatio, quatenus concernit fauorem secundi donatarij, erit irreuocabilis.

Nec est admittenda illa distinctio; An ille secundus donatarius acceptauerit, vel pro eo notarius sit stipulatus. Siquidem, ex traditis suprà, apparet, non esse necessariam acceptationem, vel ratihabitionem in beneficium eius, cui lex ita fauet, vt etiam igno-
rans, ex pacto donatoris vtilem, & efficacem habeat 103
actionem, *ex d. l. si quis argentum, §. fin. vnita d. l. quoties*; & pariter nulla est opus stipulatione ad eam
per-

perficiendam ad *tex.in l.quoties* iuncta *gloss. verbo admiserint*. Ex quibus fuit inductum, vt sine vlla stipulatione, vtilis actio quæratur secundo donatario.

Et propterea concludendum est, semper, ac omni casu, donationem esse irreuocabilem, respectu secun-
104 di donatarij attentis Imperialibus Constitutionibus, *d.l.3.C.de Donat. quæ sub mod.& l.si quis argentum*, §. *fin.C.de donat.* Et sicut anteà, vigore traditionis, hodie solius donatoris consensu, donatio redditur irreuocabilis *d.l.si quis argentum*, §. *fin.* ibi *sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram, perfectissimam*, vt benè ad propositum, discurrit *Merlin. Pignattell. dict. controu.59.num.26.27.* Et latiùs, quod ex sola stipulatione donantis, & donatarij acquiratur donatio irreuocabilis tertio, in stipulatione non interueniente, per textus, & rationes suprà ponderatas firmauit, *Gratian. discept.for.d. cap.332. num. 2. Aloys. Mans. d. consult.21.nu.4.Rot.in d.Rom. Donationis 4. Decembris 1662.coram R.P.D Beuilaqua*, §. *etenim in medio*.

Imò, non solum, in præiudicium substitutorum, in contractibus potest donatio reuocari, sed neque etiā valet aliquo nouo vinculo ligari, vel nouis pactis, & obligationibus onerari, vt latissimè voluit *Barbos. d.*
105 *Vot.30.num.3.& seqq. Aloys. Mans. d.consil.21.nu. 46. Rot.coram Merlin.dec.404.coram Penn.dec. 563.& in recent.dec.563.& dec.356.part.12.& in d.Romana Donationis 4. Decembris 1662. coram R.P. D. Beuilaqua*, §. *vndè sequitur*, & *in eadem causa 6. Iunij 1664. coram eodem,dec.46.num.11.post tract.& 16.Ian.1668.coram eodem dec.47.num.11.pariter post tract.*

An verò, ad hoc, reddatur irreuocabilis, sit necesse, vt fuerit à primo donatore acceptata, licet non à secundo?

Et videtur verior opinio affirmatiua, quod debeat saltem acceptari à primo donatario, alias secunda donatio erit nulla, & propterea absque dubio reuo-
106 cabilis, vt post *Couarr.var.resol.cap.14. num. 3. versic. verum Lomez. ad leges Taur.40.num.31.* quos refert, & tenet *Andreol.contrau.20.nu.9.vers.qua in præsenti*, vbi quod dispositio *l. quoties*, habet locum, si prima donatio consequatur effectum suum, & ab ea recipit fomentum etiam secunda. Imò vtilis actio de qua *in l. quoties*, habet causam, & dependentiam ab actione directa, existente penes primum donatarium, & non potest stare absque ea.

Et quod acceptatio, vel ratificatio, in donatione, totum faciat, adeout absque ea, nullatenus subsistat, firmat optimè *Molin.de Hisp.su.Primog.d.lib.4.cap. 2. num.60.& seqq. Mans.d.consult 20.numer.43.& seqq.* & voluit etiam *Rot.in Roman.fideic.28.Nouemb.1663. coram bo: me: Verospio vers. quare ea in fine*, vbi hoc dicit esse discrimen inter fideicommissa in vltimis voluntatibus, & in contractibus ordinata; quod sola voluntas testatoris fideicommissi institutionem, in vltimis voluntatibus operetur, quamuis descendentium acceptatio nulla concurrat, *l.cum pater 79.§. donationis de leg.secundò*. In donationis, verò, contractu, acceptatio saltem primi donatarij exigatur iuxta textum *in l. quoties 3. C.de Donat.quæ sub mod.*

Hæc, tamen videntur procedere iuxta dispositionē textus *d.l.quoties*, ex qua, actio vtilis non acquirebatur ineuitabiliter secundò donatario, eò, quod donatio in eum collata, absque traditione, perfecta non erat. At postquam ex Iustiniani Constitutione, *in d.*
107 *l.si quis argentum*, §.*fin.C.de Donat.* donationis robur accipiunt, sola nuda voluntate donantis, vt vidimus suprà, arbitror, quod donatio, eo ipso, dicatur irreuocabilis, ad fauorem secundi donatarij, quod donans suam voluntatem declarauit ad eius fauorem: alias, enim, si hæc secunda donatio corrueret, per non factam acceptationem à primo donatario, cessaret

ea conclusio, de qua suprà, vt vna non habeat connexitatem cum altera, quæ certè est verissima, & passim approbata, & iuxta hanc sententiam, fuit pluries decisum per *Rotam*, vt *coram Merlin.dec.692.nu. 7. 8. Buratt. dec.149.dec.142.partem 4.rec.dec.217 numer. 11.part.5.& dec.444.part.9.* latissimè *in Rauennaten. donationis 7 Februarij 1661. coram R P. D. Burlemont decis.58. post tract. & in Romana Domus 26 Februarij 1663. coram Eminentissimo D Cardina.i Cerro, dec. 97. post tract.* & nouissimè *Io: Bapt. de Luca de fideic. disc. 136.*

Retenta, igitur, opinione *Pauli Castren.* & aliorum suprà allegatorum, contra *Bartolum*, quod nunquam reuocetur donatio, quoad secundum donatarium, 108
etiam accedente consensu primi donatarij, qui potest eo casu, sibi præiudicare, non ceteris substitutis, vt per *Gratian.discept.for.cap.332.num.12.13.14.* superest, vt argumenta in contrarium refellantur. Verùm, quia eadem fuerunt explosa per *Fachin.d.lib.8. c. 89. vers. ad primum argumentum, & Merlin. Pignatt.d.cap.59. num.10.& seqq.* apud ipsos vide responsa, quæ facilè accommodari possunt ad ea, quæ in contrarium solent adduci.

Diximus esse omninò irreuocabiles donationes initas in contractibus, per viam fideicommissi, nunc verò, potest dubitari; An facultas concessa in dictis do- 109
nationibus de aliquid faciendo possit reuocari.

Hic articulus fuit in Rota disputatus in *Romana scutorum 30. mil.* inter Sanctam Domum Lauretanam, & Patres vel Monasterium S. Mariæ super Mineruа, occasione facultatis concessæ à Io: Andrea Castellano, in contractu donationis Io: Matiæ eius fratri, disponendi de suis bonis, vsque ad summam *scutor. 30000.* quam facultatem postea ipse Io: Andreas, reuocauit, in suo testamento, eamque ad scuta tātum 10000. reduxit, &c, ob articuli difficultatem, prodierunt decisiones contrariæ, vt in *dec. 303. par.* 110
12.recent. in qua firmatur, prò nullitate reuocationis, ex suprà à nobis allata conclusione, quod, per contractum donationis acquiruntur donata irreuocabiliter donatario, vt *num. 1. 2.* & sic, cum facultas illa esset vestita donationis cohærentia, sicut donatio est irreuocabilis, sit etiam facultas eiusdem naturæ, vt per *Bald. cons. 270. in fine lib. 2.* præcipuè, quia aderat pactum in donatione de non reuocando, eratque iuramento roborata; nec deerat eiusdem donatarij acceptatio, quę omnia efficiunt donationē omninò irreuocabilē, vt suprà vidimus, & firmat *Rot.ibi n.4 & seq.*

In decisionibus, verò, *Romana scutorum 30.m. 9. Aprilis 1660. coram Reuerendiss. Albergato*, confirmata *21. Iunij 1661. coram eodem*, contrariam sententiam pro validitate reuocationis facultatis amplexa fuit eadem Rota; eo præcipue fundamento, quod huiusmodi facultas, & nuda potestas disponendi tertio con- 111
cessa nullum ius formatum tribuat, nec sit in bonis eius, cui conceditur per *Salgad. Labyrinth Credit. par. 2. cap. 10. num. 103.* & alios in decisionibus cumulatos, vndè potuit in testamento postea condito reduci, & limitari, imò in totum reuocari iuxta naturam talis facultatis reuocabilis, vt per *Larrea dec. Granat. 67. num.41.* & alios, plena manu, cumulatos ab ipsis decisionibus, in fine operis *dec.8.9.*

Nec fuit approbata illa conclusio, quod facultas, in contractu donationis, concessa, candem naturam sumeret irreuocabilem, quia, cum originaliter eadem facultas reuocationi esset obnoxia, etiam in contractu, vt per *Alex.cons.29 num.23.& seqq.lib. 4. Angel.* 112
consil.225.num.12. propriam naturam retinuit; ex quo, etiam, in donatione, & alijs contractibus irreuocabilibus, pacta fieri possunt, & dispositiones, ad instar vltimarum voluntatum, reuocabiles, *Pereg. cons.*

conſ.65.num.16. lib. 1. Mantic. de conie&. vlt. volunt. lib.3.tit.18.num.21.Gratian.diſcept.247.num.21.

Aliæ rationes,& argumenta, ex quibus Domini de Rota a deciſis receſſerunt, vide in ipſis deciſionibus, nam dicta tantorum Patrum, hic mihi tranſcribere non libet.

Sunt, etiam, aliæ differentiæ, inter vnum, & alterum fideicommiſſum, ſcilicet, quod de fideicommiſſo in contractibus nulla detrahatur Trebellianica, vt

114 latè *Gratian.diſcept.for.cap.247.num. 13. & ſeqq. Molin. de Hiſpan.Primog.lib.1. cap.17. num.19. Surd. dec. 144.num.22. Capyc.Latro conſu 1.85.nu.1.2. Peregr.de fideic.art.51.num.22.Rot.dec.75.n.12.& 13.part.10.recent.*

Et licet nonnulli id extendant, etiam ad legitimam

115 quod, ſcilicet, non detrahatur de fideicommiſſo in contractu, vt *Petr.de Fideic.art.4.num.6.*

Tamen illa concluſio eſt falſa, quia legitima æquè debetur in vno, ac in alio fideicommiſſo, *Peregr. vbi ſuprà d.art.51.num.23.Grat.an* latiſſimè *d. diſcept.247. num.21. Andreol.contron.20.num.24 & contron.56.num.21.* cum alijs, qui cumulari poſſunt.

Ex quibus, cum appareat fideicommiſſa, vel ſubſtitutiones, in contractibus initas non ſubijci regulis fideicommiſſorum in teſtamentis relictorum, confirmatur optimè opinio noſtra, de qua ſupra, fideicommiſſa in contractibus inita non eſſe propriè talia, vt fuit per me prolixè firmatum.

CAPVT III.

De diuiſione facta à Patre; an valeat; eaque mediante, poſſit transferri hæreditas in liberos vel deſcendentes: An ſit reuocabilis, vel irreuocabilis: Plura de Contractibus inter patrem, & liberos celebrandis.

SVMMARIVM.

1 *Per diuiſionem factam à Patre inter liberos transfertur hæreditas pacto, quod eſt improbatum.*
2 *Quod pater poſſit diuidere inter liberos hæreditatem eſt magis verum.*
3 *Diuiſio facta à patre, eſt omninò Carozzinda inter filios.*
4 *Pater poteſt vni filio plus aſſignare, quam alteri.*
5 *Dummodò quilibet habeat ſuam legitimam.*
6 *Et dummodò de omnibus filijs in diuiſione ſit facta mentio, alias per vnius præteritionem tota diuiſio redditur nulla.*
7 *Et etiam mater poteſt ſuam hæreditatem diuidere inter filios.*
8 *Talis diuiſio ſubſtinetur licet facta in teſtamento minus ſolemni.*
9 *Et non ſolum in teſtamento, ſed in qualibet ſcriptura priuata.*
10 *Et etiam ſine ſcriptura dummodò probari poſſit.*
11 *Et tam per viam contractus fieri poteſt, quam per vltimam voluntatem.*
12 *Fieri poteſt in contractu.*
13 *Quando dicatur facta per contractum inter viuos.*
14 *Quando adſunt clauſula translatiua dominij ſemper donatio dicitur in contractu.*
15 *Tales diuiſiones ſunt reuocabiles.*
16 *Diuiſio facta à patre in contractu vim habet vltimæ voluntatis.*
17 *Natura vltimarum voluntatum eſt vt ſint reuocabiles.*
18 *Fideicommiſſum in diuiſione initum, poteſt reuocari.*
19 *Quod ſit irreuocabilis talis aſſignatio facta à Patre.*
20 *Diuiſio facta à patre videtur quædam aſſignatio legitimæ.*
21 *Legitimæ aſſignatio facta in vita non reuocatur.*
22 *Aſſignatio legitimæ in vita poteſt reuocari.*
23 *Quando fit diuiſio vniuerſalis inter filios reuocatur, non verò quando vni tantum aſſignatur legitima.*
24 *Quando fit aſſignatio portionis debitæ filio, reuocatur, quia eſt ſolutio debiti.*
25 *Diuiſio facta in Codicillis, vel teſtamento eſt reuocabilis*
26 *Quando fit diuiſio per patrem, aſſignando bona, nulla facta mentione donationis, cenſetur dediſſe ad vſum, & adminiſtrationem, & poteſt reuocari.*
27 *Quando fit diuiſio, cum dominij tranſlatione, dicitur irreuocabilis, ſiue fiat in teſtamento, ſiue in contractu.*
28 *Dummodò tamen contractus ſit validus.*
29 *Inter patrem, & filium in poteſtate non cadit donatio, vel alius contractus.*
30 *Inter patrem, & filium non poteſt naſci ciuilis obligatio.*
31 *Quicquid acquirit filius patri acquirit.*
32 *Pater, dum donat filio, ſibi ipſi donat.*
33 *Quicquid filius in poteſtate patris exiſtens acquirit patri acquirit.*
34 *Actio, & paſſio in eadem perſona eſſe non poteſt.*
35 *Contractus inter patrem, & filium iuramento vallatus, valet.*
36 *Ex donatione patris filio facta oritur obligatio naturalis.*
37 *Doctores tenentes valere donationem iuratam inter patrem, & filios.*
38 *Diuiſio facta à patre eſt irreuocabilis, quando fit per viam contractus, & eſt iurata.*
39 *Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil. 112. num. 3. reprobatur.*
40 *Eugen. conſil. 87. num.3. Andreol.contron. 55.nu.10. reprobantur.*
41 *Donatio facta filio à patre morte confirmatur.*
42 *Præcipuè quando eſt ſequuta traditio.*
43 *Sed illa tantum confirmantur, quæ nullæ ſunt ob defectum patriæ poteſtatis, non verò quando ex alio capite.*
44 *In donatione inter patrem, & filium an requirantur ſolemnitates,*
45 *Non requiruntur ſolemnitates ad euitandas fraudes.*
46 *Requiruntur ſolemnitates ad euitandas fraudes in præiudicium creditorum donantis.*
47 *Valet donatio inter patrem, & filium emancipatum.*
48 *Donatio inter patrem, & filium facta cauſa matrimonij, valet.*
49 *Item valet, facta cauſa dotis.*
50 *Valet donatio pro legitima inter patrem, & filium.*
51 *Ex diſpoſitione Statuti Lucani in cap. 62. lib. 2. diuiſiones factæ à patre inter liberos ſunt irreuocabiles.*
52 *Dec. conſ. 86. reprobatur.*
53 *Per diuiſionem factam à patre per vltimam voluntatem nulla fit fraus legi.*
54 *Quando fit diuiſio per contractum illicò transfertur dominium.*
55 *Diuiſio facta à patre de omnibus ſuis bonis nulla reſeruata portione, ad teſtandum non ſubſiſtit, quia aufert liberam teſtandi facultatem.*

PRopoſita quæſtio per ea, quæ pluries, in hoc tractatu, tradita ſunt, quod, ſcilicet, hæreditas pacto dari non poteſt, videtur in præſenti quæſtione reſoluenda negatiuè; Siquidem diuiſio facta à patre inter

ter liberos,nil aliud est,quam assignatio bonorum ip-
1 sius patris,in quibus post eius mortem liberi succede-
re debent;& sic transfertur hæreditas, pacto, aliovè
actu inter viuos,quod à iure est omninò improbatum
vt in *l.hæreditas,C.de Pact.Conuent.l.pactum, C.de col-
lat.*cum similibus, & in terminis considerat *Cacheran.
dec.Pedem.125.nu.3.Michalor.de Fratrib.par.2.cap.40.
num.11.12.*

Sed nihilominùs contraria opinio procedit, ferè
2 nullo contradicente, quod, scilicet, pater possit assi-
gnare eius filijs portionem, ad quam, post eius mor-
tem adspirare possunt, diuidendo, adhuc viuens eius
bona inter ipsos, vt est *tex. in l.quoties, l.si cogitatio-
ne, C.famil ercisc. l. quod ergo ei, ff. de leg.1. l.parenti-
bus, C. inoffic. testam.* & tradit *Simon de Prat.de in-
terp. vlt. volunt. lib.3. interp.1. dub.5. vol.2.numer. 6.
pag. 204. Michalor. de Fratribus d. part. 3. capit. 40.
num. 3.*

Et talis diuisio est omninò seruanda, inter fratres,
3 vt pleuè ostendit *Seraphin. de Priuil. Iuram. priuileg.
112. num.2. Michal. d. par.3. cap.40. num.4. 5. Simon
de Prat. vbi suprà num.6. Rot. dec.182. part.4. tom.1.
recent.*

Quamuis pater vni, ex liberis, assignet maiorem
portionem,quam alijs,& vni aliquod onus imponat,
non ceteris,id,enim,facere potest,vt est *tex. in l.si vni
4 in princ.& §.Papinianus,ff.famil. Ercisc und. Gail. lib.
2.Pract.obseru.126.num.2.Paris.cons.34.num.16.lib.2.*
cum similibus *Simon de Prat.vbi supra num.6.vers.&
valet assignatio,*dummodo,tamen, vnicuique integra
assignetur legitima in qua filij grauari non possunt,
5 idem *Gail. vbi suprà num.3.Michal.d cap.40.num.4.in
fine.*Et dummodo,de omnibus filijs,in eadem diuisio-
ne sit facta mentio,nam,ob vnius præteritionem,tota
6 diuisio redditur nulla,vt voluit, *Ias.cons.104.col.4.in
fine lib.4.*relatus à *Simon de Prat.loco cit. num.6. post
medium.*

Et non solum pater,sed etiam mater potest de pro-
prijs bonis, eodem modo, per diuisionem inter libe-
ros disponere, *Alber.cons.11.num.2.lib.1.* vbi, quod
7 mater eò faciliùs, & validius diuidere potest pro-
pria bona inter liberos, quia eius potestati non sub-
sunt.

Hæc,autem,diuisio substinetur, licet sit facta in te-
8 stamento minùs solenni, vt post *Capram cons. 33.*
quem allegat, voluit, *Seraphin.de Priuil.Iuram.d.pri-
uil.112.num.2.*

Imò,non solùm in testamento, sed etiam in quali-
bet alia scriptura priuata,validè fit, *Paris.cons.34.nu,
9 31.tom 2 Roland.cons.34 nu 70.lib.4.Decian.consil.15,
nu.9.lib 1 Michal.de Fratrib.d.cap.40 nu.5.& est tex.
in § fin.auth.de Testam.Impub.*

Et etiam absque vlla scriptura, dummodò aliter
10 probari possit, vt firmauit *Michal. d.cap.40.nu.6.*

Fieri, tamen, potest huiusmodi diuisio, tam per
viam contractus, quam per vltimam voluntatem,
11 quod valeat facta per viam vltimarum voluntatum
probatur ex iuribus supra allegatis;quod, verò, pos-
sit fieri,in contractu clarè habetur ex *textu in l. fin. C.
12 de Pact.*vbi notant scribentes omnes,*& l.fin. C. famil.
ercisc und.*ibi,*siue quocumque modo scripturæ,*quod ex-
plicatur, siue per viam contractus, siue per vltimam
voluntatem,vt per *Bald ibidem nu. 2.* & notat *Oldrad.
cons.131.Tiraquell.de Primog. quæst.8. num.2.* & alijs
omissis, *Molin. de Hisp. Primog lib.1.cap.12.num.25.
circà finem.*

Et dicitur facta diuisio, per contractum inter vi-
uos, quando in ea apponuntur verba designantia
translationem dominij, & possessionis, de præsenti,
13 vt exemplificat,*Simon de Prat.vbi suprà num.10.*si di-
ctum sit,diuidendo, *iure proprio,& in perpetuum, de-
dit,tradidit,& assignauit,*cum clausulis, *ad habendum,
&c.* & constituti, & promissionis de legitima defen-
sione,& obligationis per se, & hæredes, & cum iura-
mento,& cum clausula, *omni meliori modo*, & faciunt
etiam tradita per *Gratian discept. for. cap. 82. num. 4.*
vbi,quod,quando,vltrà diuisionem,fuit deuentum ad
actus,qui habent aliquem effectum,de præsenti, con-
signando fructus,vel patiendo filios possidere, dispo-
sitio iudicatur,tanquam donatio inter viuos, & alle-
gat *Put.dec.84.num.2.Caputaq.dec.275.*vbi,quod ma-
gis procedit, si promittatur non reuocari, ex causa
ingratitudinis,& hanc distinctionem affert etiam *Fu-
sar.de substit. quæst. 633. num.6. Mart.vot. Pisan.247.
tom.2.& summ.success.legal.par.4.quæst.21. numer.11.*
& latissimè *Altograd.cons.8.num.12 & seqq.tom.1.*vbi
ponderat clausulas,*dedit,assignauit, &c. liberè &c. ad
habendum &c.* in quibus terminis, dicit diuisionem,
vti donationem inter viuos, esse censendam, non vti
actum vltimæ voluntatis, *Rot. dec.633. num.3.par.3.
rec.& dec.334. num.3.& seqq. par. 9.* vbi optimè fir-
matur, quod, quando adsunt clausulæ translatiuæ 14
dominij, semper donatio dicitur, & contractus inter
viuos.

Disputatur,vlteriùs; an huiusmodi diuisiones sint
irreuocabiles, vel potiùs subiaceant reuocationi ad
libitum patris diuidentis.

Et quod sint irreuocabiles, videtur indubitatum;
omnes, enim, admittunt huiusmodi diuisiones, vim
vltimæ voluntatis habere,vt est *textus in l.fin.C.famil. 15
ercisc.*vbi,in quacumque scriptura pater bona sua di-
uidat,inter filios, ea scriptura vim vltimæ voluntatis
obtinet,& concordat *textus in l.filia, §.si pater, ff. eo-
dem,l.parentibus,C.de inoff.testam.auth quod siue, C. de
testam.l.cum de bonis,C.de donat. Tiraquell. de Primog.
quæst 8.num.2 & seqq.* Et his iuribus, & auctoritati-
bus,innixus ità sentit *Molin. de Hispan. Primog lib. 1.
cap.12.num.5.*vbi maioratum,per viam diuisionis bo-
norum à parente inter filios, etiam in contractu insti-
tutum vim vltimæ voluntatis, etiam in terminis iuris
obtinere;Et latiùs,quod bonorum diuisio facta à pa-
tre inter liberos, vim habeat vltimæ voluntatis, dixe-
runt, *Simon de Prat.in loco supracit. num. 6. Fusar.de 16
substit.d quæst.633.num.8. Michal.de Fratrib.d.cap.40.
num.6.Mart.Vot.Pisan.247.num 1. & in summ. par.4.
quæst.21.art.11. num.56. Altograd. d.cons.8. num. 8.9.
Andreol.contrav.55.num.1.& contrav.56.pariter nu.1,
Aloys.Mans.cons 20.num.97. Io:Petr.Attolin.resol.87.
nu.2.vers.in princ.*

Si,igitur diuisiones,de quibus agitur,habent vim
vltimæ voluntatis, poterunt, ad libitum patris diui-
dentis,reuocari,ea,enim,est natura vltimarum volun-
tatum, vt reuocabiles sint vsque ad extremum vitæ,
prout auctoritate *textus in l fin.C famil.ercisc.l.si quis 17
in princ.ff.de leg.3.* probat, *Seraph. de Priuil. iuram.d.
priuil.112.num.3.* & latissimè, *Eugen. cons.87. per tot.
lib.1.Simon de Prat.de interp.vlt.volunt. in loco sæpius
allegato num.10.Altograd.d.cons.8. num.9.10. Micha-
lor d.cap.40.num.13.Fusar. d. quæst.633. num.8. Atto-
lin.d.resol.107.num.2 Andreol.contrav.55. nu.27. Rot.
coram Penn.dec.732.nu.3.in fine.*

Et quod, licet diuisio sortiatur naturam contra-
ctus,tamen fideicommissum ibidem constitutum, re-
tineat naturam vltimarum voluntatum,& per conse-
quens,possit reuocari,dixerunt,*Peregr. cons.65. num. 18
16.lib.1.Decian.cons.1.num 24.27.31.lib 4.Gratian.di-
scept.247.nu 21.Fusar.de substit. qu.14. nu.9.* allegati à
Rot d.dec.334.nu.12.par.9.rec.

Nihilominus, ratione dubitandi, disputat, an vera
sit hæc assertio, *Molin.de Hispan. Primog.d. cap.12.
num.6* & prima fronte,videbatur respondendum,pro
irreuocabilitate; nam hæc diuisio videtur quædam 19
legi-

legitimæ assignatio à parente in vita facta, quæ illicò
20 valet, etiam, si a parente filio in potestate fiat, nec
postquam facta est vlteriùs reuocari potest *l. si non mortis in princ. ff. de Inoff. testam.* & dixit, *Amat. var resol. 23. num 6 Duran. dec. 280. num. 6. Molin. vbi suprà*,
21 qui probat auctoritate, *Roderic. Xuar. in l. quoniam in in prioribus, C. de Inoff. testam.* & aliorum, & tandem concludit, quod cum illa legitimæ assignatio valeat irreuocabiliter, & ista diuisio bonorum facta à parente in vita nil aliud sit, quam quædam legitimæ assignatio, meritò &c.

Respondet, tamen, tripliciter ad argumentum idem *Molin*. Primò, quod per *d. l. si non mortis*, nequaquam probatur assignationem factam filio de legitima esse irreuocabilem; nam potiùs contrarium sentiunt nonnulli, per ipsum, allegati, & præ ceteris, *Go-*
22 *mez ad l. 17. Taur. nu. 5.* quæ opinio, vti verior, & probabilior, in forensibus controuersijs sequenda, & amplectenda est.

Secundò, quamquam ea opinio vera esset, locum sibi vindicaret, quando sola legitima vni ex filijs assignatur; secus, tamen, quando per viam diuisionis fa-
23 ctæ inter filios, bona eiusdem etiam pro legitima assignantur; Tunc, enim, hæc diuisionis scriptura habet vim supremi iudicij, ideoque vsque ad mortem reuocari poterit.

Et tandem, quod prima opinio procedat in assignatione solius legitimæ, quæ filio debita est; quæ as-
24 signatio, cum sit debiti solutio, non mirum, si valeat irreuocabiliter, etiam si filio in potestate fiat: Secus, autem, quando bona inter filios diuiduntur, meliorando aliquem ex eisdem, seu eis aliquid vltrà legitimam prælegando; Tunc, enim, cum hæc diuisio non sit debiti solutio, sed potiùs gratuita concessio, non mirum, si vsque ad mortem reuocari possit.

Sed hæc tradita per *Molin.* & alios suprà allegatos circa reuocabilitatem diuisionis, de qua agitur sunt intelligenda cum distinctione de qua suprà *num. 8.* videlicet.

Vel agimus de diuisione facta à patre, vel in testamento, Codicillis, aut aliqua scriptura priuata per
25 viam simplicis diuisionis, & tunc vera est opinio *Molin.* & aliorum, quod reuocabilis sit, vtpotè, quia eo casu sapit naturam vltimæ voluntatis.

Vel agimus de diuisione facta à patre in testamento, & contractu, aut aliqua alia scriptura priuata, non per modum simplicis diuisionis, sed potius per viam
26 donationis, cum clausulis denotantibus translationem dominij, & tunc efficitur irreuocabilis iuxta naturam contractus inter viuos.

Primum membrum distinctionis suprà traditæ probatur auctoritate multorum, asserentium, quod, quando fit diuisio per patrem, assignando bona simpliciter, nulla facta mentione donationis, vel translationis dominij, siue fiat diuisio in contractu, siue in vltima voluntate, non censetur illa donasse, sed in peculium ad vsum, regimen, & administrationem filiorum tantum, & præcipuè *Peregr. artic. 6. num. 44. in fine, Dec. cons. 3. num. 21. lib. 1. Honded. cons. 59. num. 24. 27. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 633. num. 6. 7. Andreol. contr. 55. nu. 2. Gratian. discept. for. cap 82. num. 1. Altograd. d. cons. 8. nu. 11. lib. 1. Rot. d. dec 334. nu. 2. par. 9. rec.* & propterea, cum pater censeatur dominium retinuisse penès se, de eis poterit testari, & disponere ad libitum, *l. id autem, ff. ad leg. Falcid. l. certum, §. filium quem, C famil. erciscund.*

Altero verò casu, vbi pater diuidit bona sua inter filios, & ita diuidendo, vult bonorum respectiuè diuisorum in filios transferre dominium, vtpotè, quando vsus fuit verbis aptis ad dominij translationem, videlicet, si sibi reseruauit facultatem testandi, de parte non diuisa, constituit se possidere nomine filiorum, promisit non reuocare, nec contrauenire, & hoc casu, cum constet de animo statim donandi, valet diui- 27
sio irreuocabiliter, vtpotè contractus inter viuos, vt per *Cacheran. dec. 125. num. 3. vers. primo, quia Mart. Vot. Pisan. 247. num. 2. & in Summ. success. leg. par. 4. quæst. 21. art. 11. num. 59. Andreol. controu. 56. nu. 3. Gratian. discept. for. cap. 82. num. 7. Altograd. d. cons. 8. num. 12.* & meliùs *num. 77. & seqq. Put. dec. 132. num. 2. lib. 2. Rot. dec. 633. num. 3. par. 3. recent. & d. dec. 134. num. 3. & seqq. par. 9.*

Quæ in secunda parte distinctionis nostræ tradita sunt, intellige, dummodò idem diuisionis contractus 28
sit validus; alias, enim, si esset inualidus, absque dubio reuocationi subiaceret.

Erit autem inualidus contractus diuisionis, ad formam donationis, initus, quando fuerit celebratus inter patrem, & filios in potestate, inter quos nulla potest esse donatio, neque alius contractus, vt latissimè *Natt. cons. 273. Gail. lib. 2. obseru. 38 num. 1.* 29
Et ratio est euidentissima, scilicet, quia inter patrem, & filios nasci non potest Ciuilis obligatio, *l. frater à* 30
fratre, ff. de Cond. indeb. l. inutilis, Instit. de Inut. stipul. l. Imperator, ff. ad Trebell. cum similibus.

Item, & quia, quidquid acquirit filius, patri acquiritur, ideoque, cum illa donatio statim reuersura 31
sit ad patrem, non potest effectualiter valere, *l. placet, ff. de acquir. hæred. l. 1. §. 1. ff. de Donat.* & in terminis animaduertit *Eugen. cons 87. num. 35. 36. lib. 1. Altograd. cons. 8 num. 55 lib. 1.* vbi, quòd huiusmodi donatio facta filio in potestate existenti, habet quandam impossibilitatem; quia, quidquid filius acquirit de profectitijs, patri acquirit, ita, vt nè momento, quidem, temporis, apud filium maneat, & per cõsequens propter tale reflexum dicitur non valere, & prosequitur optimè *Aloys. Mans d. consult. 22. num. 11.* vbi, quod, licet huiusmodi donationis inter patrem, & filium inualiditas non oriatur ex filij acquirentis incapacitate, nequè minùs, ex iuris prohibitione, veluti 32
inter virum, & vxorem, *l. 1. & seqq. tot. tit. ff. de Donat. inter vir. & vxor.*

Impossibilitas, tamen, iuris hoc efficit, vel potius incompatibilitas, quia sibi ipsi donaret pater, dum filio donat &c. Cum, enim, quicquid filius in potestate constitutus acquirit, patri non sibi acquirat, *l. placet,* 33
ff. de acquir. hæred. Et ideò filius, & pater vna, & eadem persona existimentur, *l. fin. C. de Impub. & alys substit.* non benè se compatitur, quod actio, & passio in eodem subiecto reperiantur, prout hoc inconueniens daretur, si pater acquireret, quod ipsemet do- 34
naret, quod esse non potest *l. à debitore 21. §. seruo tuo, ff. de Fideiuss.*

Si, verò, actus fuerit iuratus, tunc procul dubio erit efficax, & validus, quamuis factus inter liberos, & parentes, vt in terminis donationis, initæ inter patrem, & filium, quod subsistat iuramento vallata, tenent communiter Doctores *in l. frater à fratre 38. ff. de con-*
dit. indeb. & Canonistæ, *in cap. cum contingat de Iureiur.* 35
Capyc. Latro dec. 137. num. 2. Rot. dec. 444. nu. 9. & seqq. par. 9. rec.

Ea, quidem ratione, quod cum ab omnibus concedatur ex donatione patris in filium in sua potestate constitutum, oriri saltem naturalem obligationem, 36
iuramentum super huiusmodi obligatione præstitum eam reddit efficacem; Et proindè, ex ea pariter efficax oritur actio, tam iure Ciuili, quam Canonico *Couarr. in cap. quamuis pactum par. 3. §. 2. Seraph. de Priuil. Iuram. priuil. 19. per tot.*

Ex his, igitur, & alijs rationibus, quicquid in contrarium dicat *Merend. controu. lib. 1. cap. 21.* magis communiter tenent Doctores, donationem inter pa-

trem

trem,& filios iuramento roboratam, valere, vt *Dec. conf.206.num.1.& conf.432.num.4.5. Peregr. de fideic. art.6.numer.46. Viu. dec.421.Cutell.de Donat. tract.1. discurs.2.par.8.num.1.& seqq.*& in terminis diuisionis initæ inter patrem, & liberos,per viam contractus, in
37 quo contineatur donatio,quod valida sit, iuramento accedente, tradit *Gaill. pract.d.cap.82. num.8.9. Pascbal.de Viribus patr.potest.par.1.cap 4.nu.29. Cacheran. dec.125.nu.5.Andreol.contr.56.nu.3.Aloys. Mans. consul.22.nu.28.* vbi latè de materia.

Et propterea, quamquam regulariter huiusmodi diuisiones,vt suprà vidimus,sint reuocabiles; tamen, quando factæ fuerunt, in vim contractus, qui sapiat donationem,ac iuramentum contineant, irreuocabi-
38 les fiunt,vt alijs adductis,firmauit, *Seraphin. d.priuil. 112.num.3.Cacheran.d.dec 125.num.4. Eugen. d.conf. 87.num.60.Gratian.discept.for.cap.82.num.7.Simon de Praet.in loco pluries citato num.10. Cancer. variar. tom. 3.cap.21.nu.105 Caualer.dec.647.nu.4.Rot.coram Coccin.dec.379.num.5.coram Penn.dec.732.num.1.& dec. 334.num.30 par.9.rec.*

Et licet *Seraphin.de Priuil.iuram.d.priuil.112. num.*
39 *3. vers. tu autem*, quem etiam sequitur *Michalor. de Fratribus cap.39. num. 14.* impugnet hanc conclusionem,dum probare nititur iuramentum efficere haud posse irreuocabilem huiusmodi diuisionem, nihilominùs ea opinio est verissima,vt reprobato,*Seraphin.* tenet etiam *Gratian.d.discept.82.nu.8.9.* vbi ait, quod tradita per *Seraphin.* procedunt,quando versamur, in terminis puræ diuisionis,vt suprà fuit ostensum, non verò quando adsunt clausulæ translatiuæ dominij, quia eo casu, iuramentum efficit diuisionem irreuocabilem.

Et pariter non est amplectenda sententia *Eugenij*
40 *d.conf.87.num.37.Andreol.controu.55. num.2.* asserentium,vt quoquomodo,sit facta diuisio à patre,etiam si fuerit deuentum ad consignationem,de præsenti,sit reuocabilis;Quia eorum sententia,non potest habere locum, nisi in casu, quo simpliciter sit facta diuisio absque iuramento,non secùs.

Diximus suprà *num.28.* non valere diuisiones factas à parentibus inter filios, vbi constat de mente patris, voluisse eadem bona transferre in filios titulo donationis;Et propterea reuocari posse,quamquam, per viam contractus sint factæ; sed nihilominus animaduertere oportet,vt licet nullæ sint, tamen morte confirmantur, adeòvt, si pater in eadem voluntate,
41 vsque ad mortem perseuerat, erunt seruandæ, vt latissimè *Eugen.cit.conf 87.num 37.Natt.conf.273.num. 1.vers.post mortem.Grat.an.d.cap 82. num.12.* dicit, tamen id esse intelligendum, quando fuit facta traditio bonorum donatorum verè,vel fictè per clausulam precarij,alias secus *Surd.de Alim.tit 9 quæst.2. nu.18. Merend.controu.cap 24.lib.1.Capyc.Latro conf.137.per tot.Rot dec.244.num.4.par.9.rec.* & plura in *Albanen. Census 12.Martij 1666.coram R.P.D.Bourlemont, Al-*
42 *tograd.d.conf 8 nu.77.* Et hoc casu, ait, huiusmodi donationem,seu diuisionem valere,in vim supremi iudicij,quatenus pater non reuocauerit.

Confirmantur,autem,illæ tantum donationes,quæ nullæ sunt,ob defectum patriæ potestatis, morte patris donantis; non, verò, quando ex alio capite, pu-
43 ta, ob non seruatam statuti formam, vt post *Cuman. cons.28.*quem allegat,tenet optimè *Gratian. d.cap.82. num.13.*

Nec est dubium, quod solemnitates à statuto requisitæ,sunt, etiam adhibendæ, in his donationibus, factis à parentibus,mediante diuisione,inter liberos,
44 latè *Andreol.contr.55.num.14.& seqq. Gratian. d. discept.82.num.21.*

De qua re,scilicet,an in donatione inter patrem,& filios requiratur insinuatio, vel aliæ solemnitates, tractant,*Paris.consil.16.num.26 & seqq.lib.2. Fenzon. ad Stat.Vrb.cap.149.& seqq.Buratt.dec.7.num.5. Gregor.dec.334. Royas dec.140.* Qui in hoc conueniunt, quod non requirantur solemnitates requisitæ ad eui- 45
tandas fraudes;quia inter patrem,& filios cessat fraudis suspicio,*Bald.consf.407.lib 2. Caphal. consf.13. num. 41.& conf. 109.num.20.Rimnald. Iun. conf.15. num.5. Menoch cons.192.num.22.Surd.conf.461.num.11. Post. resol.7.num 48.Tiraquell. de leg. Connub. gloss.8. num. 110.Carpan.ad stat. Mediol.cap.328.nu.30. Cornazzan. dec.77.num.2.Penn.dec.1688. num.30. Royas dec.140. num.10.*

Sunt, tamen, necessariæ solemnitates, quæ ad euitandas fraudes, in præiudicium creditorum donantis requiruntur,*Fenzon.ad Stat.Vrb.cap.149. num.10.& seqq.lib.1.Lamberteng.de contract.§.fin. quæst.31. num. 109 pag.454 Rot. dec. 252. per tot.post secundum vol. Consil.Farinacc.* 46

Hæc,autem,quæ suprà dicta sunt, de donationibus inter patrem,& liberos, non habent locum in liberis emancipatis,qui sicut, non subsunt potestati patris, 47
Andreol.controu.55. num.11. ità valdè fit inter ipsos donatio,de qua te *Vinius dec.514.*

Et similiter nullitati minimè subiacet donatio, licet inter parentes, & liberos, quando fit à patre ad dotem obligato, nam eo casu, pater qui dat filio in potestate,dat ex causa dotis; Et per consequens potius dicitur patrem soluisse debitum, quam donasse; Vndè valet,ex hac causa,facta diuisio inter filios, aut donatio, non obstante patria potestate, vt per *text.* 48
in l Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc.& l vxorem,§.testamento, ff. de leg.3. tradit *gloss l.2.C.de inoff. donat.* cum alijs adductis,per *Altogr.d.conf.8.num.24. lib.1.Gail pract lib.2.obseu.38.num.13.*

Et latius, quod donatio inter patrem, & filium, contemplatione matrimonij,& ex causa dotis valeat, *Ciarlin. contr. cap. 6. n. 67.Merlin. Pignattell. cap. 34. cent. 2. Merend. cap. 23. lib.1. Arias de Mes. Var.cap. 17.lib.3. Rot.coram Penn. dec. 1156.per tot. dec. 49. par.4.tom.2.& dec. 13. num. 12.& seqq. par. 10. rec. Et in Romana seu Albanen.Census 2. Martij 1666. coram R. P. D. Bourlemont.* 49

Prout validè potest pater diuidere bona inter filios in potestate, aut in ijs donare, quando pro legitima fit donatio, vt per *textum in l. si non mortis,ff. de Inoff. testam. & in l. si,quando,§. generaliter, C. eodem,* optimè probat idem *Altograd. d. conf.8. numer. 25. & seqq. lib. 1.* 50

Diximus suprà diuisiones à patre factas inter liberos in potestate existentes, reuocationi subiacere, quando,in contractibus,factæ fuerunt: Hoc, tamen, procedit de iure cómuni,secus,ex dispositione statuti nostri Lucani in *cap.62.lib.2.sub rub.de Diuisione facta à patre*, quod disponit, valere diuisiones, siue in contractibus,siue in vltimis volútatibus initas,&c.In quibus terminis, licet *Dec.in consf.86. circa fin.* arbitratus fuerit statutum locum habere,dumtaxat,in diuisionibus initis,per viam vltimæ voluntatis,non verò,in diuisionibus,per viá contractus,tamen contrà *Decium*, fuit per *Rotam* nostram iudicatum, *vt in dec. Cornazz. 19. num. 6.* vbi impugnat *Decij* doctrinam, quæ Rotæ opinio fuit etiam luculenter confirmata per *Altograd. d. conf.8. num. 40.& seqq lib. 1.* qui pariter perpendit *Decij* argumenta, & tandem contrà eum sentit,ex rationibus, per eum adductis. 51

His ità firmatis,circà diuisiones a parentibus inter filios factas, superest respondere ad argumenta, suprà,in initio quæstionis,ponderata, pro nullitate harum diuisionum.

Non obstat, igitur, quod ea diuisio nil aliud sit, quam

quam aſſignàtio, de bonis viuentis à iure improbata,
ac modus transferendi ſucceſſiones præter teſtamen-
tum; Nam patet reſponſio, ex traditis ſuprà, videli-
cet, quod, vel loquimur de diuiſione facta à patre, per
viam vltimæ voluntatis, & tunc nulla fit fraus legi,
quia bona transferuntur, in liberos, per vltimam vo-
luntatem; nec eſt dicendum, quod libera teſtantium
facultas reſtringatur; quia, vt ſuprà obſeruatum fuit,
ſunt ad libitum patris reuocabiles. Si, verò, agitur de
diuiſione per contractum, tunc pariter nulla in ea
interuenit legum læſio; Siquidem, eo caſu, non tran-
sferuntur bona, poſt mortem patris, per contractum,
ac per verba denotantia obuentionem bonorum,
54 quo caſu, diuiſio eſſet nulla per *tex. in l. fin. C. de Pact.*
ſed in ipſo actu diuiſionis inter viuos transfertur do-
minium, licet aliquando differatur executio, poſt
mortem, quod à lege non eſt vetitum, vt vidimus ſu-
prà *cap 4. num. 28. 29. lib, 1.*

Eſt, tamen, verum, quod ſi fiat diuiſio, de omnibus
bonis, & effectibus hæreditatis patris nulla portione
reſeruata ad teſtandum, tunc diuiſio erit inualida, ea
de ratione, quia tolleret liberam facultatem teſtandi,
55 vt dicemus infrà, in terminis donationis omnium bo-
norum præſentium, & futurorum, vt obſeruat etiam
*Simon de Præt. de interp. vltim. volunt. lib. 3. inter 1. dub.
5. vol. 2. num. 10 pag. 204. Andreol. controu. 55. nu. 8. &
contr. 56. num. 17.*

C A P V T IV.

Pater, an poſſit aſſignare legitimam eius filijs in vita: An valeat aſſignatio reuocabiliter, aut irreuocabiliter: Et, an requiratur conſenſus ipſius filij.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima debetur tempore mortis patris.*
2 *Filius, viuente patre, nullum ius habet ad legitimam conſequendam.*
3 *Legitima conſideratur, tempore mortis patris, nullo habito reſpectu, ad augumentum, vel diminutionem.*
4 *Quomodo augeatur legitima, aucta hæreditate.*
5 *Filio poteſt patre viuente, aſſignari legitima.*
6 *Talis aſſignatio valet reuocabiliter.*
7 *Sed morte patris confirmatur.*
8 *Quando valeat irreuocabiliter.*
9 *Et procedit, ſi fiat aſſignatio, per actum, inter viuos, non verò per vltimam voluntatem.*
10 *Aſſignatio legitimæ non valet, niſi accedat conſenſus filij.*
11 *Contrà, quod valeat ſine conſenſu filij.*
12 *Conſumpta legitima culpa filij pater non tenetur eam amplius aſſignare.*
13 *Secus, ſi ſine culpa, & facto filij.*
14 *Quando pater diſſipat propria bona datur actio filio ad conſequendam legitimam.*
15 *Et quando fit Monacus.*
16 *Eo caſu non abdicatur dominium à patre, ſed tantum poſſeſſio ad filium transfertur.*
17 *Auctis facultatibus, poſt legitimæ aſſignationem augetur legitima.*
18 *Niſi filius renunciet cum iuramento legitimæ ſupplemento.*
19 *Per diminutionem portionis paternæ diminuitur legitima.*

QVæſtio præſens habet quandam connexitatem,
cum antecedenti; Vndè, ad hanc, etiam, prima
fronte, videbatur poſſe adaptari argumenta contra
validitatem; quod, ſcilicet, hæreditas, vel eius portio
non poſſit, per actum inter viuos transferri in filium,
vel alium extraneum, ex rationibus latiſſimè ponde-
ratis, per totum tractatum.

Quibus addi poterat, quod legitima debetur, tem-
pore mortis patris, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff.* 1
teſtam. l. 1. §. imputari, ff. de collat. bonor. cum ſimilibus;
Vndè eo viuente, nulla filio competit actio, ad eam
conſequendam, *Ludouic. dec. Peruſ. 11. Vinc. de Franch.
dec. 133. in princ. Merlin. de Legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 1.
num. 1. Michal. de Fratrib. par. 1. cap. 33. num. 57. Mer-
lin. Pignat. controu. cent. 2. cap. 10. num. 1. & ſeqq. Pereg.
de Fideic. art. 36. num. 14 Gaſp. Manſ. de Teſtam. valid.* 2
*& inual. tit. 12. quæſt. 15. in princ. Don. Ant. de Marin.
cap. 143. lib. 1. Arias de Meſ. var. cap. 27. num. 22. & 26.
lib. 2. Rot. dec. 141. nu. 5. par. 5. rec.*

Propterea non videtur illius aſſignationem fieri
poſſe in vita eiuſdem patris; Præcipuè, quia eiuſdem
legitimæ quantitas eſt incerta prius quam pater mo-
riatur, a quo tempore, ſumitur menſura legitimæ,
nullo habito reſpectu, ad augumentum, vel diminu-
tionem, quæ contingat, poſt eius mortem, *Peregr. de* 3
*fideic. art. 36. num. 19. Merlin. de Legit. d. lib. 5. tit. 3. 9. Mi-
chal. de Fratrib. par. 3. cap. 33. num. 57.*

Quomodo, autem, augeatur, vel minuatur legiti-
ma, aucta vel diminuta hæreditate, diſputant, *Marcell.* 4
*Marcian. conſ. 40. Fontanell. dec. 571. & ſeqq. Rot. dec.
602. nu 6. par. 3. rec. & dec. 57. nu. 12. par. 11. & in Rom.
Legitimæ 11 Iunij 1664. cor. Eminentiſſ. D. Card. Cerro
dec. 102. nu. 4. poſt tract.*

Tamen, contraria opinio eſt verior, quod poſſit
pater viuens, filijs aſſignare legitimam, vt eſt *textus* 5
*in l. quoniam Nouella, C. de Inoff. teſtam. l. ſi quando, §. 1.
eodem titulo, Bald. in l. illud nu. 12 quæſt. 3. C. de Sacroſ.
Eccleſ. Tell. Fernand. ad l. 23. Taur. num. 11. Vincent. de
Franch. dec. 133. Ronit. conſ. 106. nu. 10. lib. 2. Merlin. de
Legit. lib. 5. tit. 3. quæſt. 1. nu. 10. Torniol. conſ. 46. num. 2.*
latè *Dec. conſ. 616. num. 5. & 6.* & alij plures relati per
*Altograd. conſ. 8. nu. 31. lib. 1. Solon de Pace conſ. 38 nu.
12.* & ceteri relati per *Cancer. Var. lib. 1. cap. 3. de Legit.
nu. 22. Merlin. Pignat. controu. cent. 2. cap. 10. nu. 6. Ma-
ſtrill. dec. 165. nu. 13. Duran. dec. 271. nu. 6. Gaſp. Manſ.
de teſtam. tit. 12. quæſt. 15. in fine, Rota in Ceſenaten. Dotis
11. Februarij 1669. cor. R. P. D. Calatain. deciſ. 68. nu. 4.
& ſeqq. poſt tract.*

Sed reuocabiliter tantum valet d. aſſignatio, non
verò, irreuocabiliter, vt per *Bald in l. quamuis, C. de Fi-* 6
*deic. & in d. l. illud quæſt. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l.
cum oportet, §. non autem, ff. de bon. quæ liber. Dec. conſ.
86. nu. 8. Paris. conſ. 34. nu. 41. lib. 2. Cancer var. lib. 3. cap.
3. nu. 23. verſ. verum tamen, Maſtrill. dec. 165. num. 13.
Duran. dec. 271. nu. 6.*

Morte, tamen, patris confirmatur, & valet irreuo-
cabiliter *Rip. in l. in quartam nu. 172. ff. ad leg. Falcid.* 7
quem refert, & ſequitur *Duran. d. dec. 271. num. 7.*

Si, verò, fiat, per actum validum, per modum dona-
tionis, videlicet, ſi fiat filio emancipato, cum quo po-
teſt pater validè contrahere, vt diximus, vel interue-
niat iuramentum, in aſſignatione à patre filio in po- 8
teſtate, facta, eo caſu, valet à principio, & reuocari
non poteſt, *Alex. conſ. 112. in princ. lib. 3. Carpan. ad
Stat. Mediol. cap. 485. num. 109. Merlin. de Legit. d. lib. 5.
tit. 3. quæſt. 1. num. 11. Michal. de Fratrib. par. 1. cap. 3.
num. 68. Cancer. vbi ſuprà num. 23. verſ. ſecus ſi eman-
cipato, Merlin. Pignat. d. cent. 2. cap. 10. num. 7.* dummo-
dò, tamen, ſit facta aſſignatio, per viam donationis,
non, verò, per actum, qui ſapiat naturam vltimæ vo-
luntatis; quia hoc ſecundò caſu, ſiue fiat filio eman- 9
cipato,

cipato, siue in potestate, siue cum iuramento, siue non, semper erit reuocabilis, vt latissimè, *Cancer. d. cap 3. num. 23. vers. dixi siquidem*, vbi, pro reuocatione consuluit, in casu, quò facta fuerat assignatio à matre, & sic filio, non in potestate, eo quia non erat facta assignatio legitimæ iure donationis, sed relatiuè, ad tempus mortis, ad instar sui primi iudicij, & eò magis, quia mater fuerat vsa, verbo, *lego*, quod concessit vltimæ voluntati, & actum vltimæ voluntatis importat, vt per *Cancer. ibi vers. quod fuisset*.

Putant, verò, aliqui hanc assignationem fieri non posse, nisi accedat filij consensus, argumento *text. in*
10 *l. cum quo de Pecul. §. fin. ff. ad leg. Falcid. l. sed si vir, §. quod vir vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor. Altogr. cons. 8. nu. 31. lib. 1.*

Sed alij contrarium defendunt, quod pater possit cogere filium ad accipiendum in vita legitimam, vt
11 alijs omissis, probat *Vinc. de Franch. dec. 133. Peregr. de Fideic. art. 36. nu. 16. in fine, Michal. de Fratrib. d. par. 1. cap. 33. nu. 68.*

Et facta d. assignatione, per patrem, si filius ea malè vtatur, ità vt eius dolo, vel culpa fuerit consumpta,
12 pater non tenetur ei aliam legitimam assignare *Bald. l. scemus, §. 1. C. de Inoff. testam. Castren cons. 80. num. 3. lib. 1. Altograd. d cons. 8. num. 32. lib. 1. Cancer. d. cap. 3. par. 1, numer. 30. eadem Rot. d. decis. 68. post tractat. num. 12.*

Secùs, verò, si sine culpa filij legitima fuerit consumpta, quia, eo casu, pater tenetur ad tantundem,
13 quantum fuerit consumptum, vt alijs allegatis, firmat *Cancer. in loco proximè citato.*

Sicuti, autem, pater potest cogere filium, vt accipiat in vita legitimam portionem, ità è contra ali-
14 quando datur filio eadem actio contra patrem, vt sibi det legitimam, adhuc viuens, scilicet, in casu, quò pater dissipet propria bona, vt communiter tenent *Bald in l. defuncto num. 3. ff. si quid in fraudem patronorum, Cagnol. l. fin. num 232, C. de Pact. Peregr. de Fideic. art. 36. num. 16 Burati dec. 3 num. 9. Vasq. controu. cap. 37. Giurb. ad Consuetud Messan. cap. 24. gloss. 5. Gratian.*
15 *discept. cap. 102.* vbi, quid, si pater fiat Monacus, an teneatur filio legitimam assignare, *Gratian. discept. 43. num. 18. Michal. de Fratrib par. 1. cap. 33, numer 67.* dicit, tamen, cum *Pinell l. 1. par. 3. num. 73 C. de Bon. Mater.* id esse difficillimum in praxi obtinere; nam patri dilapidanti ordinarium est remedium, vt interdicatur bonorum administratio, eique detur curator; Vndè non est, quod ad aliud extraordinarium remedium reuertatur, sed contrà *Pinell.* insurgit *Gratian. d. cap. 43. num. 19. 20.* vbi firmat, in praxi, obseruari, vt detur legitima filio in vita patris, quando pater dissipat substantiam suam.

Aduerte, tamen, quod, eo casu, non abdicatur dominium à patre, sed tantum transfertur possessio in
16 filium, adeòvt pater amittat dumtaxat administrationem, nè possit illa obligare *Buratt. d. dec. 3. num. 9. Gratian. vbi suprà num. 20. & seqq.*

Quando, verò, legitima fuerit assignata, in vita patris, & posteà patrimonium paternum fuerit auctum, debebitur nè legitima etiam de augumento?

Affirmat *Peregr. de Fideic. art. 36 num. 17. Crass. sen-*
17 *tentiarum, §. legitima, quæst 13, Michalor. de Fratrib. d. par. 3. cap. 33. nu. 69. Gasp. Mans. de Testam. tit. 12. quæst. 16. nu. 3. 4. Cancer. var. d. par. 1. cap. 3. num. 25. vers. quod si filius.*

Nisi, tamen, filius renunciasset, cum iuramento legitimæ supplemento; quia, eo casu, auctis facultati-
18 bus nulla amplius legitima debetur *Peregrin. d quæst. 36. num. 17.* idem *Gasp. Mans. loco mox cit. numer. 8. 9. Cancer. vbi suprà num. 25.* Et licet *Boer. in dec. 62. n. 14.* cum alijs ibi per eum relatis, teneat, quod sufficiat renunciare, etiam sine iuramento, ad hoc, vt non debeatur legitima, in bonis auctis, tamen contrà *Boer.* sentit idem *Cancer. loco proximè relato num. 25. ante vers. prædictam conclusionem.*

Idem similiter est tenendum, si contingat, quod post legitimæ assignationem paterna substantia sit diminuta, nam eo pariter casu, reuocantur assignata in vita vsque ad debitam quantitatem, vt latè *Pereg.* 19
d. art. 36. num. 18. Cancer. vbi suprà, vers. quod si bona, ibi, *quod sicuti posset agere ad supplementum portionis legitimæ, si bona patris aucta essent; ità si essent diminuta, teneretur reddere, quatenus vltrà habuit, habito respectu ad bona, quæ pater reliquit tempore mortis, cum illa assignatio legitimæ videatur collata ad tempus mortis pro eo, quod tunc temporis deberetur.*

Ad contraria non est opus respondere; Siquidem ea omnia adaptantur, quæ in præcedenti quæstione fuerunt ponderata.

CAPVT V.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, an valeat. Negatiua sententia probatur, contrà opinionem nonnullorum, quorum argumenta diluuntur. Quæritur vlteriùs; an saltem valeat, accedente iuramento; Et pro affirmatiua deciditur. Hac occasione, quæritur; an appellatione bonorum veniant iura, & actiones; an donatio omnium bonorum saltem valeat, quoad bona præsentia: Et quando fuit reseruata certa portio ad testandum. Et plura, quando talis portio sufficiat: Tandem an valeat fauore Ecclesiæ, vel in piam causam, & alia similia, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Donationis omnium bonorum materia est profunda.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, non valet.*
3 *Et reprobatur etiam à Theologis.*
4 *Donatio omnium bonorum non valet, quia liberam impedit testamenti factionem.*
5 *Item non valet, quia hæreditas pacto dari non potest.*
6 *Idem est donare omnia bona præsentia & futura, & donare hæreditatem.*
7 *Donatio hæreditatis non valet.*
8 *Contra, quod de iure subsistat talis donatio omnium bonorum*
9 *Communis opinionis magna est auctoritas.*
10 *Non reperitur in iure, quod donatio omnium bonorum sit prohibita.*
11 *Tex. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. explicatur.*
12 *Libertas matrimonij contrahendi tolli non potest.*
13 *Valet pactum cum muliere factum de ea in vxorem ducenda.*
14 *Per donationem omnium bonorum non impeditur libertas testandi.*
15 *Libertas est inæstimabilis.*
16 *Libertas potest tolli, & coarctari.*
17 *Maiori æstimatione digna est libertas personarum, quàm libertas testandi.*

18 *Dona-*

18 Donatio omnium bonorum est permissa à lege.

19 Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

20 Quicquid concessum, & permissum est à legibus, id semper intelligitur concessum & licitum.

21 Naturale est, vt quilibet possit res suas donare.

22 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet.

23 Sufficit, vt donatio omnium bonorum sit contrà legem ad effectum, vt dicatur improbata.

24 Ex lege dicitur non solum id, quod ex verbis ipsius legis habetur, sed etiam quod ex mente ipsius concipitur.

25 A libertate matrimonij ad libertatem testandi, non procedit argumentum.

26 Libertas matrimonij quando non sit libera.

27 Non currit argumentum a libertate personarum ad libertatem testandi.

28 Magis succurritur impedimento perpetuo, quam temporali.

29 Non omnium, quæ à maioribus constituta sunt est reddenda ratio.

30 Voluntas legis stat pro ratione.

31 Donatio omnium bonorum neque iurata valet.

32 Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.

33 Donatio omnium bonorum iurata sustinetur.

34 Auferent sibi facultatem testandi non facit contrà bonos mores.

35 Voluntati humanæ potest quis renunciare.

36 Quod est peccatum, vel alias illicitum, neque ex causa pietatis valet.

37 Licita est clausula testamento inserta, quæ deroget futuris testamentis.

38 Facultas testandi à statuto tolli potest.

39 Firmatur. quod valeat donatio omnium bonorum roborata iuramento.

40 Quare sit valida donatio omnium bonorum iuramento roborata.

41 Quæ sunt iuris Ciuilis possunt per iuramentum tolli.

42 Princeps potest prohibere commutationes testamentorum.

43 Testamentum, respectu solemnitatis formalis est de iure Ciuili.

44 Potest lex interdicere facultatem testandi certis casibus.

45 Seruus penè testamentum non facit.

46 Valet donatio bonorum, quando non est signum, vel particula omnium.

47 Contrarium, quod neque eo casu valeat.

48 Oratio indefinita distinguitur ab vniuersali.

49 Indefinita in dispositione hominis æquipollet vniuersali.

50 Bona nostra, vel præsentia sunt, vel futura.

51 Quando donationis executio differtur ad tempus mortis, nullo pacto subsistit.

52 Donatio alicuius particularis summæ, quæ excedat valorem omnium bonorum non valet.

53 Non debemus attendere, quod possit esse in futurum, sed quod verisimiliter.

54 Non est attendendum possibile, sed verisimile.

55 Appellatione bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones.

56 Doctores disputantes, an veniant necne.

57 Et ampliatur etiamsi adsit signum magis vniuersale, vtpote quæcumque bona.

58 Quicquid sit quando fuit dictum, in quocumque loco existentia.

59 Et etiam si dictum sit, dono omnia bona præsentia, & futura, quia iura, & actiones dicuntur exceptuata.

60 Sed limitatur quando donator non habebat iura, & actiones.

61 Sed contrà quod hæc limitatio non sit vera.

62 Appellatione bonorum veniunt iura, & actiones ex coniectura testatoris voluntate.

63 Quando de tali mente constare dicatur.

64 Per reseruationem alicuius rei non præsumitur, quod testator voluerit comprahendere in donatione iura, & actiones.

65 Exceptio non ampliat sed firmat dispositionem.

66 Reseruatio alicuius rei ad testandum non operatur, vt ea comprahendantur, quæ alias non comprahenderentur.

67 Valet donatio omnium bonorum, quando de futuris non fuit facta mentio.

68 Et procedit, quamquam aliqua portio non sit reseruata.

69 Donatio omnium bonorum non valet, neque quo ad bona præsentia.

70 In factis contrà legem, si non valet quod fit vltrà, neque valet quod fit intrà.

71 Si fiat concessio vltrà licitum, non valet neque in eo, quod est licitum.

72 Vtile per inutile vitiatur.

73 Quod donatio omnium bonorum valeat, quoad præsentia.

74 Dummodò possint commodè diuidi, & separari.

75 Ferentill. ad Buratt. dec. 7. num. 4. reprobatur.

76 Quando adest clausula, omni meliori modo, valet in bonis præsentibus.

77 Clausula, omni meliori modo, æquiparatur iuramento.

78 Donatio omnium bonorum cum iuramento valet in bonis præsentibus.

79 Rota decisio 91. nu. 18. coram Royas reprobatur.

80 Valet donatio omnium bonorum reseruata portione ad testandum.

81 Portio reseruata debet excedere vigesimam partem bonorum donatorum.

82 Clar. §. donatio quæst 19 num. 7. reprobatur.

83 Tenent aliqui, quod sufficiat modica summa reseruata ad testandum pro validitate donationis.

84 Alij tenent, quod modica summa non sufficiat.

85 Arbitrio iudicis remittitur, quæ summa sit valida, quæ non.

86 Summa reseruata talis debet esse, vt inducat heredem ad adeundam hereditatem.

87 Sufficit portio reseruata sine expressione ad testandum.

88 Licet quis sibi reseruet bona ad disponendum in vita, valet nihilominus donatio.

89 Dispositio dici potest testamentum inter viuos.

90 Reseruatio facta disponendi in vita, non validat talem donationem.

91 Facultas disponendi inter viuos, non extenditur ad vltimam voluntatem.

92 Quando constat ex voluntate disponentis, voluisse sibi reseruare bona, ad disponendum in vltima voluntate, valet donatio.

93 Reseruatio ista debet differri ad tempus habile.

94 Reseruatio ad certam, & determinatam causam non sufficit.

95 Contrà, quod valeat, cum reseruatione ad certam causam.

96 Et hæc opinio est vera, quia donans potest relinquere, cui voluerit.

97 Per donationem portionis reseruatæ, secunda donatio corruit non prima.

98 Obligatio dotis pro viro vltrà medietatem in pluribus, & diuersis vicibus sustinetur vsque ad medietatem.

99 Noguerol alleg. 24 num. 188 reprobatur.

100 Obligatio facta de dote vltrà medietatem vnico contextu est nulla in totum.

101 Donatione facta de portione reseruata in eodem contextu cum prima donatione, ambo sunt nulla.

102 Est nulla licet diuersis vicibus, quando eidem personæ fit.

103 Reseruatio libera ad testandum intelligitur arbitrio boni viri.

104 Quan-

104 *Quando verba sonant in arbitrium, & voluntatem, non restringuntur ad arbitrium boni viri, sed præseferunt absolutam voluntatem.*
105 *Valet donatio, licet sit facta reseruatio vsusfructus.*
106 *Contrà quod reseruatio vsusfructus non valeat.*
107 *Prima opinio est vera, quando vsusfructus non est adeò tenuis, vt vltrà necessaria alimenta nil superfit.*
108 *Donationem impugnanti incumbit onus probandi tenuitatem vsusfructus.*
109 *Contrà quod reus teneatur probare vsumfructum esse pinguem.*
110 *An sit, eo casu, petenda cautio ab vsufructuario in dictum casum.*
111 *Quando donator non disponit de portione reseruata, an spectet talis portio ad hæredem donantis, vel ad donatorem.*
112 *Vel sit reseruatio certa quantitatis ad testandum, vel sit reseruatio facultatis testandi.*
113 *Quando fit reseruatio rei ad testandum, portio reseruata spectat ad donatorem hæredem ab intestato.*
214 *Quando fuit reseruata facultas disponendi, si donans expresse disposuit in casu mortis ad quem debeat peruenire, & talis voluntas est seruanda.*
215 *Sin minùs est dubium cui cedat.*
116 *Nonnulli tenent, quod semper spectet ad hæredem donatoris.*
117 *Mens disponentis potiùs, quam verba attendi debet.*
118 *Donatio in dubio non præsumitur.*
119 *Contrà, quod talis portio, eo casu, spectet ad donatarium.*
120 *Et hæc sententia est verior, licet contraria sit magis communis.*
121 *Limitatur tamen contrà fiscum.*
122 *An quis dicatur disposuisse de portione reseruata per generalem dispositionem.*
123 *An donatio omnium bonorum valeat, fauore Ecclesiæ.*
124 *Quod non.*
125 *Sed quod valeat est opinio magis communis.*
126 *Licet cuique personam suam vouere Ecclesiæ, ergo etiam bona.*
127 *Et procedit, quando donatio principaliter dirigitur in piam causam, non quando secundariò.*
128 *Et quando fit principaliter pro salute animæ, non verò ex alia causa.*
129 *An valeat donatio omnium bonorum fauore Dotis.*
130 *Fauore piæ causæ valet donatio insinuata, alias non valet.*
131 *An valeat fauore ingressus in religionem.*
132 *Donatio omnium bonorum causa mortis valet.*
233 *Contrà quod non valet.*
134 *Sed prima opinio est verior quando non adest pactum de non reuocando.*
135 *Donatio omnium bonorum est nulla, quando donatori non supersunt alimenta.*

MAteria ista donationis omnium bonorum pertinet omninò ad tractatum nostrum. Nam res est in aperto, quod donans omnia sua bona præsentia, & futura, transfert in eius hæreditatem, & bona in donatarium, nullo condito testamēto; Videamus igitur; An valeat, & alia plura, circa hanc materiam, quā
1 esse profundam, testantur. *Siln. cons. 90. in princ.* & alij
relati per *Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. gl. 21. par. 1. n. 1. pag. 517.* quibus adstipulantur exarata per *Rub. in adit. ad dec. 21. par. 9. rec. in princ.* affirmantem maximum abyssum intrà se continere huiusmodi materiam, præcipuè, dum quæritur; an de iure sit valida, necne.

Et quamquam communissima sit opinio, quod non subsistat, vt per *Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 5. ff. de verb. oblig.* quem sequuntur communiter, vt *Castren. Cuman. Alex Ias. Salic. & Alberic. lo* 2
co cit. & ad l. fin. C. de Pact. Alex. Bald. Ias. Dec. Bolognet. & alij plures *Clar. recept. sentens. §. donatio quæst. 19. per tot. Castren. cons. 75. col. 2. lib. 2. Roman. cons. 171. in princ. Honded. cons. 39. num. 7 & seqq. lib. 1.* cum alijs latè cumulatis per *Seraphin. de Priuil. iuram. priuil. 107. num. 1. Mozz. de Contract. donat. tit. de reb. quæ donar. poss. num. 6. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 13. tit. 26. num. 14. & seqq. Gutier. lib. 1 de Iuram. confirmat. numer. 11. Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 10. num. 10. Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num. 237. Gomez. ad ll. Taur. 69. num. 1. Cancer. variar. tom. 1. cap. 8. num 74 Fachin. contron. lib. 6. cap. 87. in princ. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 3. de donat. Andreol. contron. for. controu. 55. num. 18. D. Aloys. Mans. consult. 28. num. 1. & seqq. Conciol. alleg. 38. num. 3.*

Eiusque opinionis celebres Theologi enumerantur, per *Rub. in adnot. ad d. dec. 21. par. 9. rec.* & præcipuè
Molin. de Iustit. & Iur. tom. 2. disp. 280. num. 1. Less. eo 3
dem tract. lib. 2. cap. 18 dub. 13. nu. 94. Dian. Resol. Moral. par 8. tract. 6. resol. 38. Filiucc. Rebell. Baun. Laym. Boss. Castr. Pal. in locis ibidem allegatis.

Prout pariter ex sententia nonnullorum Tribunalium fuit confirmata, vt per *Magon. dec. Luc. 31. nu. 4. Gamm. dec. Lusit. 386. nu. 1. & dec. 339. num. 2. Osasch. dec. 70. nu. 10. Fontanell. dec. 242. nu. 11. Faber in Cod. lib. 8. tit. 36 defin. 9.* & præcipuè a *Rot. Rom. vt cor. Royas in Rom. Donat. 1. Febr. 1640. impressa post Donat. Ant. de Marin. contron. lib. 2. contr. 196. nu. 19.* & est eadem decisio impressa in decisionibus, *Royas 91. & dec. 56. par. 9. rec.* & vlternis *in dec. 10. num. 2. par. 5. & dec. 21. nu. 2. eadem par. 9. rec.*

Ijsdem rationibus, quibus inualidari solent pacta futuræ successionis, videlicet, quia, per huiusmodi donationem, aufertur libera testandi facultas, & inducitur votum captandæ mortis, quod est contrà bonos
mores, vt latè *Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. gloss. 21.* 4
par. 1. nu. 3. pag. 517. Gomez. ad ll. Taur. 69. nu 1. & optimè *Fachin. contr. d. lib 6. cap. 87. vers. fundamentum igitur,* ibi, *Primum, quia impedit liberam testamenti factionem; nam nihil donator habet de quo possit in testamento disponere;* præclarè *Vlpian. in Fragm. apud Cuiac. tit. 20. filiusfamilias non potest facere testamentum*, quia nihil suum habet, vt de eo testari possit; secundo, quia contrà bonos mores, & humanitatem est, aliquem in eū statutum ponere, vt nihil prorsus habeat, vel habiturus sit, atque adeo infeliciter viuere debeat, idque etiā optimè firmat *Carpz. in Iurisprud. for. par. 2. constit. 12. defin. 26. n. 1. Royas d. dec. 317. n. 8.* & verba supra relata *Fachin.* referendo *Add. ad d. dec. 21. numer. 79. par. 9. recent.*

Vlteriùs daretur hæreditas pacto contrà textum expressum *in l. hæreditas, C. de Pact. conuent.* vt obseruat *Gamm. dec. 386. nu. 1. Royas d. dec. 317. n 8.* & latius ostendit, *Fachin. d. cap. 8. vers. addo ego,* & quantum sit à iure reprobatum, vt quis sibi faciat hæredem mediante pacto latissimè probauimus suprà *cap 2. lib. 1.*

Adijcitur, quod idem sit donare omnia bona præ-
sentia, & futura, ac donare hæreditatem; iuxta *text. in* 6
l. nam quod, §. fin. ff. ad Trebell. Petr. de fideic. qu. 4. post n. 8. vers. 6. ampliatur Crass. sentent. lib. 1. §. hæreditas qu. 1. num. 3. cum alijs apud *Fontanell. vbi suprà num. 23.*
Sed donatio hæreditatis nullo pacto subsistit, *d. l. hæ*
reditas, C. de Pact. Conuent. l. stipulatio 61. ff. de verb. 7
oblig. l. cum donationes 34. C. de transf. Thesaur. dec. 225. nu. 1 Canall. com. contrà com. lib. 1. quæst. 140. nu. 2. optimè, *Fachin. controu. d. lib. 6. cap. 94. vers contrariam sententiam, Fontanell. de Pact. Nuptial. d. claus. 4. gloss. 21.*

quod consensus non adstringit inuitos ad contrahendum; Et hæc necessitas non cadit, in vltima voluntate, quæ potest mutari, vsque ad mortem; & sic æquiparatio, in hoc, non currit.

Et pariter secundum *Martin. Monter. à Cueu. in l. pactum, quod dotali nu 8. C. de Pact.* quem refert idem *Fontanell. vbi suprà num. 20. Rub. in adnot. ad d. dec. 21. nu. 163. & seqq. par. 9. rec.* non potest desumi argumen-
27 tum ab æquiparatione libertatis personarum, ad libertatem testandi; nam, (ait ipse) optima ratione, in priori libertatis specie, statutum fuisse, quod ea possit tolli, & coarctari; in posteriori, verò, minimè; quia in hoc mors ipsa impedimentũ perpetuum præstat, quo minùs possit vnquam homo, libertate testandi, quam amittit, præuentus morte, post quam aliud velle non est habiturus, recuperare, quod considerauit eleganter *Imperator in l. 1. in fine, C. de Sacros. Eccles.* In illo, verò, quando quis libertatem amittit, & seruus efficitur, impedimentũ temporale videtur esse; ex eo, quod dum viuit, spes sit, quod in libertatẽ peruenire possit, etiam præter Domini voluntatem, *l. si quis in grau, §. verum in fine, ff. ad Syll. & tot. tit. quibus ex caus. seru. pro præm. libert. accip.* atq; ità non est mirum, si impedimento perpetuo succurratur, magis, quam tempo-
28 rali, argumento *tex. in l. 2. C. de Patr. qui fil. distrax. iuncta l. de re filiorum, ff. de Transact.* vbi pater, faciliùs filium vendit, quam de re filiorum transigat; non alia, quidem ratione, nisi, quia faciliùs libertas personæ in pristinum statum reuocatur, quam res alienata, ideoque illi maiori periculo cautum est.

Hæc, autem, responsio, sicuti non satisfacit *Fontanella vbi suprà*, ità mihi haud arridet; Vndè potiùs dicerem, non esse quærendum, cur non prohibeatur à iure, amissio libertatis in homine, prohibeatur tamen amissio facultatis testandi, *in textu d. l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig.* Quia non omnium, quæ à maioribus constituta sunt, rationem esse redden-
29 dam, ait *textus in l. omnium 20. ff. de leg.* quem refert *Altograd. cons. 63. num. 13. lib. 2.* Et ob id, hoc vnico verbo, possit argumento contrariorum satisfieri, quod, quia lex iussit, non valere dispositionem, quæ libertatem testandi, auferat, ità omninò seruandum
30 esse, quia ità placuit legi, cuius voluntas stat, pro ratione, vt post *Dec. Bald. Ias.* & alios, affirmat *Altog. d. cons. 63. num. 13.*

Cetera in contrarium adducta, refellunt optimè *Fachin. d. cap. 87. Gamm. dec. Lusit. 386. per tot.* quos vide.

An, verò, saltem iuramento roborata subsistat do-
31 natio omnium bonorum præsentium, & futurorum, est quæstio non parum controuersa.

Negatiuũ tuentur *Bartol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 5. ff. de verb. oblig.* plures adducit *Clar. §. donatio, quæst. 20. per tot. Didac. in rubr. de Testam. 2. par. numer. 5. Gutier de Iuramento confirmat. part. 1. cap. 11. num. 11. Cagnol. ad l. fin. C. de Pact. num. 263. ver. sed Bartol. Osasch. dec. 70. num. 10. Honded. cons. 39. numer. 10. lib. 1.* & alij relati per *Conciol. alleg. 38. num. 11.*

Et ratio est, quia huiusmodi donatio, est contra bonos mores, ad communiter adnotata per Docto-
32 res *d. l. stipulatio hoc modo, ff. de verb oblig. & in l. fin. C. de Pact.* atque ideò non confirmatur iuramento, ex regula vulgata, *cap. non est obligatorium, ff. de regul. iur. in 6.* Ex quo, etiam hanc sententiam defendit *Cancer. var. lib. 1. cap. 8. num. 75.* vbi, quod hæc est vera, & communis opinio, quam tenet Regia Audientia, & Senatus Cathaloniæ *Menoch. cons. 184. num. 10. Mancin. de Effect. Iuram. par. 4. effect. 53. Mart. Medic. exam. 21. numer. 10. 11.* cum alijs adductis per *Add. ad Buratt. dec. 7. num. 13. per Gomez ad ll. Tauri 69. numer. 4.* per *Rub. ad dec. 56. num 32. par. 9. rec. & D. meum Aloys. Mans. d. consult. 28. num. 11. 12. 13. Cald. consil 30. numer. 6.*

Affirmatiuam, verò, defendunt *Dec. in l. pactum quod dotal, C. de Pact. & cons. 655. num 12. Capoll. cons.* 33
Ciuil. 18. Crauett. cons. 139. in fine, Socein. Iun. cons 65. num. 39. vol. 1. Didac. in Rubr. de Testam. 2. par. num. 5. 6. Cagnol. l. fin. C. de Pact. num. 263. Vasq. controu. cap. 62. num. 2. & seqq. Molin. de Iustit. & Iur. disp. 151 & de Contract disp. 280. nu. 3. Less. eodem tract de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 18. dubit. 13. nu 96. & disputato articulo, pro hac opinione, residet, *Fachin. controu. lib. 6. cap. 8. Gomez. ad ll. Tauri 69 vers. sed his, Aloys. Mans. cons. 28. num. 13.* & latissimè, *Fontanell. de Pact. Nuptial. d. claus. 4 gloss. 21. num. 53.* & multis cumulatis, *Conciol. d. alleg. 38 num. 12.*

Et ratio huius conclusionis, ea affertur, quod auferre sibi facultatem testandi, non sit contrà bonos mores, qui turpitudinem præseferant, de quibus lo-
quitur *textus in d. cap. non est obligatorium de Reg. Iur.* 34
in 6. Vndè, proculdubio donatio, per quam facultas testandi auferretur, ex iuramento vires accipiet.

Antecedens probatur, ex pluribus. Primò, quia, si contrà bonos mores esset, auferre sibi potestatem testandi, mortale crimen, aut saltem veniale committeret, qui animo deliberato, hoc iure testandi, se ipsum priuaret; hoc autem, nullatenus est dicendum; non
solum, quia voluntati humanæ, potest quis renun- 35
ciare, *cap. si Religiosus de elect. in 6. cap. final. de testam. pariter in 6.* Sed etiam, quia non esset valida donatio, de qua agitur facta Ecclesiæ, quod enim, peccamino-
sum est, vel alias illicitum, nec ex causa quidem Reli- 36
gionis, vel ex alia causa quamuis pia permittitur, *cap. super eo de vsur.* Sed fauore Ecclesiæ, & piæ causæ, valet ista donatio, *Andreol. controu. 2. num. 23. Mart. Medic. dec. 36. Buratt. dec. 7. num. 3. Adnot. ad dec. 56. num. 74. & seqq. par. 9. rec. & in Aquilana Dotis Cappellaniæ 18. May 1642. coram Carillo*, ergo, &c.

Adijcitur, quod clausula, quæ futuris testamentis
derogat, non iudicatur turpis, imò, tanquam licita 37
testamentis adiecta, vtroque iure defenditur, vt per *tex. in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. & l. si in his, & tibi, §. fin. de leg. 1.* & tamen est certum, quod huiusmodi clausulæ restringunt voluntatem testandi illius, qui eis vtitur, ergo non est contra bonos mores.

Et tandem, in iure satis notum est, quod hæc facul-
tas testandi à statuto tolli potest, vt tenet *Bald. in l.* 38
eum Archemidoram num. 12. C. vt in poss. leg & in l. de quibus. ff. de leg. & nos diximus suprà *lib. 1. cap. 12. num. 46.* ergo cum non sit de iure gentium iuramento validabitur.

His, & similibus argumentis, vtuntur *Didac.* & alij allegati per *Fontanell. d. claus. 4. gloss. 21. nu. 55. & seqq. Fachin. controu. lib. 6. cap. 88.* ad probandam validitatem donationis omnium bonorum præsentium, & futurorum iuramento roboratam; Et quamquam idẽ *Fontanell.* sit valdè perplexus, in quam sententiam inclinare debeat; dicit, enim, quod ex vna, premitur auctoritate communis opinionis, ac ipsius Senatus Cathaloniæ decisione, qui plures pro nullitate donationis nostræ, etiam iuratæ, iudicauit, pro alia, verò, rationum efficacia opprimitur, & auctoritate grauissimorum virorum, ità tenentium, nihilominùs *num. 68.* potiùs videtur propendere in fauorem nullitatis donationis, dum effatur, quod nullus esse debet, qui audeat contra communem tenere opinionem.

Attamen, ego libentiùs affirmatiuæ subscriberem, quod, scilicet, valeat donatio omnium bonorum, iuramento roborata, attento, quod huiusmodi donatio non improbatur, quia inducat votum captandæ mortis: non agitur, enim, de bonis

39 tertij viuentis,quo caſu , ea ratio non adaptatur , vt
vidimus ſupra, *lib.1.cap.2. num.4.* & facit optimè ad
propoſitum *Royas dec.317.num.7.* ſed de bonis ipſiuſ-
met donantis,qui interuenit in contractu;Et propte-
reà hic non conſideratur improba cogitatio mortis
alterius nutritiua peccati , quæ tolli non poteſt iura-
mento,vt latiſſimè oſtendimus *lib.1.cap.17.numer.21.
& ſeqq.*

Et pariter non adaptatur alia ratio , quod hæredi-
tas,quæ debet dari,per teſtamentum , detur per con-
tractum inter viuos,contra leges ad publicam vtilita-
tem promulgatas, & idcircò , per iuramentum , non
poſſunt tolli, vt latiſſimè oſtendimus *d.cap.5.lib.1.nu.*
40 48 Nam in contractu donationis omnium bonorum,
cum habeat effectũ de præſenti bonorum tranſlatio ,
& per viam contractus,non per verba denotantia ob-
uentionem bonorum,non intrat prohibitio de qua *in
l.fin.C.de Pact.* vt fuit conſideratum *in cap.4. lib.1. nu.*
28.& propterea non militant contrà iuramentum iu-
ra,& argumenta ponderata *in d. cap.5. nu.*28. in quo
dictum fuit , non valere pacta futuræ ſucceſſionis iu-
ramento firmata, quia leges , de teſtamentis loquen-
tes,concernunt publicam vtilitatem , cui non poteſt
per iuramentum derogari .

Et licet ratio inualiditatis donationis omnium bo-
norum præſentium,& futurorum impeditiua liberta-
tis teſtandi,ſit contra ius , nihilominùs cum ſit à iure
Ciuili inuenta,& non à iure gentium ; Vndè videmus,
41 quod ſtatuto tolli poteſt , vt diximus ſuprà , auctori-
tate *Bald. in l. cum Archemidoram numer.12. C. vt in
poſſeſſ.legat.* ei poteſt,iuramento,derogari,præcipuè,
quia non poteſt dici , quod præſeferat publicum bo-
num,vt nemo libertate teſtandi priuetur : Nam vidi-
mus ſuprà , quod multi poſſunt in eorum teſtamentis
clauſulas apponere impeditiuas , vel reſtrictiuas li-
bertatis teſtandi, abſque nullitate diſpoſitionis ,
Vndè ait , *Didac. in loco allegato à Fontanell. vbi ſu
prà numer.* 64. 65. poſſe quem , ex conſenſu Prin-
cipis adimere ſibi facultatem reuocandi teſtamen-
tum .

Et facit *tex.in l.omnium,C.de teſtam.* vbi Imperator
inquit; *Voluntates hominum audire volumus, non iube-
re , nè poſt ſententiam noſtram inhibitum videatur com-
mutationis arbitrium.* Ex quibus verbis elicitur per *Di-
42 dac.* allegatum à *Fontanell. ibi num.* 65. quod ſi Prin-
ceps,conſenſu teſtatoris prohibuiſſet commutationis
arbitrium, omninò eſſet ſublata facultas commutan-
di teſtamentum .

Vlteriùs,licet teſtamentum ſit introductum, de iu-
re gentium,tamen reſpectu ſolemnitatis formalis eſt,
43 de iure Ciuili,*l.ius autem,ff.de Inſtit.& Iur.*& per con-
ſequens poteſt aliquibus perſonis, & in certis caſibus
interdici facultas teſtandi per ipſam legem Ciuilem ,
44 *l.ſi qua pæna , ff. qui ſunt ſui,vel alien. iur.* vbi ſeruus
pęnæ reputatur mortuus , & prohibetur facere teſta-
mentum .

Provt pariter habetur *in l.1. C.de Hæred.Inſtit.§.le-
gari,Inſtit.de leg.& tot.tit.Inſtit.quibus non eſt permiſſ.
45 facer. teſtam.* quæ teſtimonium perhibent irrefraga-
bile libertatem teſtandi prouenire a iure Ciuili, & ob
iuramentum tolli poſſe .

Retenta communi opinione , quod nulla ſit dona-
tio omnium bonorum præſentium,& futurorũ , quæ-
ritur;An ſaltem valeat, quando nullum fuit adiectum
ſignum vniuerſale , & generale, puta *omnium , &c.*
46 Quæſtionem tangit *Fontanell.d.gloſſ.21.n 90 pag.526.*
& pro affirmatiua allegat *Alciat.d.l.fin.C.de Pact.* ſu-
per verbo,neq; donationes, *verſ.idem ſi dixiſſet*, tenẽ-
tem,per eam donationem,non tolli facultatẽ teſtãdi,
cũ ea non obſtante,poſſit donator , de ſua ſupellectili
(quæ ſub hac donatione non veniret) teſtari exemplo
tex.in l. obligatione generali , ff. de Pignor. vbi obli-
gatione generali rerum, quas quis habuit,habituruſ-
que ſit,non veniunt ſuppellectiles ,

Tenet tamen , contrariam opinionem cum *Bartol.
d. l. fin. num. 12 C. de Pact.* eo quia idem ſit dicere *bo-* 47
na præſentia , & futura , atque *omnia*, vel *vniuerſa bo-
na* . Nàm , licet oratio indefinita ex propria ſignifi-
catione diſtinguatur *Couarr. var. lib. 1. cap. 13. num.* 48
5. ex æquitate , tamen , multoties in diſpoſitione ho-
minis indefinita æquipollet vniuerſali , præcipuè ,
quandò omnium , quæ ſub vniuerſali diſpoſitione 49
continerentur,eadem æqua eſt ratio,qualitas, & con-
ditio ; tunc enim indefinita vniuerſali æquipollet ,
Barz. deciſ. 5. nu. 51. & alij allegati per *Fontanell.
ibidem* .

At in caſu præſenti, dum quis bona ſua præſentia,
& futura donat , videtur velle à ſe abdicare quicquid 50
apud ſe eſt , vel eſſe poteſt in futurum , omnia enim
bona , vel præſentia ſunt , vel futura , cum non detur
medium,meritò indefinita oratio æquipollet vniuer-
ſali , & donatio non valet, præcipuè, vt ait *Fontanell.* 51
ibi num.93. verſ. & hac, maximè , quando verſamur
in donatione,cuius executio differtur in tempus mor-
tis , quo caſu, non eſt conſiderandum , quod voluerit
donator aliquid exceptuare , à donatione , cum tunc
nihil neceſſe habiturus ſit;Et proſequitur etiam idem
Fontanell. reſpondendo argumento , de quo in con-
trarium deſumpto à *d. l. obligatione generali* , quem
vide optimè reſpondentem .

Et ea pariter,quod,quando donatori nihil ſupereſt
ad teſtandum donatio non ſubſiſtat , tenet *Cagnol. d.
l.fin. C. de Pact.* non valere illam donationem, in qua 52
non fuit actum de bonis indefinitè , vel ſub ſigno
vniuerſali , ſed de ſumma aliqua particulari , quando
talis ſumma eſſet maxima , & excederet valorem
omnium bonorum,nõ tantum præſentium,ſed etiam
veriſimiliter futurorum ,

Et quamquam nonnulli , ex antiquis contrarium
ſenſerint ex *l. ſi defunctus , C. de Arbitrar. tutel.* vbi
præſumitur , quod quis fiat ditior , & in futurum ac-
quirere poſſit;nihilominùs,quando ſumma eſt exceſ-
ſiua, & veriſimiliter impoſſibilis acquiſitio tot bono-
rum , non habet locum ; Vndè ridiculam appellat
hanc ampliationem idem *Cagnol.* vbi , quod non de- 53
bemus attendere , quid poſſit eſſe in futurum , ſed
quid veriſimiliter erit : Nàm ſermones noſtri adapta-
ri debent rebus intellectu fruentibus,*l. ſi ità quis, ver-* 54
bo , quod nemo ſanus , ff. de Euict. neque attendendum
poſſibile, ſed veriſimile, *l. non eſt veriſimile , ff. quod
met. cauſ.* ſed de materia vide *Rip.obſeru.136.per tot.*

Quando, verò , fuit facta donatio bonorum mobi-
lium, & immobilium tantum, non erit donatio inua-
lida,quia,ſub ea,nõ comprehenduntur iura,& actio-
nes , ſed libera remanent donatori, vt de eis teſtari 55
poſſit, *l. quem Tuberonis , §. in peculio , ff. de Pecul. l.
à Diuo Pio , §. in venditione , ff. de re Iudic.* vbi diſpo-
nit , quod in executione , primò debeant capi bona
mobilia , ſecundo immobilia , tertio iura , & actio-
nes; Vndè apparet iura,& actiones cõſtituere diuerſã
ſpeciem ab alijs bonis mobilibus, & immobilibus , vt
tenent, Doctores, tàm antiqui , quàm moderni relati
per *Fontanell. d. clauſ.4. gloſſ.21. par.2. num.44. Gail.
pract. lib. 2. obſeru. 10. num. 11. Theſaur. dec 201. nu.
6.& eius filius in quæſtionibus,quæſt. 2. num. 2. Peguer.
dec. 143.* latè *Seraphin. de Priuil. Iuram. priuil.* 107.
*num.2. verſic. rursùs Schur. in addit. ad Modeſtin. Piſt.
par. 3. quæſt.124.num.11. Carpzou in Iuriſp. for. par.3.
Conſtit. 1. defin. 24. num. 5. Conciol. alleg. 37.numer.* 8.
& pleniùs , an appellatione bonorum mobilium , & 56
immobilium veniant iura , & actiones , plura ad-
dunt *Donat. Anton. de Marin. cap. 162. numer. 11.*

lib.2.

lib.2.Palm.cõns.28.Capyc.Galeott.cont.lib.2.cap.13.Rot.
dec.273.par.11.rec.

Quod procedit,non tantum,quando,in donatione
fuerunt in ſtipulationem deducta bona mobilia, &
immobilia, abſque adiectione ſigni vniuerſalis, ſed
etiam,quando fuit additum, *omnia bona mobilia, &*
immobilia, cum ſigno quantumuis vniuerſali,& am-
pliſſimo,vtpotè *omnia*,vel *quacumque bona*, vel *omnia*
vbicumque ſint; Nam, etiam, tali caſu, appellatione
57 bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iu
ra,& actiones,vt eſt *textus in l.Caius,ff. de legat.2. Pi*
nell.in Rubric.de Bon.Mater.par.1.num.13.& ſeqq &
num.31. & propterea valet donatio, vt firmat *The-*
*ſaur.d.dec.*201,& voluit *Carpzou. vbi ſuprà par. 2. con-*
ſtit.12.defin.27.num 4. vbi, quod appellatione bono-
rum mobilium,& immobilium, etiam adiecta dictio-
ne, *quorumcumque*,iura,& actiones non continentur,
58 vt dixit etiam *Rot.coram Royas dec.317. num.5.* (licet
diuerſum exiſtimet, quando eſſet dictum *in quocum*
que loco conſiſtentia, quia, eo caſu, probat, ſub illa
clauſula contineri iura, & actiones) *Fontanell. de*
Pact. Nupt. d.gloſſ.21. par.2. num.45. & faciunt tradi-
ta per *Andreol.controu.2.num.6.Mart.Med. Exam.21.*
num.38.

Et quod magis eſt, valet donatio omnium bono
rum mobilium,& immobilium, etiam ſi ſit facta ſpe-
cifica mentio bonorum præſentium, & futurorum;
59 quia etiam,eo caſu, cum iura, & actiones cenſeantur
exceptuata,remanet aliquid ad teſtandum, & ſic non
erat inualida,*Mantic.de Tacit.lib.13.tit.29 num.5.Ca-*
gnol.d.l.fin.C.de Pact.nu.255.Roland.conſ.65. num.7.&
ſeqq.Gutier.de Iuram confirmat.par.1. cap.11.num.16.
verſ.alius,Theſaur.quæſt for.lib.1.cap.2.num.10.Cancer.
var.lib.1.cap.8.num.84.Add.ad Clar.d.quæſt.19 num.8.
Moccia Sylu.foren. cap.36. num.2. Fontanell. vbi ſuprà
numer.47. Mart.Medic.exam.21.num.36. in vbi addit.
allegat concordantem *Rotæ deciſionem in par. 7. rec.*
dec.311.

Procedunt, tamen, ſupradicta iuxtà opinionem
Gutier.vbi ſuprà cap 11.nu.19. quando teſtator habet
verè iura,& actiones,non verò, quando conſtaret, re
60 vera,donatorem non habuiſſe vlla iura, & actiones;
Nam, etiam, tunc non valebit donatio, & *Gutier.* ſe-
quitur,*Mart.Medic.exam.21.nu.38. verſ. vel ſi conſta-*
ret,vbi,quod ea iura fortè nõ expreſſit donator, quia
fruſtrà noluit nominare id, quod non habebat.

Sed contrà tenet *Natt.conſ.146.nu.14.*quem refert,
& ſequitur *Fontanell.vbi ſup.nu.51.pag.533.*eò quia ad
validitatem donationis omnium bonorum non re
61 quiritur,quod quis actu,habeat tempore donationis,
ſed ſufficit, quod poſſit habere aliquid, de quo in fu-
turum teſtari valeat.

Illud,tamen, eſt certum, ea quæ ſuprà diximus ad
probandum,appellatione bonorum mobilium,& im-
mobilium,non venire iura,& actiones,limitari,quãdo
de contraria mente diſponentis conſtaret, vt tradunt
Pinell.Gutier.& alij allegati per *Fontanell. d.loco n.49.*
vbi,quod quoties clarè conſtat de mente, & volunta-
te contrahentium, tunc non eſt locus præſumptioni-
62 bus,& coniecturis,provt etiã in terminis tradit *Man-*
tic.d.tit.29.in fine,Mart. Medic.d.exam.21. n 38. verſ.
non poſſet,Borgnin.de vſuf.Mulier.relict.num.83.Mocc.
Silu.for.d.cap.36.nu.3.Royas d.dec.317.nu.2. & ſeqq.

Dicitur,autem,conſtare de mente donatoris,quan-
do fuit facta mentio donatarij, tanquam hæredis vni-
63 uerſalis,apud quem tranſeunt iura, & actiones,vt latè
Royas d.dec.317.nu.2.3.

An,verò,facta donatione,bonorum mobilium, &
immobilium præſentium,& futurorum,cum reſerua-
tione fructuum,vita durante,vel alicuius annuæ quã-
titatis dicatur,per ipſam reſeruationem, voluiſſe do-
natorem includere,in donatione,etiam iura,& actio-
nes,latè diſputat *Mocc.Silu.for.d.cap.36.nu.4 & ſeqq.* 64
& concludit,tandem, quod non cenſeantur compræ-
henſa iura,& actiones,eo quia exceptio non ampliat,
ſed firmat diſpoſitionem,vel regulam, nec operatur,
vt ea comprehendantur, quæ alias non comprehen-
duntur,provt etiam noſtrã hanc,vel ſimilem quæſtio 65
nem latè examinat *Fontanell.d clauſ.4 gloſſ.21. par.2.*
nu.26.& ſeqq & tandem reſidet in opinione,quod re-
ſeruatio alicuius rei ad teſtandum non faciat, vt ea
comprehendantur in donatione, quæ alias non com 66
prehenderentur, quem vide optimè ratiocinantem,
ſicuti, ad propoſitum, multos allegat auctores *An-*
dreol.controu.cap.2.num.3. & ſeqq.

Verum tamen eſt, quod donatio omnium bono-
rum ſubſiſtitur,& valet,quando fuit facta mentio de
omnibus bonis,ſine adiectione, *futuris*; tunc, enim, 67
benè valet, quia non cenſentur donata bona futura
tex.in l.ſi ità,ff.de aur.& arg.leg.l.fin.C.quæ res pignor.
oblig.poſſ ſed tantum,de præſentibus intelligitur, *Co-*
ler.de Proceſſ.Execut.par.1.cap.10.num.145. Menoch.
conſ.101.nu.23.Surd.conſ.450.nu 42. Molin.de Primog.
Hiſpan.lib.2.cap.10. num 13. Gratian. diſcept.for. lib 1.
cap.98.nu.21.& ſeqq.Fontanell.dec.397 nu.20.par.2.
& de Pact.Nupt.d gloſſ.21.par.2. nu.23. Theſaur. dec.
*199.per tot.*vbi nonnullos allegat concordantes,plenè
Andreol.controu.2.nu.1.& controu.229.num 4.Cancer.
var.lib.1.cap.8.num.90.Mart.Medic.in addit.ad deciſ.
36 nu.4 Rot.coram Buratt.dec.7.nu.1 & ſeqq. vbi latè
Ferentill.in addit.Carpzou.Iuriſpr. for. d. par.2. conſtit.
12.def.27.num.9.10.D.meus Aloyſ.Manſ.d.conſult.28.
num.14.

Quod procedit,etiam ſi aliqua portio ſit reſeruata
ad teſtandum; nam eo pariter caſu, bona præſentia
tantum cenſentur in donatione comprehenſa, non
futura,vt diſputato articulo,firmauit idem *Fontanell.* 68
vbi ſuprà num.26.vſque ad 38. & d.deciſ. 397. part. 2.
quem ſequitur,*Mart Medic.in addit.ad d. dec.36. num.*
4. Andreol.d.controu.2.num 2. 3. & adaptantur etiam
allata per *Mocc.Silu. for. d. cap. 36. numer.4. vſque ad*
finem.

Retenta,igitur opinione,quod non ſubſiſtat dona-
tio omnium bonorum præſentium, & futurorum,du-
bitari contingit,an ſaltem valeat,quoad bona præſen-
tia.Negatiuam amplectuntur *Bart.in l.fin. C. de Pact.*
n.16.& ibi etiam *Bald.Gutier de iuram.confirm.cap 11.* 69
nu.3 Petr.de Fideic.quæſt 4.poſt nu 8.verſ. & hæc, Cra-
uett.conſ.538.nu.3.Gomez ad ll.Taur.69. nu.2.Cagnol.
d.l.fin.nu.265.Seraph.de Priuil.iuram. priuil 107. nu.2.
Oſaſch dec.100.num.41. plenè Peguer.dec.138 Cancer.
var.d.lib 1.cap.8.nu.75. cum cæteris allegatis per *Fon-*
tanell.de Pact.Nupt.d.clauſ 4. gloſſ 20. par 2. num 75.
Mart Medic exam.21.nu.12. Carpz Iuriſpr. for par.2.
conſtit.12.def.26 nu.12.Rot. cor. Royas dec 21. num.13.
Rub.ad dec.56.nu.11.& ſeqq par.9 rec.

Et rationem reddunt,quia in factis,contrà legem,
ſi non valet, quod fit vltrà, non valet, quod fit intrà
cap.dudum de reb. non al eu. in 6. & Clement 1 eodem 70
tit & confert *dictum Bald. in l.quicumque,C.de ſeru.quæ*
liber qui ait,quod ſi fiat conceſſio, vltra licitum, non
valet etiam in eo,quod eſt licitum,*Iodoc.mol in Rubr.*
*de Teſtam.*qui pariter aſſerit, ratione formæ impro- 71
batæ à iure non fieri ſeparationem,& ſic vtile per inu
tile vitiari, provt conſiderant, etiam Doctores alle-
gati à *Fontanell.loco cit.nu.27.28.à Rub.in addit. ad d.* 72
dec.56.num.13.par.9.rec.

Et quamquam hæc opinio videatur cõmunis, pro
contraria,tamen allegantur nonnulla argumenta per
Seraphin.de Priuil. Iuram. priuil. 107 à num. 3. ad 15.
provt, etiam latè fundat, multis medijs, *Fontanell.* 73
de Pact.Nuptial.vbi ſuprà nu.29. & ſeqq. vſque ad 42.

vbi supponit, quod bona præsentia commodè diuidi,
74 & secerni possint a futuris, vt in initio quæstionis
num.29.& alijs omissis hanc partem communem dicit
Add.ad Buratt.decis.7 num.14.cum multis auctoribus
ibi allegatis, quibus addi potest, Mart.Medic.d.exam.
21.nu.13.& seqq. vbi, quod per viam disputationis,
opinio cōtrà communem videtur verior, prout comprobat, & legibus, & auctoritatibus ibi adductis.

Ceterum, non est discedendum ab opinione magis
communi; nam ipsemet Mart. Medic. in addit. ad d.
examin.21.nu 3. Palinodiam cantauit, dicendo esse veriorem magis communem opinionem, & esse cauen-
75 dum a Ferentill. ad Buratt. loco cit. nam ferè omnes,
pro ea parte, citati, vt eadem decisio Buratt. & Grat.
loquuntur, quando donatio est vniuersalis omnium
bonorum, sed sine expressione futurorum; Tunc, enim
verissimum est, quod restringitur ad præsentia, & non
compræhendit futura.

Procedit, tamen, opinio pro validitate donationis,
in bonis præsentibus, quando adest clausula, omni meliori modo, vt per Grat. respons.70.nu.21.lib.1. Vrsill. ad
Afflict dec.107. Trentac. var.lib.3. tit. de donat. resol.3.
76 nu.9. vers. declarantur, Surd.cons.450.num 60 Rip. obseru.
136.num.2.& seqq. Thob. Non. cons 55.num.5. Mancin.
de eff. iuram effect. 53. in fine, Mart. Medic. d. exam.21.
num.17.& confirmat etiam in addit. ad eandem exam.
21.num.3.circa finem, & multorum auctoritate, comprobat, Andreol. contr.2.num.14. eamque opinionem
confirmat, exemplis, & argumentis idem Fontanell.
loco cit. nu.42. vsque ad 48.pag.521.& plura etiam Conciol. alleg.38.num.6.

Cui clausulæ, omni meliori modo, cum æquiparetur
iuramentum vulgata l. cum pater, §. filius matrem, ff. de
77 leg.2.cap. nostram, & cap. quanto de iureiur. cum alijs
allatis per Seraph. priuil 98. idem robur accipit dona-
78 tio à iuramento ac à clausula, omni meliori modo, &
propterea pariter valet in bonis præsentibus, quando
adest iuramentum, ac quando interuenit prædicta
clausula, vt, quicquid in contrarium, sentiat Fontanell. vbi suprà num. 70.& seqq. cui videtur adhærere
Rub. in adnot. ad d.dec.56. num.34. & seqq. & num.43.
& seqq. par.9.rec. auctoritate Seraphin. de Iuram. priuil.107.num.16 & seqq Rot. coram Royas dec. 91. num.
18. latè probarunt Cagnol. d. l. fin.C. de Pact. num.264.
cum alijs latè adnotaris per eundem Fontanell. d. loco
num.68.69. Rip. obseru.136. in fine, Surd. d. cons.450. nu.
60. Andreol. d. contron. 2. num.15. Mart. Medic. d. examin.21.num.17.& in addit. num.3. Mancin. de effect. iuram. eff.53. par.4. Aloys. Mans. consult.28. nu.32. & pro
hac opinione pluries resoluit Rot. vt penès Royas dec.
122. num. 19. in Tudertina Donationis coram Eminentiss. D. Card. Cerro 17. Iunij 1652. relata à Rub. in addit.
ad d.dec.56.num.59.par.9.rec. vbi, quod huiusmodi
iuramentum appositum, in donatione, simul facta, de
bonis præsentibus, & futuris operatur, vt duplex censeatur facta donatio; altera, scilicet, de præsentibus,
altera de futuris, ità vt vna corruente, benè subsistat
altera, & mentio bonorum futurorum habeatur pro
non apposita.

Est, igitur, cauendum à d.dec.91.num.18. coram Royas; Nam reprehendit Fontanell. in eo, de quo laude
dignus erat, & nihilominus, si Fontanell. legisset num.
79 seq. videre potuisset, quod cum ea doctrina sentiebat,
licet contra veritatem, vt probauimus.

Hæc, autem, quæstio frustrà à me disputatur, nam,
cùm probauerim superius nu.33. valere donationem
omnium bonorum præsentium, & futurorum, iuramento, roboratam, vtique si valet, quoad omnia, eò
magis erit valida quoad præsentia tantum.

Extra aliam difficultatis est, valere donationem
80 omnium bonorum presentium, & futurorum, quando
donans aliquid ad testandum sibi reseruauit; deficit,
enim, eo casu, ratio illa impeditiua testamenti factionis, ob quam à iure improbatur, vt omissis antiquioribus repetētibus, ad d.l. fin.C. de Pact. tenent, Dec. cons.
30.& cons.251. Bursat cons.139. nu.32. lib.2. Add. ad
Clar. d. §. donatio quæst. 19. litt G, Mantic. de Tacit. &
Ambig. lib.13. tit.31. nu.1. Gomez ad ll. Taur.69. num.2.
Ricch. de vnion. prol. cap.3. num.13. Carpzon. Iurisprud.
for. par.2. constit.12. def.25. num.12. Kloccb. de contrib.
cap.12. num.202. Gamm. dec. Lusit.255. num.1. Franch.
dec.194. Mart. Medic. dec.36. nu.2. Royas d.dec.122. nu.
15. Rot. dec.21. nu.2. par.9. rec. cum alijs, qui facile cumulari possent.

Est, tamen, valdè controuersum, quanta debeat esse
huiusmodi portio reseruata ad hoc vt validè fiat donatio: Aliqui, enim, putarunt necesse fore, quod excedat vigesimam partem bonorum donatorum, vt
Clar d.§. donatio quæst.19.nu.7. in fine, quem sequutus 81
fuit Cæphal. cons.485. nu.133. Honded. cons.33. num.32.
quos refert, Mart. Medic. dec.36. nu.2 Cancer. var. lib.3.
cap.2. num.128.

Sed eorum opinio non est tenenda, prout eam reiecit Bott. cons. 58. num. 40. quem refert, & sequitur 82
Fontanell. de Pact. Nuptial. d. claus.4. gloss.23. num.2. vbi
dicit illorum opinionem, nec lege, nec auctoritate
probari, nec teneri nos credere cuiquam etiam magno viro nisi dictum suum lege probet, vel per scripturam publicam, nec suffragari asserit, Cæphal. diligentiam, qui conatus est Clari opinione pluribus
corroborare, quia, inquit, illi nihil tale probant.

Modicam sufficere summam alij existimarunt, vt
Alex. cons.59. num.3. lib.5. qui consuluit, pro validita- 83
te, in terminis librar. 50. prout pariter eius sententiæ
fuerunt Curt. Iun. cons.1. numer 16. & alij allegati per
Mart. Medic. dec.36. num.5 & Senatus Cathaloniæ aliquando pro validitate rescripsit, cum reseruatione
quinque librarum, vel 50. solidorum, aut trium librarum, aut quinque solidorum, vt per Fontanell. claus.4.
gloss.23. nu.5. ac similem declarationem fuisse factam,
in alijs Magni nominis Tribunalibus fatetur Gamm.
dec.348. nu.5. Peguer dec.135. Gutier. de Iuram. confirm.
cap.11. nu.15. Borell. in summ. decis. tit.10. par.3. nu.318.
Aloys. Mans. d. consult.28. nu.26.

Alij è contrà modicas existimarunt tales, aut similes summas, & propterea nullas declararunt donationes, cum similibus reseruationibus ad testandum,
vt Menoch. cons.380. qui pro nullitate scripsit, attento, 84
quod tres tantum aurei nummi erant reseruati, Peguer. dec.255. in fine, qui testatur in Senatu Lusitano
alias fuisse decisum pro nullitate donationis, eò quia
similis, dumtaxat summa reseruata fuerat, Cagnol. d.l.
fin C. de Pact. num.242. qui tenet non potuisse valere
donationem, cum reseruatione Florenorum 25. &
alijs omissis, Aloys. Mans. d. consult.28. nu.27. vbi concordantes adducit, & omnium optimè Cancer. lib.3.
cap.2. nu.129.& seqq.

Sed in hac diuersitate opinionum, ea est amplectenda, quæ remittit arbitrio iudicis, qualis summa
sit sufficiens ad donationem conualidandam, qualis 85
non, quod arbitrium regulari debet, iuxtà qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij donantis,
vt optimè Gamm. dec.348. num.4. Fontanell. d. gloss.23.
nu.3. Menoch cons.184. num 4 & seqq. Mart. Medic. d.
dec.21. num.7. 8. Faber de Error. Pragm. decad.48. error.6 num.2. vers. parum, & alijs cumulatis, Mansius
d. consult.28. numer. 30. Rot. dec.578. numer. 8. par.5.
recent.

Et præcipuè validitas, vel inualiditas donationis,
ex eo pendet; an summa reseruata talis sit, vt
verisimiliter inducat aliquem ad hæreditatem accipiendam.

plendam, vt plenè Dec. consil. 203. num. 8 & cons. 251.
Menoch. consil. 184. num. 6. Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num.
212. Mart. Medic. exam 21. num. 61. & seqq. & decis.
36 num. 2. Rot. dec. 10. num. 3. & dec. 578 num 8. part. 5.
rec. & penes Canaler. dec. 98. Gamm. decis. Lusit. 255. in
fine.

Sed non requiritur, ad validitatem donationis, vt
donans exprimat sibi talem portionem ad testandum
87 reseruasse, sed sufficit, vt eam reseruet, absque eo,
quod vlterius exprimat ad testandum, vt per Crauett.
consil. 222. num. 3. Cagnol. d. l. fin. num. 254. Mart. Medic.
d. exam. 21. num. 60. Fontanell. vbi suprà numer. 17. vbi
allegat etiam Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 13. tit. 31.
de Donat. omn. bonor. num. 11. Sed in contrarium vi-
denrur facere exarata per Salgad. Labyrint. credit. par.
2. cap. 18. num. 30 & 31. sed num. 33 in terminis nostris
tenet pro validitate.

Imò scribit Fachin. contron. lib. 6. cap. 90. quod etiam
88 si donator reseruet expresè bona aliqua ad disponē-
dum, in vita, nihilominus valeat ex eo, quia testamen
tum dici potest dispositio inter viuos; fit, enim, ab
89 eo qui viuit atque adeò in vita non autem post mor-
tem.

Sed contrarium, quod illa reseruatio non operetur
90 validitatem donationis tenet, Cancer. var. lib. 1. cap.
8. num. 79. vbi, quod, tali casu, de dictis bonis reser-
uatis donator testari non potest, sed tantum in vita
disponere. & sic, cum ei sit sublata facultas testandi,
donatio est nullius momenti, pro qua sententia alle
gat. Bartol. Crauett. Alex. Boer. & alios, quibus addi
possunt cumulati per Aloys. Mans. d. consult. 28. nu-
mer. 19.

Est, enim, communis conclusio, quod facultas dis-
ponendi, inter viuos non extenditur ad vltimam vo-
91 luntatem latè Andreol contron. 324. Rot. dec. 104. par-
te 7. rec. & dec. 118 num. 32. & seqq part 9. & in Rom.
Hæreditatis 9 Aprilis 1663. coram Reuerendissimo N-
not.

Sed est bona distinctio allata à Mart. Medic. d. exam.
21. num. 15. quod, vel potest colligi ex anterioribus,
vel posterioribus verbis, aut etiam aliundè, quod do-
nans habuerit hanc mentem reseruandi sibi faculta-
92 tem disponendi etiam post mortem, & dici debet,
quod valeat donatio. Si, verò, non potest aliundè
colligi voluntas disponentis, tunc credendum est,
quòd, de portione reseruata noluerit, solum dispone-
re in vita, id est per actum inter viuos, & voluerit à se
abdicare facultatem disponendi per vltimam volun-
tatem, & consequenter dicendum est donationem nō
subsistere; ad propositum multa adducit eadem de-
cisio in Romana Hæreditatis 9. Aprilis 1663. cor. Reue-
rendiss. Ninot, §. quia cum deinde.

Debet tamen, differri ista reseruatio ad tempus ha-
bile, vndè per Rota coram Royas dec. 91, num. 20. fuit
93 declaratum, nil operari reseruationem, attento, quod
bona reseruata promissa erant post emissam profes-
sionem, & sic tempore, quo non poterat disponere,
vt, autem, donatio suffragetur (vt ait eadem decisio)
erat opus quod voluisset de illis scutis 25. testari, &
in eis hæredem instituere, Bald. d. l. fin. num. 19. versic.
alioqnin, & vers. quia licet, C. de Pact.

Est, tamen, verum, quod huiusmodi obiectum non
fuit habitum in consideratione in alia propositione
eiusdem causæ, vt constat ex decis. 21. num. 2. part.
9. rec. in qua eadem decisio coram Royas fuit ui fir
mata, & à decisis in primo loco recessum, sed in hac
parte fundamentum primæ decisionis mihi magis
placet.

Si, verò, sit facta reseruatio ad certam causam, pu-
ta si dicatur, quod possit pro anima de bonis reser-
uatis testari, aut disponere, non valere donationem
omnium bonorum præsentium, & futurorum, reser-
uatione non obstante, autumaruut, Rip. lib. 3. respons.
cap. 14. num. 4 Cagnoll. l. fin. C. de Pact. num. 244. Ber- 94
trand. consil. 40. vol. 3. & alij allegati per Franch. decis.
594. num. 6. Fachin. contron. lib. 6 cap 91. & in hac opi-
nione residet, Castill. de coniect. vlt. vol. lib. 4. cap. 53. nu.
7. allatus ab Aloys. Mans. d. consult. 28. num. 20. & cæte-
ri relati per Mart. Medic. d. exam. 21. num. 54.

Et rationem assignant; quia, licet, eo casu, in totū
non auferatur facultas testandi, tamen nimis restrin-
gitur, & arctatur, adeout cogatur relinquere hære-
dem, quem expressit in reseruatione.

Contrarium, quod subsistat donatio, licet facta
cum reseruatione ad testandum, ad fauorem certæ, &
determinatæ personæ, vel rei, defendit A. ciat. d. l. fin. 95
Cod. de Pact. versic. quid si donans, Couarr. var. lib. 3. cap.
12. numer. 3. circa finem. Crauett. consil. 222 Bolognett.
d. l fin. num. 132. Fachin. controu. lib. 6. caput. 91. ver-
sic. contrarium docuit, vbi, quod ei hæc senten-
tia verissima videtur, quia per eam reseruationem
non minuitur testandi facultas; etenim donator,
qui centum aureos, V. G. sibi reseruauit, vt pro ani-
ma disponeret, non cogitur præcisè, de eis. pro anima
testari, sed aliter si velit, poterit testari; Est enim, vt
subiungit idem Fachin. facta reseruatio, in sui fauo-
rem, vt, si velit, possit disponere, pro anima, non, vt co-
gatur; Imò, si donator, pro anima, de rebus reserua- 96
tis testatus esset, procul dubio testamentum muta-
re, & reuocare posset, vt etiam ostendit Mart. Medic.
d. Exam. 21. num. 55. vers. moti sunt, quæ opinio, tan-
quam, verior, fuit approbata in Senatu Lusitano, vt
testatur, Gamm. dec. 348. in fine, nec ab ea discessit, in
iudicando Senatus Cathaloniæ, vt per Cancer. var. lib.
3. cap. 2. de Inuent. num. 127. & multis argumentis,
fuit roborata per eundem Mar. Medic. d. exam. 21.
numer. 57. 58.

Si, verò, facta donatione, cum reseruatione, vt su-
prà, donator, de portione reseruata disponat, non
propterea annullatur donatio omnium bonorum
præsentium, & futurorum, prius facta; sed tantum, 97
secunda, quia, hæc non illa adimit testandi faculta-
tem, vt per Bolognett. d. l. fin. num. 133. C. de Pact.
Cagnol. eodem loco, num. 254. & 257. & sic iudicauit
Senatus Cathaloniæ, vt obseruat Fontanell. claus. 4.
gloss 23. num. 20. in fine, rationem reddens, non fore
iustum, quod, quæ, ab initio valuit, & vires habuit,
donatio, ex post facto reuocari possit, sine culpa do-
natarij: hoc, enim, esset concedere donatori faculta-
tem reuocandi donationem, quando vellet, faciendo
alteri secundam, de reseruatis.

Et facit, etiam, ad propositum, quod, si mulier
obliget dotem, pro viro, vltra medietatem Dotis,
pluribus, & diuersis vicibus, substinetur obligatio, 98
priùs facta, vsque ad medietatem, non, verò, cæteræ
obligationes, & alienationes, vt, quidquid dicat,
Noguerol. alleg. 24 num 188. & seqq. qui tenet om-
nes obligationes fore nullas, tenent Monac. ad Minad.
dec. 29. num. 8. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4. gloss.
23. num. 21. & claus. 7. gloss. 2. par. 3 num. 19. 20. Salgad.
Labyr. Credit. par. 2. cap. 4. num 68. & nu. 76. Thesaur.
Iun. in addit. ad decis. Patris 223 vers. pulcra ista,
Vrceol. consult. 24. num. 43. Post. resol. 89. num. 53. An-
dreol. controu. 376. num 4.

Et, sicuti, pariter obligatio mulieris, de dote vltrà
medietatem, facta in eodem contractu, & eodem
contextu, est nulla in totum, vt per Noguerol. alleg.
29. num 182. & seqq. Fontanell. d. claus. 7. gloss. 2 par.
3. num 21. & seqq. & præcipuè nu. 31. Capon. de Pact.
quæst. 58. num. 41. late Bottigl. de success. cap. 2 Th. or.
88. per tot. Hodiern. ad Surd. dec 86. num. 19. Andreol.
controu. 376. num. 5. Salgad. in Labyr. Credit. d. par. 2.
cap.

cap. 4. *num.*101. Quæ sententia est verior, non obstantibus, in contrarium, allatis per *Thesaur. Iun. quæst.* 65. *num.* 4. *Merlin. de Pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 18. *num.* 70. 71. *Tondut. Sanleg. quæst. Ciuil. cap.* 45. *num.* 22. *lib.* 1.

Itá, si in eodem donationis instrumento, fiat donatio omnium bonorum, reseruata portione, ad testandum; & vlteriùs fiat, etiam, donatio, de portione reseruata, vtraque obligatio, & donatio erit inualida, siue vni, siue pluribus fiat donatio, eo quia tolli-
101 tur testandi facultas, vt post resolutionem Senatus Sabaudiæ, relatam per *Fabr. in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 34. *de Donat. def.* 9. tenet *Fontanell. d. claus.* 4. *gloss.* 23. *num.* 22. qui etiam *num.* 23. aliam addit limitationem, quod pariter donatio, in totum, corruat, licet
102 facta, in diuersis vicibus, quando eidem personæ fit; & allegat, pro confirmatione, *Crauett. cons* 538. *&* *cons.* 539. vbi considerat vitium, in istis donationibus, dolum, scilicet, donatarij, qui paulatim, hac via, rebus omnibus præsentibus, & futuris ipsius donatoris potiri intendit, ac intendere, visus est, & animum habuisse, & sic consequi, per indirectum, quod, directò, non poterat.

Et, tandem, dubium mouet, idem *Fontanell. vbi suprà num.* 24. quod si fiat reseruatio, nulla expressa quantitate, ad testandum reseruata, sed dicendo (reseruato, mihi, quod, super bonis donatis, possim te-
103 stari, prout benè visum fuerit,) An illa verba, *prout benè, visum fuerit*, debeant intelligi, de arbitrio libero, taliter, quod possit donator testari, de tanta quãtitate, quanta sibi placuerit, vel arbitrio boni viri. Et quod intelligatur, arbitrio boni viri, tenet, *Gamm. dec.* 185. relatus *à Fontanell. d. gloss.* 23. *num.* 24. *Tondut. quæst. Ciuil. par.* 2. *cap.* 102. vbi, quod non potest de tota portione testari.

Licèt, quando verba sonant in arbitrium, & voluntatem, nõ tantum restringantur, ad arbitriũ boni viri, sed præseferant absolutam voluntatem, nullis legibus
104 regulatam, iuxtà *tex. in l. hæredes mei, §. peto à te, ff. ad Trebell. Soccin. cons.* 123. *num.* 1. *in fine*, *Ruin. cons.* 133. *num.* 4. *lib.* 2. *Gabriel. cons.* 143. *in fine lib.* 1. *Gratian. Discept. for. cap.* 23. *numer.* 25. *Surd. consil* 380. *numer.* 35.

Nec est necesse, quod fiat reseruatio alicuius rei, in proprietate consistentis, ad hoc, vt valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum. Siqui-
105 dem sufficit, etiam, reseruatio vsusfructus rerum donatarum *Castren. d. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de Verb. Oblig. in fine* vbi etiam *Alex. num.* 18. *Gomez. ad ll. Taur.* 69. *num.* 3. *in fine*, *Cancer. Var. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 68. vbi rationem assignat, quod, per talem donationem, non aufertur testandi facultas, cum donator de fructibus, qui ei supersunt de vsufructu sibi reseruato, possit testari, qui in donatione non includitur, & pluribus argumentis, id etiam confirmat, *Fachin. controu. lib.* 6. *cap.* 89. *vers.* at contrarium, &, multorum auctoritate, ita sentit *Aloys. Mans. d. consult.* 28. *num.* 17. *&* 18. & firmauit, *Rot. coram Duran. dec.* 349. *num.* 9. *dec.* 342. *num.* 1. *par.* 3. *& dec.* 10. *num.* 4. 5. *par.* 5. *recent.*

Et licèt contrariam sententiam sequantur allati,
106 per *Couarr. lib.* 3. *Var. cap.* 12. *num.* 1. *per Fachin. d. cap.* 89. *in princ. Andreol. controu.* 55. *num.* 19. *Molin. Rip.* & alij apud *Aloys. Mans. d. consult.* 28. *num.* 18. *in medio.*

Prima opinio, nihilominus est verior, quando præcipuè, vsusfructus non est adeò tenuis, quod, vltrà
107 necessaria alimenta, nil supersit donatori, de quo testari possit; eo, enim, casu, reseruatio est, ac si non fuisset facta, vt optimè concludit *Cancer. var. d. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 78. & egregiè, cum alijs allegatis, *Mart. Medic. d. exam.* 21. *nu.* 23. prout pariter, ita distinguit *Mansius d. consult* 28. *num.* 23.

Est, igitur, inspiciendum; An, tempore donationis, vsusfructus reseruatus sit, adeò pinguis, vt, vltrà alimenta, & expensas necessarias, probabiliter sit, remansurum donatori, de quo possit, suo tempore, testari, nec est habenda ratio de eo quod posteà succedit.

Et hinc est, quod donatio valet, quamquam tempore mortis donatarij donator non habeat, de quo testetur, eo quia vsumfructum, aliàs pinguem, & sufficientem, consumpserit, sicuti non est in consideratione, in reseruatione cuiuscumque alterius rei, quod eam posteà donator alienet, vel consumat reseruatum, Valet enim nihilominus prior donatio, vt post *Bolognett. d. l. fin. nu.* 233. & alios fundat *Fontanell. claus.* 4. *gloss.* 22. *num.* 11. *&* 12. *Mart. Medic. in exam. ad* 21. *num.* 5. *Aloys. Mans. d. consult.* 28. *num.* 23. *circà finem*, *Rot. dec.* 10. *num.* 7. *part.* 5. *rec.*

Et hoc casu, ipsimet donationem impugnanti incumbit onus probandi tenuitatem vsusfructus, non, verò, donatario, vel eius hæredi, vt tenet *Socin. Iun.* 108
consil. 177. *lib.* 3. *Rot. dec.* 10. *num.* 8. *par.* 5. *recent.* quam refert, & sequitur *Mart. Medic. in addit. ad decis.* 36. *nu.* 1. *Tusch. in suis conclus. verbo Donatio concl.* 648. *num.* 74. relatus ab *Aloys. Mans. d. consil.* 28. *num.* 24.

Sed contrarium putat, *Trentacinq. var lib.* 3. *de Donat. resol.* 3. *num.* 18. *vers. in hoc casu*, vbi, ait, quod reus habet intentionem fundatam, in nullitate Donationis; & ideò, qui limitationem allegat, videlicet, donationem valere, quãdo est facta reseruatio fructuum, probare debet hanc exceptionem, nempè, fructus extitisse, tempore donationis, sufficientes, ad alimenta, & ad testandum, cui sententiæ, licet adhæreat, *Fonta-* 109
nell. d. gloss. 23. *num.* 18. consulit tamen, *num seq.* quod, in praxi, ad euitandas controuersias, impugnans donationem non expectet probationem aduersarij, sed ipse doceat insufficientiam reseruationis, ne fieret, quod contingit persæpè, iudicem, sequendo contrariam opinionem, ipsum frustare, & quasi decipere eundem, de hac opinione, non modice confisum.

An, verò, in casu, quo fiat reseruatio vsusfructus à donatario, vt suprà vidimus, sit petenda cautio ab vsufructuario, vide, quæ, in proposito adducit *Fon-* 110
tanell. cit. gloss. 22. *num.* 20. *& seqq. Cancer. d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 82.

Quod, si donator non disponat, de portione reseruata, spectabit ne ad hæredem donantis, vel ad donatarium? de hac re plura deduxi in *secundò lib. cap.* 35. & de hac re etiam plura adducunt *Amat. res.* 76. 111
n. 23. *Tondut quæst. Ciuil. part.* 2. *cap.* 110. *Merend. contr. cap.* 38. *lib.* 16. *Durand. dec.* 348.

Sed distinguendum videtur. Vel fit reseruatio cer- 112
tæ quantitatis ad testandum, vel fit reseruatio facultatis testandi, de certa quantitate.

Primo casu, res difficultate caret, quod, si moriatur donator intestatus, reseruatio vadit ad successorem ab intestato, & non remanet donatario, quia, de- 113
cedendo ab intestato, visus est donator, inter succedentes ab intestato disposuisse de reseruatione, per *l. conficiuntur, ff. de Iur. Codicill. Bald. consil.* 121. *num.* 2. *lib.* 4. *Natt. consil.* 216. *num.* 10. *Decian. consil.* 28. *num.* 23. *lib.* 3. *Menocch. consil.* 210. *num.* 10. *ad fin. Monachr. dec. Bonon.* 71. *punct. primo per tot. Mart. Medic. d. exam.* 21. *num.* 42. *Cancer. var. d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. *&* *dixit Rot. dec.* 421. *num.* 1. *part.* 12. *rec. & in Eugubina Donationis* 7. *Iunij* 1662. *coram bo: me: Cardinali Vicecomite post tract. dec.* 198.

Secundò casu, rursum subdistinguo, vel fuit reseruata facultas disponendi, & vlterius additum, *si de portione reseruata non disposuero, intendo, vt ad te, vel*

ad

ad donatarium, vel alium pertineat;& tunc in comper-
to eſt,quod debet ſeruari diſponentis voluntas,vt per
114 *Cagnol.d.l.fin. C.de Pact.num.238. Theſaur.dec. 97. in
fine, Franc.dec.600.propè finem*, qui dicunt hanc eſſe
bonam cautelam ad remouendas lites,& id etiam ad-
mittit, *Salgad.Labyr.credit.part.2.cap.18. num.58.* vbi
allegat *Caſtill.tom.6.controu.cap.113.num.34.*

Vel fuit reſeruata facultas diſponendi, nulla alia
clauſula adiecta, de bonis V. G. quingentis; Et tunc
eſt valdè, in iure, controuerſum, An, eo caſu, non fa-
cta declaratione, de bonis reſeruatis, ſpectent ad hæ-
redem donatarij, vel ad ipſum donatarium, & præ-
115 ſertim eſt magna diſſenſio inter *Theſaur.& Franch.*

Hic, enim, *in dec.45. ac dec.600.* conſtanter tenet,
quod non ſit conſideranda differentia inter vnum, &
alium caſum, ita vt, vel fiat reſeruatio certæ rei ad te-
ſtandum, vel reſeruatio facultatis teſtandi, de certa
portione, ſemper ſuccedat hæres donatoris, ex *d.l.*
116 *conficiuntur, ff. de Iur.Codicill.* quod decedendo inte-
ſtatus, videatur donator in venientes ab inteſtato fa-
cultatem exercuiſſe, pro qua opinione teſtantur non-
nulli Doctores fuiſſe in praxi iudicatum, vt *Mantic.de
Coniect.lib.7.tit.7.in fine, Surd.dec.272.* qui refert ſen-
tentiam Senatus Pedemont. poſt longam diſputatio-
nem fuiſſe iuxtà prædicta iudicatum, *Maynard.dec 94.
num.2.* & alij apud *Fontanell.de Pact.Nuptial.clauſ.4.
gloſſ. 23.num.11.* Et hanc ſententiam defendit etiam
Mart.Medic.d.exam.21.num.45. fundatus præſertim
in voto Senatus Neapolitani, qui eſt tantę auctori-
taris, vt eius deciſiones vim legis habeant, *Cæphal.
conſil.429.num.126.* Maximè, quia, non videt, quare,
& quomodo poſſit fieri hæc differentia inter hæc duo
dicta. *Reſeruo mihi quingentos aureos, de quibus teſta-
ri poſſim*, Et, *Reſeruo mihi facultatem teſtandi de quin-
gentis*, vtroque, enim, caſu, eadem mens teſtatoris
eſſe videtur, vt illa pro ſe reſeruentur, & non perue-
117 niant in donatarium; quæ mens diſponentis potiùs,
quam verba attendi debet. Præſertim, cum ita in-
terpretando, excludatur donatio, quæ nunquam in
118 dubio præſumitur, &c. Et confirmatur vlterius, eadē
opinio, auctoritate *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 5.
gloſſ.4 num.7. Mut.dec.49.num.14. Maſtrill. deciſ. 277.
lib.3.Seſſ.dec.48. Borgnin.dec.11.lib.4. Vrceol. controu.
for. cap 16. Mart.Medic.in addit.ad d. exam.21.num.9.*
prout pariter, ita ſentit *Monach.d.dec.Bonon.71.punct.
2. per tot.Franc.Leo deciſ.Valent.58. per tot.* & alij rela-
ti per *Salgad. Labyrinth. credit. d.part.2.cap.18. nu. 57.*

Theſaur. verò *d.dec.97.* totum contrarium ſentit,
119 videlicet, hanc portionem ad donatarium ſpectare
quaſi magna ſit differentia inter hos duos reſeruandi
modos, in primo, enim, caſu, ſubſtineri poſſit, quod
veniat reſeruatum in ſuccedentem ab inteſtato, tan-
quam non compræhenſum in donatione,& ſemper in
dominio donatoris remanens; in ſecundò verò, non
ſic,ex eo, quod, cum facultatem tantum diſponendi
ſibi donator reſeruauerit, quæ infixa eſt perſonæ do-
nantis,& videtur requirere actum exteriorem, vt di-
catur exercita, inde ſequi videtur, quod, cum non di-
ſpoſuerit expreſsè, remanebit totum penes donata-
rium, in cuius dominium à principio videtur totum
pertranſiſſe cum donatione.

Et, licet, *Theſaur.* opinio videatur verior, in puncto
iuris, vt teſtatur *Fontanell.de Pact.Nuptial.clauſ.4.gloſ.
23.num.14.* pro qua opinione fuit alias deciſum, vt
aduertit *Caſanatt.conſil.37.num.29.* & fatetur etiam,
Salgad.Labyr.credit.d.par.2.cap.18. num.58. & ego pa-
riter, puto veriſſimum, ex traditis in *Romana Scuto-
120 rum 30.mil. 9. Aprilis 1660.coram Reuerendiſs. Decan.
& 21. Iunij 1661.coram eod. dec.8. 9. poſt tr.* vbi quod
facultas diſponendi non dicitur in bonis noſtris,præ-
cipuè dum non reducitur ad actum.

Tamen magis communiter contraria placet,ſecun-
dum quam, fuit pluries, ac pluries deciſum, vt vidi-
mus, & in terminis obſeruat, *Fontanell. vbi ſuprà pag.
545.num.14.* vbi, quòd, licet ei potiùs arriſerit Sena-
tus Pedemontani opinio, & eius rationes magis ap-
plauderent, & in puncto iuris magis eam opinionem
certam, exiſtimaret. Nihilominus aliam eſſe ſequen-
dam monet,quia plerumque notariorum incuria pro-
ueniat, vt huiuſmodi clauſulæ apponantur abſq; vo-
luntate donatoris; Et ſic etiam pro hac parte conclu-
dir, *Salgad.loco cit.num.58.*

Si verò, contentio eſſet inter donatarium,& fiſcum
eo caſu, tenerem pro donatario, contra fiſcum, ex 121
optimè ponderatis, in terminis, per *Maſtrill. dec.277.
num.13.& ſeqq. Caball.reſol.crimin. caſ. 207. num.15.*

An, verò, habens facultatem diſponendi,de aliqua
portione, intelligatur, de ipſa re diſpoſuiſſe, per ge-
neralem diſpoſitionem, ad fauorem alterius omnium
ſuorum bonorum, vide quæ tractat *Salgad. d. part. 2.* 122
*cap.18.num.52.*qui *d num.1.& ſeqq.* illam etiam tra-
ctat quæſtionem; an obligatio bonorum inducat rei
reſeruatæ diſpoſitionem.

Reſtat, tandem, videre; An fauore Eccleſiæ, vel
piæ cauſæ valeat donatio omnium bonorum præſen- 123
tium, & futurorum.

Negarunt *Bolognett.d.l.fin.C.de Pact.num.128.Sera-
phin.de Priuil.Iuram.priuil.107 num.1.verſ.& procedit
etiam, & Clar.§.donatio,quæſt 20.num.3.* videtur huic 124
opinioni aſſentiri, dum laudat hanc tenentes, & dicit
quod hæc opinio, in puncto iuris, eſt verior.

Sed, hoc non obſtante, communiſſima eſt, & ab
omnibus ferè recepta ſententia contraria,quod valeat
donatio omnium bonorum, præſentium,& futurorū,
fauore Eccleſiæ, vel cauſæ piæ, prout ita ſentit, *Bartol.* 125
*d.l.fin num.13 Didac in Rubr. de Teſtam. ſecunda par.
nu.5.in fine, Clar.§ fin.qu 20 num.3.* qui,quamquam,
vt ſupra vidimus,contrariam dicat, in puncto iuris,
veriorem, nihilominus ab hac, in facti contingentia,
recedere non auderet propter fauorem Eccleſiæ, *Go-
mez. ad ll.Taur. 69. num. 6. Tiraquell. de Priuil. piæ
cauſ. priuil 100. per tot. Spin. in ſpecul.teſtam.gloſſ.11.
num.30.Vinc.de Franch.dec.168. num.2. Gutier.de Iu-
ram.confirm.part.1.cap.11.num.7.Mart.Medic.dec.46.
num.11.12.Cald.conſil.30.num.9.Andreol.controu.2.n.
23.Cancer.var.lib.1.cap 8 num.77.* ac ſexcentis cumu-
latis, ita tenet *Rub.in adnot.ad. dec.56.nu. 72.& ſeqq.
part.9.rec.Fontanell.de Pact.Nupt.clauſ.4.gloſſ.21.par.
2.num.2.& ſeqq. Buratt.dec.7.num.3.* & nouiſſimè op-
timè firmauit *Fagnan.in cap. in præſentia de Donat.nu.
6. 7. 8. poſt. Durand.de Condit.& Demonſtrat. part. 3.
cap.5. num.43.*

Omnes, autem, cum *Bartol.* & præcipuè, *Cancer.
Rub.Mart.Medic.Andreol.Fagnan.* rationem aſſignāt;
quia, ſicuti licet cuique perſonam ſuam vouere Ec- 126
cleſiæ, multò magis, ei licebit omnia bona ſua præ-
ſentia, & futura donare.

Sed hæc ratio, non placet *Abbat.d.cap. in præſentia
quinto notab.* vt tradit *Fagnan.vbi ſuprà*,eamque refel-
lit, licet, alijs medijs, *Fontanell.d.clauſ.4 gloſſ.21. part.* 127
2.num.4. videndi; alia, tamen, de cauſa, dicunt non
eſſe recedendum à communi opinione,quam cauſam
ſi ſcire cupis. ipſos lege.

Et hæc opinio, ad fauorem piæ cauſæ eſt vera,quā-
do principaliter dirigitur in piam cauſam, donatio
omnium bonorum præſentium, & futurorum, non,
verò, quando ſecundariò,& non principaliter, vt latè
oſtendit *Mart.Medic.dec.36.num 12.*

Nec non, quando intuitu pietatis, & Charitatis,
pro ſalute animæ fieret; non, verò, quando ex alia
cauſa, vt in terminis ſtatuti requirentis ſolemnitates,
in donatione,quod compræhendat, cum Eccleſia non

Amore Dei, contrahentes, firmauit *Rot. in Romana Cenſus 2. Martij 1665. coram R.P.D. Bourlemont, §. ad quam in fine operis dec. 60.*

Hinc eſt, quod quamuis nonnulli, vt *Oldrad. conſ. 5. Boer. dec. 333. num. 10.* & alij apud *Add. ad Clar. d. §. donatio qu. 20. circa finem Fontanell. d. clauſ. 4. gloſſ. 22. part. 2. num.* 82. amplient hanc doctrinam, fa-
129 uore dotis; Dicit tamen, idem *Fontanell.* procedere, quando pauperi puellæ, dumtaxat fit donatio; Alias, enim, cauſa pia non diceretur, vt ego ipſe alias firmaui, & ſecundum hanc diſtinctionem ſunt intelligenda adducta per *Cutell. de Donat. tom. 2. ſpecial. 1. num. 12. & ſeqq.* vbi, quod, ob cauſam matrimonij non ſuſtinetur noſtra donatio, quem refert, *Manſ. d. conſult.* 28. *num.* 7. & vide latè adducta per *Fontanell. d. clauſ. 4. gloſſ. 9 part. 4. num. 12. & ſeqq.* vbi *num. 19.* ait, quod
130 fauore piæ cauſæ, erit valida noſtra donatio, quando, ſcilicet, erit inſinuata, alias non, nam multiplicarentur ſpecialia, ſed *num. 21.* dicit, quod forſan limitatio non ſubſiſtit, vide tamen ibi notata.

Affirmat etiam *Rot. dec. 122. coram Royas,* quod valet fauore ingreſſus in religionem, ſed cogita an vera
131 ſit hæc ampliatio.

Et quæ dicta ſunt, hucuſque, de nullitate donationis omnium bonorum præſentium, & futurorum procedunt, in donatione inter viuos, non verò in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum cauſa mortis; quia, tunc, cum non auferatur, per do-
132 nationem libertas teſtandi, cum ea poſſit quandocunque reuocari *l. qui mortis, ff. de Donat. cauſ. mort.* nullum adeſt impedimentum, quin valeat, vt tenet, præ cœteris, *Cagnol. d. l. fin. C. de Pact. num.* 278. *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 10. num. 14. Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. 8. num. 3. Carpzou. Iuriſp. for. part. 3. Conſtit. 1. def. 23. num. 3. 4. Fontanell. de Pact. Nupt. d. clauſ. 21. part. 2. num. 54.*

Et, licet, contrariam opinionem ſequatur *Gomez. ad ll. Taur. 69. num. 5. verſ. ſed his non obſtantibus,* ta-
133 men, eius dictum communiter reprobatur per *Molin. & Parlador. ſuprà allegatos.*

Erit, tamen, ſequenda opinio *Gomez,* ſi in huiuſmodi donationibus cauſa mortis adſit pactum de
134 non reuocando, quia, eo caſu, donatio cauſa mortis tranſit in naturam donationis, inter viuos, vt optimè videndus *Fontanell. vbi ſuprà num. 57. & ſeqq.* qui *per tot. cap.* refellit argumenta contrariorum, & eſt etiam in hac opinione conſtans *Carpzou. Iuriſprud. for. d. par. 3. conſtit. 1. def.* 39.

Vltimò, tandem, tene, quod, quocumque modo, fiat donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, erit nulla, ſi do-
135 natori non ſuperſunt neceſſaria ad victum, & alimenta, de qua re vide *Andreol. controu. 229. Mart. Medic. ſæpe cit. examin. 21. num. 61. & 62.*

CAPVT VI.

De Captatoria diſpoſitione, & ea, quæ confertur, in alienum arbitrium: vbi, quæ propriè ſit captatoria diſpoſitio diuiditur in tres partes tota materia; ſcilicet, quando ſubſtantia vltimæ voluntatis principaliter, & directò confertur in liberam voluntatem alterius. Secundò quando non principaliter, ſed per indirectum committitur ſubſtantia diſpoſitionis. Tertiò, quando ſubſtitutio fit ſub ſpe alterius inſtitutionis; de quibus omnibus latiſſimè differitur in hoc capite.

SVMMARIVM.

1 *Materia captatoriæ diſpoſitionis non pertinet propriè ad tractatum pacti futuræ ſucceſſionis.*
2 *Talis materia eſt vtilis, & profunda.*
3 *Doctores loquentes de captatoria diſpoſitione.*
4 *Captatoria diſpoſitio eſt illa quæ alium allicit, ad ſibi inſtituendum vel aliquid relinquendum.*
5 *Dicitur captatoria voluntas, quia per eam teſtator captat, & venatur.*
6 *Captare dicitur qui dolis, & allectationibus quibuſdam lucrum alterius gratia aucupatur.*
7 *Captare eſt inſtanter capere.*
8 *Inſtitutio captatoria quando dicatur.*
9 *Quælibet diſpoſitio, quæ confertur in alienum arbitrium eſt captatoria.*
10 *Captatoria voluntas non eſt ea quæ pendet ab alieno arbitrio, ſed ea, quæ allicit aliquem ad teſtandum ſub ſpe alterius relicti.*
11 *Legatum in alterius liberam voluntatem conferri poteſt.*
12 *Captatoria voluntas prohibetur etiam in legatis, & particularibus relictis.*
13 *Captatoria diſpoſitio dicitur ea ſola ſecundum aliquos quæ in alterius voluntatem confertur ſed malè.*
14 *Materia captatoriæ diſpoſitionis diuiditur in tres partes.*
15 *Captatoria diſpoſitio illa verè dicitur quando fit ſub ſpe alterius relicti.*
16 *Et tunc, tam inſtitutio, quam legatum nullius ſunt momenti.*
17 *Quare improbatur captatoria diſpoſitio.*
18 *Paul. de Caſtro in l. Captatorias, C. de milit. teſtament. reprobatur.*
19 *Valet diſpoſitio collata in præteritum, vt inſtituo te hæredem, ſi tu me inſtituiſti.*
20 *Teſtamenti factio debet eſſe libera à metu pœnæ, & ſpe præmij.*
21 *Spes lucri aufert per indirectum liberam teſtandi facultatem.*
22 *Teſtamentum dicitur ſententia.*
23 *Sententia abſque aliqua coactione proferri debet, alias eſt nulla.*
24 *Teſtamentum aliqua coactione factum debet eſſe nullum.*
25 *Duobus teſtibus probatur teſtamentum metu factum eſſe.*
26 *In probando contrà voluntatem teſtatoris in teſtamento expreſſam idem requiritur teſtium numerus, ac in ipſo teſtamento.*

27 Ca-

27 *Captatoria dispositio est nulla, etiam si conditio, non ad testatorem, sed ad tertij personam relata sit.*
28 *Et etiam in testamento militis.*
29 *Et in testamento inter liberos, & tempore pestis.*
30 *Valet captatoria dispositio, quoties alterius institutionis praeterita mentionem facit.*
31 *Potest quis fideicommittere in omnibus, & per omnia prout continetur in testamento alterius.*
32 *Ubi institutio pendet ab arbitrio alterius iam ante declarato, non dicitur captatoria dispositio.*
33 *Valet testamentum iuxta formam, & tenorem testamenti paterni.*
34 *Captatoria dispositio non dicitur, quando duo se inuicem instituuntur haeredes.*
35 *Siue ex interuallo, siue in eadem Charta facta sit institutio.*
36 *Est permissum, vt duo in eadem Charta iisdem testibus adhibitis testentur.*
37 *Testamentum mariti in quo se facit haeredem vxoris, & vxorem eius non valet.*
38 *Valet testamentum licet non sit scriptum manu testatoris quando ab eodem est subscriptum.*
39 *Scribens testamentum sibi non potest legatum adscribere.*
40 *Nisi in d. testamento adsit subscriptio testatoris approbantis supra narrata.*
41 *Captatoria dispositio sub modo valet.*
42 *Contra quod non valeat neque sub modo.*
43 *Decisio 1000. numer. 14 post Salgad. loquitur contra communem.*
44 *Valet institutio facta ab eo, qui poterat decipi, licet non valeat de eo qui decipit.*
45 *Licet blanditijs aliquem allicere ad se instituendum.*
46 *Et procedit in quacumque persona, qua alium ad se instituendum alliciat.*
47 *Quando suggestiones sunt dolosae non valet testamentũ.*
48 *Quando vxor est inducta viri importunitate non valet testamentum.*
49 *Institutio collata in arbitrium tertij, est nulla.*
50 *Testamentorũ iura arbitrio alieno pendere non debent.*
51 *Et procedit etiam in legatis, & alijs relictis particularibus.*
52 *Iura testamentorum per se ipsa esse debent, non ex alieno arbitrio pendere.*
53 *Ultima voluntas ex mero arbitrio nostro abstracto ab omni facto hominis dependet.*
54 *Testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia.*
55 *Voluntas est anima volens.*
56 *Est impossibile, vt anima vnius sit anima alterius.*
57 *Testamentum est actus, & voluntas vnius non plurium.*
58 *Vnus, & idem actus non potest esse viventis, & morientis.*
59 *Testari quis debet per se ipsum, & non per alium.*
60 *Quare sit nulla dispositio collata in alienum arbitrium.*
61 *Dispositio in qua testator dat alteri facultatem suum conficiendi testamentum est nulla.*
62 *Testator non potest committere ad sensum sapientis substantiam relicti.*
63 *Potest tamen committere quapertinent ad solemnitatem, & dictamen scripturae.*
64 *Potest sapiens supplere titulum institutionis pro testamenti validitate.*
65 *Valet dispositio ab alio de mandato testatoris ordinata, dummodo ipse subscribat.*
66 *Valet dispositio, in qua dictum fuit, instituo, quem Titius elegerit.*
67 *Quando testator mandat eligi, vel deputari persona certa ex incertis non valet dispositio.*
68 *Valet tamen, quando electio fieri debet de certis personis.*
69 *Et tunc commissario non declarante, omnes admitti debent.*
70 *Quando substantia dispositionis est collata in arbitrium tertij non valet, secus quando electio, & nominatio tantum.*
71 *Quando dispositio substantialis committitur voluntati alterius, etiam si per modum electionis seu declarationis est nulla.*
72 *Reprobatur Menoch. consil. 408. num. 17.*
73 *Aliud est, quod testator voluntatem, suam certam supponat & subijciat alterius voluntati. aliud quod testator non disponat sed committat haeredi disponendi facultatem.*
74 *Decisio Merlin. 771 & Dunozett. 828. explicantur.*
75 *Valet in contractibus dispositio collata in arbitrium tertij.*
76 *Quando numerus certorum est tam magnus, vt dispositio reddatur elusoria non valet.*
77 *Quando fuit facta electio a Commissario est valida dispositio licet facta sit de incertis, ex incertis.*
78 *Sed contraria sententia quod sit nulla.*
79 *Ioseph. Altograd. contron 43. num 13. reprobatur.*
80 *An valeat dispositio, in qua dixit quod alicui in incerto manifestaui suam voluntatem.*
81 *Quod sit nulla, tanquam captatoria aliqui tenent.*
82 *Sed contra quod non dicatur captatoria, & valeat.*
83 *Pro declaratione voluntatis testatoris plurimum est deferendum Confessario.*
84 *Tertio, cui in secreto fuit à testatore voluntas commissa est tanquam testi, & si credi ur.*
85 *Praecipue si sit Sacerdos, & Confessarius.*
86 *Confessarius, & Sacerdos probant per fidem extraiudicialem.*
87 *Et facta declaratione amplius reuocari non potest.*
88 *Dispositiones in liberam voluntatem alterius, an valeant.*
89 *Valet legatum in tertij arbitrium collatum.*
90 *Contra quod non valeat legatum relictum in liberam alterius voluntatem.*
91 *Nostra dispositio non est, quae fuit collata in arbitrium tertij.*
92 *Explicatur tex. in l 1 ff. de leg. secundo.*
93 *Valet legatum relictum in tacitam alterius voluntatem, & non in expressam.*
94 *Quod per consequentiam contingit non attenditur.*
95 *Non valet dispositio quando libere confertur in voluntatem tertij non vero si in arbitrium.*
96 *Fauore libertatis valet dispositio collata in alterius arbitrium.*
97 *Contra quod non valeat, neque fauore libertatis.*
98 *Non valet collata dispositio in alterius voluntatem, siue tacitam, siue expressam.*
99 *Verbum arbitrium aliquando in iure sumitur pro libera voluntate.*
100 *Quoties in Domini personam & cuius interest arbitrium confertur, pro boni viri arbitrio est intelligendum.*
101 *In l. ff. de leg. secundo & l. nonnunquam, ff. de condit & demonstrat. antinomia.*
102 *Sed refutatur.*
103 *Quando tertius est factus dator, & arbiter legati, legatum est inutile.*
104 *Valet tamen quando tertius habet arbitrium, postquam testator reliquerit quid & quantum.*
105 *Defenditur Cuiac. contra Ouald. ad Dinell.*
106 *Explicatur Altograd. lun conteou 43 num. 10.*
107 *Haeredis institutio potest conferri in alienum arbitrium tanquam in conditionem.*
108 *Haeredis institutio non valet collatam in alterius arbitrium.*
109 *Aliqui negant valere institutionem collata in alterius arbitrium tanquam in conditionem.*
110 *Conditio, si Titius voluerit remanet.*
111 *Conditio, si Titius Capitolium ascenderit suspendit relictum.*

112 Le-

112 *Legatum non confertur in voluntatem hæredis, aliàs eſt nullum.*
113 *Hæres videtur eſſe eadem perſona cum defuncto.*
114 *Nemo poteſt ſe ipſum obligare ad ſoluendum id, quo nulla præcedente obligatione tenetur.*
115 *Inutile eſt tale relictum etiam ſi fiat per modum conditionis.*
116 *Niſi tantum fauore libertatis.*
117 *Quando non eſt conditionale legatum, neque fauore libertatis valet.*
118 *Valet legatum ſub conditione ab hærede implenda.*
119 *Valet legatum, cum hæres voluerit.*
120 *Et ſi non datur in vita debetur poſt mortem.*
121 *Dies mortis incertus conditionem facit.*
122 *Valet legatum collatum in legatarij voluntatem.*
123 *Non niſi volenti, & agnoſcenti legatum acquiritur.*
124 *Quando exprimitur ſi legatarius voluerit ſit legatum conditionale, & non tranſmittitur.*
125 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt nihil operatur.*
126 *Legatum acquiritur ipſo iure etiam ignoranti.*
127 *Regulariter legatum tranſmittitur ad hæredes.*
128 *Quando conditio ſi voluerit, exprimitur, oportet, quod legatarius declaret, ſe velle pro conditionis implemento.*
129 *In hærede nihil operatur conditio, ſi valet.*
130 *Niſi adſcribatur hæredi neceſſario, quia fit, eo caſu, neceſſarius.*
131 *Hæreditas non acquiritur ignoranti.*
132 *Valet diſpoſitio collata in arbitrium alterius.*
133 *Quamquam adſit incertitudo circa quantitatem.*
134 *Quando quantitas eſt omninò incerta, non poteſt remitti alterius voluntati.*
135 *Diſpoſitio collata in arbitrium debetur arbitrio boni viri ſi commiſſarius recuſet.*
136 *In arbitrium hæredis diſpoſitio confertur.*
137 *Quando diſpoſitio eſt tacitè collata in alterius arbitrium non valet.*
138 *Diſpoſitio in qua dictum fuit, inſtituo quem Titius fuerit arbitratus, non valet.*
139 *Etiam ſi ſit collata in arbitrium.*
140 *Voluntas vnius non eſt voluntas alterius.*
141 *Quando teſtator committit hæredi, vel alij facultatem diſponendi ſiue verba importent arbitrium, ſiue voluntatem diſpoſitio eſt nulla.*
142 *Teſtator de bonis ſuis diſponere poteſt, ſecundum ſuam non alienam voluntatem.*
143 *Etiam ſi verba importent arbitrium, non voluntatem.*
144 *Altograd. Ium. contr act.43. num.6. loquitur contra veriorem opinionem.*
145 *Valet captatoria diſpoſitio fauore piæ cauſæ.*
146 *Quod procedit quando diſpoſitio confertur in voluntatem alterius.*
147 *Voluntas collata in alterius voluntatem eſt contra bonos mores Ciuiles non naturales.*
148 *Diſpoſitio verè captatoria non valet, neque fauore piæ cauſæ.*
149 *Neque fauore militiæ.*
150 *Turpis acquiſitio non conuenit piæ cauſæ.*
151 *In Eccleſia, vel hoſpitali non datur voluntas captatoria.*
152 *Semper ac ceſſat fraudis deceptio, ceſſat diſpoſitio captatoria*
153 *Valet tamen quando expreſsè propia cauſa facta fuit.*
154 *Non verò, quando teſtator non expreſſit ad piam cauſam, licet Commiſſarius diſtribuat in pium vſum.*
155 *An valeat ſtatuto approbata captatoria diſpoſitio.*
156 *Sicuti eſt nulla inſtitutio captatoria, ita, & ademptio.*
157 *Valet captatoria diſpoſitio facta pro fine vtili, & honeſto, vt pro conſeruatione bonorum in agnatione.*
158 *Sed contrarium, quod nullo pacto valeat.*

ANceps fui, aliquando; An huiuſmodi materia;
in qua agitur de captatoria diſpoſitione, eaue,
quæ in alienum arbitrium nō confertur, ad tractatum
noſtrum pertineret; Et licèt, ſtricto modo, non vi-
deatur adaptabilis ad materiam Pacti futuræ ſucceſ- 1
ſionis, nihilominùs, eam aliquam, habere connexi-
tatem cum iſta ſum arbitratus. Siquidem, dum agi-
tur de diſpoſitione, quæ, in alienum arbitrium, con-
fertur, videtur deferri ſucceſſio non immediatè, per
teſtamentum, ſed mediante declaratione, vel electio-
ne, declarare debentis. Et ſic, tanquam, per tacitam
conuentionem initam inter teſtatorem, & illum qui
debet eligere; ob id ſtatui, de hac nonnulla tractare, 2
maximè, quia materia eſt vtilis, profunda, & ſcitu di-
gna, vt videbimus, de qua tractant, vltrà infrà alle-
garos, *Gaſpar. Manſ. de Teſtam. tit.6. qu.24. & qu. 25.*
Sarment. Select. lib.2. cap.4.5.6. Fragoſ. de Regimin. Rei- 3
pub. Chriſtianæ part.3. lib.4. diſp.7. Attolin. reſol.6. num.
21. reſol.41. & reſol.113.

Huiuſmodi, igitur, captatoria diſpoſitio, iuxtà
mentem nonnullorum, ea dicitur, quæ alium allicit
ad ſibi inſtituendum, vel aliquid relinquendum ſub
ſpe oblati pretij, vel alterius relicti, vt explicat *Fuſar.* 4
conſil.43. num.15. & latiùs *Duran. de Condit. & mod.*
Impoſſ. part.3 cap.5. num.4. vbi, quod ea dumtaxat di-
citur captatoria diſpoſitio, quæ fit ſub inſtitutione,
legatiuè conditione, ex alterius, nempè hæredis in-
ſtituti, aut legatarij teſtamento pendens, quæ non ex
animi ſententia procedit, ſed ex hac cauſa fit à teſta-
tore, vt ſuo prouocatus exemplo, ſubſtitutus aut
alius, in quem captio directa eſt idem faciat, & hoc
etiam ſentit *Oſuald. ad Donell. lib 6. cap.19. littera F.*
vbi inquit *Captatoria igitur, quæ veluti viſcata, &*
hamata, vt quæ ex hac cauſa fit, vt ſuo exemplo pro-
uocatus inſtitutus, aliuſuè in quem captatio directa eſt
idem faciat.

Dicitur, autem, captatoria voluntas, eo quia per
eam, teſtator captat, hoc eſt, venatur hæreditatem 5
vel aliud lucrum; Nam *captare*, propriè dicitur, qui
dolis, & allectionibus quibuſdam, lucrum alterius 6
gratia aucupatur vt inquit *Duran. d. cap.5. part.3. num.*
6. Oſuald. ad Donell. d. cap.19. litt. G. vbi, quod captare,
eſt referre, præ manu gratiam, quam captamus, quaſi
reponimus nedum accipimus. 7

Vlterius, *captare*, eſt inſtanter capere, & ſummo
deſiderio bona aliorum vexari, *Horat. Satyr. 4. lib. 2.*
captos aſtutus vtrique teſtamenta ſenum, & captare
cœnam dixit *Martial. lib.2.* vt refert *Danth. de Teſtam.*
num.26 & ſeqq. Oſuald. ad Donell. litt G. d. cap. 19. Sic
captabat quondam Gaimon Hermolaum, & Calido-
ne de Pteadorum, vt *Lucianus in Dialog.* allatus à *Du-*
ran. vbi ſuprà num.6. qui pariter refert Martialem in-
crepantem Zuſſum captatorem qui ait

Dum me captares, mittebat munera nobis,
Poſtquam cæpiſti, dat mihi; Zuſſe, nihil.

Sunt autem captatoriæ diſpoſitionis exempla, *Qua*
ex parte Titius me hæredem fecerit, ex ea parte hæres
eſto, l. ille autem, ff. de hæred. Inſtit. l.1. in fine, ff. de his 8
quæ pro non ſcript. Si Titius me hæredem ſcripſerit, illum
inſtituo l. mulier, §. fin. ff. de Condit. Inſtit. vt tenet, &
exponit *Dec. in l. captatorias num.3. Cod. de Milit. teſt.*
Cuman. in l. vtrum, §. cum quidam, ff de reb. dub. Alciat.
lib 2. Parergon. cap.31. Anton. Aug. lib.4. Emendat. cap.
15. Sarment. lib.2. Select. interpret. cap.6. Connan. lib.10.
Comment. cap.6. num.5. Decian. conſil.70. num.4. libr.3.
Couarr. in cap. cum tibi num.2. de Teſtam. Vaſq. de Suc-
ceſſ. Real. lib.2. §.17. requiſ.27. num.79. Petr. Gregor. Sin-
tagm. Iur. par.3. lib.39. cap.9. Menoch. conſil.408. num. 2.
Oſuald. ad Donell. d. lib.6. capit.19. litt. F. Fachin. con-
trou. lib.12. cap. 20. Duran. de Condit. & Demonſt. d. par.
3. cap.5. num 8.

Et

Et, quamquam, huiusmodi captatoria dispositio, iuxta mentem aliquorum, non restringatur, dumtaxat, ad institutionem, de qua supra, sed dicatur etiam captatoria, quælibet dispositio, quæ confertur in alienum arbitrium, vt, si dictum sit; *Instituo, quem Titius*
9 *voluerit*, cuius exempla exponit *sextus in l. illa institutio 32. ff. de hæred. Instit.* Et huius sententiæ fuit antesignanus *Accurs. in l. captatorias 70. ff. de hæred. instit.* ex eo, quia, tanquam captus, & deceptus, remaneat testator, eo non volente, in cuius libero arbitrio dispositio ponitur, & *Accursium* sequitur *Bartol. in d. l. captatorias, Ias. in l. captatoriæ num. 11. ff. de leg. primo, Socin. l. moribus n. 10. ff. de Vulg. Surd. dec. 98. n. 1. & consil. 264. Peregr. de Fideic. art. 33. n. 25.* & pluribus argumentis, probat etiam, *Merend. controu. lib. 11. capit. 39. per tot.*

Nihilominus est hodie magis communis, recepta sententia contraria, quod sit, quidem, propriè captatoria voluntas, non ea, quæ pendet ab alieno arbitrio, sed ea, quæ allicit aliquè ad testandū, sub spe alterius institutionis, vel relicti, vt suprà *num. 5.* diximus; vt,
10 omissis antiquioribus, firmauit, *Alciat. Parergon. Iur. lib. 2. cap. 31. Anton. Aug. lib. 4. emend. cap. 15.* & alijs cumulatis, *Facbin. contr. for. lib. 12. cap. 20. Menocch. d. conf. 408. nu. 1. Corras. lib. 5. Miscellan. cap. 13.* quem refert, & sequitur, *Osuald. ad Donell. d. lib. 7. cap. 19. litt. F.* optimè *Duran. de Condit. & mod. impossib. d. part. 3. cap. 5. num. 3. & seqq.*

Et rationem assignant, quod, si prædicta institutio captatoria esset, Senatusconf. potius reprobata esset *d. l. captatorias, ff. de hæred. instit.* Præterea proditū est, legatum, in alterius liberam voluntatem, tanquam, in
11 conditionem, conferri posse, *l. Senatum, §. legatum, ff. de leg. primo.* & nos infrà dicemus; Et, tamen, captatoria voluntas etiam in legatis, & in particularibus relictis, prohibetur *d. l. captatorias, ff. de leg. primo.* &
12 comprobant *Afflict. dec. 371. numer. 5. Paris. consil. 38. num. 66.* & alij inferius citandi.

Similiter hanc opinionem, quod ea tantum dicatur captatoria dispositio, quæ instituit, vel substituit aliquem, sub conditione, si similis institutio, vel substitutio de se fiat, approbat *Fusar. conf. 43. n. 15. Castill. quotid. controu. cap. 6. nu. 2. 3. & seqq. & n. 23. Franc. Palm. consil. 34. n. 3. 4. Venturin. cons. 25. nu. 20. & seqq.* & fuit opinio *Rot. vt cor. Seraph. dec. 359. nu. 11. 12.* & plenius *in dec. 542. nu. 8. par. 1. diuers. & nu. 11.* vbi ait, quod, etsi antiqui captatoriam dispositionem, pro deceptatoria intellexerint, id, tamen, errori ignorantiæ bonarum literarum tribuendum esse, sic enim, ferebat temporis conditio, & nouissimè in *Romana Annuæ Præstationis 4. Iulij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua versic. quandoquidem.*

Hinc patet, nullatenus esse assentiendum *Rui. consil. 20. vol. 2. & Surd. dec. 98. num. 5.* quem etiam refert, &
13 sequitur *Fusar. de substit. q. 503. nu. 49. Pereg. consil. 31. num. 6. & consil. 34. num. 9. lib. 5.* existimantibus, eam solam dispositionem captatoriam, dici, quæ, in alterius voluntatem, confertur. Conuincitur, enim, eorum dictum, non solum, ex Doctoribus suprà relatis, sed etiam, ex optimè ponderatis per *Duran. d. cap. 5. part. 3. num. 3. verf. hinc sequitur.*

Apparet, igitur, ex prædictis, hanc materiam captatoriæ dispositionis, diuisibilem esse, in plures, & separatas partes; ob idque, ego, pariter, pro maiori declaratione, eam diuidam, secundum diuisionem *Couarr. in cap. cum tibi n. 1. de testam. Crass. §. institutio q. 18. nu. 2. Menoch. d. cons. 408. Rot. dec. 350. nu. 4. par. 6. rec. & dec. 100. nu. 12. post Salgad. in Labyr. credit.* quæ est eadem *cum dec. 23. par. 11. rec.* in tres partes. In prima erit sermo, de dispositione, in qua substantia vltimæ voluntatis, principaliter, & directò confertur, in alterām voluntatem alterius, vt puta, si testator dixerit,
14
Instituo hæredem Sempronium, si Titius voluerit; Secundò, quandò non principaliter, sed, per indirectum committitur substantia dispositionis, vt *instituo, quem Titius voluerit.* Tertiò, denique, quando institutio fit, sub spe alterius institutionis, videlicet *instituo te, si tu institueris me.*

Et, vt exordiar, ab hac vltima distinctionis parte, Ea, quidem, verè, & propriè dicitur captatoria dispositio, vt suprà vidimus; nam fit substitutio sub spe alterius relicti: & propterea non valet, vt exempla sunt; 15
veluti, *si me hæredem reliqueris, hæredem instituo*, vel *tibi lego, si mihi legaueris, l. ille aut ille, ff. de hæred. Instit. l. 1. ff. de his, quæ pro non script.* quo casu, tam institutio, quam legatum nullius sunt momenti, vt tradit *Pereg. de fideic. art. 33. num. 60.* latè *Menoch. d. consil. 408. num. 1. Didac. in cap. cum tibi numer. 2. 13. verf. ex quibus de Testam. Decian. consil. 70. nu. 24. lib. 3. Sarment. lib. 2. Select. Interp. cap. 6. Vasq. de Success. creat. lib. 2. §.* 16
17. requis. 27. num. 79. Fusar. de substit. qu. 503. nu. 1. 4. & consil. 43. nu. 14. Facbin. controu. lib. 12. cap. 24. Duran. de Condit. & mod. Impossib. part. 5. capit. 3. in princ. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 20. nu. 94. Rot. d. dec. 542. nu. 8. part. 1. diuers. Et in terminis legati, vel alterius relicti particularis, est *textus in l. legatis, & l. captatorias, ff. de leg. primo, Afflict. d. dec. 371.* & alij adducti per *Duran. d. cap. 5. par. 3. nu. 3.* Et de Fideicommisso, quod pariter sit nullum hoc modo relictum latissimè comprobat, *Fusar. de substit. d. quæst. 503. num. 1.*

Improbantur, autem, captatoriæ dispositiones, iuxta opinionem *Paul. de Castr. in d. l. captatorias, C. de milit. testam.* quia deceptio esse potest in hoc, quod, 17
si instituo te, si tu me instituas, possumus nos ad inuicem decipere, reuocando institutiones, quæ semper, vsque ad supremum vitæ spiritum, possunt reuocari, *l. cum hic status, §. ait oratio, ff. de Donat. int. vir. & vxor.*

Sed eius sententia improbatur à *Ias. d. loco numer. 9.* dum dicit, quod, si ea vera esset, neque valeret dispositio collata, in prætertitum, vt *instituo te hæredem, si tu* 18
me instituisti, contrà *textum expressum in l. ille autem de hær. instit.* & latiùs inferius firmabimus; nam, etiam, 19
hoc casu, posset sequi ea deceptio, ex reuocatione institutionis.

Propterea alia ratio affertur à *Bartol.* quem sequuntur relati à *Duran. d. loco num. 10.* Quod, scilicet, testamenti factio debet esse omninò libera, non solum à metu pœnæ, *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* sed etiam à spe præmij futuri *d. l. ille autem, ff. de* 20
hær. instit. & probat *Fusar. de substit. d. qu. 503. num. 5. Duran. d. par. 3. cap. 5. nu. 12.* vbi, quod *Bartol.* opinio est verissima, quia huiusmodi spes aufert, per indirectum, liberam testandi facultatem, quod legislatores 21
turpissimum esse existimarunt, & illatis illecebris cogi quemcumque ad disponendum, de rebus suis, aliter fortè, quam sponte esset facturus, vt per *Couarr. d. cap. cum tibi numer. 2.* & est *tex. in l. 1. in princ. ff. si quis aliq. test. prohib.* ibi, *qui dum captat hæreditatem, legitimam, vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire volente eo facere testamentum, vel mutare &c.* & subdit idem *Duran.* ibi, *quod licet possit reperiri aliquis, qui non id mente gerat, volunt nihilominus lex improbo hominum desiderio occurrere, & similes dispositiones, tanquam captioni aptas penitus improbare, Vasquez de success. lib. 2. §. 13. parte prima numero 16.*

Vlteriùs, testamentum, sententia, appellatur, *d. l. 1. ff. de testam. Didac. à Spin. in specul. testam. secunda par. Rubr. num. 1.* Sententia, autem, absque vlla 22
coactione proferri debet, alioquin est nulla, *gloss. in cap. quatuor, & cap. iniustum 11. qu. 13. Bald. l. necessitate* 23

33 *sitate C.de bon.quæ lib.* ità pariter testamentum, metu, vel aliqua coactione, factum, debet esse nullum,
34 *Didac.à Spin.in specul.testam.par.2.Rubr.num.5.* quod adeò procedit, fauore testamenti, vt duobus testibus probari possit, metu factum esse, *Boer.dec.10.num.4.*
35 licet alias, ad probandam contrariam voluntatem, ab ea, quam testator expressit in testamento, idem numerus testium requiratur, qui in factione adhibitus
26 fuit, vt per Doctores *in l. hæredes palam, ff. de testam. Didac.à Spin. d. par.2 num.6. Cyriac. controu. 407. & 410. Spad.cons.92.lib.1. Buratt.dec.616. num.1. & seqq.* Præcipuè, vbi agitur non de interpretanda voluntate testatoris dubia, sed de noua dispositione inducenda, *Natt.cons.362.num.16. Honded.cons.51. num.74. lib.2, Rot.coram Burati.d.dec.616.num.3. & in Romana Annuæ Præstationis 1.Iulij 1663. §. non officit coram R. P. D. Beuilaqua, idem Duran.vbi supra num.8.* qui *nu.seqq.* respondet omnibus argumentis, quæ in contrarium afferri solent, contrà rationem suprapositam inualiditatis captatoriæ dispositionis.

Firmato, quod captatoria dispositio non valeat, nec subsistat, id pariter est notandum, quod nulliter fit etiam, si conditio, non ad testatorem, sed ad ter-
27 tiam personam relata sit, veluti, *si Titius me hæredem scripserit, Mæuius mihi hæres esto,* vt est *textus in d.l. ille autem, ff. de hæred. Instit. Peregr. de Fideic. d. art. 33.num 60. vers. amplia etiam, Menocch. d. cons. 408. num.3. Fusar.d.quæst.503.num.10. Rot.d.dec.100. num. 12. vers. tertia verò post Salgad.in Labyr.* & latiùs ostendit *Didac. d.cap.cum tibi numer. 2. vers. & ideo de Testam.*

Prout pariter ampliatur, etiam in testamento mi-
28 litis, vt expressè docet *tex. in l. captatorias, C. de Testam. milit. Didac. d. cap. cum tibi numer. 13. Menoch. d. consil. 408. numer.55. versic. nec repugnat Surd.dec. 68. numer.5. Fusar.d.quæst.503.num.11. vbi num. seqq.* ampliat, etiam in testamento inter liberos, in disposi-
29 tione coram Parocho, tempore pestis, belli, ac in testamento coram Principe, & etiam in Principe testatore.

Illud, verò, est notandum, cessare captatoriam dispositionem, quoties alterius institutionis præteritæ mentionem facit, in modum causæ, & remunerationis gratia, vt *Titium mihi hæredem instituo, quia, ipse, me sibi hæredem scripsit;* Hoc, enim, casu, nulla adest suspicio captatoriæ dispositionis cum ea, ad quam se refert iam præcesserit *d l.ille autem, ff.de hæred. instit.*
30 & latè fundat, *Pereg.d.art.33.num.61.* post *Ias.l.captatorias nu.9.ad medium, C.de testam milit. Didac. d. cap. cum tibi nu.2. Surd.dec.98.nu.4.* quos sequitur, & refert *Fusar.consil.43.nu.24. & de substit. d. quæst.503.nu.20. Duran.d.3.par.cap 50.nu.20.*

Ex quo desumitur posse, quem fideicommittere, in omnibus, & per omnia, provt continetur in testamen-
31 to alterius, vt consuluit *Alex.consil.8.lib.6. Dec.consil. 362 & consil.497. Fusar.d.quæst.503.num.21. Pereg.de Fideic.d.art.33.num 61.in medio;* Et latius, quod, vbi
32 institutio pendet ab arbitrio alterius, iam antè declarato, non dicatur captatoria dispositio, sed valeat, vt quando quis testatur iuxtà formam, & tenorem te-
33 stamenti paterni, *Mastrill.dec.190.nu.1. Fontanell.de Pact. Nupt.claus.5.g oss.10 par.2.nu.19 20.fol.242. Rot. d.dec.100 post Salgad.num.14.*

Et similiter, non erit captatoria vltima voluntas eorum, qui affectione mutua, parique dilectione pro-
34 uocati, se inuicem hæredes instituunt, harum, enim, valet testamentum, cum affectione potiùs, quam mutuæ nuncupationis impulsu, id facere censeantur *textus* est *in d.l.captatorias, ff.de hæred.instit.* ibi, *Captatorias dispositiones non eas Senatus improbauit, quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt &c.* & firmauit etiam *Bartol.* & alij *in l.1.circà finem, ff.de testam. Vigl. §.plurium instit.de Testam. Pecch.de testam.coniug. lib. 1.cap.17. Peregrin.de Fideic.d.art.33.num.62. & consil. 34.lib 5. Surd.dec.98.num.4. Fusar.d.quæst.503.num.25.* & latissimè *Facchin.contron. lib. 12. cap.21. per tot.* & præcipuè *num. fin. Duran. de condit. & mod. imposs. d. par. 3. cap.5. num.30. & seqq.* & de similibus substitutionibus fit mentio per *Alciat. d. lib.2. cap.31.* Quod procedit, siuè ex interuallo facta sit institutio, vt per
Fusar.d.quæst.503. nu. 26. siue in eadem Charta; Est, 35
enim, in iure permissum quod duo, in eadem Charta,
iisdem testibus adhibitis, testentur, vt post *Bartol. Ias.* 36
Angel. & alios tenent *Oldrad.consil 174. Roderic. Xuar. l.quoniam in prioribus limit.5.de Inoff.testam. Didac. à Spin, in specul.testam.par.2.rubr.nu.10. Duran. d.par.3. cap.5. numer.32.* de qua re plura etiam notat, *Simon de Præt.de Interp.vlt.vol.lib 2.interp.1. solut.3. numer. 4. pag.80.tergo.*

An, verò, valeat mariti testamentum eius manu scriptum, & a Tabellione clausum, in quo vxorem hæ-
redem facit, manu, tamen, propria vxoris se hæredem 37
instituit, fuit alias in facto dubitatum, vt testatur idem *Duran, vbi suprà nu.33.* Et licet nonnulli, pro validitate testamenti consulerent, argumento, *tex. in l. quod autem, §. si maritus vers. si vir, ff.de Donat. inter vir. & vxor.* vbi quod valet donatio reciproca inter virum, & vxorem ad limitationē *l.primæ, ff.eodem;* ita, in casu præsenti, dici potest, locum non habere decisionem, *tex. in l.quæ in testamento, C.de his qui sib. adscrib.*

Contrarium nihilominus, consuluit idem *Duran,* vti ibi per eum *nu.33.in fine,* dum firmauit mariti institutionem esse nullam, validam vero, quam maritus de vxore fecit, ex rationibus adductis per *Gamm. dec. 231. per tot.* & firmauit etiam *Didac. à Spin. in specul. testam.d.2.par.rubr nu.10.* Puto, tamen, quod si vltra mariti scripturam adesset subscriptio ipsius mulieris
approbātis omnia supra enarrata, tunc relictum fuis- 38
set validum; Nam licet testamentum non sit scriptum, manu testatoris, sufficit, vt ab eodem sit subscriptum, ad hoc, vt valeat, vt benè *Altograd. consil. 58.nu.25 lib.2. Add.ad Buratt.dec.475 nu.25. Rot. dec. 263.nu.13.14 par.4.tom.2.rec. & in Romana Legati 14. Martij 1661. cor. bo:me: Verospio in princ.*

Et quamquam regulariter scribens testamentum
non possit sibi ipsi aliquid relictum ascribere *l. si te-* 39
stator, & l.SenatusCons.C.de his qui sibi; quando tamen, testamentum est vlterius subscriptum manu propria
testatoris confirmātis omnia supranarrata tale lega- 40
tum valet, & peti potest, vt multis cumulatis, firmat eadem *Rot.in d Romana Legati 14.Martij 1661. §. nec vrget cor. bo:me: Verospio.*

Autumant, etiam, nonnulli captatoriam dispositionem, in terminis, de quibus est sermo, non esse nec inualidam, quando, non sub conditione, sed sub modo facta fuit, vt si dictum sit: *instituo te hæredem, dummodo me quoque instituas;* dicunt, enim, quod eo casu,
institutio, veluti purè facta valet, licet modus, tan- 41
quam iure improbatus reijciatur *Ruin.consil 20.nu.2. 3.lib.2. Pereg.de Fideic.d.art.33.nu.63. & consil.34. nu. 3. & seqq.lib.5. Berò cons.23.num.24 lib.2. & quæst. famil.86.num.7.* & plenissimè probat *Fusar de substit. d. quæst.503.nu.27. & seqq.* quibus addo *gloss.in l.cum donationis verbo adstringitur, vers. si verò C. de transact.* relatam per *Rot.post Salgad.d.dec.100. n.14. & dec.23. par.11.rec.*

Sed contrarium defendit *Conarr.d c. cum tibi.nu 13.*
vers.hæc tamen ratio, de Testam. vbi reprobat opinio- 42
nem *Ruini,* & plenè firmat, quod nulla sit differentia inter dispositionem conditionalem, & modalem ex rationibus ibi deductis *Sarmienc.li.2 cap.4 senten. numer.4. Honded. cons.69.num.89. & seqq lib.2. Surd.*

decis.

dec.68.in fine. & pro hac etiam opinione pertransit
idem *Fusar.d.quaest.503.num.32.in fine, & in cons.43.
num.20.* vbi, quod contraria opinio non est tuta, &
disputato articulo, pro hac concludit, *Fachin.controu.
lib.12.cap.22.per tot.* & ipsamet Rota hanc sententiã
43 verissimam appellauit *in decis. 543. in fine par.1.diuers.*
Est, igitur, cauendum *ad dec. 100.num.14.post Salgad.*
nam contra eam opinionem stat magis communis
Doctorum Schola.

Tandem disputari solet; An data nullitate disposi
tionis, ob vitium captionis, sub qua ego te instituo, si
tu me instituas, valeat dispositio, quam tu posteà fa-
cis, in qua me hæredem scribis, quia ego institui te.
44 An verò nulla sit.

Hæc quæstio fuit, olim, discussa Mantuæ in vna de
Gonzagis, vt refert *Surd.dec 63.* & fuit pro validitate
dispositionis resolutum ex rationibus adductis per
Fusar.d.qu.503.num.49. ac ex optimè relatis per *Co-
uarru. d.cap.cum tibi num.13. vers. hac autem de Te
stam.* & ita etiam consuluit *Pereg.consil.31.numer.6.&
consil.34.num.9 lib.5.* & disputata quæstione, ita etiam
resoluit, *Duran.de condit.& mod.imposs. d. part.3. cap.
5. num.28.* qui affert, pro vtraque parte, argumenta
valdè subtilia.

Vlteriùs, est aduertendum, quod, quamuis prohi-
bitum sit, spe futuri lucri prouocare aliquem, vt me,
45 vel alium instituat, id, tamen, concessum est, blandi-
tijs, & delinimentis vt per *tex. in l.fin ff. si quis aliq.te-
star. probib. l. iudicium, C. eodem, Gaspar. Mansius de
Testam. valid. vel inual. ex parte volunt. quaest. 3. per
tot.* & firmat *Rot.dec.542. num.7.par.1.recent. Altogr.
consil.88.num.2. lib.1. Andreas Censal. ad l. vnic. Cod.
si quis Imperat. maledix. §. 23.* & firmauit eadem *Rot.
Romana in Romana Testamenti 10. Decembris 1670.
coram Reuerendissimo Albergato, §. quod autem,* &
ostendit idem *Duran. vbi suprà d. part.3. cap.5.nu. 34.*
vbi quod, etsi dicti textus loquantur in marito, qui
maritali sermone vxorem inducit, vt ipsum hæredem
instituat, tamen procedunt in quocumque alio, vt no
46 tat *Ias. in d.l. iudicium*, subiungit tamen, id esse intel-
ligendum, quando solæ blanditiæ interueniunt, secus,
quando minæ, vel verbera misceantur, vel quando
47 suggestiones dolosæ, vel falsæ, & quæ tendant ad in-
ducendum testatorem ad se instituendum; His, enim,
concurrentibus, dispositio corruit, alias non, vt latè
eadem *Rot in d. Romana Testamenti 10. Decembris
1670. §. minimam coram Reuerendiss. Decano.* Et de
materia plura *Andreol.controu.14.& 15. Cyriac. con-
trou.410. Rot in Asculana Dotis 16. Ianuarij 1665. co-
ram bo: me: Verospio.*

In vxore, verò, quę potius importunitate mariti,
quam ex voluntate eum hæredem instituat, probata
importunitate, institutio non valet, vt per *Didac. in
48 specul. Testam. gloss. rub. secunda part. numer. 9.* idem
Duran. vbi suprà num.84. Quando, verò, vna dicatur
inducta ad testandum blanditijs, vel importunitate
Capyc. Galeott. lib.1.controu.4.

Deueniendo, modo, ad alteram partem diuisionis
suprascriptæ, (quæ licet verè, & præcipuè non dica-
tur captatoria, dicitur tamen abusiuè) scilicet, quan-
49 do hæredis persona legatarij, aut fideicommissarij vo-
luntati alicuius per testatorem committitur, vt, si
dictum sit; *instituo quem Titius elegerit: lego centum,
cui Titius voluerit* vel alio simili modo, per quem di-
rigatur in alterius voluntatem, persona hæredis, le-
gatarij, vel fideicommissarij.

Et huiusmodi testandi formula est pariter omninò
à lege improbata, vt sunt textus expressi in *l. illa in-
stitutio, ff. de hæred. Instit.* ibi *Illa institutio, quos Ti-
tius voluerit, ideò vitiosa est, quod alieno permissa arbi-
trio; Nam satis constanter veteres decreuerunt, testa-*

mentorũ iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alie- 50
*no arbitrio pendere, l. si quis Sempronium, ff. eodem l.
Captatorias, C. de Testam. milit.* & ibidem scriben-
tes, vt *Bartol. Bald. Castren. Imol. Alex. Ias. Dec. Rain.
consil.21.num.6.lib.2. Paris.consil.38.num 37. & seqq.
lib. 3. Alciat.consil.92.lib 6. Cranett.consil.445. numer.
15. Menocch.d consil.408.nu.6.& seqq & consil 699.n.
1.& 1123. num.16.& 1154.num.8. Surd.cons.264 num.
5.& cons.380. num.26. Vasques de success.lib.2.§.17.re-
quis.27. num.79. Petr. Pecch. de Testam. Coniug. lib. 1.
cap.12. Peregrin. de Fideic.art.33.num.52 & cons. 55.
lib.3. Crass.de Success.§.institutio qu.18. Tiraquell. de leg.
Connub. gloss.5. numer. 95. Mantic. de Coniec. vlt. vol.
lib. 4. tit. 3. num.4. Mart. de success leg. part. 4 quaest.
4. num.28. Sim.de Prat.de Interp.vlt.volunt.lib.2.interp.
2. solut. 3. pag. 80. Arias de Mes. Var. cap. 26. numer.
8. lib. 2. Fusar de substit. d. qu. 503. num. 50. Duran.de
Condit. & mod. impossib. cap.4.numer.22. lib.3. D.meus
Ioseph. Altograd. controu. 43. num. 1. & seqq. Oroz de
Apic. Iur.lib.2. cap.9. num.2 & seqq. Capyc. Latro dec.
5.num.5. vbi add. num. 17.* & pluries firmauit *Roe. vt
per Seraphin. dec. 359. & par.1. Diuers.dec.542.& dec.
350. num.4.part.6.recent. & d.dec. 100. num. 12. post
Salgad. & in d. Romana Annua Praestationis 4. Iulij
1663. coram R. P. D. Beuilaqua, §. non obstat, & in Bo-
nien. Fideicommissi de Montereutijs 6. Martij 1665.co-
ram R. P. D. Taya per tot. decis.52.post Tractat.*

Et inualiditas dispositionis, non tantum in hæredis
institutione consideratur, sed etiam in legatis, vel fi-
deicommissis, vel alijs relictis particularibus, *l. lega-* 51
*tis l. captatorias, ff. de leg. primo Surd. consil. 480. num.
30. Simon de Prat de Interp. vlt. vol. d. pag.80 à ter. Si-
gnorol.consil.107.num.2. Decian.cons.88.num. 15. vol. 5.
Ruin cons.21.num.6.lib.2. Duran de Condit & mod. im-
poss.cap.4.par.3.num.21. Cancer.Var.lib.3.cap.20.de leg.
nu.84. Altogr. ind.d.controu.43 num.2.*

Ratio, autem, inualiditatis huius dispositionis, de-
sumitur ex allegato *textu in d.l. illa institutio, ff. de hæ-
red.Instit.* vbi, testamentorum iura, ipsa per se firma 52
esse oportere non ex alieno arbitrio pendere. Et ac-
cedit ratio secundum *Bald.& Imol.in d.l. illa institutio,*
quem sequuntur, *Menocch. d.consil.408.num.8 9.Surd.
consil.380. num.26. Fusar.de substit.d. qu. 503.num.51.*
quia vltima voluntas, ex mero arbitrio nostro, abstra-
cto ab omni facto hominis, dependet, licet eius ordi- 53
natio habeat certam formam; & imo eius substantia
non magis potest per alienum arbitrium, explicari,
quam quis potest, per procuratorem, vel nuncium
adire hæreditatem, *l. Paulus, ff.de acquir.hæred.*

Et propterea cum testamentum, sit voluntatis no-
stræ iusta sententia, *l.1.ff. de Testam.* impossibile est, 54
quod voluntas vnius sit voluntas alterius, quia, cum
voluntas, nil aliud sit, quam anima volens, impossi- 55
bile est, dicere, quod anima vnius, sit anima alterius, 56
vna, & eadem in substantia, *Petr. Pecch. de Testam.
Coniug.lib.1.cap.12.num.3. Menocch.d.cap.408. nu. 10.
Duran.de Condit.& mod.imposs.par.3.cap.4. numer.12.
Andreol. controu. 105. num.3. Oroz de Apic. Iur. lib 2.
capit.9.numer.3.* & dixit etiam *Bald.* relatus per *Surd.
consil.380.numer.36.* quod testamentum est actus, ac
voluntas vnius, non plurium, ergo non potest in aliũ 57
conferri, & actus morientis non potest conferri in
consensum, & voluntatem viuentis, & vnus, ac idem 58
actus non potest esse morientis, & viuentis; quia non
esset vltima voluntas mera; & subdit, quod is cuius
voluntati dispositio committitur non est testator,
quia ille decessit, & præter testatorem nullum ius ha-
bet disponendi de substantia.

Vlteriùs testari quis debet, per se ipsum, & non per
alium, quia testandi facultas ex gratia, & iuris dis-
positione conceditur, & ideò facultas ista non debet 59

contra iuris rationem produci in conſequentiam, vt
id fiat per alium, vt aduertit *Surd. d.conſ.380. nu.26.*
in medio, Andreol. d. controu.105. num.3. & dixit *Rot.*
in d.Bononien Fideicommiſs. de Monterentijs 6. Martij
1665. coram R. P. D. Taya.

Afferri etiam ſolet alia ratio ponderata per *Me-*
noch. d.conſ. 408. *num.*11. quod, ſcilicet, facilè eludi
poſſet teſtator ab eo, cui ſuam diſpoſitionem com-
miſit, cùm ipſe poſſet non diſponere, & hæredem
declarare, vt voluit *Dec. in l.capcatorias, num.*10. *C.de*
Teſtam.milit.Bero.conſ.23.lib.2. cum alijs ibidem alle-
gatis.

Et, tandem, aliam rationem excogitauit *Merend.*
controu.lib.11. cap.38. num. 1. 2. quod, ſcilicet, indi-
60 gnum maieſtate Populi Romani fuiſſe exiſtimatum,
eum, tamquam Populi Romani Miniſtrum, diſpo-
nere de ſuis rebus, qui adeò prudentia vacuus ſit, vt
alieno arbitrio permittat diſtributionem earum re-
rum, quas Pop.Rom.beneficio, cui vult, aſſignare po-
teſt; Dicit, tamen, quod magis huiuſmodi impru-
dentia eluceſcit, quando agitur de Inſtitutione hære-
dis; cum, enim, ſua perſona, per hæredem ſit repræ-
ſentanda, indignum prorsùs eſt, ſe adeò Conſilij ino-
pem profiteri, vt alieno arbitrio tribuat ſui hæredis
electionem.

Ex ijſdem, igitur, rationibus erit nulla diſpoſitio
61 illa, in qua, teſtator dat alteri facultatem ſuum te-
ſtamentum conficiendi, vt puta, ſi dicatur, *Volo, quod*
Titius poſſit teſtari de bonis meis, & illud ſit teſtamen-
tum meum, vt conſuluit *Dec. conſ.* 494. &, alijs addu-
ctis, firmauit *Menoch. d.conſ.408.num.21.* ex rationi-
bus ponderatis, *Andreol.controu.* 105. *num.* 2.

Et pariter non poteſt teſtator committere ad ſen-
62 ſum ſapientis, ſubſtantiam relicti, vt latè *Peregr. d.*
*art.33. nu.55.56.Duran.d.3.par.cap.4. nu.*28. Reliqua,
tamen, quæ pertinent ad ſolemnitates, & dictamen
ſcripturæ delegare poterit, quo magis debeant vale-
63 re, quæ relinquit, argumento *textus in l.quæ dubitatio-*
nis, ff. de Reg. Iur. Quod, adeò verum eſt, iuxta opi-
nionem *Bald. Ang. Imol.* & aliorum relatorum per
64 *Duran. vbi ſuprà, num.* 29. vt poſſit ſapiens ſupplere
titulum inſtitutionis pro teſtamenti validitate.

Sicuti etiam erit valida diſpoſitio ab alio de man-
65 dato teſtatoris ordinata, & ſcripta, dummodò teſta-
tor eam poſteà ſubſcribat, & pro ſua approbet, vt fir-
mat *Peregr. vbi ſuprà n. 66. Fuſar. de ſubſtit. d. q.503.*
num. 53. Rot. coram Duran. dec. 206.

Hæc, tamen, quæ diximus, circa nullitatem diſpo-
ſitionis collatæ in arbitrium alienum, ſunt intelligen-
da, in caſu, quo ipſa diſpoſitionis ſubſtantia confera-
tur in alienũ arbitrium, vt puta, *inſtituat Titius, quem*
voluerit, non vero, ſi electio, nominatio, vel deputa-
tio perſonæ: quia, eo caſu, cum non dicatur ab arbi-
trio tertij pendere, ipſa diſpoſitio, ſed quoddam ac-
66 cidentale diſpoſitionis, valebit; vt, ſi dicatur, *inſtituo,*
quem Titius elegerit, vt ſunt textus expreſſi *in l.8.ff.de*
Reb. dub. l. ſi quis Titio 17. l. cum quidam 24. l. vnum
ex familia 69. l. cum pater 77. ff. de leg. 2. & firmauit
Berò. conſ.23. lib.2. Pachiu.lib.12.controu.cap.23. circà
finem, Mobæd. dec.6. de Teſtam. aliàs 358. *Mart.ſumm.*
ſucceſſ leg.quæſt.2. art.4.nu.9. & quæſt.11. art. 2. nu.7.
par. 4. Altograd. Iun. controu. 43. num. 9. & ſeqq. vbi
meritò ob eius ſingularem doctrinam laudatur à *Rot.*
in d. Bononien. Fideicommiſſi de Monterentijs 6. Martij
1665. coram R.P.D.Taya, dum ait, quod ſeniori iu-
riſprudentiæ egregiè patrizat, *Donat. Anton. de Ma-*
rin. lib. 2. reſol. cap. 221. num.3. in fine.

Cum hac, tamen, diſtinctione, quod, ſi diſponens,
mandat eligi, nominari, vel deputari perſonam incer-
tam, ex incertis, puta, ſi dictum ſit, *Inſtituo, quem Ti-*
tius elegerit, aut declarauerit, vel nominauerit, nihilo-
minùs diſpoſitio corruit; quia Commiſſario non eli-
gente, omnes mundi homines inſtituti remanerent,
gloſſ. in §.vnum, Inſtit.de hæred Inſtit.Craſſ. §.inſtitutio,
qu.18.nu.4 Duran.de Condit.& mod.impoſſ.d par.3.cap.
4.nu.22.Pereg.de Fideic. art.33.nu.57. Donat. Anton.de
Marin.d.cap.221.nu.3. Altograd. Iun.d.controu.43.n.4.
Et propterea, cũ dicatur incerta teſtatoris voluntas,
& re vera dicatur pendere ab arbitrio tertij, poteſt
ille talis grauatus liberè alienare, vt tenet *Bart.d.l.pa-*
ter, §. penult. ff.de leg. 2. Cancer. Variar. lib. 3. cap.20.
num. 83.

Si, verò, ex diſpoſitione teſtatoris electio fieri de-
bet ex certis perſonis, exempli gratia, *inſtituo, quem* 68
Titius elegerit, ex conſanguineis meis: Inſtituo vnum
ex filijs meis eligendum, vel nominandum ab vxore mea,
valet diſpoſitio, & commiſſario non declarante, om-
nes ad hereditatem admittuntur; quia, tunc relictum 69
non dicitur pendere à voluntate tertij, ſed tantum
electio, & nominatio, vt, antiquioribus omiſſis, diſtin-
guit *Peregr.de Fideic.art.33.nu.57.Menoch.d.conſ.408.*
num.24. Fuſar. d.quæſt. 503. num.54 vbi quamplures
congerit, *Craſſ. vbi ſuprà nu.6. Surd.d.conſ.380 num 6.*
Simon.de Prat.de Interp.vlt.vol.lib.3. interp.1.dubit.3.
ſol.1.num.9.pag.186. Cancer.d.par.3 cap.20. nu.92. 93.
Cyriac. controu. 548 nu.4 20. Caſtill. d.cap.6.num. 23.
Duran de cond.& mod. impoſſ. d.par.3. cap.4. num 24.
Franc.Palm.conſult.30.num.6.

Vnde conſtat, ex præmiſſis, quòd in hac materia eſt
ante omnia animaduertendum; An ſubſtantia diſpo- 70
ſitionis ſit collata, in arbitrium tertij, vel potius ele-
ctio, & nominatio; Siquidem, primo caſu, quocum-
que modo ſit concepta diſpoſitio, corruit, & non va-
let, ſiue, per viam electionis, vel nominationis, aut
alio quocumque modo, vt latiſſimè *Surd d.conſ.380.*
nu.43.& ſeqq. & alijs adductis, *Andreol.controu.105.*
num.5.& ſeqq Suar.de Captator.diſp.num.14.verſ.con-
cluſiuè autem, quem refert, & ſequitur *Rot.in d.Bonon.*
Fideicomm.de Monterentijs, §.impoſſibile enim. ibi, *Et*
concluſiuè ex prædictis habemus, quod voluntas diſpo-
nentis non poteſt committi in tertium, ſed per modum
electionis, ſeu declarationis, ſic, & ne decipiatur credens,
quod ſimpliciter per viam declarationis, ſeù electionis
poteſt committi inſtitutio in voluntatem certi, debet ſic
intelligere, vbi ſola electio, & declaratio perſonarum
committitur tertio, & inferius: *Nam, ſi diſpoſitio ſubſtan-*
tialis committeretur in voluntatem alterius, etiam ſi
per modum electionis, ſeù declarationis eſt reprobata, 71
quia in effectu eodem modo confertur in voluntatem
tertij.

Quapropter aſſentiri minimè poſſum opinioni,
Menoch. d. cap. 408. nu. 27. & ſeqq. vbi quæſtionem
examinat, an valeat diſpoſitio, in qua teſtator com-
miſit Titio facere hæredem vnum, ex fratribus ſuis,
& articulo latè diſcuſſo, ad fauorem validitatis con-
cludit; Nàm ego puto contrarium, quod, eo caſu
dicatur commiſſa ſubſtantia diſpoſitionis arbitrio
tertij, non verò, electio, & nominatio; dum diſponens 72
ipſammet inſtitutionem hæredis, non, verò, electio-
nem, & nominationem Titio commiſit; ſecùs, verò,
ſi teſtator dixiſſet, *remitto Titio facere heredem vnum*
ex fratribus meis, quem nunc prout ex tunc inſtituo;
Hoc, enim, caſu, electio, & nominatio dumtaxat di-
ceretur commiſſa, non verò inſtitutio.

Prout in ſimilibus terminis ego reſpondi in quadã
cauſa anno præterito, vbi diſputabatur; An valeret
diſpoſitio, in qua teſtator ordinauerat, vt certa bo-
na deuenirent ad vnum ex ſua familia, ad libitum
eius filij hæredis inſtituti. Dicebam, enim, quod
eo caſu, non electio, & nominatio, ſed ipſa diſ-
poſitio, & ſubſtantia erat collata in arbitrium ter-
tij, quia teſtator non diſpoſuit, inſtituendo, vel
ſubſti-

substituendo, aut alio pacto vocando fideicommissarium, sed voluntati alterius fuerat relicta institutio, vel vocatio, ibi (erant enim verba nostra) *deficientibus masculis, & faeminis, à chi à loro in tal caso parrà*. Ecce, igitur, quod ipsi debent instituere personam non eligere vnam ex institutis à testatore; & propterea dispositio erat nulla, vt per *Surd. d. conf.* 380. *nu.*
73 43. vbi, quod aliud est, quod testator voluntatem suam certam supponat, & subijciat alterius voluntati, aliud, quod testator non disponat, sed committat hæredi, vel alij eam disponendi facultatem, quia tunc concessio est nulla, &c. & latiùs *nu.* 45. *vers. quod si*.

Vndè, cum in dicto casu testator nullum hæredem instituerit, sed institutionem, arbitrio alterius demandauerit, licèt restrictiuè ad certas personas de familia, pro nullitate rescripti, & probauit etiam *Suar. de Captat. dispos num.* 14. relatus à *Castill. tom* 2. *contron. cap.* 6. *num.* 52. vbi quod, pro validitate dispositionis eadem dispositio, & eius substantia à testatore fieri debet, ita quod, Commissario non eligente, aut declarante, nihilominùs institutio, & dispositio remaneat firma; & allegaui, ad propositum *dec. Mohæd.* 6. *de testam.* alias 358. vbi fuit dictum, dispositionem non esse captatoriam, quia data fuit Diamanti facultas eligendi puerum, quem testator ex tunc instituit; Non, enim, substantia institutionis alterius voluntati committitur, sed persona eligenda ponitur in voluntate alterius, & ob id captatoria non dicitur, vt ait ipsa decisio, quæ præcipue fundatur in Institutione facta à testatore de puero eligendo, &c. quod etiam fuit principale fundamentum *Berò.* qui in eadem causa scripsit *in consil.* 33. *lib.* 2. *vbi num.* 28. commisit testator D. Diamanti, vt eligeret vnum puerum, & illum instituerez hæredem, & quem puerum, sic eligendum, ex nunc ipse testator instituit, & ideò pro validitate firmauit, quia vbicumque non substantia legati, sed sola electio personæ est posita in voluntate, & arbitrio alterius, dispositio, & electio subsecuta valet.

Et quamquam ex aduerso mihi opponeretur decisio *Merlin.* 761. *& Amat. Dunozet. dec.* 828. quæ in similibus terminis videbantur contrarium firmare,

Tamen, ego dixi, decisiones prædictas non obstare
74 conclusioni à me suprà firmatæ; quia, vtramquam quod *in decis. Merlin.* agebatur de dispositione in contractu, quæ potest committi in arbitrium tertij;

Non enim, in contractibus procedunt regulæ de captatoria dispositione, quæ militant in vltimis vo-
75 luntatibus, *Surd. d. conf* 380. *num.* 31. *Simon. de Prat. de Interp. vlt. volunt. lib.* 2. *interp.* 1. *sol.* 3. *num.* 7. *pag.* 80. *Duran. de Cond. & mod. Imposs. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 33. *& seqq. Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 109. in dicto casu non erat in arbitrium tertij collata substantia dispositionis, sed tantum electio; ibi, *Ad vno di Casa Nicola ad elettione di detto M. Fabio &c.* prout pariter in istis terminis est *decisio Dunozett.* 828. in qua supponitur, in instrumento donationis D. Cardinalem testatorem ordinasse, quod vltimo loco deberet instituere, & nominare alium de linea Siluestri de Perbenedictis, quem ita nominatum ipse Cardinalis ex tunc substituit vltimo decedenti ex dicta linea, &c. Ex quo apparet, quòd non solùm ea dispositio, fuit valida, quia agebatur de dispositione inter viuos, sed etiam, quia testator ipse instituit nominandum; Vnde substantia dispositionis collata nimmè dici poterat in arbitrium tertij, sed dumtaxat eligendi facultas.

Diximus suprà valere dispositionem, in qua arbitrio tertij committitur electio, & nominatio personæ incertæ, de certis, vtpotè, quando dispositio relationem habet ad vnum de familia ex consanguineis, ex filijs, &c. sed est vlteriùs notandum, id verum esse, quando numerus certorum non est tam magnus, vt commissario non eligête, dispositio elusoria non red- 76
datur; Quando, verò, è contra genus certorum, est tam amplum, quòd, si omnes venirent non facta electione, dispositio esset elusoria, est nulla, ac si facta esset, de persona incerta ex incertis, *Paris. cons* 38 *nu.* 49. *lib.* 3. *Peregr. de Fideic. art.* 33 *num.* 57. *in fine, Fusar. de subst. quæst.* 503. *num.* 55. vbi exemplificat, si commissa sit electio vnius Ciuis Brixiensis, *Rimnald. Iun. cons.* 598. *num.* 26. vbi de Bononiensi, *Cancer. resol.* 20. *num.* 93. *in fine, par.* 3 ac alij pleno calamo, relati per *Rot. in d. Bononien. Fide commissi de Montereutijs* 6. *Martij* 1665. *coram R. P. D. Tays*, §. *& nihilominus*, vbi agebatur de vno puero Bononiensi bonæ Indolis, & dixit etiam *Duran. d. par.* 3. *cap.* 4. *n.* 24. *vers. limitatur.*

Et similiter, dum fuit dictum, non valere dispositionem collatam in arbitrium tertij, quando fieri debet electio incertę personę, ex incertis, eo quia, Commissario non eligente, redderetur vana testatoris dispositio, contrà desumi posse videtur validum argumentum, quod, Commissario eligente, dispositio reddatur valida, nam cessat ratio annullatiua; & in terminis hanc opinionem sequutus fuit *Berò conf.* 23. 77
num. 31 *vers.* 2. *videtur, lib* 2. & admittit etiam *Menoch. cit. cons.* 408. *num.* 53. *vers. quarto adm sso*, quos sequitur etiam *Altograd. Inn. d. contron.* 43. *num.* 13.

At nihilominus est tenendum contrà eundem *Altograd.* & alios suprà allegatos, quod, siue sequatur 78
Electio, siue non inualida sit institutio, vel alia dispositio, vt optimè firmauit *A etiat. resp.* 551. *in princ. &* 79
Paris. cons. 38. *lib.* 3. nec non *Menoch.* sibi contrarius *in cons.* 1123. *num.* 17. quos sequuta fuit *Rot. in d. Bonon. Fideic. de Montereutijs* 6. *Martij* 1665. § *qua ratio.*

Videamus nunc; an valeat, vel potius, tanquam captatoria reijciatur dispositio, in qua testator committit alteri, in secreto, suam voluntatem, & expo- 80
nit, quod stetur eius dicto; Et quod sit captatoria, & per consequens, inutilis, videtur probari, ex traditis per *Cancer. var. lib* 3. *cap.* 20. *num.* 86. vbi exemplificat, in eo, qui in suo testamento, mandauit, vt 81
soluatur suo Confessario, quod ipse Confessarius dixerit, quia ipse manifestauit ei suam voluntatem: dicit, enim, captatoriam esse dispositionem. Nam in manu d. Confessarij est, petere quid voluerit, & id sibi retinere, nisi, tamen, ex aliquibus coniecturis constaret de voluntate testatoris, vt *Bartol. in l. Theopompus num.* 4. *ff. de Dot. Praleg.* vbi, quod si testator dixerit, *volo solui omnibus debentibus à me recipere, & de hoc stetur d Titij fratris mei*, illam fuisse captatoriam dispositionem, quo in secretum alterius voluntatis conferatur tota dispositio, & sic concludit dictum Titij non valere, nisi aliquibus legitimis præsumptionibus verum esse conijceretur.

Et facit, insuper, quod notat *Bartol. in l. si ità scripsero* 38. *ff. de Condit. & Demonstrac.* dispositionem illam testatoris, *volo, quod hæres meus soluat illud, quod scriptum est in schedula, quæ est penès Guardianum S. Francisci*, esse captatoriam, nisi schedula, esset scripta manu testatoris, cum esset in manu Guardiani scribere quicquid vellet.

At, quicquid dicant supracitati, veritas est in contrarium, quod possit testator committere alicui de- 82
clarationem suæ voluntatis, in secreto, ei explicatæ, *Ruin. cons.* 19. *n.* 7. *l b.* 2. vbi dicit, aliud esse committere electionē in voluntatē alterius, aliud declarationē eius, quod testator ei secretò dixit, quia, priori casu, committitur dispositio tertio, posteriori, committitur tantum declaratio dispositionis factæ, per testatorē, & *Ruin.* sequitur *Surd. cons.* 350. *n.* 51 *vers. Et quamuis*, latissimè *Pereg. de Fideic. art.* 33. *nu* 58. vbi optimè distinguit cū *Ruin.* & alijs, quod, aut testator iussit, per

hæredem ſuum dari certam quantitatem aliquibus, quos Titius nominauerit, & non valet relictum, vti captatorium, niſi huius dictum probetur legitimis coniecturis; aut iuſſit dari ab eo, cui reliquit, prout ſibi in ſecreto commiſit, & valet relictum; & ita etiam ſentit cum multis cumulatis, *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 503. num. 56 Cancer. Var. d. cap. 20. num. 89. Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 12. Andreol. controu. 305. numer. 13. Altograd conſil. 88. numer. 1. lib. 1. Franc. Palm. conſ. 74. num. 1. 2. Oroz. de Apicib. Iur. lib. 2. cap. 9. num. 32.*

Et propterea iudicauit *Rot. in Romana Annuæ Præſtationis 4. Iulij 1663. coram R. P. D. Beuilaqua*, valere diſpoſitionem, in qua Teſtator dedit facultatem eius ſorori diſponendi vſque ad ſummam ſcut. 2500. annuorum, & licet vlterius nõ expreſſerit teſtator, quod ei in ſecreto dixerit, cui eſſent tradenda dicta ſcuta annua, nihilominus, quia, ex alio, nempe ex aſſertione Patris Confeſſarij (cui plurimum eſt deferendum
83 pro declaratione voluntatis teſtatoris, & adimplementi, & ſatisfactionis ab hærede promiſſæ, *Simon de Prat. conſil. 5 numer. 11. lib. 2. Seraphin. deciſ. 1128. num. 1. & dec. 1166. num. 1. dec. 11. numer. 8 part. 7. rec.*) conſtabat de mente, & voluntate teſtatoris, pro validitate diſpoſitionis fuit deciſum iuxta ſuprà allatam diſtinctionem.

Nec, eo caſu, vt ſubiungit eadem *Rot. §. hinc ergo*, permiſſum erat hæredi legare iuxtà ſuum libitum, vel etiam non legare; ex quo reſultat nullitas diſpoſitionis, vti captatoriæ vel alieno arbitrio commiſſæ, ſed tenebatur legare iuxta in dicto teſtamento expreſſa, & perſonis ab ipſo ſpecificatis, mediante confeſſario, ſuſpenſa ſolum declaratione, & ſolutione ad tempus, in elogio, & in fide mediatoris præſcripta, quo caſu, vtile eſt legatum, attenta intentione teſtatoris onerandi hæredem, & imponendi inſimul neceſſitatem inſtituendi perſonis ſibi benè viſis, & expreſſis, ac ſi ipſe ſpecificè nominaſſet legatarios, non, verò, hæredes, quæ illius voluntatem, in hoc, executioni demandauit, vt poſt *Cyriac. controu. 548. num. 16. 17.* & alios benè firmat eadem Rota.

Et, hoc caſu, ille tertius æquiparatur teſti, & facta per eum declaratione, cum iuramento plenè eius di-
84 cto ſtatur, *Peregr. vbi ſuprà numer. 58. Fuſar. d. quæſt. 503. num. 57. Cancer. d. cap 20 numer. 89. in fine Franc. Palm. d. conſult. 74. num. 3. Rot. deciſ. 317. numer. 2. part. 2. in Poſth.* & latè firmat eadem deciſio *Romana An-*
85 *nuæ Præſtationis ante verſ. nec dicatur*, vbi ait, eo magis procedere, quando eſt Sacerdos, & Confeſſarius; nam obtinet vires duorum teſtiũ, *gloſſ. cap. Monachus 77. diſtinct. Menoch conſil 92. num. 89. Magon deciſ. Florent. 58. num. 20.*

Imò talis teſtatoris voluntas probatur etiam per
86 fidem extraiudicialem religioſi, *Mantic. deciſ. 325. Rot. in Sabinen. Iuris Nominandi 25. Maij 1665. §. quia mediante coram Eminentiſſimo D Cardinali Carpineo.*

Ius, autem, quod acquiritur legatario, eſt penitus irreuocabile, ita vt, facta declaratione per eum, cui
87 fuit commiſſa non poſſit ampliùs pœnitere, eamque reuocare eadem *Rot. in Romana Annuæ Præſtationis, §. nec dicatur.* Et latius, quod facta declaratione, non poſſit immutari, *Angel. in l. ſi quis, ff de Iudic. Anchar. conſil. 357. num. 5. & in Peruſina Erectionis Canonicatus 1665. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Carpineo*, vbi doctiſſimè examinatur, quid agendum ſi ſit data pluribus, qui diuerſimodè declarent, *Fagnan. in cap. quia ingredientibus num. 70. de Teſtam.*

Reſtat, tandem, videre, an valeat, & quando diſ-
88 poſitio, in qua ſubſtantia vltimæ voluntatis principaliter, & directò confertur in voluntatem alterius, vtpotè, ſi teſtator dixerit, *Inſtituo hæredem Sempronium, ſi Titius voluerit, lego centum Sempronio, ſi Manius voluerit.*

Hic articulus, ob eius difficultatem, plurimum
contorſit ingenia ſcribentium, nam, loquendo, præ- 89
cipuè, de legatis in tertij arbitrium, & voluntatem collatis, quod valida ſint, dixit, alijs cumulatis *Altograd. Iun. d. controu. 43. num. 10. Dec. conſil. 20. num. 25. lib. 3.* quem refert, & non ſequitur *Fuſar. de ſubſt. 1. d. quæſt. 503. num. 86.* & videtur apertiſſimè deſumi ex *textu in l. 1. ff. de leg. 2.* vbi ait Vlpianus, *in arbitrium alterius conferri legatum, velut conditio poteſt; quid, enim, intereſt, ſi Titius Capitolium aſcenderit, mihi legetur. An ſi voluerit?* & pariter probatur *in l. fideicommiſſa, §. ſed ſi ità, ff. de fideic. libert.* ibi, *ſed, & ſi ita ſcriptum ſit, ſi Seius voluerit, ſtichum liberum eſſe volo, mihi videtur poſſe dici valere libertatem, quia conditio potius eſt, quemadmodum ſi mihi legatum eſt, ſi Titius in Capitolium aſcendat*, & iuxta hanc ſententiam ſcripſit etiam *Paulus Iuriſconſ. in l. Senatus, §. legatum, ff. de leg. primo.* Et huius traditur elegans ratio in *d. l. fideicommiſſa dict. verſic. ſed ſi ità* ibi, *quia conditio potius eſt, quemadmodum, ſi mihi legatum eſſet ſi Titius in Capitolium aſcendat*, quaſi dixiſſet, legatum relinqui poteſt ſub conditione, ſi Titius in Capitolium aſcendat. Sed conditio, ſi Titius voluerit, nihil aliud continet, quam eadem conditio, ſi in Capitolium aſcendat, ergo quemadmodum ſub illa conditione poteſt legatum relinqui, ita ſub hac, ſi Titius voluerit.

Quod, verò, valeat ſub hac conditione legatum, *ſi Titius in Capitolium aſcendat*, probatur non tantum, ex iuribus allegatis, ſed etiam ex textu *in l. nonnunquam, ff. de condit. & demonſtrat.* quem ſequuntur communiter Interpretes, & præcipuè *Socin. in l. vtrum, §. cum quidam, ff. de reb. dub.* dicunt, enim, quod, eo caſu facultas diſponendi collata fuit in velatam, obſcuram, & tectam hæredis voluntatem, quod non eſt prohibitum, *Pariſ. conſil. 38. numer. 54 volum. 3. Simon. de Prat. de Interp. Vltim. lib. 2. dubitat. prima interpret. prima ſolut. 3. nu. 3. pag. 80. Craſſ. d. §. legatum quæſt. 1 to. numer. 5.* plenè *Surd. conſil. 380. numer. 12 Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 503. numer. 87. Cancer. lib. 3. var. cap. 20. de legat. numer. 85.* & admittit etiam, *Cuiacc. lib. 2. obſeru. cap. 2. Peregr. de Fideicomm. d. art 33. numer. 26. verſic. declaratur, Duran. de Condit. & mod. impoſſ. parte 3. cap. 4. numer. 4. & ſeqq. Oſuald. ad Donell. & ipſe Donell. libr. 8. cap. 15. Robles de Repræſentat. lib 3. capit. 10. numer. 34. Oroz de Apic. Iur. Ciuil. lib. 2. capit. 9. numer. 6. Merend. controuerſ. lib. 11. cap. 38.*

At nihilominus, contra ſentiunt communiter in-
terpretes, quod legatum, in alterius voluntatem, re- 90
lictum ſit nullum, vt V. G. ſi dictum ſit: *lego Titio* 100. *ſi Caius voluerit.* Et fundatur hoc aſſertum, in textu apertiſſimo, *in l. nonnunquam 52. ff de condit. & demonſtrat.* vbi Modeſtinus, *ſi Manius*, inquit, *voluerit, Titio decem dare, nam in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt*, idemque conſtituit *Pomponius in l. ſi quis Sempronium 68. ff de hæred. inſtit.* in his verbis, *ſi Titius voluerit, Sempronius hæres eſto, non valet inſtitutio.* Et, hiſce rationibus, improbantur, de quibus ſuprà fuit latè ſcriptum, *numer. 49. & 50.* Et præcipuè, quia teſtamentum ſit voluntatis noſtræ iuſta
ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fie- 91
ri velit, & non poſſit eſſe noſtra diſpoſitio, quæ collata eſt in voluntatem alterius, ſed eſſet alius, cui commiſſa fuiſſet, quod directò repugnat ipſi ſubſtantiæ teſtamenti.

Et ob id hanc ſententiam annullatiuam diſpoſi-

tionis

tionis collatæ in tertij voluntatem principaliter, & directè, absque contraria admittunt *gloss. in l. captatorias in princ. C. de Testam. milit.* & ibi Doctores præcipuè *Bartol. num. 4. Dec. num. 2. Angel. cons. 201. num. 2.* cum alijs adductis per *Menoch. cons. 408. num. 15. Petr. Peccb. de testam. Coniug. lib. 1. cap. 12. nu. 2. Roder. Suar. de capt. disposi. num. 3. Peregr. de Fideic. art. 33. num. 68. Fachin. contron. Iur. lib. 5. cap. 58. Couarr. in cap. cum tibi num. 6. vers. scribit de testam. Fusar. de substit. d. quæst. 503. num. 85. Duran. de condit. & mod. imposs. par. 3. cap. 4. num. 4. vers. contraria Donell. Comment. d. lib. 8. cap. 15.* vbi latissimè *Osuald.* & multis adductis, *Oroz. de Apic. Iur. Ciuil. lib. 2. cap. 9. num. 2. & seqq. Robl. de repræs. d. lib. 3. cap. 10. num. 34.*

Hæc sententia, quamquam in iure, sit communissima, oritur, tamen, ingens controuersia inter Iurisperitos, quo pacto sint intelligenda verba *textus in d. l. 1. ff. de leg. 2* quæ contrarium apertè statuunt, his verbis; *in arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditio potest; quid enim interest, si Titius, in Capitolium ascenderit mihi legetur, an si voluerit?*

Donell. d. lib. 8. cap. 15. ac Osuald. in addit. firmata priùs nostra conclusione, quod legatum non possit in
92 alienam voluntatem conferri, distinguit inter voluntatem tacitam, & expressam, itavt, quando in voluntatem alterius expressam relictum conferatur, legatum non valeat; si verò, in tacitam subsistat; quia ea voluntas, quæ intelligitur non nocet, quæ ipsa, si exprimeretur, noceret, vt innuit *tex. d. l. nonnunquam 51. ff. de condit. & Demonstr.* ibi, *nonnunquam contingit, vt quædam nominatim expressa officiant, quamuis omissa tacitè intelligi potuissent nec essent obfutura*; & concordat *textus d. l. si quis Sempronium 67. ff. de Hæred. Instit. Cuiacc. lib. 2. Obseru. cap. 2.* & alij relati per *Oroz. d. lib. 2. cap. 9. nu. 4. vers. itavt.*

Et propterea, applicando distinctionem ad casum nostrum, si in voluntatem alterius tacitam legatum
93 conferatur, veluti, *si Titius in Capitolium ascenderit*, valebit: si, verò, in expressam; putà *si Titius voluerit*, non valebit, prout in terminis considerauit *Modestin. d. l. nonnunquam*, ibi, *si quando verba supra relata, quod euenit, si alicui ità legetur, si Mæuius Capitolium ascẽderit, nam quamuis in arbitrio Mæuij sit, an Capitolium ascendat, & nolit efficere, vt Titio legatum debeatur, non tamen poterit alijs verbis vtiliter ligari, si Titius voluerit, Mæuio decem lego*; Huius autem differentiæ rationem sic exponit; *Nam in alienam voluntatem legatum conferri non potest, indè dictum est, expressa nocent, non expressa non nocent*; Vndè prohibitionem hanc conferendi legatum in alienam voluntatem, intelligendam esse de expressa, & mera voluntate.

Et ratio, quare in alienam voluntatem tacitam conferri legatum possit, non verò in expressam ea est, quia, in primo casu non committitur voluntas legantis dispositioni alterius principaliter, sed tantum, per consequentiam, & quod per consequentiam, contin-
94 git, non attenditur in iure *l. 1. ff. de author. tutor. l. filij 9. ff. de Iur. Patron. l. si operarum 29. ff. de oper. libert. l. 1. ff. de Fund. dotal.* cum similibus.

Hinc deducitur alia responsio, *ad d. tex. d. l. 1. ff. de*
95 *leg. 2. per Donell. loco cit. & Osuald. lit. D*, quod, scilicet, non valet dispositio, quando liberè, & absolutè confertur in voluntatem tertij, secùs, verò, quando confertur in arbitrium.

Et in hoc pariter sensu, ait, intelligi debere *textum in d. l. 1. ff. de leg. 2.* vt demonstrant verba eiusdem *textus in princ. in arbitrium alterius conferri legatum, veluti conditio potest.*

Ad textum in d. l. fideicommissa vers. sed si ità ff. de
96 *Fideic. libert.* vt obseruat, *Duran. de Condit. & Demonstrat. d. par. 3. cap. 4. num. 5.* in contrarium allatum, dicunt illum procedere, speciali libertatis fauore, ob quam potest conferri, in alienum arbitrium legatum.

Huiusmodi, verò, distinctio *Donell.* & sequacium non placet *Duran. d. cap. 4. par. 3. num. 5. Oroz. d. cap. 9. lib. 2. num. 5. & seqq. Fachin. contron. lib. 5. cap. 58.* Siquidem, non quadrat, quod in *d. vers. sed etsi*, fauor libertatis, operetur, vt valeat legatum in tertij voluntatem liberam collatum; Tum, quia alia ratio traditur à IureConsulto, videlicet, quia conditio potiùs est; Tum etiam ex comparatione legati relicti, sub conditione, *si Titius Capitolium ascendat*, quam comparationem, etiam in alijs legatis, Vlpianus fecit *d. l. 1. ff. de leg. 2.* 97

Nec, vllo pacto, admitti potest, vt *textus in d. l. 1. ff. de leg. 2.* procedat, in relicto in alterius voluntatem tacitam, non, verò, in expressam: Quia contrarium apertissimè demonstrant sequentia textus verba; *quid, enim interest si Titius Capitolium ascenderit mihi legetur, An si voluerit?* in quibus, cum nullam differentiam agnoscat Vlpianus, circà voluntatem expressam, quæ extat in d. conditione, *si voluerit*, ac tacitam, quæ includitur in hac, *si Capitolium ascenderit*, satis manifestè docet, se velle ostendere, quod, sicut valet legatum, in alterius voluntatem tacitè relictum, valet, etiam, si in voluntatem expressam conferatur, vt latiùs ostendit idem *Oroz. loco cit. num. 5.* vbi etiam refutat *Donelli* aliam explicationem, in qua dicebatur in verbis *d. l. prima ff. de leg. 2.* esse subaudienda alia verba; *quid enim interest? Multum interest, si Titius in Capitolium ascenderit, mihi legetur*, & sic annuere voluisse *tex.* quod in primo casu valeat legatum, in secundo non subsistat. Hanc, inquam, explicationem meritò refutat, quia supponenda non sunt alia verba, quam ea, quæ Vlpianus scripsit. 98

Et pariter responderi potest ad id, quod fuit vlteriùs ponderatum, vt, scilicet, verba *d. l. prima ff. de leg. 2.* sint intelligenda, quando in arbitrium tertij legatum confertur, non quando in liberam, & absolutam voluntatem; quod, licet verum sit, vt inferiùs notabimus, quod valeat legatum, in arbitrium tertij relictum, tamen *in d. l. 1.* non fuit de hoc arbitrio actum, sed de libera voluntate, vt notat *Duran. d. cap. 4. par. 3. num. 6.* Siquidem verbum, *arbitrium*, in initio legis appositum, non pro boni viri arbitrio, sed pro libera voluntate, apud IurisCons. sumitur nedum in hac legatorum materia, sed etiam in qualibet alia simili, vt *in l. illa Institutio ff. de Hæred. Instit. l. vnica §. cum quidam ff. de reb. dub. l. hac conditio ff. de contrah. empt.* & comprobat *Sarmient. in l. 1. ff. de leg. 2.* & alij adducti per *Duran. vbi supra num. 6.* qui vlterius, pro confirmatione adducit regulam, qua cauetur, vt quoties in Domini personam, & cuius interest arbitrium confertur, pro boni viri arbitrio est intelligendum *l. in personam §. generaliter ff. de Reg. Iur. d. l. hac conditio ff. de contrah. empt.* ergo citra istos casus simpliciter probatum arbitrium accipi debet, pro libera voluntate, & ità sine dubio accipiendum est *in princ. d. l. prima, hac Duran.* 99 100

Et de hac re; An arbitrium intelligatur, iuxtà liberam voluntatem, vel arbitrium boni viri plura *Abb. in cap. quintanallis num. 32. de Iureiur. Soccin. Sen. in l. vtrum 8. §. cum quidem num. 11. de Reb. dub. Cyriac. controu. 548. Castill. quotid. controu. lib. 2. cap. 6. num. 52. Rub. Tract. resol. de Testam. cap. 50. num. 61. Carlin. contron. 25. num. 15. & seqq. Rot. dec. 640. num. 22. par. 1. diuers.*

Duran. vlterius, multis alijs argumentis, certe inconcussis, comprobat hoc assertum, quod verba Vlpian. *in d. l. 1. ff. de leg. 2.* sint intelligenda pro libera voluntate, & non pro arbitrio.

Quapropter, reiecta hac interpretatione, aliam adinuenit, *Merend. contron. cap. 38. num. 5. & seqq. lib. 11.* quæ

quæ,licet ſit ſubtilis,& ingenioſa, tamen mihi non ar-
ridet,ſicuti pariter non eſt aſſentiendum , *Emmanueli*
à Coſt. relato à *Duran.de cond.& demonſtr.d.par.3.cap.4.*
101 *num.7.in fine*, qui aſſirmat,quod inter has leges ſit ex-
preſſa Antinomia à Iuſtiniano, & noui iuris compila-
toribus non ſatis perſpecta, concludendo *Vlpian. in d.*
l.1.ff de leg.2. refutaſſe *Modeſtini* opinionem *in d.l. non-*
nunquam , reiecta etiam differentia conditionum , *ſi*
voluerit,& ſi in Capitolium aſcenderit .
Cuiacc. verè doctiſſimus , & in explicandis iuribus
102 nemini ſecundus,ni fallor, tetigit punctum *obſeru. lib.*
2.cap.2. dum dixit, hæc verba dupliciter accipi poſſe ,
ſcilicet,vel teſtator,in his verbis , poſuit totum in vo-
luntate Titij,vt is arbiter, & quaſi dator legati ſit ; &
103 hoc ſit inutiliter *d.l.nonnunquam* ; aut hæc verba, pro
conditione accepit in hunc ſenſum ſi fortè acciderit
aliquando, vt id Titius velit, & hoc non ſit inutiliter ;
Aequè,enim,vt optimè ſubiungit, idem *Cuiacc.* valet
legatum; Atque ſi obſcuriore oratione, ſit res collata
in voluntatem Titij , vtpotè , ſi Titius Capitolium
aſcenderit;Et hoc ità Vlpianus tradit in *l. 1. ff. de leg.*
2.In arbitrium, inquit, *alterius conferri legatum , veluti*
conditio poteſt : Quid enim intereſt,ſi Titius Capitolium
aſcenderit mihi legetur ; An ſi voluerit relicti conditio ,
ideſt quaſi conditio,ſed malim legere,veluti conditionem.
Et ex eo,quidem,loco,quod Vlpian.idem alibi tradit,
legatum in aliena voluntate poni poſſe , ſic accipien-
dum eſſe reor,vt in aliena voluntate,quaſi conditione
legatum poni poſſit *l. ſenatus §.legatum* . Nam *in l. fi-*
deicommiſſa 3.ff. de fideic. libert. idem auctor ideò li-
bertatem ita relictam , *ſi Titius voluerit* , deberi,ait,
quod conditio potius ſit,ſcilicet , quā legati dandi merum
arbitrium, Et huic conditioni eo etiam loco, illam , ſi Ti-
tius Capitolium aſcenderit parem facit omninò ; hæc
Cuiacc. vbi in fine Capit. hæc verba addidit *Et in quæ-*
ſtione quidem iſta ſententiæ huius eſſe me non pænitet.
Ex dictis,igitur,per *Cuiac.* conſtat, quod conditio
hæc,*ſi Titius voluerit*,poteſt, & debet dupliciter intel-
ligi ; Primò, quando teſtator,his verbis,totum in vo-
luntate Titij,poſuit,vt is arbiter,& quaſi dator legati
ſit,quo caſu, legati ſubſtantia omninò Titio commit-
titur, adeò vt nihil loci voluntati Teſtatoris relinqua-
tur,ſed Titius ipſe totalis , & abſolutus diſponens vi-
deatur,& hoc inutiliter fiat ; quia hoc totum alicui
committere manifeſtè naturæ teſtamenti repugnat ,
cum teſtamentum,hac in parte,non teſtatoris,ſed ter-
tij dicatur aduerſus *l.1.ff.de Teſtam.* Et ſic meritò le-
104 gatum nullius eſt momenti , & pro non ſcripto habe-
tur, quia ſubſtantia legati , hoc eſt perſona , cui relin-
quitur , & res relicta ab alterius voluntate pendere
non debet.
Secundò hæc verba,*ſi Titius voluerit* , accipere po-
teſt teſtator pro conditione , conſtituendo priùs quid
relinquat,& cui relinquat , ſupponendo tamen relictū
in euentum conditionis,*ſi Titius voluerit* ; in qua ſpe-
cie,ſi forte caſus acciderit (qui contingibilis eſt) vtile
erit legatum non minùs , quam ſi relictum eſſet ſub
conditione, *ſi Titius in Capitolium aſcenderet* .
Et quamquam *Cuiac.* interpretationem non admit-
tat *Oſuald.ad Donell.d.lib.8.cap.15. lit F*, nihilominùs ,
vti magis veram , & iuri conformem ipſam defendit ,
relatis verbis eiuſdem *Cuiacij,Fachin.controu.lib.5.cap.*
58 verſ vltimo,Io:Borcholten in tit.de verb oblig.cap.6.
num.85.Bacon.ad Treuther.vol.2.diſp.13.Theſ 6.littera
D.pag.412.Duran.vbi ſupra d.par.3. cap.4. num.9. vbi
tradita *Cuiac.* diſtinctione , ait id Vlpianum ſentire
d.l.1.ff.de leg.2. quaſi dicat , legatum poteſt conferri
in alterius voluntatem,dum tamen , ea aliena volun-
tas non per ſe diſponat , ſed tantum conditionem le-
gato præſcribat ; nec ex aliena voluntate pendeat
mens teſtatoris,ſed ad eam referatur; & tradit exem-
plum in conditione , *ſi Nauis ex Aſia venerit* ; Nam,
eo caſu, non confertur diſponentis voluntas in fortu-
næ euentum ; ſed voluit deberi legatum ſi Nauis ex
Aſia venerit: Ad quod comprobandum allegat vltrà
Cuiacc.Connan.lib.2.comm.cap.6. & alios,& huius ſen-
tentiæ acerrimum defenſorem habemus vltrà *Ge-*
nuam in concil.legum num.35.pag.541.Iul.Pac. cent.6. 105
quæſt.8. quos allegat,*Oroz de Apic.Iur.ciuil.lib 2.cap.*
9.num.8. & ſeqq. vbi non ſolum *d. num.8. verſ. quam*
immeritò , defendit *Cuiac.* ab argumentis contrà eum
adductis ab *Oſuald.d.lib.8.cap 15.littera F*,ſed vlterius
num.9 & ſeqq. eandemmet *Cuiacij* ſententiam,multis
comprobat legibus , & Iuris Conſultorum auctorita-
tibus omninò videndis.
Et ex his , apparet non eſſe ſequendum *D. meum*
Altogr.Inn.in d.contr.43. num. 10. tenentem valere le- 105
gata relicta ,in arbitrium tertij, niſi eius dictum intel-
ligatur iuxtà allatam diſtinctionem .
Sicuti probauimus valere legata in alterius volun-
tatem,tanquam in conditionem collata , ità eſt intel- 107
ligenda concluſio,in hæredis inſtitutione , nimirum ,
vt poſſit conferri in alterius voluntatem per modum
conditionis,per ea quæ tradit *Duran.de condit.& de-*
monſtrat.d.par.3. cap.4. num.10. (licet regulariter hæ-
redis inſtitutio, eodem modo improbetur, quando
in arbitrium alterius eſt collata ad latè tradita per 108
Menoch.d.conſ.408.num.19.)
Et quamquam contraria opinio ſit communis ,
quam etiam adducit *D. meus Franc. Palm. in conſult.* 109
34.num.10.11.Vaſq.in ſucceſſ. creat lib.2.§.17. requiſ.
17.num.79 optimè,tamen,reſpondetur ad ea,quæ aſ-
feruntur exaduerſo ,per eumdem *Duran.d.loco*,& ideò
hæc opinio non eſt ſpernenda.
Ceterum cum diſtinctione eſt admittenda ea con-
cluſio,quatenus concernit hæredis inſtitutionem, ſci-
licet,quod inſtitutio certæ perſonę concepta ſub con-
ditione,*ſi Titius voluerit*,ſit valida non minùs,ac illa ,
quæ concipitur ſub conditione , *ſi Titius Capitolium*
aſcenderit;cum hac,inquam, differentia, quod prima 110
pura remanet,conditione,*ſi Titius voluerit*, tanquam
impoſſibili habita pro non ſcripta ; ſecunda verò eſt
conditionalis , & ſuſpenſa in euentum conditionis *ſi* 111
Titius in Capitolium aſcendat , vt latè oſtendit idem
Duran vbi ſuprà proximè nu.15.& ſeqq.
Vidimus : An legatum conferri poſſit in volunta-
tem tertij . Videamus modo;an poſſit conferri in vo-
luntatem ipſius hæredis. Et regula eſt tradenda nega-
tiua,vt Exempli gratia , *Titio lego 100.ſi hæres meus*
voluerit. Ità tex.in l.Senatus,§. legatum, ff.de leg.1.l.fi-
deicommiſſa,§.quamquam.ff.de leg.3.l.fideicommiſſaria
libertas,ff.de fideic.libert.Decian.conſ.70.num.25. lib.3. 112
Menoch.conſ.369. num.12. & ſeqq. Peregr.de fideic. d.
art.33.num.65. Fachin. controu.lib.5. cap.58. in princ.
Fuſar.de ſubſtit d.quæſt.103.num.62.Cuiac.lib.2.obſeru.
cap.2.lit.C, Duran.de condit. & demonſtr. par.3. cap.4.
num.37.Oroz de Apic.Iur.d.lib.2.cap.9. num.17. verſ.
in vltimis verò .
Et rationem aſſignat *Cuiac.* ne ſit, in eius arbitrio ,
quem teſtator obligare cogitat , & latius explicat
idem *Oroz*,quod hæres repræſentat perſonam defun-
cti , & cum defuncto vna eademque perſona eſſe vi-
detur *l.hæres 22.ff.de vſucap.l.hæredem 59. ff. de Reg.* 113
Iur. cum ſimilibus;Itaque,quod in voluntatem hære-
dis confertur , adhuc à propria , & non manifeſta te-
ſtatoris voluntate pendere creditur , cùm declaraue-
rit teſtator illam eſſe ſuam voluntatem , quæ hæredis
futura erit, & ſuam, de obligando hæredem nondum
manifeſtauerit,& cum nemo ſe ipſum ità obligatione
adſtringere poſſit, vt teneatur ſoluere id , quod nulla
præcedente conuentione vult dare , *l. ſi quis 22.ff.de* 114
leg. 3. ideò hæres non potuit obligari propria vo-
luntate ,

lentate, quia prius obligatum eum testator non reli-
querat.

Quapropter, & si hæc verba sint à testatore prola-
115 ta, per viam conditionis, inutile est relictum, vt tenet
idem Cuiac. loco cit. Pereg. d. num. 65.

Nisi tantum fauore libertatis, vt benè demonstrat
textus d. l. fideicommissaria 3. ff. de Fdeic. libert. quem re-
fert, Cuiac. vbi supra littera D, ibi, si libertas ità relicta
fuerit, veluti, sub conditione non ea animo, vt auctor dan-
dæ libertatis hæres ipse solus existeret, si hæres voluerit
libertas debebitur, statim vt hæres annuerit, & firmauit
etiam à Cast. lib. 1. select. cap. 22. Duran. de condit. par. 3.
cap. 4. num. 38. Facbin. contrau. lib. 5. cap. 59. vers. ego
puto.

Et sic in summa, ità est tenendum, quod, vel confer-
tur in personam hæredis, veluti conditionem, lega-
tum, & tunc non valet, nisi fauore libertatis, vel con-
fertur liberè, in personam hæredis, & non conditiona-
liter, & eo casu, nullatenùs valet, neque etiam Liber-
117 tatis fauore, vt explicat idem Cuiac. d. Obseru. 2. cap. 2.
circa finem, & latius Facbin. Controu. d. cap. 59. littera D,
& admittit etiam Peregr. de Fideic. d. art. 33. num. 65. in
princ.

Subiungit, tamen ibidem Cuiac. quod, si sub alia
conditione, licet obscurè legatum in hæredis arbi-
trium conferatur, vt putà (si hæres Capitolium ascen-
derit) (nisi hæres voluerit;) vtilis scriptura est l. 3. ff. de
118 leg. 2. l. fideicommissa §. sic fideicommissum, ff. de leg. 3.
provt pariter ita admittit, Peregr. de Fdeic. d. art. 33.
num. 65. vers. si autem, & de hac re inferiùs.

Et pariter validum erit legatum, sub conditione
relictum, cum hæres voluerit, vt est textus in l. vxorem
119 §. scæuola ff. de leg. 3. l. fideicommissa §. hoc autem ff. eo-
dem, & hæc conditio, ideò impossibilis non est, vt ad-
uertit Duran. d. par. 3. cap. 5. num. 39. quia, si hæres vi-
120 uens voluntatem suam non declinauerit, post eius
mortem fideicommissum datum esse creditor, quod,
si hæres viuens se nolle constituerit nihil poterit face-
re illius contradictio, quo minus post mortem fidei-
commissum exigatur, vt considerat etiam Eman. à
Cost. d. lib. 2. cap. vlt. relatus à Duran. loco cit. vbi, quod
non valet oppositio, quod hoc fideicommissum sit
conditionale, quia non dicitur conditionale, quod ab
121 hæredis voluntate pendet, sed quia dies mortis incer-
tus conditionem facit l. dies incertus, & l. hæres meus
ff. de condit. & demonst. Et sic in hæredis voluntate, per
talem conditionem non ponitur, ex debeatur, quia
certum est debitum iri l. nam si cum moriar, ff. de con-
dit. indeb. sed, quod debeatur, ad differentiam condi-
tionis, si voluerit, quæ vtrumque in hæredis volunta-
tem confert, & de hac materia plura etiam scribit
Oroz d. cap. 9. lib. 2. num. 19. & seqq.

Restat, tandem, videre; An conferri possit legatum
in voluntatem ipsiusmet legatarij, & affirmatiuè est
122 respondendum, l. si ità expressum ff. de condit. & De-
monstrat. l. si ità §. illi ff. de leg. 1. Pereg. de Fideic. art. 33.
num. 67. Cuiac. d. lib. Obseru. cap. 2. in princ. Duran. de
Cond. & Demon. d. 3. par. cap. 4. num. 45. Fusar. de substit.
quæst. 503. num. 82.

Verum, tamen, est quamquam in quocumque le-
gato huiusmodi conditio, si voluerit, intelligatur, quia
nonnisi volenti, & agnoscenti legatario acquiritur le-
123 gatum, l. legatarius 38. §. 1. ff. de leg. 1. l. 2. §. vtrum ff. si
quid in fraud. patron. l. seruum 44. §. 1. l. si tibi homo 68.
§. cum seruus, ff. eodem tit. de leg. 1. tamen, si exprima-
tur, facit legatum conditionale, & impedit transmis-
124 sionem, vt latè Pereg. de fideic. d. art. 33. num. 67. Duran.
d. cap. 4. num. 46. Robles de Repræs. lib. 3. cap. 10. num. 30.
Oroz. de Apicib. Iur. d. lib. 2. cap. 9. 18.

Hinc est, quod, licet regulariter expressio eius, quod
tacitè inest, nihil operetur, tamen id d. §. illi si volet,
regula fallit; quia, si d. conditio, si voluerit, non fuis- 125
set expressa, expressa voluntas legatarij non fuisset
necessaria, vt sibi legati acquisitio fieret; quia legatum
acquiritur ipso iure, etiam ignoranti, l. cum pater, §. 126
Surda, ff. de leg. 2. l. si partem, §. 1. ff. quemad. seruit. amitt.
l. si quis ità hæreditatem, ff. de condit. Instit. Ac proindè
ad hæredes transmittitur l. si ità legatum 65. § 1. ff. de 127
leg. 1. l. si ità expressum 69. ff. de condit. & demonstr.
Robl. vbi suprà num. 30. At, quando conditio, si volet,
exprimitur, oportet, quod legatarius declaret se velle
pro conditionis implemento, vt Duran. ibi. num. 47. la- 128
tissimè Robles d. lib. 3. cap. 10. num. 30. 31. & ad hoc, vt
ad hæredes transmittatur idem Oroz vbi suprà nu. 18.
Peregr. d. num 67. vers. oportet tamen.

Hæc, autem, verba, si volet, licet, vt vidimus, aliquid
operentur in legatario, secus, tamen, est in hærede,
cui, si d. conditio apponatur, nihil operatur, & pro
non scripta habetur, l. verba hæc, ff. de condit. Instit. 129
Duran. d. cap. 4. num. 48. Quod intellige, nisi adscribatur
hæredi necessario, qui per d. conditionem fit hæres 130
voluntarius, & sic conditio aliquid operatur l. Corne-
lius, ff. de hæred. Instit.

Et reddit rationem idem Duran. quia, cum hære-
ditas non acquiratur ignoranti, imò aditione, & vo-
luntatis expressione opus sit, l. cum in antiquioribus, 131
C. de Iur. delib. § fin. Instit. de hæred. qualit. & differ. ex-
indè fit, quod d. conditio, si volet, in hæredem extra-
neo fit frustrà, & inutiliter scripta, & sic non fa-
cit conditionalem hæredis institutionem, l. 3. ff. de
leg. 1.

Quæ de nullitate dispositionis, in alterius volunta-
tem collatæ dicta fuerunt, sunt intelligenda, quate-
nus conferatur dispositio per verba denotantia ab- 132
solutam, & liberam voluntatem, non verò, quando
conferuntur in arbitrium alterius, quia tunc, valent:
vtpotè si dictum sit, Caio 10. relinquo, si Titius fuerit
arbitratus, vel si putauerit, vel sibi placuerit, quæ verba
arbitrium boni viri denotant, sic habetur ex textu in
l. 1. §. 1. in fine, ff. de leg. 2. l. fideicommissa 46. §. quod si
ità, ff. de fideic. libert. l. Thais 41. §. sororem, ff. eadem, &
tenet Alex. cons. 165. num. 3. lib. 6 Berò. cons. 23. num. 27.
& seqq. lib. 2. Abb. cons. 4. numer. 9. lib. 2. Peregr. cons. 55.
num. 3. lib 3. & de Fideic. d. art. 33. nu. 65. in medio, Surd.
cons. 264. num. 23 & cons. 380. num. 4. vers nec impedit,
Duran. de Condit. & mod. imposs par. 3. cap. 4. numer 26.
Menoch. cons 408. num. 18 Fusar. de substit. quæst. 503. nu-
mer. 18. Cyriac. contrau. cap. 548. num. 19. Cancer. Var. lib.
3. cap. 24. num. 102. plenissimè, Donat. Anton. de Marin.
cap. 245. num. 3. & seqq. Oroz de Apic. Iur. lib. 2. cap. 9.
num. 27.

Et procedit, etiam, in dispositione, in qua adsit in-
certitudo, circà quantitatem; Namque, licet, quando
quantitas est omninò incerta non possit remitti vlte-
rius voluntati, per ea, quæ tradit D. meus Franc. Palm. 133
consult. 34. num. 7. cum ibidem allegatis. Nihilominùs,
quando dispositio non committitur in voluntatem
liberam, & absolutam, sed in arbitrium, valet, & sub-
stinetur, vt latè ostendit Surd. d. cons. 380 num. 6. idem 134
de Marin. d. cap. 245. lib. 1. num. 4. 5. & per tot.

Et ratio, quare valeat dispositio collata, in arbi-
trium alterius, & non valeat collata in voluntatem,
est, quia quando dispositio alicuius voluntati liberè
committitur, per verba, si voluerit, etiamsi, sine iusta
causa, dicat se nolle, nulla nihilominùs erit dispositio,
& poterit fideicommissarius præferre iniquum æquo
l. cum quidam ff. de leg. 2.

Cæterum, quando fit commissio, per verba impor-
tantia boni viri arbitrium, si absque iusta causa dicat,
se nolle, recurritur ad arbitrium boni viri, qui fortè di-
cet contrarium illudque seruabitur l. in personam §. ge- 135
neraliter, ff. de Reg. Iur. l. continuus, §. cum ità, ff. de
verb.

*verb.oblig.*cum ſimilibus, *Duran.d.par.3.cap.4.num.27. Fuſar.de ſubſtit. d. quæſt. 503. num.65.66. Facbin. controu. lib. 12. cap. 23. Altograd. Iun. d. contron.43. numer.8.*

Huiuſmodi, autem, concluſio adaptatur, etiam ad caſum de quo ſuprà *num.* 119. vbi confertur relictum in perſonam hæredis; Nam, ſicuti, vt vidimus, non poteſt conferri in liberam hæredis voluntatem, benè ta-
136 men poni poteſt in eius arbitrio, *l.fideicommiſſa § ſic fideicommiſſum*, vbi *Bartol.* & alij, *ff.de leg.3. Pereg. d. art.33. num.65. Fuſar. d. quæſt. 503. num.63. Duran. d. par.3.cap.4. num.27. in fine, Cancer.Var.par.3. cap.20. num.99.*

Verumtamen eſt, quod ea, quæ ſuprà à Me; ſunt exarata, concernentia validitatem diſpoſitionis collatæ in arbitrium alienum, adaptari poſſunt; ad caſum, in quo agitur de diſpoſitione collata in alterius
137 voluntatem expreſsè; & ſic in tertio caſu diſtinctionis, de qua ſuprà *num.*109. non verò, in caſu, quo agatur de diſpoſitione collata tacitè in tertij arbitrium;
138 vtpotè, quando dictum fuit, *inſtituo, quem Titius fuerit arbitratus*, tunc, enim, ſiue in liberam voluntatem,
139 ſiue in arbitrium fuerit collata diſpoſitio erit nulla, ex rationibus ſuprà deductis *numer.* 90. quod volun-
140 tas vnius non poteſt eſſe voluntas alterius, &c. vt optimè declarat *Surd. d. conſil.* 380. *numer.* 43. vbi, quod aliud eſt, vt teſtator voluntatem ſuam certam ſupponat, & ſubijciat alterius voluntati, vt quando dicit, *inſtituo talem*, vel *lego tali*, *ſi Titius voluerit*, vel *ſi Titio placebit*, vel *ſi videbitur*, vel *ſi arbitratus fuerit*; Hoc enim, caſu Doctores diſtinguendo reſoluunt, quod, aut ſubijcit ſe teſtator per verba denotantia liberam Titij voluntatem, & diſpoſitio non valet, aut per verba importantia arbitrium, & tunc valet diſpoſitio; & in his terminis, procedunt iura, quæ probant, quod vltima voluntas poteſt alterius arbitrio committi.

Aliud, verò, eſt, quod teſtator non diſponat, ſed committat hæredi, vel alij eã diſponendi facultatem, & tunc, ſiue verba importent arbitrium, ſiue volun-
141 tatem, vtroque caſu, conceſſio eſt nulla ex rationibus alias, vt ſuprà *num.49.& ſeqq.* adductis; Quia, ſcilicet, teſtator de bonis ſuis diſponere poteſt ſecundum ſuam, non ſecundum alienam voluntatem. Quæ ra-
142 tiones non minùs procedunt, quando verba, arbitrium important, quam vbi liberam ſignificant voluntatem; vtroque enim caſu militat, quod non ex ĩpſo, neque per ſe ipſum, neque ſecundum ſuam voluntatem diſponit teſtator, ergo vtroque caſu, diſpo-
143 ſitio eſt nulla, & idem ius eſt ſeruandum, *l.illud, ff.ad leg. Aquiliam.* Et ſubiungit, vlteriùs, idem *Surd.d.loco num.43.in medio*, quod hanc fecit diſtinctionem *Bald.* qui nihil ignorauit *in l.executorem num. 4. C. de execut.rei iudic.* & ſic etiam firmauit *Cancer.var.dicto lib. 3.cap.20.de leg.num.99.* & latiùs *Andreol.contron.105. num.5.& ſeqq.*

Vndè non mihi videtur tuta doctrina *Altograd.*
144 *Iun.d.contron.43.num.6.& ſeqq.* vbi firmat valere diſpoſitionem, in qua data fuit facultas eligendi, & nominandi familias, quas ipſe voluerit, eò quia fuerit collata in hæredis beneplacitum, & ſic in arbitrium boni viri, vt explicat idem *Altograd. num* 8.9. Signidem, ni fallor, Doctores, per eum allegati, pro corroboratione ſuæ opinionis, loquuntur in caſu, ſuprà à Me propoſito, ſcilicet, quando hæredis perſona fuit deſignata, ſed commiſſa alterius arbitrio, non verò quando tota ſubſtantia diſpoſitionis pendet à voluntate alterius, quia, eo caſu, nequaquam ſubſiſtit, etſi in arbitrium facta dicatur ex ſuprà deductis, & latiùs etiam explicat *Surd.d.conſ.380.num.31.verſ.non igitur Andreol.d.controu.105.num.10.*

An, verò, valeant, fauore piæ cauſæ diſpoſitiones captatoriæ, ac illæ, quæ in alterius arbitrium conferuntur? Et communis eſt opinio, quod ſubſiſtant, vt 145
eſt *textus* Canonicus *in c. cum tibi de Teſtam. vbi Doctores Ruin.conſ.21.num.4.lib.6.* latiſſimè *Tiraquell. de Priuil.piæ cauſæ priuil.64.num.1.Pariſ.conſ.89.num.21. & ſeqq.vol.3.Polid.Rip.de act in mort.art.cap.45. num. 20. Peregr.de Fideic art.33.num.66. Surd.conſ.380. nu. 45.& deciſ. 264. Couarr.d.cap. cum tibi de teſtam. num. 6.10.& ſeqq. vbi num.15.* ampliat etiam fauore Dotis, *Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.17.num.89.Craſſ.ſentent.§. inſtitutio quæſt.18.num.8.Fuſar.de ſubſtit.d.quæſt.503.num. 68.& ſeqq.Caſtill.quotid.cap.6.num.10.& ſeqq.& num. 19.Cancer.Var.lib 3.cap.20.nu.103. Add.ad Capyc.Latro dec.6.num.17 lib.1.Duran.de Condit.& mod.impoſſ. par.3.cap.5.num.40.*cum alijs relatis per *Barboſ.d. cap. cum tibi de teſtam.num.1.& ſeqq. Donat.Anton.de Marin.lib.2.d.cap.221.numer.4. & ſeqq. Hodiern.ad Surd. dec.98.*

Quæ concluſio, abſque controuerſia, procedit, quãdo agitur de diſpoſitione collata, in alterius voluntatem; tunc, enim, ſiue in tertium conferatur ſubſtantia diſpoſitionis, ſiue electio, & nominatio, ſemper 146
valet, fauore piæ cauſæ, quicquid dicant nonnulli.

Et ratio eſt apertiſſima, nam inſtitutio collata in voluntatem alterius, eſt contrà bonos mores Ciuiles, & hac ratione fuit improbata, non tamen contrà bo- 147
nos mores naturales, quia ex parte teſtatoris nullam in ſe continet turpitudinem *Dec. in l. captatorias num. 19.C.de teſtam. milit. Couarr. cap.cum tibi num. 13. de Teſtam.ſpir.in ſpec.teſtam.gloſſ.5.num.68.*

Quando, verò, agitur de diſpoſitione verè captatoria iuxtà modum ſupra relatum *num.* 10. videlicet, quando fuit dictum, *inſtituo te hæredem*, *ſi tu me inſtituas, &c.* cum hæc inſtitutio taliter facta ſit fraudolenta, & captioſa, & hac intentione facta, vt ille alium hæredem inſtituat, & propterea dicatur contrà bonos mores, non valet, neque fauore piæ cauſæ, vt optimè 148
Didac.d.cap.cum tibi num.13.de Teſtam. vbi, quod nec etiam militibus eſt permiſſa hæc captatoria diſpoſitio *l.captatorias C de teſtam.* quamuis eorum teſtamenta 149
à iure Ciuili maximis, & ſpecialibus priuilegijs ſint ornata, & munita, ergo neque etiam fauore piæ cauſæ; maximè, quia cum captioſa, & doloſa ſit hæc diſpoſitio, vt notatur *in l. cum donationis C. de tranſact.* non videtur cur, ratione pietatis, permitti poſſit, *cap. ſuper eo de vſur.* & benè etiam diſtinguit *Didac.à Spin. in ſpecial.teſtam.gloſſ.5.num.69.*ibi, *cum inſtitutio ſit ſub diſpoſitione, inſtituo talem Eccleſiam, vel Hoſpitale hæredem, ſi Titius voluerit, non eſt diſpoſitio captatoria, ſed quædam diſpoſitio in alterius voluntatem collata, quæ valet fauore piæ cauſæ: Secus verò, ſi dictum eſſet, inſtituo Eccleſiam, vel Hoſpitale hæredem, ſi Titius me inſti- 150
tuerit, in hoc enim caſu, neque fauore piæ cauſæ erit admittenda, cum interueniat turpis acquiſitio, à qua pia cauſa abſtinere ſe debebit c.fin.17.quæſt.4.*

Si, verò, eſſet dictum, *Inſtituo Eccleſiam, vel hoſpitale, vt me hæredem inſtituat*, tunc captatoria non erit 151
diſpoſitio, quia in Eccleſia, vel Hoſpitali non poteſt dari voluntas captatoria; Nam Hoſpitale, & Eccleſia, cum non habeat actiuam teſtamenti factionem, non poteſt alium inſtituere; Et ſemper ac ceſſat deceptio, vel fraudis timor ceſſat diſpoſitio captatoria, vt per 152
Fuſar.conſ.40. num.3.4. Didac.d.gloſſ.5.num.70. in fine; Et hanc etiam diſtinctionem, quod valeat, fauore piæ cauſæ diſpoſitio, quæ confertur in alienum arbitrium, non verò, diſpoſitio captatoria admittit *Craſſ. §. inſtitutio quæſt.18. num.8.* & alij allegati à *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.503.num.69.Duran.de Cond.& mod.Impoſſ.d.par. 3.cap.5.num.42.* dicit, tamen, quod in iudicando ipſe à contraria non recederet.

Et

Et iuxtà hanc distinctionem sunt intelligendi Bald. l.1.num.6.C.de Sacrosf. Eccles. Iaf. l. captatorias num.12. ff.de leg 1.Tiraquell.de Priuil. piæ cauf. priuil. 64. verf. contrarium, Fusar. d.quæst.503. num. 68. qui firmatunt non valere,neque fauore piæ causæ,dispositionem,de qua suprà.

Quando, verò, valet dispositio, quæ in alienum arbitrium confertur,fauore piæ causæ, in illo casu dumtaxat admittitur, quando quis expresè testatur ad
153 piam causam, vt v. g. relinquo centum danda Pauperibus,si hæres voluerit Bartol.l.1.num.64 C.de Sacrosf.Eccles.Peregr.d.art.33.num.11.Crass.§.successio ab intestato quæst.18.num.7.Fusar.de substit.d.quæst.503,num.72.
154 Non, verò, quando testator non expressit ad piam causam, sed simpliciter disposuit, relinquendo alterius voluntati, non valet, quamuis Commissarius distribuat in pium vsum,vt latè Pereg. d.art.33.num.66. vers.vbi autem testator, Surd.d.cons.380.num.45.& optimè etiam ita distinguit Didac.d.cap.cum tibi num.10. vbi reprobat dictum Cardinal. contrarium existimantis,Crass.§.institutio quæst.18.nu.7. in fine, idque etiam sensit Andreol,controu.cap.505.num.16.licet non benè se explicet, & optimè etiam firmauit Corn. cons. 156. num.6. vers. & prædicta lib.2. Trentac.var. lib 1.de pia cauf.resol.1.num,8.quos refert, & sequitur Donat.Anton.de Marin,resol.quotid.lib.2. cap.221, num.4.5.

An, verò, statuto, vel consuetudine fieri possit, vt valeant captatoriæ dispositiones, & in alterius arbi-
155 trium collatæ,disputant Fusar.d.quæst.503.num.34. & num.80.Surd.cons.380.num.26. Fachin. controu. lib.12. cap.26.Caucer.Var.lib.3.cap.20.num.107.Didac. d. cap. cum tibi num.13. de testam. quos vide pro resolutione quæstionis.

Et tandem est notandum, quod ex quibus causis,
156 institutiones,legata, & fideicommissa, vti captatoria inutilia sunt,ex ijsdem quoque causis ademptio nulla est l.legata inutiliter, §.ex quibus ff.de adim.leg.Bald.in l.captatorias,quæst.6.C.de Testam. milit, vbi etiam Salicet.& Ias.Fusar,cons.34.num.12. vers.tertio accedit, & sæpè cit.quæst.503.num.44.& seqq. Andreol. d.controu. 105.num.1.Duran.d.par.5. cap.5. num.54. Ideoque explicando conclusionem ait, quod, si testator post institutum, & beneficatum aliquem in suo testamento, adiecisset,& si ille in suo testamento non reliquerit mihi, vel filijs meis volo, quod ordinata, per me ad illius commodum fiat nullius valoris,ademptio hæc,vt inualida, nullius sit momenti.

Ac denique non est silentio prætereundum, quod, licet aliqui voluerint, valere captatoriam dispositio-
157 nem, quando fuit facta ob aliquem finem vtilem, & honestum, vt pro conseruatione bonorum in agnatione,& præcipuè Ruin.cons.20.num.7.& seqq lib.2. & alij relati per Fusar.d.quæst 503. num.38. quibus addi possunt Altog. Iun. d. contr. 43. num.5. Nihilominus non video, quo pacto saluari possit hæc limitatio; Et propterea eam nequaquam ad-
158 mitterem, provt illam reprobatunt Menoch.cons.699.Peregr.cons.31. num.17.& seqq.lib 5. Senatus Mantuan. in decis. apud Surd. dec.7. 53. 63. 68. 98. Fusar. de substit. d. quæst.503. numer.39.

CAPVT VII.

De Hærede fiduciario. Vbi quis sit fiduciarius hæres: Et ex quibus fiduciarius arguatur. Quomodo talis fiducia probetur, & quando coniecturis includatur, vel excludatur.

SVMMARIVM.

1 Doctores loquentes de hæredibus fiduciarijs.
2 Fiduciarius hæres is dicitur, qui non contemplatione & commodo suo sed alterius hæres instituitur.
3 Debet restituere hæreditatem cum fructibus.
4 Est potius custos, quam hæres.
5 Nullam quartam detrahit.
6 Qui allegat, quem esse hæredem fiduciarium tenetur probare.
7 Verba testamenti, & causa ostendunt, quem esse fiduciarium hæredem.
8 Quæ sint verba fiduciam inducentia.
9 Verba, mi confido arguunt fiduciam.
10 Et verba sò che eseguirà la mia mente.
11 Sicuti verba commendatitia.
12 Et si testator substituerit ab eo nominandos.
13 Causa fiduciæ est confiscatio bonorum eius cui debet fieri restitutio.
14 Vel si sit impubes cui debet restitui.
15 Vel Posthumus, & nondum natus.
16 Rota non admittit vt impubertas sit causa sufficiens.
17 Vlterius cui debet fieri restitutio debet esse testatori valde Carus.
18 Et agatur de tota hæreditate.
19 Et sit de iure naturæ instituendus.
20 Quomodo sit probanda talis fiducia.
21 Fiducia probatur testibus singularibus.
22 Nec non ex testibus imperfectis, vt fœmina.
23 Et duo tantum contestes ad summum requiruntur.
24 Imò & coniecturis etiam probari potest.
25 Contrà quod non sufficiant testes singulares.
26 Imò quod septem requirantur.
27 Coniecturæ non sufficiunt ad hanc fiduciam inducendam.
28 Sufficit probatio imperfecta quando testator instituit amicum suum confidentem, eique mandat, vt restituat eius filio.
29 Non sufficit imperfecta, quando testator instituit amicum suum vel confidentem nulla facta mentione filij.
30 Quando agitur de inducenda substantia relicti requiruntur toti testes quod in testamentis nec singulares sufficiunt.
31 Quando testator aliquem nominauit sub spe confidentiæ, & vlterius dixit. Sò che eseguirà la mia mente, potest probari talis voluntas testibus singularibus.
32 Ad probandam voluntatem alicui secreto commissam duo testes sufficiunt.
33 In dubio sufficiunt coniecturæ ad fiduciam inducendam.
34 Coniecturæ sufficiant ad excludendam fiduciam.
35 Quando in dispositione nullum adest verbum denotans confidentiam hæres non dicitur fiduciarius.
36 Quando hæres scit secretò testatoris voluntatem tenetur in foro conscientiæ ad obseruantiam.
37 Coniectura pro non fiducia est, quandò testator vtitur verbis denotantibus dominium ad fauorem hæredis.
38 Vel si fiat aliquod legatum ei, qui prætendit, vt sibi restituatur

ſtituatur cum clauſula plus non petendi.

39 *Quando quis fuit legato honoratus ſub conditione plus non petendi dicitur exrluſus ab vniuerſali ſucceſſione.*

40 *Obſeruantia ſubſecuta poſt mortem teſtatoris excludit fiduciam.*

41 *Ad hoc, vt quis dicatur fiduciarius neceſſe eſt vt aliquid pure ſit relictum, & non ſub conditione.*

42 *Pacian.conſ.6.num.8. reprobatur.*

43 *Non repugnat natura fiduciariæ vt quis inſtituatur ſub conditione reſtituendi poſthumo, ſi naſcatur.*

44 *Poſthumi ſubſtitutio includit tacitam conditionem, ſi naſcatur.*

45 *Expreſſio conditionis, quæ tacitè ineſt nihil operatur.*

46 *Conditio naturalis, quæ alias tacitè ineſt nihil operatur.*

47 *Fiduciario competunt remedia poſſeſſoria pro adipiſcenda poſſeſſione.*

48 *Mortuo eo, cui debet fieri reſtitutio antè fiduciarium non caducatur relictum, ſed ſpectat ad eius hæredem.*

SIcuti in diſpoſitione, quæ confertur in alienum ar-
bitrium, videtur hæreditas per electionem, & no-
minationem eligere debentis deferri, non verò im-
mediatè per teſtatorem; ità, in eo, cui fieri debet reſti-
tutio ab hærede fiduciario, videtur contingere, vt ca-
piat non à teſtatore immediatè, ſed à fiduciario hæ-
rede, adeò vt capiat hæreditatem, & ſuccedat, quam-
quam hæres non ſit, in teſtamento inſtitutus; vndè,
cum re vera ſuccedat, non obſtante, quod Teſtator de
eo non fecerit mentionem, dicitur, certo modo, ſucce-
dere aliter, quam per teſtamentum; vndè ſtatui, de
hac materia aliqua, quamquam, breuiter, adnotare,
& ſi legentes plura deſiderant, conſulant iufraſcri-
1 ptos DD. plenè materiam tractantes *Iaſ. l. poſt mor-
tem num 5. C. de fideic. Aym. l. cum filiofam. par. 3. num.
32. & 530. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. conuent. in præ-
fat. in fine num. 39. & ſeqq. & l. ſi vmquam verbo dona-
tione largitus num. 326. Alciat. lib. 3. Parergon. cap. vlt.
Coraſium Miſcellan. lib 6. cap. 9. Briſſon. de verb. ſign.
lib. 6. verb. fiduciarius, Gabr. conſ. 128. lib. 2. Bellon. Inſt.
de fideic. hæredic in princ. nu. 3. 7. Durant. de art. teſtand.
tit. 7. cauth. 4. num. 3. Bude. in Pandect. lib. 2. de orig. Iur.
fol. 97. Caluin. in Lexico. verb fiduciarius Riminald. Iun.
conſ. 379 num. 82. & ſeqq. Menoch. conſil. 1135. num. 16.
& ſeqq. Bertazzol. conſil. ciuil. 8. 9. Coſt. de fact ſcient. &
ignor. diſtinct. 45. cent. 1. Intrigl. de ſubſt. quæſt. 69. nu. 4.
cent. 3.* & alios plures relatos, per *Gratian. diſcept. for.
cap. 650.* quibus addo *Rip. de nocturn. temp. cap. 141.
num. 14. Ramon. conſil. 27. num. 18. & conſil. 67. num. pa-
riter 18. Mart. Summ. ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt. 3. art. 6.
Argel. de acq. poſſ. quæſt. 15. art. 6. Peregr. de fideic. art. 3.
num. 19. & ſeqq. Cenſal. ad eumdem art. 19. Hodiern. l.
hac edictali quæſt. 28. nu. 27. & ſeqq. Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 5. gl. 8. par 4. num 76. & ſeqq. Cancer. var. lib.
1. cap. 1. num 211. & ſeqq. Maynard. dec. 85. lib. 5. Caual.
dec. 381. Ludouiſ. dec. 544. Buratt. dec. 616. eadem Rot.
dec. 351. num. 12. & ſeqq. par. 4. tom. 2. dec. 103. & dec.
195. par. 10. & dec. 226. & 362. par. 12. rec.*

Is itaque dicitur hæres fiduciarius, quem, non con-
templatione, & commodo ſui ipſius, ſed ad alterius
2 vtilitatem, & commodum hæredem teſtator inſti-
tuit, vt ſunt *tex. in l. Seius Saturninus ff. ad S.C. Trebell.
l. 3. §. cum Polidius, ff. de vſur. Alciat. lib. 3. Parerg. cap.
25. Durant. de art. teſtand. tit. 7. cauthel. 4. nu. 3. Pereg. de
fideic. art. 3. nu. 19. Cenſal. ad eumdem art. 3. Pereg. Coraſ.
lib. 6. Miſcell. c. 9. n. 4. Menoch. conſ. 1135. n. 16. Fontan. de
pact. nupt. clauſ. 5. gl 8. p. 4. n. 77. Cancer. var. lib. 1. c. 1. nu.
215. verſ & quod hæc, Argel. de acq. poſſ. q. 15. art. 6. n. 56.*

Et ea de cauſa fit hæres, vt totam hæreditatem, vna
cum fructibus perceptis, nulla facta detractione, alte-
ri reſtituat, adeò, vt verè, & effectualiter habeat po-
tius rationem cuſtodis, quam veri hæredis *gl. l. fidei-* 3
*commiſſariam, §. vlt. ff. ad Trebell. Menoch. d. conſ. 1135.
num. 16 Argel. de acq. poſſ. quæſt. 15. art. 6. n. 57. Cancer.* 4
*d. lib. 1. var. cap. 1. num. 218. verſ. ex quo Paſqualig. quæſt.
moral. Iuridic. quæſt. 149. in princ.* & quod fiduciarius
nullos fructus ſuos faciat, neque pro ſe aliquam quar- 5
tam retineat, dixit etiam *Bald. l. poſt mortem nu. 7. C. de
fideic. Rimin. Iun. conſ. 379. num 82. lib. 4. Peregr. d. art.
3. num. 19. Argel. de acq. poſſ. d. quæſt. 15. art. 6. num. 57.
Rip. de nocturn. temp. cap. 141. num. 14. & ſeqq. Hodiern.
l. hac edictali quæſt. 28. num. 28. Maynard. dec. 85. num.
3. lib. 5. Caual. dec. 284. num. 3. & 381. num. 2. Buratt. dec.
616. num. 21.*

Qui, verò, allegat quem fuiſſe hæredem fiducia-
rium, non verum, & ordinarium, & quod ſibi debeat
reſtitui vna cum omnibus fructibus hæreditas tan-
quam ſuæ intentionis fundamentum, tenetur proba-
re confidentiam, ſcilicet, Teſtatoris cum hærede fidu-
ciario, & alia, quæ à DD. afferuntur *in l. quidam cum* 6
*filius ff. de hæred. inſt. Alex. in l. Seius Saturninus ff. ad
Trebell. Bertazzol. conſ. ciuil. 8. num. 4. Argel. de acq.
poſſ. quæſt. 15. art. 6. num. 58. 59.* & tradit *Rot. dec. 103.
num. 2. par. 10. rec.*

Et dico potiſſimum apta ſunt ad creandum hære-
dem fiduciarium, verba, ſcilicet, teſtamenti, & cauſa,
vt poſt *Bald. d. l. 3. §. cum Polidius, ff. de vſur.* & alios 7
antiquiores tenet *Peregr. de fideic. d. art. 3. num. 19. verſ.
fiduciam autem, Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 216. Ar-
gel. de acq. poſſ. d. art. 6. num. 60. Hodiern. l. hac edictali
quæſt. 28. nu. 34.* & admiſit *Rot. cor. Caual. dec. 381. num.
2. cor. Buratt. dec. 616. num. 15. dec. 103. nu. 1. par. 10. &
dec. 226. nu. 4. & dec. 362. par. 12.* & deſumitur *ex text.
in d. l. in fideicommiſſi, §. cum Polidius, ff. de vſur. in l.
quidam cum filius fam. 46. ff. de hæred. inſt. in l. Seius
Saturninus 46. ff. ad Trebell.* in quibus vtrumque con-
currebat; verba, ſcilicet, ex quibus deſumebatur con-
fidentia, & cauſa, vt aduertit *Rot. d. dec. 103. num. 2. par.
10. rec.*

Verba, ex quibus arguitur hæc fiducia, ſunt, V.G.
talem meum hæredem nomino, cui confido, & ſcio exe- 8
cuturum meam voluntatem, &c. vt obſeruat *Caual. d.
dec. 381. nu. 3. Argel. de acq. poſſ. d. art. 6. nu. 61. Hodiern.
d. l. hac edictali quæſt. 28. num. 34.*

Et quod verba, *mi confido*, arguant Teſtatorem il-
lum inſtituiſſe, tanquam hæredem fiduciarium, vo-
luit etiam *gl. d. l. Seius, verb. fiduciarium, ff. ad Trebell.* 9
*Menoch. d. conſ. 1135. nu. 19. Argel. vbi ſup. num. 62. Ho-
diern. d. l. hac edictali quæſt. 28. nu. 34. Cancer. d. c. 1. num.
218. in fine, Caual. d. dec. 381. num. 3.*

Et pariter, verba, *sò che eſeguirà la mia mente*, de-
notant, teſtatorem voluiſſe committere aliquid fidei 10
hæredis, quod voluit in teſtamento exprimere, *Argel.
d. art. 6. num. 64. Caual. cit. dec. 381. num. 3.*

Vlterius fiduciam indicant verba commendatitia,
vt, ſi Teſtator talem ſuam filiam hæredi fiduciario ſe
plurimum commendare, dixerit, vt alijs adductis, fir- 11
mat *idem Argel. d. quæſt. 15. art. 6. num. 66.*

Nec non, ſi Teſtator hæredi ſubſtituerit ab eo no-
minandos, eſt validum, argumento pro fiducia, vt per
Menoch. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 96. nu. 16. Bertazzol. 12
conſ. 8. num. 13. Argel. vbi ſup. num. 65.

Cauſa, verò, ex qua deducatur fiducia, in hærede
ſcripto, multiplex eſſe poteſt, & præcipuè, ſi is, cui da-
ri Teſtator hæreditatem voluit, eſſet condemnatus in
pænam confiſcationis, tunc, enim, quia ſi cum hæ-
redem inſtitueret, bona auferri poſſent à Fiſco, nec
illis aliter vti poſſet, quam reſtitutus ad gratiam,
iuſtam habuit Teſtator cauſam faciendi alium hære-
dem

dem fiduciarium, qui bona sua illi conseruet, ac resti-
13 tuat, tempore, quo eis frui poterit, vt ostendit *Rot.*
cor. Caual. d. dec. 381. num. 5. & cor. Buratt. d. dec. 616. nu.
23. 24. Hodiern. l. hac edictali d. quaest. 28. nu. 35. Arg. d.
art. 6. num. 67.
Et similiter, si is, cui restitutio fieri debet, sit impu-
14 bes, vel alio modo malè dispositus, ac egeat custodia
Peregr. d. art. 3. num. 19. Intrigl. de subst. cent. 3. quaest. 69.
num. 3. Menoch. d. cons. 134. num. 17. Arg. vbi supra num.
67. Hodiern. d. quaest. 28. num. 35.
Vel posthumus, & nondum natus, vt optimè osten-
15 dit, alijs adductis, *Cancer. var. lib. 1. c. 1. num. 217.*
Licet *Rot.* non admittat pro legitima causa, quod
16 is, cui debet fieri restitutio, sit impubes, vt in *dec. 103.*
num. 8. & 195. num. 1. par. 10. rec.
Imò plura alia requiruntur vltra verba, & causam,
ad inducendum hæredem fiduciarium, videlicet, quod
is, qui debet esse verus hæres, sit persona valdè dilecta
Testatori, vtpotè, descendens secundum aliquos: &
secundù aliquos, arcto sanguinis vinculo coniunctus,
& quod testator maximè, de eius cõmodis sollicitus
17 esset; is verò, qui dicitur fiduciarius, debet esse, vel ra-
tione sanguinis, vel amicitiæ Testatori valdè carus,
cuius fidei multum Testator tribueret; Ac vlterius,
quod agatur de tota hæreditate, vt omissis antiquio-
18 ribus, tenent *Peregr. de fideic. d. art. 3. num. 19. vers. hac*
autem necessaria Cancer. d. c. 1. n. 228. Argel. d. quaest. 15.
art. 6. num. 68. Fontan. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8. par. 4.
num. 78. Hodiern. l. hac edictali quaest. 28. num. 29.
Et quod, ad effectum, vt sit locus dispositioni fidu-
ciariæ, inter alia requiratur, vt is, cui fieri debet resti-
tutio, debuerit, de Iure naturæ, institui, & qui nullo
modo potuerit præteriri, nec sufficiat, vt sit sanguine
19 coniunctus, sed debeat esse de descendentibus Testa-
toris, firmauit multis adductis, *Grat. d. discept. 650. nu.*
1. quem sequitur etiam *Hodiern. l. hac edictali d. quaest. 28.*
num. 32. & simpliciter, quod fiducia non cadat, nisi
in vniuersa hæreditate post *Grat. d. discept. 650. num. 5.*
firmauit *Rot. d. dec. 351. num. 14. par. 4. tom. 2. rec.*
Quomodo, autem, sit probanda huiusmodi confi-
dentia testatoris, cum hærede, ad hoc, vt inducatur
20 ipsum fuisse fiduciarium, non verum hæredem, quæri
potest.
Nonnulli tenent, quod probari possit testibus, etiã
singularibus, quasi, quod non agatur de probanda
21 substantia testamenti, sed de declaratione huius con-
fidentiæ, vt per *Sim. de Pret. cons. 57. num. 12.* & alios al-
legatos per *Argel. de acq. poss. quaest. 15. art. 6. num. 69.*
Censal. ad Peregr. art. 3. in fin. latissimè *Caual. dec. 381.*
nu. 6. 7. cum quibus concordant allegati à *Rot. dec. 103*
nu. 23. par. 10. rec. ac ex testibus etiam imperfectis, vt à
22 fæmina, vt voluit *Caual. d. dec. 381. num. 8.*
Vel ad summum, duo tantum testes contestes re-
quirantur, *Surd. cons. 129. nu. 28.* & alij relati per *Arg.*
vbi supra num. 69. in fin. Buratt. dec. 616. num. 14.
Qui duo testes semper sufficiunt, ad probandam
23 voluntatem Testatoris, quando non agitur de sub-
stantia relicti, vt aliàs notauimus, & firmant *Rot. dec.*
765. num. 8. par. 2. & dec. 351. num. 9. par. 4. tom. 2. rec.
Censal. dec. Luc. 20. Merl. dec. 812. num. 2. & resoluit *Rot.*
in Squillacen. Testam. 7. Iunij 1662. coram R. P. D.
Triolo.
Imò, & quod plus est, etiam coniecturis probari
24 voluerunt, *Menoch. d. cons. 1135. num. 5. Arg. d. art. 6. nu.*
70. Caual. cit. dec. 381. num. 10. neque resistit, *Rot. d. dec.*
103. num. 7. par. 10. rec.
Contrariam sententiam, quod nullatenus ad pro-
bandam hanc confidentiam, sufficiant testes singula-
25 res latè defendit *Gratian. discept. for. c. 650. num. 11. &*
seqq. vbi, quod agitur, in dicto casu, de probanda sub-
stantia relicti, & propterea non admittantur testes

singulares, sed requiruntur septem in testamentis,
& quinque in Codicillis, & quod ista est magis com-
munis opinio, quando agitur, de aliquo substantia- 26
li, quod non consistit in dicta voluntate, puta, si non
fuissent appositi, nisi sex testes, nam poterit pro-
bari per duos testes, quod verè interuenerint se-
ptem, aut in similibus casibus, vt per *Alex. Imol.*
Castr. & alios allegat. per *Gratian. ibi num. 14.* ad quam
conclusionem probandam conferunt etiam tradita,
per *Buratt. d. dec. 616. num. 1. & seqq. dec. 226. num. 10.*
& dec. 362. num. 16. par. 12. rec. vbi pro non fiducia
fuit iudicatum, quia non aderant septem testes con-
testes.
In quibus locis, similiter, habemus, non esse suffi-
cientes coniecturas, pro inducenda hac fiducia, quæ
semper debet esse certa, & plenè probata, & præci- 27
puè, ità tenet *Buratt. dec. 616. num. 18. dec. 103. num. 12.*
par. 10. rec.
Ego, in hac opinionum contrarietate distinguo;
aut sumus, in casu, in quo Testator instituit hæ-
redem Titium eius amicum, & confidentem, eique,
mandauit restituere hæreditatem, Seio filio suo, &
tunc adhæreo primæ opinioni, quod, eo casu, con- 28
fidentia Testatoris, cum hærede fiduciario possit
probari testibus singularibus, cum hic non agatur
de inducenda noua testatoris dispositione, sed de de-
claranda voluntate iam patefacta, an, scilicet, substi-
tutio de Seio eius filio esset sub fiducia hæredis, vel
non, vt optimè etiam ponderat *Buratt. d. dec. 616.*
num. 15. & distinguit *eadem dec. 103. num. 19. par. 10.*
& firmat optimè *Pasqualig. qq. moral. Iurid. quaest. 149.*
in fin.
Vel sumus, in casu, quod Testator instituit Seium
eius amicum, & confidentem, nulla facta eius filij
mentione, quoad restitutionem hæreditatis, & tunc 29
approbo secundam opinionem, quod eo casu, requi-
rantur septem testes, vel quot regulariter, in disposi-
tione in vltima voluntate, adhiberi debent; namque,
eo casu, non agitur de declaranda testatoris volunta-
te, an voluerit, vt hæreditas restitueretur vna cum fru-
ctibus, & factis legitimis detractionibus, nec ne; sed
agitur de inducenda ipsamet substantia relicti, ac 30
probanda substitutione fiduciaria, quæ est secunda in-
stitutio, vnde non sufficiunt testes singulares, nec mi-
nores numero, quam requirantur in vltimis volun-
tatibus, vt ostendit *Gratian. d. discept. 650. num. 13. 14.*
& in his terminis, sunt intelligenda dicta, per *Buratt.*
d. dec. 616. num. 1. dec. 103. num. 20. par. 10. & dec. 226.
num. 10. par. 12. rec.
Prout pariter primam opinionem, quod sufficiant
testes singulares, vel duo contestes, procedere arbi-
trot, quando, vt in casu *Caualer. dec. 381.* testator no-
minauit aliquem herede, sub verbis denotantibus cõ-
fidentiam, & vlterius, dixit, *del qual mi confido, e sò che* 31
quirà secondo lui sà la mia mente; tunc, enim, pariter,
ac dictum fuit *supra num. 28.* non agitur de inducenda
noua dispositione, sed agitur dumtaxat, de probanda
testatoris voluntate, secretò alicui commissa, quo ca-
su, duo sufficiunt testes, vt suprà probauimus, autho-
ritate Rotæ *in Roman. annuæ præstationis 4. Iulij 1662.* 32
cor. R. P. D. Benilaqua iuxta tex. in d. l. Theopompus ff. de
Dat. Pralcg. & tradit *eadem Rot. cor. Caual. d. dec. 381. n.*
6. 7. & meliùs explicauit *d. dec. 303. num. 19. par. 10. rec.*
vbi, quod si agitur de conuentione, inter hæredem, &
Testatorem, de restituendo hæreditatem filijs eius-
dem Testatoris, tunc duo testes sufficiunt &c.
Verumtamen, existimo, quod vltrà testes deser-
uiant coniecturæ ad eam inducendam, vt diximus,
suprà multorum authoritate, dummodò, tamen ver- 33
semur, in casu dubio *iuxta not. per Rot. d. dec. 103. num.*
30. par. 10.

Provt pariter coniecturis etiam vti poſſumus ad
ipſam excludendam, vt per *Gratian.diſcept.650.num.*
34 *33.Buratt.d.dec.616.num.23.Rot.d.dec.103.numer.4.*
par.10.

Quarum præcipua eſt, quando, iu diſpoſitione nul-
lum adeſt verbum, denotans confidentiam cum hęre-
35 de *Buratt.dec.616.num.18.dec.351.num.13.par.4.tom.*
2.rec. & latè oſtendit *Paſqualig.qq.mor.Iurid.quaſt.*
149.num.2.& d.dec.103.num.7.par.10.

Verum tamen eſt, quod, ſi Teſtator ſecreto dicat
hæredi, quod reſtituat alteri hæreditatem, licet in fo-
ro externo non dicatur conſtare de fiducia, & per cō-
ſequens non poſſit cogi ad reſtituendum, tenetur, ta-
men, in foro conſcientiæ reſtituere iuxta præceptum
36 teſtatoris, vt latè oſtendit *Paſqualig.d.quaſt.149.per*
tot.

Quando teſtator vtitur verbis denotantibus Do-
minium in hærede, qui dicitur fiduciarius, nam in-
compatibile eſt, vt quis ſit verus Dominus rerum hæ-
reditariarum, & ſit hæres fiduciarius, cui nil aliud, ex
hæreditate debetur, quam pura adminiſtratio, vt ob-
ſeruat *Rot.d.dec.103.par.10.*

Si fiat aliquod legatum eis, quibus prætenditur, vt
hæreditas reſtituatur adiecta conditione, plus non
37 petendi, vt voluit eadem *dec.103.nu.5.par.10.& dec.*
226.num.5.par.12.rec. eo quia, eo caſu, dicuntur peni-
38 tus excluſi, ab vniuerſali ſucceſſione *Bart.l.quoties §.*
39 *ſi duo an.1.ff.de hared.inſt. Rouit.conſ.47.nu.14.* & alij
in d.dec 103.nu.6.par.10.

Et tandem, obſeruantia ſubſequuta poſt mortem
teſtatoris excludere valet confidentiam, vtpotè,
ſi acta ab hærede facta ſint denotantia Dominium,
patiente, & non contradicente filio Teſtatoris, vel
40 alio prætenſo hærede, *Buratt.d.dec.616.nnmer.19.*
d.dec.303.num.36.dec.195.num.8.par.10.dec.226.nu.
12.par.12.

Oportet, vlterius, animaduertere in hac mate-
ria, quod ad hoc, vt hæres dicatur fiduciarius, requiri-
tur omninò, vt purè ei ſit aliquid relictum, & non ſub
41 conditione, vt tenet *Bertazzol conſ.8.nu.14.verſ.con-*
tra hoc Maynard.d dec.85.nu.2.lib.5. Pacian.conſ.8.nu.
14 relat.per Fontan.de Pact.nupt.clauſ.5.gl.8.par.4.nu.
42 *82.*(quamquam contrarium ſentiat *Pacian.conſ.66.*
nu.80.)& ratio eſt, quia Iura loquentia de fiduciaria
hæreditate, vt *in d l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell.&*
in d.l.in fideicommiſſi, § cum Polidius, C.de vſur. exige-
bant, quod, in omni caſu eſſet reſtitutio, facienda,
ſecus, ſi in vno tantum, caſu, prout eſſet, quando ad
diem incertum, vel ſub conditione iuſſa eſſet fieri re-
ſtitutio propter commodum, quod inde reſultaret,
aut reſultare poſſet hæredi inſtituto, vt quis, enim,
(vt ſubiungit idem *Fontan.loc.cit.*) non cenſeatur ele-
ctus nudus miniſter, ſufficit, quod diſponens caſu ali-
quo cogitauerit poſſe, ex diſpoſitione ſua hæredem
ſcriptum commodum reportare *argum.tex.l.Sulpi-*
cius 90 ff.de donat.int.vir.& vxor.in l.ſi quis cum 37.ff.
*de cond.& demonſtr.l.ſi quis Titio 17.ff.de leg.2.*cum ſi-
mil. propterea, ita etiam probauit poſt *Fontan. Can-*
cer.d.par.1.cap.1.nu.215.

Dicit, tamen, *Cancer.num.225.* quod, vbi Teſtator
inſtituit quem hæredem fiduciarium cum obligatio-
43 ne reſtituendi Poſthumo, ſi naſcatur, non dicitur ſub-
ſtitutio conditionalis, & propterea non repugnat
naturæ fiduciarij hæredis, & quod non ſit conditio-
nalis ſubſtitutio, patet, quia cum Poſthumus, qui
vocabatur, non eſſet natus, tempore teſtamenti,
vocatio de eo facta includebat in ſe de neceſſitate ta-
citam conditionem, ſi naſceretur, & ſimiliter reſti-
tutio ei facienda de hæreditate per hæredem ſcrip-
44 tum *l.1.in fin ff.de oper.ſeru.l.1 § ineſt autem, ff.de cond.*
& demonſt.l.quidam referunt, ff.de Iur.codic. cum
ſimil. ſed expreſſio conditionis, quæ tacitè ineſt nihil
operatur *l.3.ff.de legat.l.non rectè, C.de fideiuſſ.* igitur 45
perindè, ac conditio naturalis, quæ actui tacitè ineſt,
actum ipſum non ſuſpendit, ſed purum, & perfectum
relinquit *l.conditiones extrinſecas, ff.de cond.& demon-* 46
ſtr.l.Cornelius, l.talem de hæred.Inſt. ita dictæ conditio-
nis expreſſio *Cephal.conſ.450.num.18.* dicens talem
expreſſionem dictæ tacitæ conditionis non facere,
quo minus vocatio cenſeatur pura, ex quo velit nolit
Teſtator, ea à Iure ſubintelligitur *Seſſ.dec.50.num.47.*
Magon dec.Luc.27.num.46.

Et propterea in eo caſu, conſuluit optimè *Cancer.*
quod quia Poſthumus non potuit ſuccedere, eo quia
prodijt abortus, hæreditas reſtitui deberet hæredi
ab inteſtato Teſtatoris, idem *Cancer.vbi ſup.nu.231.*

Habetur, autem, tamquam verus hæres, in
hoc, quod ei competunt remedia poſſeſſoria pro
adipiſcenda poſſeſſione Bonorum hæreditariorum
remedio *l.fin.C.de edict.D.Adrian.* vt oſtendit *Argel.* 47
de acq.poſſ.quaſt.15.art.6.num.73.dec.286.num.1.par.
12.rec.

Differt, tamen, à vero hærede in eo, quod, quam-
uis decedat is, cui eſt facienda reſtitutio ante hære-
dem fiduciarium, nihil caducatur, ſed fit tranſmiſ-
ſio ad hæredes illius, tamquam de Iure ei acquiſito
per dictum hæredem fiduciarium, vt poſt *Peregr.d.* 48
art.3.num.19. quem allegat tenet *Fontanell.de Pact.*
nupt.cl.5.gloſ.8.par.4.num.83.

CAPVT VIII.

De Succeſſione promiſſa in Penſionibus, & Beneficijs Eccleſiaſticis, & præcipuè, de tranſlatione, extinctione, & reſeruatione penſionum, ac de reſignatione, permutatione, & tranſlatione Beneficiorum, quoad quæſtiones dumtaxat pertinentes ad materiam futuræ ſucceſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex facultatem transferendi Penſiones concedit.*
2 *Papa eſt Dominus quorumcumque Beneficiorum.*
3 *Tranſlatarius non conſequitur penſionem à transferente, ſed à Summo Pontifice.*
4 *Talis facultas eſt odioſiſſima, & ſtrictiſſimè interpretanda.*
5 *Ad vnguem non ſeruata forma tradita in facultate transferendi eſt nulla tranſlatio.*
6 *Et remanet Penſio apud transferentem.*
7 *Et per eius obitum extinguitur, ac ſi non fuiſſet translata.*
8 *Indulta transferendi penſiones ſolent eſſe diuerſa iuxta qualitatem perſonarum.*
9 *Proceditur per viam caſſationis antiquæ, & creationis nouæ penſionis.*
10 *Et coram Executore in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto præſentantur literæ reſeruationis.*
11 *Nec ſufficit vt executor atteſtetur vidiſſe.*
12 *Index delegatus debet eſſe certus de ſua Iuriſdictione.*
13 *Et ſi antè omnia ei non exhibeatur reſcriptum Proceſſus eſt nullus.*
14 *Sufficit tamen, quod præſententur literæ facultatis transferendi.*
15 *Quando fuit data facultas transferendi coram Notario, aut ſine alicuius miniſterio nulla requiritur exhibitio.*

16 *Ex*

16 *Ex Bulla Vrbani VIII. non potest dari facultas transferendi, nisi intra medietatem Beneficiorum fructuum.*

17 *Valor Beneficij ad hunc effectum consideratur de tempore translationis.*

18 *Habens facultatem transferendi si excedat facultatem, non est nulla in totum, sed solum in excessu.*

19 *In summis qualis est pensio vtile per inutile nō vitiatur.*

20 *Contradicente tamen transferente annullatur in totum.*

21 *Quando alicui reseruatur pensio, & causa resignationis, si pro parte est nulla, in totum est nulla, & non reducitur nisi volente resignante.*

22 *Eadem regula, quæ militat in resignante beneficiorum, militat in translatione pensionum.*

23 *Pensio translata respectu titularis non est noua pensio, sed eadem, nec inducit nouum grauamen.*

24 *Est sicuti delegatio solutionis alteri facienda.*

25 *Respectu tamen translatarij est noua pensio.*

26 *Literæ translationis habent paratam executionem, & datur translatario via executiua.*

27 *Quasi possessio transferentis non iuuat translatarium ad effectum obtinendi manutentionem in exigendo.*

28 *Qualibet verba indulti sunt strictè interpretanda contra translationem.*

29 *Facultas transferendi pensiones reseruatas super fructibus non habet locum in reseruata super distributionibus.*

30 *Distributiones non veniunt nomine fructuum.*

31 *Quando quis habet facultatem nominandi translatarium non potest transferre pluribus.*

32 *Habens facultatem transferendi in vnam, vel plures personas nominandas non potest transferre in personas incertas de certis.*

33 *Non obstante quamis amplissima facultate transferendi non valet translatio, quando in reseruatione est Pactum, ne possit transferri, nisi fuerit specificè narratum Pontifici.*

34 *Habens facultatem transferendi non prohibetur transferre per Procuratorem.*

35 *In translatione requiritur consensus translatarij.*

36 *Non tamen est opus, vt sit præsens translationi.*

37 *Potest acceptare, & dare consensum post mortem transferentis.*

38 *Et potest fieri Clericis post mortem transferentis.*

39 *Valide transfertur etiam in articulo mortis, & ad suggestionem translatarij.*

40 *Ille, qui cessit pensionem an possit in eius præiudicium transferre, vel alio modo extinguere.*

41 *Commoditas Pensionis est in commercio sicuti alia res temporalis.*

42 *Et potest in alium transferri absque beneplacito Sedis Apostolicæ.*

43 *Et potest pro debito sequestrari.*

44 *Fructus Beneficij ad vitam Beneficiati alienantur, & hypothecantur.*

45 *Cessionarius cedens commoditatem Pensionis retinet in se titulum, & eius morte expirat.*

46 *Pensio non potest auctoritate propria, & sine Papa in alium transferri, sed solum cedi.*

47 *Est in facultate Pensionarij sine licentia Apostolica cassare, remittere, & extinguere Pensionem.*

48 *Etiamsi fiat per viam transactionis.*

49 *Dummodo non interueniat precium, aut pecunia.*

50 *Dummodo aliquod Pactum non interueniat, quod ex aliqua causa reuiuiscat.*

51 *Quando prima pensio est extincta non reuiuiscit, nec de partium consensu sine noua reseruatione.*

52 *Nisi in casu diminutionis intuitu paupertatis titularis.*

53 *Consensus partium non sufficit ad validandam pensionem nulliter reseruatam.*

54 *Validare pensionem nullam non dependet à facto partium, sed à potestate Pontificis.*

55 *Partes sicuti non possunt nullam reseruare pensionem, ita nulliter reseruatam validare.*

56 *Pensio nulliter imposita pariter est, ac si non esset reseruata.*

57 *Nec de ea fieri debet aliqua mentio in noua reseruatione, vel impetratione Beneficij.*

58 *In reseruatione Pensionis super Beneficio est exprimenda noua pensio.*

59 *Pensio nulla si fuerit exacta restituitur.*

60 *Pensio reseruata ad fauorem Nepotis super Beneficio pleno non potest cedi à Pensionario.*

61 *Et debet probari plenè, fuisse solutum vsque ad mortem Beneficiati, alias redditur nulla.*

62 *Et debet probari per publicum Instrumentum, & depositiones testium, qui viderint numerationem pecuniæ.*

63 *Quando reseruatur pensio in Beneficio pleno est necessaria plenissima probatio valoris.*

64 *Et excessus in minimo vitiat.*

65 *Consensus antecessoris ad hunc effectum non præiudicat successori.*

66 *Etiamsi successor narret tale Beneficium esse pensione grauatum, quia per talem narratiuam non dicitur approbare pensionem.*

67 *Narrans Beneficium esse pensione grauatum fatetur factum reseruationis, sed non approbat validitatem.*

68 *In reseruatione pensionis pactum fieri potest de habendo regressum ob non solutionem.*

69 *Hoc casu titularis non potest petere nullitatem, nisi dimisso Beneficio.*

70 *Et hoc casu, quando Pensionarius vtitur Iure regressus extinguitur Pensio.*

71 *Vsusfructus extinguitur vbi vsufructuarius acquirit proprietatem.*

72 *Per assecutionem tituli extinguitur Pensio.*

73 *Pendente tempore, & Iure regressus noua reseruatio est valida.*

74 *Sed eueniente regressu tota pensio extinguitur.*

75 *Successor in Beneficio potest conueniri pro pensionibus decursis in vita prædecessoris.*

76 *Est in potestate pensionarij, vel conuenire hæredem prædecessoris, vel possessorem Beneficij.*

77 *Dummodo non fuerit negligens in exigendo.*

78 *Dummodo remaneat successori sufficiens congrua.*

79 *Quod non procedit, quando quis capit iure regressus.*

80 *Qui cessit Ius exigendi pensiones, potest in præiudicium alterius extinguere, quando simpliciter consignauit suo creditori fructus, & commoditatem pensionis; non vero quando vltra simplicem assignationem constituit cessionarium Procuratorem irreuocabilem.*

81 *Expectatiuæ Beneficiorum prohibentur ob votum captandæ mortis.*

82 *Omnes Prouisiones, resignationes, & permutationes Beneficiorum, quæ tendunt ad captandam mortem Beneficiati sunt nullæ.*

83 *Ad hoc vt valeat resignatio, debet resignans viuere post 20. dies.*

84 *Resignante mortuo intra dictum tempus resignatio est nulla.*

85 *Resignationes debent publicari intra sex menses.*

86 *Resignatarius tenetur ostendere publicationem, etiamsi sit reus.*

87 *Reus & possessor non tenetur aliquid iustificare.*

88 *Sed non procedit respectu exceptionis productæ, in qua cum sit actor, tenetur iustificare.*

89 *Publicatio est pars gratiæ, & reddit resignatarium incapacem.*

90 *Negatiua publicationis probatur eo ipso, quod non ostenditur.*

91 *Quando agitur de impetratione Beneficij ob non publicationem, impetrans tenetur probare negatiuam.*

92 *Vel quando docetur de triennali possessione.*

93 *Nullitas publicationis afficit etiam resignantem.*

94 *Reſignans retinet Beneficium, donec reſignatarius accipiet poſſeſſionem.*
95 *Non tamen quando nullitas procedit ob non publicationem quia eo caſu Beneficio priuatur.*
96 *Reſignatio, ſeu permutatio Beneficij ſub ſpe habendi aliud non valet.*
97 *Quando reſignatio, & permutatio fit iam vacante alio Beneficio, quod aſſequitur reſignans, ſemper habet locum conſtitutio Paulina.*
98 *Secus, quando ſecundum Beneficium nondum vacabat, quia tunc eſt oſtendenda fraus.*
99 *Patroni Iuriſpatronatus non poſſunt præſentare ad Beneficium, antequam vacet.*
100 *Non valet promiſſio de Beneficio vacaturo.*
101 *Per dictas promiſſiones deſideratur mors titularis.*
102 *Non valet ante vacationem conſtitui Procurator ad præſentandum.*

PLura diximus ſupra *lib. 1. cap. 20 nu. 43. & ſeqq.* de Coadiutoria cum futura ſucceſſione, & de expectatiua Beneficiorum, veluti, de materia propria tractatus noſtri de Pactis futuræ ſucceſſionis; quia, vero, ad eundem tractatum, vel ſaltem ad rem pertinentem ad ſucceſſionem, per Pactum transferendam, videtur ſpectare translatio, extinctio, & reſeruatio penſionum, nec non reſignationes, permutationes, & translationes Beneficiorum, ideò non incongruum duxi aliqua de his licet breuiter hic adnectere.

Et primo, quod poſſit Summus Pontifex, ſicuti re-
1 ſeruare, ità concedere facultatem transferendi penſiones, nemo Catholicorum negare poteſt, cum ipſe
2 ſit Dominus quorumcunque Beneficiorum, *Clement. 1. vbi Cardin. nu. 10. vt lit. pend. cap. propoſuit de conceſſ. præb.* vt pluries firmauit *Rot. dec. 689. n. 1. par. 4. diuerſ. & cor. Royas dec. 318 num. 2.* cum alijs *in Romana Penſionis 15. Febr. 1664. §. facta cor. Reuerendiſſ. Ninot.* Et ideò dicitur, quod translatarius non conſequitur penſionem à transferente, ſed immediatè à Summo
3 Pontifice, qui ſolum vtitur, nudo miniſterio transferentis *Abb. in cap. 1. in princ. de ſolut.* optimè *Gabr. conſ. 186. nu. 7. Rot. d. dec. 38. nu. 23 par. 6. rec.*

Huiuſmodi, tamen, facultas, vtpotè quæ ſapit votum captandæ mortis, cenſenda eſt odioſiſſima, &
4 ſtrictiſſimè, quantum fieri poteſt interpretanda *Felin. in cap. ad audientiam col. 2. de reſcript. Rot. dec. 458. nu. 1. par. 1. diuerſ. Spad. conſ. 79. nu. 7. lib. 3. Rot. dec. 143. nu. 1. par. 2. rec. & cor Royas dec. 318. nu. 7. & in d. Romana Penſionis 15. Febr. 1664. §. hinc non facit cor. Reuerendiſſ. Ninot. De Luc. in Theatr. Verit. & Iuſt. lib. 13. par. 2. de Penſ. diſcur. 51. nu. 11. & diſcur. 58. nu. 5.* ità vt non
5 ſeruata ad vnguem forma data in facultate transferendi annulletur omninò translatio *Mantic. dec. 286. nu. 1. Lotter. de Re benef. lib. 16. quæſt. 37. nu 9. Gratian. c. 596. nu. 5. 6. & in Ferrarien. Penſionis 18. Iunij 1660.*
6 *§. vtrumque cor. Beuilaqua*, & remaneat Penſio apud transferentem *Rot. dec. 471. num. 56. par. 1. diuerſ. Spad. conſ. 75. nu. 4. lib. 3. Millin. dec. 174. nu. 3. & in d. Ferra-*
7 *rien. §. nec refert*; ità vt per eius obitum extinguatur ac ſi non fuiſſet translata *Rot. dec. 38. nu. 1. par 6. rec.*

Et quamuis aſſignari non poſſit certa regula ſeruanda in huiuſmodi translationibus, cum omninò
8 dependeat à tenore indultorum, qui ſolet eſſe diuerſus iuxtà varias perſonarum qualitates, & placitum Summi Pontificis; Regulariter, tamen, proceditur per viam caſſationis antiquæ, & creationis nouæ penſio-
9 nis coram Executore, in dignitate Eccleſiaſtica, conſtituto, & coram eo præſentantur literæ reſeruationis, & facultatis transferendi, vel ſaltem copia ex-
10 tracta ab originali *Put dec. 246 par. 3. Rot. d. dec 689. num. 4. par. 4. diuerſ Barboſ. in prax. exig. penſ. par. 1. quæſt. 2. num. 58 Coce. dec. 321. num. 1.* nec ſufficit, vt ipſe executor atteſtetur vidiſſe, vt firmat *Rot. dec.* 11
143. nu. 3. par. 2. rec. quia, cum dictus executor ſit delegatus, debet eſſe certus, de ſua Iuriſdictione, & ſi 12
antè omnia ei, non exhibeatur reſcriptum, proceſſus eſt nullus, *cap. ſuper eo il 2. de appell. Clem. 1. de* 13
Procurat. Ferrett. conſ. 85. num. 4. Rot. dec. 96. par. 1. receut.

Sufficit, tamen, vt coram eodem executore, exhibeantur literæ facultatis transferendi, abſq; eo, quod
oſtendantur literæ reſeruationis, quia non recipit Iu- 14
riſdictionem à reſeruatione, ſed à facultate transferendi, & ideò eius exhibitio ſola operatur, in puncto, *Spad. conſ. 78. lib. 3. Grat. cap. 551. n. 23. 24. Rot. dec. 562. nu. 14. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 153. num. 18. par. 5.* Imò
quando (vt contingit aliquando) fuit data facultas 15
transferendi coram Notario, aut ſine alicuius miniſterio, nulla requiritur exhibitio; etiamſi fiat translatio coram Iudice *Rot. d. dec. 668. par. 4 diuerſ. Spad. conſ. 77. nu. 7. & conſ. 78. per tot. lib. 3.*

Inſuper ex Bulla S. M. Vrbani VIII. in ordine *la 20.*
non poteſt fieri translatio vltrà medietatem fructuũ 16
Beneficij, ità, & taliter, vt non ſubſtineatur, niſi medietas eorum, pro titulari remaneat, vt in ſpecie *Lotter. lib. 1. q. 36. nu. 127.* benè *de Luc. d. lib. 13. de Penſ. diſcurſ. 55. per tot. Rot. cor. Royas dec. 169. nu. 1.* Valor, au-
tem, Beneficij, ad hunc effectum, cõſideratur, de tem- 17
pore translationis, ità vt, ſi deindè, vel creſcant fructus, vel ceſſent aliæ penſiones, ad fauorem titularis non reconualeſcat, nec augetur penſio ad fauorem translatarij, *Rot. d. dec. 169. num. 10. & dec. 184 per tot. & dec. 217. cor. Royas, Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 138. num. 6. 7.* & quod ità omninò ſeruandum ſit poſt dictam Bullam Vrbani dixit *Rot. dec. 201. & 282. par. 12. rec.*

Si, verò, facultatem habens transferendi excedat eamdem facultatem, penſio translata non annullatur
in totum, ſed ſolum, in exceſſu, vt firmauit *Rot. d. dec.* 18
689. nu. 2. par. 4. diuerſ Franc. de Iur. cathedr. cap. 7. num. 126. Coccin. dec. 322. nu. 9. Mantic. dec. 153. per tot. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæſt. 36. nu. 79. 80. Buratt. dec. 169. ad fin. & ibi *add. lit. F, Salgad. Labyr. cred. par. 4. cap. 4. nu. 19. & ſeqq. Rot. dec. 282. num. 2. part. 12. rec. de Luc. vbi ſupra d. diſcur. 55. num. 9.* ea ratione, quia in ſummis, qualis eſt Penſio, vtile per inutile non vitiatur per
tex. in l. 1. §. ſed ſi mihi, & ibi *Iaſ. num. 7. de verb. oblig.* 19
Boer. dec. 162. num. 4. quod, tamen, limitatur, & non habet locum, contradicente transferente, quando, enim, ille contradicit, nec contentus eſt reductione,
penſio non reducitur, ſed annullatur in totum; Nam, 20
ſicuti, quando alicui reſeruatur penſio ex cauſa reſi-
gnationis, tunc ſi penſio, in parte eſt nulla, in totum 21
remanet nulla, & non reducitur, niſi volente ipſo reſignante, iuxtà opinionem à Rota canonizatam, vt per *Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 425. & cor. Millin. dec. 246. de Luc. d. diſcur. 55. num. 10.* ſic in caſu noſtro, ſi transferens penſionem contradicat nullitati, nec velit, quod reducatur penſio, in minorem ſummam, ſi penſio, pro parte non valet, non debet valere in totũ, nam eadem regula, quæ militat in reſignatione Bene-
ficiorum militat in translatione penſionum *Rot. dec.* 22
471. nu. 5. 6. par. 1. diuerſ. & cor. Millin. d. dec. 246. vt in puncto ratiocinando firmat optimè *Spad. conſ. 75. nu. 7. & ſeqq. lib. 3.*

Huiuſmodi Penſio translata, quæ translatio, vt dixi, fit per viam extinctionis, & creationis, ſeu reſeruationis nouæ penſionis, reſpectu titularis, non eſt noua
penſio, ſed eſt eadem in ſubſtantia, nec inducit no- 23
uum grauamen, ſed ſolũ fit mutatio perſonæ, & quæ-
dam delegatio ſolutionis alteri faciendæ, & ideò di- 24
citur modici præiudicij, cum ſæpè contingat præmori translatarios, etiã iuniores *Rot. dec. 122. nu. 9 par. 1. rec.*

Millin.

*Millin.dec.327.num.3.Parif.conf.5. num.86. lib.4. Gratian.disceptat.335.num.24.Buratt.*latè *dec.638. num.3.* & ibi,*add.nu.9.Merl.dec.243.nu.13.Royas dec.318.Barbof.prax.exig.penf.par.1.quaeft.2.num.62.*quod,tamen,
procedit folum,quoad titularem;nam refpectu trans-
25 latarij,eft noua penfio *Greg. dec. 18. nn.2. Add.ad Buratt.dec.638.n.10.*Hinc eft,quod etfi literæ translatio-
nis habeant pararam executionem, & detur transla-
26 tario via executiua,ficuti transferenti, *Duran. dec.60. nu.3.Lotter.de re benef.lib.1.quaeft.40.nn.305. Garz. de Benef.par.1.c.5.n.470.Barbof.in prax.exig.penf.d.quaeft.2.nu.67.*tamen,quafi poffeffio eiufdem transferentis,
non iuuat translatarium, ad effectum obtinendi ma-
27 nutentionem,in exigendo,*Buratt.dec.638.num.5.*& ibi *add.nn.11.Garz.de benef.par.1.c.5.nu.470. & feqq.Rot.dec.122.num.11.par.1.rec. Barbof.in prax exig.par.1.quaeft.2.nn.57.& 69.Rot.dec.305.nu.2.par.3.rec.Lotter.de re benef.lib.1.q.36.num.119.& feqq. Grat. difc. 113. numer.75.* optimè *de Luca d.lib.13.de penf. difcur. 61. num.2.*

Quod,dixi, fuprà de facultate transferendi penfio-
nes,quod fit odiofa,adeò verum eft,vt quælibet verba
28 indulti fint ftrictiffimè interpretanda, contrà transla-
tionem;vndè facultas transferendi penfiones referua-
29 tas fuper fructibus Beneficiorum, non habet locum,
in referuata,fuper diftributionibus, quia iltæ, non ve-
niunt nomine fructuum,nifi in cafu,quo ijdem fructus
Beneficij omnes cõfiftant in diftributionibus,quo cafu
dicuntur fructus,vt probaui alias, & firmat in termi-
nis *Rot.in Rom.Penfionis 15 Februarij 1664. cor. Reuerendiff.Gerunden.dec.126.poft tract.& in eadem Romana Penfionis 1.Iulij 1665.cor. Ottalor.* Et quando quis ha-
31 bet facultatem nominandi translatarium non poteft
transferre nutibus,fed requiritur expreffa,& fpecifica
nominatio,cum voce transferentis iuxtà tenorem fa-
cultatis,vt optimè *Spad.conf.80.per tot. lib.3. Rot. dec. 307.par.10.rec.*& latiffimè *in dec.38.par.6.de Luc. in d. lib.13.difcur.59.nn.10.11.*qui per plures difcurfus ple-
niffimè materiam translationis penfionum examinat,
vbi, quod habens facultatem transferendi penfiones
32 in vnam, vel plures perfonas nominandas non poffit
ferre in perfonas incertas de certis, nempè, in fami-
liam iuxtà nominationem faciendam à tertio. Et
non obftante quauis ampliffima facultate transferen-
di,non valet translatio, quando in referuatione pen-
fionis eft Pactum, ne poffit transferri, nifi fpecificè
33 fuerit Pontifici narratum *Rot.dec.689.num.1.par.4.diuerf.& dec.153.num.1.2.par.5.rec.& dec.247. per tot. par.11.Ottbob. dec.239. num. 8. Spad. conf. 75. num.1.*
qui, tamen, dicit effe validam translationem,fed par-
tem transferentem teneri ad intereffe.

Aduertendum eft,quod habens facultatem transfe-
rendi non prohibetur transferre per Procuratorem,
34 *Garz.de benef.par.1.c.5.nn.246.Rot.dec.38. nu.51. par. 6.rec.* & quod licet in translatione requiratur con-
35 fenfus translatarij,vt probat *Gabr. latiff. conf. 185. & 186.lib.1.Spad.conf.78.nn.10.& feqq.lib.3.*tamen, non
eft opus,vt fit præfens translationi,vt ait *Spad.conf.76.*
36 *num.8.lib.3.* & poteft acceptare, & dare confenfum
poft mortem transferentis *Mohed. dec. 28. 31. de re-*
37 *nunc.Rot.dec.58.num.77.par.6.rec.eadem Rot.in Ferrarien.Penfionis 18.Iunij 1660.cor.R P.D.Beuilaqua,dec. 36.nu.5. poft tract.* ficuti poft mortem eiufdem trans-
ferentis Caractere Clericali infigniti poteft translata-
38 rius,vt obtineat penfionem,*Gabr.conf.186. nu.3. lib.1. Parif.de refign.lib.4.q.2.nu.77.& feqq.* Et iure,quidem,
merito;nam plerumq; translationes huiufmodi fiunt
59 in articulo mortis,& dummodò transferens fit, com-
pos mentis, etiamfi grauiffimo morbo laboraret, &
animam ageret, etiam ad perfuafionem aliorum, &
fuggeftionem ipfius translatarij, validè transferret

Lother. de re benef.lib.1.qu.40.n.55.& feqq. Coccin.dec. 455.nn.5.6 & difcuffo articulo in *Ferrarien. Penfionis 21. Iunij 1660. cor. Eminent. Cerro.*

Plura hic addi poffent pertinentia ad translationẽ
penfionum, quia, tamen, vt fuperius indicaui mate-
ria ifta tota dependet ab explicatione facultatum, &
Indultorum, ideo difficile eft articulum in abftracto
examinare.

Cęterùm pro complemento articuli omittere non
poffum cafum in praxi contingibilem, videlicet, An
ille, qui alteri ceffit penfionem, poffit in eius præiu- 40
dicium transferre, vel alio modo extinguere.

Pro cuius intelligentia fciendum eft penfionum cõ-
moditatem effe in noftro commercio, ficut quælibet
alia res merè temporalis, & per confequens poffe ce-
di, alienari, donari, aut,alio quocumque modo,obli-
gari, & in alium transferri, fine vllo Sedis Apoftolicæ 41
Beneplacito, *Lotter.de re benef. lib.1. qu. 42. num. 23. & feqq.Garz.de Benef.par.1.c.5.num.29.Salgad. Labyr. cred.par.1.c.43.nu.47.Suar.de Relig.tom.1.lib.4.c.26.n. 9.17.Bonacc.de Simon.§ 3.par.4.propof.2.n.13.Rot.cor. Greg.dec.440 per tot.Olea de ceff.tit.3.q.1.num.12. Barbof.de Iur.Eccl.lib 3.c.11.num.20.Rot dec.397.num. 19. par.12.rec.Cenfal.de Luc.difc.76.n.11.*vbi quod feque-
ftrari poteft pro debito, *Duran.dec.17.per tot. de Luc.* 43
d.tract.de penf.d.68.num.26.

Imo, & ipfi fructus Beneficij, & eorum commodi-
tas hypothecantur, & alienantur licitè, ad vitam Be-
neficiati, *Abb in c. peruenit num.11. de fideiuff. Barbof.* 44
in c.16.de reftit. fpoliat. Pafqualig. dec. moral. 210. per tot. Redoan.de reb.Eccl. non alien. tit. de conft. ann.redd. numer.17.18.Salgad. Labyr. cred. par. 1.cap.42.num. 2. Lotter. de re benef.lib.1. q.42.num.25.& feqq. Rot.dec. 102.per tot.vol.confil. Farinace.

Penfionarius, autem cedens commoditatem pen-
fionis,retinet in fe titulum, & eius morte non ceffio-
narij expirat penfio, imò, nec transfert Ius exigendi
penfionem,in hoc, enim, confiftit ipfa penfio,quæ nõ 45
poteft auctoritate propria,& fine Papa in alium trãs-
ferri, fed folum cedit, & dat facultatem exigendi fru- 46
ctus penfionis, tanquam ad fe, pertinentes, *Gabriel. confil.162.num.8.lib.2.Tondut.qu.benef.lib.1. capit. 35. Lotter.de re benef. cap.43.nn.46.Pafqualig.qu.moral. c. 215.per tot.* latè probans penfionarium, ratione titu-
li, quem in fe retinet, obligari ad recitationem hora-
rum Canonicarum.

Sciendum eft, etiam, effe in facultate penfionarij,
fine licentia Apoftolica caffare, remittere, extingue-
re, & diminuere penfionem, ex qua talis extinctio
eft, ad fauorem Ecclefiæ, & per eam beneficia ad pri- 47
ftinum libertatis ftatum reducuntur, *Parif. de refign. lib.6.part.2.num.123. Rot. dec. 454. num.7. p.1.diuerf. cor.Buratt.dec.469. Bellon. Iun. confil.27.num.1 Garz. de Benef. par.5.cap.5.num.39.Rot.dec.397. num. 20. p. 12.rec. Lotter.de re benef. q.42.num. 7. 8. Mediolanen. Penfion.17.Nouemb.1662.§.fecundò,cor.Priolo de Luc. loc.cit.difcur.11.& n.9.10.*etiamfi fiat per viam tranfa-
ctionis *Buratt.dec.464.nn.8.& latiff.* difcuffo articulo, 48
Clarl.contr.for.c.202.per tot. dummodò,tamẽ,non in-
teruenat pretium,aut pecunia,quia,hoc cafu,faperet
Simoniam,& fine licentia Apoftolica minimè permit- 49
teretur,vt in puncto, *Sayr.de Cenf.lib.2.c.5.n.15.,Garz. de Benef.par.1.c.5.nu.20.Fagn.in c.ad audientiam,n.82. & feqq.de refcript.de Luc.d.lib.13.difcurf.5. nu. 3.* quid-
quid dicant in contrarium Canoniftæ,& Theologi al-
legà *Cartar.dec.crimin.16.num.32.*

In huiufmodi, autem, diminutione, & extinctione
fieri non poteft aliquod pactum,per quod,vel,ob non 50
folutionem refidui, vel,ex alia caufa reuiuifcat, Pen-
fio diminuita, aut extincta, *Buratt.dec.469.n.2.& per tot.* quam decifionẽ latè exornat, *Merend.c.30.lib.21.* 51

Et ratio eſt patens, quia , quando eſt extincta prima
penſio,vel per conuentionem partium , vel alio quo-
cumque modo, reuiuiſcere non valet , nequidem de
partium conſenſu,ſine noua reſeruatione , & ſine no-
uo beneplacito Apoſtolico Barb.de I ✓.eul.vnu.lib.1.
cap.39 §.2.nu.79.Merl dec.382.nu.3.Ferraren.Penſio
nis 1665.cor.Alberg.Ramana Penſionis 15. Iunij 1668.
cor. Alberg. §.fin. in qua plures aliæ deciſiones alle-
52 gantur,niſi,in caſu diminutionis , intuitu paupertatis
titularis;hæc enim, diminutio expirat mortuo titula-
ri Gigas conſ.125.nu.6.& ſeqq Buratt.dec.469. num.16.
Rot.dec.345.par.9.rec.per tot.

Sicuti non ſufficit partium conſenſus , ad conuali-
dandam penſionem nulliter reſeruatam Caſſad. dec.4.
53 de penſ.Achil.dec.12 eodem tit Penn.dec.149.num.19
quia validare penſionem innalidam non dependet à
facto partium , ſed à poteſtate Pontificis , nec valet
54 concordia,ſuper validitate Sarnen in Compend.ſignat.
num.87.Pariſ.de reſign.lib.6. quæſt.2. num. 8. Mohed.
dec.12.de renunc.Gambar.de off.& pot. leg. lib.6. num.
483.Barb.de Iur.eccl.lib.3.cap.11.num.75. Nam ſicuti
55 partes non poſſunt nouam reſeruare penſionem , ità
nec poſſunt nulliter reſeruatam validare,Grat diſcept.
for.c.962.num.34.Giurb.dec.55.num.16.Surd.conſ.145.
num.14.Barboſ.vot.dec.5.num.25.Rot.dec.178. num.25.
56 & ſeqq.par.12.rec. quia penſio nulliter impoſita eſt ,
ac ſi non eſſet reſeruata,& nihil operatur, nec de ea
fieri debet aliqua mentio , vel in noua reſeruatione ,
57 vel in impetratione Beneficij Rot. dec.739. par.2.rec.
dec.666.num.1.par.1.& dec.33.num.5.par.4.tom.2.&
poſt Dnard.de cenſ.dec.102. num.3. licet regula ſit ſatis
nota,quod in reſeruatione penſionis ſuper Beneficio.
58 exprimenda ſit prima penſio,Caputaqne dec.98.par.2.
Tondut quæſt.benef.lib.1.c.6. Fagn. in cap. ſuper litteris
nu.67.de reſcript. Melenitana Penſionis 28. Iunij 1669.
§.Iuſtitia cor.Ottal.de Luc.de penſ.diſc.4.n.2 Ita vt talis
penſio, vel nulla, vel ſemel extincta, ſi fuit exacta , &
deinde declaretur nulla,& extincta reſtituitur titulari
59 à principio reſeruationis,vel à die extinctionis Lotter.
de re benef.lib.1.quæſt.38. numer. 229. & ſeqq.Rot.poſt
Zacch.de oblig. cam.dec.15. & dec.3. num. 67. & dec.
281.per tot.par.7.& dec.418.num.5.& dec.500.num.4.
par 9.rec.

Aduertendum eſt , autem , id quod diximus de di-
minutione,& reductione penſionis ſine licentia Apo-
ſtolica non habere locum , quando penſio fuit reſer-
uata ſuper Beneficio pleno, ad fauorem Nepotis, aut
60 alterius coniuncti,quia ad euitandas fraudes , & col
lationes , quæ in talibus reſeruationibus euenire ſo-
lent,Papa vult, vt ſoluantur , & probetur ſoluta inte-
61 gra penſio vſque ad mortem titularis Barb. vot. deciſ.
5.num.9.10. & quidem pleniſſima probatione , ità vt
non ſufficiat probatio ſolutionis aliquorum termi-
norum,nec ſufficiat confeſſio titularis de recepto,ſed
requiritur publicum Inſtrumentum , & depoſitiones
62 teſtium,qui viderint numerationem pecuniæ, vt plu-
ries conſtantiſſimè firmauit Rot. cor. Buratt. dec. 156.
per tot.cor.Merl.dec.125.dec 406.nu.1. & ſeqq.par.10.
dec.287.num.9.par.5.dec.178.num.14.& ſeqq. par. 12.
dec.585.num.5.par.4.rec.& in Ariminen. Penſionis 10.
Maij 1662. in princ. cor. Emerix deciſ. 106. poſt tract.
Barboſ.d.vot.deciſ.5.per tot.

Sicuti , quando reſeruatur Penſio ſuper Beneficio
pleno eſt neceſſaria pleniſſima probatio valoris in
63 ſupplicatione narrati Penn dec.569.num.14. latiſſimè
Rot dec.11 par.11.rec.ità vt exceſſus in minimo vitiet
64 in totum reſeruationem Garz.de benef.par.1.c.5.num.
427.Add.ad Buratt.dec.369.num.8. Tondut.de penſ.cap.
15. num. 3. Parmen. Penſionis 1. Iunij 1665.deciſ.131.
num.2.poſt tract.confirmata cor.eodem 15.Febr. 1666.§.
2.cor.Ottalor.

Nec conſenſus anteceſſoris, ad hunc effectum, præ-
iudicare poteſt ſucceſſori,licet regulariter præiudicet
Seraph.dec.1122.n.1.dec.511.par.4.rec. Garz. de benef. 65
par.1.c.5.num.442.& ſeqq.dec.306.num.6. par.10. rec.
etiamſi dictus ſucceſſor,in aſſecutione Beneficij , nar-
ret dictum Beneficium eſſe penſione grauatum , per
talem, enim, narratiuam non dicitur approbare pen-
ſionem Merl. deciſ.343. Add.ad Greg. dec.57.num.17. 66
Barboſ.vot.deciſ.126.num 258.Rot.dec.306 num.7. par.
10.rec & ratio eſt , quia dum ſucceſſor narrat Benefi-
cium eſſe penſione grauatum,fatetur,quidem, factum
reſeruationis , ſed non ideò approbat validitatem
gratiæ Rot. dec. 278. num 3. 4. poſt Poſth de manut. d. 67
dec.306.nu.10.par.10.rec. Ariminen.Penſionis 10.Maij
1662.§.quia cor. bo:me: Emerix .

Prætereà eſt aduertendum , quod in reſeruatione
penſionis fieri poteſt Pactum regreſſus ad Beneficiũ , 68
ob non ſolutionem , &c. quod Pactum operatur, vt
titularis,nullo modo poſſit petere nullitatem, vel re-
ductionem penſionis,niſi dimiſſo Beneficio, Lotter. de 69
Re benef.lib.1.quæſt.42.num.38.Rot.dec.63.par.1.diuerſ.
& dec.283.num.17.par 5.rec.d.Parmen.Penſionis 1.Iu-
nij 1665.confirmata 1666.coram R.P.D. Ottalora , vbi
firmatur , quod hoc Pactum regreſſus iuuat etiam
ſucceſſorem, in Beneficio , & exerçetur contrà trans-
latarium penſionis .

Cuius vigore Pacti,quando penſionarius vtitur iu-
re regreſſus,extinguitur Penſio , & conſolidatur cum
titulo Beneficij ; nam ſicuti vſusfructus extinguitur , 70
vbi vſufructuarius acquirit proprietatem l. ſi tibi fun- 71
di,ff.quib.mod.vſusfr.amit.ità etiam per aſſecutionem
tituli,extinguitur penſio add.ad Buratt. dec.528. nu.4. 72
vbi num.5. firmat non ſufficere , quod penſionarius
reuertatur ad beneficium, ſed requiri , quod hoc fa-
ciat,titulo irreuocabili;Et quamuis,pendente tempo-
re, & Iure regreſſus , noua reſeruatio penſionis ſuper
beneficio ſit valida , etiam non facta mentione re- 73
greſſus;tamen,quando regreſſarius capit Beneficium,
nihil eidem præiudicat d. reſeruatio Penſionis, ſed in
totum extinguitur , ac ſi nunquam fuiſſet reſeruata 74
Put.dec.97.lib.2.Gigas de penſ.quæſt.79. Barb. vot. dec.
126.num.257.

Ex quo ſequitur, quod quamuis ſucceſſor in Bene-
ficio poſſit conueniri pro penſionibus decurſis in vita
prædeceſſoris Gig.de penſ.quæſt.39.numer.11. Rot. dec. 75
176.num.3.par.2.rec. Cyriac. contr.397. num.49. Ton-
dut.quæſt.ciuil.par.2 cap.1.§.4. num.60. & ſeqq. ità vt
ſit in poteſtate penſionarij , vel conuenire hæredem
prædeceſſoris,vel poſſeſſorem Beneficij Rot. dec. 253. 76
num.1.par.3.rec.latè Buratt.dec.448.per tot. Greg. dec.
507.& ibi, Beltram. dummodò tamen non fuerit ne-
gligens in exigendo , & doceat de diligentijs factis,
tempore prædeceſſoris , Achil. dec. 3. de penſ.Seraph. 77
dec.1351.num.1.Garz.de benef. par.1. cap.5. num. 199.
Gratian.diſcept.for.cap.49.num. 52. Add. ad Buratt. d.
dec.448.num.10.Tondut.quæſt.benef.lib.1.cap.47.num.
23. & dummodo remaneat ſucceſſori ſufficiens con- 78
grua Lotter.de Re benef.lib.1 quæſt.69. num. 150. Greg.
d dec.507.num.5. Tondut de penſ. cap.20. num.2. hoc
tamen non procedit in acquirente Beneficium Iure
regreſſus,quia hoc caſu,regreſſarius non capit Bene-
ficium tanquam ſucceſſor , ſed ex ſuo primæuo Iure , 79
vt optimè Merl.dec.243 num.15.& ſeqq.

Quibus, ità firmatis, redeundo ad dubium propo-
ſitum; An, qui ceſſit Ius exigendi penſionem, poſſit
eam in alium transferre,vel extinguere, breuiter cum
diſtinctione reſpondeo . Aut penſionarius ſimpliciter
conſignauit ſuo creditori fructus , & commoditatem
penſionis,vt ex ea ſatisfieret,& hoc caſu , extinguere
poteſt,aut vltrà ſimplicem aſſignationem , conſtituit
ceſſionarium Procuratorem irreuocabilem ad exi-
gendam

gendam pensionem,& tunc non valet, vllo pacto, ex
tinguere, aut in alium transferre, quia, hoc casu, vt su-
pra probaui retinet purum titulum, qui est omninò
inefficax, vt in puncto (quidquid dicat *Fagn.in cap.ad
audientiam num 96 & seqq.de rescript.*) examinato ar-
ticulo probant *Salgad.Labyr.cred.par.1.cap.43.per tot.*
cuius doctrinam sequitur,& canonizat *Rot. dec. 397.
per tot.par.12.rec. Lotter. de Re benef. lib.1. quæst. 42.
num.9. & seqq.* qui testatur decisionem *Rotæ 129. par.
1. rec.* quam ipse obtinuerat, in contrarium fuisse in
dubium reuocatam, à qua Rota deflexit,& articulum
optimè, de more, examinando, firmat *de Luc.d.lib.13.
de pens.disc.68.per tot.*

Et hæc dicta sufficiant, de Pensionibus, quoad per-
tinentia ad nostrum tractatum, nunc aliqua attin-
genda sunt de resignatione, & permutatione benefi-
ciorum in his, in quibus ad eumdem tractatum per-
tinent.

Et in primis, aduertendum est, quod sicuti, vt vidi-
mus Expectatiuæ Beneficiorum prohibentur ob vo-
81 tum, quod sapiunt captandæ mortis, ità omnes pro-
uisiones, resignationes,& permutationes, quæ aliquo
modo, tendunt, vel ad captandam mortem benefi-
ciati, vel ad supplantandum successorem in Benefi-
cijs, omni Iure prohibentur per Sedem Apostolicam,
82 prouidè statuendo, contrà fraudes adinuentas in eli-
gendo successorem antè mortem Beneficiati.

Hinc est, quod ad hoc, vt valeat resignatio, ne fiat
à graui morbo laborantibus, aut in articulo mortis,
debet resignans post datum consensum viuere vltrà
83 20.dies *Spad.cons.82.lib.2.* ità vt resignante mortuo
intra dictum tempus resignatio sit nulla, & benefi-
84 cium dicatur vacare per eius obitum *Caputaq. dec.
16.num.12.13.par.3.Paris.de resign.lib.12. quæst.3. nu.
2.& seqq.De Luc.in d.tract.verit.& instit.lib.12.de be-
nef.discur.34.num.9 10.*

Vlterius resignationes, vt obuietur fraudibus iux-
tà formam *Bullæ Gregorij XIII.* in ordine 85. §. 3. *in
85 Bullar. nou. tom. 2.* debent publicari intrà sex menses
*Garz. de benef.par.11. cap.3. num.321. Peun.dec.325.
num.9. Mediolanen. Iurisp. 10. Decembris 1660. coram
86 Reuerendiss. Albergat.* Ita vt resignatarius teneatur
ostendere dictam publicationem, etiamsi esset reus,&
possessor, nam, etsi verum sit, quod reus, & possessor
87 non teneatur aliquid iustificare, hoc, tamen, non pro-
cedit respectu exceptionis productæ, scilicet, resigna-
tionis, in qua, cum sit actor, plenè tenetur iustificare
88 esse validam, vti fundamentum suæ exceptionis *l. 1.
ff.de except.* in puncto *Rot.cor.Royas dec.80.per tot.* vbi
cum alijs decisionibus rotalibus firmat, quod, cum
publicatio sit pars gratiæ reddit resignatarium inca-
89 pacem ad beneficium,& probat etiam *Palm. cons.80.
per tot Rot.dec.91.par.4.tom 2.rec. Paris. de resign. lib.
10.quæst.3.per tot.Caual.dec.214.num 2. Merl. dec.329.
num.9.* Quia, hoc casu, probatur negatiua dictæ pu-
blicationis eo, ipso quod non ostenditur; secus est, si
90 agatur pro iustificatione impetrationis Beneficij, ob
non publicationem, hoc, enim, casu tanquam funda-
mentum suæ gratiæ spectat ad impetrantem probare
91 dictam negatiuam publicationis *Rot. dec.305 num.1.
par. 8. rec. d. Mediolanen. Iurisp. 10. Decembris 1660.
§.negatiua cor, Reuerendiss. Alberg.* sicuti si doceretur
de triennali possessione, quo, etiam, casu, præsu-
meretur publicatio, nec esset à possessore proban
92 da *Garz. dec. Benef. par. 11 cap. 3. §. 4. num. 312. Do-
nat. Anton.de Mar. cap.508. numer.16 Royas dec.80. à
princ.*

Cuius publicationis defectus nullitatem inducit
etiam contra resignantem, qui etsi regulariter habeat
93 regressum ad beneficium, & non perdat suum ius,
nec amittat suam possessionem, etiam ad effectum

manutentionis, etiamsi resignatio esset nulla, donec
resignatarius obtineat pacificam possessionem, *Do- 94
nat. Ant.de Mar.cap.103.num.2. & seqq. lib. 1. Penn.
dec.192. num.2. Ottob. dec.19. per tot. Rot. dec.177. nu.
17. part. 11. rec. Colonien. Canonicatus 10. Decembris
1660. §. obiectum cor. b. m. Emerix, & in Asculana
Benefi ij 23. Maij 1664. cor. R. P. D. Taya, decis. 149.
post Tractat.* Tamen, quando, nullitas procedit, ex
non publicatione resignans Beneficium non repetit,
quia omne Ius per huiusmodi defectum, ab eo cecidit
iuxtà dictam Bullam Gregorianam, vt cum *Verall.
dec.80. part.3.* firmat *Donat. Ant. de Mar. cap. 308. 95
num.3.lib.1.* & latè de Materia *de Luc.d.lib.12. de be-
nef.discur.94. per tot.*

Præterea, ad euitandam Successionem,& Successo-
ris supplantationem resignatio, seu permutatio Be-
neficij sub spe consequendi, aut obtinendi aliud Be-
neficium, vel iam vacans, vel proximè vacaturum non
valet, quia hoc fieri solet in fraudem, vel Sedis Apo- 96
stolicæ, vel alterius, ad quem spectaret collatio, iux-
tà regulam tertiam Cancellariæ, & Constitutionem
Pauli V. relatam per extensum à *Garz. de benef. part.
11. cap.5.num.64. Merl.dec. 559.num.1.* & optimè fir-
mauit *Rot. in Vrgellen. Parochialis 14. Decemb. 1663.
confirmata 20. Iunij 1664. cor. Verosp. decis. 194. post
Tractat.* vbi latissimè firmatur, quod quando resigna-
tio, & permutatio fit iam vacante alio beneficio,
quod assequitur resignans, semper habet locum dicta 97
Constitutio Paulina, & dicta regula tertia Cancella-
riæ, non obstante bona fide, & ignorantia vacationis
in resignante, & resignatario, licet secus sit, quando
beneficium, quod deinde consequitur resignans, non
dum vacabat; tunc, enim probandum est resignatio-
nem fuisse in fraudem speratæ vacationis, & conse-
cutionis alterius Beneficij, quæ fraus probari potest 98
coniecturis, quas numerat *Passer.in c si te num. 5. &
seqq.de renunc. in 6.*

Ex eadem ratione euitandi successionem,& votum
captandæ mortis prohibentur Patroni Iurispatrona-
tus, & Collatores Beneficiorum præsentare, & con-
ferre Beneficia ante vacationem, *Garz. de Benef par. 99
10. cap. 1. num.4. & seqq. Rot. cor. Put. dec. 238.num.
3 lib.1. Add. ad Buratt. decis. 91. lit. A,* Imò, nec va-
let promissio de Beneficio vacaturo, vt est *textus* ex-
pressus *in c. detestanda, & in cap. ne captandæ de con- 100
cess.præb. in 6. Fagn. cap. nulla num.4. 13. de concess.
præb.Barb. de pot. Ep. alleg. 2. part.3. num. 3.* & latius
in d. c.nulla per tot. de conces.præb. quia per dictas pro-
missiones desideratur mors titularis contra *tex. in c. 101
vnic. de Sacr. vnct.* & ideò nec valet ante vacationem
constitui procurator ad præsentandam personam cer-
tam, *Maresc.var.resol.lib 2. cap.33.num.1. & seqq. Fe-
rentill. ad Buratt. dec.21.num 29.* cum alijs apud *add. 102
ad Gregor. dec.420.num.9.*

Et hæc, quæ dicta sunt de resignatione possunt
adaptari etiam ad permutationem,
de qua plura videas valdè eruditè
apud *de Luca de benef. disc.
40. & seqq.*

CAPVT IX.

De Cenfu Vitalitio. Qui fit, an fit licitus, & retenta affirmatiua, argumenta in contrarium diluuntur. Vlterius quæritur an Bulla Pij V. de Cenfibus habeat locum in Vitalitio. An poffit refcindi ob læfionem. An fit redimibilis ad voluntatem debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Cenfus Vitalitius dicitur redditus qui ad vitam emptoris, vel alterius conftituitur.*
2 *An fit licitus.*
3 *Eft illicitus ad rationem octo, vel decem pro fingulo Centenario, & Anno.*
4 *Et dicitur vfurarius.*
5 *Et inducit votum captanda mortis.*
6 *Conftitutus ad vitam Venditoris eft licitus, non vero ad vitam.*
7 *Valet Cenfus Vitalitius.*
8 *Etiamfi fiant fuper vita duorum, vel plurium.*
9 *Quo cafu poft mortem vnius alteri accrefcit.*
10 *Prohibuit Philippus Rex Hifpaniarum Cenfum Vitalitium ad vitam duorum, vel plurium.*
11 *Eft valida venditio vfusfructus alicuius fundi, & hoc cafu omnes fructus rei ad emptorem pertinent.*
12 *Annui redditus ad vitam funt fimiles vfufructui.*
13 *Annua penfio in fingulo anno quoad quis vixerit teftamento relinqui poteft fimpliciter, vel defignato fundo.*
14 *Ex incertitudine vita iuftificatur cenfus vitalitius licet fit venditus habita ratione ad decem, & duodecim pro fingulo centenario, & Anno.*
15 *Licet redditus percepti fortem acceptam excederint, valent.*
16 *Excluditur vfura ob vita incertitudinem.*
17 *Et quia morte emptoris fors extinguitur, nec debet reftitui.*
18 *Non valet cenfus vitalitius, quando pretium reftitui debet poft mortem.*
19 *An poffit peti fors, quando fuit initum Pactum, vt ftante mora in foluendo annuam portionem, repeti poffit.*
20 *Votum captanda mortis quare non habet locum in cenfu vitalitio.*
21 *Non attenditur votum captanda mortis, quia difpofitio non eft de omnibus bonis.*
22 *Captatio mortis excluditur, quando interuenit in Contractu perfona, cuius mortem captari periculum eft.*
23 *Spes deducitur in Contractu, & emi, & vendi poteft.*
24 *Contractus fpei eft validus, nec in eo poteft læfio confiderari.*
25 *Vita humana fubiacet periculis.*
26 *Periculum deductum in Contractu eft pars pretij.*
27 *Cenfus vitalitius fuper vita alterius, & non fuper fructibus alicuius prædij non valet fecundum aliquos.*
28 *Contra quod valeat.*
29 *Cenfus vitalitius non comprahenditur fub difpofitione Bullæ Pij V. loquentis de Cenfibus.*
30 *Cenfus vitalitius non annullatur, quando non habet folemnitates, de quibus in Bulla Pij V.*
31 *Cenfus vitalitius non poteft annullari ob læfionem.*
32 *Contra, quod ftante læfione annullari poffit.*
33 *Ad ignofcendam læfionem cenfus vitalitij, quæ fint attendenda.*
34 *Arbitrio Iudicis eft remittendum, an Cenfus vitalitius valeat, & reduci debeat.*
35 *Iudex in hoc debet regulare arbitrium, ab vfu regionis.*
36 *In Hifpania Cenfus vitalitij fiunt ad rationem vnius pro feptem.*
37 *Data validitate Cenfus ab initio, nequaquam annullari poteft ex poft, licet aliquis lucrum, & non damnum fentiat.*
38 *Læfio confideratur refpectu temporis Contractus, & non ex poft.*
30 *Quando Contractus eft dubius, & ita poteft effe ad lucrum, quam ad damnum, non attenditur quid eueniat.*
40 *Quando eft læfiuus reducitur ad iuftum pretium.*
41 *Vfusfructus computatur inter immobilia.*
42 *Cenfus vitalitius computatur inter immobilia.*
43 *Cenfus vitalitij funt in continuo periculo, vt amittantur.*
44 *Pecunia Ecclefiæ non poteft conuerti in emptionem cenfuum vitalitiorum.*
45 *Solemnitas ftatuti non requiritur in cenfu vitalitio.*
46 *Cenfus vitalitij funt redimibiles ad voluntatem venditoris.*
47 *Contra, quod redimibiles non fint.*
48 *Nifi vterque confenferit.*
49 *Vendens alteri Cenfum Vitalitium debet minori pretio vendere.*
50 *Cenfus vitalitius merè perfonalis eft nullus.*
51 *Quando Cenfus vitalitius fundatur fuper fundo frugifero, ad hoc vt valeat fructus effe debet fructibus correfpondens.*
52 *Et illo cafu duplici periculo Cenfus eft expofitus, mortis perfonæ, & peremptionis fundi.*

AGitur item quodammodo, de fucceffione, per Pactum transferenda, quando fuit Cenfus Vitalitij, fiquidem datur pecunia ab emente Cenfum 1
pro annua præftatione extinguenda per mortem alterius, ex contrahentibus, ideoque de hac re pariter ftatui nonnulla, licet, breui manu, exarare.

Dicitur Cēfus vitalitius, redditus, qui ad vitam emptoris, vel alterius conftituitur, & morte finitur, nec fors reftituitur, vt alijs omiffis, tenet *Couarr. var. lib. 3. cap. 7. num. 3. Surd de alim. tit. 9. quæft. 11. num. 2. Capyc. dec. 159. num. 16. Gutierez. canon. quæft. lib. 1. quæft. 5. nu. 2. 3. Salgad. Labyr. cred. par. 1. cap. 20. nu. 10. 11.* latiffimè *Cyriac. contr. for. contr. 1 in princ. Leotard. de vfur. quæft. 49. in princ.*

Si, verò, quæritur, an fit licitus, nec ne talis Contractus, refponde, quòd à multis reprobatur, vtpotè, qui conftituitur ad rationem octo, vel decem, pro fin-
gulo centenario, & anno, quod fapit vfuram, & præci- 2
puè à DD. allatis per *Roderic. de ann. reddit. d. lib. 1. qu.* 3
5. num. 4. per Cyriac. d. contr. 1. num. 10. per Cenc. de cenf.
quæft. 10. num. 2. exiftimantes huiufmodi Contractus 4
effe vfurarios, & à Catholicis non tolerandos, & ita etiam fentire videtur *Parlad. rer. quot. lib. 2. cap. 2. num. 18.*

Eo magis, quia inducunt votum captandæ mortis eius, qui annuas præftationes recipere debet, vt obfer-
uat *Surd. de alim. d. tit. 9. quæft. 11. num. 30.* vbi, quod ab 5
huiufmodi contractibus eft abftinendum, ne peccandi occafio præbeatur, dicit, enim audiuiffe à maioribus Io: Picum, qui ob egregias animi dotes Phænicis cognomentum meruerat, tali Pacto magnaret pecuniarum data quantitate alimenta ftipulatum à diuite quodam Florentino veneno abfumptū, quod is moræ impatiens, naturalis mortis diem expectare non poffet, cuius verba referuntur etiam a *Cyriac. d. controu. 1. num. 3.* & obferuat, etiam *Cenc. de cenf. d. quæft. 10. nu. 5.* vbi quod conftitutus ad vitam venditoris, fit vndequaque,

quaque licitus census vitalitius, sed de constituto ad
6 vitam emptoris dat dubitandi occasionem l. fin. C. de
Pact. quia, scilicet, ex eo oriri potest desiderium mor-
tis ipsius emptoris, quod iura abhorrent l. stipulatio
hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. cap. dispendia, &
cap. ne captandæ extr. de concess. præb. & plura etiam
tradit ad propositum, Leotard. de vsur. quæst. 49. num.
36. 37. & præcipuè, Polidori mortem a Virgilio rela-
tam, qui fuit a Thracio Rege interfectus, vt potire-
tur auro, quo ille Puer abundantissimè affluebat, vn-
de exclamauit Poeta

—— quid non mortalia pectora cogis
Auri Sacra fames?

Attamen communissima est contraria sententia,
quod valeant huiusmodi Census, ad vitam Constitu-
7 ti, vt latissimè probant, ex Theologis Sot. de Iust. &
Iur. lib. 6 quæst. 5. art. 2. in fin. Less. eodem tract. lib. 2. cap.
22. dubit. 6. fol. 277. Nauarr. de vsur. num. 71. Molin. de
contract. disput. 388. Azor. Inst. moral. par. 3. lib. 10. de
cens. cap. 5. vers. secunda sententia Filiucc. quæst. moral.
tract. 35. par. 2. cap. 1. num. 258. 259. Reginald. in prax.
for. pænitential. lib. 25. cap. 32. quæst. 3. num. 431. Bonace.
de Contract. disput. 3. quæst. 4. punct. 1. num. 17. cum alijs
latissimè adductis per Cyr. d. contr. 1. num. 4. & per Leo-
tard. de vsur. d. quæst. 49. num. 2 per Altogr. cons. 18. nu.
1. vers. & ex Theologis; ex Canonistis Innoc. Hostiens.
Io: Andr. Anchar. Abb. Bero. Archid. Anchar. & alij
per saturitatem cumulati per Cyriac. d. contr. 1. num. 7.
quibus addi possunt Couarr. var. lib. 3. cap. 7. Gutierez
lib. 1. quæst. Canon. cap. 39. cum cæteris adductis per
Gratian. discept. for. c. 856. in princ. ac ex Legistis, Dec.
cons. 123. num. 1 Roman. cons. 302. num. 3. & cons. 323.
num. 10. Gabr. cons. 141. num. 11. 52. Oldrad. cons. 207.
Decian. cons. 123. col. 1. Natt. cons. 498. num. 13. Cuman.
cons. 181. Castr. cons. 289. vol. 1. Capoll. cons. 14. num. 4.
vol. 1. & omissis alijs antiquioribus relatis per Cyriac.
d. contr. 1. num. 4. eandem sententiam probarunt Ca-
nal. com. contr. com. quæst 580. Gayl. lib 2. obseru. 8. Tusc.
pract. verb. emptio concl. 121. tom. 3. Redoan. de reb. Eccl.
non alien. rub. de const. ann. redd. num. 49. & seqq. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 23. num. 8. Surd. de alim.
d. tit. fin. quæst 12. num. 2. Auendan. de cens. cap. 20. num.
22. & seqq. Roderic. de ann. redd. d. lib 1. qu. 5. Gratian.
discept. for. d. cap. 756. in princ. Leotard. de vsur. quæst.
94. num. 2. 21 Cenc. de cens quæst. 10. num. 5. 13. Altogr.
cons. 18. num. 1 lib. 1. Salgad. Labyr. cred. par. 1. cap. 20.
num. 9. 10. 11. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. gl. 18. part. 3.
num. 97. pag. 464. & ita pluries admisit Rot. Rom. vt te-
statur idem Cenc. de cens. d. quæst. 10. nu. 13. nonnullis
relatis eiusdem Rotæ decisionibus, & firmauit Dec.
514. num. 3. post Cenc. de cens. & admisit etiam eadem
Rot. in dec. 253. par. 11. rec.

Et procedit conclusio, quamquam fiant super vita
duorum, vel plurium, possunt, enim, constitui, pro
pluribus personis, etiam insolidum, vt videlicet, mor-
te vnius non extinguatur redditus, pro parte, sed du-
8 ret vsque ad vltimum superstitem Gayl. d. obser. 8. lib.
2. Gratian. discept. for. c. 756. num. 57. vbi, quod, si vir
emerit, pro se, & vxore annuum redditum in vita eo-
rum, mortuo viro, debeatur vxori talis redditus, in
totum, non autem, pro dimidia, cum vna pars accre-
scat alteri, stante Contractu ita celebrato, quidquid
alias in Contractibus non esset locus Iuri accrescen-
9 di, vt per Rot. dec. 432. par. 4. diuers. & latissimè Fonta-
nell. de Pact. nupt. d. claus. 4. gl. 18. par. 3. num. 98. Rot.
d. dec. 514. num. 3. post Cenc. Leotard. de vsur. d. quæst. 49.
num. 23. dicunt, tamen, hoc esse nimis debitoribus
onerosum, vix, enim, est, vt ex ijs vnus non longissimè
viuat; Qua ratione motus fuit Philippus II. Hispa-
niarum Rex ad sanciendum lege lata vt Census vita-
litius ad vnius tantum vitam imposterum constitui
deberet ac ad duorũ, vel plurium vitam omninò pro-
hibitus intelligeretur, vt refert Roderic. de ann. redd. d. 10
quæst. 5. num. 12. idem Leotard. de vsur. d. quæst. 49. num.
24. dicunt, tamen, idem Fontanell. & Leotard. locis ci-
tatis, quod, quando ad vitam duorum, vel trium Cen-
sus emitur, leuior, & modestior redditus esse de-
bet &c.

Quòd, verò, valeant Census vitalitij, probatur
apertissimè ex clem. 1. de reb. eccl. non alien. vbi conce-
ditur Prælato, id Ecclesiæ necessitate exigente, pro
pecunia dimittere prędium aliquod Ecclesiæ, vel red-
ditum annuum alicui quamdiu vixerit, quod est Cen-
sum vitalitium concedere pro pecunia, vt obseruat
Leotard. de vsur. quæst. 49. num. 1. qui pariter id com-
probat, etiam auctoritate tex. in l. 8. in fin. ff. de pericul. 11
& commod. rei vend. vbi, quod est valida venditio
vsusfructus alicuius fundi, & hoc casu, omnes fructus
rei ad emptum pertinent l. 7. in princ. ff. de vsufruct. vt
ergo, per venditionem vsusfructus Ius percipiendi
fructus ex aliquo prædio in alium transferri poterit,
donec vixerit, ita prorsus Ius redditus annui, ex præ-
dio alterius emi, & comparari poterit, quamdiu quis
vixerit, & his, & similibus rationibus fundatur etiam
Couarr. var. lib. 3. c. 7. num. 3. vers. contrariam sanè opi- 12
nionem Cyr. contr. for. lib. 1. c. 1. num. 13. latè Gratian di-
scept. for. c. 756. num 5. & seqq. vbi, quod isti annui red-
ditus, ad vitam sunt similes vsufructui, ita, vt illos
emens, censeatur vsumfructum emisse &c. & latius
prosequitur idem Leotard. d. quæst. 49. n. 3. 4. vbi, quod
sicuti fructus agri, vel domus ad vitam alicuius vendi
possunt, pro certo precio, vt docet Bart. in l. eotem
ferro §. qui maximos num. 8. ff. de public. & vectigal; &
ita, & Ius redditus annui, ex fructibus eiusdem rei
præstandi in alium, iusto pretio transferri poterit,
quo fruatur, dum viuit, & tandem annua pensio in
singulos annos, quoad quis vixerit, testamento relin-
qui potest simpliciter, vel designato fundo, ex quo
percipiatur l. 4. 5. & l. 8. in princ. de ann. & menstr. le- 13
gat. vbi dicitur hoc legatum esse simile vsufructui, &
morte finiri l. Lucius 12. ff. de alim. & cibar. legat. ergo,
& redditus annuus ex fructibus alicuius fundi ad vi-
tam emptione potest acquiri.

Nec dicatur, quod non valeant, ex precij immodi-
citate, nam fructus, seu redditus fieri solet ad ratio-
nem octo, decem, vel duodecim pro quolibet cente-
nario, & anno; Quia, cum cesset reddita morte em-
ptoris, quæ est omnino incerta, ex hac incertitudine
iustificatur, vt ex multis, deducit Roder. de ann. redd. 14
d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. & latius Noguerol. alleg. 37. nu.
63. quem refert, & sequitur Olea de cess. Iur. & act. tit.
6. quæst. 10. num. 16. vbi etiam refert Gusman. de evict.
quæst. 21. num. 33. & seqq. vbi asserit, incertitudinis ra-
tione, licitum esse Contractum, & emptionem alicu-
ius Iuris vitalitij, quamuis redditus percepti sortem
acceptam excederint Larr. alleg. 17. ferè per tot. Cyr. d. 15
contr. 1. Grat. discept. for. c. 756. num. 7. & seqq. optimè
etiam Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 18 par. 3. num.
103. vbi quod huius Contractus Iustitia fundatur to-
ta in incertitudine vitæ eius, ad cuius durationem
fuerit ille celebratus, quæ facit, quod emptor nihil
certi lucri expectare possit, nec venditor damni, si-
cut, enim potest ille multis viuere annis, sic è con-
trario, paucioribus vitam finire, & ex consequenti
facit huiusmodi incertitudo, & æqualitas lucri, &
damni inter contrahentes, quod vsuræ locus non
fiat; prout, ita etiam, multis cumulatis obseruat
Cenc. de cens. quæst. 10. num. 18. & rat. post Rot. in Rom. 16
Vinea 20. Iunij 1670 cor. Reuerendiss. Albergato Deca-
no dec. 81. num. 3 & seqq. post tract. eundem d. dec. 514.
num. 2. & seqq. & in similibus terminis.

Et eo magis excluditur vsura, in hisce contractibus
Cen-

verb.oblig.cum similibus, Durau.d.par.3.cap.4.num.27.
Fusar.de substit. d. quæst. 503. num.65.66. Facbin. con-
trou. lib. 12. cap. 23. Altograd. Iun. d. controu.43. nu-
mer.8.

Huiusmodi, autem, conclusio adaptatur, etiam ad
casum de quo suprà num. 119. vbi confertur relictum
in personam hæredis; Nam, sicuti, vt vidimus, non po-
test conferri in liberam hæredis voluntatem, benè ta-
136 men poni potest in eius arbitrio, l.fideicommissa § sic
fideicommissum, vbi Bartol. & alij, ff.de leg.3. Pereg. d.
art.33. num.65. Fusar. d. quæst. 503. num.63. Durau. d.
par.3.cap.4. num.27. in fine, Cancer.Var.par.3. cap.20.
num.99.

Verumtamen est, quod ea, quæ suprà à Me; sunt
exarata, concernentia validitatem dispositionis col-
latæ in arbitrium alienum, adaptari possunt; ad ca-
sum, in quo agitur de dispositione collata in alterius
137 voluntatem expresè; & sic in tertio casu distinctio-
nis, de qua suprà num.109. non verò, in casu, quo aga-
tur de dispositione collata tacitè in tertij arbitrium;
138 vtpotè, quando dictum fuit, instituo, quem Titius fue-
rit arbitratus, tunc, enim, siue in liberam voluntatem,
139 siue in arbitrium fuerit collata dispositio erit nulla,
ex rationibus suprà deductis numer. 90. quod volun-
140 tas vnius non potest esse voluntas alterius, &c. vt
optimè declarat Surd. d. consil. 380. numer. 43. vbi,
quod aliud est, vt testator voluntatem suam cer-
tam supponat, & subijciat alterius voluntati, vt
quando dicit, instituo talem, vel lego tali, si Titius
voluerit, vel si Titio placebit, vel si videbitur, vel
si arbitratus fuerit; Hoc enim, casu Doctores distin-
guendo resoluunt, quod, aut subijcit se testator per
verba denotantia liberam Titij voluntatem, & dispo-
sitio non valet, aut per verba importantia arbitrium,
& tunc valet dispositio; & in his terminis, procedunt
iura, quæ probant, quod vltima voluntas potest alte-
rius arbitrio committi.

Aliud, verò, est, quod testator non disponat, sed
committat hæredi, vel alij eã disponendi facultatem,
& tunc, siue verba importent arbitrium, siue volun-
141 tatem, vtroque casu, concessio est nulla ex rationibus
alias, vt suprà num.49.& seqq. adductis; Quia, scilicet,
testator de bonis suis disponere potest secundum
suam, non secundum alienam voluntatem. Quæ ra-
142 tiones non minùs procedunt, quando verba, arbi-
trium important, quam vbi liberam significant vo-
luntatem; vtroque enim casu militat, quod non ex
ipso, neque per se ipsum, neque secundum suam vo-
luntatem disponit testator, ergo vtroque casu, dispo-
143 sitio est nulla, & idem ius est seruandum, l.illud, ff.ad
leg.Aquiliam. Et subiungit, vlteriùs, idem Surd.d.loco
num.43.in medio, quod hanc fecit distinctionem Bald.
qui nihil ignorauit in l.exesutorem num. 4. C. de exe-
cut.rei iudic. & sic etiam firmauit Cancer. var.dicto lib.
3.cap.20.de leg.num.99. & latiùs Andreol.controu.105.
num.5.& seqq.

Vndè non mihi videtur tuta doctrina Altograd.
144 Iun.d.controu.43.num.6.& seqq. vbi firmat valere dis-
positionem, in qua data fuit facultas eligendi, & no-
minandi familias, quas ipse voluerit, eò quia fuerit
collata in hæredis beneplacitum, & sic in arbitrium
boni viri, vt explicat idem Altograd. num 8.9. Siqui-
dem, ni fallor, Doctores, per eum allegati, pro corro
boratione suæ opinionis, loquuntur in casu, suprà à
Me proposito, scilicet, quando hæredis persona fuit
designata, sed commissa alterius arbitrio, non verò
quando tota substantia dispositionis pendet à volun-
tate alterius, quia, eo casu, nequaquam subsistit, etsi
in arbitrium facta dicatur ex suprà deductis, & latiùs
etiam explicat Surd.d.cons.380.num.31.vers.non igitur
Andreol.d.controu.105.num.10.

An, verò, valeant, fauore piæ causæ dispositiones
captatoriæ, ac illæ, quæ in alterius arbitrium confe-
runtur? Et communis est opinio, quod subsistant, vt 145
est textus Canonicus in c. cum tibi de Testam. vbi Do-
ctores Ruin.cons.21.num.4.lib.6. latissimè Tiraquell. de
Priuil.piæ causæ priuil.64.num.1. Paris.cons.89.num.21.
& seqq.vol.3. Polid.Rip.de act. in mort. art.cap.45. num.
20. Peregr.de Fideic art.33.num.66. Surd.cons.380. nu.
45.& decis. 264. Couarr.d.cap. cum tibi de testam. num.
6.10.& seqq. vbi num.15. ampliat etiam fauore Dotis,
Vasq.de success.creat.§.17.num.89. Crass.sentent §. insti-
tutio quæst.18.num.8. Fusar.de substit.d.quæst.503. num.
68.& seqq. Castill.quotid.cap.6.num.10.& seqq.& num.
19. Cancer.Var.lib 3.cap.20.nu.103. Add.ad Capyc.La-
tro dec.6.num.17 lib.1. Durau.de Condit.& mod.imposs.
par.3.cap.5.num.40. cum alijs relatis per Barbos.d. cap.
cum tibi de testam.num.1.& seqq. Douat.Anton.de Ma-
rin.lib.2.d.cap.221. numer.4.& seqq. Hodiern.ad Surd.
dec.98.

Quæ conclusio, absque controuersia, procedit, quã-
do agitur de dispositione collata, in alterius volunta-
tem; tunc, enim, siue in tertium conferatur substan-
tia dispositionis, siue electio, & nominatio, semper 146
valet, fauore piæ causæ, quicquid dicant nonnulli.

Et ratio est apertissima, nam institutio collata in
voluntatem alterius, est contrà bonos mores Ciuiles,
& hac ratione fuit improbata, non tamen contrà bo- 147
nos mores naturales, quia ex parte testatoris nullam
in se continet turpitudinem Dec. in l. captatorias num.
19.C.de testam. milit. Couarr. cap.cum tibi num. 13. de
Testam.spir.in spec.testam.gloss.5.num.68.

Quando, verò, agitur de dispositione verè captato-
ria iuxtà modum supra relatum num. 10. videlicet,
quando fuit dictum, instituo te hæredem, si tu me insti-
tuas, &c. cum hæc institutio taliter facta sit fraudolen-
ta, & captiosa, & hac intentione facta, vt ille alium hæ-
redem instituat, & propterea dicatur contrà bonos
mores, non valet, neque fauore piæ causæ, vt optimè 148
Didac.d.cap.cum tibi num.13.de Testam. vbi, quod nec
etiam militibus est permissa hæc captatoria dispositio
l.captatorias C.de testam. quamuis eorum testamenta 149
à iure Ciuili maximis, & specialibus priuilegijs sint
ornata, & munita, ergo neque etiam fauore piæ cau-
sæ; maximè, quia cum captiosa, & dolosa sit hæc dis-
positio, vt notatur in l. cum donationis C. de transact.
non videtur cur, ratione pietatis, permitti possit, cap.
super eo de vsur. & benè etiam distinguit Didac.à Spin.
in special.testam.gloss.5.num.69. ibi, cum institutio sit sub
dispositione, instituo talem Ecclesiam, vel Hospitale hæ-
redem si Titius voluerit, non est dispositio captatoria, sed
quædam dispositio in alterius voluntatem collata, quæ
valet fauore piæ causæ: Secus verò, si dictum esset, insti-
tuo Ecclesiam, vel Hospitale hæredem, si Titius me insti- 150
tuerit, in hoc enim casu, neque fauore piæ causæ erit ad-
mittenda, cum interueniat turpis acquisitio, à qua pia
causa abstinere se debebit c.fin.17.quæst.4.

Si, verò, esset dictum, Instituo Ecclesiam, vel hospi-
tale, vt me hæredem instituat, tunc captatoria non erit 151
dispositio, quia in Ecclesia, vel Hospitali non potest
dari voluntas captatoria; Nam Hospitale, & Ecclesia,
cum non habeat actiuam testamenti factionem, non
potest alium instituere; Et semper ac cessat deceptio,
vel fraudis timor cessat dispositio captatoria, vt per 152
Fusar.cons.40. num.3.4. Didac.d.gloss.5.num.70. in fine;
Et hanc etiam distinctionem, quod valeat, fauore piæ
causæ dispositio, quæ confertur in alienum arbitrium,
non verò, dispositio captatoria admittit Crass. §. insti-
tutio quæst.18. num.8. & alij allegati à Fusar. de substit.
quæst.503.num.69. Duran.de Cond.& mod.Imposs.d.par.
3.cap.5.num.42. dicit, tamen, quod in iudicando ipse à
contraria non recederet.

Et

Et iuxtà hanc distinctionem sunt intelligendi *Bald. l.1. num.6.C.de Sacros. Eccles. Ias. l. captatorias num.12. ff.de leg 1.Tiraqaell.de Priuil. piæ caus. priuil. 64. vers. contrarium,Fusar. d.quæst.503. num. 68.* qui firmarunt non valere,neque fauore piæ causæ,dispositionem,de qua suprà.

Quando, verò, valet dispositio, quæ in alienum arbitrium confertur,fauore piæ causæ, in illo casu dumtaxat admittitur, quando quis expresè testatur ad
153 piam causam, vt v. g. *relinquo centum dandá Pauperibus,si hæres voluerit Bartol.l.1.num.64 C.de Sacros.Eccles.Peregr.d.art.33.num.11.Crast.§.successio ab intestato quæst.18.num.7.Fusar.de substit.d.quæst.503,num.72.*
154 Non, verò, quando testator non expressit ad piam causam, sed simpliciter disposuit, relinquendo alterius voluntati, non valet, quamuis Commissarius distribuat in pium vsum,vt latè *Pereg. d.art.33. num.66. vers. vbi autem testator,Surd.d.cons.380.num.45.*& optimè etiam ità distinguit *Didac,d.cap.cum tibi num.10.* vbi reprobat dictum *Cardinal.* contrarium existimantis,*Crast.§.institutio quæst.18.nu.7. in fine*, idque etiam sensit *Andreol,controu.cap.505.num.16.*licet non benè se explicet, & optimè etiam firmauit *Corn. cons. 156. num.6. vers. & prædicta lib.2. Treutac.var. lib 1.de pia caus.resol.1.num,8.*quos refert, & sequitur *Donat. Anton.de Marin,resol.quotid.lib.2. cap.221.num.4.5.*

An, verò, statuto, vel consuetudine fieri possit, vt valeant captatoriæ dispositiones, & in alterius arbi-
155 trium collatæ,disputant *Fusar.d.quæst.503.num.34. & num.80.Surd.cons.380.num.26. Fachin. controu. lib.12. cap.26.Caucer.Var,lib.3.cap.20.num.107.Didac. d. cap. cum tibi num.13. de testam.* quos vide pro resolutione quæstionis.

Et tandem est notandum, quod ex quibus causis,
156 institutiones,legata, & fideicommissa, vti captatoria inutilia sunt,ex ijsdem quoque causis ademptio nulla est *l.legata inutiliter, §.ex quibus ff.de adim.leg.Bald.in l.captatorias,quæst.6.C.de Testam. milit.* vbi etiam *Salicet.& Ias.Fusar,cons.34.num.12. vers.tertio accedit, & sæpè cit.quæst.503.num.44.& seqq. Andreol. d.controu. 105.num.1.Duran.d.par.5. cap.5. num.54.* Ideoque explicando conclusionem ait, quod, si testator post institutum, & beneficatum aliquem in suo testamento, adiecisset,*& si ille in suo testamento non reliqaerit mihi, vel filijs meis volo, quod ordinata, per me ad illius commodum sint nullius valoris*,ademptio hæc,vt inualida, nullius sit momenti.

Ac denique non est silentio prætereundum, quod, licet aliqui voluerint, valere captatoriam dispositio-
157 nem, quando fuit facta ob aliquem finem vtilem, & honestum, vt pro conseruatione bonorum in agnatione,& præcipuè *Ruin.cons.20.num.7.& seqq lib.2.* & alij relati per *Fusar.d.quæst.503.num.38.* quibus addi possunt *Altog. Ian. d. contr. 43. num.5.* Nihilominus non video, quo pacto saluari possit hæc limitatio; Et propterea eam nequaquam ad-
158 mitterem, provt illam reprobarunt *Menoch.cons.699.Peregr.cons.31. num.17.& seqq.lib 5. Senatus Mantuan. in decis. apud Surd. dec. 7. 53. 63. 68. 98. Fusar. de substit. d. quæst. 503. numer.39.*

CAPVT VII.

De Hærede fiduciario. Vbi quis sit fiduciarius hæres: Et ex quibus fiduciarius arguatur. Quomodo talis fiducia probetur, & quando coniecturis includatur, vel excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores loquentes de hæredibus fiduciarijs.*
2 *Fiduciarius hæres is dicitur, qui non contemplatione & commodo sui sed alterius hæres instituitur.*
3 *Debet restituere hæreditatem cum fructibus.*
4 *Est potius custos, quam hæres.*
5 *Nullam quartam detrahit.*
6 *Qui allegat, quem esse hæredem fiduciarium tenetur probare.*
7 *Verba testamenti, & causa ostendunt, quem esse fiduciarium hæredem.*
8 *Quæ sint verba fiduciam inducentia.*
9 *Verba*, mi confido *arguunt fiduciam.*
10 *Et verba* sò che esequirà la mia mente.
11 *Sicuti verba commendatitia.*
12 *Et si testator substituerit ab eo nominandos.*
13 *Causa fiduciæ est confiscatio bonorum eius cui debet fieri restitutio.*
14 *Vel si sit impubes cui debet restitui.*
15 *Vel Posthumus, & nondum natus.*
16 *Rota non admittit vt impubertas sit causa sufficiens.*
17 *Vlterius cui debet fieri restitutio debet esse testatori valde Carus.*
18 *Et agatur de tota hæreditate.*
19 *Et sit de iure natura instituendus.*
20 *Quomodo sit probanda talis fiducia.*
21 *Fiducia probatur testibus singularibus.*
22 *Nec non ex testibus imperfectis, vt fæmina.*
23 *Et duo. tantum contestes ad summum requiruntur.*
24 *Imò & coniecturis etiam probari potest.*
25 *Contrà quod non sufficiant testes singulares.*
26 *Imò quod septem requirantur.*
27 *Coniectura non sufficiunt ad hanc fiduciam inducendam.*
28 *Sufficit probatio imperfecta quando testator instituit amicum suum confidentem,eique mandat, vt restituat eius filio.*
29 *Non sufficit imperfecta, quando testator instituit amicum suum vel confidentem nulla facta mentione filij.*
30 *Quando agitur de inducenda substantia relicti requiruntur toti testes quod in testamentis nec singulares sufficiunt.*
31 *Quando testator aliquem nominauit sub spe confidentiæ, & vlterius dixit.* Sò che esequirà la mia mente, *potest probari talis voluntas testibus singularibus.*
32 *Ad probandam voluntatem alicui secreto commissam duo testes sufficiunt.*
33 *In dubio sufficiunt coniectura ad fiduciam inducendam.*
34 *Coniectura sufficiant ad excludendam fiduciam.*
35 *Quando in dispositione nullum adest verbum denotans confidentium hæres non dicitur fiduciarius.*
36 *Quando hæres sciuit secretò testatoris voluntatem tenetur in foro conscientia ad obseruantiam.*
37 *Coniectura pro non fiducia est, quando testator vtitur verbis denotantibus dominium ad fauorem hæredis.*
38 *Vel si fiat aliquod legatum ei, qui prætendit, vt sibi restituatur*

ſtituatur cum clauſula plus non petendi.

39 *Quando quis fuit legato honoratus ſub conditione plus non petendi dicitur exrluſus ab vniuerſali ſucceſſione.*

40 *Obſeruantia ſubſecuta poſt mortem teſtatoris excludit fiduciam.*

41 *Ad hoc, vt quis dicatur fiduciarius neceſſe eſt vt aliquid pure ſit relictum, & non ſub conditione.*

42 *Pacian.conſ.6.num.8. reprobatur.*

43 *Non repugnat natura fiduciaria vt quis inſtituatur ſub conditione reſtituendi poſthumo, ſi naſcatur.*

44 *Poſthumi ſubſtitutio includit tacitam conditionem, ſi naſcatur.*

45 *Expreſſio conditionis, quæ tacitè ineſt nihil operatur.*

46 *Conditio naturalis, quæ actui tacitè ineſt nihil operatur.*

47 *Fiduciario competunt remedia poſſeſſoria pro adipiſcenda poſſeſſione.*

48 *Mortuo eo, cui debet fieri reſtitutio antè fiduciarium non caducatur relictum, sed ſpectat ad eius hæredem.*

SIcuti in diſpoſitione, quæ confertur in alienum arbitrium, videtur hæreditas per electionem, & nominationem eligere debentis deferri, non verò immediatè per teſtatorem; ità, in eo, cui fieri debet reſtitutio ab hærede fiduciario, videtur contingere, vt capiat non à teſtatore immediatè, ſed à fiduciario hærede, adeò vt capiat hæreditatem, & ſuccedat, quamquam hæres non ſit, in teſtamento inſtitutus; vndè, cum re vera ſuccedat, non obſtante, quod Teſtator de eo non fecerit mentionem, dicitur, certo modo, ſuccedere aliter, quam per teſtamentum; vndè ſtatui, de hac materia aliqua, quamquam, breuiter, adnotare, & ſi legentes plura deſiderant, conſulant infraſcri-
1 ptos DD. plenè materiam tractantes *Iaſ. l. poſt mortem num 5. C. de fideic. Aym. l. cum filiofam. par. 3. num. 32. & 530. ff. de leg. 1. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. in fine num. 39. & ſeqq. & l. ſi vnquam verbo donatione largitus num. 326. Alciat. lib. 3. Parergon. cap. vlt. Coraſium Miſcellan. lib 6. cap. 9. Briſſon. de verb. ſign. lib. 6. verb. fiduciarius, Gabr. conſ. 128. lib. 2. Bellon. Inſt. de fideic. hæredit in princ. nu. 3. 7. Durant. de art. teſtand. tit. 7. cauth. 4. num. 3. Budc. in Pandect. lib. 2. de orig. Iur. fol. 97. Caluin. in Lexico. verb fiduciarius Riminald. Iun. conſ. 379 num. 82. & ſeqq. Menoch. conſil. 1135. num. 16. & ſeqq. Bertazzol. conſil. ciuil. 8. 9. Coſt. de fact ſcient. & ignor. diſtinct. 45. cent. 1. Intrigl. de ſubſt. quæſt. 69. nu. 4. cent. 3.* & alios plures relatos, per *Gratian. diſcept. for. cap. 650.* quibus addo *Rip. de nocturn. temp. cap. 141. num. 14. Ramon. conſil. 27. num. 18. & conſil. 67. num. pariter 18. Mart. Summ. ſucceſſ. leg. par. 4. quæſt. 3. art. 6. Argel. de acq. poſſ. quæſt. 15. art. 6. Peregr. de fideic. art. 3. num. 19. & ſeqq. Cenſal. ad eumdem art. 19. Hodiern. l. hac edictali quæſt. 28 nu. 27. & ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gl. 8. par 4. num 76. & ſeqq. Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num 211. & ſeqq. Maynard. dec. 85. lib. 5. Caual. dec. 381. Ludouiſ. dec. 544. Buratt. dec. 616. eadem Rot. dec. 351. num. 12. & ſeqq. par. 4. tom. 2. dec. 103. & dec. 195. par. 10. & dec. 226. & 362. par. 12. rec.*

Is itaque dicitur hæres fiduciarius, quem, non contemplatione, & commodo ſui ipſius, ſed ad alterius
2 vtilitatem, & commodum hæredem teſtator inſtituit, vt ſunt *tex. in l. Seius Saturninus ff. ad S. C. Trebell. l. 3 §. cum Polidius, ff. de vſur. Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 25. Durant. de art. teſtand. tit. 7. cauthel. 4. nu. 3. Pereg. de fideic. art. 3. nu. 19. Cenſal. ad eumdem art. 3 Pereg. Coraſ. lib. 6. Miſcell. c. 9. n. 4. Menoch. conſ. 1135. n. 16. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 5. gl 8. p. 4 n. 77. Cancer. var. lib. 1. c. 1. nu. 215. verſ & quod hæc, Argel. de acq. poſſ. q. 15. art. 6. n. 56.*

Et ea de cauſa fit hæres, vt totam hæreditatem, vna cum fructibus perceptis, nulla facta detractione, alteri reſtituat, adeò, vt verè, & effectualiter habeat potius rationem cuſtodis, quam veri hæredis *gl. l. fidei-* 3
commiſſariam, §. vlt. ff. ad Trebell. Menoch. d. conſ. 1135. num. 16 Argel. de acq. poſſ. quæſt. 15. art. 6. n. 57. Cancer. 4
d. lib. 1. var. cap. 1. num. 218. verſ. ex quo Paſqualig. quæſt. moral. Iuridic. quæſt. 149. in princ. & quod fiduciarius
nullos fructus ſuos faciat, neque pro ſe aliquam quar- 5
tam retineat, dixit etiam *Bald. l. poſt mortem nu 7. C. de fideic. Rimin. Iun. conſ. 379. num. 82. lib. 4. Peregr. d. art. 3. num. 19. Argel. de acq. poſſ. d. quæſt. 15. art. 6. num. 57. Rip. de nocturn. temp. cap. 141. num. 14. & ſeqq. Hodiern. l. hac edictali quæſt. 28. num. 28. Marynard. dec. 85. num. 3. lib. 5. Caual. dec. 284. num. 3. & 381. num. 2. Buratt. dec. 616. num. 21.*

Qui, verò, allegat quem fuiſſe hæredem fiduciarium, non verum, & ordinarium, & quod ſibi debeat reſtitui vna cum omnibus fructibus hæreditas tanquam ſuæ intentionis fundamentum, tenetur probare confidentiam, ſcilicet, Teſtatoris cum hærede fiduciario, & alia, quæ à DD. afferuntur *in l. quidam cum* 6
filius ff. de hæred. inſt. Alex. in l. Seius Saturninus ff. ad Trebell. Bertazzol. conſ. ciuil. 8. num. 4. Argel. de acq. poſſ. quæſt. 15. art. 6. num. 58. 59. & tradit *Rot. dec. 103. num. 2. par. 10. rec.*

Et dico potiſſimum apta ſunt ad creandum hæredem fiduciarium, verba, ſcilicet, teſtamenti, & cauſa, vt poſt *Bald. d. l. 3. §. cum Polidius, ff. de vſur.* & alios 7
antiquiores tenet *Peregr. de fideic. d. art. 3. num. 19. verſ. fiduciam autem, Cancer. var. lib. 1. cap. 1. num. 216. Argel. de acq. poſſ. d. art. 6. num. 60. Hodiern. l. hac edictali quæſt. 28. nu 34.* & admiſit *Rot. cor. Caual. dec. 381. num. 2. cor. Buratt. dec. 616. num. 15. dec. 103. nu. 1. par. 10. & dec. 226. nu. 4. & dec. 362. par. 12.* & deſumitur *ex text. in d. l. in fideicommiſſi, §. cum Polidius, ff. de vſur. in l. quidam cum filius fam. 46. ff. de hæred. inſt. in l. Seius Saturninus 46. ff. ad Trebell.* in quibus vtrumque concurrebat; verba, ſcilicet, ex quibus deſumebatur confidentia, & cauſa, vt aduertit *Rot. d. dec. 103. num. 2. par. 10. rec.*

Verba, ex quibus arguitur hæc fiducia, ſunt, V. G.
talem meum hæredem nomino, cui confido, & ſcio exe- 8
cuturum meam voluntatem, &c. vt obſeruat *Caual. d. dec. 381. nu. 3. Argel. de acq. poſſ. d. art. 6. nu. 61. Hodiern. d. l. hac edictali quæſt. 28. num. 34.*

Et quod verba, *mi confido*, arguant Teſtatorem illum inſtituiſſe, tamquam hæredem fiduciarium, vo-
luit etiam *gl. d. l. Seius, verb. fiduciarium, ff. ad Trebell.* 9
Menoch. d. conſ. 1135. nu. 19. Argel. vbi ſup. num. 62. Hodiern. d. l. hac edictali quæſt. 28. nu. 34. Cancer. d. c. 1. num. 218. in fine, Caual. d. dec. 381. num. 3.

Et pariter, verba, *sò che eſeguirà la mia mente*, de-
notant, teſtatorem voluiſſe committere aliquid fidei 10
hæredis, quod voluit in teſtamento exprimere, *Argel. d. art. 6. num. 64. Caual. cit. dec. 381. num. 3.*

Vlterius fiduciam indicant verba commendatitia, vt, ſi Teſtator talem ſuam filiam hæredi fiduciario ſe
plurimum commendare, dixerit, vt alijs adductis, fir- 11
mat *idem Argel. d. quæſt. 15. art. 6. num. 66.*

Nec non, ſi Teſtator hæredi ſubſtituerit ab eo nominandos, eſt validum, argumento pro fiducia, vt per
Menoch. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 96. nu. 16. Bertazzol. 12
conſ. 8. num. 13. Argel. vbi ſup. num. 65.

Cauſa, verò, ex qua deducatur fiducia, in hærede ſcripto, multiplex eſſe poteſt, & præcipuè, ſi is, cui dari Teſtator hæreditatem voluit, eſſet condemnatus in pænam confiſcationis, tunc, enim, quia ſi cum hæredem inſtitueret, bona auferri poſſent à Fiſco, nec illis aliter vti poſſet, quam reſtitutus ad gratiam, iuſtam habuit Teſtator cauſam faciendi alium hære-

dem

dem fiduciarium, qui bona sua illi conseruet, ac resti-
13 tuat, tempore, quo eis frui poterit, vt ostendit *Rot. cor. Canal. d. dec. 381. num. 5. & cor. Buratt. d. dec. 616. nu. 23. 24. Hodiern. l. hac edictali d. quaest. 28. nu. 35. Arg. d. art. 6. num. 67.*

Et similiter, si is, cui restitutio fieri debet, sit impu-
14 bes, vel alio modo malè dispositus, ac egeat custodia *Peregr. d. art. 3. num. 19. Intrigl. de subst. cent. 3. quaest. 69. num. 3. Menoch. d. cons. 134. num. 17. Arg. vbi supra num. 67. Hodiern. d. quaest. 28. num. 35.*

Vel posthumus, & nondum natus, vt optimè osten-
15 dit, alijs adductis, *Cancer. var. lib. 1. c. 1. num. 217.*

Licet *Rot.* non admittat pro legitima causa, quod
16 is, cui debet fieri restitutio, sit impubes, vt in *dec.* 103. *num. 8. & 195. num. 1. par. 10. rec.*

Imò plura alia requiruntur vltrà verba, & causam, ad inducendum hæredem fiduciarium, videlicet, quod is, qui debet esse verus hæres, sit persona valdè dilecta Testatori, vtpotè, descendens secundum aliquos: & secundū aliquos, arcto sanguinis vinculo coniunctus, & quod testator maximè, de eius cōmodis sollicitus
17 esset; is verò, qui dicitur fiduciarius, debet esse, vel ratione sanguinis, vel amicitiæ Testatori valdè carus, cuius fidei multum Testator tribueret; Ac vlterius, quod agatur de tota hæreditate, vt omissis antiquio-
18 ribus, tenent *Peregr. de fideic. d. art. 3. num. 19. vers. hac autem necessaria Cancer. d. c. 1. n. 228. Argel. d. quaest. 15. art. 6. num. 68. Fontan. de Pact. nupt. claus. 5. gl. 8. par. 4. num. 78. Hodiern. l. hac edictali quaest. 28. num. 29.*

Et quod, ad effectum, vt sit locus dispositioni fiduciariæ, inter alia requiratur, vt is, cui fieri debet restitutio, debuerit, de Iure naturæ, institui, & qui nullo modo potuerit præteriri, nec sufficiat, vt sit sanguine
19 coniunctus, sed debeat esse de descendentibus Testatoris, firmauit multis adductis, *Grat. d. discept. 650. nu. 1.* quem sequitur etiam *Hodiern. l. hac edict. d. quaest. 28. num. 32.* & simpliciter, quod fiducia non cadat, nisi in vniuersa hæreditate post *Grat. d. discept. 650. num. 5.* firmauit *Rot. d. dec. 351. num. 14. par. 4. tom. 2. rec.*

Quomodo, autem, sit probanda huiusmodi confidentia testatoris, cum hærede, ad hoc, vt inducatur
20 ipsum fuisse fiduciarium, non verum hæredem, quæri potest.

Nonnulli tenent, quod probari possit testibus, etiā singularibus, quasi, quod non agatur de probanda
21 substantia testamenti, sed de declaratione huius confidentiæ, vt per *Sim. de Pret. cons. 57. num. 12.* & alios allegatos per *Argel. de acq. poss. quaest. 15. art. 6. num. 69. Censal. ad Peregr. art. 3. in fin.* latissimè *Caual. dec. 381. nu. 6. 7.* cum quibus concordant allegati à *Rot. dec. 103 nu. 23. par. 10. rec.* ac ex testibus etiam imperfectis, vt à
22 fœmina, vt voluit *Caual. d. dec. 381. num. 8.*

Vel ad summum, duo tantum testes contestes requirantur, *Surd. cons. 129. nu. 28.* & alij relati per *Arg. vbi supra num. 69. in fin. Buratt. dec. 616. num. 14.*

Qui duo testes semper sufficiunt, ad probandam
23 voluntatem Testatoris, quando non agitur de substantia relicti, vt aliàs notauimus, & firmant *Rot. dec. 765. num. 8. par. 2. & dec. 351. num. 9. par. 4. tom. 2. rec. Censal. dec. Luc. 20. Merl. dec. 812. num. 2.* & resoluit *Rot. in Squillacen. Testam. 7. Iunij 1662. coram R. P. D. Priolo.*

Imò, & quod plus est, etiam coniecturis probari
24 voluerunt, *Menoch. d. cons. 1135. num. 5. Arg. d. art. 6. nu. 70. Caual. cit. dec. 381. num. 10.* neque resistit, *Rot. d. dec. 103. num. 7. par. 10. rec.*

Contrariam sententiam, quod nullatenus ad probandam hanc confidentiam, sufficiant testes singula-
25 res latè defendit *Gratian. discept. for. c. 650. num. 11. & seqq.* vbi, quod agitur, in dicto casu, de probanda substantia relicti, & propterea non admittantur testes singulares, sed requiruntur septem in testamentis, & quinque in Codicillis, & quod ista est magis com-
munis opinio, quando agitur, de aliquo substantia- 26
li, quod non consistit in dicta voluntate, puta, si non fuissent appositi, nisi sex testes, nam poterit probari per duos testes, quod verè interuenerint septem, aut in similibus casibus, vt per *Alex. Imol. Castr.* & alios allegat. per *Gratian. ibi num. 14.* ad quam conclusionem probandam conferunt etiam tradita, per *Buratt. d. dec. 616. num. 1. & seqq. dec. 226. num. 10. & dec. 362. num. 16. par. 12. rec.* vbi pro non fiducia fuit iudicatum, quia non aderant septem testes contestes.

In quibus locis, similiter, habemus, non esse sufficientes coniecturas, pro inducenda hac fiducia, quæ
semper debet esse certa, & plenè probata, & præci- 27
puè, ità tenet *Buratt. dec. 616. num. 18. dec. 103. num. 12. par. 10. rec.*

Ego, in hac opinionum contrarietate distinguo; aut sumus, in casu, in quo Testator instituit hæredem Titium eius amicum, & confidentem, eique mandauit restituere hæreditatem, Seio filio suo, &
tunc adhæreo primæ opinioni, quod, eo casu, con- 28
fidentia Testatoris, cum hærede fiduciario possit probari testibus singularibus, cum hic non agatur de inducenda noua testatoris dispositione, sed de declaranda voluntate iam patefacta, an, scilicet, substitutio de Seio eius filio esset sub fiducia hęredis, vel non, vt optimè etiam ponderat *Buratt. d. dec. 616. num. 15.* & distinguit *eadem dec. 103. num. 19. par. 10.* & firmat optimè *Pasqualig. qq. moral. Iurid. quaest. 149. in fin.*

Vel sumus, in casu, quod Testator instituit Seium eius amicum, & confidentem, nulla facta eius filij
mentione, quoad restitutionem hæreditatis, & tunc 29
approbo secundam opinionem, quod eo casu, requirantur septem testes, vel quot regulariter, in dispositione in vltima voluntate, adhiberi debent; namque, eo casu, non agitur de declaranda testatoris voluntate, an voluerit, vt hęreditas restitueretur vna cum fructibus, & factis legitimis detractionibus, nec ne; sed
agitur de inducenda ipsamet substantia relicti, ac 30
probanda substitutione fiduciaria, quæ est secunda institutio; vndè non sufficiunt testes singulares, nec minores numero, quam requirantur in vltimis voluntatibus, vt ostendit *Gratian. d. discept. 650. num. 13. 14.* & in his terminis, sunt intelligenda dicta, per *Buratt. d. dec. 616. num. 1. dec. 103. num. 20. par. 10. & dec. 226. num. 10. par. 12. rec.*

Provt pariter primam opinionem, quod sufficiant testes singulares, vel duo contestes, procedere arbitror, quando, vt in casu *Caualer. dec. 381.* testator nominauit aliquem heredē, sub verbis denotantibus cōfidentiam, & vlterius, dixit, *del qual mi confido, e ïò eseguirà secondo lui sà la mia mente*; tunc, enim, pariter, 31
ac dictum fuit *supra num. 28.* non agitur de inducenda noua dispositione, sed agitur dumtaxat, de probanda testatoris voluntate, secretò alicui commissa, quo casu, duo sufficiunt testes, vt suprà probauimus, autho-
ritate Rotæ *in Roman. annuæ præstationis 4. Iulij 1662.* 32
cor. R. P. D. Beuilaqua iuxta tex. in d. l. Theopompus ff. de Dat. Praeleg. & tradit *eadem Rot. cor. Caual. d. dec. 381. n. 6. 7.* & meliùs explicauit *d. dec. 303. num. 19. par. 10. rec.* vbi, quod si agitur de conuentione, inter hæredem, & Testatorem, de restituendo hæreditatem filijs eiusdem Testatoris, tunc duo testes sufficiunt &c.

Verumtamen, existimo, quod vltrà testes deseruiant coniecturæ ad eam inducendam, vt diximus,
suprà multorum authoritate, dummodò, tamen ver- 33
semur, in casu dubio *iuxta not. per Rot. d. dec. 103. num. 30. par. 10.*

16 Ex Bulla Vrbani VIII. non potest dari facultas transferendi, nisi intra medietatem Beneficiorum fructuum.
17 Valor Beneficij ad hunc effectum consideratur de tempore translationis.
18 Habens facultatem transferendi si excedat facultatem, non est nulla in totum, sed solum in excessu.
19 In summis qualis est pensio vtile per inutile nō vitiatur.
20 Contradicente tamen transferente annullatur in totum.
21 Quando alicui reseruatur pensio, & causa resignationis, si pro parte est nulla, in totum est nulla, & non reducitur nisi volente resignante.
22 Eadem regula, quæ militat in resignante beneficiorum, militat in translatione pensionum.
23 Pensio translata respectu titularis non est noua pensio, sed eadem, nec inducit nouum grauamen.
24 Est sicuti delegatio solutionis alteri facienda.
25 Respectu tamen translatarij est noua pensio.
26 Litera translationis habent paratam executionem, & datur translatario via executiua.
27 Quasi possessio transferentis non iuuat translatarium ad effectum obtinendi manutentionem in exigendo.
28 Qualibet verba indulti sunt strictè interpretanda contra translationem.
29 Facultas transferendi pensiones reseruatas super fructibus non habet locum in reseruata super distributionibus.
30 Distributiones non veniunt nomine fructuum.
31 Quando quis habet facultatem nominandi translatarium non potest transferre nutibus.
32 Habens facultatem transferendi in vnam, vel plures personas nominandas non potest transferre in personas incertas de certis.
33 Non obstante quauis amplissima facultate transferendi non valet translatio, quando in reseruatione est Pactum, ne possit transferri, nisi fuerit specificè narratum Pontifici.
34 Habens facultatem transferendi non prohibetur transferre per Procuratorem.
35 In translatione requiritur consensus translatarij.
36 Non tamen est opus, vt sit præsens translationi.
37 Potest acceptare, & dare consensum post mortem transferentis.
38 Et potest fieri Clericis post mortem transferentis.
39 Valide transfertur etiam in articulo mortis, & ad suggestionem translatarij.
40 Ille, qui cessit pensionem an possit in eius præiudicium transferre, vel alio modo extinguere.
41 Commoditas Pensionis est in commercio sicuti alia res temporalis.
42 Et potest in alium transferri absque beneplacito Sedis Apostolicæ.
43 Et potest pro debito sequestrari.
44 Fructus Beneficij ad vitam Beneficiati alienantur, & hypothecantur.
45 Cessionarius cedens commoditatem Pensionis retinet in se titulum, & eius morte expirat.
46 Pensio non potest auctoritate propria, & sine Papa in alium transferri, sed solum cedi.
47 Est in facultate Pensionarij sine licentia Apostolica cassare, remittere, & extinguere Pensionem.
48 Etiamsi fiat per viam transactionis.
49 Dummodo non interueniat precium, aut pecunia.
50 Dummodo aliquod Pactum non interueniat, quod ex aliqua causa reuiuiscat.
51 Quando prima pensio est extincta non reuiuiscit, nec de partium consensu sine noua reseruatione.
52 Nisi in casu diminutionis intuitu paupertatis titularis.
53 Consensus partium non sufficit ad validandam pensionem nulliter reseruatam.
54 Validare pensionem nullam non dependet à facto partium, sed a potestate Pontificis.
55 Partes sicuti non possunt nullam reseruare pensionem, ita nulliter reseruatam validare.
56 Pensio nulliter imposita pariter est, ac si non esset reseruata.
57 Nec de ea fieri debet aliqua mentio in noua reseruatione, vel impetratione Beneficij.
58 In reseruatione Pensionis super Beneficio est exprimenda noua pensio.
59 Pensio nulla si fuerit exacta restituitur.
60 Pensio reseruata ad fauorem Nepotis super Beneficio pleno non potest cedi à Pensionario.
61 Et debet probari plenè, fuisse solutum vsque ad mortem Beneficiati, alias redditur nulla.
62 Et debet probari per publicum Instrumentum, & depositiones testium, qui viderint numerationem pecuniæ.
63 Quando reseruatur pensio in Beneficio pleno est necessaria plenissima probatio valoris.
64 Et excessus in minimo vitiat.
65 Consensus antecessoris ad hunc effectum non præiudicat successori.
66 Etiamsi successor narret tale Beneficium esse pensione grauatum, quia per talem narratiuam non dicitur approbare pensionem.
67 Narrans Beneficium esse pensione grauatum fatetur factum reseruationis, sed non approbat validitatem.
68 In reseruatione pensionis pactum fieri potest de habendo regressum ob non solutionem.
69 Hoc casu titularis non potest petere nullitatem, nisi dimisso Beneficio.
70 Et hoc casu, quando Pensionarius vtitur Iure regressus extinguitur Pensio.
71 Vsusfructus extinguitur vbi vsufructuarius acquirit proprietatem.
72 Per assecutionem tituli extinguitur Pensio.
73 Pendente tempore, & Iure regressus noua reseruatio est valida.
74 Sed euueniente regressu tota pensio extinguitur.
75 Successor in Beneficio potest conueniri pro pensionibus decursis in vita prædecessoris.
76 Est in potestate pensionarij, vel conuenire hæredem prædecessoris, vel possessorem Beneficij.
77 Dummodo non fuerit negligens in exigendo.
78 Dummodo remaneat successori sufficiens congrua.
79 Quod non procedit, quando quis capit iure regressus.
80 Qui cessit Ius exigendi pensiones, potest in præiudicium alterius extinguere, quando simpliciter consignauit suo creditori fructus, & commoditatem pensionis; non vero quando vltra simplicem assignationem constituit cessionarium Procuratorem irreuocabilem.
81 Expectatiuæ Beneficiorum prohibentur ob votum captandæ mortis.
82 Omnes Promissiones, resignationes, & permutationes Beneficiorum, quæ tendunt ad captandam mortem Beneficiati sunt nullæ.
83 Ad hoc vt valeat resignatio, debet resignans viuere post 20. dies.
84 Resignante mortuo intra dictum tempus resignatio est nulla.
85 Resignationes debent publicari intra sex menses.
86 Resignatarius tenetur ostendere publicationem, etiamsi sit reus.
87 Reus & possessor non tenetur aliquid iustificare.
88 Sed non procedit respectu exceptionis productæ, in qua cum sit actor, tenetur iustificare.
89 Publicatio est pars gratiæ, & reddit resignatarium incapacem.
90 Negatiua publicationis probatur eo ipso, quod non ostenditur.
91 Quando agitur de impetratione Beneficij ob non publicationem, impetrans tenetur probare negatiuam.
92 Vel quando docetur de triennali possessione.
93 Nullitas publicationis afficit etiam resignantem.

94 *Reſignans retinet Beneficium, donec reſignatarius accipiet poſſeſſionem.*
95 *Non tamen quando nullitas procedit ob non publicationem quia eo caſu Beneficio priuatur.*
96 *Reſignatio, ſeu permutatio Beneficij ſub ſpe habendi aliud non valet.*
97 *Quando reſignatio, & permutatio fit iam vacante alio Beneficio, quod aſſequitur reſignans, ſemper habet locum conſtitutio Paulina.*
98 *Secus, quando ſecundum Beneficium nondum vacabat, quia tunc eſt oſtendenda fraus.*
99 *Patroni Iuriſpatronatus non poſſunt præſentare ad Beneficium, antequam vacet.*
100 *Non valet promiſſio de Beneficio vacaturo.*
101 *Per dictas promiſſiones deſideratur mors titularis.*
102 *Non valet ante vacationem conſtitui Procurator ad præſentandum.*

PLura diximus ſupra *lib. 1. cap. 20 nu. 43. & ſeqq.* de Coadiutoria cum futura ſucceſſione, & de expectatiua Beneficiorum, veluti, de materia propria tractatus noſtri de Pactis futuræ ſucceſſionis; quia, vero, ad eundem tractatum, vel ſaltem ad rem pertinentem ad ſucceſſionem, per Pactum transferendam, videtur ſpectare translatio, extinctio, & reſeruatio penſionum, nec non reſignationes, permutationes, & translationes Beneficiorum, ideò non incongruum duxi aliqua de his licet breuiter hic adnectere.

Et primo, quod poſſit Summus Pontifex, ſicuti re-
1 ſeruare, ità concedere facultatem transferendi penſiones, nemo Catholicorum negare poteſt, cum ipſe
2 ſit Dominus quorumcunque Beneficiorum, *Clement. 1. vbi Cardin. nu. 10. vt lit. pend. cap. propoſuit de conceſſ. præb.* vt pluries firmauit *Rot. dec. 689. n. 1. par. 4. diuerſ. & cor. Royas dec. 318 num. 2.* cum alijs *in Romana Penſionis 15. Febr. 1664. §. facta cor. Reuerendiſs. Ninot.* Et ideò dicitur, quod translatarius non conſequitur penſionem à transferente, ſed immediatè à Summo
3 Pontifice, qui ſolum vtitur, nudo miniſterio transferentis *Abb. in cap. 1. in princ. de ſolut.* optimè *Gabr. conſ. 186. nu. 7. Rot. d. dec. 38. nu. 23 par. 6. rec.*

Huiuſmodi, tamen, facultas, vtpotè quæ ſapit votum captandæ mortis, cenſenda eſt odioſiſſima, &
4 ſtrictiſſimè, quantum fieri poteſt interpretanda *Feliu. in cap. ad audientiam col. 2. de reſcript. Rot. dec. 458. nu. 1. par. 1. diuerſ. Spad. conſ. 79. nu. 7. lib. 3. Rot. dec. 143. nu. 1. par. 2. rec. & cor Royas dec. 318. nu. 7. & in d. Romana Penſionis 15. Febr. 1664. §. hinc non facit cor. Reuerendiſs. Ninot. De Luc in Theatr. Verit. & Iuſt. lib. 13. par. 2. de Penſ diſcur. 51. nu. 11. & diſcur. 58. nu. 5.* ità vt non
5 ſeruata ad vnguem forma data in facultate transferendi annulletur omninò translatio *Mantic. dec. 286. nu. 1. Lotter. de Re benef. lib. 16. quæſt. 37. nu 9. Gratian. c. 596. nu. 5. 6. & in Ferrarien. Penſionis 18. Iunij 1660.*
6 *§. vtrumque cor. Beuilaqua*, & remaneat Penſio apud transferentem *Rot. dec. 471. num. 56. par. 1. diuerſ. Spad. conſ. 75. nu. 4. lib. 3. Millin. dec. 174. nu. 3. & in d. Ferra-*
7 *rien. §. nec refert*; ità vt per eius obitum extinguatur ac ſi non fuiſſet translata *Rot. dec. 38. nu. 1. par 6. rec.*

Et quamuis aſſignari non poſſit certa regula ſeruanda in huiuſmodi translationibus, cum omninò
8 dependeat à tenore indultorum, qui ſolet eſſe diuerſus iuxta varias perſonarum qualitates, & placitum Summi Pontificis; Regulariter, tamen, proceditur per viam caſſationis antiquæ, & creationis nouæ penſio-
9 nis coram Executore, in dignitate Eccleſiaſtica, conſtituto, & coram eo præſentantur literæ reſeruationis, & facultatis transferendi, vel ſaltem copia ex-
10 tracta ab originali *Put dec. 246 par. 3. Rot. d. dec 689. num. 4. par. 4. diuerſ Barboſ. in prax. exig. penſ. par. 1. quæſt. 2. num. 58 Cocc. dec. 322. num. 1.* nec ſufficit, vt ipſe executor atteſtetur vidiſſe, vt firmat *Rot. dec.* 11
143. nu. 3. par. 2. rec. quia, cum dictus executor ſit delegatus, debet eſſe certus, de ſua Iuriſdictione, & ſi 12
antè omnia ei, non exhibeatur reſcriptum, proceſſus eſt nullus, *cap. ſuper eo il 2. de appell. Clem. 1. de* 13
Procurat. Ferrett. conſ. 85. num. 4. Rot. dec. 96. par. 1. recent.

Sufficit, tamen, vt coram eodem executore, exhibeantur literæ facultatis transferendi, abſq; eo, quod
oſtendantur literæ reſeruationis, quia non recipit Iu- 14
riſdictionem à reſeruatione, ſed à facultate transferendi, & ideò eius exhibitio ſola operatur, in puncto, *Spad. conſ. 78. lib. 3. Grat. cap. 551. n. 23. 24. Rot. dec. 562. nu. 14 par. 4. tom. 3. rec. & dec. 153. num. 18. par. 5.* Imò
quando (vt contingit aliquando) fuit data facultas 15
transferendi coram Notario, aut ſine alicuius miniſterio, nulla requiritur exhibitio; etiamſi fiat translatio coram Iudice *Rot. d. dec. 668. par. 4 diuerſ. Spad. conſ. 77. nu. 7. & conſ. 78. per tot. lib. 3.*

Inſuper ex Bulla S. M. Vrbani VIII. in ordine *la* 20.
non poteſt fieri translatio vltrà medietatem fructuũ 16
Beneficij, ità, & taliter, vt non ſubſtineatur, niſi medietas eorum, pro titulari remaneat, vt in ſpecie *Lotter. lib. 1. q. 36. nu. 127.* benè *de Luc. d. lib. 13. de Penſ. diſcurſ. 55. per tot. Rot. cor. Royas dec. 169. nu. 1.* Valor, au-
tem, Beneficij, ad huuc effectum, cõſideratur, de tem- 17
pore translationis, ità vt, ſi deindè, vel creſcant fructus, vel ceſſent aliæ penſiones, ad fauorem titularis non reconualeſcat, nec augetur penſio ad fauorem translatarij, *Rot. d. dec. 169. num. 10. & dec. 184 per tot. & dec. 217. cor. Royas, Rot. poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 138. num. 6. 7.* & quod ità omninò ſeruandum ſit poſt dictam Bullam Vrbani dixit *Rot. dec. 201. & 282. par. 12. rec.*

Si, verò, facultatem habens transferendi excedat eamdem facultatem, penſio translata non annullatur
in totum, ſed ſolum, in exceſſu, vt firmauit *Rot. d. dec.* 18
689. nu. 2. par. 4. diuerſ Franc. de Iur. cathedr. cap. 7. num. 126. Coccin. dec. 322. nu. 9. Montic. dec. 153. per tot. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæſt. 36. nu. 79. 80. Buratt. dec. 169. ad fin. & ibi *add. lit. F, Salgad. Labyr. cred. par. 4. cap. 4. nu. 19. & ſeqq. Rot. dec. 282. num. 2. part. 12. rec. de Luc. vbi ſupra d. diſcur. 55. num. 9.* ea ratione, quia in ſummis, qualis eſt Penſio, vtile per inutile non vitiatur per
tex. in l. 1. §. ſed ſi mihi, & ibi *Iaſ. num. 7. de verb. oblig.* 19
Boer. dec. 162. num. 4. quod, tamen, limitatur, & non habet locum, contradicente transferente, quando, enim, ille contradicit, nec contentus eſt reductione,
penſio non reducitur, ſed annullatur in totum; Nam, 20
ſicuti, quando alicui reſeruatur penſio ex cauſa reſi-
gnationis, tunc ſi penſio, in parte eſt nulla, in totum 21
remanet nulla, & non reducitur, niſi volente ipſo reſignante, iuxtà opinionem à Rota canonizatam, vt per *Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 425. & cor. Millin. dec. 246. de Luc. d. diſcur. 55. num. 10.* ſic in caſu noſtro, ſi transferens penſionem contradicat nullitati, nec velit, quod reducatur penſio, in minorem ſummam, ſi penſio, pro parte non valet, non debet valere in totũ, nam eadem regula, quæ militat in reſignatione Bene-
ficiorum militat in translatione penſionum *Rot. dec.* 22
471. nu. 5. 6. par. 1. diuerſ. & cor. Millin. d. dec. 246. vt in puncto ratiocinando firmat optimè *Spad. conſ. 75. nu. 7. & ſeqq. lib. 3.*

Huiuſmodi Penſio translata, quæ translatio, vt dixi, fit per viam extinctionis, & creationis, ſeu reſeruationis nouæ penſionis, reſpectu titularis, non eſt noua
penſio, ſed eſt eadem in ſubſtantia, nec inducit no- 23
uum grauamen, ſed ſolũ fit mutatio perſonæ, & quæ-
dam delegatio ſolutionis alteri faciendæ, & ideò di- 24
citur modici præiudicij, cum ſæpè contingat præmori translatarios, etiã iuniores *Rot. dec. 122. nu. 9 par. 1. rec.*

Millin.

Millin.dec.327.num.3.Parif.conf.5. num.86.lib.4. Gra-
tian.difceptat.335.num.24.Buratt.latè dec.638. num.3.
& ibi,add.nu.9.Merl.dec.243.nu.13.Royat dec.318.Bar-
bof.prax.exig.penf.par.1.quæft.2.num.62.quod,tamen,
procedit folum,quoad titularem;nam refpectu trans-
25 latarij,eft noua penfio Greg. dec. 18. nu.2. Add.ad Bu-
ratt.dec.638.n.10.Hinc eft,quod etfi literæ translatio-
nis habeant pararam executionem, & detur transla-
26 tario via executiua,ficuti transferenti, Duran. dec.60.
nu.3.Lotter.de re benef.lib.1.quæft.40.nu.305. Garz. de
Benef.par.1.c.5.n.470.Barbof.in prax.exig.penf.d.quæft.
2.nu.67.tamen,quafi poffeffio eiufdem transferentis,
non iuuat translatarium, ad effectum obtinendi ma-
27 nutentionem,in exigendo,Buratt.dec.638.num.5.& ibi
add.nu.11.Garz.de benef.par.1.c.5.nu.470. & feqq.Rot.
dec.122.num.11.par.1.rec. Barbof.in prax exig.par.1.
quæft.2.nu.57.& 69.Rot.dec.305.nu.2.par 3.rec.Lotter.
de re benef.lib.1.q.36.num.119.& feqq. Grat. difc. 113.
numer.75. optimè de Luca d.lib.13.de penf.difcur. 61.
num.2.

Quod,dixi, fuprà de facultate transferendi penfio-
nes,quod fit odiofa,adeò verum eft,vt quælibet verba
28 indulti fint ftrictiffimè interpretanda, contrà transla-
tionem;vndè facultas transferendi penfiones referua-
29 ras fuper fructibus Beneficiorum, non habet locum,
in referuata,fuper diftributionibus, quia illæ, non ve-
niunt nomine fructuum,nifi in cafu,quo ijdem fructus
Beneficij omnes cõfiftant in diftributionibus,quo cafu
dicuntur fructus,vt probaui alias, & firmat in termi-
nis Rot.in Rom.Penfionis 15 Februarij 1664. cor. Reue-
rendiff.Gerunden.dec.126.poft tract.& in eadem Romana
Penfionis 1.Iulij 1665.cor. Ottalor. Et quando quis ha-
31 bet facultatem nominandi translatarium non poteft
transferre nutibus,fed requiritur expreffa,& fpecifica
nominatio,cum voce transferentis iuxrà tenorem fa-
cultatis,vt optimè Spad.conf.80.per tot. lib.3. Rot. dec.
307.par.10.rec.& latiffimè in dec.38.par.6.de Luc. in d.
lib.13.difcur.59 nu.10.11.qui per plures difcurfus ple-
niffimè materiam translationis penfionum examinat,
vbi, quod habens facultatem rransferendi penfiones
32 in vnam, vel plures perfonas nominandas non poffit
ferre in perfonas incertas de certis, nempè, in fami-
liam iuxtà nominationem faciendam à tertio. Et
non obftante quauis ampliffima facultate transferen-
di,non valet translatio, quando in referuatione pen-
fionis eft Pactum, ne poffit transferri, nifi fpecificè
33 fuerit Pontifici narratum Rot.dec.689.num.1.par.4. di-
uerf.& dec.153.num.1.2.par.5.rec. & dec.247. per tot.
par.11.Otthob. dec.239. num. 8. Spad. conf. 75. num.1.
qui, tamen, dicit effe validam translationem,fed par-
tem transferentem teneri ad intereffe.

Aduertendum eft,quod habens facultatem transfe-
rendi non prohibetur transferre per Procuratorem,
34 Garz.de benef.par.1.c.5.nu.246.Rot.dec.38. nu.51.par.
6.rec. & quod licet in translarione requiratur con-
35 fenfus trauslatarij,vt probat Gabr.latiff.conf.185. &
186.lib.1.Spad.conf.78.nu.10.& feqq.lib.3.tamen, non
eft opus,vt fit præfens translationi,vt ait Spad.conf.76.
36 num.8.lib.3. & poteft acceptare, & dare confenfum
poft mortem transferentis Mohed. dec. 28. 31. de re-
37 nunc.Rot.dec.58.num.77.par.6.rec.eadem Rot.in Ferra-
rien.Penfionis 18.Iunij 1660.cor.R P.D.Beuilaqua,dec.
36.nu.5. poft tract. ficuti poft mortem eiufdem trans-
ferentis Caractere Clericali infigniti poteft translata-
38 rius,vt obtineat penfionem,Gabr.conf.186. nu.3. lib.1.
Parif.de refign.lib.4.q.2.nu.77.& feqq.Et iure,quidem,
merito;nam plerumq; rranslationes huiufmodi fiunt
39 in articulo mortis,& dummodò transferens fit, com-
pos mentis, etiamfi grauiffimo morbo laboraret, &
animam ageret, etiam ad perfuafionem aliorum, &
fuggeftionem ipfius translatarij, validè transferret

Libro III.

Lother. de re benef.lib.1.qu.40.n.55.& feqq. Coccin.dec.
455.nu.5.6 & difcuffo articulo in Ferrarien. Penfionis
21. Iunij 1660. cor.Eminent. Cerro.

Plura hic addi poffent pertinentia ad translationẽ
penfionum, quia, tamen, vt fuperius indicaui mate-
ria ifta tota dependet ab explicatione facultatum, &
Indultorum, ideo difficile eft articulum in abftracto
examinare.

Cęterùm pro complemento articuli omittere non
poffum cafum in praxi contingibilem, videlicet, An
ille, qui alteri ceffit penfionem, poffit in eius præiu- 40
dicium transferre, vel alio modo extinguere.

Pro cuius intelligentia fciendum eft penfionum cõ-
moditatem effe in noftro commercio, ficut quælibet
alia res merè temporalis, & per confequens poffe ce-
di, alienari, donari, aut,alio quocumque modo,obli-
gari, & in alium transferri, fine vllo Sedis Apoftolicæ 41
Beneplacito, Lotter.de re benef. lib.1. qu. 42. num. 23.
& feqq.Garz.de Benef.par.1.c.5.num.29.Salgad. Labyr.
cred.par.1.c.43.nu.47.Suar.de Relig.tom.1.lib.4.c.26.n.
9.17.Bonacc.de Simon.§ 3.par.4.propof.2.n.13.Rot.cor.
Greg.dec.440 per tot.Olea de ceff.tit.3.q.1.num.12. Bar-
bof.de Iur.Eccl.lib 3.c.11.num.20.Rot dec.397.num. 19.
par.12.rec.Cenfal.de Luc.difc.76.n.11.vbi quod feque-
ftrari poteft pro debito, Duran.dec.17.per tot. de Luc. 43
d.tract.de penf.d.68.num.26.

Imo, & ipfi fructus Beneficij, & eorum commodi-
tas hypothecantur, & alienantur licitè, ad vitam Be-
neficiati, Abb in c. peruenit num.11. de fideiuff. Barbof. 44
in c.16.de reftit. fpoliat. Pafqualig. dec. moral. 210. per
tot. Redoan.de reb.Eccl. non alien. tit. de conft. ann.redd.
numer.17.18.Salgad. Labyr. cred. par.1.cap.42.num. 2.
Lotter. de re benef.lib.1. q.42.num.25.& feqq. Rot.dec.
102.per tot.vol.confil. Farinace.

Penfionarius, autem cedens commoditatem pen-
fionis,retinet in fe titulum, & eius morte non ceffio-
narij expirat penfio, imò, nec rtansfert Ius exigendi
penfionem,in hoc, enim, confiftit ipfa penfio,quæ nõ 45
poteft auctoritate propria,& fine Papa in alium trãs-
ferri, fed folum cedit, & dat facultatem exigendi fru- 46
ctus penfionis, tanquam ad fe, pertinentes, Gabriel.
confil.162.num.8.lib.2.Tondut.qu.benef.lib.1. capit. 35.
Lotter.de re benef. cap.43.nu.46.Pafqualig.qu.moral. c.
215.per tot. latè probans penfionarium, ratione titu-
li, quem in fe retinet, obligari ad recitationem hora-
rum Canonicarum.

Sciendum eft, etiam, effe in facultate penfionarij,
fine licentia Apoftolica caffare, remittere, extingue-
re, & diminuere penfionem, ex qua talis extinctio
eft, ad fauorem Ecclefiæ, & per eam beneficia ad pri- 47
ftinum libertatis ftatum reducuntur, Parif. de refign.
lib.6.part.2.num.123. Rot. dec. 454. num.7. p.1.diuerf.
cor.Buratt.dec.469. Bellon. Iun. confil.27.num.1 Garz.
de Benef. par.5.cap.5.num.39.Rot.dec. 397. num. 20. p.
12. rec. Lotter.de re benef. q.42.num. 7. 8. Mediolanen.
Penfion.17.Nouemb.1662.§.fecundò,cor.Priolo de Luc.
loc.cit.difcur.11.& n.9.10.etiamfi fiat per viam tranfa-
ctionis Buratt.dec.464.nu.8.& latiff. difcuffo articulo, 48
Ciarl.contr.for.c.202.per tot. dummodò,tamẽ,non in-
terueniat pretium,aut pecunia,quia,hoc cafu,faperet
Simoniam,& fine licentia Apoftolica minimè permit- 49
teretur,vt in puncto, Sayr.de Cenf.lib.2.c.5.n.15.,Garz.
de Benef.par.1.c.5.nu.20.Fagn.in c.ad audientiam,n.82.
& feqq.de refcript.de Luc.d.lib.13.difcurf.5. nu.3. quid-
quid dicant in contrarium Canoniftæ,& Theologi al-
legà Cartar.dec.crimin.16.num.32.

In huiufmodi, autem, diminutione, & extinctione
fieri non poteft aliquod pactum,per quod,vel,ob non 50
folutionem refidui, vel,ex alia caufa reuiuifcat, Pen-
fio diminuita, aut extincta, Buratt.dec.469.n.2.& per
tot. quam decifionẽ latè exornat, Mercnd.c.30.lib.21. 51

Et ratio eſt patens, quia, quando eſt extincta prima
penſio, vel per conuentionem partium, vel alio quo-
cumque modo, reuiuiſcere non valet, nequidem de
partium conſenſu, ſine noua reſeruatione, & ſine no-
uo beneplacito Apoſtolico *Barb. de I v. ecl. vnin. lib. 1.
cap. 39. §. 2. nu. 79. Merl dec. 382. nu. 3. Ferrarien. Penſio
nis 1665. cor. Alberg. Romana Penſionis 15. Iunij 1668.
cor. Alberg. §. fin.* in qua plures aliæ deciſiones alle-
52 gantur, niſi, in caſu diminutionis, intuitu paupertatis
titularis; hæc enim, diminutio expirat mortuo titula-
ri *Gigas conſ. 125. nu. 6. & ſeqq Buratt. dec. 469. num. 16.
Rot. dec. 345. par. 9. rec. per tot.*

Sicuti non ſufficit partium conſenſus, ad conuali-
dandam penſionem nulliter reſeruatam *Caſſad. dec. 4.
53 de penſ. Achil. dec. 12 eodem tit Penn. dec. 149. num. 19.*
quia validare penſionem inualidam non dependet à
facto partium, ſed à poteſtate Pontificis, nec valet
54 concordia, ſuper validitate *Sarnen in Compend. ſignat.
num. 87. Pariſ. de reſign. lib. 6. quaſt. 2. num. 8. Mohed.
dec. 12. de renunc. Gambar. de off. & pot. leg. lib. 6. num.
483. Barb. de Iur. eccl. lib. 3. cap. 11. num. 75.* Nam ſicuti
55 partes non poſſunt nouam reſeruare penſionem, ità
nec poſſunt nulliter reſeruatam validare, *Grat diſcept.
for. c. 962. num. 34. Giurb. dec. 55. num. 16. Surd. conſ. 145.
num. 14. Barboſ. vot. dec. 5. num. 25. Rot. dec. 178. num. 25.
56 & ſeqq. par. 12. rec.* quia penſio nulliter impoſita eſt,
ac ſi non eſſet reſeruata, & nihil operatur, nec de ea
fieri debet aliqua mentio, vel in noua reſeruatione,
57 vel in impetratione Beneficij *Rot. dec. 739. par. 2. rec.
dec. 666. num. 1. par. 1. & dec. 33. num. 5. par. 4. tom. 2. &
poſt Duard. de cenſ. dec. 102. num. 3.* licet regula ſit ſatis
nota, quod in reſeruatione penſionis ſuper Beneficio
58 exprimenda ſit prima penſio, *Capntaque dec. 98. par. 2.
Tondut quaſt. benef. lib. 1. c. 6. Fagn. in cap. ſuper litteris
nu. 67. de reſcript. Meleuitana Penſionis 28. Iunij 1669.
§. Iuſtitia cor. Ottal. de Luc. de penſ. diſc. 4. n. 2* Ita vt talis
penſio, vel nulla, vel ſemel extincta, ſi fuit exacta, &
deindè declaretur nulla, & extincta reſtituitur titulari
59 à principio reſeruationis, vel à die extinctionis *Lotter.
de re benef. lib. 1. quaſt. 38. numer. 229. & ſeqq. Rot. poſt
Zacch. de oblig. cam. dec. 15. & dec. 3. num. 67. & dec.
281. per tot. par. 7. & dec. 418. num. 5. & dec. 500. num. 4.
par 9. rec.*

Aduertendum eſt, autem, id quod diximus de di-
minutione, & reductione penſionis ſine licentia Apo-
ſtolica non habere locum, quando penſio fuit reſer-
uata ſuper Beneficio pleno, ad fauorem Nepotis, aut
60 alterius coniuncti, quia ad euitandas fraudes, & col-
lationes, quæ in talibus reſeruationibus euenire ſo-
lent, Papa vult, vt ſoluantur, & probetur ſoluta inte-
61 gra penſio vſque ad mortem titularis *Barb. vot. deciſ.
5. num 9. 10.* & quidem pleniſſima probatione, ità vt
non ſufficiat probatio ſolutionis aliquotum termi-
norum, nec ſufficiat confeſſio titularis de recepto, ſed
requiritur publicum Inſtrumentum, & depoſitiones
62 teſtium, qui viderint numerationem pecuniæ, vt plu-
ries conſtantiſſimè firmauit *Rot. cor. Buratt. dec. 156.
per tot. cor. Merl. dec. 125. dec 406. nu. 1. & ſeqq. par. 10.
dec. 287. num. 9. par. 5. dec. 178. num. 14. & ſeqq. par. 12.
dec. 585. num. 5. par. 4. rec. & in Ariminen. Penſionis 10.
Maij 1662. in princ. cor. Emerix deciſ. 106. poſt tract.
Barboſ. d. vot. deciſ. 5. per tot.*

Sicuti, quando reſeruatur Penſio ſuper Beneficio
pleno eſt neceſſaria pleniſſima probatio valoris in
63 ſupplicatione narrati *Penn dec. 569. num. 14.* latiſſimè
Rot. dec. 11 par. 11. rec. ità vt exceſſus in minimo vitiet
64 in totum reſeruationem *Garz. de benef. par. 1. c. 5. num.
427. Add. ad Buratt. dec. 369. num. 8. Tondut. de penſ. cap.
15. num. 3. Parmen. Penſionis 1. Iunij 1665. deciſ. 131.
num. 2. poſt tract. confirmata cor. eodem 15 Febr. 1666. §.
1. cor. Ottalor.*

Nec conſenſus anteceſſoris, ad hunc effectum, præ-
iudicare poteſt ſucceſſori, licet regulariter præiudicet
Seraph. dec. 1122. n. 1. dec. 511. par. 4. rec. Garz. de benef. 65
par. 1. c. 5. num. 442. & ſeqq. dec. 306. num 6. par. 10. rec.
etiamſi dictus ſucceſſor, in aſſecutione Beneficij, nar-
ret dictum Beneficium eſſe penſione grauatum, per
talem, enim, narratiuam non dicitur approbare pen-
ſionem *Merl. deciſ. 343. Add. ad Greg. dec. 57. num. 17.* 66
*Barboſ. vot. deciſ. 126. num 258. Rot. dec. 306 num. 7. par.
10. rec* & ratio eſt, quia dum ſucceſſor narrat Benefi-
cium eſſe penſione grauatum, fatetur, quidem, factum
reſeruationis, ſed non ideò approbat validitatem
gratiæ *Rot. dec. 278. num 3. 4. poſt Poſth de mann. d.* 67
*dec. 306. nu. 10. par. 10. rec. Ariminen. Penſionis 10. Maij
1662. §. quia cor. bo: me: Emerix.*

Præthereà eſt aduertendum, quod in reſeruatione
penſionis fieri poteſt Pactum regreſſus ad Beneficiū, 68
ob non ſolutionem, &c. quod Pactum operatur, vt
titularis, nullo modo poſſit petere nullitatem, vel re-
ductionem penſionis, niſi dimiſſo Beneficio, *Lotter. de* 69
*Re benef. lib. 1. quaſt. 42. num. 38. Rot. dec. 63. par. 1. diuerſ.
& dec. 283. num. 17. par 5. rec. d. Parmen. Penſionis 1. Iu-
nij 1665. confirmata 1666. coram R. P. D. Ottalora*, vbi
firmatur, quod hoc Pactum regreſſus iuuat etiam
ſucceſſorem, in Beneficio, & exercetur contrà tranſ-
latarium penſionis.

Cuius vigore Pacti, quando penſionarius vtitur io-
re regreſſus, extinguitur Penſio, & conſolidatur cum
titulo Beneficij; nam ſicuti vſusfructus extinguitur, 70
vbi vſufructuarius acquirit proprietatem *l. ſi tibi fun-* 71
di, ff quib. mod. vſusfr. amit. ità etiam per aſſecutionem
tituli, extinguitur penſio *add. ad Buratt. dec. 528. nu. 4.* 72
vbi num. 5. firmat non ſufficere, quod penſionarius
reuertatur ad beneficium, ſed requiri, quod hoc fa-
ciat, titulo irreuocabili; Et quamuis, pendente tempo-
re, & Iure regreſſus, noua reſeruatio penſionis ſuper
beneficio ſit valida, etiam non facta mentione re- 73
greſſus; tamen, quando regreſſarius capit Beneficium,
nihil eidem præiudicat d. reſeruatio Penſionis, ſed in
totum extinguitur, ac ſi nunquam fuiſſet reſeruata 74
*Put. dec. 97. lib. 2. Gigas de penſ. quaſt. 79. Barb. vot. dec.
126. num 257.*

Ex quo ſequitur, quod quamuis ſucceſſor in Bene-
ficio poſſit conueniri pro penſionibus decurſis in vita
prædeceſſoris *Gig. de penſ. quaſt. 39. numer. 11. Rot. dec.* 75
*176. num. 3. par. 2. rec. Cyriac. contr. 397. num. 49. Ton-
dut. quaſt. ciuil par. 2 cap. 1. §. 4. num. 60. & ſeqq.* ità vt
ſit in poteſtate penſionarij, vel conuenire hæredem
prædeceſſoris, vel poſſeſſorem Beneficij *Rot. dec. 253.* 76
num. 1. par. 3. rec. latè *Buratt. dec. 448. per tot. Greg. dec.*
507. & ibi, *Beltram.* dummodò tamen non fuerit ne-
gligens in exigendo, & doceat de diligentijs factis,
tempore prædeceſſoris, *Achil. dec. 3. de penſ. Seraph.* 77
*dec. 1351. num. 1. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 199.
Gratian. diſcept. for. cap. 49. num. 52. Add. ad Buratt. d.
dec. 448. num. 10. Tondut. quaſt. benef. lib. 1. cap. 47. num.*
23. & dummodo remaneat ſucceſſori ſufficiens con- 78
grua *Lotter. de Re benef. lib. 1. quaſt. 69. num. 150. Greg.
d. dec. 507. num. 5. Tondut de penſ. cap. 20. num. 2.* hoc
tamen non procedit in acquirente Beneficium Iure
regreſſus, quia hoc caſu, regreſſarius non capit Bene-
ficium tanquam ſucceſſor, ſed ex ſuo primæuo Iure, 79
vt optimè *Merl. dec. 243 num. 15. & ſeqq.*

Quibus, ità firmatis, redeundo ad dubium propo-
ſitum; An, qui ceſſit Ius exigendi penſionem, poſſit
eam in alium transferre, vel extinguere, breuiter cum
diſtinctione reſpondeo. Aut penſionarius ſimpliciter
conſignauit ſuo creditori fructus, & commoditatem
penſionis, vt ex ea ſatisfieret, & hoc caſu, extinguere
poteſt, aut vltrà ſimplicem aſſignationem, conſtituit
ceſſionarium Procuratorem irreuocabilem ad exi-

gendam

gendam pensionem,& tunc non valet, vllo pacto, ex
tinguere, aut in alium transferre, quia, hoc casu, vt su-
prà probaui retinet purum titulum, qui est omninò
inefficax, vt in puncto (quidquid dicat *Fagn. in cap. ad
audientiam num 96. & seqq. de rescript.*) examinato ar-
ticulo probant *Salg ad. Labyr. cred. par. 1. cap. 43. per tot.*
cuius doctrinam sequitur,& canonizat *Rot. dec. 397.
per tot. par. 12. rec. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 42.
num. 9. & seqq.* qui testatur decisionem *Rotæ 129. par.
1. rec.* quam ipse obtinuerat, in contrarium fuisse in
dubium reuocatam, à qua Rota deflexit,& articulum
optimè, de more, examinando, firmat *de Luc. d. lib. 13.
de pens. disc. 68. per tot.*

Et hæc dicta sufficiant, de Pensionibus, quoad per-
tinentia ad nostrum tractatum, nunc aliqua attin-
genda sunt de resignatione, & permutatione benefi-
ciorum in his, in quibus ad eumdem tractatum per-
tinent.

Et in primis, aduertendum est, quod sicuti, vt vidi-
mus Expectatiuæ Beneficiorum prohibentur ob vo-
81 tum, quod sapiunt captandæ mortis, ità omnes pro-
uisiones, resignationes,& permutationes, quæ aliquo
modo, tendunt, vel ad captandam mortem benefi-
ciati, vel ad supplantandum successorem in Benefi-
cijs, omni Iure prohibentur per Sedem Apostolicam,
82 prouidè statuendo, contrà fraudes adinuentas in eli-
gendo successorem antè mortem Beneficiati.

Hinc est, quod ad hoc, vt valeat resignatio, ne fiat
à graui morbo laborantibus, aut in articulo mortis,
debet resignans post datum consensum viuere vltrà
83 20. dies *Spad. cons. 82. lib. 2.* ità vt resignante mortuo
intra dictum tempus resignatio sit nulla, & benefi-
84 cium dicatur vacare per eius obitum *Caputaq. dec.
16. num. 12. 13. par. 3. Paris. de resign. lib. 12. quæst. 3. nu.
2. & seqq. De Luc. in d. tract. verit. & iustit. lib. 12. de be-
nef. discur. 34. num. 9. 10.*

Vlterius resignationes, vt obuietur fraudibus iux-
tà formam *Bullæ Gregorij XIII.* in ordine 85. §. 3. *in*
85 *Bullar. nou. tom. 2.* debent publicari intrà sex menses
*Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 321. Penn. dec. 325.
num. 9. Mediolanen. Iurisp.* 10. *Decembris* 1660. *coram*
86 *Reuerendiss. Albergat.* Ita vt resignatarius teneatur
ostendere dictam publicationem, etiamsi esset reus,&
possessor, nam, etsi verum sit, quod reus, & possessor
87 non teneatur aliquid iustificare, hoc, tamen, non pro-
cedit respectu exceptionis productæ, scilicet, resigna-
tionis, in qua, cum sit actor, plenè tenetur iustificare
88 esse validam, vti fundamentum suæ exceptionis *l. 1.
ff. de except.* in puncto *Rot. cor. Royas dec. 80. per tot.* vbi
cum alijs decisionibus rotalibus firmat, quod, cum
publicatio sit pars gratiæ reddit resignatarium inca-
89 pacem ad beneficium,& probat etiam *Palm. cons. 80.
per tot. Rot. dec. 91. par. 4. tom 2. rec. Paris. de resign. lib.
10. quæst. 3. per tot. Canal. dec. 214. num 2. Merl. dec. 329.
num. 9.* Quia, hoc casu, probatur negatiua dictæ pu-
blicationis eo, ipso quod non ostenditur; secus est, si
90 agatur pro iustificatione impetrationis Beneficij, ob
non publicationem, hoc, enim, casu tanquam funda-
mentum suæ gratiæ spectat ad impetrantem probare
91 dictam negatiuam publicationis *Rot. dec. 305 num. 1.
par. 8. rec. d. Mediolanen. Iurisp.* 10. *Decembris* 1660.
§. negatiua cor. Reuerendiss. Alberg. sicuti si doceretur
de triennali possessione, quo, etiam, casu, præsu-
meretur publicatio, nec esset à possessore proban-
92 da *Garz. dec. Benef. par. 11 cap. 3. §. 4. num. 312. Do-
nat. Anton. de Mar. cap. 508. numer. 16. Royas dec. 80. à
princ.*

Cuius publicationis defectus nullitatem inducit
etiam contra resignantem, qui etsi regulariter habeat
93 regressum ad beneficium, & non perdat suum ius,
nec amittat suam possessionem, etiam ad effectum
manutentionis, etiamsi resignatio esset nulla, donec
resignatarius obtineat pacificam possessionem, *Do-* 94
*nat. Ant. de Mar. cap. 103. num. 2. & seqq. lib. 1. Penn.
dec. 192. num. 2. Ottob. dec. 19. per tot. Rot. dec. 177. nu.
17. part. 11. rec. Colonien. Canonicatus* 10. *Decembris*
1660. *§. obiectum cor. b. m. Emerix, & in Asculana
Benefi. ij 23. Maij 1664. cor. R. P. D. Taya, decis. 149.
post Tractat.* Tamen, quando, nullitas procedit, ex
non publicatione resignans Beneficium non repetit,
quia omne Ius per huiusmodi defectum, ab eo cecidit
iuxtà dictam Bullam Gregorianam, vt cum *Verall.
dec. 80. part. 3.* firmat *Donat. Ant. de Mar. cap. 308.* 95
num. 3. lib. 1. & latè de Materia *de Luc. d. lib. 12. de be-
nef. discur. 94. per tot.*

Prætereà, ad euitandam Successionem,& Successo-
ris supplantationem resignatio, seu permutatio Be-
neficij sub spe consequendi, aut obtinendi aliud Be-
neficium, vel iam vacans, vel proximè vacaturum non
valet, quia hoc fieri solet in fraudem, vel Sedis Apo- 96
stolicæ, vel alterius, ad quem spectaret collatio, iux-
tà regulam tertiam Cancellariæ, & Constitutionem
Pauli V. relatam per extensum à *Garz. de benef. part.
11. cap. 5. num 64. Merl. dec. 559. num. 1.* & optimè fir-
mauit *Rot. in Vrgellen. Parochialis 14. Decemb. 1663.
confirmata 20. Iunij 1664. cor. Verosp. decis. 194. post
Tractat.* vbi latissimè firmatur, quod quando resigna-
tio, & permutatio fit iam vacante alio beneficio,
quod assequitur resignans, semper habet locum dicta 97
Constitutio Paulina, & dicta regula tertia Cancella-
riæ, non obstante bona fide, & ignorantia vacationis
in resignante, & resignatario, licet secus sit, quando
beneficium, quod deinde consequitur resignans, non
dum vacabat; tunc, enim probandum est resignatio-
nem fuisse in fraudem speratæ vacationis, & conse-
cutionis alterius Beneficij, quæ fraus probari potest 98
coniecturis, quas numerat *Passer. in c. si te num. 5. &
seqq. de renunc. in 6.*

Ex eadem ratione euitandi successionem,& votum
captandæ mortis prohibentur Patroni Iurispatrona-
tus, & Collatores Beneficiorum præsentare, & con-
ferre Beneficia ante vacationem, *Garz. de Benef par.* 99
*10. cap. 1. num. 4. & seqq. Rot. cor. Put. dec. 238. num.
3 lib. 1. Add. ad Buratt. decis. 91. lit. A.* Imò, nec va-
let promissio de Beneficio vacaturo, vt est *textus* ex-
pressus *in c. detestanda, & in cap. ne captandæ de con-* 100
*cess. præb. in 6. Fagn. cap. nulla num. 4. 13. de concess.
præb. Barb. de pot. Ep. alleg. 2. part. 3. num. 3.* & latius
in d. c. nulla per tot. de concess. præb. quia perdictas pro-
missiones desideratur mors titularis contra *tex. in c.* 101
vnic. de Sacr. vnct. & ideò nec valet ante vacationem
constitui procurator ad præsentandam personam cer-
tam, *Maresc. var. resol. lib 2. cap. 33. num. 1. & seqq. Fe-
rentill. ad Buratt. dec. 21. num 29.* cum alijs apud *add.* 102
ad Gregor. dec. 420. num. 9.

Et hæc, quæ dicta sunt de resignatione possunt
adaptari etiam ad permutationem,
de qua plura videas valdè eruditè
apud *de Luca de benef. disc.
40. & seqq.*

CA

C A P V T IX.

De Cenſu Vitalitio. Qui ſit, an ſit licitus, & retenta affirmatiua, argumenta in contrarium diluuntur. Vlterius quæritur an Bulla Pij V. de Cenſibus habeat locum in Vitalitio. An poſſit reſcindi ob læſionem. An ſit redimibilis ad voluntatem debitoris.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſus Vitalitius dicitur redditus qui ad vitam emptoris, vel alterius conſtituitur.*
2 *An ſit licitus.*
3 *Eſt illicitus ad rationem octo, vel decem pro ſingulo Centenario, & Anno.*
4 *Et dicitur vſurarius.*
5 *Et inducit votum captandæ mortis.*
6 *Conſtitutus ad vitam Venditoris eſt licitus, non vero ad vitam.*
7 *Valet Cenſus Vitalitius.*
8 *Etiamſi fiant ſuper vita duorum, vel plurium.*
9 *Quo caſu poſt mortem vnius alteri accreſcit.*
10 *Prohibuit Philippus Rex Hiſpaniarum Cenſum Vitalitium ad vitam duorum, vel plurium.*
11 *Eſt valida venditio vſusfructus alicuius fundi, & hoc caſu omnes fructus rei ad emptorem pertinent.*
12 *Annui redditus ad vitam ſunt ſimiles vſufructui.*
13 *Annua penſio in ſingulo anno quoad quis vixerit teſtamento relinqui poteſt ſimpliciter, vel deſignato fundo.*
14 *Ex incertitudine vitæ iuſtificatur cenſus vitalitius licet ſit venditus habita ratione ad decem, & duodecim pro ſingulo centenario, & Anno.*
15 *Licet redditus percepti ſortem acceptam excederint, valent.*
16 *Excluditur vſura ob vitæ incertitudinem.*
17 *Et quia morte emptoris ſors extinguitur, nec debet reſtitui.*
18 *Non valet cenſus vitalitius, quando pretium reſtitui debet poſt mortem.*
19 *An poſſit peti ſors, quando fuit initum Pactum, vt ſtante mora in ſoluendo annuam portionem, repeti poſſit.*
20 *Votum captandæ mortis quare non habet locum in cenſu vitalitio.*
21 *Non attenditur votum captandæ mortis, quia diſpoſitio non eſt de omnibus bonis.*
22 *Captatio mortis excluditur, quando interuenit in Contractu perſona, cuius mortem captari periculum eſt.*
23 *Spes deducitur in Contractu, & emi, & vendi poteſt.*
24 *Contractus ſpei eſt validus, nec in eo poteſt læſio conſiderari.*
25 *Vita humana ſubiacet periculis.*
26 *Periculum deductum in Contractu eſt pars pretij.*
27 *Cenſus vitalitius ſuper vita alterius, & non ſuper fructibus alicuius prædij non valet ſecundum aliquos.*
28 *Contra quod valeat.*
29 *Cenſus vitalitius non comprahenditur ſub diſpoſitione Bullæ Pij V. loquentis de Cenſibus.*
30 *Cenſus vitalitius non annullatur, quando non habet ſolemnitates, de quibus in Bulla Pij V.*
31 *Cenſus vitalitius non poteſt annullari ob læſionem.*
32 *Contra, quod ſtante læſione annullari poſſit.*
33 *Ad ignoſcendam læſionem cenſus vitalitij, quæ ſint attendenda.*
34 *Arbitrio Iudicis eſt remittendum, an Cenſus vitalitius valeat, & reduci debeat.*
35 *Iudex in hoc debet regulare arbitrium, ab vſu regionis.*
36 *In Hiſpania Cenſus vitalitij fiunt ad rationem vnius pro ſeptem.*
37 *Data validitate Cenſus ab initio, nequaquam annullari poteſt ex poſt, licet aliquis lucrum, & non damnum ſentiat.*
38 *Læſio conſideratur reſpectu temporis Contractus, & non ex poſt.*
30 *Quando Contractus eſt dubius, & ità poteſt eſſe ad lucrum, quam ad damnum, non attenditur quid eueniat.*
40 *Quando eſt læſiuus reducitur ad iuſtum pretium.*
41 *Vſusfructus computatur inter immobilia.*
42 *Cenſus vitalitius computatur inter immobilia.*
43 *Cenſus vitalitij ſunt in continuo periculo, vt amittantur.*
44 *Pecunia Eccleſiæ non poteſt conuerti in emptionem cenſuum vitalitiorum.*
45 *Solemnitas ſtatuti non requiritur in cenſu vitalitio.*
46 *Cenſus vitalitij ſunt redimibiles ad voluntatem venditoris.*
47 *Contra, quod redimibiles non ſint.*
48 *Niſi vterque conſenſerit.*
49 *Vendens alteri Cenſum Vitalitium debet minori pretio vendere.*
50 *Cenſus vitalitius merè perſonalis eſt nullus.*
51 *Quando Cenſus vitalitius fundatur ſuper fundo frugifero, ad hoc vt valeat fructus eſſe debet fructibus correſpondens.*
52 *Et illo caſu duplici periculo Cenſus eſt expoſitus, mortis perſonæ, & peremptionis fundi.*

AGitur item quodammodo, de ſucceſſione, per
Pactum transferenda, quando fuit Cenſus Vi-
talitij, ſiquidem datur pecunia ab emente Cenſum 1
pro annua præſtatione extinguenda per mortem al-
terius, ex contrahentibus, ideoque de hac re pariter
ſtatui nonnulla, licet, breui manu, exarare.

Dicitur Cēſus vitalitius, redditus, qui ad vitam emptoris, vel alterius conſtituitur, & morte finitur, nec ſors reſtituitur, vt alijs omiſſis, tenet *Conarr. var. lib. 3. cap. 7. num. 3. Surd de alim. tit. 9. quæſt. 11. num. 2. Capyc. dec. 159. num. 16. Gutierez. canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 5. nu. 2. 3. Salgad. Labyr. cred. par. 1. cap. 20. nu. 10. 11.* latiſſimè *Cyriac. contr. for. contr. 1. in princ. Leotard. de vſur. quæſt. 49. in princ.*

Si, verò, quæritur, an ſit licitus, nec ne talis Contra-
ctus, reſponde, quòd à multis reprobatur, vtpotè,
qui conſtituitur ad rationem octo, vel decem, pro ſin-
gulo centenario, & anno, quod ſapit vſuram, & præci- 2
puè à DD. allatis per *Roderic. de ann. reddit. d. lib. 1. qu.* 3
5. num. 4. per Cyriac. d. contr. 1. num. 10. per Cenc. de cenſ.
quæſt. 10. num. 2. exiſtimantes huiuſmodi Contractus 4
eſſe vſurarios, & à Catholicis non tolerandos, & ita
etiam ſentire videtur *Parlad. rer. quot. lib. 2. cap. 2.*
num. 18.

Eo magis, quia inducunt votum captandæ mortis
eius, qui annuas præſtationes recipere debet, vt obſer-
uat *Surd. de alim d. tit. 9. quæſt. 11. num. 30.* vbi, quod ab 5
huiuſmodi contractibus eſt abſtinendum, ne peccandi
occaſio præbeatur, dicit, enim audiuiſſe à maioribus
Io: Picum, qui ob egregias animi dotes Phænicis cognomentum meruerat, tali Pacto magnarer pecuniarum data quantitate alimenta ſtipulatum à diuite quodam Florentino veneno abſumptũ, quod is moræ impatiens, naturalis mortis diem expectare non poſſet, cuius verba referuntur etiam a *Cyriac. d. controu. 1. num. 3.* & obſeruat, etiam *Cenc. de cenſ. d. quæſt. 10. nu. 5.* vbi quod conſtitutus ad vitam venditoris, ſit vndequaque,

quaque,

quaque licitus census vitalitius, sed de constituto ad
6 vitam emptoris dat dubitandi occasionem l. fin. C. de
Pact. quia, scilicet, ex eo oriri potest desiderium mor-
tis ipsius emptoris, quod iura abhorrent l. stipulatio
hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. cap. dispendia, &
cap. ne captanda extr. de concess. præb. & plura etiam
tradit ad propositum, Leotard. de vsur. quæst. 49. num.
36. 37. & præcipuè, Polidori mortem a Virgilio rela-
tam, qui fuit a Thracio Rege interfectus, vt potire-
tur auro, quo ille Puer abundantissimè affluebat, vn-
de exclamauit Poeta

— *quid non mortalia pectora cogis*
Auri Sacra fames?

Attamen communissima est contraria sententia,
quod valeant huiusmodi Census, ad vitam Constitu-
7 ti, vt latissimè probant, ex Theologis Sot. de Iust. &
Iur. lib. 6 quæst. 5. art. 2. in fin. Less. eodem tract. lib. 2. cap.
22. dubit. 6. fol. 277. Nauarr. de vsur. num. 71. Molin. de
contract. disput. 388. Azor. Inst. moral. par. 3. lib. 10. de
cens. cap. 5. vers. secunda sententia Filincc. quæst. moral.
tract. 35. par. 2. cap. 1. num. 258. 259. Reginald. in prax.
for. pænitential. lib. 25. cap. 32. quæst. 3. num. 431. Bonacc.
de Contract. disput 3. quæst. 4. punct. 1. num. 17. cum alijs
latissimè adductis per Cyr. d. contr. 1. num. 4. & per Leo-
tard. de vsur. d. quæst. 49. num. 2 per Altogr. cons. 18. nu.
1. vers. & ex Theologis; ex Canonistis Innoc. Hostiens.
Io: Andr. Anchar. Abb. Bero. Archid. Anchar. & alij
per saturitatem cumulati per Cyriac. d. contr. 1. num. 7.
quibus addi possunt Couarr. var. lib. 3. cap. 7. Gutierez
lib. 1. quæst. Canon. cap. 39. cum cæteris adductis per
Gratian. discept. for. c. 856. in princ. ac ex Legistis, Dec.
cons. 123. num. 1 Roman. cons. 302. num. 3. & cons. 323.
num. 10. Gabr. cons. 141. num. 11. 52. Oldrad. cons. 207.
Decian. cons. 123. col. 1. Natt. cons. 498. num. 13. Cuman.
cons. 181. Castr. cons. 289. vol. 1. Capoll. cons. 14. num. 4.
vol. 1. & omissis alijs antiquioribus relatis per Cyriac.
d. contr. 1. num. 4. eandem sententiam probaruut Ca-
ual. com. contr. com. quæst 580. Gayl. lib 2. obseru. 8. Tusc.
pract. verb. emptio concl. 121. tom. 3. Redoan. de reb. Eccl.
non alien. rub. de const. anu redd. num. 49. & seqq. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 23. num. 8. Surd. de alim.
d. tit. fin. quæst 11. num. 2. Anendan. de cens. cap. 20. num.
22. & seqq. Roderic. de anu. redd. d. lib. 1. qu. 5. Gratian.
discept. for. d. cap. 756. in princ. Leotard. de vsur. quæst.
94. num. 2. 21 Cenc. de cens quæst. 10. num. 5. 13. Altogr.
cons. 18. num. 1. lib. 1. Salgad. Labyr. cred. par. 1. cap. 20.
num. 9. 10. 11. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. gl. 18. part. 3.
num. 97. pag. 464. & ita pluries admisit Rot. Rom. vt te-
statur idem Cenc. de cens. d. quæst. 10. nu. 13. nonnullis
relatis eiusdem Rotæ decisionibus, & firmauit Dec.
514. num. 3. post Cenc. de cens. & admisit etiam eadem
Rot. in dec. 253. par. 11. rec.

Et procedit conclusio, quamquam fiant super vita
duorum, vel plurium, possunt, enim, constitui, pro
pluribus personis, etiam insolidum, vt videlicet, mor-
te vnius non extinguatur redditus, pro parte, sed du-
8 ret vsque ad vltimum superstitem Gayl. d. obser. 8. lib.
2. Gratian. discept. for. c. 756. num. 57. vbi, quod, si vir
emerit, pro se, & vxore annuum redditum in vita co-
rum, mortuo viro, debeatur vxori talis redditus, in
totum, non autem, pro dimidia, cum vna pars accre-
scat alteri, stante Contractu ita celebrato, quidquid
alias in Contractibus non esset locus Iuri accrescen-
9 di, vt per Rot. dec. 432. par. 4. diuers. & latissimè Fonta-
nell. de Pact. nupt. d. claus. 4. gl. 18. par. 3. num. 98. Rot.
d. dec. 514. num. 3. post Cenc. Leotard. de vsur. d. quæst. 49.
num. 23. dicunt, tamen, hoc esse nimis debitoribus
onerosum, vix, enim, est, vt ex ijs vnus non longissimè
viuat; Qua ratione motus fuit Philippus II. Hispa-
niarum Rex ad sanciendum lege lata vt Census vita-
litius ad vnius tantum vitam imposterum constitui
deberet ac ad duorū, vel plurium vitam omninò pro-
hibitus intelligeretur, vt refert Roderic. de ann. redd. d. 10
quæst. 5. num. 12. idem Leotard. de vsur. d. quæst. 49. num.
24. dicunt, tamen, idem Fontanell. & Leotard. locis ci-
tatis, quod, quando ad vitam duorum, vel trium Cen-
sus emitur, leuior, & modestior redditus esse de-
bet &c.

Quòd, verò, valeant Census vitalitij, probatur
apertissimè ex clem. 1. de reb. eccl. non alien. vbi conce-
ditur Prælato, id Ecclesiæ necessitate exigente, pro
pecunia dimittere prędium aliquod Ecclesiæ, vel red-
ditum annuum alicui quamdiu vixerit, quod est Cen-
sum vitalitium concedere pro pecunia, vt obseruat
Leotard. de vsur. quæst. 49. num. 1. qui pariter id com-
probat, etiam auctoritate tex. in l. 8. in fin. ff. de pericul. 11
& commod. rei vend. vbi, quod est valida venditio
vsusfructus alicuius fundi, & hoc casu, omnes fructus
rei ad emptum pertinent l. 7. in princ. ff. de vsufruct. vt
ergo, per venditionem vsusfructus Ius percipiendi
fructus ex aliquo prædio in alium transferri poterit,
donec vixerit, ita prorsus Ius redditus annui, ex præ-
dio alterius emi, & comparari poterit, quamdiu quis
vixerit, & his. & similibus rationibus fundatur etiam
Couarr. var. lib. 3. c. 7. num. 3. vers. contrariam sanè opi- 12
nionem Cyr. contr. for. lib. 1. c. 1. num. 13. latè Gratian di-
scept. for. c. 756. num 5. & seqq. vbi, quod isti annui red-
ditus, ad vitam sunt similes vsufructui, ita, vt illos
emens, censeatur vsumfructum emisse &c. & latius
prosequitur idem Leotard. d. quæst. 49. n. 3. 4. vbi, quod
sicuti fructus agri, vel domus ad vitam alicuius vendi
possunt, pro certo precio, vt docet Bart. in l. cotem
ferro §. qui maximos num. 8. ff. de public. & vectigal; &
ita, & Ius redditus annui, ex fructibus eiusdem rei
præstandi in alium, insto pretio transferri poterit,
quo fruatur, dum viuit, & tandem annua pensio in
singulos annos, quoad quis vixerit, testamento relin-
qui potest simpliciter, vel designato fundo, ex quo
percipiatur l. 4. 5. & l. 8. in princ. de anu. & menstr. le- 13
gat. vbi dicitur hoc legatum esse simile vsufructui, &
morte finiri l. Lucius 12. ff. de alim. & cibar. legat. ergo,
& redditus annuus ex fructibus alicuius fundi ad vi-
tam emptione potest acquiri.

Nec dicatur, quod non valeant, ex precij immodi-
citate, nam fructus, seu redditus fieri solet ad ratio-
nem octo, decem, vel duodecim pro quolibet cente-
nario, & anno; Quia, cum cesset reddita morte em-
ptoris, quæ est omnino incerta, ex hac incertitudine
iustificatur, vt ex multis, deducit Roder. de ann. redd. 14
d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. & latius Noguerol. alleg. 37. nu.
63. quem refert, & sequitur Olea de cess. Iur. & act. tit.
6. quæst. 10. num. 16. vbi etiam refert Gusman. de emct.
quæst. 21. num. 33. & seqq. vbi asserit, incertitudinis ra-
tione, licitum esse Contractum, & emptionem alicu-
ius iuris vitalitij, quamuis redditus percepti sortem
acceptam excederint Larr. alleg. 17. ferè per tot. Cyr. d. 15
contr. 1. Grat. discept. for. c. 756. num. 7. & seqq. optimè
etiam Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 18 par. 3. num.
103. vbi quod huius Contractus Iustitia fundatur to-
ta in incertitudine vitæ eius, ad cuius durationem
fuerit ille celebratus, quæ facit, quod emptor nihil
certi lucri expectare possit, nec venditor damni, si-
cut, enim potest ille multis viuere annis, sic è con-
trario, paucioribus vitam finire, & ex consequenti
facit huiusmodi incertitudo, & æqualitas lucri, &
damni inter contrahentes, quod vsuræ locus non
fiat; prout, ita etiam, multis cumulatis obseruat
Cenc. de cens. quæst. 10. num. 18. & rat. post Rot. in Rom. 16
Vineæ 20. Iunij 1670 cor. Reuerendiss. Albergato Deca-
no dec. 81. num. 3 & seqq. post tract. eumdem d. dec. 514.
num. 2. & seqq. & in similibus terminis.

Et eo magis excluditur vsura, in hisce contractibus
Cen-

Census vitalitij, quia sors, morte emptoris, extingui-
17 tur, & numquam restitui debet, vt ait *Roderic. de ann.*
redd. d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. vers. nec potest Cyr. d. contr.
1. num. 11. vbi ait, contractum istum non esse contra-
ctum mutui, in quo quicquid, vltra sortem datur, vsu-
ra est; nam mutuum est reddibilis datio, quia de eius
natura est, vt pro re mutuata, alia recipiens functio-
nem in suo genere restituatur *l. 2. in princ. ff. si cert. pet.*
cum autem, hoc capitale non sit restituendum, cessat
Contractus mutui *Salgad. Labyr. cred. par. 1. c. 20. num.*
17. & alijs omissis *Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 7.*

Hinc est, quod, si vendatur ea lege, & pactione, vt
morte emptoris restituenda sit sors principalis, quæ
18 ab initio data fuit, nullatenus valet, vt per *Roder.*
de ann. redd. d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. in fin. Surd. d. quæst.
11. num. 19. Salgad. Labyr. cred. d. par. 1. c. 20. num. 13.
Leotard. de vsur. d. quæst. 49. nu. 7. ibi, *si pretium emptio-*
ri aliquando restituendum est, non emptio, sed fænus con-
tractum esse intelligitur, & quicquid, vltra sortem me-
dio tempore percipitur vsura est, & num. 40. 41. latissi-
mè *Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 8. 16.* disputat tamen
idem *Leotard. d. quæst. 49. nu. 41.* an saltem repeti pos-
sit sors principalis, quando fuit conuentum, vt facta
mora per biennium, vel aliud tempus, in solutione
redditu um, liceat emptori pretium repetere, & licet
pro affirmatiua nonnulla proferat, pro negatiua, ni-
hilominus, concludit, vt ibi per eum, & de hac re plu-
19 ra *Donat. Ant. de Mar. c. 306. lib. 1. Merend. contr. c. 21.*
num. 11.

Nec reprobandi sunt Contractus Census vitalitij,
eo quia inducant votum captandæ mortis, ad id,
enim, respondent communiter DD. & præcipuè *Surd.*
d. quæst. 11. num. 4. quod, licet id posset euenire, non
habetur, nihilominus, in consideratione, quia actus
20 ad id non est ordinatus, vt etiam sentit *Roderic. d.*
quæst. 5. num. 5. Cyr. d. contr. 1. num. 21. & latius notat
Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 19. 20. vbi quod, ex eo,
quod insurgere possit votum captandæ mortis, Con-
tractus iste est reputandus illicitus, quoniam neque
etiam, ex eo, quod filij possint parentibus mortem
desiderare, dum illis succedere debeant, huiusmodi
successio à legibus improbatur, imò descendentibus
primum locum in huiusmodi successionibus Iura
21 concedunt *§. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. §. 1.*
auth. de hæred. ab intest. ven. Neque, ex eo, quod pro-
prietarius possit desiderare mortem vsufructuarij, vel
fideicommissarius mortem hæredis grauati, Iura im-
probant vsusfructus constitutionem, & fideicommis-
sa &c. & subiungit, vlterius, quod, cum in isto Con-
tractu votum hoc, & desiderium alienæ mortis non
proueniat, ex actu ipso, & ex natura Contractus, sed
contingat potius ex accidenti extrinseco, videlicet,
ex deprauata hominum voluntate, non potest, nec
debet influere in ipsum Contractum, ita, vt illum red-
dat improbum, & illicitum &c.

Addunt, vlterius, *Roderic. Cyr. Surd. & Cenc. locis su-*
pra proximè citatis, quod illud votum captandæ mor-
tis, in isto Contractu, non attendatur, quia dispositio
non est de omnibus bonis, seu hæreditate, sed de cer-
tis rebus, quo casu, valet conuentio de futura suc-
cessione. Verum, quia per me alibi fuit ostensum,
Pacta futuræ successionis esse nulla, quamquam su-
per certis bonis inita, hanc rationem approbare non
possum.

Est facilis tamen responsio ad obiectum, de voto
captandæ mortis, quod hæc ratio non habetur in
consideratione, quando interuenit, in Contractu per-
sona, cuius mortem captari periculum est, vt latissi-
mè vidimus supra *lib. 1. c. 2. num. 5.* tunc, enim, accedit
ipsius consensus, & propterea conuentio non repro-
22 batur ex *text.* sæpius alleg. *in d. l. fin. C. de Pact.* id etiam
obseruauit *Cenc. d. quæst. 10. num. 23.* licet alij DD. su-
pra citati id non obseruauerint.

Est etiam, vlterius notandum ad fauorem eorum-
dem censuum vitalitiorum, quod spes rectè, & licitè
deducitur in Contractum, & emi, & vendi potest, vt
est *tex. in l. propter spem 24. ff. fam. ercisc. l. nam hoc mo-* 23
do 11. & l. nomina 17. ff. de hæred. vel act. vend. l. iactum
retis 13. & l. fin. ff. de act. empt. cum similibus supra al-
legatis *cap. 1. n. 62. lib. 11.* & in proposito firmant *Gra-*
tian. discept. 756. nu. 12. Cyr. contr. c. 1. num. 14. 15. sic, igi- 24
tur, in casu præsenti talis Contractus assimilatur em-
ptioni, & venditioni iactus retis, propterea est omni-
nò validus, nec in eo nulla potest considerari læsio, vt
tenet *Bald. cons. 291. col. 2. in princ. lib. 5. Gratian. discept.* 25
for. d. cap. 756. nu. 12. 13. Cyr. contr. for. cap. 1. num. 14. 15.
vbi, quod cum quid incertum deducitur in Contractũ
emptionis, ita quod alteruter ex contrahentibus po-
test, ita lucrari, sicur perdere, licitus est Contractus, li-
cet alter lædatur, & inferius, adaptando conclusionẽ,
ad casum nostrum, ait, quod, cum dans pecuniam, ità
possit, primo anno, imo prima hora mori, sicut diu-
tius viuere, propter varia pericula, quibus subiacet
humanæ vitæ fragilitas *l. Senatus 34. ff. de donat. caus.* 26
mort. & istud periculum sit pars pretij, ex parte em-
ptoris *l. periculi 5. ff. de nautic. fænor.* & spes ista vitæ
breuis sit considerabilis, & æstimabilis, ex parte ven-
ditoris, non nisi iustus, & licitus dici potest iste Con-
tractus, imo iustior propter incertitudinem, cæteris
alijs contractibus, quibus emitur redditus annuus
certus, & perpetuus sine amissione Capitalis &c.
& latius idem etiam confirmat *Altog. cons. 18. nu. 18.*
lib 1.

Nec eius validitati obstat Bulla Pij V. super censi-
bus emanata, quia, vt obseruat idem *Cyriac. vbi supra*
num. 19. cum hic ematur quodammodo ab ea pro-
pter incertitudinem, cessat omnis prauitas, & suspi-
cio vsuraria, quam tantum voluit tollere dictus Sum-
mus Pontifex, & propterea ipsum etiam approba-
runt allegati per *Leotard. de vsur. d. q. 49. n. 5.* & multis
cumulatis, *nu. 25. 26. & seqq.* & cum *Boccat. Nauarr.*
Beninsegn. Molin. & alijs *Altogr. d. cons. 18. nu. 19.*

Et quamquam contrariam opinionem cum mul-
tis, veriorem dicat *Leotard. vbi supra d. c. 49. nu. 28. &* 27
seqq. vbi latissimè ostendit hos census esse improbatos
per Bullam Pianam, quando præcipuè, agitur de cẽsu,
super vita alterius constituto, & non super fructibus
bonorum stabilium; Nihilominus *nu. 40. & seqq.* pro 28
contraria opinione residet, cum *Rot. Rom. dec. 514. nu.*
4. 5. & ipsemet *Cenc. de cens.* licet videatur tenere, pro
nullitate *quæst. 99. num. 25.* præcipuè quando non fuit
impositus super fundo frugifero, tamen, sibi parum
constans videtur, nam prius, videlicet, *qu. 10. nu. 9.* con-
trarium multis adductis, ostenderat non obstare, scili-
cet, Bullam Pij V. constitutioni census vitalitij, quam-
quam super sola vita alicuius personæ fundati.

Nec est, in proposito, spernenda alia ratio, pro va-
liditate adducta ab *Altogr. d. cons. 18. num. 20. & seqq.* 29
quod, quamuis esset dubium, an Bulla prædicta hos
census vitalitios comprehenderet, nec ne, attamen, ad
fauorem Contractus foret iudicandum ex obseruan-
tia subsequuta, qua mediante, sic fuit declaratum, hos
census, scilicet, vitalitios non comprehendi sub dispo-
sitione Bullæ, vt latè ostendit idem *Altog. nu. 20. 21.*
probatur, autem, consuetudo ex pluribus horum
Censuum Instrumentis ita constitutorum, & à plu-
ribus annis semper, & vniformiter celebratorum,
ex quibus hanc probari consuetudinem tenet, cum
Crauett. Nauarr. & Mascard. Altog. ibi n. 22. Grat. disc.
for. c. 756. nu. 22. & seqq. & prædicta, etiam confirman-
tur auctoritate *Lopez. de contract.* allegati per *Cyr. d.*
contr. 1. n. 20. vbi, quod, cum isti Contractus passim, &
vbique

vbique celebrentur, sciente, & tolerante Papa resul-
tat quædam tacita declaratio, & signum, quod hi cē-
sus vitalitij, non sint comprahensi, nec prohibiti per
dictam Bullam. Et secundum hanc opinionem fuit
semper iudicatum, in nostris Tribunalibus Lucensib.
vt constat ex decisione emanata 5. *Martij* 1652. §.
Michaele Angelo Ciarlotti Actuario, & *de presenti*
Anno 1671. *die* 15. *Octobris*. in causa Hospitalis mi-
sericordiæ, ex vna, & Carolum Arrigum Arrigoni,
ex alia, fuit pariter per nostros Sapientissimos Rotæ
Auditores decisum pro validitate census vitalitij, su-
per sola vita dantis pecuniam impositi, non obstante
decisione in *Romana Vinea* 28. *Iunij* 1649. *cor. Arguel-*
les, §. *quia talis*, quæ videtur sentire contrarium.

Hinc est, quod non subiacent nullitatibus, quamuis
in eis non interuenerit pecunia numerata, nec aliæ
solemnitates, de quibus in prædicta Bulla, vt per *Al-*
30 *togr. d. consil.* 28. *num.* 22. *lib.* 2. *& consil. seq. num.* 2. quem,
pro multis, allegasse sufficiat.

Visis, igitur, rationibus, ex quibus fiunt validi præ
dicti census, remanet videre, an aliquo Pacto tanquā
læsiui, possint annullari, & aliqui, quod in eis nulla
possit considerari læsio, propter incertitudinem, &
dubium euentum constanter tenent, & præcipuè *Bald.*
31 *cons.* 291. *lib.* 1. *Castr. Ias. & Alber.* allegati per *Grat. di-*
scept. for. cap. 746. *num.* 46. 47.

At, re vera, quod rescindantur ob immodicam læ-
sionem, est opinio magis tuta, vt latè ostendit *Surd.*
32 *de alim. tit.* 9. *q.* 11. *num.* 20. *& seqq. Roderic. de ann. redd.*
lib. 1. *q.* 5. *num.* 6. *Cyr. d. contr.* 1. *num.* 22. *idem Gratian. d.*
cap. 716. *num* 46. *Cenc. de cens. d. q.* 10. *num.* 28. 29.

Sunt, tamen, varij, inter se, auctores, in ascenden-
do, quando dici possint iniusti, vt videre est penes,
Cyr. d. contr. 1 *num.* 22. 23.

Tenent nonnulli attendendam esse ætatem eius, sub
cuius vita emitur pensio, & secundum tempus, quo
verisimiliter viuere posset, statuendum esse pretium,
ità vt accipiens pecunias immodicè non lędatur, &
33 multi probant, faciendam esse computationem, iuxtà
dispositionem, *tex. in l. hæreditatum* 68. *ff. ad l. Falcid.*
quam latè explicat, *Roderic. de ann. redd. d. qu.* 5. *nu.* 15.
16. *& seqq. Cyr. d. contr.* 1. *num.* 24. *Surd. de alim. d. quæst.*
11. *num.* 26. & quod in calculanda Iustitia huius Con
tractus, dignoscendoque an absit lęsio, debet seruari
modus, de quo in *in d. l. hæreditatum*, *ff. ad l. Falcid.* vbi
lex docet, quot annis quisque victurus præsumatur, &
ait vlterius, quod eius regula obtinet quibuscumque
in controuersijs, dum tractatur, de vita hominis ta-
xanda, & hanc probat conclusionem multorum au-
ctoritate, vt ibi per eum, quibus addo in his terminis,
Gratian. d. discept. 756. *num.* 29. *& dixit Rot in d. Rom.*
seu Albanen. Vinea 20. *Iunij* 1670. *cor. Reuerendiss.*
Albergato Decano decis. 81. *num.* 1. *post Tractat.*

Sed talis sententia, quod, ad mensurandam validi-
tatem, vel inualiditatem renunciationis attendatur
dispositio *d. l. hæreditatum*, non placet *Medin. Couarr.*
Molin & alijs, cum quibus sentit *Cyr. d. contr. num.* 25.
ob absurdum, quod fortè aliquando sequi posset,
quod huiusmodi census, maiori pretio, emerentur,
quam census redimibiles, in quibus, nunquam, amit-
titur capitale, quod sit contra æquitatem, & iusti-
tiam, nam census vitalitij, multò minoris existiman-
tur, propter incertitudinem, & ex eo, quod Capitale
nunquam recuperari possit, & pariter, ex regula non
potest habere locum in Cathalonia, vt obseruat *Fon-*
tan. d. cl. 4. *gl.* 18. *par.* 3. *num.* 111. *& num.* 465. Siquidem
ibi, ex consuetudine census vitalitij constituuntur ad
rationem septem pro quolibet centenario, & Anno.

Hac, igitur, reprobata opinione, & omissis alijs al-
latis per *Cyr. vbi suprà nu* 27 *& seqq* ego teneo, quod
in hac materia certa, & infallibilis regula constitui nō
possit, ad hoc, vt dicatur censum vitalitium esse læsi-
uum, sed quod totum sit arbitrio Iudicis remitten-
dum, qui consideratis circumstantijs, ac ætate emen 34
tis, debet pretium taxare, ac diiudicare, an à partibus
conuentum sit læsiuum, nec ne, *Couar var. lib.* 3. *c.* 9. *nu.*
7. *Surd. d. q.* 11. *num.* 19. 20. *Scacc.* §. 1. *qu.* 1. *num.* 298. cum
multis apud *Salgad. Labyr. credit. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 42.
Leotard. de vsur. d. q. 49. *num.* 6. vbi, quod huiusmodi
redditus pretium quandoquidem nulla certa lege de-
finiri potest, & propterea, arbitrio boni viri, existi-
mandum esse, habita ratione ætatis, & valetudinis
eius, sub cuius vita census contrahitur, alijsque per-
pensis circumstantijs, quæ hoc negocium attingere
solent, & ita etiam dixit *Roderic de ann. redd. d. lib.* 1. *q.*
5. *num.* 7. & rationem assignat inferius *num.* 9. quia
non potest certa particulari regula definiri, circa mo-
dum, sed necesse est accipi, ex quadam probabilitate
possibili, potius, quam ex certa, vera, & absoluta ęsti-
matione, quasi impossibile haberi in his incertis, &
assiduè penderibus à futuro, explicando vlterius pro-
lixè eius conclusionem propter instructionem Iudicis
iudicare debentis, idque etiam admittit, *Cenc. de cens.*
d. qu. 100. *num.* 27. *vers. nam habenda*, ex alijs cumulatis
præcipuè *Noguerol.* & alios *Olea de cess. iur. tit.* 6. *qu.*
10. *numer.* 17.

Puto, tamen, quod Iudex sequi debeat vsum, &
stylum Regionis in sententiando, nam, super his, non
parum DD. se fundant, ea ratione, quod sicuti cęte-
rarum rerum iustum pretium est id, quod est statu-
tum, communi hominum æstimatione, & communi- 35
ter in loco frequens in vsu est *l. pretia rerum* 63. *ff. ad l.*
Falcid. l. in quantitate 73. §. *magna*, *ff. eodem*, *l. fin.* §.
his adijcimus, *C. de administr. tutor.* ita, & vitalitiæ pen-
sionis, & huius incertæ spei, quæ in similibus contra-
ctibus deducitur, iustum pretium dimetiendum sit à
communi hominum æstimatione, & ab eo, quod vsu
in regione receptum est, vt, omissis nonnullis allega-
tis à *Cyr. d. contr.* 1. *num.* 30. sentit *Olea d. tit.* 6. *q.* 10 *nu.*
22. *Fontanell. vbi suprà num.* 101. *Cenc. de cens. d qu* 10.
num. 27. *vers. quale autem*, & latiùs *Rot. Rom. post eun-*
dem decis. 514. *num.* 12.

Ac propterea in Hispania est validus, quando fit ad
rationem septem pro vno pensionis soluendæ iuxta 36
stylum illius regionis de quo testantur, *Cyr. d. con-*
trou. 1. *numer.* 42. *Roder. d. lib.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 11 prout
etiam ita seruatur in Cathalonia, vt testatur *Fonta-*
nell. loco proximè citato num. 101. In Ciuitate Bononię
erit iustus, licet fiat ad rationem duodecim pro cen-
tenario, hanc enim esse illius Ciuitatis consuetudi-
nem testatur, *Rot. d. dec.* 514. *in fin.* & sic de singulis.

Data, verò, iustitia, & validitate annui Census Vi-
talitij, à principio, non est vlterius curandum, quid-
quid postea euenit, an, scilicet, emptor decesserit illi-
cò soluto pretio, vel tamdiu viuat, vt annua præstatio
æquare possit sortem principalem, non vnica, sed bi-
na, & trina vice *Oldrad. consil.* 207. & alij allati à *Surd.* 37
de alim. tit. 9. *qu.* 11. *num.* 8. *Cyr. d. contr.* 1. *nu.* 3. vbi, quod
data iustitia Contractus ab initio, non vitiatur, nec vl-
læ restaurationi locus esse possit, quamuis, ex euentu
postea emptor triplum, vel quadruplum, & vltra lu-
craretur, &c. & latissimè, multis cumulatis, *Salgad.*
Labyr. cred. part. 1. *c.* 20 *num.* 45. *Cenc. de cens. d. qu.* 10. *n.*
30. *Fontanell. de pact. nupt. d. cl.* 4. *gl.* 18. *part.* 3. *num.* 105.
pag. 465. & ratio est, quia læsio semper consideratur,
inspecto tempore Contractus, nec attenditur, quid,
ex euentu sequatur, *l. si voluntate* 8. *C. de resc. vend.* 38
cum simil. & quia vbi Contractus ex euētu est dubius,
& ita se potest habere ad lucrum, sicut ad damnum,
non rescinditur, si aliud eueniat, quam putabatur,
nec quis dicitur, ex eo lęsus, *vulg. l. si iactum retis* 13.
ff. de act. empt. cum simil. & desumitur, ex traditis per 39
Leotard.

Leotard.de vſur. qu 49. num.22.Surd.d.qu.11.num. 13. & ſeqq.Gratian.d.diſc. 756.numer. 11.Cyr. d. controu.1. numer.35.

An verò, quando detegitur læſiuus ſit in totum
annullandus, vel potius reducendus ad iuſtum pre-
tium,& non eſſe irritandum, ſed ad iuſtum pretium
40 reducendum,firmat auctoritate, *tex.l.vlt.ff. de fund.*
dotal.l.placuit, ff. de vſur.l.ſi non ſortem, ff.de cond. in-
deb. & multorum DD. *Olea deceſſ.Iur.& act.tit. 6. qu.*
10. num.30.

Et, cum talis Cenſus æquiparetur vſufructui,ſicuti
vſusfructus inter mobilia computatur, *l.corruptionem*
41 *C.de vſufr.* ita talis cenſus vitalitius, *Roman.conſ. 302.*
42 *Roder.de ann. redd. lib.1.qu.3.nu.16. in medio Gratian.*
diſc.for.c.756.num.19.Paſqual. qu.moral.contr.2.quæſt.
180.num.2. & ſeqq. vbi dicit, quod huiuſmodi cenſus
ſunt in continuo periculo, vt amittantur, vndè cen-
43 ſentur bona mobilia, *Angel. l. non ſolet, ff. de petit.hæ-*
red.Corn.conſil.173.vol. 3. vlterius, quia hic cenſus eſt
breui duraturus, vt res mobilis eſt cenſendus, *Barbat.*
conſil.22.lib.3.Menoch.de arbitr.lib.2.cent. 3. caſ. 233.
num. 2.idem Paſqualig.d.qu.180.num.3.

Propterea tenet idem *Paſqualig. vbi ſuprà*, quod
pecunia Eccleſiæ conuerti non poſſit in emptionem
44 Cenſus vitalitij. Et pariter tenet *Gratian.diſcept. for.*
*d.c.756.*quem refert,& ſequitur *Cyr.d.contr.1.num.36.*
quod,in his Contractibus non requirantur Statuti ſo-
lemnitates, quando fiunt à feminis, vel minoribus,eo
45 quia, in ipſis, non poteſt aliqua læſio conſiderari, vt
etiam videtur ſentire, *Leotard.de vſur.d.q.49.num.22.*
in fin. vbi, quod non requirunt inſinuationem.

Diſputatum etiam, fuit aliquando, an huiuſmodi
cenſus ſint redimibiles ad voluntatem venditoris,
46 adeò, vt, ſi debitor idem pretium, quod accepit red-
dere velit,extinguatur cenſus vitalitius, etiam vita
emptoris durante; & præcipuè affirmatiuam ſubſti-
nuit, *Auendan. de cenſ. cap. 20. num.5.Noguerol.alleg.*
32.num 46.47.& cæteri relati per *Salgad. Labyr. cred.*
part.1.cap.1.num.2.vſque ad num.6.

47 Sed meliùs pro negatiua ſcripſit idem *Salgad.d.cap.*
20.num.6.& ſeqq. vbi perpendit auctorum pro con-
traria allegatorum auctoritatem, & nihilominus in
hac opinione reſidet, alias, enim, tenet, quod Con-
tractus non valeat, & ſit illicitus, & pariter pro hac
ſententia ſcripſerunt, *Leotard.de vſur.d.quæſt.49.num.*
7.Cenſ.de cenſ.d.qu.10.nu.9.

Id, verò, eſt intelligendum, inuito altero, ex con-
trahentibus, nam, ſi vterque conſentiret, vt reſcin-
48 deretur, mediante, reſtitutione pecuniæ, retrouendi-
tio erit valida, dummodò, tamen, non idem pretium
reſtituatur, ſed aliquanto minus,ſicuti, pariter,mino-
ri pretio vendi debet ab eo, qui alteri ipſum iam con-
49 ſtitutum vendit, vel cedit, alias contineret iniuſtitiã,
vt alijs cumulatis, probat *Noguerol.alleg. 19. num.7.*
Salgad.Lab.cred.lib.1.cap.20.num.30. & latiùs *Ol. de*
ceſſ.Iur. & act.tit.6.qu. 10. num.13. ibi, *ſi cenſus vita-*
litius iam conſtitutus cederetur, aut venderetur, minori
pretio cedendus eſſet, conſiderata vitæ conſumptione,
cum Cenſus vitalitius, per durationem deterioratus, mi-
noris æſtimationis ſit.

Et, tandem, eſt ſciendum, quod ea, quæ à me ſu-
pra ſunt expreſſa, de cenſu vitalitio, quoad eius vali-
ditatem procedunt, ſiue cenſus ſit impoſitus, ſuper
aliquo fundo fructifero, ſiue ſuper vita alterius perſo-
næ, nullo deſignato fundo, vel bonis habilibus,ad fru-
ctus producendos; nam, licet opinio nonnullorum
fuerit, vt Cenſus vitalitius perſonalis, & nulli rei fru-
ctiferæ, impoſitus,ſit nullus, ad latè tradita per *Leo-*
50 *tard. de vſur.d.qu.49.num. 19. & ſeqq.* tamen contra-
rium, quod ſubſtineatur, tenet expreſsè, *Altogr.conſ.*
18. in princ.lib.1. cum alijs, per eum allatus, & firma-
uit *Rot. Rom. dec.514.num.6.poſt Cenſ.de cenſ.* nec ab
ipſa Rotæ auctoritate videtur diſſentire, idem *Leo-*
tard.vbi ſuprà num. 40. quamuis antecedentibus nu-
meris contra ipſam multa adduxerit, & ſecundum
hanc ſententiam ſcripſerunt ferè omnes ſuprà citati,
nu.7. affirmantes valere cenſus vitalitios, etiamſi ſu-
per ipſa perſona fundati fuerint.

Hoc vnum, verè eſt notandum, quod, ſi cenſus fun-
datur ſuper fundo frugifero, ad hoc, vt valeat fundus 51
eſse debet fructibus correſpondens latè *Leotard.d. qu.*
49. numer.8.

Et, eo caſu, duplici periculo, dicitur ſuppoſitus
idem Cenſus nempè peremptionis fundi,& mortis ip-
ſius emptoris, vt benè quidquid dicat *Scacc.* tenet 52
Leotard. de vſur. d. q. 49. num.18. Cenc. de cenſ. q. 99.
num.24. 25.

CAPVT X.

Pactum, an fieri poſſit, vt ſocietas tranſeat ad hæredes. Negatiua ſententia probatur, etiamſi fuerit iuratum. Limitatur in Societate vectigalium, & tandem quæritur, an, & quando ſocius poſſit obligare conſocios, & præcipuè præſtando fideiuſſionem pro extraneo.

SVMMARIVM.

1 *Societas ad heredes non tranſit, ſed morte finitur.*
2 *Per obitum vnius ex ſocijs ſocietas extinguitur in totum.*
3 *Quod procedit, quamuis eſſet contracta ſocietas inter plures.*
4 *Nemo inuitus cogitur ſtare in communione.*
5 *Nemo cogitur ſtare in communione cum perſona incerta.*
6 *Contrahentes non poſſunt ſe extendere ad certum heredem, ne detur hereditas Pacto.*
7 *In coeunda ſocietate induſtria perſonæ eligitur.*
8 *Maxima, & media capitis diminutione Societas ſoluitur.*
9 *Per ingreſſum in religionem ſoluitur Societas.*
10 *Per ingreſſum in religionem bonorum incapacem, quis dicitur mortuus.*
11 *Pactum non poteſt fieri, vt Societas tranſeat ad heredes.*
12 *Tex. l. actione 66. §. morte, ff. pro ſocio explicatur.*
13 *Societas poteſt ex teſtatoris diſpoſitione continuari ad heredes.*
14 *Societas per teſtatoris preceptum ad heredes continuata non dicitur eadem Societas, ſed noua.*
15 *Societas non tranſit ad heredes non obſtante clauſula pro ſe, & heredibus.*
16 *Obligatio ad heredes tranſit etiamſi non exprimatur.*
17 *Pactum, vt Societas tranſeat ad heredes, valet, quando eſt iuratum.*
18 *Societas vectigalium tranſit ad heredes.*
19 *Pacta futuræ ſucceſſionis valent ſuper re particulari.*
20 *Contra, quod non valeat licet iuratum Pactum, vt ſocietas tranſeat ad heredes.*
21 *Societas enim perſona incerta contrahi non poteſt.*
22 *Pactum de non diuidendo rem communem in perpetuum non valet.*
23 *Etiamſi tale Pactum ſit Iuramento munitum.*
24 *Valet tamen, quando eſt reſtrictum ad vitam paciſcentium.*
25 *Valet Pactum, quod mortuo vno ex ſocijs, ſocietas*
duret

duret quoad socios superuiuentes.

26 Societas contracta cum pluribus insolidum, an vno mortuo, duret quoad socios superuiuentes.

27 Est de natura societatis, vt quilibet ex socijs insolidum teneatur pro re spectante ad societatem.

28 Valet Pactum, vt mortuo vno ex socijs societas duret, quoad omnes, quando societas consistit in pecunia.

29 Mediante Contractu transactionis non potest fieri validum tale Pactum.

30 Contractus alteri vnitus semper retinet propriam naturam, & distinctim est accipiendus, non vnitim.

31 Societas vectigalium transit ad heredes.

32 Societas contracta cum pluribus, si aliquis non sit expressè nominatus in societate, non facit moriendo desinere societatem.

33 Sed est intelligendum quoad tertios, non vero quoad ipsos herodes.

34 Societas durat morte vnius quoad negocia iam cepta.

35 Durat societas quod obseruantiam Pactorum inter socios conuentos.

36 Societate dissoluta est praeconizanda omnibus cum ea negociantibus. alias non praeiudicat.

37 Socius expendendo nomen societatis obligat consocios.

38 Dummodo tamen tria concurrant; primò quod habeat complementum, secundùm quod nomine societatis contrahat, & quod Tertius contrahens fidem omnium sit sequutus.

39 Literis oblatorijs est omninò credendum inter mercatores.

40 Socius, ad hoc, vt obliget socios, debet contrahere circa negocium spectans ad societatem.

41 Socius contrahens extra negocia societatis non obligat socios.

42 Socius obligans so ad fauorem alterius absque vlla vtilitate societatis dicitur praestare fideiussionem.

43 Fideiussio non est de pertinentibus ad societatem.

44 Socius fideiubens pro extraneo nomine sociali non obligat societatem.

45 Stylus est probandus obtentus in contradictorio Iudicio.

46 L.Titianus la fin C quod cum eo explicatur.

47 Scientia in praeiudicialibus est plenè probanda, cum non sufficiat praesumpta.

48 Consuetudo non inducitur per vnicum actum.

49 Solitum probatur vnico actu.

50 Ad hoc, vt solitum afficiat debet esse conforme in qualitatibus & circumstantijs.

51 Socius non obligat societatem non probata versione negocij ad fauorem societatis.

52 Socius alicui negociationi praepositus non obligat consocios in re non pertinente ad ipsam negociationem

53 Socius alicuius mercaturae non obligatur ex facto praepositi cum eo contrahentis.

54 Obligatur tamen ad fauorem extranei.

55 Obligatio pro cambio non dicitur extra negocia societatis.

56 Quando duo se obligant insolidum, licet pecunia ad vnū peruenerit, dicuntur duo rei debendi quoad creditorē.

57 Natura obligationis insolidum correorum, quoad creditorem est quod pecunia tota ad vnumquemquo praesumatur interuenisse.

58 Credulitas sufficit ad obligandum consocium per Contractum gestum à praeposito negociationi.

59 Fideiussio non dicitur extra negocia Societatis.

60 Fidibus mercatorum in causis mercatorum est omninò standum.

61 Text.in l.si cum.§.seruum, ff.de instit.act.explicatur.

62 Dictio, tantum, excludit alios casus.

63 Stylus interponendi fideiussiones in mercatura non est scribentibus ignotus.

64 Solitum vnico actu verificatur.

65 Consuetum aliquando accipitur abusiuè pro solito.

66 Consuetudo est proprium vniuersitatis, solitum singularis personae.

INter Pacta futurae successionis, illud, Iure merito, connumerari potest, quod fit à socijs, vt societas transeat ad haeredes; Siquidem, per hoc, potius, per conuentionem inter viuos, quam, per testamentum, vel vltimam voluntatem hęreditates in alterum transferuntur; & propterea, de hac materia, aliqua, licet, breuiter adducam, antequam huic tractatui finem imponam.

Pręmittendum, est, quod, de Iure, societas ad hae-
redes non transit, sed morte finitur, vt est *tex.in l.actio-* 1
*ne, §.morte, ff. pro socio, §. soluitur Inst.tit.de societ.Bald.
cons.448.num.1.in fin.lib.4.Rimin.Iun. cons.52.nu 114.
Giurb.ad consuet.Messan.c.5.gl.3. nu.5. Escobar. de ratioc.c.6.n.59.Capyc.Latr.dec.189.n.10.17.Ol.de cess.Iur.
& act.tit.3 q.5.n.5.D meus Franc.Palm.consult.27. nu.*
1.& firmauit *Rot.in Bonon.Pilar.28.Nouemb.1661.cor.
Bourlemont dec.56.num.1.& seqq post tract.*

Adeò, vt quamquam plures sint socij, in vnico ne-
gocio participantes vnius tantum obitus sufficit ad
extinguendam communionem, & societatem inter 2
omnes, *Felic.de societ.c.32.nu.1.2. Mantic. de tacit. &
ambig.lib.6.tit.24.nu.12.Mastrill.dec.135.n.26. Donat.
Ant.de Mar.quot.contr.c.207.n.2.3.eadem Rot.in Bononien.Pilar.11.Martij 1661.cor.Emin.Celso in princ.* &
optimè firmauit *Grat.discept.for.c.852.nu.2.* vbi, quod
quamuis adsint plures socij, & vnus tātum moriatur,
non tamen remanet societas quoad superstites, nisi
aliud esset conuentum, inter contrahentes, quod de-
beatur continuari cum superuiuentibus, & *nu.7.* am-
pliat, quamuis esset contracta societas inter plures, &
quemlibet eorum insolidum, & ratio non est, non so-
lum, quia nemo inuitus compellitur esse in commu- 4
nione, cum ex ea discordiae excitari soleant, *l.cum pa-
ter, §.cum dulcissimis, ff.de leg.2.* sed etiam, quia, cum
socij haeres tempore, quo contracta fuit societas, sit 5
incertus, nemo cogitur contrahere societatem, cum
persona incerta *l.adeo, ff pro socio,* nec valent contra-
hentes ad certum haeredem se extendere, quia, eo ca-
su, daretur haereditas Pacto, & restingeretur libera te- 6
stantium voluntas, quod est contra bonos mores, &
improbatum, vt pluries vidimus, & omnes de materia
loquentes testantur, & praecipuè *Escob.de ratioc.c.60.
n.60.61.* Vlterius, in coeūda societate industria perso-
nae eligitur, vt *§.soluitur Inst.de societ. Osasch dec.76.n.* 7
8.Grat.c.547.num.37.Felic.de societ.c.32.num.3. & alij
cumulati per *Ol.de cess.Iur.& act.d.tit.3.q.5. nu.2.* sed
sic est, quod, tempore eiusdem societatis contractae,
quis nō scit, an futurus hęres erit industriosus, & aptus
ad negociandum, nec ne, propterea non cogitur con-
tra propriam voluntatem, cum tali persona continua-
re in societate.

Et conclusio procedit, quamquam alter, ex socijs,
ciuiliter tantum moriatur, vt si, capite minuatur, quia
maxima, & media capitis diminutione societas solui- 8
tur, vt, multis cumulatis, ostendit *Gratian.discept.for.c.
852.nu.11.* vel etiam per ingressum in religionem in-
capacem bonorum, tam particulariter, quam in com-
muni, vt est religio Capuccinorum, vt per *Gratian.d.* 9
loc.n.12.nam per talem ingressum, quis habetur, pro
mortuo, & licet non adsit mors naturalis, tamen ad
istum effectum habetur, pro morte naturali, *Hond.* 10
*consil 62.nu.18.& seqq.lib.1.Felic.de societ.c.33. nu. 9.
& seqq. Gratian.d.c.852.num.14.*

An verò, prędicta procedant, stante Pacto expressè inter socios interposito, vt societas ad haeredes transeat? Et communiter resoluitur negatiuè ex dispositione, *tex.in l.adeo morte in princ. ff.pro socio, l. nemo*

potest, & l.si fratres, §.idem respondit, ff.eodem Roman.
cons 106.num 3 dec.cons.213.in princ.Menoch cons. 12.
nu.8 9. & opinionem contrariam esse falsam dixit, Ias.
Ludouic.concl.53.vers.ampliatur hoc procedere Osasch.
dec.76.nu.7.Thesaur.dec.242.n.2 Gomez.tom.2. var.c.
5.n.6 Gutierez de Iuram.p.2.c.48 n.1. & multis cumu
latis ostendit Ol.de ceff.Iur.& act.tit.3.q.5.n.6.Mastril.
dec.135.nu.27 Capyc.Latr.dec.189.n. 18. & dixit Rot.
Bonon Pilar.11.Martij 1661.cor.Emin.Celso, §. conuen-
tio vero, confirmata coram R.P.D Bourlemont.28.No-
uemb.eiusdem anni dec 56.n.11.post tract. & licet tex.in
l.actione 65.§.morte,ff.pro socio, videatur firmare con-
12 trarium, in illis verbis, nisi in coeunda societate aliter
conuenerit, tamen, vt aduertit Rot. d. Bonon. Pilar. 11.
Martij 1661.cor.Emin. Celso dicta verba non obstant,
quia tex. expressè disponit, quod morte vnius socij
dissoluatur societas, nisi aliquid conuentum fuerit,
vt, nempè, quoad superstites duret, non autem, quod
transeat ad hæredes socij demortui, vt explicat etiam,
Picchard. d. §. soluitur Inst.tit.de Societ.Criuell. dec.Do-
lam.8.num.16.& alij relati per Rot.

Et propterea non valet dicere, potest societas ex
testatoris dispositione in hæredes continuari, Capyc.
13 Latr.d.dec.189.n.10.lib 2.Franc.Palm.d consult. 27. nu.
3. 4. & admittit Rot.in Bonon. Pecuniaria 22. Martij
1662.cor.bo.me. Emerix dec 112.n.1.post tract.vbi latè
probat, quod eo casu hereditas testatoris remanet
obligata creditoribus dicti negocij, & latius in Bonon.
separationis bonor.18.Martij 1669.cor.R.P.D.Calata in
decis.67.nu.3 post Tract. vbi quod eo casu damna, &
lucra prouenientia, ex d. negocio augent, & minuunt
hæreditatem, ergo potest etiam per Pactum obligari
societas ad continuandum post mortẽ vnius ex socijs.

Nam, omnes conueniunt, quod, eo casu, non sit
eadem societas, sed noua, vt plenè Mol.de contract.di-
sput.414.n.5.Felic.de Societ.c.32.nu.38.Mantic.de tacit.
14 & ambig.lib.6.tit.24.nu.29.Grat.discept.for.d.c.852.n.
16.17. vbi, quod tunc erit noua societas, non perseue-
ratio veteris, & est opus, nouo consensu, neque, enim,
potest perseuerare quoad superstites, sic etiam, pro
bat Capyc.Latr.d.dec.189.nu.20.& seqq.& num. 23. D.
meus Franc.Palm.d.consult.27.num.5 cum alijs, qui cu-
mulari possent.

Et ob id tenent allati per Andreol.contr.32. num. 2.
quod etiamsi, in Contractu societatis fuerit apposita
clausula, pro se, & hæredibus, non tamen societas tran-
15 sit ad hæredes socij mortui, & quod illa clausula dici-
tur posita ad obligandum heredes ad promissorum
obseruantiam, iuxta regulam, quod obligatio in hæ-
redes transit, etiamsi non exprimatur, l. Pactum, ff.de
16 prob l.hæres Socij, ff pro Socio, non autem, vt societas
transeat ad hæredes &c.

An, vero, saltem tale Pactum, quod societas trãseat
ad hæredes, iuramento vallatum, valeat? nonnulli af-
firmant, vt Rim.Iun.cons.701.nu.2.lib 6.Surd.cons.20.n.
17 19.lib.1.Felic de Societ.c.32.n.43. & alij allati per An-
dreol contr.32.num 10.& prius firmauerat Faber in §.
soluitur n 3.Instit.tit.de Societ. & alij quos refert, & se-
quitur Escobar.de ratic.c.6.nu. 66. & rationem reddit
idem Andreol.vbi sup.d contr.32.n.15. quod, si socie-
18 tas vectigalium transit ad hæredes defuncti, si actum
fuerit, speciali fauore, vectigalium l.adeo l.verum, §. in
hæredem, ff.pro socio, (& infra nos videbimus) à for-
tiori idem erit adiecto Iuramento, in quacumque so-
19 cietate propter fauorem, & robur religionis Iuramẽ-
ti; Nec obstat (vt prosequitur) ratio, quod impedire-
tur testandi facultas, & ob id Iuramentum non ope-
retur, quia illud procedit, quando deberet transire in
hæredes vniuersalis societas; secus, si particularis, nam
quamuis Pacta futuræ successionis super tota hæredi-
tate non valeant, tanquam auferentia liberam testa-
menti factionem, attamen, valet super re particulari,
quia non impedit liberam testandi facultatem.

Sed nihilominus contraria opinio est magis com-
munis, quod, neque Iureiurando firmari possit tale
Pactum, quod societas transeat ad hæredes Corn cons. 20
310.nu.3.4.lib 4.Curt.Sen.cons.52.nu.10.Grat. cons.15.
n.17.& seqq lib.1.Mantic.de tac.& ambig.lib.6.tit.24.
nu.19 Gratian.disc.for c 852.nu.6 9.vbi reprobat Surd.
Rimin.Gutierez.& alios contrarium tenentes, Schisfor-
deger.& alij relati per Ol.de cess.lib.3 quæst.5.nu 6.Cri-
uell.dec.Dolan 8.nu.17.Michal.de fratr.par.2.c.40.nu.
19 & benè firmauit Rot.d.Bonon.Pilar.11.Martij 1661.
cor.Eminentiss.Celso, §.quæ opinio, & in alia confirma-
toria 28.Nouemb.eiusdem anni cor.R P.D Bourlemont. 21
dec.56.num.2.post tract. & fundantur in rationibus, de
quibus supra, quod societas, cum persona incerta
contrahi non potest, & si manifestaretur persona hæ-
redis, videretur socius se restringere per Contractum
ad fauendum illi hæredi, quod non est permissum.

Hinc est, quod, pari ratione, improbatur etiam Pa-
ctum, de non diuidendo rem communem in perpe-
tuum iuxta tex in l.in hoc Iudicium 14. §.si conueniat, 22
ff.com diuid.Rom.cons.13.nu.2.Gutierez.de Iuram. par.
1.cap.58.nu.2.Ottbob.dec.94.nu.14.& seqq & alij rela-
ti per Rot.in Assisien. Donationis 10.Febr.1662. cor. bo: 23
me:Verospio dec.170 nu.5.post tract.vbi nu.6. id exten-
dit, quamuis tale Pactum esset Iuramento munitum,
sed in eum casum talis conuentio valet, quando est
restricta ad vitam paciscentium l.1.l si fratres, §.idem 24
respondetur, ff.pro Socio Roland.cons 84.nu.10.vol 1.Fu-
sar.de subst.qu.707.nu.4 Gratian.disc.c.901.nu.1. & alij
allati per Rot.d.dec 170.post tract.nu.7. Sicuti valet Pa- 25
ctũ, quod mortuo vno, ex socijs, societas duret quoad
socios superuiuentes, vt post Alexand.cons.136.n.1.2.
resoluit Andreol.contr.32 n.14.& alij ibi per eũ alleg.

An, verò, contracta Societate per duos fratres in-
solidum pro vna parte, cum altero, ex altera parte,
mortuo vno ex fratribus insolidum obligatis duret
societas, quoad socios viuentes? quæstio disputatur
per Andreol. d.contr.32. nu.6. & seqq. & cum Cranett, 26
cons 875.nu.12.Laderch.cons.70.n.7.tenet pro affirma-
tiua, ego, autem, dubito de tali conclusione per ea,
quæ supra adduximus, quod, licet sint plures, morte
vnius dissoluatur quoad omnes societas, nec quicquã
operatur clausula, insolidum, quia est de natura socie-
tatis, vt quilibet ex socijs insolidum teneatur pro re
ad societatem spectante, vt est tex in l.1.§.vlt.& l.2.4. 27
§.1.ff.de exerc.act.& alijs omissis, firmat Rot.in Bonon.
Pecuniaria 22. Martij 1662. cor. R. P. D. Emerix dec.
112.n.5.post tract.& prius dixerat in Rom.Societatis de
Rotignis 19. Iunij 1645. cor. Ghislerio impressa penes
Donat.Ant.de Mar.c.207.lib.2.nu.8.nisi versaremur in
casu societatis consistentis in sola pecunia, & in qua 28
non fuit considerata aliqua industria personæ, vt etiã,
in his terminis, se restringere videtur idem Andreol.
nu.7. quo casu, non reprobatur tale Pactum per Rot.
in d.Bonon.Pilarum 28.Nouemb.1663.cor.Bourlemont.
dec.56.nu.4.5.post tract.dummodo agatur de societa-
te particulari, ac hæredes nominatim expressi non
fuerint.

An, verò, tale Pactum, quod societas transeat ad
hæredes possit fieri validum per Contractum transa-
ctionis? negat Rot. d. Bonon.Pilar.dec.56 post tract.n.7. 29
& seqq. eo quia illa vnio Contractuum sub vnico In-
strumento non potest illorum propriam naturam im-
mutare, sed vterque remanet in suo robore, & distin-
ctum est accipiendus, licet vnitim celebratus, & post
Surd.cons.101.nu.38.& seqq.probant multæ Rot.decis. 30
relatæ in d.dec.56. post tract.num. 8. vnde benè con-
cludit num. 10. quod in dictum casum transactio se-
cundum propriam naturam ad hæredes pertransit,
socie-

Societas, verò, non, & in terminis allegat *Altograd. consil.9.num.34.lib.1.*

Limitantur, tamen, prædicta in Societate publica
vectigalium, quæ, ex priuilegio speciali, de Iure potest
31 transite ad hæredes, vt est *tex. in l.adeo, & l.verum, §.
in hæredem, ff pro socio*, & admittunt *Escob. de ratioc.
cap.6.nu.67. Andr.d.contr.32.num.15. Capye. Latr. dec.
189.n.18.lib.2.* & alij plures allati per *Ol.de cess. lib. 3.
q.5.nu 8 Grat.discept.276.n.10.11. Criuell.dec.8.nu. 19.
vers.cum igitur Mastrill.dec.135.num.76. Rot. d. Bonon.
Pilar. 11. Martij 1661. cor. Eminentiss. Celso, §. non
obstant.*

Si, verò, plures Socij sint participes alicuius nego
ciationis, sed in literis oblatorijs aliqui manifestati
sint, non omnes in societate comprænhensi per obitum
alicuius, qui in societate non sit palam nominatus, so-
32 cietas non dicitur dissoluta, dum remanent illi, qui
sunt partes integrantes eiusdem societatis, vt tradit
*Rot. in Rom. Societatis de Rotignis 31. Ianuarij 1661. cor.
R.P.D. Bourlemont. dec.66. num.14. post tract.* sed puto
hoc esse intelligendum quoad exteros creditores, qui
33 bona fide contraxerunt, non verò quoad ipsosmet so-
cios, & hæredes defuncti socij.

Diximus, societatem dissolui, per obitum vnius, ex
socijs, intellige, tamen, quoad noua negocia, non, verò,
quoad iam cępta, quia ea finiri debent, *l.nam, & Ser-
34 uius, §.si viuo, ff.de negoc gest. Gratian.disc.for. d. c. 71.
num.14. Hyer. Palm.consi.82.num.70. D. mens Franc. fi
lius contr.27.num.2.*

Et pariter durat Societas, quoad præstationē por-
tionis vnicuique tangentis, & quoad alia promissa in
Contractu Societatis, quæ debent adimpleri per hæ-
redes, sicuti, per ipsum defunctum, quamuis etiam de
35 eis nulla esset facta mentio, *l.sic vbi gl. & Bart. ff. de
verb.oblig. l.nemo, ff. pro Socio Dec.consil.212.num. 6.
Cioff.cons.50.n.2.lib.2. Gratian.discept.832.num.22.*

Verum, tamen, est, quod resoluta Societate, est pręco-
nizanda dissolutio omnibus cum ea negociantibus
36 alias, in fauorem mercatorum non habentium noti-
tiam dissolutionis, censetur durare, & sic in dictum
casum omnes Socij tenentur insolidum ad fauorem
creditorum non certioratorum, perindè, ac si duraret
Societas, vt latè probat, *tex. in l. sed si pupillus, §. de quo
palam, ff. de institutor. act. Gomez. var. tom. 2. c. 5. de so-
ciet.num.6. vbi add lit.B.* latè *Donat. Ant. de Mar. lib.2.
resol.c.207.nu.5. in fin.* & benè ostendit eadem, *Rot. in
Rom. Societatis de Rotignis 31. Iannar. 1661. cor. R.P.D.
Bourlemont dec.66.nu.8. & seqq. post tract.*

Est etiam pulcra quæstio, an, & quando socius, qui
habet auctoritatem expendendi, & expendit nomen
societatis, consocios obliget, nec ne, & regulariter est
affirmatiuè concludendum, quod obliget, vt per *Bart.
37 in l.si tamen, ff.de exercitor.act. Rot. Ian.decis. 13. num.
20. & decis.77.num.14. Merl.de Pign.lib.2. q.76.nu. 14.
16 Gratian.discept.219.num.1.*

Dummodò, tamen, hæc tria requisita concurrant,
quod, scilicet, socius sit verè socius, & habeat comple-
38 mentum, quod nomine Societatis contrahat, & quod
tertius contrahens fidem omnium sit sequutus *Caroc.
dec.118.nu.11. Rot. Ian. dec. 14. nu.94.97. & dec.7.num.
3.4. Thesaur. dec. Pedem.136. Caeber. dec. 150. nu. 9. Ol.
de cess. Iur. tit.4.d.8.num.51. Giurb. ad consuct. Messan.c.
9.gl.5.num.1. Cyr.contr.147.nu.5.*

Complementum desumitur ex literis oblatorijs,
quibus in simili materia omninò est credendum ad
39 tradita per *Rot.dec.151.num.1.10.17.par.10.rec.* alia
duo requisita resultant ex verbis obligationis.

Necessarium est vlterius aliud requisitũ iuxtà opi-
nionem nonnullorum, scil. quod socius contrahat su-
40 per re spectante ad negocium commune, ad hoc vt
obliget, *Cost.de portion.rota q.99.nu.5. Caeber.dec.151.
n.9 Hodiern.ad Surd.dec.213.nu.2. Salgad. Labyr. cred.
part.1.c.9.num.83. Sanfelic.dec.177.num.6. Rot.Gen.dec.
14.* alias enim, si complementarius institor, præposi-
tus, siue socius contrahat extra negocia socialia, &
extrà ea, quibus fuit præpositus non obligat conso-
cium præponentem siue Dominum præcipuè non ex-
primendo se contrahere pro negocio Societatis, vt est 41
text. express. in l.1.§. non autem, ff. de exercit. act. & ibi
Bart. & in l. Iure Societatis 82. ff. pro Socio, & ibi *gl.
Paris.consil.94.num.23. Caball.consil.ciuil. 121. numer.
24.25. Pereg.consil.95.num.5.vol.3. Catan.consil. 7. nu.
13. Mansou. de consil.execut.ampliat 24.num.13. Giurb.
ad consuet. Messan.c.9 gl.2.num.8. Ferentill. ad Buratt.
dec.85.num.13.*

Quæ cum vera sint, fuit, in facti contingentia, dubi-
tatum aliquando, an socius habens complementum
possit præstare fideiussionem, pro extraneo, nomine
sociali, adeò, vt obliget omnes socios, & pro parte
negatiua facere videbantur, quod cum socius, habens
complementum accesserit obligationi pro aliquo ter-
tio, ad fauorem mutuantis pecuniam absque vlla so-
ciorum, vel negocij vtilitate, vel commodo, dicen-
dum est talem obligationem fuisse fideiussoriam, *l.fi- 42
deiussor obligati, §. fideiussor, ff.de fideiuss.* & successiuè
extra negocia socialia dictæ societatis; Si quidem fide-
iussio non est de pertinentibus ad societates, & ad ne-
gocia mercantilia, *Alb.consil.95.num.11.14. & consil.
577.num.12 Hering.de fideiuss.c.17.numer. 86. 87.* & in 43
specie, quod complementarij, siue socij præpositi ne-
gociationi fideiubendo pro extraneis, licet expendant
nomen societatis non obligent Dominum præponen-
tem, siue consocium est *text. express. in l. in eum, §. 44
seruus, ff.de instit.act.* ibi, *Seruus pecunijs tantùm fæne-
randis præpositus per intercessionem æs alienum susci-
piens, vt institor, Dominum insolidum Iure prætorio
non adstringit*, quem sequuntur communiter scriben-
tes, & præcipuè *Cancer. var.resol. lib.2.cap.5.num.34.
vsque ad 43. & lib.3 c.1.num.84.85. Scacc. de commerc.
& camb.§. 7.gl.3.numer.24.25. Giurb. ad consuet. Mes-
san.c.9.gl.2.num.15. & gl.11.num.1. Sabell. var. resol.c.
31.num.34. Gutierez pract.qu.lib. 2.qu. 128. Rot. decis.
375.num.23.par.1. & dec.132.num.9. & seqq.part. 2.di-
uers.dec.154.num.8 9.10.part.8.rec.*

Neque dicatur fideiussionem esse de stylo merca-
torum, & de eodem stylo præpositus, fideiubendo pro
alio obligat societatem. Quia ad hoc, vt stylus, seu cō-
suetudo officiat, debet probari, quod sit obtenta in 45
contradictorio Iudicio, & per aliquam sententiam iu-
dicialem canonizata, *Anchar.cons.178. nu.8. Mantic.
decis.357.nu.3. Rot.cor.Buratt.dec.497.nu.10.* præcipuè
quando, vt in pręsenti casu, stylus est contra Ius.

Nec valet opponere, quod *text. in l.Titianus la fin. ff.
quod cum eo*, expresse disponat contrarium eius, quod
supra fuit dictum, scilicet, quod socius, vel præpositus 46
fideiubens, pro alio, obliget consocium, quia scriben-
tes *ad d.l. vt Paul.de Castr. Ant.Faber. & Rot. Rom. in
dec.375.num.13. part. 1. diuers.* explicat illum textum
procedere, in casu, dumtaxat, quod Dominus sciue-
rit, & tacuerit; secundò, quod idemmet Dominus es-
set consuetus similes facere fideiussiones, quod vtrū-
que dicebatur deficere in casu, de quo suprà, in quo,
de scientia præponentis non constabat, & tamen, in
præiudicialibus debebat plene probari, cum non suf-
ficiat præsumpta, *Rot.dec.95.nu.2. & dec.111.n.7. par. 47
1.rec. & cor. Otthob.dec.156.num.14.15.*

Nec pariter erat probatum, quod negocium con-
sueuerit facere fideiussiones, pro alio, licet de vnico
actu alterius fideiussionis præstitæ cōstare præsuppo-
neretur; nā consuetudo per vnicū actū non inducitur,
licet sit diuersum in solito, quod per simplicem actum 48
probatur, *Bart. in l. mela an, §. sed si alimenta n.1. ff.* 49

de alim. & lib. legat. & quamquam citra veri præiudi-
cium eadem lex fundet suum dictum super solito, *Al-
beric. d. l. fin.* ibi, & *Dominus solitus erat talia facere gl. d.
l. fin. verb. dederat Rot. d. dec. 375. numer. 13.* quæ promi-
scuè vtitur verbis, *soliti*, & *consueti*, & in terminis
Mercatorum solitum, vnico actu, verificetur, *Rot. cor.
Buratt. dec. 154. num. 3.* tamen, quia casus allatus ha-
bebat quandam diuersitatem ab actu fideiussionis, de
quo erat sermo in casu prædicto obstare non poterat,
quia, ad hoc, vt solitum afficiat debet esse confor-
me in qualitatibus, & circumstantijs facto, & actui,
de quo tractatur iuxta doctrinam, *Surd. consil 74
numer. 13. & consil. 314. numer. 32. Torre de camb. dis-*
50 *put. 2. q. 15. n. 46 & seqq. Rot. Rom. dec. 3. n. 18. p. 12. rec.*
E conuerso, verò, ad probandum, quod præposi-
tus negociationi, qui habet complementum, fide-
iubendo nomine Societatis ad tertij fauorem obliget
Societatem multa fuerunt adducta, & præcipuè,
non esse adeò tutam opinionem, quod Socius non
possit obligare consocium, extra negocia Societa-
tis, nam, in materia est bona distinctio, quod, vel
Socius, siue Institor contrahit, nomine proprio, &
certè, nisi in causam Societatis, eamque necessa-
riam contraxerit, imò non probata versione conso-
cios non obligat, *Bart. in l. 1. § non autem, ff. de exer-*
51 *cit. act. numer. 1.* & in his terminis loquitur decisio,
*Rotæ Ianuens. 14. Thesaur. dec. 136. Bald. consil. 125.
numer. 2. vol. 5. Seraph. decis. 375. numer. 1. Natt. cons.
567. numer. 7. Cephal. consil. 569. num 14. 15. Monach.
dec 52. num. 11.*
Vel Socius contrahit, nomine Societatis, & tunc
iterum distinguendum est; aut, enim, negocium So-
cietatis est restrictum ad vnam tantum Mercaturæ
speciem, puta, aromatariæ, vel similis, & quia taci-
tum mandatum consocij seu complementarij est ad
dictam speciem restrictum, si contrahat Socius in
mercatura, pannina, forsan non posset obligare con-
52 socios, ex defectu mandati, nisi probetur versio in
vtilitatem Societatis, & in his terminis loquitur, *An
char. consil. 232. num. 3. 4. 5. Peregr. consil. 118. num. 10.
vol. 5. Felic. de Societ cap. 14. num. 45.*
Aut Societas non est ita restricta, sed exercet mer-
caturam in genere, & tunc pariter denuo subdistin-
guendum videtur, Aut, enim, agitur inter eosdem
53 consocios, & non probata versione, & vtilitate con-
socij non tenentur; Aut, agitur cum extraneo con-
trahente, & tunc sufficit, quod Contractus fiat, nomi-
ne Societatis, ad hoc, vt dicatur factus in causam
Societatis, vt, licet posteà deregatur falsum, non de-
54 bet præiudicare extraneo contrahenti sub bona fide,
Ruin cons. 140. num. 8. lib. 1. vbi supponit quendam In-
stitorem mutuo accepisse pecuniam, pro soluendo
proprio debito, & obligasse societatem. *Gratian. disc.
279. num. 17. & seqq. Felic. de Societ. c. 30. nu. 11. 12. 13.
Capyc. Latro consult. 95. nu. 4. 5. & seqq. Giurb. ad consuet.
Messan. c. 9 gl. 11. num. 17. Ol. de cess. c. 4. qu. 8. nu. 32. Rot.
cor. Emin. Celso, dec. 11. nu. 10. add. ad Buratt. dec. 85. nu.
14. & post Pacif. dec. 16. num. 13.* nec, eo casu, est neces-
se, quod exprimatur fieri negocium, in causam So-
cietatis, quia, cum nomen solummodò Societatis ex-
penditur, tam indè in causam societatis fuisse factam
obligationem satis exprimitur.
Et quamquam vera esset conclusio, quod extrà ne-
gocia Societatis, Socius non obliget, obligatio facta
55 ad fauorem alterius, pro cambio non potest dici ex-
trà negocia Societatis, quæ cambia exercet.
Nec valet obiectum, quod idem locum sibi vindi-
care posset, in casu, quo fuerit facta principaliter pro-
missio pro cambio, non, verò, quando fuit inita fide-
iussio, ad fauorem alterius absque vllo Societatis inte-
resse, quia huic obiecto applicabatur responsio, quia,
cum præpositus, in dicto casu, se obligauerit insolidũ
extraneo, societas, & extraneus duo rei debendi dicũ-
tur, & licet pecunia, ad vnum tantùm peruenerit, ad- 56
huc alter non potest dici fideiussor, respectu credito-
ris, quidquid sit respectu correi, sed principaliter obli-
gatus, *Surd. consil. 20. n. 27. lib. 1. Natt. cons. 52. n. 6. Grat.
discept. 279. n. 11 Cyr. Maur. de fideiuss. p. 2. sect. 4. c. 41.* 57
vers. secundo quando Aliogr. cons. 3. n. 25. lib. 1. Natura,
enim obligationis insolidum correorum, quoad cre-
ditorem est, quod pecunia tota ad vnum quemque
præsumatur interuenisse, licet, vni tantum exbursetur,
vnde ista præsumptio facit, quod Creditor, ad cuius fa-
uorem fuit facta fideiussio, iustè crediderit Negocium
fideiubens participasse de dicto Cambio, quæ credu-
litas sufficit, pro habenda societate valide obligata
ex Contractu complementarij, *l. fin. ff. de exercit. act.* 58
ibi, *& sufficit quod ita crediderit non etiam illud exigen-
dum, vt ipse curam suscipiat in hanc rem pecuniam ero-
gatam esse.*
Imò quatenus etiam esset mere fideiussoria talis
obligatio; nihilominus extraneum non dicitur, & ex-
tra negocium mercantile tales præstare fideiussiones, 59
stante stylo, & consuetudine mercatorum, illas præ-
standi, vel ratione emolumentorum, quæ solent retra-
hi, vel ratione conseruationis mutuæ correspondentiæ
inter mercatores apprime necessariæ, de quo stylo ap-
parebat, in casu, de quo suprà, non solum, per deposi- 60
tionem plurium testium, sed etiam ex fidibus subscri-
ptis à mercatoribus totius Italiæ, & Galliæ, quibus de-
positionibus, & fidibus omninò standum est, tanquam
legi scriptæ, in materia mercantili, *Bald cons. 400. n. 10.
lib. 5. Socc. Iun. cons. 27. n. 22. vol. 2. Rot. Ian. dec. 7. nu. 11.
Roman. cor. Greg. dec. 126. n. 3. cor. Duran dec. 368. nu. 12.
cor. Buratt. dec. 298 n. 14. cor. Molin. dec. 338. nu. 12. post
Bonden. dec. 63. n. 17 & dec. 23. n. 11. & 183 n. 9. p. 9. rec.* 61
& proptereà, cum obligatio se confirmauerit secun-
dum morem regionis, institor potuit obligare conso-
cios, *Ol. de cess. Iur. tit. 4. q 8. nu. 30.*
Ad *tex. in l. in eum, §. seruum, ff. de institor. act.* & ad
auctoritates percutientes indiuidualem casum fide-
iussionum, de quibus supra *nu. 44* ea videbatur posse
adaptari responsio, quod *tex.* decisio fundatur in illa
taxatiua *tantum*, ibi *pecunijs seruus fœnerandis tantum
præpositus*, quæ taxatiua *tantum* eiusdem naturæ est, vt
in cęteris omnibus negocijs nõ modo, nõ præpositus,
sed prohibitus seruus fuisse intelligeretur, *Faber in suo* 62
rationali super Pandect. in d. l. & §. ex quo nõ potest in-
ferri ad casũ, vbi socius habebat generale cõplemẽtũ.
Auctoritates verò, DD. non obstant probato stylo
mercatorum in contrarium, *Alb. vero cons. 95. n. 577.
& Hering. de fideiuss.* id tantum quærunt, vtrum ex an-
notatione facta in libris mercatorum, probetur aliquẽ
extraneum fideiussisse pro alio extraneo, & dicunt,
quod non, quia fideiussio non est de pertinentibus ad
mercaturam, idest non spectat ad mercatores adnota-
re similes fideiussiones extraneorum, non, autem, con-
cludit, quod mercatores non possint fideiubere; Aliæ,
verò, auctoritates asserentes socios non posse obliga-
re consocios, fideiubendo, loquuntur de societatibus
extra mercaturam, & sic, nunquam excludunt proba-
tum stylum; quin imò cum *Felic. de Societ. c. 30. nu.* 20.
dicat, quod socius mercator pecuniam mutuo acci-
pere, & pro assecuratione mutuãtis fideiussiones præ-
stare, eisque prouisionẽ soluere, & in his omnibus con-
socios obligare, inde resultat, quod stylus interponẽdi
fideiussiones in mercatura nõ est scribẽtibus ignotus. 63
Et tandem prædicta videbantur esse indubitata,
quia in casu proposito, probatum fuerat negocia-
tionẽ alias fideiussisse pro extraneis, & proptereà ap-
plicabatur dispositio *tex. in l. Titianus la fin. ff. quod cũ
eo*, vbi seruus fenerandis pecunijs præpositus, cum pro
extra-

extraneo fideiusserit Dominum obligauit, quia Dominus solebat similes facere fideiussiones, *Alberic. Paul. de Castr. Ant. Faber. in d. tex. Rot. dec. 375. num. 13. part. 1. diuers.*

Et licet replicaretur, quod, in casu dictæ legis, non sufficeret probare solitum, quod, vnico actu, verificatur, *Bart. in l. mela, §. sed si alimenta nu. 1. ff. de alim.*
64 *& cibar. legat. Magon. dec. Luc. 14. num. 29. Gratian. discept. for. c. 55. num. 32. Buratt. dec. 154. num. 1.* sed esset vlteriùs probanda consuetudo Domini, & multiplicitas actuum, & non solitum, ex illis verbis *text. & multis soluisse idem seruus probaretur*. Tamen est animaduersione dignum, quod ratio dictæ legis non fundatur, super solito serui præpositi, sed super solito Domini præponentis, de quo nullum verbum in textu, ratio, enim, decisionis dicti textus, super qua fundatur Imperator legitur in illis verbis, *sed quia videbatur in omnibus eum suo nomine substituisse sententiam confirmauit Imperator*.

Igitur, si literaliter accipere volumus dictam rationem, ea videtur solummodò fundata, super generalitate mandati; sed, si volumus accipere dictam rationem secundum, *gl. & DD.* interpretationem fundatur alternatiuè, vel super scientia, & patientia Domini, vel super solito illius Domini; *Glossa*, enim, vtitur verbo *Soliti* vt *Alberic.* pariter vtitur dicto verbo, & licet *Paul. de Castr.* & alij vtantur verbis denotantibus consuetudinem, dicendum est, quod consuetum accipiatur impropriè, & abusiuè, & pro solito, quod desumi-
65 tur ex *Rot. Rom. d. decis. 375. numer. 13.* quę repetendo hanc rationem decisionis promiscuè vtitur verbo, *solitum, & consueuit*, & certè consuetudo hic non potest propriè accipi, quia consuetudo est propria vniuersi-
66 tatis, solitum, autem, est alicuius singularis personæ proprium, prout est ea, super cuius solito fundatur ratio dictæ legis.

Ex quibus rationibus, in casu, de quo supra fuit in ardua causa per Iudicem primarum Instantiarum resolutum contra Societatem cum præsupposito quod consocius, & præpositus, seu institor eam potuerit obligare fideiubendo pro extraneo; Iudicium vero in gradu appellationis seu recursus adhuc pendet in Rota nostra.

C A P V T XI.

De Societatibus Officiorum, vbi, de origine, & quomodò practicari soleant. Nonnulla de Bullis Pontificijs, super hac materia, emanatis. Vlteriùs quæritur, quomodò fiant; cum quibus personis, super quibus officijs; cum quibus conditionibus; ad vitam quorum; vsque ad tempus; cum quo lucro, & interesse Quomodò possint renouari, & tandem, quo Pacto extinguantur.

S V M M A R I V M.

1 *Societates Officiorum habent Analogiam cum Pactis futuræ successionis.*
2 *DD. ex professo tractantes materiam Societatis Officiorum.*
3 *Societates Officiorum vnde originem sumpserint.*
4 *Valet negociatio, in qua vnus ponit pecuniam, alter operam, & industriam.*

5 *In Societatibus Officiorum taxatur lucrum pro certo pretio infra duodecim pro centenario.*
5 *Officialis, & fideiussor pro fructibus societatis tenentur ex conducto.*
7 *Bulla Pontificia emanata occasione Societatis Officiorum.*
8 *Societates Officiorum sunt de Iure valida.*
9 *Societates Officiorum sunt approbata omnium consensu.*
10 *Diuisio huius Capituli in nouem partes.*
11 *Quomodo fiant Societates Officiorum.*
12 *Societas Officiorum dicitur vera Societas, & regulatur secundum regulas Societatis.*
13 *In Societate Officij non cadit vsura, & quare.*
14 *Talis Societas debet fieri cum pecunia numerata.*
15 *Societatem inire sine pecunia est species Anathocismi de Iure prohibiti.*
16 *Valent tamen in foro conscientia sine pecunia.*
17 *Sed quod valeant vtroque foro licet facta in gemmis; & fructibus alterius Societatis.*
18 *Societates Officiorum fiunt cum officialibus Romana Curia.*
19 *Qui tradit pecuniam dicitur condominus ipsius Officij quoad Officialem, sed non quoad Cameram.*
20 *Societates officiorum non sunt in Commercio, neque cadunt sub hypotheca creditorum.*
21 *Fructus tamen cadunt sub hypotheca, & sunt in commercio.*
22 *Sequuta resignatione, & venditione Officij, pretium cadit sub hypotheca.*
23 *Fieri possunt cum eo, qui non habet Officium.*
24 *Dummodo vacent per mortem eius, qui officium possidet.*
25 *Potest contrahi cum eo, qui non habet officium, sed est reseruatarius.*
26 *Societas non contrahitur super substantia officij, sed super fructibus tantùm.*
27 *Non valet inita cum eo, qui exercet officium, & fructus non habet.*
28 *Contra quod valeat.*
29 *Non potest fieri cum religioso.*
30 *Neque cum pupillo absque tutoris auctoritate.*
31 *Fiunt super officijs Romana Curia, & non alijs.*
32 *Quod valeant etiam in officijs extra Curiam.*
33 *Super officijs non vacabilibus non valent.*
34 *Contrarium aliqui tenent.*
35 *Sed malè, nisi essemus in casu, quod esset vendita pars quotatiua ipsius officij.*
36 *Non valet super officio alias grauato.*
37 *Officium est subiectum societatis.*
38 *Et vlteriùs est necesse quod dictum officium sit communicatiuum lucri, & damni.*
39 *Consuetudo nil operatur in vsuris.*
40 *Non valet societas super officio grauato, quando summa, qua datur excedit valorem officij.*
41 *Siue fiat in commodum, vel incommodum officialis, vel alterius tertij.*
42 *Et tantum substinetur pro rata valoris officij.*
43 *Pasqualig. quæst. moral. Iurid. quæst. 152. numer. 8. reprobatur.*
44 *In diuiduis, & separabilibus vtile per inutile non vitiatur.*
45 *Quando plures Societates ab vna persona sunt inita, qua excedunt valorem officij subsistunt vsque ad quantitatem veri valoris.*
46 *Quando plures persona inierunt societatem super vno officio grauato non substinit, quatenus dantes pecuniam sciant officium esse grauatum, secus si ignorent.*
47 *Et procedit etiam in ignorantia crassa.*
48 *Quod valeant super officio grauato, etiam data scientia.*
49 *Sed habet locum in foro conscientia tantum.*
50 *Merend. contr. c. 1. lib. 1. reprobatur.*

51 Quando creditor ignorat, debentur fructus tamquam damnum, & interesse.
52 Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo potest.
53 Quod non valeant, etiam data ignorantia.
54 Census vitalitius non potest valere in vim alterius Contractus.
55 Sed contraria opinio est magis approbata.
56 Bulla Pij IV. non obstat tali opinioni.
57 Bulla vsu non recepta non ligat ad obseruantiam secundum Fagnan.
58 Bullæ Pontificiæ per contrarium vsum cum scientia Papæ abrogari possunt.
59 Nulla est lex positiua, quæ non possit abrogari.
60 Data nullitate societatis a principio non reconualidatur etiamsi remaneat vsque ad valorem Officij.
61 Pensio non facta mentione alterius pensionis nulliter reseruatur, nec reconualescit, si antiqua extinguatur.
62 Societas Officij super locis montium non valet.
63 Societas Officij est exorbitans à Iure communi.
64 Possunt fieri super pluribus Officijs insolidum, & tunc vno vacante, remanet super alio.
65 Ad calculandum valorem non est habenda ratio ad fructus sed ad capitale, & valorem ipsius.
66 In taxando valore Officij habetur respectus etiam ad dignitatem.
67 Valor est mensurandus de tempore societatis initæ.
68 Data nullitate societatis, omnes fructus sunt restituendi, vel in sortem computandi,
69 Quod procedit data scientia, & non aliter.
70 Et pariter cessant fructus dissoluta societate, vel per mortem, vel per disdictam.
71 Nec valet Pactum in contrarium.
72 Possunt tamen conueniri fructus ad rationem quinque, vel sex pro centenario.
73 Dummodo probetur lucrum cessans, & damnum emergens.
74 Creditor lucratur fructus, quando fuerunt bona fide recepti soluta societate.
75 Sed contra multi tenent.
76 Sed prima opinio in foro conscientiæ est vera.
77 Contrauenient Pacto non dando fideiussorem nil lucratur de Capitale societatis.
78 Etiamsi duo fideiussores promittant, & vnum det.
79 Vel quando ex post non renouantur.
80 Sed id procedit volente socio; alias enim societas non dissoluitur.
81 Inducta in fauorem non sunt retorquenda in odium.
82 Limitatur, quando fuit inita promissio in alio Contractu.
83 Mora non expectatur, dum quis agit de lucro capiando.
84 Quando vero quis promittit renouare, societas durat, si socius non sit interpellatus, & certioratus de morte fideiussoris.
85 Ignorans non dicitur contemnere, aut negligere.
86 Absentia debet esse continua ad hoc, vt quis teneatur alios dare fideiussores.
87 Fideiussor & pignus æquiparantur.
88 Obligatus ad dandam fideiussionem satisfacit dando pignus, & creditor tenetur illud recipere.
89 Per receptionem fructuum quis censetur approbare Contractum, & durat societas.
90 Imo idem operatur receptio partis fructuum.
91 Dummodo quis ignoret contrauentionem, alias non dicitur approbare.
92 Nec valet protestatio in contrarium.
93 Periculum amissionis sortis vnicè saluat societatem Officij ab vsura.
94 Petitio fructuum sufficit ad sanandam nullitatem.
95 Expressa renunciatio non præiudicat in futurum.
96 Admittuntur etiam aliæ coniecturæ pro inducenda ratificatione vltra perceptionem fructuum.
97 Societates Officij quoad personam, in cuius caput fuerit, non habent certam regulam.
98 Potest reseruari facultas variandi personam.
99 Formula talis variationis est præscripta per Bullam Pauli V.
100 Pactum, quod socius possit intra quindecim nominare in cuius caput ponatur pecunia, intelligitur, si sit omissum.
101 Quando non est aliqua expressio, in cuius persona sit posita pecunia, moriente socio, Officialis lucratur Capitale.
102 Quando verò moritur dans pecuniam intra 15. dies dissoluitur societas.
103 Conditio nominandi intra 15 dies, post illud tempus expirat.
104 Sed contrarium quod possit fieri nominatio ex post.
105 Dans pecuniā si intra 15 dies ad alium nominandum ægrotat non potest alium nominare.
106 Sed contrarium est verum.
107 Quod limitatur, quando facultas nominandi non est restricta ad aliquod tempus.
108 Nominatio vt afficiat est intimanda.
109 Dies contractus non computatur intra 15. dies.
110 Dies termini an computetur in termino.
111 Facta nominatione de absente nominatio est irrita si tempore nominationis mortaliter ægrotaret persona nominata.
112 Contractus cum falso supposito celebratus corruit.
113 Constitutus in articulo mortis mortuo assimilatur.
114 Qui habet facultatem nominandi si gerit actum nullum tali facultate non priuatur.
115 Mandatum, vt soluatur Caio reuocatum censetur data mutatione status Caij.
116 Acceptatio literarum Cambij non obstat, quando scribens erat decoctus, vel decoctioni proximus.
117 Assecuratio Nauis iam naufragatæ non obstat assecuranti.
118 Societates Officij fiunt ad sex menses, & vltra ad beneplacitum.
119 Fiunt ad duodecim pro centenario.
120 Sed talis taxa videtur nimis excessiua.
121 Hodie fructus Officiorum ob affluentiam pecuniæ, & diminutionem lucri sunt diminuti.
122 Pactum vt fructus soluantur anticipatè non subsistit in societatibus Officiorum.
123 Sed contraria opinio seruatur à Rota.
124 Procurator absque mandato speciali societatem non potest renouare.
125 Consensus non præsumitur ex actu gesto à Procuratore sine mandato.
126 Renouatio facta per vnum ex socijs altero absente non valet sine specifica ratificatione.
127 Fideiussor an possit renouare fideiussorem in præiudicium principalis absentis.
128 Renouata non censetur societas per citationem ad dandum fideiussorem
129 Societas Officij tribus modis dissoluitur per disdictam, alienationem, & mortem.
130 Siue sit naturalis, siue ciuilis.
131 Disdicta Societatis fieri debet per 15. dies ante.
132 Per restitutionem partis precij an dicatur in totum dissoluta societas.
133 Non censetur finita si coniectura aliud suadent per restitutionem partis.
134 Nulla melior coniectura dari potest non dissolutionis societatis, quam receptio fructuum.
135 Societas cessat eo ipso, quod venditur, vel resignatur Officium.
136 Vno vendito Officio tota corruit societas, quando vnica summa eodem tempore fuit data pecunia super pluribus Officijs secus verò si in pluribus vicibus fuerunt initæ plures societates.

137 Fue-

137 *Mori violenta excluditur à Societate Officij.*
138 *Morte socij non amittitur Capitale, quando societas cantat in caput alterius, quam Socij.*
139 *Substantia Societatis potest esse penes vnum; Commodum vero penes alium.*
140 *Per mortem Ciuilem dissoluitur Societas Officiorum.*
141 *Per emissionem professionis illius, ad cuius vitam fuit contracta non dissoluitur.*
142 *An submersus in flumine, vel bello occisus, & morte damnatus à Iudice dicatur mori morte violenta.*
143 *Mortuus manu Carnificis non dicitur mortuus morte violenta.*
144 *Exceptio mortis violentæ fuit introducta, vt tollatur occasio captandæ mortis.*
145 *Dissoluitur Societas morte illius, in quem translatum est periculum vitæ.*
146 *Eo tamen casu non sunt restituendi fructus anticipatè soluti.*
147 *Mortuo vno ex Socijs an Societas dicatur extincta quoad omnes.*
148 *An Societas extinguatur quando quis sit eiusdem Officij creditor, & debitor.*
149 *Exceptio nullitatis Societatis Officij an impedire possit executionem.*
150 *Vide distinctionem allatam à Io: Baptista de Luca.*

SOcietates Officiorum passim in Vrbe frequentes
habent quandam Analogiam, cum materia, de
1 qua in præcedentibus duobus *Capitibus*, scilicet, cum
censu vitalitio, & cum Societate ad hæredes transmit-
tenda, & per consequens, non sunt omninò extra tra-
ctatum nostrum de Pactis futuræ successionis, præci-
puè, cum in ijs, plurimum attendatur mors contra-
hentium, eaque deducatur, in Pactum, propterea hic
pauca, de his societatibus Officiorum, adnectam pro
superficiali intelligentia legentium, nam multi sunt,
qui materiam radicitus enuclearunt, prolixeque om-
nes numeros tetigerunt, pro earum cognitione, &
perfecta notitia necessariò adeundi, & præcipuè *Co-*
2 *stracan. Boccac. & Zacch. in particularibus tractatibus
de societatibus Officiorum Giballin. de vsur. lib. 5. cap. 2.
art. 6. consectarium 6. per tot. Azor. 3. par. lib. 9 cap. 8.
quæst. 1. Prosper. Fagn. in c. nauiganti de vsur. num. 36. &
seqq. Eminentiss. de Lugo de Iust. & Iur. tom. 2. disput.
30. sect. 5.* & alij allati per *Scacc. de Commer. & Camb.
§. 1. quæst. 1. de Societ. Offic. num. 260. & seqq.* & nouis-
simè insignis *I. C. Io: Baptista de Luc. in Theatr. verit. &
iust. lib. 5. par. 4. de Societ. Offic.*

Origo horum Contractuum ex eo prouenit, quod
cum in Romana Curia, plura adfuerint, & adsint Of-
ficia venalia, fructifera, & vacabilia, per mortem Offi-
cialis, ad quæ exercenda plerumque requiratur ho-
3 minum industria, ad ea, verò, comparanda, & acqui-
renda pecuniæ affluentia sit necessaria, & multi adsint
periti homines habiles, ad huiusmodi Officia exer-
cenda, carent, tamen, pecunia ad eorum acquisitio-
nem necessaria, fuit hæc species societatis introdu-
cta, in qua volens Officium exercere accipit ab vna,
vel pluribus personis pecunia affluentibus tantam
summam ad obtinendum Officium sufficientem; pe-
cuniæ, verò, datorem facit participem proportiona-
biliter, & pro rata fructuum, & emolumentorum eius-
dem Officij, qui pariter cum eadem proportione sub-
iacet periculo tam in sorte, quam in emolumentis,
ad instar Societatis iniri solitæ super aliqua nego-
4 ciatione, in qua vnus ponat pecuniam, alter, ve-
ro, operam, & industriam, quam esse validam ne-
mo dubitat.

Verum, quia quantitas emolumentorum, quæ per-
cipitur, ex Officijs est incerta, & varia, ac per officia-
lem, qui industriam adhibet, nonnullæ possent in So-
cij præiudicium fraudes committi, vsus inoleuit ta-
xaudi hæc emolumenta, ad certam verisimilem sum-
mam inter dantem, & recipientem pecuniam conuen-
tam infra, non autem, vltra summam scutorum duo-
decim pro centenario, vt liquet ex antiquo vsu, ita
docent post *Castracan.* quem allegat *Spad. cons. 21.* 5
num. 6 lib. 3. Grat. disc. for. c. 679. num. 37. vbi quod, in
huiusmodi Contractu Societatis Officij adest impli-
citus Contractus locationis, & conductionis, nam Of-
ficialis facit participem, dantem pecuniam pro rata
parte fructuum Officij, sed quoniam tales fructus
sunt incerti, idem Officialis conducit dictam ratam
partem ad rationem duodecim, vel decem pro cen-
tum ad euitandum laborem computorum, ita vt pro
istis fructibus teneatur Officialis, & fideiussor ex con-
ducto &c. sic etiam ostendit *Gabr. cons. 78. in princ. lib.* 6
*1. Merend. contr. lib. 19. c. 1. num. 5. Giballin. de vsur. lib.
5. c. 2. art. 6. consectar. 6. num. 36. de Lugo d. disp. 30. sect. 5.
num. 52. & seqq. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst.
1. num. 262. & 263 Rot. post Cenc. de cens. dec. 389. num.
13.* cum pluribus ibi cumulatis, & in *Rom. concursus
creditorum 10. Iunij 1661. coram Eminentiss. Cerro,
circa fin.* & nouissimè bene explicauit insignis Roma-
næ Curiæ Aduocatus *D. Io: Baptista de Luca in theatro
veritatis, & iustitiæ lib. 5. de Societ. Offic. discur. 12. nu.
7. 8. 9.*

In hac materia multæ extant Bullæ Pontificiæ, &
præcipuè *Leonis X.* prohibentes huiusmodi Contra-
ctus absque beneplacito Apostolico, cum alijs proui-
sionibus ad euitandas fraudes *Pauli IV.* quæ tradidit
quaodam formam talibus conuentionibus, ac vlterius
illicitas societates declarauit initas aliter, quam super
officio vacabili, & absque periculo sortem amitten- 7
di *Pij IV.* per quam approbantur tales societates,
dummodo valorem Officij non excedant, & fiant
cum Pactis licitis, & honestis abrogata constitutione
prohibente fieri sine Beneplacito.

Et demum nonnulla extant de materia in constitu-
tione *Pauli V.* edita super reformatione Tribunalium
Vrbis circa mutationem personæ, super cuius vitæ
periculo societas durare debet, ac super disdicta, &
renouatione societatis respectiuè, de quibus Bullis,
& constitutionibus meminit *Spad. cons. 214. nu. 3. lib. 3.
Rot. post Cenc. de cens. dec. 9. num. 1. Io: Baptista de Luc.
vbi supra de societ. Offic. discur. 12. num. 10. Giballin. de
vsur. lib. 5. c. 2. art. 6. consectar. 6. num. 37. Eminentiss. de
Lugo de Iust. & Iur. disput. 30. sect. 5. num. 54. Bonacc. de
Contract. disput. 3. quæst. 6. punct. 6. num 1.*

His præmissis, & vlterius omissa disputatione, an
validæ sint societates Officiorum, de quibus agitur,
vel quia participent de Simonia, quam aliqui, vt ait,
de Luca vbi supra de societ. Offic. discur. 12. num. 11. ve- 8
rè ignari sine imaginabili fundamento somniarunt
versari in concessione huiusmodi Officiorum, propter
pecuniam, vel quia contineat mutuum vsurarium su-
per vita hominis, aut speciem prohibitæ sponsionis,
siquidem cum dicta Officia Apostolicarum constitu-
tionum auctoritate sint approbata, consuetudine tot
annorum, confirmata, consensu totius Romanæ Cu-
riæ, permissa, in tot Sacris Tribunalibus canonizata,
auctoritate tot Doctorum, tam Canonicorum, quam
ciuilium, & præcipuè *Bonaccin de Lugo Giballin. Fa-* 9
gnan. & aliorum, per eos allegatorum fulcita, de eo-
rum validitate nullatenus est dubitandum; his, in-
quam, præmissis, pro faciliori intelligentia materiam
diuidam, quærendo, primò, qoomodo fiant Societates
Officiorum; Secundò, cum quibus personis; Ter-
tiò super quibus Officijs; Quartò, cum quibus con-
ditionibus; Quintò, ad vitam cuius; Sextò, vsque
ad quod tempus; Septimò, cum quo lucro, & Inte-
resse;

resse; Octauò quomodo renouari possint; Nonò, tandem, quomodo extinguōtur; applicando, licet breuiter, articulos magis contingibiles ad quamcumque quæstionem particularem.

Quoad primam, quomodo fiant, me remitto, ad formulas, editas, & consuetas, quas multi DD. tractantes materiam per extensum afferunt, & præcipuè
11 Boccac. de societ. Offic. in princ. Azor. Inst. moral. par. 3. lib. 9. tit. de societ. Eminentiss. de Lugo de Iust. & Iur. disput. 30. sect. 5. num. 53. Salust. Tiber. in formular. Instrument. lib. 2. de forma societat. Offic. pag. mihi 168. & in substantia, volens emere Officium Romanæ Curiæ, accipit à tertio pecuniam conuentam, quem facit participem emolumentorum, & fructuum eiusdem Officij pro rata summæ solutæ, com alijs Pactis, & conditionibus, de quibus, in supradictis formulis, & de quibus inferius agitur.

Hæc, autem, societas dicitur vera, & realis societas,
12 & legibus societatis regulatur, vt voluit Gabr. cons. 78. Castracan. de societ. Offic. relat. per Spad. cons. 40. nu. 19. lib. 1. & latè Gratian. disc. for. cap. 679. n. 35. & propterea firmat multis cumulatis, quod in hoc Contractu non cadit vsura, cum non sit lucrum, quod sorti accedat, sed sit debita quædam compensatio vtrimque facta, & ita etiam ostendit, nonnullis Rotæ decisionibus ad-
13 ductis Cenc. de cens. quæst. 99. num. 27. vbi, quod in societate Officij non venditur, nec Officium, nec Ius percipiendi fructus, & emolumenta Officij, sed communicantur redditus, & prouentus Officij, & in dicto Contractu celebratur solus Contractus societatis, & probat etiam Io: Baptista de Luc. in theat. veritat. & iust. lib. 5. par. 4. de societ. Offic. discur. 12. num. 11. & dixit Rot in Roman. Concursus creditorum 10. Iulij 1661. coram Eminentiss Cerro §. nec enim.

An, verò, debeat fieri cum pecunia numerata, vel possit constitui talis societas in mercibus, gemmis, alijsque rebus, ac super fructibus alterius societatis
14 multi negarunt, ex rationibus allatis per Io: Baptista de Luc. vbi supra de societ. Offic. discur. 10. in princ. & præcipuè, quia sit species Anatocismi damnati, etiam
15 de Iure ciuili in l. fin. C. de vsur. & eo fortius de Iure Canonico Merl. dec 409. alias 301. par. 5. rec. & ità etiam sentit Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num.
16 391. & 392. Bonacc. verò de Contract. disput. 3. quæst. 3. punct. 6. vers. quares secundo limitat in foro externo, non verò, in foro conscientiæ, quia eo casu, tenet valere.

Sed quod in vtroque foro substineantur tales societates, licet initæ, cum mercibus, gemmis &c. & fru-
17 ctibus alterius societatis, benè firmat de Luc. vbi supra discur. 10. num. 2. (mutando sententiam negatiuam prius tentam) & sic etiam concludit discur. 12. num. 31. & hæc videtur esse sententia Giballin. de vsur. lib. 5. c. 2. art. 6. num. 43. Eminentiss. de Lug. de Iust. & Iur. disput. 30. sect. 5. num. 71.

Secundò quæritur, cum quo fiat societas Officij? & responde cum Officiali Romanæ Curiæ ad Officia acquirenda, & ad hunc effectum fuerunt adinuenta,
18 antiquis temporibus, vt vidimus; ille verò qui pecuniam tradit, dicitur condominus ipsius Officij, quoad Officialem, sed non dicitur talis quoad Cameram, quæ recognoscit Officialem dumtaxat, & non pecu-
19 niæ datorem Spad. cons. 40. num. 22. lib. 1. & hoc respectu, non dicuntur in commercium venire nec cadunt sub hypotheca creditorum Officia Romanæ Curiæ,
20 vt in Constitutione Vrbani VIII. 154. relata per Rot. dec. 395. num. 8. par. 12. rec. & post Gratian. c. 50. num. 27. Seraph. dec. 1294. num. 3. dixit Rot. in Romana Officij Notariatus 4. Octobris 1651. coram bo: me: Verospio, & in Romana Concursus creditorum 10. Iunij 1661. coram Eminentiss. Cerro in princ. licet fructus, & pretium
ipsorum bene cadant sub hypothecā, & ferè æquipa-
rentur bonis patrimonialibus, Gratian. discept. for. cap. 21
670. num. 12. & seqq. eadem Rot. d. dec. 395. num. 9. par. 12. rec. Imo, & pretium ipsum venit sub hypotheca, sequuta tamen Officij resignatione, & venditione
Merl. de pign. lib. 2. tit. 1. num. 18. vers. & existimo, & 22
alij plures relati per Rot. in d. Rom. Concursus creditorum cor. Eminentiss. Cerro vers. & quamuis.

An, verò, fieri possit, cum eo, qui non habet Officium, sed super Officio commodato ad talem ineun-
dam societatem, partem affirmatiuam tuentur Fi- 23
lincc. tract. 38. cap. 6. num. 111. Azor. lib. 9. c. 8. quæst. 3. dummodo tamen, vacet per mortem eius, qui possidet Officium, vt firmat Gratian. discept. for. cap. 944.
num. 25. & Boccac. quem allegat de Societ. Offic. num. 24
204. vsque ad 210. Negatiuam, verò, sequuntur Giball. de vsur. cap. 2. art. 6. num. 38. & ita, etiam in rigore loquendo tenet Eminentiss. de Lugo disput. 30. sect. 5. num. 55. vers. dubitatum est; sed prima opinio est verior, & ita quotidie Romæ practicatur de consensu Papæ, & Tribunalium, vt ostendit de Luc. vbi supra de societ. Offic. discur. 11. num 5. & admittit etiam discur. 12. num. 12. 13. & comprobat doctissimus Fagnan. in c. nauiganti de vsur. à num. 39. vsque ad fin. ex acutissimis rationibus ibi ponderatis, nec desunt ex Theologis, qui approbent talem societatem cum Officio commodato, vt Bonacc. de contract. disput. 3 q. 6. punct. 6. propos. 3. num. 5.

Aliquando contingit, vt quis renunciet, Officium alteri reseruatis sibi fructibus, & emolumentis Officij renunciati; quæritur, an possit iniri societas cum eo, qui habet fructus reseruatos, & è contrà cum eo, qui Officium administrat, absque fructibus, & emolumentis? quoad primum quæsitum videtur respondendum affirmatiuè, tam ex mente Theologorum,
Giball. d. cap. 2. art. 6. num. 39. vers. quod porro de Lug. d. 25
disput. 30. sect. 5. num. 58. quam Iuristarum, vt firmat Peun. dec. 421. Zacch. de societ. Offic. num. 27. & seqq. de Luc. vbi supra discur. 8. num. 2. ea ratione, quia societas
contrahi non dicitur super ipsa substantia Officij, sed 26
super fructibus, & emolumentis; Quò, verò, ad secundum quæsitum negatiua opinio est magis frequens, quod non possit iniri societas, cum eo, qui Officium
exercet, absque fructibus, & emolumentis iuxta sen- 27
tentiam Giballin. & de Lugo locis citatis, cum quibus pertransit Rot. post Zacch. de societ. Offic. dec. 31. con-
trariam, tamen substinent Gratian. discept. 138. nu. 16. 28
Zacch. & Duard. in locis relatis à Io: Bapt. de Luc. vbi supra num. 3. ipse tamen Io: Bapt. de Luca d. discur. 8. eodem nu. 3. indecisam relinquit quæstionem.

Cum religioso, autem, non potest talis societas
iniri, vt resoluit Bonacc. de Contract. disput. 3. quæst. 6. 29
punct. 6. propos. 2. eo quia non habet liberam disponendi facultatem, & id, etiam ampliat cum pupillo absque tutoris auctoritate; quid verò dicendum sit in
alijs societatibus, an à pupillo iniri possint vide Grat. 30
discept. for. cap. 360. per tot.

Tertiò videndum est, super quibus Officijs fieri possint, & præcipuè, an in Officijs Romæ tantum existentibus, vel potius etiam in Officijs aliarum Ciui-
tatum Bonacc. loc. cit. propos. 3. dicit esse de essentia, vt 31
sit Romæ inita, ad hoc, vt valeat societas, & hanc sententiam, multis argumentis, defendit Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 267. & seqq. Sed quamquam Scacc. assignet rationem diuersitatis, ego nescio percipere, vnde eliciatur; nam imò si sunt validæ societates Officij in ipsa Vrbe Roma, quæ est caput
totius Catholici Orbis, quare erunt improbatæ in 32
alijs Ciuitatibus? & ità etiam sentit doctissimus Fagn. in cap. nauiganti de vsur. nu. 79.

In Officijs non vacabilibus secundum magis com-

munem

33 munem opinionem constitui non possunt, vt per *Zacch. d. tract. num. 117. Grat. discept. for. c. 944. num. 18.* &
fuit pluries a Rota talis opinio canonizata, vt resta-
34 tur *dec. 321 post Cenc. de cens. num. 1. & per tot. & cor. Merl dec.* 204. sed talis opinio nequaquam approbatur ab *Eminentiss. de Lugo d. disput.* 30. *sect. 5. num. 56.* rationibus, & argumentis per eum adductis, sed in praxi esset multum difficile obtinere contra talem Rotæ opinionem, sæpissimè admissam, nisi versaremur in terminis, quod propriè non esset inita societas, sed venditum, & communicatum Dominium, & Officium pro aliqua quota, vt pro tertia parte, & expressè conuentum, quod damnum, & lucrum deberet esse commune, tunc enim, quia Contractus implicitè continet venditionem Officij pro tertia parte, non
35 est improbatus vt resoluit *Rot. coram Merl. d. dec. 204. num. 5. & seqq.*

Difficilis est illa, quæstio, an valeat societas officiorum super, Officio alias grauato, & regulariter, quod non valeat, tenent communiter DD. tam morales,
36 quam Iuristæ, vt *Leoncell. super Bulla Pij IV. num 14. 15. Boccac. de societ. nu. 126. Castracan. eodem tract. cap. 6. num. 1. Felic. pariter de societ. cap. 6. num 64. Nauarr. cons. 29. col. 2. vers. secunda conditio de vsur. lib. 2. Azor. Inst. Moral. lib. 9. cap. 8. Pacific. de Salu. inspect. 4. cap. 9. num. 89. Gratian. disc. cap. 900. num. 12. Bonacc. de contract. disput. 3. punct. 6. quæst. 6 propos. 3. vers. secunda conditio Vermigl. cons. crim. 306. num. 10. Conciol. alleg. 33. num. 1. Rot. Rom. cor. Greg. dec. 167. num. 2. vbi add. nu. 8. & post Cenc. de cens. dec. 9. per tot. & dec. 227.* vbi plures aliæ recensentur rotales decisiones, & *in Romana Societatis Officij 10. Iunij 1664. cor. Reuerendiss. Gerunden. §. vnde cum,* quod specificè cauetur non solum ex Bulla Pij IV. expressè disponentis societates Officiorum, non posse iniri super Officia vltra eorum valorem, sed vlterius ita est de Iure communi dispositum, eo quia, sicut societas Officij inita sine Officio, est nulla, ita est, nulla, si sit inita super Officio, quod sit penitus inutile, quia deficit materia substantialis Contractus, *Castracan. de Societ. cap. 5. num. 7. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 376. Bonacc. vbi supra vers. ratio est optimè Leotard. de vsur. quæst. 23. num. 57.* ibi, *Sanè constat nullam societatem Officij contrahi posse, nulla scilicet existẽte re, super qua contrahatur, & cuius is, qui pecuniam dedit particeps fieri valeat,* & latè firmarunt allati per *D. Fagnan d. c. nauiganti de vsur. num. 37.* latè *Conciol. d. c. 33. num. 4.* vbi, quod, si Officium valeat scutis mille, & super eo contrahantur societates scutorum duorum mille, in alijs scutis mille, quæ excedunt valorem Officij, cum sint sine Officio, & sine subiecto societas consistere non poterit;
37 Officium, enim, est subiectum societatis, vt pluries etiam firmauit *Rot. in decisionibus allatis per Scacc. de commerc. & camb §. 1. quæst. 1. num. 376. vers. cum Officium.*

Imò societas Officij non solum requirit, ad sui validitatem subiectum, & sic Officium, verum etiam necesse est, quod dictum Officium sit communicatiuum lucri, & damni, & aptum reddere lucrum, & dam-
38 num *l. verum 64. §. fin. ff. pro Socio, Zacch. de societ. num. 50. 131. & 362.* & alijs omissis, *Scacc. vbi supra nu. 276. in fine,* cum allatis per *Conciol. d. alleg. 23. num 5. eadem Rot. d. dec. 321. num. 6. post Cens. de cens.* quod lucrum sperari non potest, dum deficit officium, vel fructus sunt applicati ad alias personas, meritò &c. & proptereà, cum non subsistat societas, remanet simplex contractus mutui, qui non potest fructus parere, vt supracitati concludunt.

Neque valet consuetudo, in contrarium, quia consuetudo non operatur in vsuris, vt multis cumulatis
39 Rotæ decisionibus, resoluit idem *Scacc. d. §. 1. quæst. 1. num. 306. vers. sub extende primò,* & dixit, *Giballin. de vsur. lib. 5. cap. 2. art. 6. num. 40. Conciol. alleg. 33. nu. 29.* & in terminis *Pasqualig. quæst. moral. Iurid. qu. 52 num. 2-3.* imò dicit esse merum abusum, & corruptelam, quod valeant societates Officij suprà valorem ipsius Officij, & voluit *Rot. in dec. 9. num. 23. dec. 227. & dec. 321. nu. 13. post Cenc. de cens.*

Sed licet hæc, in abstracto vera sint, tamen quæstio est resoluenda infrascripta distinctione; Vel vnica societas, vel plures contractæ sunt, cum vna, & eadem persona, vel cum pluribus personis, vltrà Officij valorem, si ab vna, & eadem persona, vnica vice, vt v. g. Officium valet mille, & fuit data summa vsque in 1500.
societas non subsistit, vt in terminis *Bonacc. d. quæst. 6.* 40
punct. 6. propos. 3. vers. primo illum, Eminentiss. de Lugo d. disput. 30. sect. 5. nu. 63. vbi *num 64.* ampliat, siue fiat in commodum, vel incommodum Officialis, siue alterius tertij super Officio commodato juxta tradita
supra num. 23. & ita etiam tenet *Giball. de vsur. d. c. 2.* 41
art. 6. num 40. 41. & admittit *Rot. cor. Gregor. dec. 167. num. 2. Millin. dec. 251. dec. 287. num. 11. par. 4 diuers.* & benè eadem *Rot. in Roman. Societatum Officij 10. Iunij 1664. cor. Reuerendiss Gerunden.*

Non, tamen, societas annullatur in totum, sed subtinetur quoad Officij valorem, & pro rata eius, cu-
ius est capax, vt alijs omissis, ostendit *Giball. d. loc. nu.* 42
41. vers. quando vero Cenc. de cens. quæst. 36 num. 9. &
hæc opinio est verissima, & approbata à *Rot. Rom.* in 43
supra citatis decisionibus, quidquid in contrarium
firmet *Pasqualig. qq. mor. Iurid. q 152. num. 8.* & ratio 44
est quia in diuiduis, & separabilibus vtile per inutile non vitiatur *c. vtile de reg. Iur. in 6.* & ita arguunt *Gibal. vbi supra num. 41. Cenc. loc. cit. nu. 11.*

Et similiter est dicendum, quando plures societates cum eadem persona sunt initæ, quæ, vti singulæ non excedunt valorem Officij, nam eo casu, substinentur, dumtaxat, societates priores vsque ad quan-
titatem Officij, non vero, posteriores, *Scacc. de com-* 45
merc. & camb. d. §. 1. quæst 1. num. 328. & admittit *Io: Bapt. de Luc. in theatr. verit. & iust. d. lib. 5. de societ. Offic. discur. 12. nu. 28.*

Quando, vero, plures societates cum diuersis personis sunt initæ excedentes Officij valorem, tunc est bona distinctio allata per *Io: Bapt. de Luc. vbi supra num. 28. versic. aut societas,* quod sit inspiciendum an contrahentes, & dantes pecuniam sciuerint, vel ignorauerint Officium iamdiu esse grauatum alijs societatibus vltra valorem, vel ignorauerint esse grauatum. Primo casu, data scientia dantis pecuniam, Contra-
ctus sunt nulli, & societas non subsistit, vt bene *Emi-* 46
nentiss. de Lugo d. disp. 30. sect. 5. num. 68. ibi, *& quidem, si vterque contrahens sciebat incapacitatem Officij societas non valet, nec obligat ad fructus reddendos,* &
ampliat etiam ad ignorantiam crassam *Pasqualig.* 47
quæst. mor. Iurid. quæst. 152. nu. 5. Rot. cor. Greg. dec. 167. num. 1. vbi *add. num. 8.* & nouissimè eadem *Rot. in Rom. Societatis Officij 9. Decembris 1665. cor. R. P. D. Bourlemont. in princ.* ibi, *stante scientia incapacitatis Officij tam in Officiali, quam in socio, fuit vterque in aperto dolo, & Contractus, vt in fraudem legis, & constitutionum Apostolicarum remanet nullus, dataque in eo pecuniæ in simplex mutuum resoluuntur &c.*

Et licet *Bonacc.* contrarium teneat, quod, etiam data scientia substineantur, quando tradens pecuniam non dedit summam excedentem Officij valorem, vt
in *d. disput. 3. quæst. 6. punct. 6. vers. hoc tamen intelliga-* 48
tur in medio, ibi, *huiusmodi Contractus damnari non solent, etiamsi contrahentes sciant Officium esse grauatum supra valorem ipsius Officij, ob societates cum alijs celebratas super illo Officio, modo ipsi non tradant maiorem pecuniæ summam, quam Officij æstimatio patiatur,* & la-

to ca-

Census vitalitij, quia fors, morte emptoris, extingui-
17 tur, & numquam restitui debet, vt ait *Roderic. de ann. redd. d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. vers. nec potest Cyr. d. contr. 1. num. 11.* vbi ait, contractum istum non esse contractum mutui, in quo quicquid, vltra fortem datur, vsura est, nam mutuum est reddibilis datio, quia de eius natura est, vt pro re mutuata, alia recipiens functionem in suo genere restituatur *l. 2. in princ. ff. si cert. pet.* cum autem, hoc capitale non sit restituendum, cessat Contractus mutui *Salgad. Labyr. cred. par. 1. c. 20. num. 17.* & alijs omissis *Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 7.*

Hinc est, quod, si vendatur ea lege, & pactione, vt morte emptoris restituenda sit fors principalis, quæ
18 ab initio data fuit, nullatenus valet, vt per *Roder. de ann. redd. d. lib. 1. quæst. 5. num. 5. in fin. Surd. d. quæst. 11. num. 19. Salgad. Labyr. cred. d. par. 1. c. 20. num. 13. Leotard. de vsur. d. quæst. 49. nu. 7. ibi, si pretium emptori aliquando restituendum est, non emptio, sed fænus contractum esse intelligitur, & quicquid, vltra fortem medio tempore percipitur vsura est, & num. 40. 41.* latissimè *Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 8. 16.* disputat tamen idem *Leotard. d. quæst. 49. nu. 41.* an saltem repeti possit fors principalis, quando fuit conuentum, vt facta mora per biennium, vel aliud tempus, in solutione redditum, liceat emptori pretium repetere, & licet pro affirmatiua nonnulla proferat, pro negatiua, nihilominus, concludit, vt ibi per eum, & de hac re plu-
19 ra *Donat. Ant. de Mar. c. 306. lib. 1. Mercud. contr. c. 21. num. 11.*

Nec reprobandi sunt Contractus Census vitalitij, eo quia inducant votum captandæ mortis, ad id, enim, respondent communiter DD. & præcipuè *Surd. d. quæst. 11. num. 4.* quod, licet id posset euenire, non habetur, nihilominus, in consideratione, quia actus
20 ad id non est ordinatus, vt etiam sentit *Roderic. d. quæst. 5. num. 5. Cyr. d. contr. 1. num. 21.* & latius notat *Cenc. de cens. d. quæst. 10. num. 19. 20.* vbi quod, ex eo, quod insurgere possit votum captandæ mortis, Contractus iste est reputandus illicitus, quoniam neque etiam, ex eo, quod filij possint parentibus mortem desiderare, dum illis succedere debeant, huiusmodi successio à legibus improbatur, imò descendentibus primum locum in huiusmodi successionibus Iura
21 concedunt *§. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. §. 1. auth. de hæred. ab intest. ven.* Neque, ex eo, quod proprietarius possit desiderare mortem vsufructuarij, vel fideicommissarius mortem hæredis grauati, Iura improbant vsusfructus constitutionem, & fideicommissa &c. & subiungit, vlterius, quod, cum in isto Contractu votum hoc, & desiderium alienæ mortis non proueniat, ex actu ipso, & ex natura Contractus, sed contingat potius ex accidenti extrinseco, videlicet, ex deprauata hominum voluntate, non potest, nec debet influere in ipsum Contractum, ita, vt illum reddat improbum, & illicitum &c.

Addunt, vlterius, *Roderic. Cyr. Surd. & Cenc. locis supra proximè citatis,* quod illud votum captandæ mortis, in isto Contractu, non attendatur, quia dispositio non est de omnibus bonis, seu hæreditate, sed de certis rebus, quo casu, valet conuentio de futura successione, Verum, quia per me alibi fuit ostensum, Pacta futuræ successionis esse nulla, quamquam super certis bonis inita, hanc rationem approbare non possum.

Est facilis tamen responsio ad obiectum, de voto captandæ mortis, quod hæc ratio non habetur in consideratione, quando interuenit, in Contractu persona, cuius mortem captari periculum est, vt latissimè vidimus supra *lib. 1. c. 2. num. 5.* tunc, enim, accedit ipsius consensus, & propterea conuentio non repro-
22 batur ex *text.* sæpius alleg. *in d. l. fin. C. de Pact.* id etiam obseruauit *Cenc. d. quæst. 10. num. 23.* licet alij DD. supra citati id non obseruauerint.

Est etiam, vlterius notandum ad fauorem eorumdem censuum vitalitiorum, quod spes rectè, & licitè deducitur in Contractum, & emi, & vendi potest, vt est *tex. in l. propter spem 24. ff. fam. ercisc. l. nam hoc modo 11. & l. nomina 17. ff. de hæred. vel act. vend. l. iactum* 23
retis 13. & l. fin. ff. de act. empt. cum similibus supra allegatis *cap. 1. n. 62. lib. 1.* & in proposito firmant *Gratian. discept. 756. nu. 12. Cyr. contr. c. 1. num. 14. 15.* sic, igitur, in casu præsenti talis Contractus assimilatur em- 24
ptioni, & venditioni iactus retis, propterea est omninò validus, nec in eo nulla potest considerari læsio, vt tenet *Bald. cons. 291. col. 2. in princ. lib. 5. Gratian. discept. for. d. cap. 756. nu. 12. 13. Cyr. contr. for. cap. 1. num. 14. 15.* 25
vbi, quod cum quid incertum deducitur in Contractu emptionis, ita quod alteruter ex contrahentibus potest, ita lucrari, sicut perdere, licitus est Contractus, licet alter lædatur, & inferius, adaptando conclusionem, ad casum nostrum, ait, quod, cum dans pecuniam, ità possit, primo anno, imo prima hora mori, sicut diutius viuere, propter varia pericula, quibus subiacet humanæ vitæ fragilitas *l. Senatus 34. ff. de donat. caus.* 26
mort. & istud periculum sit pars pretij, ex parte emptoris *l. periculi 5. ff. de nautic. fænor.* & spes ista vitæ breuis sit considerabilis, & æstimabilis, ex parte venditoris, non nisi iustus, & licitus dici potest iste Contractus, imo iustior propter incertitudinem, cæteris alijs contractibus, quibus emitur redditus annuus certus, & perpetuus fine amissione Capitalis &c. & latius idem etiam confirmat *Altog. cons. 18. nu. 18. lib 1.*

Nec eius validitati obstat Bulla Pij V. super censibus emanata, quia, vt obseruat idem *Cyriac. vbi supra num. 19.* cum hic ematur quodammodo ab ea propter incertitudinem, cessat omnis prauitas, & suspicio vsuraria, quam tantum voluit tollere dictus Summus Pontifex, & propterea ipsum etiam approbarunt allegati per *Leotard. de vsur. d. q. 49. n. 5.* & multis cumulatis, *nu. 25. 26. & seqq.* & cum *Boccat. Nauarr. Beninsegn Molin.* & alijs *Altogr. d. conf. 18. nu. 19.*

Et quamquam contrariam opinionem cum multis, veriorem dicat *Leotard. vbi supra d. c. 49. nu. 28. &* 27
seqq. vbi latissimè ostendit hos census esse improbatos per Bullam Pianam, quando præcipuè, agitur de cēsu, super vita alterius constituto, & non super fructibus bonorum stabilium; Nihilominus *nu. 40. & seqq.* pro 28
contraria opinione residet, cum *Rot. Rom. dec. 514. nu. 4. 5.* & ipsemet *Cenc. de cens.* licet videatur tenere, pro nullitate *quæst. 99. num. 25.* præcipuè quando non fuit impositus super fundo frugifero, tamen, sibi parum constans videtur, nam prius, videlicet, *qu. 10. nu. 9.* contrarium multis adductis, ostenderat non obstare, scilicet, Bullam Pij V. constitutioni census vitalitij, quamquam super sola vita alicuius personæ fundati.

Nec est, in proposito, spernenda alia ratio, pro validitate adducta ab *Altogr. d. cons. 18. num. 20. & seqq.* 29
quod, quamuis esset dubium, an Bulla prædicta his census vitalitios comprehenderet, nec ne, attamen, ad fauorem Contractus foret iudicandum ex obseruantia subsequuta, qua mediante, sic fuit declaratum, hos census, scilicet, vitalitios non comprehendi sub dispositione Bullæ, vt latè ostendit idem *Altog. nu. 20. 21.* probatur, autem, consuetudo ex pluribus horum Censuum Instrumentis ita constitutorum, & à pluribus annis semper, & vniformiter celebratorum, ex quibus hanc probari consuetudinem tenet, cum *Crauett. Nauarr. & Mascard. Altog. ibi n. 22. Grat. disc. for. c. 756. nu. 22. & seqq.* & prædicta, etiam confirmantur auctoritate *Lopez. de contract.* allegati per *Cyr. d. contr. 1. n. 20.* vbi, quod, cum isti Contractus passim, & vbique

vbique celebrentur, sciente, & tolerante Papa resultat quædam tacita declaratio, & signum, quod hi cēsus vitalitij, non sint comprehensi, nec prohibiti per dictam Bullam. Et secundum hanc opinionem fuit semper iudicatum, in nostris Tribunalibus Lucensib. vt constat ex decisione emanata 2. *Martij* 1652. §. *Michaele Angelo Ciarlotti Actuario*, & *de presenti Anno* 1671. *die* 15. *Octobris*. in causa Hospitalis misericordiæ, ex vna, & Carolum Arrigum Arrigoni, ex alia, fuit pariter per nostros Sapientissimos Rotæ Auditores decisum pro validitate census vitalitij, super sola vita dantis pecuniam impositi, non obstante decisione in *Romana Vinea* 28. *Iunij* 1649. *cor. Arguelles*, §. *quia talis*, quæ videtur sentire contrarium.

Hinc est, quod non subiacent nullitatibus, quamuis in eis non interuenerit pecunia numerata, nec aliæ solemnitates, de quibus in prædicta Bulla, vt per *Al-*
30 *togr. d. consil.* 38. *num.* 32. *lib.* 1. *& consil. seq. num* 2. quem, pro multis, allegasse sufficiat.

Visis, igitur, rationibus, ex quibus fiunt validi prædicti census, remanet videre, an aliquo Pacto tanquā læsiui, possint annullari; & aliqui, quod in eis nulla possit considerari læsio, propter incertitudinem, & dubium euentum constanter tenent, & præcipuè *Bald.*
31 *cons.* 291. *lib.* 1. *Castr. Ias. & Alber.* allegati per *Grat. discept. for. cap.* 746. *num.* 46 47.

At, re vera, quod rescindantur ob immodicam læsionem, est opinio magis tuta, vt latè ostendit *Surd.*
32 *de alim. tit.* 9. *q.* 11. *num.* 20. *& seqq. Roderic. de ann. redd. lib.* 1. *q.* 5. *num* 6. *Cyr. d. contr.* 1. *num.* 22. *idem Gratian. d. cap.* 716. *num* 46. *Cenc. de cens. d. q.* 10. *num.* 28. 29.

Sunt, tamen, varij, inter se, auctores, in ascendendo, quando dici possint iniusti, vt videre est penes, *Cyr. d. contr.* 1 *num.* 22. 23.

Tenent nonnulli attendendam esse ætatem eius, sub cuius vita emitur pensio, & secundum tempus, quo verisimiliter viuere posset, statuendum esse pretium, ità vt accipiens pecunias immodicè non lędatur, &
33 multi probant, faciendam esse computationem, iuxtà dispositionem, *tex. in l. hæreditatum* 68. *ff. ad l. Falcid.* quam latè explicat, *Roderic. de ann. redd. d. qu.* 5. *nu.* 15. 16. *& seqq. Cyr. d. contr.* 1. *num.* 24. *Surd. de alim. d. quæst.* 11. *num.* 26. & quod in calculanda Iustitia huius Contractus, dignoscendoque an absit lęsio, debet seruari modus, de quo in *in d. l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid.* vbi lex docet, quot annis quisque victurus præsumatur, & ait vlterius, quod eius regula obtinet quibuscumque in controuersijs, dum tractatur, de vita hominis taxanda, & hanc probat conclusionem multorum auctoritate, vt ibi per eum, quibus addo in his terminis, *Gratian. d. discept.* 756. *num.* 29. *& dixit Rot in d. Rom. seu Albanen. Vinea* 20. *Iunij* 1670. *cor. Reuerendiss. Albergato Decano decis.* 81 *num.* 1. *post Tractat.*

Sed talis sententia, quod, ad mensurandam validitatem, vel inualiditatem renunciationis attendatur dispositio *d. l. hæreditatum*, non placet *Medin. Couarr. Molin* & alijs, cum quibus sentit *Cyr. d. contr. num.* 25. ob absurdum, quod fortè aliquando sequi posset, quod huiusmodi census, maiori pretio, emerentur, quam census redimibiles, in quibus, nunquam, amittitur capitale, quod sit contra æquitatem, & iustitiam, nam census vitalitij, multò minoris existimantur, propter incertitudinem, & ex eo, quod Capitale nunquam recuperari possit, & pariter, ex regula non potest habere locum in Cathalonia, vt obseruat *Fontan. d. cl.* 4. *gl.* 18. *par.* 3. *num.* 111. *& num.* 465. Siquidem ibi, ex consuetudine census vitalitij constituuntur ad rationem septem pro quolibet centenario, & Anno.

Hac, igitur, reprobata opinione, & omissis alijs allatis per *Cyr. vbi suprà nu* 27 *& seqq* ego teneo, quod in hac materia certa, & infallibilis regula constitui nō possit, ad hoc, vt dicatur censum vitalitium esse læsiuum, sed quod totum sit arbitrio Iudicis remittendum, qui consideratis circumstantijs, ac ætate emen 34
tis, debet pretium taxare, ac dijudicare, an à partibus conuentum sit læsiuum, nec ne, *Couar var. lib.* 3. *c.* 9. *nu.* 7. *Surd. d. q.* 11. *num.* 19. 20. *Scacc.* §. 1. *qu.* 1. *num.* 298. cum multis apud *Salgad. Labyr. credit. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 42. *Leotard. de vsur. d. q.* 49. *num.* 6. vbi, quod huiusmodi redditus pretium quandoquidem nulla certa lege definiri potest, & propterea, arbitrio boni viri, existimandum esse, habita ratione ætatis, & valetudinis eius, sub cuius vita census contrahitur, alijsque perpensis circumstantijs, quæ hoc negocium attingere solent, & ita etiam dixit *Roderic de ann. redd. d. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 7. & rationem assignat inferius *num.* 9. quia non potest certa particulari regula definiri, circa modum, sed necesse est accipi, ex quadam probabilitate possibili, potius, quam ex certa, vera, & absoluta estimatione, quasi impossibile haberi in his incertis, & assiduè pendētibus à futuro, explicando vlterius prolixè eius conclusionem propter instructionem Iudicis iudicare debentis, idque etiam admittit, *Cenc. de cens. d. qu.* 00. *num.* 27. *vers. nam habenda*, ex alijs cumulatis præcipuè *Noguerol.* & alios *Olea de ceß. iur. tit.* 6. *qu.* 10. *numer.* 17.

Puto, tamen, quod Iudex sequi debeat vsum, & stylum Regionis in sententiando, nam, super his, non parum DD. se fundant, ea ratione, quod sicuti cęterarum rerum iustum pretium est id, quod est statutum, communi hominum æstimatione, & communi- 35
ter in loco frequens in vsu est *l. pretia rerum* 63. *ff. ad l. Falcid. l. in quantitate* 73. §. *magna, ff. eodem, l. fin.* §. *bis adijcimus, C. de administr. tutor.* ita, & vitalitiæ pensionis, & huius incertæ spei, quæ in similibus contractibus deducitur, iustum pretium dimetiendum sit à communi hominum æstimatione, & ab eo, quod vsu in regione receptum est, vt, omissis nonnullis allegatis à *Cyr. d. contr.* 1. *num.* 30. sentit *Olea d. tit.* 6. *q.* 10 *nu.* 22. *Fontanell. vbi suprà num.* 101. *Cenc. de cens. d. qu* 10. *num.* 27. *vers. quale autem*, & latiùs *Rot. Rom. post eumdem decis.* 514. *num.* 12.

Ac propterea in Hispania est validus, quando fit ad rationem septem pro vno pensionis soluendæ iuxta 36
stylum illius regionis de quo testantur, *Cyr. d. controu.* 1. *numer.* 42. *Roder. d. lib.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 11 prout etiam ita seruatur in Cathalonia, vt testatur *Fontanell. loco proximè citato num.* 101. In Ciuitate Bononię erit iustus, licet fiat ad rationem duodecim pro centenario, hanc enim esse illius Ciuitatis consuetudinem testatur, *Rot. d. dec.* 514. *in fin.* & sic de singulis.

Data, verò, iustitia, & validitate annui Census Vitalitij, à principio, non est vlterius curandum, quidquid posteà euenit, an, scilicet, emptor decesserit illicò soluto pretio, vel tamdiu viuat, vt annua præstatio æquare possit sortem principalem, non vnica, sed bina, & trina vice *Oldrad. consil.* 207. & alij allati à *Surd.* 37
de alim. tit. 9. *qu.* 11. *num.* 8. *Cyr. d. contr.* 1. *nu.* 3. vbi, quod data iustitia Contractus ab initio, non vitiatur, nec vllæ restaurationi locus esse possit, quamuis, ex euentu postea emptor triplum, vel quadruplum, & vltra lucraretur, &c. & latissimè, multis cumulatis, *Salgad. Labyr. cred. part.* 1. *c.* 20 *num.* 45. *Cenc. de cens. d. qu.* 10. *n.* 30. *Fontanell. de pact. nupt. d. cl.* 4. *gl.* 18. *part.* 3. *num.* 105. *pag.* 465. & ratio est, quia læsio semper consideratur, inspecto tempore Contractus, nec attenditur, quid, ex euentu sequatur, *l. si voluntate* 8. *C. de resc. vend.* 38
cum simil. & quia vbi Contractus ex euētu est dubius, & ita se potest habere ad lucrum, sicut ad damnum, non rescinditur, si aliud eueniat, quam putabatur, nec quis dicitur, ex eo lęsus, *vulg. l. si iactum retis* 13. *ff. de act. empt.* cum simil. & desumitur, ex traditis per 39

Leotard.

Leotard.de vsur. qu 49. num.22.Surd.d.qu.11.num.13. & seqq.Gratian.d.disc. 756.numer.11.Cyr. d. controu.1. numer.35.

An verò, quando detegitur læsiuus sit in totum annullandus, vel potius reducendus ad iustum pretium,& non esse irritandum, sed ad iustum pretium
40 reducendum,firmat auctoritate, *tex.l.vlt.ff. de fund. dotal.l.placuit, ff. de vsur.l. si non sortem, ff.de cond. indeb.* & multorum DD. *Olea de cess.Iur.& act.tit. 6. qu. 10. num.30.*

Et, cum talis Census æquiparetur vsufructui,sicuti vsusfructus inter mobilia computatur, *l.corruptionem*
41 *C.de vsufr.* ita talis census vitalitius, *Roman.cons. 302.*
42 *Roder.de ann. redd. lib.1.qu.3.nu.16. in medio Gratian. disc.for.c.756.num.19.Pasqual. qu.moral.contr.2.quæst. 180.num.2. & seqq.* vbi dicit, quod huiusmodi census sunt in continuo periculo, vt amittantur, vndè cen-
43 seatur bona mobilia, *Angel. l. non solet, ff. de petit.hæred.Corn.consil.173.vol. 3.* vlterius, quia hic census est breui duraturus, vt res mobilis est censendus, *Barbat. consil. 22.lib.3 Menoch.de arbitr.lib.2.cent. 3. cas. 233. num. 2.idem Pasqualig.d.qu.180.num.3.*

Propterea tenet idem *Pasqualig. vbi suprà*, quod pecunia Ecclesiæ conuerti non possit in emptionem
44 Census vitalitij. Et pariter tenet *Gratian.discept. for. d.c.756.* quem refert,& sequitur *Cyr.d.contr.1.num.36.* quod,in his Contractibus non requirantur Statuti solemnitates, quando fiunt à fęminis, vel minoribus,eo
45 quia, in ipsis, non potest aliqua læsio considerari, vt etiam videtur sentire, *Leotard.de vsur.d.q.49.num.22. in fin.* vbi, quod non requirunt insinuationem.

Disputatum etiam, fuit aliquando, an huiusmodi census sint redimibiles ad voluntatem venditoris,
46 adeò, vt, si debitor idem pretium, quod accepit reddere velit,extinguatur census vitalitius, etiam vita emptoris durante; & præcipuè affirmatiuam substinuit, *Auendan. de cens. cap. 20. num.5.Noguerol.alleg. 32.num 46.47.&* cæteri relati per *Salgad. Labyr. cred. part.1.cap.1.num.2.vsque ad num.6.*

47 Sed meliùs pro negatiua scripsit idem *Salgad.d.cap. 20.num.6.& seqq.* vbi perpendit auctorum pro contraria allegatorum auctoritatem, & nihilominus in hac opinione residet, alias, enim, tenet, quod Contractus non valeat, & sit illicitus, & pariter pro hac sententia scripserunt, *Leotard.de vsur.d.quæst.49.num. 7.Cens.de cens.d.qu.10.nu.9.*

Id, verò, est intelligendum, inuito altero, ex contrahentibus, nam, si vterque consentiret, vt rescin-
48 deretur, mediante, restitutione pecuniæ, retrouenditio erit valida, dummodò, tamen, non idem pretium restituatur, sed aliquanto minus,sicuti, pariter,minori pretio vendi debet ab eo, qui alteri ipsum iam con-
49 stitutum vendit, vel cedit, aliàs contineret iniustitiã, vt alijs cumularis, probat *Noguerol.alleg. 19. num. 7. Salgad.Lab.cred.lib.1.cap.20 num.30.* & latiùs *Ol. de cess.Iur. & act.tit.6.qu. 10. num.13.* ibi, *si census vitalitius iam constitutus cederetur, aut venderetur, minori pretio cedendus esset, considerata vita consumptione, cum Census vitalitius, per durationem deterioratus, minoris æstimationis sit.*

Et, tandem, est sciendum, quod ea, quæ à me suprà sunt expressa, de censu vitalitio, quoad eius validitatem procedunt, siue census sit impositus, super aliquo fundo fructifero, siue super vita alterius personæ, nullo designato fundo, vel bonis habilibus,ad fructus producendos; nam, licet opinio nonnullorum fuerit, vt Census vitalitius personalis, & nulli rei fructiferæ, impositus,sit nullus, ad latè tradita per *Leo-*
50 *tard. de vsur.d.qu.49.num. 19. & seqq.* tamen contrarium, quod substineatur, tenet exprcsse, *Altogr.cons. 18. in princ.lib.1.* cum alijs, per eum allatis, & firmauit *Rot. Rom. dec.514.num.6.post Cens.de cens.* nec ab ipsa Rotæ auctoritate videtur dissentire, idem *Leotard.vbi suprà num.* 40. quamuis antecedentibus numeris contra ipsam multa adduxerit, & secundum hanc sententiam scripserunt ferè omnes suprà citati, *nu.7.* affirmantes valere census vitalitios, etiamsi super ipsa persona fundati fuerint.

Hoc vnum, verè est notandum, quod, si census fundatur super fundo frugifero, ad hoc, vt valeat fundus 51
esse debet fructibus correspondens latè *Leotard. d. qu. 49. numer.8.*

Et, eo casu, duplici periculo, dicitur suppositus idem Census nempè peremptionis fundi,& mortis ipsius emptoris, vt benè quidquid dicat *Scacc.* tenet 52
Leotard. de vsur. d. q. 49. num.18. Cenc. de cens. q. 99. num.24. 25.

C A P V T X.

Pactum, an fieri possit, vt societas transeat ad hæredes. Negatiua sententia probatur, etiamsi fuerit iuratum. Limitatur in Societate vectigalium, & tandem quæritur, an, & quando socius possit obligare consocios, & præcipuè præstando fideiussionem pro extraneo.

S V M M A R I V M.

1 *Societas ad heredes non transit,sed morte finitur.*
2 *Per obitum vnius ex socijs societas extinguitur in totum.*
3 *Quod procedit, quamuis esset contracta societas inter plures.*
4 *Nemo inuitus cogitur stare in communione.*
5 *Nemo cogitur stare in communione cum persona incerta.*
6 *Contrahentes non possunt se extendere ad certum heredem, ne detur hereditas Pacto.*
7 *In coeunda societate industria personæ eligitur.*
8 *Maxima, & media capitis diminutione Societas soluitur.*
9 *Per ingressum in religionem soluitur Societas.*
10 *Per ingressum in religionem bonorum incapacem, quis dicitur mortuus.*
11 *Pactum non potest fieri, vt Societas transeat ad heredes.*
12 *Tex. l. actione 66. §. morte, ff. pro socio explicatur.*
13 *Societas potest ex testatoris dispositione continuari ad heredes.*
14 *Societas per testatoris præceptum ad heredes continuata non dicitur eadem Societas, sed noua.*
15 *Societas non transit ad heredes non obstante clausula pro se,& heredibus.*
16 *Obligatio ad heredes transit etiamsi non exprimatur.*
17 *Pactum, vt Societas transeat ad heredes, valet,quando est iuratum.*
18 *Societas vectigalium transit ad heredes.*
19 *Pacta futuræ successionis valent super re particulari.*
20 *Contra, quod non valeat licet iuratum Pactum, vt societas transeat ad heredes.*
21 *Societas cum persona incerta contrahi non potest.*
22 *Pactum de non diuidendo rem communem in perpetuum non valet.*
23 *Etiamsi tale Pactum sit Iuramento munitum.*
24 *Valet tamen, quando est restrictum ad vitam paciscentium.*
25 *Valet Pactum, quod mortuo vno ex socijs, societas duret*

duret quoad ſocios ſuperuiuentes.

26 *Societas contracta cum pluribus inſolidum, an vno mortuo, duret quoad ſocios ſuperuiuentes.*

27 *Eſt de natura ſocietatis, vt quilibet ex ſocijs inſolidum teneatur pro re ſpectante ad ſocietatem.*

28 *Valet Pactum, vt mortuo vno ex ſocijs ſocietas duret, quoad omnes, quando ſocietas conſiſtit in pecunia.*

29 *Mediante Contractu tranſactionis non poteſt fieri validum tale Pactum.*

30 *Contractus alteri vnitus ſemper retinet propriam naturam, & diſtinctus eſt accipiendus, non vnitus.*

31 *Societas vectigalium tranſit ad heredes.*

32 *Societas contracta cum pluribus, ſi aliquis non ſit expreſſe nominatus in ſocietate, non facit moriendo deſinere ſocietatem.*

33 *Sed eſt intelligendum quoad tertios, non vero quoad ipſos heredes.*

34 *Societas durat morte vnius quoad negocia iam cepta.*

35 *Durat ſocietas quod obſeruantiam Pactorum inter ſocios conuentos.*

36 *Societate diſſoluta eſt preconizanda omnibus cum ea negociantibus alias non praiudicat.*

37 *Socius expendendo nomen ſocietatis obligat conſocios.*

38 *Dummodo tamen tria concurrant; primò quod habeat complementum, ſecundum quod nomine ſocietatis contrahat, & quod Tertius contrahens fidem omnium ſit ſequutus.*

39 *Literis oblatorijs eſt omninò credendum inter mercatores.*

40 *Socius, ad hoc, vt obliget ſocios, debet contrahere circa negocium ſpectans ad ſocietatem.*

41 *Socius contrahens extra negocia ſocietatis non obligat ſocios.*

42 *Socius obligans ſe ad fauorem alterius abſque vlla vtilitate ſocietatis dicitur preſtare fideiuſſionem.*

43 *Fideiuſſio non eſt de pertinentibus ad ſocietatem.*

44 *Socius fideiubens pro extraneo nomine ſociali non obligat ſocietatem.*

45 *Stylus eſt probandus obtentus in contradictorio Iudicio.*

46 *L.Tiisanus la fin C quod cum eo explicatur.*

47 *Scientia in praiudicialibus eſt plenè probanda, cum non ſufficiat praſumpta.*

48 *Conſuetudo non inducitur per vnicum actum.*

49 *Solitum probatur vnico actu.*

50 *Ad hoc, vt ſolitum afficiat debet eſſe conforme in qualitatibus. & circumſtantijs.*

51 *Socius non obligat ſocietatem non probata verſione negocij ad fauorem ſocietatis.*

52 *Socius alicui negociationi prapoſitus non obligat conſocios in re non pertinente ad ipſam negociationem*

53 *Socius alicuius mercatura non obligatur ex facto prapoſiti cum eo contrahentis.*

54 *Obligatur tamen ad fauorem extranei.*

55 *Obligatio pro cambio non dicitur extra negocia ſocietatis.*

56 *Quando duo ſe obligant inſolidum, licet pecunia ad vnū peruenerit, dicuntur duo rei debendi quoad creditorē.*

57 *Natura obligationis inſolidum correorum, quoad creditorem eſt quod pecunia tota ad vnumquemque praſumatur interueniſſe.*

58 *Credulitas ſufficit ad obligandum conſocium per Contractum geſtum à prapoſito negociationi.*

59 *Fideiuſſio non dicitur extra negocia Societatis.*

60 *Fidibus mercatorum in cauſis mercatorum eſt omninò ſtandum.*

61 *Text.in l.in eum §.ſeruum, ff.de inſtit.act.explicatur.*

62 *Dictio,* tantum, *excludit alios caſus.*

63 *Stylus interponendi fideiuſſiones in mercatura non eſt ſcribentibus ignotus.*

64 *Solitum vnico actu verificatur.*

65 *Conſuetum aliquando accipitur abuſiuè pro ſolito.*

66 *Conſuetudo eſt proprium vniuerſitatis, ſolitum ſingularis perſona.*

INter Pacta futuræ ſucceſſionis, illud, Iure merito,
connumerari poteſt, quod fit à ſocijs, vt ſocietas
tranſeat ad hæredes; Siquidem, per hoc, potius, per
conuentionem inter viuos, quam, per teſtamentum,
vel vltimam voluntatem hęreditates in alterum tranſ-
feruntur; & propterea, de hac materia, aliqua, licet,
breuiter adducam, antequam huic tractatui finem
imponam.

Pręmittendum, eſt, quod, de Iure, ſocietas ad hæ-
redes non tranſit, ſed morte finitur, vt eſt *tex. in l.actio-* 1
ne, §.morte, ff. pro ſocio, §. ſoluitur Inſt.tit.de ſociet.Bald.
conſ.448.num.1.in fin.lib.4.Rimin.Iun. conſ.52. nu 114.
Giurb.ad conſuet.Meſſan.c.5.gl.3. nn.5. Eſcobar. de ra-
tioc.c.6.n.59.Capyc.Latr.dec.189.n.10.17.Ol.de ceſſ.Iur.
& act.tit.3 q.5.n.5.D meus Franc.Palm.conſult.27. nu.
1.& firmauit *Rot.in Bonon.Pilar.28.Nouemb.1661.cor.*
Bourlemont.dec.56.num.1.& ſeqq poſt tract.

Adeò, vt quamquam plures ſint ſocij, in vnico ne-
gocio participantes vnius tantum obitus ſufficit ad
extinguendam communionem, & ſocietatem inter 2
omnes, *Felic.de ſociet.c.32.nu.1.2. Mantic. de tacit. &*
ambig.lib.6.tit.24.nu.12.Maſtrill.dec.135.n.26. Donat.
Ant.de Mar.quot.contr.c.207.n.2.3.eadem Rot.in Bono-
nien.Pilar.11.Martij 1661.cor.Emin.Celſo in princ. &
optimè firmauit *Grat.diſcept.for.c.852.nu.2.* vbi, quod
quamuis adſint plures ſocij, & vnus tātum moriatur,
non tamen remanet ſocietas quoad ſuperſtites, niſi
aliud eſſet conuentum, inter contrahentes, quod de-
beatur continuari cum ſuperuiuentibus, & *nn.7.* am-
pliat, quamuis eſſet contracta ſocietas inter plures, &
quemlibet eorum inſolidum, & ratio non eſt, non ſo-
lum, quia nemo inuitus compellitur eſſe in commu- 4
nione, cum ex ea diſcordiæ excitari ſoleant, *l.cum pa-*
ter, §.cum dulciſſimis, ff.de leg.2. ſed etiam, quia, cum
ſocij hæres tempore, quo contracta fuit ſocietas, ſit 5
incertus, nemo cogitur contrahere ſocietatem, cum
perſona incerta *l.adeo, ff.pro ſocio,* nec valent contra-
hentes ad certum hæredem ſe extendere, quia, eo ca-
ſu, daretur hæreditas Pacto, & reſtringeretur libera te- 6
ſtantium voluntas, quod eſt contra bonos mores, &
improbatum, vt pluries vidimus, & omnes de materia
loquentes teſtantur, & præcipuè *Eſcob.de ratioc. c. 60.*
n.60.61. Vlterius, in coeūda ſocietate induſtria perſo-
næ eligitur, vt *§.ſoluitur Inſt.de ſociet. Oſaſch dec.76 n.* 7
8.Grat.c.547.num.37.Felic.de ſociet.c.32.num.1. & alij
cumulati per *Ol.de ceſſ.Iur.& act.d.tit.3.q.5. nn.2.* ſed
ſic eſt, quod, tempore eiuſdem ſocietatis contractæ,
quis nō ſcit, an futurus hęres erit induſtrioſus, & aptus
ad negociandum, nec ne, propterea non cogitur con-
tra propriam voluntatem, cum tali perſona continua-
re in ſocietate.

Et concluſio procedit, quamquam alter, ex ſocijs,
ciuiliter tantum moriatur, vt ſi, capite minuatur, quia
maxima, & media capitis diminutione ſocietas ſolui- 8
tur, vt, multis cumulatis, oſtendit *Gratian.diſcept.for.c.*
852.nu.11. vel etiam per ingreſſum in religionem in-
capacem bonorum, tam particulariter, quam in com-
muni, vt eſt religio Capuccinorum, vt per *Gratian.d.* 9
loc.n.12.nam per talem ingreſſum, quis habetur, pro
mortuo, & licet non adſit mors naturalis, tamen ad
iſtum effectum habetur, pro morte naturali, *Hond.* 10
conſil 62.nu.18.& ſeqq.lib.1.Felic.de ſociet.c.33. nn. 9.
& ſeqq. Gratian.d.c.852.num.14.

An verò, prędicta procedant, ſtante Pacto expreſsè
inter ſocios interpoſito, vt ſocietas ad hæredes tran-
ſeat? Et communiter reſoluitur negatiuè ex diſpoſi-
tione, *tex.in l.adeo morte in princ. ff.pro ſocio, l. nemo*

Societas, verò, non, & in terminis allegat *Altograd.*
consil.9.num.34.lib.1.
Limitantur, tamen, prædicta in Societate publica
vectigalium, quæ, ex priuilegio speciali, de Iure potest
31 transire ad hæredes, vt est *tex. in l. adeo, & l. verum, §.*
in hæredem, ff. pro socio, & admittunt *Escob. de ratioc.*
cap.6.nu.67. Andr. d. contr.32.num.15. Capyc. Latr. dec.
189.n.18.lib.2. & alij plures allati per *Ol. de ceß. lib. 3.*
q.5.nu 8 Grat. discept.276.n.10.11. Cruell. dec.8.nu.19.
vers. cum igitur Mastrill. dec.135.num.76. Rot. d. Bonon.
Pilar. 11. Martij 1661. cor. Eminentiss. Celso; §. non
obstant.
Si, verò, plures Socij sint participes alicuius nego-
ciationis, sed in literis oblatorijs aliqui manifestati
sint, non omnes in societate comprehensi per obitum
alicuius, qui in societate non sit palam nominatus, so-
32 cietas non dicitur dissoluta, dum remanent illi, qui
sunt partes integrantes eiusdem societatis, vt tradit
Rot. in Rom. Societatis de Rotiguis 31. Ianuarij 1661. cor.
R.P.D. Bourlemont. dec.66.num.14. post tract. sed puto
hoc esse intelligendum quoad exteros creditores, qui
33 bona fide contraxerunt, non verò quoad ipsosmet so-
cios, & hæredes defuncti socij.
Diximus, societatem dissolui, per obitum vnius, ex
socijs, intellige, tamen, quoad noua negocia, non, verò,
quoad iam cœpta, quia ea finiri debent, *l. nam, & Ser-*
34 *uus, §. si vino, ff. de negoc. gest. Gratian. disc. for. d. c. 71.*
num.14. Hyer. Palm. cons.82.num.70. D. mens Franc. fi
lius contr.27.num.2.
Et pariter durat Societas, quoad præstationē por-
tionis vnicuique tangentis, & quoad alia promissa in
Contractu Societatis, quæ debent adimpleri per hæ-
redes, sicuti, per ipsum defunctum, quamuis etiam de
35 eis nulla esset facta mentio, *l. sic vbi gl. & Bart. ff. de*
verb. oblig. l. nemo, ff. pro Socio Dec. consil.212.num.6.
Cioff. cons.50.n.2.lib.2. Gratian. discept.852.num.22.
Verum, tamen, est, quod resoluta Societate, est præ-
conizanda dissolutio omnibus cum ea negociantibus
36 alias, in fauorem mercatorum non habentium noti-
tiam dissolutionis, censetur durare, & sic in dictum
casum omnes Socij tenentur insolidum ad fauorem
creditorum non certioratorum, perindè, ac si duraret
Societas, vt latè probat, *tex. in l. sed si pupillus, §. de quo*
palam, ff. de institutor. act. Gomez. var. tom. 2. c. 5. de so-
ciet. num.6. vbi add. lit. B. latè *Donat. Ant. de Mar. lib. 2.*
resol. c. 207. nu.5. in fin. & benè ostendit eadem, *Rot. in*
Rom. Societatis de Rotignis 31. Ianuar. 1661. cor. R.P.D.
Bourlemont dec.66.nu.8. & seqq. post tract.
Est etiam pulcra quæstio, an, & quando socius, qui
habet auctoritatem expendendi, & expendit nomen
societatis, consocios obliget, nec ne, & regulariter est
affirmatiuè concludendum, quod obliget, vt per *Bart.*
37 *in l. si tamen, ff. de exercitor. act. Rot. Ian. decis. 13. num.*
20. & decis.77.num.14. Merl. de Pign. lib.2. q.76. nu. 14.
16 Gratian. discept.219. num.1.
Dummodò, tamen, hæc tria requisita concurrant,
quod, scilicet, socius sit verè socius, & habeat comple-
38 mentum, quod nomine Societatis contrahat, & quod
tertius contrahens fidem omnium sit sequutus *Carac.*
dec.118.nu.11. Rot. Ian. dec.14.nu.94.97. & dec.7.num.
3.4. Thesaur. dec. Pedem.136. Cacher. dec. 190. nu.9. Ol.
de ceß. Iur. tit.4. q.8.num.51. Giurb. ad consuet. Messan. c.
9. gl.5. num.1. Cyr. contr.147.nu.5.
Complementum desumitur ex literis oblatorijs,
quibus in simili materia omninò est credendum ad
39 tradita per *Rot. dec.151. num.1.10.17. par.10. rec.* alia
duo requisita resultant ex verbis obligationis.
Necessarium est vlterius aliud requisitū iuxtà opi-
nionem nonnullorum, scil. quod socius contrahat su-
40 per re spectante ad negocium commune, ad hoc vt
obliget, *Cost. de portion. rota q.99.nu.5. Cacher. dec.151.*
n.9 Hodiern. ad Surd. dec.213. nu.2. Salgad. Labyr. cred.
part.1. c.9. num.83. Sanfelic. dec.177. num.6. Rot. Gen. dec.
14. alias enim, si complementarius institor, præposi-
tus, siue socius contrahat extra negocia socialia, &
extra ea, quibus fuit præpositus non obligat conso-
cium præponentem siue Dominum, præcipuè non ex-
primendo se contrahere pro negocio Societatis, vt est 41
text. express. in l.1. §. non autem, ff. de exercit. act. & ibi
Bart. & in l. Iure Societatis 82. ff. pro Socio, & ibi *gl.*
Paris. consil.94. num 23. Caball. consil. ciuil. 121. numer.
24.25. Pereg. consil.95. num.5. vol.3. Catan. consil. 7. nu.
13. Mansou. de consil. execut. ampliat 24. num.13. Giurb.
ad consuet. Meßan. c.9 gl.2. num.8. Ferentill. ad Buratt.
dec.85. num.13.
Quæ enim vera sint, fuit, in facti contingentia, dubi-
tatum aliquando, an socius habens complementum
possit præstare fideiussionem, pro extraneo, nomine
sociali, adeò, vt obliget omnes socios, & pro parte
negatiua facere videbantur, quod cum socius, habens
complementum accesserit obligationi pro aliquo ter-
tio, ad fauorem mutuantis pecuniam absque vlla so-
ciorum, vel negocij vtilitate, vel commodo, dicen-
dum est talem obligationem fuisse fideiussoriam, *l. fi-* 42
deiussor obligati, §. fideiussor, ff. de fideiuss. & successiuè
extra negocia socialia dictæ societatis; Si quidem fide-
iussio non est de pertinentibus ad societates, & ad ne-
gocia mercantilia, *Alb. consil.95. num.11. 14. & consil.*
577. num.12 Hering. de fideiuss c.17. numer. 86. 87. & in 43
specie, quod complementarij, siue socij præpositi ne-
gociationi fideiubendo pro extraneis, licet expendant
nomen societatis non obligent Dominum præponen-
tem, siue consocium est *text. express. in l. in eum, §.* 44
seruus, ff. de instit. act. ibi, *Seruus pecunijs tantùm fœne-*
randis præpositus per intercessionem æs alienum susci-
piens, vt institor, Dominum insolidum Iure prætorio
non adstringit, quem sequuntur communiter scriben-
tes, & præcipuè *Cancer. var. resol. lib.2. cap.5. num.34.*
vsque ad 43. & lib.3 c.1. num.84.85. Scacc. de commerc.
& camb. §. 7. gl.3. numer.24.25. Giurb. ad consuet. Mes-
san. c.9. gl.2. num.15. & gl.11. num.1. Sabell. var. resol. c.
31. num.34. Gutierez pract. qu. lib. 2. qu. 128. Rot. decis.
375. num.23. par.1. & dec.132. num.9. & seqq. part. 2. di-
uers. dec.154. num.8.9.10. part.8. rec.
Neque dicatur fideiussionem esse de stylo merca-
torum, & de eodem stylo præpositus, fideiubendo pro
alio obligat societatem. Quia ad hoc, vt stylus, seu cō-
suetudo officiat, debet probari, quod sit obtenta in 45
contradictorio Iudicio, & per aliquam sententiam iu-
dicialem canonizata, *Ancbar. cons.178. nu.8. Mantic.*
decis.357. nu.3. Rot. cor. Buratt. dec.497. nu.10. præcipuè
quando, vt in præsenti casu, stylus est contra Ius.
Nec valet opponere, quod *text. in l. Titianus la fin. ff.*
quod cum eo, expresse disponat contrarium eius, quod
supra fuit dictum, scilicet, quod socius, vel præpositus 46
fideiubens, pro alio, obliget consocium, quia scriben-
tes *ad d. l. vt Paul. de Castr. Ant. Faber. & Rot. Rom. in*
dec.375. num.13. part. 1. diuers. explicat illum textum
procedere, in casu, dumtaxat, quod Dominus sciue-
rit, & tacuerit; secundò, quod idemmet Dominus es-
set consuetus similes facere fideiussiones, quod vtrū-
que dicebatur deficere in casu, de quo suprà, in quo,
de scientia præponentis non constabat, & tamen, in
præiudicialibus debebat plene probari, cum non suf-
ficiat præsumpta, *Rot. dec.95. nu.2. & dec.111. n.7. par.* 47
1. rec. & cor. Othob. dec.156. num.14.15.
Nec pariter erat probatum, quod negocium con-
sueuerit facere fideiussiones, pro alio, licet de vnico
actu alterius fideiussionis præstitæ cōstare præsuppo-
neretur; nā consuetudo per vnicū actū non inducitur,
licet sit diuersum in solito, quod per simplicem actum 48
probatur, *Bart. in l. mela an, §. sed si alimenta n.1. ff.* 49

de alim. & lib. legat. & quamquam citta veri præiudicium eadem lex fundet suum dictum super solito, *Alberic. d. l. fin.* ibi, & *Dominus solius erat talia facere gl. d. l fin. verb. dederat Rot. d. dec. 375. numer. 13.* quæ promiscuè vtitur verbis, *soliti*, & *consueti*, & in terminis Mercatorum solitum, vnico actu, verificetur, *Rot. cor. Buratt. dec. 154. num. 1.* tamen, quia casus allatus habebat quandam diuersitatem ab actu fideiussionis, de quo erat sermo in casu prædicto obstare non poterat, quia, ad hoc, vt solitum afficiat debet esse conforme in qualitatibus, & circumstantijs facto, & actui, de quo tractatur iuxta doctrinam, *Surd. consil 74 numer. 13. & consil. 314. numer. 32. Turre de camb. dis-*
50 *put. 2. q. 15. n. 46. & seqq. Rot. Rom. dec. 3. n. 18. p. 12. rec.*

E conuerso, verò, ad probandum, quod præpositus negociationi, qui habet complementum, fideiubendo nomine Societatis ad tertij fauorem obliget Societatem multa fuerunt adducta, & præcipuè, non esse adeò tutam opinionem, quod Socius non possit obligare consocium, extra negocia Societatis, nam, in materia est bona distinctio, quod, vel Socius, siue Institor contrahit, nomine proprio, & certè, nisi in causam Societatis, eamque necessariam contraxerit, imò non probata versione consocios non obligat, *Bart. in l. 1. § non autem, ff. de exer-*
51 *cit. act. numer. 1.* & in his terminis loquitur decisio, *Rota Ianuens. 14. Thesaur. dec. 136. Bald. consil. 125. numer. 2. vol. 5. Seraph. decis. 375. numer. 1. Natt. consil. 567. numer. 7. Cephal. consil. 569. num 14. 15. Monach. dec 52. num. 11.*

Vel Socius contrahit, nomine Societatis, & tunc iterum distinguendum est; aut, enim, negocium Societatis est restrictum ad vnam tantum Mercaturæ speciem, puta, aromatariæ, vel similis, & quia tacitum mandatum consocij seu complementarij est ad dictam speciem restrictum, si contrahat Socius in mercatura, pannina, forsan non posset obligare con-
52 socios, ex defectu mandati, nisi probetur versio in vtilitatem Societatis, & in his terminis loquitur, *Anchar. consil. 232. num. 3. 4. 5. Peregr. consil. 118. num. 10. vol. 5. Felic. de Societ. cap. 14. num. 45.*

Aut Societas non est ita restricta, sed exercet mercaturam in genere, & tunc pariter denuò subdistinguendum videtur, Aut, enim, agitur inter eosdem
53 consocios, & non probata versione, & vtilitate consocij non tenentur; Aut, agitur cum extraneo contrahente, & tunc sufficit, quod Contractus fiat, nomine Societatis, ad hoc, vt dicatur factus in causam Societatis, vt, licet posteà detegatur falsum, non de-
54 bet præiudicare extraneo contrahenti sub bona fide, *Ruin consil. 140. num. 8. lib. 1.* vbi supponit quendam Institorem mutuo accepisse pecuniam, pro soluendo proprio debito, & obligasse societatem. *Grattian. disc. 279. num. 17. & seqq. Felic. de Societ. c. 30. nu. 11. 12. 13. Capyc. Latro consult. 95. nu. 4. 5. & seqq. Gratur. ad consuet. Messan. c. 9 gl. 11. num. 47. Ol. de cess. c. 4. qu. 8. nu 32. Rot. cor. Emin Celso, dec. 11. nu. 10. add. ad Buratt. dec. 85. nu. 14. & post Pacif. dec. 16. num. 13.* nec, eo casu, est necesse, quod exprimatur fieri negocium, in causam Societatis, quia, cum nomen solummodò Societatis expenditur, iam indè in causam societatis fuisse factam obligationem satis exprimitur.

Et quamquam vera esset conclusio, quod extrà negocia Societatis, Socius non obliget, obligatio facta
55 ad fauorem alterius, pro cambio non potest dici extrà negocia Societatis, quæ cambia exercet.

Nec valet obiectum, quod idem locum sibi vindicare posset, in casu, quo fuerit facta principaliter promissio pro cambio, non, verò, quando fuit inita fideiussio, ad fauorem alterius absque vllo Societatis interesse, quia huic obiecto applicabatur responsio, quia, cum præpositus, in dicto casu, se obligauerit insolidū extraneo, societas, & extraneus duo rei debendi dicūtur, & licet pecunia, ad vnum tantùm peruenerit, adhuc alter non potest dici fideiussor, respectu creditoris, quidquid sit respectu correi, sed principaliter obligatus, *Surd. consil. 20. n. 27. lib. 1. Natt. cons. 52. n. 6. Grat. discept. 279. n. 11 Cyr. Maur. de fideiuss. p. 2. sect. 4. c. 41. vers. secundo quando Aliogr. consil. 3. n. 25. lib. 1.* Natura, enim obligationis insolidum correorum, quoad creditorem est, quod pecunia tota ad vnum quemque præsumatur interuenisse, licet, vni tantum exburseta, vnde ista præsumptio facit, quod Creditor, ad cuius fauorem fuit facta fideiussio, iustè crediderit Negocium fideiubens participasse de dicto Cambio, quæ credulitas sufficit, pro habenda societate valide obligata ex Contractu complementarij, *l. fin. ff. de exercit. act. ibi, & sufficit quod ita crediderit non etiam illud exigendum, vt ipse curam suscipiat in hanc rem pecuniam erogatam esse.* 56 57 58

Imò quatenus etiam esset mere fideiussoria talis obligatio; nihilominus extraneum non dicitur, & extra negocium mercantile tales præstare fideiussiones, 59 stante stylo, & consuetudine mercatorum, illas præstandi, vel ratione emolumentorum, quæ solent retrahi, vel ratione conseruationis mutuæ correspondentię inter mercatores apprime necessariæ, de quo stylo apparebat, in casu, de quo suprà, non solum. per deposi- 60 tionem plurium testium, sed etiam ex fidibus subscriptis à mercatoribus totius Italiæ, & Galliç, quibus depositionibus, & fidibus omninò standum est, tanquam legi scriptæ, in materia mercantili, *Bald cons. 400. n. 10. lib. 5. Socc. Iun. cons. 27. n. 22. vol. 2. Rot. Ian. dec. 7. nu. 11. Roman. cor. Greg. dec. 126. n 3. cor. Duran dec. 368. nu. 12. cor. Buratt. dec. 298 n. 14. cor. Moliu. dec. 338. nu. 12. post Bonden. dec. 63. n. 17 & dec. 23. n. 11. & 18; n. 9. p. 9. rec.* 61 & propterea, cum obligatio se confirmauerit secundum morem regionis, institor potuit obligare consocios, *Ol. de cess. Iur. tit. 4. q 8. nu. 30.*

Ad *tex. in l. in eum, § seruum, ff. de institor. act.* & ad auctoritates percutientes indiuidualem casum fideiussionum, de quibus supra *nu. 44* ea videbatur posse adaptari responsio, quod *tex.* decisio fundatur in illa taxatiua *tantum*, ibi *pecunijs seruus fenerandis tantum præpositus*, quæ taxatiua *tantum* eiusdem naturæ est, vt in cęteris omnibus negocijs nō modo, nō præpositus, sed prohibitus seruus fuisse intelligeretur, *Faber in suo* 62 *rationali super Pandect. in d. l. &* §. ex quo nō potest in ferri ad casū, vbi socius habebat generale cōplemētū.

Auctoritates verò, DD. non obstant probato stylo mercatorum in contrarium, *Alb. vero cons. 95. n. 377. & Hering. de fideiuss.* id tantum quærunt, vtrum ex annotatione facta in libris mercatorum, probetur aliquē extraneum fideiussisse pro alio extraneo, & dicunt, quod non, quia fideiussio non est de pertinentibus ad mercaturam, idest non spectat ad mercatores adnotare similes fideiussiones extraneorum, non, autem, concludit, quod mercatores non possint fideiubere; Aliæ, vero, auctoritates asserentes socios non posse obligare consocios, fideiubendo, loquuntur de societatibus extrà mercaturam, & sic, nunquam excludunt probatum stylum; quin imò cum *Felic. de Societ. c. 30. nu. 20.* dicat, quod socius mercator pecuniam mutuo accipere, & pro assecuratione mutuatis fideiussiones prę stare, eisque prouisionē soluere, & in his omnibus consocios obligare, inde resultat, quod stylus interponēdi fideiussiones in mercatura nō est scribentibus ignotus. 63

Et tandem prædicta videbantur esse indubitata, quia in casu proposito, probatum fuerat negociationem alias fideiussisse pro extraneis, & propterea applicabatur dispositio *tex. in l. Titianus la fin. ff. quod cū eo*, vbi seruus fenerandis pecunijs prępositus, cum pro

extra-

extraneo fideiusserit Dominum obligauit, quia Dominus solebat similes facere fideiussiones, *Alberic. Paul.de Castr. Ant. Faber. in d.tex. Rot.dec. 375. num. 13. part.1. diuers.*

Et licet replicaretur, quod, in casu dictæ legis, non sufficeret probare solitum, quod, vnico actu, verificatur, *Bart.in l. mela, §. sed si alimenta nu.1.ff. de alim.*
64 *& cibar.legat. Magon. dec.Luc.14.num.29. Gratian. discept.for.c.55.num.32. Buratt.dec.154.num.1.* sed esset vlterius probanda consuetudo Domini, & multiplicitas actuum, & non solitum, ex illis verbis *text. & multis soluisse idem seruus probaretur*. Tamen est animaduersione dignum, quod ratio dictæ legis non fundatur, super solito serui præpositi, sed super solito Domini præponentis, de quo nullum verbum in textu, ratio, enim, decisionis dicti textus, super qua fundatur Imperator legitur in illis verbis, *sed quia videbatur in omnibus eum suo nomine substituisse sententiam confirmauit Imperator*.

Igitur, si literaliter accipere volumus dictam rationem, ea videtur solummodò fundata, super generalitate mandari; sed, si volumus accipere dictam rationem secundum, *gl. & DD.* interpretationem fundatur alternatiuè, vel super scientia, & patientia Domini, vel super solito illius Domini; *Glossa*, enim, vtitur verbo *Solitt* vt *Alberic.* pariter vtitur dicto verbo, & licet *Paul.de Castr.* & alij vtantur verbis denotantibus consuetudinem, dicendum est, quod consuetum accipiatur impropriè, & abusiuè, & pro solito, quod desumi-
65 tur ex *Rot.Rom.d.decis.375.numer.13.* quę repetendo hanc rationem decisionis promiscuè vtitur verbo, *solitum, & consueuit*, & certè consuetudo hic non potest propriè accipi, quia consuetudo est propria vniuersi-
66 tatis, solitum, autem, est alicuius singularis personæ proprium, prout est ea, super cuius solito fundatur ratio dictæ legis.

Ex quibus rationibus, in casu, de quo supra fuit in ardua causa per Iudicem primarum Instantiarum resolutum contra Societatem cum præsupposito quod consocius, & præpositus, seu institor eam potuerit obligare fideiubendo pro extraneo; Iudicium vero in gradu appellationis seu recursus adhuc pendet in Rota nostra.

C A P V T XI.

De Societatibus Officiorum, vbi, de origine, & quomodò practicari soleant. Nonnulla de Bullis Pontificijs, super hac materia, emanatis. Vlteriùs quæritur, quomodò fiant; cum quibus personis, super quibus officijs; cum quibus conditionibus; ad vitam quorum, vsque ad tempus; cum quo lucro, & interesse Quomodò possint renouari, & tandem, quo Pacto extinguantur.

S V M M A R I V M.

1 *Societates Officiorum habent Analogiam cum Pactis futura successionis.*
2 *DD. ex professo tractantes materiam Societatis Officiorum.*
3 *Societates Officiorum vnde originem sumpserint.*
4 *Vales negociatio, in qua vnus ponit pecuniam, alter operam, & industriam.*
5 *In Societatibus Officiorum taxatur lucrum pro certo pretio infra duodecim pro centenario.*
5 *Officialis, & fideiussor pro fructibus societatis tenentur ex conducto.*
7 *Bulla Pontificia emanata occasione Societatis Officiorum.*
8 *Societates Officiorum sunt de Iure valida.*
9 *Societates Officiorum sunt approbata omnium consensu.*
10 *Diuisio huius Capituli in nouem partes.*
11 *Quomodo fiant Societates Officiorum.*
12 *Societas Officiorum dicitur vera Societas, & regulatur secundum regulas Societatis.*
13 *In Societate Officij non cadit vsura, & quare.*
14 *Talis Societas debet fieri cum pecunia numerata.*
15 *Societatem inire sine pecunia est species Anathocismi de Iure prohibiti.*
16 *Valent tamen in foro conscientia sine pecunia.*
17 *Sed quod valeant vtroque foro licet facta in gemmis, & fructibus alterius Societatis.*
18 *Societates Officiorum fiunt cum officialibus Romana Curia.*
19 *Qui tradit pecuniam dicitur condominus ipsius Officij quoad Officialem, sed non quoad Cameram.*
20 *Societates officiorum non sunt in Commercio, neque cadunt sub hypotheca creditorum.*
21 *Fructus tamen cadunt sub hypotheca, & sunt in commercio.*
22 *Sequuta resignatione, & venditione Officij, pretium cadit sub hypotheca.*
23 *Fieri possunt cum eo, qui non habet Officium.*
24 *Dummodo vacent per mortem eius, qui officium possidet.*
25 *Potest contrahi cum eo, qui non habet officium, sed est reseruatarius.*
26 *Societas non contrahitur super substantia officij, sed super fructibus tantùm.*
27 *Non valet inita cum eo, qui exerces officium, & fructus non habet.*
28 *Contra quod valeat.*
29 *Non potest fieri cum religioso.*
30 *Neque cum pupillo absque tutoris auctoritate.*
31 *Fiunt super officijs Romana Curia, & non alijs.*
32 *Quod valeant etiam in officijs extra Curiam.*
33 *Super officijs non vacabilibus non valent.*
34 *Contrarium aliqui tenent.*
35 *Sed malè, nisi essemus in casu, quod esset vendita pars quotatiua ipsius officij.*
36 *Non valet super officio aliàs grauato.*
37 *Officium est subiectum societatis.*
38 *Et vlteriùs est necesse quod dictum officium sit communicatiuum lucri, & damni.*
39 *Consuetudo nil operatur in vsuris.*
40 *Non valet societas super officio grauato, quando summa, qua datur excedit valorem officij.*
41 *Sine fiat in commodum, vel incommodum officialis, vel alterius tertij.*
42 *Et tantum substinetur pro rata valoris officij.*
43 *Pasqualig.quæst.moral.Iurid.quæst.152.numer.8. reprobatur.*
44 *In diuiduis, & separabilibus vtile per inutile non vitiatur.*
45 *Quando plures Societates ab vna persona sunt inita, qua excedunt valorem officij subsistunt vsque ad quantitatem veri valoris.*
46 *Quando plures persona inierunt societatem super vno officio grauato non subsistit, quatenus dantes pecuniam sciant officium esse grauatum, secus si ignorent.*
47 *Et procedit etiam in ignorantia crassa.*
48 *Quod valeant super officio grauato, etiam data scientia.*
49 *Sed habet locum in foro conscientia tantum.*
50 *Merend.contr.c.1.lib.1.reprobatur.*

51 *Quando creditor ignorat, debentur fructus tamquam damnum, & interesse.*
52 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo potest.*
53 *Quod non valeant, etiam data ignorantia.*
54 *Census vitalitius non potest valere in vim alterius Contractus.*
55 *Sed contraria opinio est magis approbata.*
56 *Bulla Pij IV. non obstat tali opinioni.*
57 *Bulla vsu non recepta non ligat ad obseruantiam secundum Fagnan.*
58 *Bullæ Pontificiæ per contrarium vsum cum scientia Papæ abrogari possunt.*
59 *Nulla est lex positiua, quæ non possit abrogari.*
60 *Data nullitate societatis a principio non reconualidatur etiamsi remaneat vsque ad valorem Officij.*
61 *Pensio non facta mentione alterius pensionis nulliter reseruatur, nec reconualescit, si antiqua extinguatur.*
62 *Societas Officij super locis montium non valet.*
63 *Societas Officij est exorbitans à Iure communi.*
64 *Possunt fieri super pluribus Officijs insolidum, & tunc vno vacante, remanet super alio.*
65 *Ad calculandum valorem non est habenda ratio ad fructus sed ad capitale, & valorem ipsius.*
66 *In taxando valore Officij habetur respectus etiam ad dignitatem.*
67 *Valor est mensurandus de tempore societatis initæ.*
68 *Data nullitate societatis, omnes fructus sunt restituendi, vel in sortem computandi.*
69 *Quod procedit data scientia, & non aliter.*
70 *Et pariter cessant fructus dissoluta societate, vel per mortem, vel per disdictam.*
71 *Nec valet Pactum in contrarium.*
72 *Possunt tamen conueniri fructus ad rationem quinque, vel sex pro centenario.*
73 *Dummodo probetur lucrum cessans, & damnum emergens.*
74 *Creditor lucratur fructus, quando fuerunt bona fide recepti soluta societate.*
75 *Sed contra multi tenent.*
76 *Sed prima opinio in foro conscientiæ est vera.*
77 *Contrauueniens Pacto non dando fideiussorem nil lucratur de Capitale societatis.*
78 *Etiamsi duo fideiussores promittant, & vnum det.*
79 *Vel quando ex post non renouantur.*
80 *Sed id procedit volente socio; alias enim societas non dissoluitur.*
81 *Inducta in fauorem non sunt retorquenda in odium.*
82 *Limitatur, quando fuit inita promissio in alio Contractu.*
83 *Mora non expectatur, dum quis agit de lucro captando.*
84 *Quando vero quis promittit renouare, societas durat, si socius non sit interpellatus, & certioratus de morte fideiussoris.*
85 *Ignorans non dicitur contemnere, aut negligere.*
86 *Absentia debet esse continua ad hoc, vt quis teneatur alios dare fideiussores.*
87 *Fideiussor & pignus æquiparantur.*
88 *Obligatus ad dandam fideiussionem satisfacit dando pignus, & creditor tenetur illud recipere.*
89 *Per receptionem fructuum quis censetur approbare Contractum, & durat societas.*
90 *Imo idem operatur receptio partis fructuum.*
91 *Dummodo quis ignoret contrauentionem, alias non dicitur approbare.*
92 *Nec valet protestatio in contrarium.*
93 *Periculum amissionis sortis vnice saluat societatem Officij ab vsura.*
94 *Petitio fructuum sufficit ad sanandam nullitatem.*
95 *Expressa renunciatio non præiudicat in futurum.*
96 *Admittuntur etiam aliæ coniecturæ pro inducenda ratificatione vltra perceptionem fructuum.*
97 *Societates Officij quoad personam, in cuius caput fuerit, non habent certam regulam.*
98 *Potest reseruari facultas variandi personam.*
99 *Formula talis variationis est præscripta per Bullam Pauli V.*
100 *Pactum, quod socius possit intra quindecim nominare in cuius caput ponatur pecunia, intelligitur, si sit omissum.*
101 *Quando non est aliqua expressio, in cuius persona sit posita pecunia moriente socio, Officialis lucratur Capitale.*
102 *Quando verò moritur dans pecuniam intra 15. dies dissoluitur societas.*
103 *Conditio nominandi intra 15 dies, post illud tempus expirat.*
104 *Sed contrarium quod possit fieri nominatio ex post.*
105 *Dans pecuniã si intra 15 dies ad alium nominandum ægrotat, non potest alium nominare.*
106 *Sed contrarium est verum.*
107 *Quod limitatur, quando facultas nominandi non est restricta ad aliquod tempus.*
108 *Nominatio vt afficiat est intimanda.*
109 *Dies contractus non computatur intra 15. dies.*
110 *Dies termini an computetur in termino.*
111 *Facta nominatione de absente nominatio est irrita si tempore nominationis mortaliter ægrotaret persona nominata.*
112 *Contractus cum falso supposito celebratus corruit.*
113 *Constitutus in articulo mortis mortuo assimilatur.*
114 *Qui habet facultatem nominandi si gerit actum nullum tali facultate non priuatur.*
115 *Mandatum, vt soluatur Caio renocatum censetur data mutatione status Caij.*
116 *Acceptatio literarum Cambij non obstat, quando scribens erat decoctus, vel decoctioni proximus.*
117 *Assecuratio Nauis tam naufragatæ non obstat assecuranti.*
118 *Societates Officij fiunt ad sex menses, & vltra ad beneplacitum.*
119 *Fiunt ad duodecim pro centenario.*
120 *Sed talis taxa videtur nimis excessiua.*
121 *Hodie fructus Officiorum ob affluentiam pecuniæ, & diminutionem lucri sunt diminuti.*
122 *Pactum vt fructus soluantur anticipatè non subsistit in societatibus Officiorum.*
123 *Sed contraria opinio seruatur à Rota.*
124 *Procurator absque mandato speciali societatem non potest renouare.*
125 *Consensus non præsumitur ex actu gesto à Procuratore sine mandato.*
126 *Renouatio facta per vnum ex socijs altero absente non valet sine specifica ratificatione.*
127 *Fideiussor an possit renouare fideiussorem in præiudicium principalis absentis.*
128 *Renouata non censetur societas per citationem ad dandum fideiussorem*
129 *Societas Officij tribus modis dissoluitur per disdictam, alienationem, & mortem.*
130 *Siue sit naturalis, siue ciuilis.*
131 *Disdicta Societatis fieri debet per 15 dies ante.*
132 *Per restitutionem partis precij an dicatur in totum dissoluta societas.*
133 *Non censetur finita si coniectura aliud suadent per restitutionem partis.*
134 *Nulla melior coniectura dari potest non dissolutionis societatis quam receptio fructuum.*
135 *Societas cessat eo ipso, quod venditur, vel resignatur Officium.*
136 *Vno vendito Officio tota corruit societas, quando vnica summa eodem tempore fuit data pecunia super pluribus Officijs secus verò si in pluribus vicibus fuerunt initæ plures societates.*

137 Fue-

137 *Mors violenta excluditur à Societate Officij.*
138 *Morte socij non amittitur Capitale, quando societas cantat in caput alterius, quam Socij.*
139 *Substantia Societatis potest esse penes vnum; Commodum vero penes alium.*
140 *Per mortem Ciuilem dissoluitur Societas Officiorum.*
141 *Per emissionem professionis illius, ad cuius vitam fuit contracta non dissoluitur.*
142 *An submersus in flumine, vel bello occisus, & morte damnatus à Iudice dicatur mori morte violenta.*
143 *Mortuus manu Carnificis non dicitur mortuus morte violenta.*
144 *Exceptio mortis violentæ fuit introducta, vt tollatur occasio captandæ mortis.*
145 *Dissoluitur Societas morte illius, in quem translatum est periculum vitæ.*
146 *Eo tamen casu non sunt restituendi fructus anticipatè soluti.*
147 *Mortuo vno ex Socijs in Societas dicitur extincta quoad omnes.*
148 *An Societas extinguatur quando quis sit eiusdem Officij creditor, & debitor.*
149 *Exceptio nullitatis Societatis Officij an impedire possit executionem.*
150 *Vide distinctionem allatam à Io: Baptista de Luca.*

SOcietates Officiorum passim in Vrbe frequentes habent quandam Analogiam, cum materia, de
1 qua in præcedentibus duobus *Capitibus*, scilicet, cum censu vitalitio, & cum Societate ad hæredes transmittenda, & per consequens, non sunt omninò extra tractatum nostrum de Pactis futuræ successionis, præcipuè, cum in ijs, plurimum attendatur mors contrahentium, eaque deducatur, in Pactum, propterea hic pauca, de his societatibus Officiorum, adnectam pro superficiali intelligentia legentium, nam multi sunt, qui materiam radicitus enuclearunt, prolixeque omnes numeros tetigerunt, pro earum cognitione, & perfecta notitia necessariò adeundi, & præcipuè *Ca-*
2 *stracan. Boccac. & Zacch. in particularibus tractatibus de societatibus Officiorum Giballin. de vsur. lib. 5. cap. 2. art. 6. consectarium 6. per tot. Azor. 3. par. lib. 9 cap. 8. quæst. 1. Prosper. Fagn. in c. nauiganti de vsur. num. 36 & seqq. Eminentiss. de Lugo de Iust. & Iur. tom. 2. disput. 30. sect. 5.* & alij allati per *Scacc. de Commer. & Camb. §. 1. quæst. 1. de Societ. Offic. num. 260. & seqq.* & nouissime insignis *I. C. Io: Baptista de Luc. in Theatr. verit. & iust. lib. 5. par. 4. de Societ. Offic.*

Origo horum Contractuum ex eo prouenit, quod cum in Romana Curia, plura adfuerint, & adsint Officia venalia, fructifera, & vacabilia, per mortem Officialis, ad quæ exercenda plerumque requiratur ho-
3 minum industria, ad ea, verò, comparanda, & acquirenda pecuniæ affluentia sit necessaria, & multi adsint periti homines habiles, ad huiusmodi Officia exercenda, carent, tamen, pecunia ad eorum acquisitionem necessaria, fuit hæc species societatis introducta, in qua volens Officium exercere accipit ab vna, vel pluribus personis pecunia affluentibus tantam summam ad obtinendum Officium sufficientem; pecuniæ, verò, datorem facit participem proportionabiliter, & pro rata fructuum, & emolumentorum eiusdem Officij, qui pariter cum eadem proportione subiacet periculo tam in sorte, quam in emolumentis, ad instar Societatis initæ solitæ super aliqua nego-
4 ciatione, in qua vnus ponat pecuniam, alter, verò, operam, & industriam, quam esse validam nemo dubitat.

Verum, quia quantitas emolumentorum, quæ percipitur, ex Officijs est incerta, & varia, ac per officialem, qui industriam adhibet, nonnullæ possent in Socij præiudicium fraudes committi, vsus inoleuit taxandi hæc emolumenta, ad certam verisimilem summam inter dantem, & recipientem pecuniam conuentam infra, non autem, vltra summam scutorum duodecim pro centenario, vt liquet ex antiquo vsu, ita
docent post *Castracan.* quem allegat *Spad. cons. 21. 5*
num. 5 lib. 3. Grat. disc. for. c. 679. num. 37. vbi quod, in huiusmodi Contractu Societatis Officij adest implicitus Contractus locationis, & conductionis, nam Officialis facit participem, dantem pecuniam pro rata parte fructuum Officij, sed quoniam tales fructus sunt incerti, idem Officialis conducit dictam ratam partem ad rationem duodecim, vel decem pro centum ad euitandum laborem computorum, ita vt pro istis fructibus teneatur Officialis, & fideiussor ex con-
ducto &c. sic etiam ostendit *Gabr. cons. 78. in princ. lib. 6*
1. Mercod. contr. lib. 19. c. 1. num. 5. Giballin. de vsur. lib. 5. c. 2. art. 6. consectar. 6. num. 36. de Lugo d. disp. 30. sect. 5. num. 52. & seqq. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 262. & 263 Rot. post Cenc. de cens. dec 389. num. 13. cum pluribus ibi cumulatis, & in *Rom. concursus creditorum 10. Iunij 1661. coram Eminentiss. Cerro, circa fin.* & nouissimè bene explicauit insignis Romanæ Curiæ Aduocatus *D. Io: Baptista de Luca in theatro veritatis, & iustitiæ lib. 5. de Societ. Offic. discur. 12. nu. 7. 8. 9.*

In hac materia multæ extant Bullæ Pontificiæ, & præcipuè *Leonis X.* prohibentes huiusmodi Contractus absque beneplacito Apostolico, cum alijs prouisionibus ad euitandas fraudes *Pauli IV.* quæ tradidit quandam formam talibus conuentionibus, ac vlterius illicitas societates declarauit initas aliter, quam super
officio vacabili, & absque periculo sortem amitten- 7
di *Pij IV.* per quam approbantur tales societates, dummodo valorem Officij non excedant, & fiant cum Pactis licitis, & honestis abrogata constitutione prohibente fieri sine Beneplacito.

Et demum nonnulla extant de materia in constitutione *Pauli V.* edita super reformatione Tribunalium Vrbis circa mutationem personæ, super cuius vitæ periculo societas durare debet, ac super disdicta, & renouatione societatis respectiuè, de quibus Bullis, & constitutionibus meminit *Spad. cons. 214. nu. 3. lib. 3. Rot. post Cenc. de cens. dec. 9. num. 1. Io: Baptista de Luc. vbi supra de societ. Offic. discur. 12. num. 10. Giballin. de vsur. lib 5. c. 2. art. 6. consectar. 6. num. 37. Eminentiss. de Lugo de Iust. & Iur. disput. 30. sect 5. num. 54. Bonacc. de Contract. disput. 3. quæst. 6. punct. 6. num 1.*

His præmissis, & vlterius omissa disputatione, an validæ sint societates Officiorum, de quibus agitur, vel quia participent de Simonia, quam aliqui, vt ait,
de Luca vbi supra de societ. Offic. discur. 12. num. 11. ve- 8
rè ignari sine imaginabili fundamento somniarunt versari in concessione huiusmodi Officiorum, propter pecuniam, vel quia contineat mutuum vsurarium super vita hominis, aut speciem prohibitæ sponsionis, siquidem cum dicta Officia Apostolicarum constitutionum auctoritate sint approbata, consuetudine tot annorum, confirmata, consensu totius Romanæ Curiæ, permissa, in tot Sacris Tribunalibus canonizata, auctoritate tot Doctorum, tam Canonicorum, quam
ciuilium, & præcipuè *Bonacc. de Lugo Giballin. Fa- 9*
gnan. & aliorum, per eos allegatorum fulcita, de eorum validitate nullatenus est dubitandum; his, inquam, præmissis, pro faciliori intelligentia materiam diuidam, quærendo, primò, quomodo fiant Societates Officiorum; Secundò, cum quibus personis; Tertiò super quibus Officijs; Quartò, cum quibus conditionibus; Quintò, ad vitam cuius; Sextò, vsque ad quod tempus; Septimò, cum quo lucro, & Interesse;

resse; Octauò quomodo renouari possint; Nonò,
tandem, quomodo extinguŏtur; applicando, licet bre-
uiter, articulos magis contingibiles ad quamcumque
quæstionem particularem.

Quoad primam, quomodo fiant, me remitto, ad
formulas, editas, & consuetas, quas multi DD. tra-
ctantes materiam per extensum afferunt, & præcipuè
11 *Boccac. de societ. Offic. in princ. Azor. Inst. moral. par. 3.*
lib. 9. tit. de societ. Eminentiss. de Lugo de Iust. & Iur.
disput. 30. sect. 5. num. 53. Salust. Tiber. in formular. In-
strument. lib. 2. de forma societat. Offic. pag. mihi 168.
& in substantia, volens emere Officium Romanæ Cu-
riæ, accipit à tertio pecuniam conuentam, quem facit
participem emolumentorum, & fructuum eiusdem
Officij pro rata summæ solutæ, cum alijs Pactis, &
conditionibus, de quibus, in supradictis formulis, &
de quibus inferius agitur.

Hæc, autem, societas dicitur vera, & realis societas,
12 & legibus societatis regulatur, vt voluit *Gabr. cons. 78.*
Castracan. de societ. Offic. relat. per Spad. cons. 40. nu. 19.
lib. 1. & latè *Gratian. disc. for. cap. 679. n. 35.* & propterea
firmat multis cumulatis, quod in hoc Contractu non
cadit vsura, cum non sit lucrum, quod sorti accedat,
sed sit debita quædam compensatio vtrimque facta,
& ita etiam ostendit, nonnullis Rotæ decisionibus ad-
13 ductis *Cenc. de cens. quæst. 99. num. 27.* vbi, quod in so-
cietate Officij non venditur, nec Officium, nec Ius
percipiendi fructus, & emolumenta Officij, sed com-
municantur redditus, & prouentus Officij, & in dicto
Contractu celebratur solus Contractus societatis, &
probat etiam *Io: Baptista de Luc. in theat. veritat. &*
iust. lib. 5. par. 4. de societ. Offic. discur. 12. num. 11. & di-
xit *Rot in Roman. Concursus creditorum 10. Iulij 1661.*
coram Eminentiss Cerro §. nec enim.

An, verò, debeat fieri cum pecunia numerata, vel
possit constitui talis societas in mercibus, gemmis,
alijsque rebus, ac super fructibus alterius societatis
14 multi negarunt, ex rationibus allatis per *Io: Baptista*
de Luc. vbi supra de societ. Offic. discur. 10. in princ. &
præcipuè, quia sit species Anatocismi damnati, etiam
15 de Iure ciuili *in l. fin C. de vsur. & eo fortius de Iure Ca-*
nonico Merl. dec 409. alias 301. par. 5. rec. & ità etiam
sentit *Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num.*
16 *391. & 392. Bonacc. verò de Contract. disput. 3. quæst. 3.*
punct. 6. vers. quæres secundo limitat in foro exter-
no, non verò, in foro conscientiæ, quia eo casu, tenet
valere.

Sed quod in vtroque foro substineantur tales so-
cietates, licet initæ, cum mercibus, gemmis &c. & fru-
17 ctibus alterius societatis, benè firmat *de Luc. vbi su-*
pra discur. 10. num. 2. (mutando sententiam negatiuam
prius tentam) & sic etiam concludit *discur. 12. num.*
31. & hæc videtur esse sententia *Giballin. de vsur. lib. 5.*
c. 2. art. 6. num. 43. Eminentiss. de Lug. de Iust. & Iur. di-
sput. 30. sect. 5. num. 71.

Secundò quæritur, cum quo fiat societas Officij?
& responde cum Officiali Romanæ Curiæ ad Officia
acquirenda, & ad hunc effectum fuerunt adinuenta,
18 antiquis temporibus, vt vidimus; ille verò qui pecu-
niam tradit, dicitur condominus ipsius Officij, quoad
Officialem, sed non dicitur talis quoad Cameram,
quæ recognoscit Officialem dumtaxat, & non pecu-
19 niæ datorem *Spad. cons. 40. num. 22. lib. 1.* & hoc respe-
ctu, non dicuntur in commercium venire nec cadunt
sub hypotheca creditorum Officia Romanæ Curiæ,
20 vt in Constitutione *Vrbani VIII. 154.* relata per *Rot.*
dec. 395. num. 8. par. 12. rec. & post *Gratian. c. 50. num.*
27. Seraph. dec. 1294. num. 3. dixit *Rot. in Romana Offi-*
cij Notariatus 4. Octobris 1651. coram bo: me: Verospio,
& in Romana Concursus creditorum 10. Iunij 1661. co-
ram Eminentiss. Cerro in princ. licet fructus, & pretium
ipsorum bene cadant sub hypothecâ, & ferè æquipa-
rentur bonis patrimonialibus, *Gratian. discept. for. cap.* 21
670. num. 12. & seqq. eadem Rot. d. dec. 395. num. 9. par.
12. rec. Imo, & pretium ipsum venit sub hypotheca,
sequuta tamen Officij resignatione, & venditione
Merl. de pign. lib. 2. tit. 1. num. 18. vers. & existimo, & 22
alij plures relati per *Rot. in d. Rom. Concursus credito-*
rum cor. Eminentiss. Cerro vers. & quamuis.

An, verò, fieri possit, cum eo, qui non habet Offi-
cium, sed super Officio commodato ad talem ineun-
dam societatem, partem affirmatiuam tuentur *Fi-* 23
lucc. tract. 38. cap. 6. num. 111. Azor. lib. 9. c. 8. quæst. 3.
dummodo tamen, vacet per mortem eius, qui possi-
det Officium, vt firmat *Gratian. discept. for. cap. 944.*
num. 25. & Boccac. quem allegat *de Societ. Offic. num.* 24
204. vsque ad 210. Negatiuam, verò, sequuntur *Giball.*
de vsur. cap. 2. art. 6. num. 38. & ita, etiam in rigore lo-
quendo tenet *Eminentiss. de Lugo disput. 30. sect. 5.*
num. 55. vers. dubitatum est; sed prima opinio est ve-
rior, & ita quotidie Romæ practicatur de consensu
Papæ, & Tribunalium, vt ostendit *de Luc. vbi supra de*
societ. Offic. discur. 11. num 5. & admittit etiam *discur.*
12. num. 12. 13. & comprobat doctissimus *Fagnan. in*
c. nauiganti de vsur. à num. 39. vsque ad fin. ex acutissi-
mis rationibus ibi ponderatis, nec desunt ex Theolo-
gis, qui approbent talem societatem cum Officio
commodato, vt *Bonacc. de contract. disput. 3 q. 6. punct.*
6. propos. 3. num. 5.

Aliquando contingit, vt quis renunciet, Officium
alteri reseruatis sibi fructibus, & emolumentis Officij
renunciati; quæritur, an possit iniri societas cum eo,
qui habet fructus reseruatos, & è contrà cum eo, qui
Officium administrat, absque fructibus, & emolu-
mentis? quoad primum quæsitum videtur respon-
dendum affirmatiuè, tam ex mente Theologorum,
Giball. d. cap. 2. art. 6. num. 39. vers. quod porro de Lug. d. 25
disput. 30. sect. 5. num. 58. quam Iuristarum, vt firmat
Peun. dec. 421. Zacch. de societ. Offic. num. 27. & seqq. de
Luc. vbi supra discur. 8. num. 2. ea ratione, quia societas
contrahi non dicitur super ipsa substantia Officij, sed 26
super fructibus, & emolumentis; Quò, verò, ad secun-
dum quæsitum negatiua opinio est magis frequens,
quod non possit initi societas, cum eo, qui Officium
exercet, absque fructibus, & emolumentis iuxta sen- 27
tentiam *Giballin. & de Lugo locis citatis*, cum quibus
pertransit *Rot. post Zacch. de societ. Offic. dec. 31.* con-
trariam, tamen substinent *Gratian. discept. 138. nu. 16.* 28
Zacch. & Duard. in locis relatis à Io: Bapt. de Luc. vbi
supra num. 3. ipse tamen *Io: Bapt. de Luca d. discur. 8. eo-*
dem nu. 3. indecisam relinquit quæstionem.

Cum religioso, autem, non potest talis societas
initi, vt resoluit *Bonacc. de Contract. disput. 3. quæst. 6.* 29
punct. 6. propos. 2. eo quia non habet liberam dispo-
nendi facultatem, & id, etiam ampliat cum pupillo
absque tutoris auctoritate; quid verò dicendum sit in
alijs societatibus, an à pupillo iniri possint vide *Grat.* 30
discept. for. cap. 360. per tot.

Tertiò videndum est, super quibus Officijs fieri
possint, & præcipuè, an in Officijs Romæ tantum exi-
stentibus, vel potius etiam in Officijs aliarum Ciui-
tatum *Bonacc. loc. cit. propos. 3.* dicit esse de essentia, vt 31
sit Romæ inita, ad hoc, vt valeat societas, & hanc sen-
tentiam, multis argumentis, defendit *Scacc. de com-*
merc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 267. & seqq. Sed quam-
quam *Scacc.* assignet rationem diuersitatis, ego ne-
scio percipere, vnde eliciatur; nam imò si sunt validæ
societates Officij in ipsa Vrbe Roma, quæ est caput
totius Catholici Orbis, quare erunt improbatæ in 32
alijs Ciuitatibus? & ità etiam sentit doctissimus *Fagn.*
in cap. nauiganti de vsur. nu. 79.

In Officijs non vacabilibus secundum magis com-

munem

33 munem opinionem constitui non possunt, vt per Zacch.d.tract num.117. Grat. discept. for.c.944. num.18.&
fuit pluries a Rota talis opinio canonizata, vt testa-
34 tur dec. 321. post Cenc. de cens.num.1. & per tot. & cor.
Merl dec. 204. sed talis opinio nequaquam approbatur ab Eminentiss.de Lugo d.disput. 30. sect.5. num.56.
rationibus, & argumentis per eum adductis, sed in
praxi esset multum difficile obtinere contra talem
Rotæ opinionem, sæpissimè admissam, nisi versaremur in terminis, quod propriè non esset inita societas, sed venditum, & communicatum Dominium, &
Officium pro aliqua quota, vt pro tertia parte, & expressè conuentum, quod damnum, & lucrum deberet
esse commune, tunc enim, quia Contractus implicitè
continet venditionem Officij pro tertia parte, non
35 est improbatus vt resoluit Rot. coram Merl.d. dec.204.
num.5. & seqq.

Difficilis est illa, quæstio, an valeat societas officiorum super, Officio alias grauato, & regulariter, quod
non valeat, tenent communiter DD. tam morales,
36 quam Iuristæ, vt Leoncell. super Bulla Pij IV. num 14.
15. Boceac.de societ. nu.126. Castracan. eodem tract. cap.
6.num.1. Felic. pariter de societ.cap.6.num 64. Nauarr.
cons.29.col.2.vers.secunda conditio de vsur.lib.2. Azor.
Inst.Moral.lib.9.cap.8. Pacific.de Salu.inspect.4. cap.9.
num.89. Gratian.disc.cap. 900. num. 12. Bonacc. de contract disput.3.punct.6.quæst.6 propos.3.vers.secunda conditio Vermigl.cons.crim.306. num.10. Conciol. alleg.33.
num.1. Rot. Rom.cor.Greg.dec.167. num.2. vbi add. nu.
8. & post Cenc.de cens.dec.9.per tot. & dec.217. vbi plures aliæ recensentur totales decisiones, & in Romana
Societatis Officij 10.Iunij 1664.cor.Reuerendiss.Gerunden. §. vnde enim, quod specificè cauetur non solum ex
Bulla Pij IV. expressè disponentis societates Officiorum, non posse iniri super Officia vltra eorum valorem, sed vlterius ita est de Iure communi dispositum,
eo quia, sicut societas Officij inita sine Officio est
nulla, ita est, nulla, si sit inita super Officio, quod sit
penitus inutile, quia deficit materia substantialis
Contractus, Castracan.de Societ.cap.5.num.7. Scacc.de
commerc. & camb.§.1.quæst.1.num.376. Bonacc. vbi supra vers.ratio est optimè Leotard.de vsur.quæst.23.num.
57. ibi, Sanè constat nullam societatem Officij contrahi
posse, nulla scilicet existēte re, super qua contrahatur, &
cuius is, qui pecuniam dedit particeps fieri valeat, & latè
firmarunt allati per D.Fagn.in d. c. nauiganti de vsur.
num.37. latè Conciol.d.c.33.num 4. vbi, quod, si Officium valeat scutis mille, & super eo contrahantur
societates scutorum duorum mille, in alijs scutis mille, quæ excedunt valorem Officij, cum sint sine Officio, & sine subiecto societas consistere non poterit;
37 Officium, enim, est subiectum societatis, vt pluries
etiam firmauit Rot. in decisionibus allatis per Scacc. de
commerc. & camb §.1.quæst.1. num.276. vers. cum Officium.

Imò societas Officij non solum requirit, ad sui validitatem subiectum, & sic Officium, verum etiam necesse est, quod dictum Officium sit communicatiuum
lucri, & damni, & aptum reddere lucrum, & dam-
38 num l.verum 64.§.fin.ff pro Socio, Zacch.de societ.num.
50.131. & 362. & alijs omissis, Scacc. vbi supra nu.276.
in fine, cum allatis per Conciol.d.alleg.23.num 5. eadem
Rot.d.dec.321.num.6. post Cens.de cens. quod lucrum
sperari non potest, dum deficit officium, vel fructus
sunt applicati ad alias personas, meritò &c. & proptereà, cum non subsistat societas, remanet simplex
contractus mutui, qui non potest fructus parere, vt
supracitati concludunt.

Neque valet consuetudo, in contrarium, quia consuetudo non operatur in vsuris, vt multis cumulatis
39 Rotæ decisionibus, resoluit idem Scacc.d.§.1. quæst.1.
num.306.vers.sub extende primò, & dixit, Giballin. de
vsur.lib.5.cap.2. art.6.num.40. Conciol.alleg.33. nu.29.
& in terminis Pasqualig.quæst.moral.Iurid.qu.51 num.
2.3. imò dicit esse merum abusum, & corruptelam,
quod valeant societates Officij suprà valorem ipsius
Officij, & voluit Rot. in dec.9.num.23.dec.227. & dec.
311.nu.13.post Cenc.de cens.

Sed licet hæc, in abstracto vera sint, tamen quæstio
est resoluenda infrascripta distinctione; Vel vnica societas, vel plures contractæ sunt, cum vna, & eadem
persona, vel cum pluribus personis, vltrà Officij valorem, si ab vna, & eadem persona, vnica vice, vt v.g. Officium valet mille, & fuit data summa vsque in 1500.
societas non subsistit, vt in terminis Bonacc.d quæst.6. 40
punct.6.propos.3. vers. primo illum, Eminentiss. de Lugo
d.disput.30. sect.5. nu.63. vbi num 64. ampliat, siue fiat
in commodum, vel incommodum Officialis, siue alterius tertij super Officio commodato iuxta tradita
supra num.23. & ita etiam tenet Giball. de vsur. d.c.2. 41
art.6.num 40.41. & admittit Rot. cor. Gregor. dec.167.
num.2 Millin.dec.251.dec.287.num.11.par.4 diuers. &
benè eadem Rot. in Roman. Societatum Officij 10. Iunij
1664. cor. Reuerendiss Gerunden.

Non, tamen, societas annullatur in totum, sed sub-
tinetur quoad Officij valorem, & pro rata eius, cu-
ius est capax, vt alijs omissis, ostendit Giball. d. loc.nn. 42
41. vers.quando vero Cenc. de cens. quæst.36. num.9. &
hæc opinio est verissima, & approbata à Rot. Rom. in 43
supra citatis decisionibus, quidquid in contrarium
firmet Pasqualig.qq. mor. Iurid. q 152. num.8. & ratio 44
est quia in diuiduis, & separabilibus vtile per inutile
non vitiatur c. vtile de reg. Iur. in 6. & ita arguunt Gibal. vbi supra num.41. Cenc.loc.cit.nu.11

Et similiter est dicendum, quando plures societates cum eadem persona sunt initæ, quæ, vti singulæ
non excedunt valorem Officij, nam eo casu, substinentur, dumtaxat, societates priores vsque ad quan-
titatem Officij, non vero, posteriores, Scacc.de com- 45
merc. & camb. d. §.1. quæst 1. num.328. & admittit Io:
Bapt. de Luca in theatr. verit. & iust.d.lib.5.de societ.Offic.discur.12.nu.28.

Quando, vero, plures societates cum diuersis personis sunt initæ excedentes Officij valorem, tunc
est bona distinctio allata per Io:Bapt.de Luc. vbi supra
num.28. versic. aut societas, quod sit inspiciendum an
contrahentes, & dantes pecuniam sciuerint, vel ignorauerint Officium iamdiu esse grauatum alijs societatibus vltra valorem, vel ignorauerint esse grauatum.
Primo casu, data scientia dantis pecuniam, Contra-
ctus sunt nulli, & societas non subsistit, vt bene Emi- 46
nentiss.de Lugo d.disp.30.sect.5.num.68. ibi, & quidem,
si vterque contrahens sciebat incapacitatem Officij societas non valet, nec obligat ad fructus reddendos, &
ampliat etiam ad ignorantiam crassam Pasqualig. 47
quæst.mor.Iurid.quæst.152.nu.5. Rot.cor. Greg. dec.167.
num.1. vbi add.num.8. & nouissimè eadem Rot. in Rom.
Societatis Officij 9. Decembris 1665. cor. R.P.D. Bourlemont. in princ. ibi, stante scientia incapacitatis Officij
tam in Officiali, quam in socio, fuit vterque in aperto dolo, & Contractus, vt in fraudem legis, & constitutionum
Apostolicarum remanet nullus, dataque in eo pecunia
in simplex mutuum resoluuntur &c.

Et licet Bonacc. contrarium teneat, quod, etiam data scientia substineantur, quando tradens pecuniam
non dedit summam excedentem Officij valorem, vt
in d.disput.3.quæst.6.punct.6. vers. hoc tamen intelliga- 48
tur in medio, ibi, huiusmodi Contractus damnari non solent, etiamsi contrahentes sciant Officium esse grauatum
supra valorem ipsius Officij, ob societates cum alijs celebratas super illo Officio, modo ipsi non tradant maiorem
pecuniæ summam, quam Officij æstimatio patiatur, & la-
10 ca-

ro calamo, hanc etiam defendit fententiam ingeniofiffimus *Merend. contr. lib. 19. cap. 1. per tot. & præcipuè*
49 *num. 6. & feqq.* tamen talis opinio forfan procedere poterit in foro Poli, fed non in foro fori, quo fuit femper approbata negatiua fententia, vt patet ex DD. fuprà recenfitis, & decifionibus allegatis; *Merend.* verò expressè reprobatur multis argumentis, & auctorita-
50 tibus à *Leotard. de vfur. d. quæft. 23. num. 59.*

Altero, verò, cafu, quando, fcilicet, dator pecuniæ ignorauit effe grauatum, & bona fide fequutus eft fidem Officialis explicitè, vel implicitè fupponentis Officium capax, & tunc, licet focietas fubftineri non poffit tamquam ex defectu fubiecti, habetur nihilominus actus pro valido in odium, ita mala fide contrahentis, atque creditori bonæ fidei debentur fructus, tanquam damna, & Intereffe, vt in fimilibus terminis dixit *Rot. in Roman. pecuniaria 8. Iunij 1665. cor. Reuerendifs. Albergato Decano decif. 16. num. 11. poft*
51 *Tractatum.* & multis cumulatis, oftendit *Scacc. de commerc. & camb. d. § 1. quæft. 1. num. 329. Eminentifs. de Lugo d. fect. 5. nu. 68.* vbi ait, ita effe de mente Bullæ *Pij IV Pafqualig. d. quæft. 152. num 6.* vbi latiffimè, & fubiungit *num. 7.* quod, fi erat implicaturus eandem pecuniam in focietate, fuper alio Officio, ex quo fuiffet percepturus eofdem fructus, quos percepit, & implicaffet, fi fciuiffet valorem Officij, fuper quo implicauit non fufficere pro rata fumma, poterit omnes fructus perceptos retinere, nam fi implicaffet fuper alio officio capaci eofdem fructus percepiffet, iufto titulo, & ideo fubintrat lucrum ceffans, quod iuftificat retentionem fructuum perceptorum &c. & latiffimè, & doctiffimè hanc fententiam defendit infignis decretalifta *Fagn. d. c. nauiganti de vfur. num. 40. & feqq.* vbi omnem, in hoc articulo, lapidē mouit refpōdendo ad omnia, quę in contrarium adduci poffunt, & ità etiam opinatus fuit *D. Io: Bapt. de Luc. vbi fup. de fociet. Offic. nu. 29.* & hanc conclufionem videtur etiam admittere *Rot in d. dec. Rom. fociet. Officij 20. Iunij 1664. cor. Reuerendifs. Gerund. § quæ conclufio,* vbi, quod, eo cafu, fubftinētur fructus etiā, in exceffu debiti, vel loco damnorū, & intereffe, ex quo fub præfuppofito capacitatis officij, videtur quodāmodo fraude inductus ad cō. trahendum, vel faltem in vim Contractus fponfionis, & fortunæ ad quem focietas eft reducenda, ne alias contingat, vel extitpari hoc commercium, vel in contractu decipi contrahentes, quibus non eft poffibile explorare ftatum omnium antecedentium focietatū; quæ, vt plurimum, non ad officialis, fed ad alterius commodum celebrantur, & hifce etiam rationibus pro validitate concludunt, *Bonacc. vbi fupra verf. hoc tamen, & Fagn loc. cit. qui num. 67.* multum etiam tribuit Iuramento, quod facit actum valere, omni meliori modo, poteft, tamen, dubitari, an fcientia fuper-
52 ueniens annullet focietatem? negat *Scacc. d. loc. nu. 331. verf. amplia hanc,* fed *de Luc. d. difcur. 12. num. 28. in fin.* dicit, quod in fimilibus terminis cenfus Rota variauit.

Contra diftinctionem fupra allatam multi infurgunt, tenentes minimè valere focietatem vltra valorem Officij, etiam data ignorantia contrahentis, eo quia non poffit reduci ad alium Contractum, quam ad mutuum, ex quo, de Iure, nulli fructus, vel interu-
53 furia debentur, vt latè *Scacc. vbi fupra num. 281.* & latiffimè *Leotard. de vfur. d. quæft. 23. num. 57. verf. fed an titulo Rot. poft Cenc. de cenf. d. dec. 321.* & alij plenè allegati per *Conciol. alleg. 37. num. 13. & feqq.* qui tenent non valere, neque in vim focietatis, neque in vim fponfionis, neque, in vim Cenfus Vitaliti, neque in vim alterius Contractus, ex quo licitè percipiantur fructus, & interufaria, fed ad omnia, quæ per fupra allatos DD. fuerunt dicta contra talē conclufionem,
tam benè refpondet *Fagn. vbi fupra num. 19. & feqq.* vt 54
fuperfluum fit de hac conclufione dubitare, præcipuè quia, vt ipfemet, *Fagn.* fubiungit *num. 68. verf. his accedat,* homines per fe non per interpofitas perfonas 55
non clam, fed palam celebrarunt huiufmodi contractum fpacio longiffimi temporis, idque fecerunt, tolerantibus fuperioribus, tam Ecclefiafticis, quam fæcularibus, tales Contractus, communi hominum opinione habiti funt, pro iuftis, & licitis, & ab omnibus indifferenter celebrati fuere à doctis, grauibus, & prudentibus viris, timoratæquè confcientiæ; Confeffarij numquam contrahentibus abfolutionem Sacramentalem denegarunt, imò nec admonuerunt quidem vmquam de iniuftitia horum Contractuum, fæpè, ac fæpiùs accidit, vt accipientes pecuniam fuper Officio grauato ingentem illarum fummam lucrati fint per mortem dantis, vel illius, qui ab eo fuerat nominatus; Hæc fanè omnia fuadent, vt Contractus initus, fuper Officio grauato, fi non valet Iure focietatis, fubftineatur, eo modo, quo valere poteft, faltem ex æquitate, quæ in foro interiori maximè attendi folet cum alijs benè ad propofitum circa materiam videndis, nec refiftunt, ni fallor, decifiones rotales, quia dum tenent contrariam fententiam, fundantur in fcientia dantis pecuniam, alias enim, admiffa ignorantia pro validitate fcripferunt vt *in d. dec. 9. poft tract. num. 18.* benè fe explicat *Rot.* & ita etiam firmauit *in d. Rom. Societatis Officij 10. Iunij 1664. coram Reuerendifs. Ninot.*

Neque obftat Bulla *Pij IV.* quia, vt obferuat *Fagn.* 56
d. c. nauiganti num. 80. difponit, in cafu, quod dans pecuniam fciat Officium effe grauatum, alias, enim data ignorantia potius difponit, quod contrahentes nullum, ex hoc, damnum, & detrimentum fentiant, vnde pecuniam fimul, cum fructibus recuperare poterunt.

Vlterius obferuat idem *Fagn. vbi fupra nu. 82.* Bullam Pij IV. numquam fuiffe vfu receptam, neque Romæ, neque alibi; imò per contrarium vfum abrogatam, & propterea minimè ligare ad obferuantiam, nam licet, non admittat opinionem *Nauarr.* & alio- 57
rum afferentium illas non ligare nifi funt vfu receptæ, tamen aliam admittit propofitionem, tamquam, Sacris Canonibus confentaneam, & à DD. vbique re- 58
ceptam, quod per contrarium vfum cum fcientia Papæ, & longiffimi temporis curfu abrogari valeant; 59
Nulla, enim, vt ipfe concludit eft lex pofitiua, quæ per contrariam confuetudinem rationabilem, & legitimè præfcriptam abrogari non poffit.

In cafu, verò, quod focietas Officij fit nulla tamquam contracta vltra valorem Officij cum fcientia dantis pecuniam, an faltem fubftineatur extinctis anterioribus focietatibus, adeò vt reddatur valida focietas intra limites valoris Officij, talis quæftio fuit difcuffa in *Rot. d. Rom. Societatum Officij 9. Decembris* 60
1665. cor. R. P. D Bourlemont. & fuit negatiuè refoluta vt ibi *§. ad primum enim,* vbi quod ftante nullitate à principio ob deficientiam fubiecti benè notam Officiali, & focio, opus erat cum nouo partium confenfu eas denuo contrahere, fumpto argumento, à fimili in matrimonio, vt in *dec. 395. coram Greg.* & in pen- 61
fione, quæ non facta mentione antiquarum penfionum, nulliter refer uatetur, nec, deindè, fi antiquæ ceffent, vel extinguantur pofteriores reconualefcerent, *Lotter. de Benef. lib. 1. quæft. 38. num. 6. Tondut. de Penf. c. 44. num. 9.* & in terminis *dec. 167. cor. Greg. Contilor. de fociet. q. 2. nu. 106.* & melius *109.* quem allegat *eadem Rot d. § ad primum enim in fine.*

An, autem, validè fubftineatur focietas inita fuper locis montium, negat *Io: Bapt. Spad. conf. 214. num. 1.* 62
lib. 3. eo quia tales focietates exorbitant à Iure communi,

muni, & propterea strictissimè sunt interpetrandæ,
63 *c.cum dilectus*, & ibi scribentes de consuetudine maximè, quia, vt subiungit idem *Spad.* si recedatur à forma, per consuetudinem, & stylum Romanæ Curiæ approbata valdè periculosum est, ne incidant in Contractus illicitos, & ex alijs rationibus optimè ponderatis per eumdem *Spad.d.cons.*214. *num.*4. *& seqq.*

Possunt, tamen, fieri super pluribus Officijs insolidum, & tunc vacante vno, ex illis Officijs, & manente altero, si hoc capax sit totius summæ, ita vt ab initio super illo solo constitui posset, permanet adhuc societas, si verò, non sit capax permanet societas, quoad eam summam, cuius Officium illud capax fuisset,
64 vt fuit dictum per *Rot. in dec.* allata per *Eminentiss.de Lugo d.discept.*30.*sect.*5.*num.*59.

Ad dignoscendum, verò, an Officium dicatur grauatum, nec ne, non est habenda ratio ad emolumenta, & fructus eiusdem Officij, sed ad valorem ipsius Officij, & propterea quamuis redditus, & prouentus eiusdem Officij sufficiant ad soluendum fructus pecuniæ datæ ad societatem, nihilominus, si Capitale positum in societate superat valorem pecuniæ, cum qua Officium fuit emptum, societas non est valida,
65 vt latè fuit dictum per *Rot. in Rom. Societatum Officij 9. Decembris* 1665. *cor. R.P.D. Bourlemont.*

Licet contrarium videatur supponere *Eminentiss.*
66 *de Lugo d.disput.*30. *sect.*5. *num.*69. dum vult, quod in taxando valore Officii, habenda sit ratio non solùm ad fructus, quos reddit, sed etiam ad honorem, dignitatem, & præeminentiam, quam affert Officiali reddens rationem, quia hæc omnia sunt emolumenta Officij pretio æstimabilia, quæ Officialis lucratur &c.

Hoc, autem, est in confesso apud omnes, quod non est attendendus valor, de tempore emptionis, aut de alio tempore successiuo, sed, de tempore societatis
67 contractæ *Zacch.de societ. Off. num.*99. quem refert, & sequitur, *de Lugo d.sect.*5. *nu.*67. & rationem assignat, quia perseuerante pecunia data ad eum finem, & perseuerante voluntate contrahentium, & cessante incapacitate, ex parte subiecti reualidari potest Contractus, ea parte, qua propter impedimentum antea non valebat, & ita etiam, alijs cumulatis ostendit *Bonacc. d.quæst.*6.*punct.*6 *vers.*6 *rogabis.*

Sed dato, quod societas sit nulla, tam ex causa prædicta, carentiæ subiecti, ob societatem prius alijs accommodatam vsque ad valorem Officij, vel ex aliqua alia causa, eo casu, vltra rescissionem societatis sunt restituendi omnes fructus percepti, vel in sortem
68 computandi *Pacif.de saln.inspect.*4.*e.*1.*num.*79.*Zacch. de societ. num.*70.*Vermigl.cons.*306.*num.* 10. *Cyr. contr.* 540.*num.*55.56.*Conciol.alleg.*33 *num* 8. *Merl. dec.*204. *dec.*231.*nu.*1 *& seqq par* 9 *rec.Rot.*in alias alleg. *Rom. Societatis Officij* 10. *Iunij* 1664.*cor.Reuerendiss. Gerunden.§. vnde cum*, hæc autem, sunt intelligenda secundum distinctionem, de qua supra, quod scilicet, repeti non possint fructus Officij grauati vltrà valorem, data scientia contrahentium non vera suppositâ ignoran-
69 tia dantis pecuniam, vt explicat *Pasqualig.qq. mor. iurid.quæst.*152.*num* 5.*& seqq.*

Et hæc, quæ dicta sunt, de fructibus restituendis, in casu nullitatis procedunt, etiam, quando societas dissoluitur, vel de partium voluntate, vel ob mortem vnius ex socijs, vel ex alijs causis, de quibus infra, quia tunc societas iam dissoluta non potest parere interusuria ad rationem duodecim pro centenario, quia, si cessat periculum amissionis capitalis, cessat interesse, quod interesse compensatur, cum dicto periculo, &
70 propter illud toleratur, vt relato *Gabriel.cons* 78. *num.* 3.*lib.*1. tenet *Io: Bapt.Spad.cons.*41. *num.*10. *Mantic. de tacit.& ambig.lib* 6.*tit.*2.*nu.*17.*Zacch. vbi supra n.*377. *dec.*367 *nu.*14 *par.*4.*rec. & in Rom. Societatis Officij* 2. *Maij* 1659. *cor. Meltio allata per Io: Bapt. de Luca vbi supra de societ.Offic discur.*4.*num.*2. & id repetit *discur.* 71
9 *nu.*1. & propterea quamuis inter contrahentes adsit Pactum, quod etiam societate finita, dentur fructus, ad rationem dictorum scutorum duodecim pro centenario, donec integraliter restituatur Capitale, Pactum non seruatur, vt latè ostendit *Bonacc.de contract.* 72
d.disput 3.*quæst.*6.*punct* 6.*nu* 9. *de Lug.*6.*disput.*31. *nu.* 83. dicit tamen, quod aliquando, eo casu, solent taxari fructus ad rationem scutorum quinque, vel sex pro centum, quia hoc lucrum potuisset communiter, ex tali pecunia haberi, si soluta fuisset, sed hoc tunc solum, quando Officialis fuit in mora culpabili non soluendi, secus, si impotens fuit, vel aliter sine culpa non soluit; Sed quicquid sit de stylo Tribunalis Auditoris Cameræ, *Rot.* non obstante quolibet Pacto nunquam assignat aliquod Interesse, ob moram Officialis in soluendo, nisi euidenter probetur socium ob pe- 73
cuniam sibi non restitutam, incurrisse damnum, vel amisisse lucrum, quod habiturus erat, vt obseruat *de Lug. loc cit.*

Datur, tamen, casus secundum *Io: Bapt.de Luc.d.discur.*12.*nu.*37. quod etiam, dissoluta societate, fructus debeantur, eosve consumptos restituere, vel imputare non sit obligatus creditor, quando, scilicet, debitor sciens finitam esse societatem, sponte soluit fructus creditori ignaro bona fide credenti eam durare, & qui in eodem bonæ fidei statu illos consumpserit, pro qua sententia refert, *Boccacc.de societ. num.* 191. & re- 74
fert *Spad. cons.*248. *nu* 7.*lib.*2. (sed per errorem puto, quia *Spad.d.cons.*248. de hoc non loquitur.)

Sed contrarium, quod, non obstante bona fide, fructus non debeantur, & sint imputandi in sortem, fuit dictum in *Rom Societatis* 23.*Iunij* 1600.*cor. Millino* re- 75
lata per *Eminentiss.de Lug. vbi supra proximè num.*83. autem penitum versiculum, vbi etiam allegat *Zacch. eodem tract.num.*307.& alijs decisionibus allatis, ita sentit *Scacc.de comm.& camb.d §.*1.*quæst.*1.*num.*323. sed quicquid sit, in foro externo opinionem de *Luc* in fo- 76
ro interno admittit *de Lugo d.disput.*30.*nu.*83.*in fin.*

Quarto, videamus, quid operentur conditiones apponi solitæ in societatibus Officiorum, & præcipuè conditio dandi fideiussores infra certum tempus vel in casu mortis dati fideiussoris alium subrogandi, & communiter omnes resoluunt, quod, si Officialis intra terminum præscriptum fideiussores non dede- 77
rit non lucratur sortem, moriente socio, quia non potest lucrari aliquid ex Contractu à se non obseruato, quamuis socius, qui ex parte sua omnia obseruauit, possit, ex eo Contractu, lucrari, vt tenet latissimè *Scacc.de comm.& camb d.§.*1.*quæst.*1.*nu.*350.*Zacch.de* 78
*societ.nu.*442. relatis ab *Eminentiss. de Lugo d. discept.* 30. *sect.*5. *nu* 84. qui extendit etiam ad casum, vt quis duos fideiussores promittat, & vnum tantum det, vel promisit subrogare alium idoneum, in locum deficientis, & latissimè, ita etiam firmat, multis cumulatis, *Gratian.disc for.cap.*301 *n.*8.*& seqq.Pasqualig.qq.mor. iurid.quæst.*22.*nu.*2. & omissis decisionibus relatis per *Pasqualig.& de Lugo vbi supra* tradit eadem *Rot. cor. Buratt.dec.*674.*nu.*3.vbi add.latissimè *num.*10.11. vbi, quod eadem regula procedit nedum quando non datur fideiussores promissi, & præstandi in initio Contractus, sed etiam quando ex post non renouatur, vbi conuentum fuit alios in locum demortuorum, vel absentiū subrogari, quia tanto fit eadē *Reyes dec.*64.*Eminentiss.Otthob dec.*131.*Io: Bapt.de Luc.vbi supra de Societ.Offic.discur.*2 *nu.*1.*& discur.*3.*nu.*2 *& disc.*12.*n* 20. 79

Quod est intelligendum, volente Socio, declarare nullitatem societatis, quia si ex parte dantis pecuniam adsit consensus tacitus, vel expressus, pro validitate non resoluitur, sed tenetur Officialis soluere ei

fructus

fructus, tum, quia negligentia, & culpa Officialis de-
bitoris non debet nocere ſocio creditori, tum, quia
illa promiſſio dandi fideiuſſorem reſpicit fauorem ſo-
cij creditoris, ergo non debet retorqueri in eius odiũ,
vt illa promiſſione non adimpleta, fructus conſequi
81 non poſſit, vt latè oſtendit *Scacc. de comm. & camb. §.
1. quæſt. 1. nu. 343.* vbi, quod hæc declaratio eſt clara, &
naturalis, & ſeruatur paſſim in praxi, quia Contractus
ſocietatis in ſe eſt perfectus, accedente voluntate ſo-
cij, & poſt *Castracan.* quem allegat *c. 69. num. 4.* & per
tot. reſoluit *Buratt. dec 674. nu. 3. 4. 5.*

Sicuti pariter nullitas eſt clara, quatenus imple-
mentum promiſſum eſſet in Contractu, eodem prin-
cipali ſocietatis inito, cum Officiali, ſecus, autem, ſi in
alio Inſtrumento recognitionis bonæ fidei factæ per
tertium pecuniæ receptorem, vt voluit *dec. 742. cor.
Dunozett.* relata per *Io. Bapt. de Luc. d. diſc. 12. num. 22.
verſ. prout eadem,* vbi, quod licet, quandoque eadem
82 Rota obiter contrarium dixerit, vt *cor. Eminentiſs. Ot-
thob. dec. 131. in fin.* id tamen parum tutè fuit factum,
cum prima declaratio omninò probabilior videatur,
ac recipienda ſit, ex ea clara ratione, quod ſubſtantia
Contractus eſt in primo Inſtrumento ſocietatis initæ
cum Officiali, cuius vigore lucrum fit, ſecundus au-
tem eſt ſolùm ad probationem, quod ſocietatis com-
modum, & incommodum eſt ipſius recognitoris, &
prius dixerat *idem de Luc. diſc. 3. nu. 9.*

Neque, eo caſu, poteſt ſe tueri ſocius, aſſerendo
non fuiſſe interpellatum, quia in præſenti caſu, in quo
agitur, de lucro captando nulla requiritur interpella-
tio, vel mora, quæ ſolum procedit quoad pænam eui-
83 tandam, vt, multis cumulatis, in terminis, probat *Grat.
diſcept. for. c. 301. nu. 11. 12.* quem, pro multis allegaſſe
ſufficiat, & plura ad propoſitum retulit *add. ad Bu-
ratt. dec. 674. nu. 12.* vbi nonnullæ deciſiones Rotæ alle-
gantur.

Et hæc concluſio reſtringitur, dumtaxat, ad caſum,
quod quis promiſerit fideiuſſorem præſtare, non verò
ampliatur ad caſum promiſſionis ſubrogandi alios,
loco demortuorum, vel abſentium, quia eo caſu, cum
fuerit prius adimpletus Contractus cum datione fide-
iuſſorum, iuxta conuentionem in eo promiſſam, ſi
poſteà ex aduerſo prætendatur obitus, & abſentia eo-
rumdem fideiuſſorum, ob quam ſint renouandi fide-
iuſſores, non ſolum debet probari huiuſmodi cauſa
renouationis, ſed etiam eſt citanda, & certioranda
pars, ad effectum, vt alius ſubrogari poſſit loco mor-
tui, vel abſentis, ita, vt requiratur perſonalis citatio, &
interpellatio, ad hoc, vt per illam poſſit quis dici in
mora conſtitutus, & vt contrà illum poſſit procedi
84 *add. ad Buratt. dec. 674. nu. 14. Scacc. vbi ſupra num. 381.
Grat. diſc. for. c. 944. num. 36. Rot. dec. 92. num. 17. & ſeqq.
par. 5. rec. de Luc. de Societ. Off. vbi ſupra diſc. 3. nu. 3.* ve-
rum eſt, enim, vt ait *Gratian. d. diſcept. 944. nu. 37.* quod
multum differt vnus ab altero caſus, nam in caſu,
quod promiſit dare fideiuſſores Officialis, eſt certus
de ſua obligatione, quam tenetur adimplere, ideò
non eſt amplius certiorandus, quod non eſt in altero
caſu, in quo debet ei notificari illud, ob quod dicitur
adſtrictus, ob renouationem, adeovt non facta tali
notificatione, non poſſit dici, quod ei obſtet exceptio
adimplementi, ad quod, nec ſcit eſſe obligatum, cum
ignorans non dicatur contemnere, aut negligere, aut
85 contrauenire, aut non adimplere *l. ex maleficijs, §. lon-
gius, ff. de act. & oblig. l. ſi ignoranter, ff. locati cum
ſimil.*

Quando, verò, verſamur in conditione, quod pro-
pter abſentiam fideiuſſoris, alijs dentur, tunc ad
hoc, vt dicatur contrauentum, neceſſe eſt oſtende-
re de vera, & longa abſentia, & non animo redeun-
di, alias enim, non dicitur abſentia ſufficiens ad
obligandum præſtare alium fideiuſſorem, vt oſtendit 86
Grat. d. diſc. 944. nu. 31. & ſeqq.

An, verò, hoc caſu, loco fideiuſſoris ſufficiat dare
pignus, affirmat *Paſqualig. qq. mor. iurid. q. 22. nu. 3.* Si- 87
quidem fideiuſſores, & pignora æquiparantur *in l. 4.
§. quid eſt idonea, ff. de fideiuſſ. lib. & l. promiſſor, ff. de
conſtit. pecun. & §. venditor. Inſt. de rer. diuiſ.* cum alijs
allatis per *Paſqualig. d. loc.* qui ampliat *num. 4.* vt pro- 88
cedat etiam inuito creditore, & tunc creditor tenetur
ea acceptare, ſi ſibi de cautione proſpicere vult *gl. l. 1.
ff. qui ſatiſd. cog.* quam ſequuntur *Bart. Bald Cin. Io. An-
dr. Alex. Iaſ. & Negusant.* in locis adnotatis per *Paſ-
qualig. ibidem.*

Verum eſt, tamen, quod quando creditor recepit
fructus non obſtante mora debitoris, Officialis præ-
ſtando fideiuſſionem, vel nouam exhibendo cenſetur
renunciare nullitati Contractus, & reſciſſioni ſocieta- 89
tis, vt firmat *Grat. diſc. for. c. 301. nu. 36. 37. & ſeqq. &
diſcept 302. nu. 7. 8* & firmauit *Rot. in Rom. Societatis
Officij 13. Martij 1648. cor. Bichio,* quam eſſe magiſtra-
lem in materia dicit *Io: Bapt. de Luc. d. lib. 5. tract. 4. di-
ſcur. 2. nu. 3. 4.* quibus addo *dec. 289. nu. 2. & dec. 343. n.
1. par. 11.* & eſt eadem deciſio impreſſa inter *dec. Card.
Celſi 190.* & firmauit etiam *eadem Rot. in Rom. Societa-
tis Officij 11. May 1663. cor. bo: me: Veroſp. dec. 189. nu.
14. poſt tract.* & in terminis emphyteuſis, quod dicatur
remiſſa caducitas *Rot. in Roman. ſeu Albanen. Vineæ
20. Iunij 1670. cor. Reuerendiſs. Alberg. Decano dec. 81.
nu. 53. & ſeqq. poſt tract.*

Imò idem etiam operatur receptio partis fructuũ,
vt per *Grat. d. c. 301. nu. 8.* quem refert, & ſequitur *dec.* 90
289. nu. 5. & dec. 343. nu. 1. par. 11. rec.

Dummodò, tamen, quis ſciat inobſeruantiam non
præſtitæ fideiuſſionis, nam quando veriſimiliter igno-
ratur, non fuiſſe factum illud, quod erat præſtandum
ex perſeuerantia non cenſetur remiſſa corruptela fi-
dei, vel mora, aut contrauentio *Alex. conſ. 105. nu. 14.* 91
lib. 3. & alij relati per *Grat. d. diſcept. 302. nu. 22.*

Et hoc caſu, cautela, vel proteſtatio *ſine præiudicio
&c.* nihil operatur, niſi ad effectum, vt ſaluum rema-
neat eius Ius etiam illo ſemeſtri, vel alio termino du-
rante, cogendi debitorem ad implementum, non au- 92
tem ad effectum lucri, quoniam eſſet captioſa, &
fraudulenta cautela percipiendi exorbitantes fructus
duodecim, vel decem pro centenario ſine periculo,
quod omninò damnatum eſt in iſto Contractu, quem
periculum amiſſionis ſortis vnicè ſaluat ab vſura, vt
ratiocinatur *Io: Bapt. de Luc. d. lib. 5. par. 4. de Societ. Off.
diſcur. 2. nu. 4.* & non ſolum fructuum perceptio, ſed 93
etiam petitio eſt ſufficiens ad ſanandam nullitatem
prouenientem ex contrauentione, vt per *Grat. diſcept.* 94
301. nu. 46. & diſc. 944. nu. 51. & 52.

Talis, autem tacita remiſſio non implementi pro-
ueniens, ex petitione, ſeu receptione operabitur ſo-
lum, reſpectu inobſeruantiæ, ſeu caducitatis iam re-
miſſæ, ſecus autem, illius, quæ non dum euenit, *Grat.* 95
d. c. 301. nu. 52. vbi, quod ſi expreſſa renunciatio, non
extenditur ad Ius futurum, multò minus tacita, & di-
xit etiam idem *Gratian. c. 302. nu 12.* & firmauit *Scacc.
de comm. & camb. §. 1. quæſt. 1. n. 378. Rot. cor. Royas dec.
64. Eminentiſs. Otthob. dec. 131.* Si verò, ex alijs præſum-
ptionibus, quam ex fructuũ perceptione deſumi poſ-
ſent coniecturæ ad inducendam ratificationem, & va- 96
liditatem, etiam in futurum, eæ eſſent admittendæ, vt
poſt *dec. 192. par. 3. rec. Dunozett. dec. 742. n. 9.* quos al-
legat, fundat *Io: Bapt. de Luc. loc. cit. d. diſc. 3. nu. 5. & per
tot.* vbi ponderantur, quæ ſint coniecturæ idem ſua-
dentes.

Quintò, quæritur, ad vitam cuius fiant Societates
Officiorum? & reſponde, cum doctiſſimo *de Luc. in
theatr. verit. & iuſt. d. lib. 5. par. 4. diſc. 12. num. 17.* quod
in hac

in hac materia, circa qualitatem personæ, sub cuius
vitæ periculo contractus currit, nihil determinatum
habemus, & propterea quandoque designatur perso-
97 na ipsius socij dantis pecuniam, quem dicimus credi
torem, quandoque ipsius Officialis pecuniam reci-
pientis, & quandoque tertij omninò extranei absque
distinctione sexus, an sit masculus, vel fæmina, ac ab-
sque distinctione status, an sit sæcularis, vel Ecclesia
sticus etiam regularis.

Imò plerumque solet reseruari ad fauorem dantis
pecuniam facultas variandi personam, & aliquando
etiam ab initio nulla designatur, sed præscribitur ali-
quis terminus ad illam designandam, qui solet esse 15.
98 dierum, vt admittit *Grat. disc. for. c. 944 in princ.* & con-
siderat *de Luc. loc. cit. disc. 12. num.* 8. qui subiungit vl-
terius, quod, ob fraudes, quæ desuper committi so-
lent, prouisum est, vtroque casu, siquidem, per dictam
constitutionem *Pauli V.* super reformatione Tribu-
nalium præscripta est formula talis mutationis, vt, sci-
licet, illa adnotari debeat, non solùm in manuali No-
tarij, sed etiam in margine Instrumenti ipsius societa-
tis, ac etiam notificari alteri socio, quod etiam, in no-
ua nominatione statutum est, atque interim, quo fit
nominatio noua, receptum est societatem currere su-
per periculo vitæ ipsius socij dantis pecuniam, ea-
demque diligentia ad euitandas frandes vtriusque re-
gistrationis, vt supra statutum est in disdicta societa-
tis, ita, vt alias actus remaneat infectus, & ita etiam
99 animaduertit *de Lug. d. disp. 30. sect. 5. nu. 73. in fin.*

Dixi, quod frequenter in societate Officij addi solet
conditio, vt possit socius intra 15. dies nominare
alium, cuius vitæ periculo stat pecunia data apud Of-
ficialem: quæ etiam conditio subintelligitur, licet,
100 omissa fuisset à Notario, vt notat *Azor. & Filiucc. al-
leg. ab Eminentiss. de Lugo vbi supra disput. 30. sect. 5. nu.
73. Bonacc. de Contract. d. disp. 3. quæst. 6. punct. 6 propos.
3. vers. hoc tamen intelligitur Scacc. de comm. & camb.
d. §. 1. quæst. 1. num. 396.* Nunc autem quæri potest, si
socius ante elapsos 15. dies moriatur antequam alium
nominet, in cuius vitæ periculo pecunia stet, an Offi-
101 cialis lucretur pecuniam? distinguit de *Lugo vbi supra
num.* 73. quod aliquando periculum constituitur ex
pressè in vita ipsius, qui pecuniam dat, nihil dicendo,
de persona nominanda, & tunc non est dubium, quod
Officialis lucretur, moriente socio antè aliam nomi-
nationem; Aliquandò è contrà pecunia datur ad so-
cietatem, ponendo periculum in vita personæ nomi-
nandæ infra 15. dies, & nihil dicendo, de vita propria
& tunc moriente persona nominata lucratur Officia-
lis; moriente autem dante pecuniam, dissoluitur, qui-
dem, societas, sed non lucratur Officialis, imò debet
reddere Capitale; si, verò, moriatur socius, qui dedit
pecuniam ante nominationem alterius personæ, Offi-
cialis non lucratur, sed societas habetur pro non fa-
cta, quia non fuit impleta conditio nominandi perso-
nam, & non fuerat positum periculum in vita ipsius
socij: verùm, tamen est, quod solet apponi clausula,
quod, moriente persona, vel personis infra 15. dies no-
minandis, & interim, si non nominauerit super ipsius
socij periculo &c. ipse Officialis super lucretur &c. &
tunc, si socius moriatur intra 15. dies, non nominata
alia persona certum est, quod Officialis lucratur
102 *Scacc. de comm. & camb. d. §. 1. quæst. 1. nu. 303. vers. pri-
mus casus*; si, verò, moriatur elapsis 15. diebus, & nulla
facta nominatione, fuit aliquando dubitatum, an illa
103 verba, *interim si non nominauerit*, videantur referri ad
solos 15. dies, ita vt post illos intelligatur positum in
periculo propriæ vitæ Capitale, affirmat, *de Lugo loc.
cit. nu. 73. in medio*, & dixit *Castrac. de societ. c. 8. num. 13.
14.* quem allegat *Scacc. de comm. & camb. vbi supra nu.
303. vers. secundus casus.*

Contrarium, nihilominus, voluit *Rot. in vna Rom.
societatis 9. Aprilis 1612. cor. Caual.* quam refert, &
sequitur *Scacc. loc. cit. vers. contrarium nempè de Lugo* 104
d. disp. 30. sect. 5. num. 73. post med. vbi, quod illud in-
terim non coarctatur ad 15. dies, sed ex mente con-
trahentium extenditur ad totum tempus subsequens,
quamdiu non nominauerit, ex rationibus, per eum
allatis.

An, verò, si socius dans pecuniam intra 15. dies
ægrotaret periculosè posset ne, in eo statu nomina-
re personam? videbatur negatiuè respondendum,
quia videtur id fieri in fraudem, vt transferat peri-
culum, ac propria vita periclitante; at in con-
trarium tenuit *Rot. allat. per Eminentiss de Lugo vbi* 105
supra numer. 75. tradens rationem, quia socius vsus
fuit Iure suo, & facultate sibi reseruata nominandi,
quando vellet intra illos 15. dies. Limitat, verò, si
facultas non esset restricta ad illos 15. dies, sed esset 106
libera nominandi, omni tempore, nam hæc esset ni-
mia licentia, & ferè tolleret de medio totum pericu-
lum Capitalis *cum, (vt ait de Lugo) semper aduenien-* 107
*te periculo mortis posset fieri translatio periculi, quo pe-
riculo ablato contractus hic non maneret æqualis, &
iustus.*

Talis autem nominatio siue facta intra 15. dies, si-
ue post, est semper intimanda, ad hoc, vt afficiat, vt,
alijs omissis, tradit *Grat. disc. for. cap. 944. num. 56. &* 108
seqq. illi verò, 15. dies non sunt computandi ab hora
facti Contractus, sed sunt connumerandi non compu-
tato eodem die Contractus, quia dictio *infra 15. dies* 109
proximos excludit, diem Contractus, qui non est pro-
ximus, sed est ipsamet dies, vt benè firmauit *de Lug. d.
disp. 30. sect. 5.*

Tum, etiam, quia terminus est præfixus ad fauo-
rem dantis pecuniam, & regula est, vt dies termini
computetur, vel non computetur in termino, prout 110
magis expedit ei, ad cuius fauorem statuitur, &
est, de regula, quod dies assignationis alicuius ter-
mini, in ipso termino non computetur, vt latissimè,
articulo discusso, probat *Ios. Vela dissert. Iur. dissert.
18. num.* 8.

Tandem fuit aliquando dubitatum, an facta no-
minatione ab eo, qui nominare tenebatur de aliqua
persona absente, nominatio suum operetur effectum, 111
si persona nominata, de tempore nominationis mor-
taliter ægrotaret, & post paucos dies obiret? quæstio-
nem disputat doctissimus *de Luc. d. lib. 5. par. 4. de so-
ciet. Offic. disc. 1.* & concludit negatiuè, quod nomina-
tio sit, ac si non esset facta, & per consequens Officia-
lis capitale non lucretur, fundans opinionem in eo,
quod actus esset gestus, cum falso præsupposito, scili-
cet, quod persona nominata plus viuere deberet; si,
enim cogitasset illum tunc in periculosa infirmitate, 112
ac morti proximam reperiri, vtique eam non nomi-
nasset, vndè concludit, quod Contractus, vel actus ge-
stus cum falso supposito, cuius ratione, ex deficiente
consensu corruit, ac habetur pro infecto, cum num-
quam animus, seu voluntas trahatur ad ignorata,
quæ cognita verisimiliter gesta non essent *l. cum pu-
tarem, ff. fam. ercisc. Duran. dec. 273. nu. 4.* & alij passim,
& sicuti, si fuisset nominata persona iam mortua, no-
minatio haberetur pro non facta, ità dicendum est,
dum nominauit constitutum in articulo mortis, qui,
mortuo assimilatur, vt est *tex. l. quæsitum, ff. de In-* 113
*dic. & in l. cum in statu, §. si ambo, ff. de donat. inter
vir. & vxor.* quod vlterius probat, ratiocinando
à simili, præcipuè, quod habens facultatem eli-
gendi, & nominandi, vel similem expirantem in
primo actu, si eligit, vel nominat mortuum,
vel moribundum, aut alias ex errore gerit
actum, qui inutilis est, ac effectum non

fortitur, tali facultate non priuatur, sed actus præcedens habetur pro non facto, vt est *tex. in l. bones*
114 *§. hoc sermone ff. de verb. sign.* Quod, si quis mandet debitori suo, vt pecuniam soluat Caio absenti, qui reputatur integræ fidei, si statum mutauerit, & id deuenerit ad notitiam Caij, Caius ei malè soluet, non alia ratione, nisi, quia deficit voluntas in mandante; nam si sciuisset mutationem status, ita non
115 mandaret, & comprobat auctoritate *Stracc.de adiect. artic. 3. num. 110. Cap. Latr. decis. 8. num. 3.* Similiter mercator, cui dirigimtur litteræ cambij, illas acceptet cum præsupposito, quod scribens esset in valido statu, acceptatio non afficit, si de tempore acceptationis scribens mutauerat statum, vt latè fuit
116 dictum in *decis 345. par. 5. rec. dec. 940. Dunozetti eadem Rot. in Romana, seu Neapolitana literarum Cambij 13. Aprilis 1668. coram Reuerendiss. Decano*, & sic etiam dicimus de sponsione super casu, qui tunc iam euenerat, vt in assecuratione Nauis iam naufragatæ, quæ non obstat assecuranti, nec in aliquo
117 tenetur, vt post *Rot. dec. 126. num. 5. cor. Greg* quam affert *de Luc. d. discur. 1. num. 8.* firmat *Valasc. consf. 64. num. 6. Gamm. dec. Lusit. 181. Royas dec. 95. cum simil.*

Sexto quæritur vsque ad quod tempus fiant tales societates, & secundum formulam communiter practicatam, regulariter fiunt ad sex menses, possunt tamen ad libitum contrahentium fieri ad tempus lon-
118 gius, vt videre est apud *Grat. discept. for. 679. n 41, & seqq. Rot. dec. 388. num. 5. post Cenc. de cens.* vbi supponitur quamdam societatem Officij fuisse initam ad 16. menses, & regulariter solent contrahi ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, vt multis adductis ostendit *Conciol. alleg. 33. num. 32.* vbi quod beneplacitum, seu voluntas semper durare præsumitur, nisi expressè reuocatum fuerit.

Septimo videndum vsque ad quod lucrum, vel interesse pro singulo centenario, & anno fieri possint, & iuxta solitum, vt vidimus supra, fieri possunt ad 12. pro centenario; hæc autem taxa videtur nimis exces-
119 siua *Giball. de vsur. lib. 5. c. 2. art. 6. num. 45.* eo quia nullum planè sit Officium, quod reddat 12. pro 100. at ne quidem 6. saltem ordinariè, & propterea nisi minuatur talis taxatio dubitat de validitate, & similiter
120 in hoc non quiescit *Eminentiss. de Lugo. d. disput. 30. sect. 5. n. 62. Bonacr.* tamen *de contract. d. disp. 3. quæst. 6. punct. 6. prop. 3. vers. quinta conditio*, non dubitat, quin sit validus contractus cum tali lucro ob periculum amittendi sortem, ego tamen adhæreo opinioni *Giball. & de Lug.* quod hodie ob affluentiam pecuniæ, & diminutionem lucri Officiorum, talis taxa sit immo-
121 derata, vt etiam optimè monet *Io: Bapt. de Luc. vbi supra disc. 12. num. 22.* vbi dicit, hunc Contractum esse reformatione dignum circa dictam taxam fructuum, & emolumentorum ad rationem 12. pro centenario ex rationibus ab eo ponderatis.

Sicuti pariter non quiescunt *Giball. & Eminentiss.*
122 *de Lugo hic d. sect. 5. num. 82.* ille *d. art. 6. num. 46.* in anticipata solutione fructuum de tempore contractus, non solum quia fructus societatis non debentur, donec fructificauerint res in societatem collatæ, sed etiam quia socius accipiens fructus illos anticipatos non confert re vera summam, quam conferre dicitur, & cuius anticipatos fructus capit, si enim der centum, & statim recipiat duodecim, re vera non dat nisi 88. & propterea non poterit postea recipere fructus ex centum, sed ex 88. quos solum dedit, alioquin si societas fieret ad 8. annos cum pacto statim accipiendi fructus, posset tunc accipere 96. pro fructibus, & deinde elapsis 8. annis repetere sua centum, & tamen Officialis non accepisset nisi quatuor, quæ rationes licet apud me sint multum vrgentes, nihilominus contrarium de Iure seruatur in Curia etiam cum approbatione Rotæ Romanæ, vt latè firmat *Grat disc. for. c. 679. num. 6.* vbi studet respondere obiectis supra in contrarium ponderatis, & ostendit *Rot. in decis. 188. num. 9. post Cenc. de cens.* vbi aliæ decisiones concordantes alle- 123
gantur.

Octauo, aliquando dubitatur de renouatione societatis, & præcipuè an eam possit facere Procurator sine mandato, & negatiua est tenenda opinio, 124
nam de natura talis Contractus exquiritur partis vtriusque consensus, qui non desumitur ex actu gesto per Procuratorem sine mandato *Rot. in Rom. Socie-* 125
tatis Officij 11. May 1663. cor. bo: me: Perospio decis. 189. num. 1. post tract. supponit tamen eadem Rota, quod mandatum Procuræ coniecturis probari possit, traditque multas præsumptiones, & argumenta, ex quibus resultat tacitum mandatum Procuræ, vt ibi per *tot. decis.*

Vbi vero fit renouatio per vnum ex socijs absente altero socio, requiritur expressa, & specifica ratificatio, nec sufficit præsumpta ex perceptione fructuum, vt per *Zacch. Bonacc.* & alios relatos per *D. Io: Bapt. de* 126
Luc. vbi supra discur. 9. num 3. Rot. dec. 660. num. 3. par. 1. diuers.

An autem fideiussor debitoris in societate Officij in præiudicium principalis absentia possit renouare societatem, seu aliam ex integro contrahere, vt priorem dissolueret, plenè disputat *Io: Bapt. de Luc. vbi su-* 127
pra disc. 5. per tot.

Dubitatum aliquando etiam fuit, an societas renouata diceretur per citationem ad dandum fideiussorem, & cum talis materia fuerit discussa *in Rota cor.* 128
Penn. dec. 990. fuit negatiuè resolutum ex causis, & rationibus ibi ponderatis.

Nono tandem restat videre, quomodo dissoluatur societas Officiorum, & tribus præcipuè modis dissoluitur, per disdictam nempè, per venditionem, vel alienationem, aut per renunciationem Officij, & mortem vel socij, vel illius, in quem translatum est periculum vitæ, vel per ipsius Officialis mortem naturalem, & ciuilem, vt firmant præ cæteris *Giball. de vsur. d. c. 2.* 130
art. 5. num 48. Eminentiss. de Lug de Iust. & Iur. d. disput. 30. sect. 5. num 85. & seqq. Bonacc. de contract. d. disp. 3. quæst. 6. punct 6. propos. 4.

Per disdictam inquam societas soluitur, quia cum voluntate Partium contrahatur, pari modo voluntate dissoluitur, & talis disdicta fieri debet 15. diebus præcedentibus terminum sex mensium, & non perceptis adhuc fructibus illius semestris, pro quo fit disdicta, vt monet *de Lugo loc. cit. Cenc. de cens. quæst. 111. num. 44. 45.* vbi, quod in dissolutione societatis est necessaria expressa renunciatio, alias durabit, durante vita sociorum, vt aduertit cum *Castrac. d. tract. c. 55. nu. 9. & seqq.* & plura etiam *Bonacc. vbi supra* 131
propos. 4. in princ.

An vero per restitutionem partis dicatur in totum recessum à societate, adeo vt non duret in portione, quæ remanet in manibus Officialis respondeo, quod licet in abstracto materia considerata sit disputabilis talis articulus, an per receptionè partis dicatur in totum recessum à societate, vt videre est apud *Rot. dec.* 132
424. à nu. 1. vsque ad nu. 15. post Cenc. de cens. tamen si ex coniecturis apparet de voluntate sociorum, scilicet voluisse continuare societatem in portione non restituta, societas dicitur adhuc durare, vt in similibus terminis ostendit *Cenc. de cens. quæst. 107. n 6.* & multis cumulatis firmauit *Rot. d. dec. 424. post Cenc. num. 15.* & 133
est eadem impressa apud *Merl. dec. 69.* & nulla melior desumi potest coniectura, quam ea, quæ resultat ex perceptione fructuum societatis pro parte pretij non

resti-

restituti, tunc enim solutio, & receptio satis mani-
festè demonstrat, contrahentes voluisse Censum in re
134 siduo sortis non restitutæ perdurare, vt per *Rot. decis.*
*247.nu.4.post Cenc.de censidem Cenc.quæst.*107.*nu.*6.7.
nam,vt ipse ait, sequens fructuum solutio manifestat,
& detegit præcedentem voluntatē fuisse conformem
actui subsequuto *Roman.cons.*291.*n.*2 4 *Socc. sen.cons.*
87.*nu.*14.*lib.*1. relati per *Cenc. vbi supra nu.*7.

Quantum vero attinet ad venditionem, renunciationem, vel alienationem Officij, eam esse aptam ad
societatem dissoluendam, nemo est qui dubitet, nam
vt ait *de Lugo loc.cit.nu.*88. cum successor, aut emptor
non teneatur ex societate, quam non fecit, nec prior
Officialis habeat iam Officium, in quo societatem
continuare possit, vt extinguatur, necesse est societas
prius contracta, & latius, quod illico, & eodem momento extinguatur societas, quo venditur, & resigna-
135 tur Officium probat *ex l. veneno, §. vlt. ff. pro Socio,*
*§.soluitur, Inst.eodem Gabr.cons.*65.*nu.*15. 16.*lib.*2. *Se-*
*raph.dec.*389.*nu.*3.*Millin.dec.*233.*num.*1. & alijs relatis per *Rot.in Rom.Concursus creditorum* 10.*Iunij* 1661.
cor.Eminentiss.Cerro, § idque etiam.

Et inita societate super pluribus Officijs per venditionem, seu alienationem vnius, tota corruit societas, quando agitur de vnica summa eodem tempore
136 tradita super vna, & eadem societate, quia tunc illa
plura Officia computantur per modum vnius, & coniunguntur ad componendum vnicum fundamentum
adæquans totam summam, secus verò quando societas contracta super pluribus Officijs se habet per
modum multiplicis societatis, nam eo casu dissoluta
vna, remanet societas super alia, vt optimè distinguit
multis cumulatis *Pasqualig. quæst. mor. ciuil. quæst.*50.
per tot.

Morte tandem dissoluitur societas, & primo morte
socij, vel Officialis, dummodo non contingat obitus
morte violenta; talis mors regulariter est exceptuata
expresse in Contractu societatis, cum hac tamen dif-
137 ferentia, quod si mors socij sit violenta, vel excepta in
Pacto Officialis debet reddere sortem, si verò non sit
excepta, debet solum soluere fructus decursos, & noo-
138 dum solutos, vt obseruat *de Lug.d.disp.*30.*sect.*5. *num.*
85.*Giball.d.c.*2.*art.*6.*num.*47.*Bonacc.d.prop.*4. *num.* 12.
si verò periculum vitæ sit translatum in caput alterius personæ nominatæ à socio dissoluitur societas
morte socij, quia translatio sola periculi, non facit,
quod societas non perseueret cum ipso socio, vt per
*Io:Bapt.de Luc.vbi supra de societ.Off. discur.*6.*nu.*2. vbi
ampliat id etiam procedere, etiamsi socius declarasset
societatis commodum spectare ad alium; Siquidem
numquam dicitur immutata, seu translata societatis
substantia, quæ rectè potest esse penes vnum, eius verò commodum, & vtilitas penes alterum, & latè
139 etiam ostendit *de Lug.d.disput.*30.*sect* 5. *num.*85. *circa*
fin. imò non solum morte natuali, sed etiam morte
140 ciuili dissoluitur, vt per bonorum deportationem *Rot.*
in Rom.pecuniaria 11.*Decembris* 1613.*&* 17.*Februarij*
1614.*cor. Manzanedo,* quam refert, & sequitur *de Lug.*
*loc.cit.num.*87.*Spad.cons.*40.*per tot. lib.* 1. vbi quod eo
casu Fiscus succedit in pecunia data Officiali, sicuti
contra *Azor.resolut.de Lug.loc.cit.nu.*87. vbi ait, quod
licet societas non transeat in Fiscum, sed dissoluatur,
debita tamen, & onera contracta transeunt cum ipsis
141 bonis confiscatis. Non tamen dissoluitur per emissionem professionis in aliqua religione illius personæ,
ad cuius vitam fuit contracta ex rationibus adductis
*per add.ad Buratt.dec.*461.*num.*18.

An verò mortuus violenter, non ab alio, sed casu,
vt quando submergitur in flumine dicatur mortuus
morte violenta, & per consequens impediat Officiali occasionem luctandi, sicuti qui in bello occiditur, vel Capitali Iudicis sententia moritur, & in
hac quæstione variarunt interpetres, vt videre est pe-
nes *Eminentiss. de Lug.d.disp.*30.*sect.*5. *num.*76. *Giball.* 142
*de vsur.cap.*2.*art.*6.*num.*44. *vers ille porrò, Spad. cons.*
40. *num.*15. *lib.*1. *Io. Bapt. de Luc. vbi supra de Societ.*
*Offic.discur.*12.*nu.*25. monet tamen *de Lug. vbi sup.*
*nu.*76. *vers ego inuenio*, quæstionem esse decidendam
iuxta formulas magis, & minùs prægnantes in Instrumento societatis appositas, Rota tamen apud *Zacch.*
*hoc tract.dec.*54.*& Castrac.pariter de Societ.c.*29. quos
allegat, & sequitur *de Luc. d. discur.* 12. *nu.*25. firmat, 143
quod mortuus manu Carnificis non sit in casu exceptuato, nam dicitur voluntariè mori, ac occidi à se
ipso per quamdam speciem quasi contractus, quem
delinquens in actu delinquendi facere dicitur, cum
iustitia seù lege ita eius pænis se subijciendo, ac etiam
quia mortis violentæ exceptuatio, vt benè ait idem
*de Luc.nu.*25.*in fine*, introducta est ad tollendum omne votum captandæ mortis, atque vt ita tollatur oc-
casio, ne debitor ex cupiditate lucri insidietur vitæ 144
creditoris, vel Socij, quæ ratio in hac specie mortis
cessat.

Et pariter dissoluitur etiam morte illius in quem
translatum est periculum vitæ, vt est notum, & tenent
omnes supra citati; si verò illa persona nominata mo-
riatur intra tres menses, v. g. pro quibus habuit fru- 145
ctus anticipatos, an Socius restituere teneatur pro
rata fructus corrispondentes mensibus sequentibus,
& vsus approbauit negatiuam sententiam, vt tenet
Filiucc. quem allegat *Eminentiss. de Lugo vbi supra* 146
*num.*86.

An verò per mortem vnius ex Socijs, societas dicatur extincta, quoad omnes quæstionem examinat
Io:Bapt.de Luc.vbi sup.de Societ.Offic.discur 61.*per tot.* 147
præcipuè *num* 6.*& seqq.* vbi plures distinctiones eruditissimè adducit.

Vlteriùs, an dicatur dissoluta societas si ipsemet
Socius acquirat emolumenta Officij, vel è contra Officialis fructus pecuniç datæ ad societatem, & videtur
affirmatiuè respondendum ob incompatibilitatem,
quod eadem persona sit sui ipsius creditor, & debitor
sed de materia vide *Io. Bapt.de Luc.* benè distinguen- 148
tem *vbi supra de Societ.Offic.disc.*6.*nu.*4.*& seqq. & di-*
*scur.*8.*nu* 4.*vsque ad fin.*

Tandem an exceptio nullitatis Societatis Officij,
& quod sint restituendi fructus indebitè exacti, vel in
sortem imputandi impediant executionem Instrumenti, quo quis vtitur ad petendum Capitale, dispu-
tat *idem de Luc.vbi sup.discur.*11.*per tot.* & distinctio- 149
nē ipsam resoluit, quod vel agitur de Processu executiuo, pro ipsis fructibus super quibus cadit quæstio,
an sint debiti, & liciti, nec ne, & tunc quia turbiditas
esse dicitur in ipso credito, quod petitur, quoties dubietas aliquam habet probabilitatem, processus executiuus impeditur, vel agitur, de petenda sorte principali, cuius debitum per publicum Instrumentum est
liquidum, debitor verò opponit de illius extinctione
cum fructibus in eius causam illegitimè solutis, &
tunc si indebitum est certum, & clarum, ita vt 150
qualitas vsuraria sit incontrouertibilis nullam admittens excusationem, & exceptio obstat agenti, etiam in executiuo iudicio; si verò est turbida, & requirit altiorem indaginem, exceptio non retardat executionem in executiuo.

CAPVT XII.

Testamenta nulla, an possint, facto hæredis, conualidari. Distinguitur: An approbatio fiat per hæredem, viuo testatore, vel eo defuncto. Item: An sint nulla, ratione turpitudinis, vel ex defectu voluntatis, vel solemnitatis omissæ: Et, an approbatio sit implicita, vel explicita, nempè, per confessionem partis, vel per solutionem legatorum, & per pactum expressum de soluendo, Qua occasione, disputatur; An fieri possit contractus, in testamento; &, an sit reuocabilis, necne. Quando testamentum dicatur imperfectum, ratione voluntatis; præcipuè, quando agitur de testamento inter liberos, vel ad piam causam. Quæ sint testamentorum solemnitates substantiales, & quæ accidentales: Et præcipuè; An testium numerus sit de substantia, & forma testamenti intrinseca, vel potius de solemnitate probatoria, & extrinseca. Plura afferuntur, circa dispositionem *cap. cum esses de Testam.* De vltimis voluntatibus Militum. De dispositionibus inter liberos; & præcipuè, an, & quando valeant, quoad legata extraneis relicta. De testamento ad piam causam, & an valeat sine vllo teste. De testamento Cardinalis, cui data fuit à Pontifice facultas amplissima testandi. De testamento nuncupatiuo, quibus modis fiat, & an requirat testes de forma substantiali. Vlterius quæritur; An ex testamento imperfecto nascatur obligatio naturalis; An quis teneatur in conscientia seruare voluntatem testatoris in testamento minùs solemni declaratam. Et an detur retentio legatario possidenti rem sibi legatam, in testamento nullo. Plura etiam afferuntur circa facultatem testandi; An sit de iure naturali, vel positiuo; Nonnulla, pariter de testamento filijfamilias, cur non valeat; Et, an filia nupta testari possit, vel saltem donare causa mortis, sine patris consensu de bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus: Et, an idem testamentum filijfamilias valeat ad piam causam: Et plura etiam de testamento filijfamilias Clerici: Demum, an talia testamenta filiorum familias possint aliquo pacto conualidari.

SVMMARIVM.

1 *Valet hæredis promissio facta testatori de seruando eius voluntatem in testamento minùs solemni.*
2 *Et hoc casu, hæres cogitur, non vi testamenti, sed vi contractus ad soluenda legata.*
3 *Et talis voluntas potest probari duobus testibus.*
4 *In vltima voluntate fieri potest contractus.*
5 *Quod hæres non possit conualidare testamenta nulla.*
6 *Pactum de hæreditate, vel eius portione improbatur.*
7 *Alteri per alterum stipulatur inutiliter.*
8 *Nemo potest sibimetipsi stipulari.*
9 *Nemo potest esse agens, & patiens in eodem actu.*
10 *Pactum nudum, vel pollicitatio non parit actionem.*
11 *Hæredes mediante promissione testatori facta non conualidant testamentum nullum.*
12 *Limitatur in casu, quod notarius stipulatus sit pro omnibus interesse habentibus.*
13 *Iuramentum supplet præsentiam partis absentis.*
14 *Pacto hæreditas dari non potest.*
15 *Contractus in testamentis fieri non possunt.*
16 *Contractus fieri possunt in testamentis, quando non requirunt magnum temporis interuallum.*
17 *Valet contractus in testamento celebratus, quando fit incidenter, & quoquo modo pertinet ad testamentum, non secus.*
18 *Diuisio in testamento patris inter liberos fieri potest.*
19 *Diuisio vicem emptionis obtinet.*
20 *Contractus mixtus in testamento substinetur, licet testamentum sit nullum.*
21 *Contractus in testamento est irreuocabilis.*
22 *Dummodo fiat præsente parte & acceptante.*
23 *Quando verò fit in executionem vltimæ voluntatis reuocatur, & sequitur vltimæ voluntatis naturam.*
24 *In contractibus fieri possunt dispositiones reuocabiles ad instar vltimarum voluntatum.*
25 *Et tales dispositiones, neque per iuramentum neque per stipulationem notarij fiunt irreuocabiles.*
26 *Quando testamentum est nullum ratione turpitudinis, non potest facto hæredis conualidari.*
27 *Captatoria dispositio repugnat bonis moribus.*
28 *Testamentum quod est nullum ratione publicæ vtilitatis non potest per partium consensum confirmari.*
29 *Contrarium sensit Merend. controu. lib. 21 cap. 2.*
30 *Testamentum nullum ex defectu voluntatis non valet, neque inter liberos, neque ad Piam causam.*
31 *Testamentum dicitur imperfectum, ratione voluntatis, quando testator illud non habuit pro completo, & absoluto*
32 *Testamentum ad Piam causam, & inter liberos est semper seruandum quotiescumque apparet de voluntate disponentis*
33 *Et eo casu voluntas patris potest probari per coniecturas & indicia.*
34 *Voluntas desumitur per testamentum nullum*
35 *Ex actu nullo semper deducitur voluntas disponentis.*
36 *Voluntas disponentis non potest desumi ex dispositione non deducta ad actum.*
37 *Dispositio non dicitur facta quando aliquid deficit ad perfectionem.*
38 *Nihil actum esse dicitur, quando aliquid superest agendum.*
39 *Testamenti forma essentialis consistit in puncto indiuisibili, & in vltima litera conclusiua.*
40 *Id est perfectum, quod omnibus suis partibus constat.*
41 *Testamenta debent esse perfecta quantum ad voluntatem.*
42 *Testamentum est imperfectum, quando post institutionem erat facturus legata.*
43 *Testamentum ad piam causam, & inter liberos dicitur esse perfectum, licet non fuerit lectum, neque coram testibus publicatum.*
44 *Valet testamentum inter liberos, & ad piam causam, quando constat de voluntate testatoris, licet notarius non rogauerit testamentum, nec testes audiuerint dispositionem ob præmorientiam testatoris.*
45 *Defectus publicationis reddit nullum etiam testamentum ad piam causam.*
46 *Suspensio publicationis testamenti non suspendit voluntatem.*
47 *Imperfectio ex non publicatione testamenti respicit notarium non testatorem, & dicitur imperfectio solemnitatis non voluntatis.*
48 *Testatores in actu stipulandi sæpè mutant voluntatem, & reuocant prius disposita, & ordinata.*
49 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
50 *Quando constat de dispositione iam perfecta, licet deficiat rogitus Notarij, vel testium præsentia, tamen ad piam causam, & inter liberos, subsistit testamentum.*
51 *Secus vero, quando non constat disponentem perfectè declarasse suam voluntatem, vel distulit ad alium diem rogitum; quia tunc non valet, neque ad piam causam, vel inter liberos.*
52 *Non valet testamentum ad piam causam, vel inter liberos, quando testator incæpit scribere in schedula testamentum illudque non perfecit.*

53 *Vo-*

53 *Voluntas declarata per verba futuri temporis nunquam disponit.*

54 *Quando voluntas faciendi non est ad actum redacta, dispositio est nulla, tanquam ratione voluntatis imperfecta.*

55 *Quando constat testatorem non habuisse animum testandi, sed se praeparandi ad testandum, nunquam dispositio dicitur valida.*

56 *Institutio facta de Caio cum substitutione infrascriptorum, si nullus infrà exprimatur, dicitur pura institutio fauore haeredis.*

57 *Quando est incertum; An testator aliquid aliud addere voluerit testamento non publicato, est notandum; An testator instituerit haeredem necne, primò casu voluntas dicitur imperfecta, secundò non.*

58 *In dubio est praesumendum voluntatem fuisse perfectam.*

59 *Testamenta nulla defectu voluntatis per partis confessionem non possunt validari.*

60 *Testamentum nullum ex defectu numeri testium non validatur confessione partis.*

61 *Non sufficit veritas sine solemnitate.*

62 *Nullum testamentum per haeredis confessionem validatur.*

63 *Licet non solum pars fateatur testamentum, sed illud fuisse ritè, & legitime factum.*

64 *Rep. in l. nemo potest numer. 28. ff. de leg. 1. reprobatur.*

65 *Soluens legata debita ex testamento nullo, dicitur approbare testamentum, & non potest illud impugnare, si sciat defectum testamenti.*

66 *Et hoc casu neque ab eius haerede impugnari potest.*

67 *Data ignorantia testamenti nulli per solutionem legatorum, non dicitur approbatum.*

68 *Ignorans non dicitur approbare testamentum, etiam petendo aliquid ex eo.*

69 *Testamentum nunquam dicitur approbatum, quando non probatur scientia explicita consentientium in eo.*

70 *Recipiens legatum scienter ex testamento nullo illud amplius impugnare non potest.*

71 *Sed requiritur, vt approbans sciat expressè, & specificè talem nullitatem.*

72 *Approbatio facta per errorem non suffragatur.*

73 *In dubio approbatio facta praesumitur per errorem.*

74 *Approbatio per legatorum solutionem non praeiudicat nisi quoad legata soluta.*

75 *Haeres vnum ex legatis agnoscendo non dicitur approbasse cetera legata.*

76 *Qui approbauit legata non dicitur approbare substitutiones.*

77 *Quando plura legata vni personae sunt relicta per approbationem vnius, cetera approbata non dicuntur.*

78 *Nam eo casu, haeres non obligatur ex testamento, sed ex pacto.*

79 *Per pactum, quis potest se obligare ad soluendum legata relicta in testamento, de iure, nullo.*

80 *Haeres adeundo ex testamento nullo non videtur consentire se teneri nisi quatenus lex disponit.*

81 *Promissio facta legatario per haeredem licet vigore testamenti nulli valet, quia concernit interesse priuatum.*

82 *Dummodò approbatio, non sit in tertij praeiudicium.*

83 *Sed simplex approbatio non sufficit, sed pactum requiritur.*

84 *Dummodò sit talis dispositio, vt possit deduci in pactum.*

85 *Scriptura, quae continet pactum futurae successionis, non valet neque in vim pacti.*

86 *Approbatio testamenti nulli non nocet, nisi haeredes sciuerint, & per stipulationem approbauerint.*

87 *Et fieri debet talis approbatio praesentibus legatarijs, & acceptantibus.*

88 *In quolibet contractu consensu simultaneus debet interuenire.*

89 *Solemnitates, vel sunt accidentales, vel substantiales.*

90 *Forma dat esse rei, eamque in esse conseruat.*

91 *Forma non seruata, actus est nullus.*

92 *Nullus actus, contractus, vel testamentum possunt esse firma sine forma.*

93 *Ex forma res ipsa nomen assumit.*

94 *Forma substantialis testamenti est, quod adsint testes septem, quod sint liberi, & puberes, & quod fiat haeredis institutio.*

95 *Testamentum quod deficit in numero testium non potest partium confessione conualidari.*

96 *Omnis solemnitas, seu testamenti factio est iuris publici.*

97 *Ius publicum non potest tolli pacto priuatorum.*

98 *Ius introducens solemnitates in testamentis est inuentum ad fraudes tollendas.*

99 *Iura, quibus fraudibus obuiatur, sunt iuris publici.*

100 *Valet pactum in quo quis promittit soluere legata ex testamento nullo.*

101 *Testes in testamento sunt de forma non solum probatoria, sed substantiali.*

102 *Testamentum, quod deficit debito numero testium ipso iure deficit.*

103 *Testator non potest disponere, vt valeat suum testamentum cum minori numero testium.*

104 *Testamentum quod deficit in numero testium non valet, licet ex confessione partis de eo appareat.*

105 *Contrà quod testes in testamentis, sunt tantum de forma probatoria, & non substantiali.*

106 *Ex testamento minus solemni oritur naturalis obligatio.*

107 *Voluntas testatoris seruanda est, quando quis eam per confessionem, vel iuramentum agnouit, licet in numero legitimo testium deficiat.*

108 *Contraria opinio, quod testium numerus sit de forma substantiali est verior.*

109 *Textus in l. vltima C. de Fideic. explicatur.*

110 *Etiam Codicilli, & legata absque debito testium numero non subsistunt.*

111 *Legatum non dicitur probatum nisi quinque testibus.*

112 *Legata nunquam probantur nisi testibus singularibus.*

113 *Septem testes sunt de forma testamenti solemnis, non verò testamenti minus solemnis.*

114 *Est in arbitrio legislatoris dare formã testamentis.*

115 *Statutum, vel consuetudo validè disponunt vt valeat testamentum coram minori numero testium.*

116 *Quae sunt à iure Ciuili introducta possunt alio iure Ciuili tolli & immutari.*

117 *Contrà, quod statutum non possit disponere, vt valeat testamentum coram minori numero testium.*

118 *Princeps, statutum, vel consuetudo, validè disponunt, vt valeat testamentum coram duobus testibus.*

119 *Princeps non potest testari coram minori numero duorum testium.*

120 *Neque potest statuere, vt valeat testamentum subditorum coram minori numero duorum testium.*

121 *Testamenti forma ea est, quae à lege, vel statuto est praefinita.*

122 *Valet de iure Canonico testamentum coram Parocho & duobus testibus.*

123 *Dummodò non dubitetur de integritate, & fide Parochi.*

124 *Dispositio cap. cum esses est seruanda in terris Ecclesiae in omnibus Tribunalibus Ecclesiasticis.*

125 *Aliqui tenent, quod d. dispositio cap. cum esses non habeat locum nisi in testamentis ad piam causam.*

126 *Sed contrarium verius, quod valeant, siue in causam piam siue profanam.*

127 *Et valent etiam in terris Ecclesiae, licet alteri commi-*

ferit gubernium & temporalem Iurisdictionem.

128 *Contrarium tenet Marta.*

129 *Dispositio cap cum esses est seruanda etiam in terris Imperij.*

130 *Contra, quod non extendatur extrà dominium Papæ.*

131 *Et si extenditur, id procedit in Tribunalibus Ecclesiasticis in quibus Ius Canonicum seruatur.*

132 *Legista militat in Foro Iustiniani, Canonista in foro B.Petri.*

133 *Dispositio cap. cum esses non habet vim in Vrbe Roma.*

133 *Contra quod sit attendenda etiam Romæ.*

134 *Sed Rota tenet pro prima sententia.*

135 *Talis dispositio est restringenda ad proprium parochum, & non ad alium.*

136 *Et tantum extenditur ad Confessarium qui est loco Parochi.*

137 *Sed debet esse actualis confessarius de tempore dispositionis.*

138 *Duo testes habentur loco Parochi.*

139 *Procedit tantum talis dispositio cap cum esses in agrotis & personis morti proximis, non in sanis, & benè valentibus.*

140 *Sed contrarium, quod etiam in non infirmis locum habeat est verior opinio.*

141 *Valet testamentum militis ex nuda testantis voluntate.*

142 *Dummodò de voluntate appareat per scripturam.*

143 *Et quando non constat de scriptura, duo testes saltem requiruntur.*

144 *Numerus duorum testium est de forma substantiali testamenti Militis.*

145 *Forma testamenti inter liberos non consistit in numero testium.*

146 *Valet testamentum inter liberos, nullis testibus adhibitis, dummodò appareat de voluntate per schedulam manu testatoris.*

147 *Etiam si talis scriptura non sit probata per testes, qui viderint ipsam scribere, dummodò aliter constet de identitate per comparationem literarum.*

148 *Et sufficit etiam, quod scriptura sit subscripta ab ipso patre licet ab eo non scripta.*

149 *Quando verò talis scriptura caret subscriptione testatoris non habet vim testamenti.*

150 *Præcipue si non eius manu scripta, quia tunc alia subscriptione non indiget.*

151 *Contrarium aliqui tenent, quod non valeat testamentum inter liberos sine testibus.*

152 *Sed contraria opinio est verior.*

153 *Valet testamentum inter liberos sine testibus, quando filij sunt æqualiter instituti, non verò quando inæqualiter.*

154 *Contra, quod valeat, siue æqualiter, siue inæqualiter sint instituti*

155 *Valet testamentum inter liberos, fauore filiorum, non verò fauore extraneorum.*

156 *Non valet testamentum imperfectum inter liberos, quoad legata relicta extraneis.*

157 *Nisi vltra scripturam manu testatoris scriptam, vel subscriptam duo testes interuenerint.*

158 *Et id legis indulgentia fuit sancitum.*

159 *Et tunc duo testes, quoad extraneos dicuntur de forma substantiali.*

160 *Pia causa an dicatur, ad hunc effectum, persona extranea.*

161 *Valet testamentum inter liberos, etiam quoad legata fauore Piæ causæ, licet duo testes non interuenerint.*

162 *Contrà quod non valeat, neque fauore Piæ causæ dum caret duobus testibus.*

163 *Testamenta ad piam causam non valent, nisi duobus adhibitis testibus.*

164 *Filius naturalis, respectu Patris, dicitur persona extranea.*

165 *Nepos ex filio quando est suus hæres non dicitur extranea persona.*

166 *Quando non est suus hæres habetur, ac si esset extraneus.*

167 *Sed contraria opinio est magis communis.*

168 *Imò non dicitur extraneus ad hunc effectum filius, licet ab intestato non succedat.*

169 *Paris. cons. 140. num. 20. vol. 4. reprobatur.*

170 *Testamentum filij fauore patris, non habet priuilegium testamenti inter liberos.*

171 *Ad hoc, vt testamentum dicatur inter liberos, non sufficit, vt in aliquo liberi fiat honorati, sed requiritur, vt filius sit institutus.*

172 *Dispositio inter filios non dicitur, quando extraneus est institutus, & filius substitutus.*

173 *Valet testamentum inter liberos, duobus testibus adhibitis, vbi non constat de voluntate per scripturam manu testatoris.*

174 *Siue sit testamentum in scriptis, siue nuncupatiuum.*

175 *Etiamsi testes non sint rogati.*

176 *Testes in testamento inter liberos non sunt de forma substantiali, quando constat de voluntate per scripturam manu testatoris.*

177 *Testamentum ad piam causam valet duobus tantum testibus adhibitis.*

178 *Cap. relatum de Testam. valet etiam in terris Imperij.*

179 *Quoties apud iudicem sæcularem est controuersia de legatis Pijs est decidenda ex iure Canonico.*

180 *Valet testamentum ad piam causam sine vllo teste.*

181 *Quæ fauore liberorum sancita fuerunt excepta legitima ad piam causam trahenda sunt*

182 *In testamento ad piam causam seruatur ius gentium & non ius Ciuile.*

183 *Contrarium, quod non valeant testamenta ad piam causam sine testibus.*

184 *Et hæc opinio in puncto iuris est verior.*

185 *Contraria tamen est amplectenda ob auctoritatem Rotæ.*

186 *Forma substantialis testamenti ad piam causam non consistit in numero testium.*

187 *Valet sine testibus dispositio Cardinalis, cui data fuit à Pontifice amplissima testandi facultas.*

188 *Non verò quando facultas fuit simplex.*

189 *Quibus modis fieri potest testamentum nuncupatiuum.*

190 *Non potest fieri coram minori numero 7. testium, quando fit nulla adhibita scriptura.*

191 *Quo casu tota vis testamenti pendet à dicto testium.*

192 *Et si vnus ex dictis testibus decedat ante testatorem corruit testamentum.*

193 *Et etiamsi testes sint in eorũ depositionibus discordes.*

194 *Fit aliquando testamentum nuncupatiuum mediante publico instrumento & tunc de per se facit probationem, absque vllo testium examine.*

195 *Et eo casu morte testium non corruit dispositio.*

196 *Fit etiam testamentum nuncupatiuum per relationem ad schedulam penès testes existentem.*

197 *Et dicitur testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita.*

198 *Et sufficit pro validitate, vt verificetur schedula.*

199 *Testes sunt de forma substantiali testamenti nuncupatiui, quando de voluntate non constat, nisi per simplicem scripturam, vel nominationem hæredis coram testibus.*

200 *Quando constat per publicum instrumentum testes sunt necessarij in actu testandi, non verò in publicatione.*

201 *Quando fit per relationem ad schedulam, testes sunt de for-*

de forma pro verificanda identitate schedula, non verò sunt de substantia ad probationem contentorum in eadem schedula.

202 *Per partis confessionem non validatur testamentum, in quo requiritur pro forma testium numerus.*

203 *Validatur tamen testamentum in quo testium numerus non requiritur.*

204 *Testamentum inter liberos validatur haredis confessione.*

205 *Et pariter validatur testamentum ad piam causam.*

206 *Codicilli & legata extra testamentum relicta requirunt numerum 7. testium.*

207 *Et huius numeri testium defectus non potest per haredis confessionem validari.*

208 *Fideicommissa nullam requirunt legis solemnitatem,*

209 *Et propterea confessione haredis validantur.*

210 *Conscientia non ligat, quos natura non obligat.*

211 *Est bona consequentia: quis iure natura tenetur, ergo in conscientia obligatur.*

212 *Si hares naturaliter non obligaretur ex minùs solemni testamento posset solutum repetere.*

213 *Solutum ex testamento minus solemni non potest repeti.*

214 *In ore duorum vel trium stat omne verbum.*

215 *Valet argumentum a contractu ad vltimam voluntatem.*

216 *Ex pacto nudo oritur obligatio naturalis.*

217 *Obligatio naturalis proueniens à iure gentium.*

218 *De iure gentium nulla requiritur solemnitas in testamentis.*

219 *Obligatio Pietatis est obligatio naturalis.*

220 *Plinius fatetur se esse naturaliter obligatum ad adimplendam testatoris voluntatem minùs perfectam.*

221 *Doctores tenentes ex testamento minus solemni nasci naturalem obligationem.*

222 *Hares tenetur in conscientia ad soluenda legata relicta in testamento minus solemni.*

223 *Ad hoc vt quis teneatur in conscientia seruare voluntatem testatoris, sufficit, vt ei aliundè constet, quam ex testibus.*

224 *Debet tamen constare, vel confessione partis, vel duobus saltem testibus.*

225 *Hares non tenetur credere in conscientia asserenti, quod decedens disposuerit de aliqua parte hereditatis ad fauorem tertij.*

226 *Voluntas testatoris imperfecta est efficax ope exceptionis, licet ipso iure non teneat.*

227 *Possidens rem vigore testamenti nulli potest agentem repellere vigore retentionis.*

228 *Obligatio naturalis oritur ex testamento nullo, quoad legata, non verò, quoad hereditates.*

229 *Legata ab intestato dantur, hareditates non possunt dari nisi ex testamento.*

230 *Hares in foro conscientia tenetur soluere legata ex testamento minus solemni, non verò hereditatem restituere.*

231 *Aliqui hanc distinctionem impugnant, quod neque legata, neque hareditates pariant naturalem obligationem.*

232 *Sed contrà est opinio magis communis.*

233 *Ex testamento minus solemni non oritur obligatio naturalis.*

234 *Testamentum, inuentione, effectu, & approbatione est iuris positiui.*

235 *Testator disponit de bonis, eo tempore, quo non est Dominus.*

236 *Vt quis potuerit testari aut legare, lege opus fuit.*

237 *Morte dominium & cetera omnia amittuntur.*

238 *Qualibet dispositio eo tempore facta censetur in quo effectus ipsius confertur.*

239 *Ius testandi Ciues non habent iure dominij, sed ex benignitate legislatoris.*

240 *Origo testamentorum dependet à iure gentium, & sic à iure natura.*

241 *Ius gentium secundarium valdè distat à iure natura.*

242 *Solemnitates iuris Ciuilis in testamentis sunt inuenta ad euitandas fraudes.*

243 *Nullo pacto testator potest omittere formam legis.*

244 *Obligatio naturalis nonnisi ex consensu oriri potest.*

245 *Ex testamento de iure inualido non oritur consensus.*

246 *Dum hares adit hereditatem videtur quasi contrahere & ex illo quasi contractu obligatur.*

247 *Nemo prasumitur iactare suum.*

248 *Relicta in minus solemni testamento non possunt repeti quando scienter soluta fuerunt.*

249 *Quando actus deficit in sua forma essentiali nulla oritur ex eo obligatio, neque ciuilis, neque naturalis.*

250 *Testamentum deficit in sua forma essentiali, quando caret testibus.*

251 *Quando lex positiua irritat actum & pro non facto ipsum declarat, ex eo non oritur naturalis obligatio.*

252 *Et procedit conclusio tam in hereditate quam in legatis, quia nunquam ex testamento minus solemni oritur naturalis obligatio.*

253 *Quis non obligatur in conscientia ad soluendum relicta in minus solemni testamento.*

254 *Quod procedit tam in legatis quam in hereditate.*

255 *Legatario non datur retentio quando possidet vigore relictis in testamento minus solemni.*

256 *Et contraria sententia procedit, quando legatarius non molestatur ab herede.*

257 *Opinio auctoris, quod ex testamento minus solemni non oriatur naturalis obligatio, quoad hereditates.*

258 *Quod est intelligendum de obligatione naturali qua oritur ex legis vinculo, non de ea, qua oritur ex honestate.*

259 *Naturalis obligatio, qua oritur ex honestate, nascitur ex testamento minus solemni.*

260 *Obligatio ex honestate profecta hunc solum parit effectum, vt repetitionem soluti impediat, non verò exceptionem vel retentionem.*

261 *Ex fideicommisso relicto in testamento minus solemni oritur naturalis obligatio.*

262 *Licet antiquitus ex fideicommisso relicto in testamento minus solemni non oriretur naturalis obligatio.*

263 *Hares tenetur ad restituendum in conscientia fideicommissum, etiam si nihil se daturum promiserit testatori.*

264 *Etiam ei non oblato iuramento.*

265 *Ex legato relicto in testamento imperfecto oritur naturalis obligatio, quando fuit approbatum per haredem.*

266 *Non verò, quando per haredem approbatum non fuit.*

267 *Quando legata fuerunt per heredem soluta oritur ex ipsa solutione non solum ciuilis, sed etiam naturalis obligatio.*

268 *Filius exheredatus postquam agnouit fideicommissum, querela vti non potest.*

269 *Conditio ob scientiam impeditur, quando hares scit nullitatem testamenti, & nihilominus soluit legata.*

270 *Errans in iure non condicit.*

271 *Text in l. si inutiliter, C. de Fideicommiss. explicatur.*

272 *Tex. in l. Militis, §. Veteranus, ff. de Milit. test. explicatur.*

273 *Soluendo quis ex voluntate minus solemni videtur agnoscere relictum.*

274 *Testamentum nullum ex defectu solemnitatum substantialium non parit obligationem naturalem.*

275 *Solemnitates in testamentis inducta fuerunt ratione publica*

publicæ vtilitatis.
276 Et proptereà illorum defectus magis impedit ortum naturalis obligationis.
277 Theologi tenentes ex testamento minus solemni non oriri naturalem obligationem.
278 Canonistæ idem affirmantes.
279 Quando quis soluit legata in minus solemni testamento relicta potius obligatur ex consensu & pacto, quam ex naturali obligatione.
280 Regula; In ore duorum, vel trium stat omne verbum, quomodo sit intelligenda.
281 Plures sunt causæ, quæ plures, quam duos exigunt testes.
282 Ex contractu nullo non oritur obligatio naturalis.
283 Filiusfamilias actiuam testamenti factionem non habet.
284 Neque etiam accedente consensu patris.
285 Filiusfamilias ideò non potest condere testamentum, quia talis facultas, sibi non fuit à iure tradita.
286 Testamenti factio est de genere permissorum.
287 Dum quis testator disponit in tempore, quo res sua non est.
288 Ideò filijsfamilias non fuit data facultas testandi quia non possident bona.
289 Quicquid filius acquirit, statim patri acquirit.
290 Ius testandi ex l.12 tabul. datum fuit ad hoc vt quis posset de rebus suis disponere.
291 Hodie filiusfamilias aliquando habet bona aduentitia, in quibus sibi competit proprietas, & vsusfructus.
292 Verbum, suum, de quo in l.12. tabularum tribuente facultatem testandi refertur ad ius familiæ non ad bona.
293 Testamento non bona tantum, sed omnia iura familiæ relinquuntur.
294 Filius, viuente patre familiam non habet.
295 Ideò lex non dedit facultatem testandi filijsfamilias quia dare noluit.
296 Testamenti factio est publici iuris.
297 Voluntates testatorum ab alieno arbitrio pendere non debent.
298 Lex 12. tabularum etiam si voluisset dare non potuisset filijsfamilias potestatem testandi seruata formula testamentorum.
299 Testamentum quod olim fiebat calatis comitijs, vel per as & libram, non poterat per filiumfamilias fieri.
300 Testamenti factio est publici non priuati iuris.
301 Absurdum est, vt publica iuris auctoritas dependeat à voluntate patris.
302 Testamentum per as & libram quomodo fieret.
303 Qui in aliena potestate est nullum in sua habere potest.
304 Ideò filijsfamilias non fuit concessa testandi facultas, quia testamentorum iura non debent ab alieno arbitrio pendere.
305 Item & quia, qui in aliena potestate est familiam non habet.
306 Filia familias licet nupta non potest facere testamentum.
307 Filia nupta remanet sub potestate patris, & non viri.
308 Filia nupta validè testatur, quando à statuto liberata est à patria potestate.
309 Statutum tacitè, & expressè potest dare facultatem filijsfamilias conficiendi testamentum.
310 Filiusfamilias testari potest de peculio Castrensi, vel quasi.
311 Filiusfamilias in Castrensibus, vel quasi, est tanquam paterfamilias.
312 Statutum potest habilitare filiumfamilias ad testandum.
313 An statuta nostra Lucensia tribuant facultatem filiabus familias nuptis testandi de bonis dotalibus.
314 Verba statuti Lucani in cap.19. lib.2. referuntur.
315 Patri propriè onus incumbit dotandi filias.
316 Statutum nostrum in cap.19. lib.2. derogat dispositioni l. dos à patre. C. solut. Matrim.
317 Per statutum prædictum remanet immutata natura dotis profectitia, & habetur tanquam dos aduentitia.
318 Et dicitur ipsa dos propria filiæ tanquam sibi donata.
319 Quando Pater promittit restitutionem dotis filiæ, talis dos censetur à patre donata.
320 Et hoc casu, patri non competit super ea vsusfructus, sed in totum libera remanet penes filiam.
321 Et filia in tali dote est capax iudiciorum sine consensu patris.
322 Filiusfamilias potest testari de sibi relictis, in quibus patri non competit vsusfructus.
323 Verbum, disponere, importat licentiam, & auctoritatem disponendi etiam per vltimam voluntatem.
324 Verbum, disponere, propriè adaptatur vltimæ voluntati.
325 Filiusfamilias potest testari de bonis aduentitijs in quibus patri non quæritur vsusfructus.
326 Filius potest testari de dictis bonis, etiamsi quædam commoditas spectet ad patrem.
327 Item potest testari de bonis sibi relictis cum libera facultate disponendi.
328 Vigore statuti nostri mulier de dote potest disponere tã in iudicio, quam extra absque consensu patris.
329 Filiusfamilias testari non potest, quia non habet bona.
330 Testamentum sine bonis est frustatorium, quia sine spe aliquid consequendi nullus hæreditatem acceptaret.
331 Filiusfamilias testari potest de peculio Castrensi, quia bona possidet, scilicet d. peculium.
332 Potest testari de bonis feudalibus.
333 Nec non de bonis à Principe sibi donatis.
334 Nonnulli tenent, quod filiusfamilias non possit testari de bonis in quibus patri vsusfructus non quæritur.
335 Gloss. in auth. vt liceat matri, & auiæ verbo disponere interpretatur.
336 Explicantur tex. in l. nemo 11. C. qui testam. fac. poss. & l. fin. § filijs autem familias, C. de Bon. quæ liber.
337 Iudex debet accedere textui claro, & aperto etiamsi communis opinio esset in contrarium.
338 Sæpe Doctores imitantur aues sese inuicem sectantes.
339 Moueri non debemus ex numero Doctorum, sed ex ratione.
340 Verbum, Mulier, tam comprahendit filiamfamilias, quam à patria potestate solutam.
341 Illud verè dicitur peculium profectitium, quod à patre ad filium proficiscitur.
342 Peculium aduentitium est, quod aliunde quam ex re patris prouenit.
343 Filia nunquam potest testari de dote etiamsi patri non quæratur vsusfructus.
344 Dos remanet profectitia non obstante statuto ad effectum, vt mulier non possit de ea per vltimam voluntatem disponere.
345 Non potest filia familias de dote licet aduentitia testari, neque etiam cum patris consensu.
346 Inhabilitas testandi alia est respectu personæ testantis, alia respectu bonorum, in quibus effectum potest habere dispositio testatoris.
347 Statutum nostrum d. cap. 19. lib. 2. disponit de habilitate filiæ familias testandi respectu bonorum non verò respectu personæ testantis.
348 Nigrum non debet continere quid à rubrica diuersũ.
349 Verba clara Rubricæ ipsius Nigri, & Statuti dispositionem declarant.
350 Etiam si verba Nigri siue statuti sint generalia.

351 Ex-

351 *Explicantur verba d. statuti in cap. 19. lib. 2.*

352 *Dictio*, verò, *connectit sequentem dispositionem cum praecedenti.*

353 *Ex dispositione iuris communis non datur marito lucrum dotis.*

354 *Dictio*, si, *sua natura claram conditionem praefert.*

355 *Natura dictionis*, nisi, *est aduersari, & contradicere praecedentibus.*

356 *Statutum iuris communis correctorium strictè, & in proprijs terminis est intelligendum.*

357 *Statutum disponens, ut dos non reuertatur ad patrem soluto matrimonio efficit dotem de vera profectitia, profectitiam impropriè, vel potius aduentitiam.*

358 *Non tamen perdit omninò naturam dotis profectitia, sed in ijs dumtaxat casibus, in quibus aequitas patri potius resistit, quam assistat.*

359 *Et praecipuè qualitatem peculij, non perdit ad effectum testandi.*

360 *Facultas testandi non fuit filijsfamilias denegata, quia bona, non haberent, sed quia non habent familiam.*

361 *Et quia testamentum non debet ab alieno arbitrio pendere.*

362 *Filiusfamilias non potest testari de bonis in quibus patri non quaeritur vsusfructus.*

363 *Filiafamilias non potest testari de dote in qua habet, & proprietatem & vsumfructum.*

364 *Non sequitur, quod qui habet dominium possit liberè testari.*

365 *Filiusfamilias cum consensu patris potest donare causa mortis.*

366 *Donatio causa mortis assimilatur contractibus inter viuos.*

367 *Donatio filijfamilias cum consensu patris facta, videtur facta ab ipso patre.*

368 *Quare filiusfamilias testari non possit cum consensu patris, donare autem causa mortis possit.*

369 *Filiusfamilias potest donare causa mortis, cum consensu patris tam peculium profectitium, quam aduentitium.*

370 *Sine patris consensu donatio causa mortis nunquam valet.*

371 *Vel quando pater reuocat suum consensum.*

372 *Filiusfamilias potest donare causa mortis sine consensu patris bona in quibus patri non quaeritur vsusfructus.*

373 *Consensus patris in donationibus causa mortis requiritur non ad integrandam personam filij, sed ratione paterni praeiudicij.*

374 *Quando patri non quaeritur vsusfructus, cessat praeiudicium ipsius patris. & propterea eius consensus non est necessarius in donatione causa mortis.*

375 *Contrà, quod consensus patris requiratur ad integrandam personam filijfamilias.*

376 *Filiusfamilias non est integra persona ad donandum causa mortis sine patris consensu.*

377 *Donatio causa mortis participat de contractu, & de vltima voluntate, & propterea lex eligit mediam viam, vt eam possit filius facere, sed cum patris consensu.*

378 *Qui consensus requiritur pro auctoritate actus.*

379 *Non valet donatio causa mortis facta à filiofamilias ipsi patri, quia non potest integrare propriam personam.*

380 *Consensus patris in donatione causa mortis debet esse specialis, & expressus.*

381 *Vbi agitur de alicuius praeiudicio sola praesentia, aut scientia inducit consensum.*

382 *Consensus ad donandum non trahitur ad donationem causa mortis.*

383 *Doctores tenentes non valere donationem causa mortis sine patris consensu.*

384 *Si filius posset donare causa mortis vigore clausulae codicillaris bona in quibus patri non quaeritur vsusfructus sine patris consensu, elusoria redderetur prohibitio testandi.*

385 *Barth. in auth. vt liceat matri, & auiae communiter reprobatur.*

386 *Auth. vt liceat matri, & auiae explicatur.*

387 *Vis verbi*, disponere, *est tantum restringenda ad donationem inter viuos, non ad dispositionem causa mortis.*

388 *Verbum*, disponere, *in d. auth. vt liceat matri, & auiae debebat explicari*, administrare.

389 *Difficilis est quaestio; an filiusfamilias donare possit causa mortis sine patris consensu bona in quibus patri non quaeritur vsusfructus.*

390 *Doctores tenentes filiumfamilias ea bona donare posse sine patris consensu.*

391 *In donatione causa mortis consensus patris requiritur ob patris praeiudicium non ad integrandam filij personam.*

392 *Donatio inter viuos, & donatio causa mortis aequiparantur, vt sit filio interdicta sine patris consensu.*

393 *Licet filiofamilias bona sine patris consensu alienare, in quibus ipsi patri non quaeritur vsusfructus.*

394 *Valet iuxtà opinionem auctoris filiusfamilias sine patris consensu donare causa mortis bona in quibus patri non quaeritur vsusfructus.*

395 *Error communis non est emendandus.*

396 *Aliquando opinio praeualet veritati.*

397 *Et procedit conclusio quod filiusfamilias possit donare causa mortis sine patris consensu, quando donatio fit in contractu.*

398 *Clausula codicillaris operatur, vt testamentum valeat in vim donationis causa mortis.*

399 *Donatio causa mortis est potius negocium inter viuos, & propterea potest perfici a filiofamilias.*

400 *Doctores comprobantes distinctionem, quod valeat donatio causa mortis sine patris consensu in bonis in quibus patri non quaeritur vsusfructus quando fit in contractu non verò in vltima voluntate.*

401 *Tex. in l. penult. C. qui testam. fac. poss. & l. vlt. § filij, ff. de bonis quae liber. explicatur.*

402 *Donatio causa mortis, licet facta in testamento potest fieri per viam contractus & valet.*

403 *Non valet donatio causa mortis in testamento facta à patre non acceptata, vel notario non stipulante pro donatario.*

404 *Donatio causa mortis in testamento facta à persona sui iuris valet in vim fideicommissi.*

405 *Sicut filiusfamilias prohibetur testari, non potest neque legatum, neque fideicommissum relinquere, nec codicillos facere.*

406 *Filiusfamilias non potest testari, neque ad piam causam.*

407 *Siue de bonis in quibus pater habet vsumfructum, siue non habet.*

408 *Valet tamen eius testamentum ad piam causam, cum patris consensu.*

409 *Clericus filiusfamilias à patria potestate non liberatur.*

410 *Filiusfamilias Clericus potest testamentum condere.*

411 *Bona Clerici sortiuntur naturam quasi Castrensium.*

412 *Et procedit conclusio, non solum in aduentitijs, sed etiam in profectitijs.*

413 *Et in omnibus alijs vndecumque quaesitis.*

414 *Limitatur ad bona in Clericatu quaesita.*

415 *Contrà, quod possit testari etiam de bonis antè Clericatum adeptis.*

416 *Non potest tamen patri praeiudicare in vsufructu.*

417 *Neque in legitima.*

418 *Testamentum filijfamilias, non conualidatur licet super-*

superueniat habilitas.
419 *Et procedit etiam talis conclusio in testamento ad pias causas.*
420 *Quæ ab initio non valent tractu temporis non conualescunt.*
421 *Ad testamenti validitatem requiritur habilitas tempore quo conditur & tempore mortis.*
422 *Alij tenent contrarium quod superueniente habilitate possint conualidari.*
423 *Sed talis sententia non est vera.*
424 *Si filiusfamilias in eadem voluntate permanserit postquam fuit effectus habilis ad testandum, valet testamentum.*
425 *Continuatio voluntatis colligitur eo ipso, quod non fuit factum aliud testamentum.*
426 *Sed est intelligenda conclusio de iusta, & solemni voluntate.*
427 *Valet testamentum filijfamilias confirmatum per codicillum, vel alium modum validum.*
428 *Voluntas nulla perinde est ac si non esset.*
429 *Voluntas nulla non potest continuari.*
430 *Iurisdictio, quæ non est prorogari non potest.*
431 *Fideicommissum substinetur ex nuda voluntate.*
432 *Sed etiam in casu fideicommissi de hac perseuerantia constare debet per aliquod iudicium, vel indicium & propterea non sufficit taciturnitas cum tractu temporis.*

QVæstio nostra; an testamenta, de iure, inualida, possint facto hæredis, conualidari, est materia non extranea ad pactum futuræ successionis. Siquidem, admisso, quod testatoris dispositio inualida, per hæredem, validari, & confirmari possit, non vigore testamenti, relictum debebitur, sed promissione, & facto ipsius instituti: Propterea, antequam huic meo tractatui finem imponam, de hac re aliquid exarare decreui. Et pro faciliori intelligentia, est distinguendum: An talis approbatio testamenti nulli fiat per hæredem, adhuc viuente testatore, vel eo defuncto.

Primò casu, si hæres institutus in testamento minùs solemni promittat testatori seruare voluntatem
1 suam, iuxtà opinionem nonnullorum testamentum
valebit, & si non, in vim vltimæ voluntatis, saltem in
vim contractus inter viuos, hæres cogi poterit ad
præstandum relicta, & præ cæteris, ità firmauit *Bar-*
2 *tol. in l. cum potest, ff. de leg. 1. post princip. & ibi Ias.*
num. 18. Rip. nu. 26. Crass. sentent. §. testamentum quæst.
55. num. 21. cum alijs latissimè cumulatis per *Surd.*
dec. 149. num 12. & seqq. per Fachin. controu. for. lib. 6.
cap. 61. Gutier. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 253. Magdalen. de num. test. in testam. requis. part. 1. cap. 27. num. 24.

Et huiusmodi opinio desumitur secundum *Bartol.*
ex textu in l. Spadonem, §. 1. ff. de excusat. tutor. vbi, ex
eo, quod quis patri minoris se fore tutorem liberorum
promisit, excusari à tutela non potest, & si aliter
ius excusationis sibi competeret. Et quia, vt diximus,
tale relictum habet vim contractus, potest duobus
dumtaxat testibus probari, licet alias, in vltima vo-
3 luntate septem requirantur, vt firmat idem *Crass. d. §.*
testamentum quæst. 25. nu. 21. Magdalen. de num. test. in
testam. requis. part. 1. cap. 27. num. 22. 23. & admittit,
Surd. d. dec. 149. nu. 15. & seqq.

Ex quibus deducunt Doctores in vltima volunta-
4 te posse fieri contractum per *tex. in l. non est mirum, ff.*
de Pignorat. act. gloss. Bart. Bald. Castren. Salic. & alij *in*
l. cum atiquitas, C. de testam. vbi etiam *Ias. col. 1. in fine,*
& per *tex. in l. 1 assignare,* inncta *l. assignare, ff. de assign.*
liber. ita etiam sentit, *Oldrad. cons. 214. num. 2.* & facit
etiam pro hac opinione, *l. eandem in princ. ff. de duob.*
reis, l. si seruus 3. §. qui quinque, ibi *Et legatum, & stipulatio valebit, ff. de leg. 1. l. sicut, §. venditionis, ff. quib. mod. pign. & hypoth. solu.* vt obseruat, *Gutier. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. n. 254.* vbi cum *Roman. cons. 171. Tiraquell. ad ll. Connub. gloss. 3. n. 94. & de Constit. poss. par. 1. n. 23. Tell. Fernand. in l. 3. Taur. par. 2. n 12.* tenet, hanc sententiam esse magis communem, & pro hac etiam, disputato articulo, cum multis, per eum adductis, scripsit *Magdalen. d. tract. de nu. test. in testam. requis. par. 1. cap. 27. nu. 25. Dec. cons. 293. num. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. num. 35. & lib. 3 tit. 11. num. 11.* latissimè *Surd. d. dec. 149. nu. 13. & 14. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 23. num. 4. Duaren. in Comment. ad tit. qui Testam. fac. poss. in Rubr. de nuncupat. test. vers. quæstio hic tractatur,* & alijs omissis, *Harprecht. in add. ad Clar. lib. 3. §. testamentum quæst. 75. nu. 1. Carpzou. in Iurisp. forens. par. 3. constit. 5. defin. 20. num. 2.*

Contrariam sententiam in nostra quæstione principali de qua supra *num 1.* defendit *Alciat. Paradox. lib. 1. cap. 4.* vbi ait, non posse defendi *Bartoli* sententiam,
asserentis, posse, per hæredis stipulationem, conualidari
testamenta nulla, ex pluribus rationibus, per eũ
adductis; Et præcipuè, ex eo, quia pactum de hære-
ditate, & quacumque eius portione, improbatur. Et 6
quia alteri per alterum stipulatur inutiliter, & per di-
ctas rationes, contra *Bartol.* consuluit *Dec. consil. 494.* 7
num. 2. & latè firmauit, *Fachin. controu. lib. 6. cap. 71. à*
vers. prima regula ad finem, qui vlteriùs subiungit, cũ
Ruin. in d. l. nemo potest num. 24. quod, in hac sententia
Bartol. & aliorum inuenta esset ratio legata, & fidei-
commissa dandi coram duobus testibus tantum, ta-
metsi plures testes requirantur *l. vlt. C. de Codicill.* pro-
pter suspicionem falsitatis. *l. vlt. C. de Fideic.* & conse-
quenter via quadam indirecta fieret, quod lege prohi-
bitum est, & facit, etiam alia ratio allata per *Alciat. d.*
loco, & per Mart. summ. success. leg. part. 4. qu. 3. art. 3. nu.
4. quod nemo potest sibimetipsi stipulari *l. Vranius,* 8
ff. de Fideiuss. cum nemo possit esse agens, & patiens
in vno actu; sed quando hæres promittit testatori,
conferendo effectum obligationis ad tempus, quo te-
stator mortuus est, dicitur promisisse sibi ipsi, quia
tunc testatorem in omnibus repræsentat. Et subiungit,
idem *Mart. vbi suprà nu. 7 8.* quod, si dicatur, hanc pro-
missionem fuisse factam, ad beneficium interesse ha-
bentium, responderi potest, quod, cum dicti interesse
habentes essent absentes, tunc dicta promissio transit
in naturam pollicitationis, & pacti nudi, quod nul-
lam parit actionem *Surd. dec. 53. & dec. 232.* 10

Et hæc vltima opinio mihi videtur verior, pro qua
etiam adest auctoritas, *Peregr. de Fideic. art. 51. num.*
42. vbi expressè tenet, quod, si filij, viuente patre, eius
testamentum cum suo consensu approbant, & ipsum
aliqua ratione sit nullum, pactum illud non est obliga-
torium, neq; confirmat testamentum, ipso iure, nullũ, 11
& inualidum, alioquin, si pactum valeret, pacto dare-
tur hæreditas, quod fieri non potest, & contra *Bartol.*
concludit etiam *Gutier. d. l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu.*
253. in fine, & pro hac opinione videtur sentire *Dauth.*
de testam. in explicatione l. hæredes palam, ff. de testam.
ante versic. ita diuisio.

Temperat hanc conclusionem *Mart. summ. success.*
leg. d. par. 4. qu. 3. art. 9. in casu, quod hæres promittat
testatori obseruare omnia in illo testamento minùs
solemni contenta, & notarius stipulatus sit, pro om- 12
nibus interesse habentibus: Quoniam iudices, & no-
tarij stipulari possunt, pro alijs, in ijs, quæ ad eorum
officium pertinent, vt à me fuit latissimè probatum,
lib. 2. cap. 13. num. 59. & seqq.

Vlterius, limitat in casu, quod ipse hæres promit-
tens testatori, iurauerit, ità obseruare, quia iuramen-
tum supplet præsentiam partis absentis. 13

Sed,

Sed, quicquid dicat *Mart.* tales limitationes non sunt admittendæ, quia semper viget ratio, de qua suprà, nempè, quod, pacto hæreditates dari non possunt, quæ ratio præcipua annullat has conuentiones,
14 vt per *Alcias. Dec. Facchin.* & alios supra allegatos.

Sic pariter non transit sine difficultate conclusio illa, de qua supra *num.* 4. quod contractus in testamento validè fiat; Nam contrarium probat, multis ar-
15 gumentis, *Vigl. §. sed cum paulatim Instit. tit. de testam. ordin. num. 5. Fachin. contron. Iur. lib. 5. cap. 32. vers. ego verò priorem sententiam*, & comprobatur maximè ex textu *in l. hæredes palam, §. vltimo, ff. de testam. & in l. cum antiquitas, C. de Testam.* vbi, quod vno contextu testari oportet. *Est autem vno contextu*, vt ait *Iurisconf. in d. l. hæredes palam, nullum alienum actum in testamento intermiscere*, Hinc est, quod *Vlpianus in l. verba contraxerunt, ff. de verb. signif.* inquit *verba, contraxerunt, gesserunt, non pertineat ad ius testandi*; ergo contractus inter viuos, qui à testamento alienus est, fieri non potest, vt concludit *Fachin. d. loco*, & vlterius, omnibus in contrarium à Doctoribus ponderatis, satisfacit, & articulo plenè discusso, pro hac opinione tenet, *Harprect. in Addit. ad Clar. lib. 3. §. testamentum, qu. 75. num. 2. & seqq.* vbi per nouem argumenta hanc sententiam defendit, *Vinn. in §. sed cùm paulatim Instit. de Testament. ordin. Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 8. circa finem*, vbi allegat, pro hac opinione, concordantes, *Charond. 2. verisimil. 10. Petr. Gregor. 42. Syntagm. 9. numer. 3.* & alios, vt ibi per eum.

In hac quæst. *Angel. in l. hac consultissima in princ. n. 4. C. de Testam. Oroz. in Apic. Iur. tit. de Testam. Ordin. axiom. 24. & 25.* & alij allati per *Dauth. d. l. hæredes palam 21 ff. de Testam.* dicunt tunc posse fieri contra-
16 ctum in testamento, quando non magnum temporis interuallum requirit, sed, vt actus modicus expediri potest, eo quia testamentum propter actum momentaneum non vitietur.

Ego, tamen, aliter distinguendum puto, scilicet, quod vel agitur de contractu, qui incidenter fiat, & quoquomodo ad testamentum pertineat, & de vltima voluntate aliquid participet; & tunc sit tenenda prima opinio, quod contractus in testamento validè
17 fiat; Si, verò, agitur, de contractu, qui cum testamento nihil habeat commune, sed planè extraneus sit, tunc fieri non possit in testamento, & ita sunt conciliandæ dissidentes opiniones, vt latè ostendit *Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 23. num. 4. Carpzou. Iurisp. for. constit. 5. def. 30. num. 4.* & benè firmat, *Dauth. ad d. l. hæredes palam 21. num. 37. vers. priori casu*, & latiùs in fine explicationis *d. l.* vbi concludit, quod, vel est quæstio de tali contractu, qui ad testamentum, nihil omninò pertineat, & hunc in testamento fieri non posse arbitratur. Aut quæstio est, de contractu quodammodò ad testamentum pertinēte, & hunc in testamento fieri posse non dubitat, primo per *l. quidam, ff. de hæred. instit. secund.* quia diuisio in testamento patris inter li-
18 beros fieri potest, *§. primo in auth. de testam. imperfect.* At diuisio emptionis vicem obtinet, *l. 1. Cod. comun. vtriusq. Iudic.* 30. quia inter coniuges pacta dotalia iniri possunt, vt partim contractus, partim testamenti vim obtineant, puta, si aliqua bona marito in dotem dederit, & coniuges simul inter se de successione
19 mutuà disponant; de qua re plura adnotaui, *lib. 1. cap. 7. numer. 48 & seqq.* & pro hac distinctione concludit etiam *Osuald. ad Donell. d. lib. 6. cap. 8 in fine*.

Quando verò fit contractus, qui cum testamento nihil habeat commune, licet testamentum sit nullum, substinetur tamen contractus, vt tenet *Boer. dec. 353.*
20 *num. 4. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 23. num. 3 Mantic. de coniect. vlt. vol. lib 3. tit. 18. num. 11 & lib. 8. tit. 1. num. 36. Dauth. ad d. l. hæredes palam num. 37. vers. posteriore casu, Gutier. d. l. nemo potest de leg. primo numer. 262.*

In casu, verò, quod valeat testamentum, in quo adest contractus, licet ipsum reuocetur testamentum, contractus manet; semper enim contractus in testamento factus est irreuocabilis, vt infinitis adductis, 21
firmat *Magdalen. de num. test. in testam. requis. part. 1. cap. 27 num. 26. Gutier. d. l. nemo potest num. 262 in fine*, & videtur sentire *Surd. dec. 149. num. 15.* Quod est intelligendum, in casu, quod tales contractus fiant præsente parte, & acceptante, vt explicat *Dauth. d. l. hæredes palam num. 37. vers. & huiusmodi*, non verò, si fiant, 22
in executionem vltimæ voluntatis, nam tales, vt vltima voluntas, iudicantur, & reuocata vltima voluntate, reuocantur, *Decian. consil. 3. num. 7. lib. 1. Mantic. de Coniect. lib 3. tit. 18. numer. 13.* quos refert, & sequitur *Dauth. loco citato*, & admittit etiam, *Surd. d. dec. 149.* 23
num. 16. Carpzou. in Iurisp. for. d. part. 3. constit. 5. defin. 20. num. 1. & seqq.

Et non solum, vt diximus, in testamentis, contractus fieri possunt, sed è conuerso, in contractibus dispositiones, ad instar vltimarum voluntatum aliquando validè fiunt vt tenent Doctores, *in l. tale pactum, §.* 24
fin. ff. de Pact. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. num. 287. Vincent. de Franch. dec. 196. num. 2. Dauth. d. l. hæredes palam num. 37. vers. porrò non obstante in notis Marginel. & fuit latè firmatum per *Rot.* in celebri causa, *Romana scutorum 30. mil. 9. Aprilis 1660. & 21. Iunij 1661. coram Reuerendiss. Albergato dec. 8. 9. post tract.* vbi, quod, in donationibus, & alijs contractibus irreuocabilibus, pacta fieri possunt, & dispositiones, ad instar vltimarum voluntatum, reuocabiles, quæ neque per iuramentum, neque per stipulationem notarij fieri possunt irreuocabilia, *Rot. d. dec. 8. post tract. num. 18.*
& dec. 9. num. 10. 25

Si, verò, approbatio testamenti nulli, & inualidi fiat per hæredem, testatore defuncto, rursus est distinguēdum; An nullitas testamenti proueniat, vel ratione turpitudinis, vel ex defectu voluntatis testatoris, vel ob omissas ipsius testamenti solemnitates.

Primo casu, quando testamentum est nullum, ratione turpitudinis, non potest, per hæredem approbari,
vt firmat *Surd. dec. 53. per tot.* & voluit *Duran. de con-* 26
dit. & mod. impossib. part. 3. cap. 5. num. 49 Mart. summ. success. leg. par. 4. qu. 3. art. in fin. Et rationem assignant, quia captatoria dispositio repugnat bonis moribus, eum liberam testandi facultatem auferat, & sic nulli-
tas captatoriæ dispositionis concernit publicam vtili- 27
tatem, non verò priuatum fauorem, proptereà non potest per hæredem approbari; Nam testamentum, quod est nullum, ratione publicæ vtilitatis, non potest per partium consensum confirmari, *l. quod bonis,*
§. primo, ff. ad l. falcid. & à me fuit latè probatum su- 28
prà *lib. 1. cap. 5. num. 49. & seqq.*

Quamquam verò talis opinio sit communissima,
eam nihilominus contrà *Surd. dict. dec. 53.* impugnat 29
Merend. controu. lib. 21. cap. 1. per tot.

Secundo casu, quando testamentum est nullum, vel imperfectum, ratione voluntatis, est omninò inualidum, adeout, non subsistat, neque inter liberos, vel
fauore militiæ, & ad piam causam, vt est *textus in l. si* 30
is qui, ff. de testam. & antiquioribus omissis, firmant, *Durant. de art. testan. caut. 11. num 6. Gabriel. de Testam. concl. 9. Soccin. Iun. consil 179 per tot. Surd. consil. 258. num. 21. & consil. 380. num. 55. & dec. 292. num. 15 & seqq. Vasq. de success. creat. lib 3 §. 22. num. 6. Fagnan. in cap. lator num 49. qui fil. sint legit. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 13. num. 23. Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 9. lit. F. Faber. de Error. Pragm. decad. 31. error. 8. per tot. Cancer. variar. lib. 1. cap. 4. numer. 96. vers. vbi verò*, & multis cumulatis, *Magdalen. de num. test. in testam. requis.*

part.

part.2.cap.5.nu.2. Dauth.de teſtam. in definitione teſta-
menti num.17.verſ hinc infertur, Mart.ſumm.ſucceſſ.
leg.part.4.qu.1.art.7.num.7. Andreol.controu. 346.nu.
15.16.17.latiſſimè Rub.de teſtam.cap.5.per tot. & cap.
9.num.480.& num.500.Capyc.Latro conſult. 132. num.
11.& pluries firmauit Rot. & ſignanter in Rom. Hære-
ditatis 10. Ianuarij 1661.coram bo.me. Veroſpio deciſ.
186.num.6. poſt tract. & dixerat etiam in Romana Te-
ſtamenti 5. Maij 1660. coram eodem, §. hinc ſcriptura.
Dicitur, autem, teſtamentum, ratione voluntatis
imperfectum, ſemper ac teſtator non habuit teſta-
31 mentum ipſum, pro completo, & abſoluto Boer.dec.
240. num.5. & multis adductis latè fundat Dauth. de
teſtam. verbo definitio teſtamenti verſ. hinc infertur,
Carpzou. Iuriſp.for. par.3. Conſtit.5 defin. 23.Faber.de
Error. Pragm.decad.35.err.8.num.5.Mart.ſumm.ſucceſ.
leg.par.4.quæſt.1.art.7.num.4 Surd.dec.292.num.11.&
ſeqq.Capyc.Latro conſult.132.num.18.& dec. 7.num.17.
18. cum alijs qui cumulari poſſent.
Nec dicatur, quod teſtamentum ad piam cauſam,
& inter liberos ſit ſeruandum, quotieſcumque appa-
ret de voluntate diſponentis, l.hac conſultiſſima, §. ex
32 imperfecto, C.qui teſtam.fac.poſſ. Et voluntas patris diſ-
ponentis poſſit probari per coniecturas, & indicia, l.
33 fin.C.famil.Erciſc.l.licet Imperator, ff.de leg. primò, Et
præcipuè benè deducatur voluntas per teſtamentum
nullum, & inutile, Alex conſil.45.num.9.vol.1. Rip. in
34 l.1: num.164.ff.de vulg.& pupill. Mart.ſumm.ſucceſſ.
leg.par.4.qu.1.art.7.num.9,Et regulare eſt in omni ma-
teria, quod ex actu nullo voluntas deducatur, Rede
naſc.conſil.7.num.28.& ſeqq. Donat. Anton. de Marin.
35 cap.145. numer.14.lib.1. Thomat.dec. 50. numer. 69.
& dec.228.num.74 Merlin.dec. 447.num.16.Peun.dec.
85. numer.6. & ideò voluntas patris probata per te-
ſtamentum nullum, & imperfectum ſeruanda erit in-
ter filios.
Quia concluſio procedit in illis tantum, quæ teſta-
tor diſpoſuit, non autem in illis, in quibus teſtator
36 nullam diſpoſitionem fecit, Mantic.de coniect.lib.3.tit.
20.num.6.Mart.ſumm.ſucceſſ.leg. part. 4. quæſt.1. art.
7.num. 10.
Nullam autem diſpoſitionē feciſſe dicitur, quando
aliquid deficit ad perfectionem, l.penult C.quib.vt ind.
37 Ex quo deducitur, quod nihil actum eſſe dicitur, quā
do aliquid ſupereſt agendum, vt obſeruat, Mart.ſumm.
38 ſucceſſ.leg.par.4.qu.1.art.7.num.4.Bartol. in l.ſi qui te-
ſtamentum in fine, ff.de teſtam. vbi Bald. in princ.inquit
qood teſtamenti forma eſſentialis conſiſtit, in puncto
39 indiuiſibili, & in vltima litera concluſiua, & multis
cumulatis Rotæ deciſionibus firmat etiam, Rubr. de
Teſtam. cap.9. num. 436. Capyc. Latro dict. dec.7.n.23.
Vlterius id demum perfectum eſt, quod omnibus
ſuis partibus conſtat, l.1.ff.de Orig Iur. Mart.ſum.ſuc-
40 ceſſ.leg.par.4.qu.1.art.1. Et ideò magis procedit in te-
ſtamentis, quæ debent eſſe perfecta, quantum ad vo-
41 luntatem, l.1.ff. de Teſtam. l. furioſum, C.qui teſtam.fac.
poſſ. vnde teſtamentum imperfectum dicitur, quando
teſtator poſt iam ſcriptam hæredis inſtitutionem, &
42 ſubſtitutionem facturus erat legata, Mart. vbi ſuprà
d.par.4.qu.1. art.7.num.1.Vaſq.d.lib.3.§.22.lim.11 nu-
mer.7.verſ. morte præuentus, Barry de teſtam.lib.10.tit.
15.num.1. Donat.Anton.de Marin.reſol.Iur.lib. 1. cap.
238.num.8. & alijs omiſſis, Rub.de teſtam.d.cap.9.num.
454. & 455.
Quæ licet abſque difficultate procedant in teſta-
mentis, & vltimis voluntatibus non priuilegiatis, ta-
men non ſic abſolutè habent locum in teſtamentis ad
piam cauſam, & inter liberos, in quibus ad teſtamen-
ti perfectionem, iuxta nonnullorum opinionem, non
requiritur, tam exacta, & abſoluta teſtamentorum
perfectio.

Et propterea tenent proximè citandi, valere teſta-
mentum inter liberos, & ad piam cauſam, in quo quis 43
ſuam voluntatem declarauit, & morte præuentus il-
lud non publicauit, licet aliquo pacto, cum non fue-
rit perfectum, videatur eſſe defectuoſum, ratione vo-
luntatis, & præcipuè Bartol.Dec Alex. Donat. Anton.
de Marin.d.lib.1. cap.238.num.7.& ſeqq. & alij allegati
à Vaſq. de ſucceſſ.creat. §. 22.limit.12. num. 2.& per
Surd. dec.292. num.5. & multis cumulatis, Magdalen.
de num. teſt. in teſtam. requiſ.part.2.capit.5.num.3.
Et talis opinio optimè probatur, ex adductis per
Mart.ſumm.ſucceſſ.leg. d.part.4.qu.1.art.7.num.23.
& ſeqq. Clar.lib.3.ſentent. §. teſtamentum qu.3.num.2.
Et pariter, quod, ſi teſtator fecerit, & ordinauerit in
quadam ſchedula teſtamentum nuncupatiuum, & po-
ſteà iuſſerit notarium accerſiri, & teſtes, vt coram eis,
quæ in ſchedula ſubſcripta erant, recitarētur, & mor-
te præuentus fuerit, antequam teſtes accederent, va-
leat nihilominus tale teſtamentum inter liberos, vel
ad piam cauſam, ſi per confeſſionem patris, vel alias
legitimè probetur, quod ea erat teſtatoris voluntas,
plenè firmauit, Vaſq.d.§.22.num.6.verſ.quid dicendū, 44
cum alijs relatis per Surd.d.dec.292.num 3.4. optimè
Cancer.var.lib.1.de teſtam.num.96. Mart. ſumm.ſucceſſ.
leg.part.4.qu.1.num.5.6. & videtur firmare Clar. d.lib.
3.§.teſtamentum qu.7.Gratian.diſcept.for.cap.550.nu.
40.& ſeqq Parlad.quotid.different.15.num.12.Michael.
Angel.Gipſ.ad dec.7.lib.1. Capyc. Latr.num.4 & ſeqq.
Rot.dec.358.nu.1.coram bo.me. Cardin.Celſo, & in ter-
minis fuit ità deciſum in Romana Pecuniaria 7. Maij
1668. coram R.P.D. Taya dec.164. numer. 20. poſt
tract.
Alij contrarium probant, qood ſcilicet defectus
publicationis cogitatæ per teſtatorem dicatur defe-
ctus voluntatis, & reddat teſtamentum nullum etiam
ad piam cauſam, & inter liberos, & præcipuè Oldrad. 45
conſil.119. Riminald.Iun.conſil.372.num.5.Decian.conſ.
8.num.8 vol.1.Menoch. conſil.45.nu.29.& conſil. 431.
num 36.vol.5. & alij plures relati per Mart.ſumm. ſuc-
ceſſ leg.par.4.qu.1.art.7. num. 41. & per Magdalen. de
num.teſt.in teſtam. requiſ. part.2.cap.5.num.9.10. vbi
fatetur num.11. ſecundum hanc opinionem de anno
1579. in facto obtinuiſſe in quadam cauſa matris ſuę,
& recitatis Doctoribus, & argumentis per Magdalen.
adductis, ità probat Rub.de Teſtam.cap.7.num.226.&
ſeqq.Capyc. Latro d.conſult.132.num.14.& ſeqq.& dec.
7. numer. 13. & pleniſſimè Surd. d. deciſ. 292. numer.
11.& ſeqq. Fachin. controu.for. lib. 4. capit. 4. per
tot.
Qui tuentur primam opinionem in eo ſe fundant,
quod, admiſſa teſtamenti perfectione in ſtructura,
licet ob aliquod impedimentum differatur publica-
tio, teſtamentum dicitur validum ad pias cauſas,
dumtaxat, & inter liberos, dummodò conſtet alias de
voluntate; Voluntas, enim, & publicatio ſcripturæ
ſunt actus ſeparati, & ſuſpenſio publicationis non ſuſ- 46
pendit voluntatem, l.cum pater, §.fin. ff.de leg. ſecun-
dò latè Mart.de ſucceſſ.leg. d.part. 4. quæſt.1.art.7. num.
24. vbi, quod imperfectio ex non publicatione teſta-
menti reſpicit notarium, non autem teſtatorem, &
dicitur imperfectio ſolemnitatis, non autem volunta-
tis, & facit optimè Rot. d. Romana Pecuniaria 7. Maij 47
1668. coram R.P.D.Taya d. dec. 164. numer. 21. poſt
tract. vbi expreſsè ait, quod defectus notarij, & te-
ſtium eſt ſolemnitatis, non autem voluntatis.
Quæ, verò, pro contraria ſententia contra validi-
tatem teſtamenti allegari ſolent, ea ratione fundan-
tur, quod voluntas teſtatoris videtur ſuſpenſa in futu-
rum notarij rogitum, quem voluit adhiberi; vndè
non poteſt dici perfecta ante illum ſequutum; Præci-
puè, quia, in ipſo actu ſtipulandi, teſtatores ſępè mu-
tuant

tant, addunt, & reuocant pluta, per eos, priùs or-
dinata', vr per *Clar. lib. 3. qu. 7. in fine*, quem, in pro-
posito, affert idem *Magdalen. de num. test. d. cap. 5. num.*
13. vbi, quod multa tractantur, quæ non perficiuntur
49 & non veniunt ad conclusionem, & finalem effe-
ctum, & plenè *Rub. d. cap. 7. numer. 237. & seqq.*

Opiniones ita contrariæ mihi videntur conciliari
posse, animaduertendo, an testator, disponendo, vel
in scriptura propria manu, scripta vel subscripta, vel
coram testibus, in voce, verè habuerit animum testā-
di, eiusque voluntatem perfectè manifestauerit, per
actum iam completum, & absolutum: An, verò, scri-
ptura, vel alia dispositio, quam habere vim testamen
ti quis prætendit, sit potius quædam præparatio ad
testandum, quam testamentum, & voluntas non ad-
huc perfectè, & absolutè declarata.

Primo casu, dum constat de dispositione perfecta,
& voluntare penitus declarata, verior est prima opi-
50 oio, quod, ad fauorem piæ causæ, vel inter liberos va-
let dispositio, vtpotè, quæ non deficit in voluntate,
sed dumtaxat in solemnitate à iure inuenta, penitus
remissa in similibus dispositionibus inter liberos, &
ad pias causas, vt infrà videbimus, & in his terminis,
sunt intelligendi suprà adducti, *numer. 43.* & benè
explicat, *Rot. dict. decis. 164. post tract. num. 20.*

Altero, verò, casu, quando quis, habens animum
testandi, incępit exemplaria proprij testamenti scri-
bere, sed ea ad actum dispositionis perfectæ non re-
degit, vel in voce declarauit habere animum, ità, vel
ita disponendi, sed tamen ad actum testandi non ad-
huc accessit, aut dispositione iam cępta, sed non ab-
51 soluta, vel morbo oppressus decessit, vel ad alium
diem distulit perficere, vel aliter constat disponen-
tem, testamentum non conscripsisse, vel manifestasse
omnia, quæ habebat in voluntate, & tunc verior est
secunda sententia, quod, eo casu, dispositio nunquam
sit admittenda, tanquam testamentum, neque inter
liberos, neque ad piam causam, vtpotè quæ, verè
deficit in voluntate, non verò in solemnitate, vt latè
ostendit *Magdalen. de num. test. in testam. requis. d.
part. 2. capit. 5. numer.* 15. vbi, quod, aut ex verbis
testatoris apparet ipsum voluisse differre dispositio-
nem suam in aliud tempus, & in aduentum, & ro-
gitum notarij, & isto casu licet explanasset illam co-
ram testibus, videretur tamen ista, præparatio potiùs
testamento, quam testamentum, & procedit opinio
contrà testamentum; Quando, verò, inspectis nego-
cijs, & rerum circumstantijs, aut ex verbis ipsis ap-
paret testatorem voluisse, omni mora postposita, te-
stari, quia fortè laborabat in extremis, & mori inci-
piebat, & totam eius voluntatem expressit, & pro
perfecta, & absoluta illam habuit, & hoc casu, licet
fuerit missum pro notario, non tamen ex hoc ar-
guitur, quod voluntas fuerit suspensa in aduersum ip-
sius notarij, sed quo magis eius voluntas patens esset
de ea conficeretur publicum instrumentum, quod,
licet factum non fuerit, quia testator morte fuit præ-
uentus, aut Phrænesi, nihil impedit, quo minus
eius voluntas ad pias causas, & inter liberos sortia-
tur effectum postquam legitimè probari potest,
quamuis de illa nullum fuerit confectum instrumen-
tum, vt testator ipse desiderabat, idque etiam me-
lius declarat, *Cancer. var. libr. primo capitul. 4. de te-
stament. numer. 96. 97.* ibi, *Ego clarius declarando
dico quod, si constat, quod testator protulit aliqua verba
dispositiua animo tunc testandi, quod etsi posteà petat
notarium, licet ante eius aduentum moriatur, haberi
illam voluntatem pro perfecta, respectu voluntatis, &
esse testamentum validum: vbi verò constat primo pe-
tijsse notarium, & posteà protulisse verba dispositiua
declaratoria suæ voluntatis, si antequam notarius ac-
cedat, moriatur, esse illam dispositionem imperfectam
respectu voluntatis, & sic nec fauore piæ causæ, libe-
rorum, aut militis, valere.* Et similiter, vbi priùs
explicasset, quod disponere vellet, non tamen,
quod tunc disponeret, & ita etiam declarat, *Rub.
de Testament. capitul. 8. numer. 372. & seqq.* & vide-
tur sentire, *Mart. summ. success. leg. part. 4. quæst. 1.
artic. 7. numer. 47. 48. & seqq. Capyc. Latro decis. 7.
numer. 15.*

Et hæc procedunt, quando certò constat de volun-
tate testatoris, vtpotè, si testator incępit suum te-
stamentum in quadam schedula, ibi autem non con-
scripsit omnia, quæ habebat in voluntate; tunc, enim,
tale testamentum indubitanter non valet, neque
inter liberos neque ad piam causam, *Vasquez de suc-* 52
*cess. lib. 3. §. 22. limit. 12. numer. 6. post medium Marta
summ. success. leg. part. 4. qu. 1. artic. 7. numer. 1. &
seqq. Clar. vbi suprà dict. quæst. 7. num. 4. Cancer. d. cap.
4. num 96. versic. vbi verò*, & multis omissis relatis,
per *Rub. de Testam. d. cap. 9 num. 428. & 480.* ità te-
net *Fagnan. in cap. publicatio, numer. 63. de Elect.* &
ità iudicauit, *Rot. in Romana Hæreditatis 14. Iannarij
1661. coram bo. me. Verospio decis. 186. numer. 5. post
tract.*

Vel, si testator per verba futuri temporis, declaret,
velle testari, & aliquem honorare, vel instituere, ne-
quaquam dicitur inducta dispositio, ratione volunta-
tis perfecta, imò potius, tanquam nulla non attendi-
tur, si in dispositionem non transiuerit, vt est *tex. in l.
iubemus, C. de testam.* vbi habetur, quod, cum testa-
tor vellet scribere plures hæredes, puta quatuor, &
hoc constabat, & tamen duos solos hæredes scripsit,
dicitur ibi solum illos duos censeri institutos, & fir-
mat latè *Rub. de testam. d. cap. 6. num. 138. & seqq. &* 53
num. 161. & num. 181. & dixit optimè *Rot. d. Romana
Hæreditatis 14. Iannarij 1661. coram bo: me: Verospio
dec. 186. num. 6. post tract.* Et latius, quod quando
voluntas faciendi non est ad actum reducta, disposi-
tio sit nulla, tanquam ratione voluntaris imperfecta,
Magdal. de num. test. in testam. requis. d. par. 2. cap. 5 num. 54
*15. Surd. dec. 292. num. 11. Fagnan. in cap. lator qui fi. sint
legit. num. 49.*

Et quod semper, & quandocumque constat, testa-
torem non habuisse animum testandi, sed tantū præ-
parandi ad testamentum, nunquam admittatur dis-
positio, tanquam valida, latè ostendit *Soccin. Iun. cons.* 55
179. per tot. vol. 1. & dixit *Rot. in Tudertina successionis
27. Febr. 1662. coram R. P. D Bourlemont, §. nam prima*,
& facit optimè, ad propositum, eadem *Rot. in Rom.
Pratensi Fideicommissi de Bregnis 7. Februarij 1661.
coram Eminentiss. D. Card. Cerro dec. 205. post tract. n. 3.
& seqq.* vbi, quod, si testator fecit institutionem de
Caio, eique substituit infrascriptos suos consangui-
neos, si inferius de consanguineis substitutis nulla sit
facta mentio, institutio censetur pura, fauore hæredis
scripti; ac si verba non fuissent adiecta, & latius *nu. 4.*
vbi, quod verba *ricasebi d. mia heredità à gl'infrascritti* 56
miei parenti, idem important, ac si testator dixisset ad
consanguineos, quos posteà scripsero, indeliberatam,
& imperfectam ostendit fideicommittendi volunta-
tem, quæ proindè, ob non sequutam descriptionem,
& nominationem personarum substitutarum, omni-
nò mutata censetur; Et licet talis decisio, *sub die 1. Fe-
bruarij 1664. coram eodem*, fuerit reuocata *vt in dec.
post tract. 224.* id tamen euenit, quia ex facti circum-
stantijs constitit de voluntate testatoris, voluisse per-
fectè disponere, & quod illa verba, *Infrascritti miei pa-
renti*, fuerunt apposita per errorem, nam testator vo-
luit proferre *soprascritti*.

Quando, verò, est dubium, an testator voluerit
perfectè disponere, necne, eo quia decesserit ante-

quam testes adducerentur, & notatius; & incertum
est pariter; an aliquid vltrà additurus esset; & tunc,
si in tali testamento adsit hæredis institutio, nil vltrà
velle disponere præsumitur, & valebit testamentum;
si, autem, non sint hæredum institutiones, contrarium
est præsumendum, & non valebit, vt argumento, *tex-*
57 *tu in l. 1. §. fin. de vulg & pupill. l. proximè, ff. de his,*
quæ in testam. delentur probauit *Vasq. de success. creat.*
lib. 3. §. 22. limit 12. num. 6 post medium, quem etiam re-
fert *Rub de testam. cap. 8. num. 392.*

In dubio, autem, semper est præsumendum volun-
tatem fuisse perfectam ad validandum testamentum
58 ostendit, *Aretin in §. ex eo nu. 13. Instit. ex quibus caus.*
testam. infirm. de Marin. d. cap. 238. num. 9. lib. 1. & firmat
Rot coram Buratt. dec. 475. num. 15. & in Romana Pecu-
niaria 7. Maij 1668. coram R. P. D. Taya dec. 164. nu-
19. post tract.

His, igitur, præmissis, quo ad nullitatem testamen
ti, ratione voluntatis imperfectę, videndum restat; An
talia testamenta, & dispositiones omninò nullæ pos-
sint, per hæredes conualidari; Et in hac quæstione di-
stinguere oportet, quod, vel agimus de approbatione
implicita, nempè, vel per confessionem partis, vel per
solutionem legatorum, vel de approbatione explicita
facta, pręsente parte, & acceptante.

Primo casu, negatiua est tenenda conclusio, quod
per partis confessionem testamenta, ex defectu volū-
tatis nulla possint validari: Nam, cum, vt diximus,
dispositio sit omninò nulla, nullum potest operari ef-
fectum, etiam mediante partis confessione, vt tenet
59 *Dec. consil 488 num. 21.* quem refert, & sequitur, *Me-*
nocch consil. 288. nu. 46. Peregr. consil. 64. nu. 13. vol. 1.
Marc. summ success. leg. par 4. quæst. 3. art. 2. num 6 7. Du-
ran. de condit. & demonstr. par. 3. cap. 5. numer. 50. 51. &
optimè firmauit *Rot. in Amerina Fideicommissi 5. Iunij*
1662 coram R P. D. Priolo ante, §. ex eadem responsio
ne, confirmata *4. Iunij 1663. coram eodem, §. obie-*
ctum verò.

Imò, id etiam regulariter obseruatur in testamentis
60 ob deficientiam numeri testium nullis, & inualidis, vt
per confessionem hæredis conualidari non possint,
Mascard. de Probat. vol. 3. concl. 1352. num. 15. Cyriac.
controu. for. cap. 444. numer. 133. Andreol. controu. 296.
num. 32. & controu. 309. num. 5. Magdalen. de num. test.
in testam. requis. part. 1. cap. 9. nu. 4 5. & seqq. vbi, quod
sufficit constare de veritate, vbi solemnitas deest, non
enim sufficit veritas sine solemnitate. Et de testa
61 mento ob præteritionem filij nullo, *Mart. summ. suc-*
cess leg. parc. 4. quæst 3. artic. 2. numer. 5. vbi contra
rijs respondet, *Hodiern. controu. capit. 44. numer. 70.*
& seqq.

Et generale est in omni testamento, siue, ex defe-
ctu voluntatis, siue solemnitatis, nullo, quod non va-
lidetur, quamuis testator fateatur illud esse validum,
62 *Rauden. de Anal. cap. 28. num. 38. & num. 88. Pereg. cons.*
64. num. 13. vol. 1. Cyriac. controu. for. cap. 107. num. 311.
idem *Magdalen. d cap. 9. num. 6. 7. 8.*

Tenet tamen, *Rip in l. 1. §. si is qui quadrigenta, num.*
8. ff. ad Trebell. quem refert, *Magdalen. d. tract. parte 1,*
63 *cap. 2. num. 25.* & idem *Rip. in l. nemo potest, num. 28. ff.*
de leg primo allegatus à *Magdalen. d. cap. 9. numer. 14*
quod, si venientes ab intestato confitentur, non solum
testamentum verè factum esse, sed etiam solemniter
64 factum, quod tunc talis confessio eis præiudicet. Sed
contrà *Ripam*, sentit, idem *Magdalen d. cap. 9. num 10.*
vbi, multis argumentis, ostendit, opinionem Ripæ
non esse iuri consonam, & etiam comprobat *d. cap.*
num. 31.

An, verò, per legatorum solutionem, dicatur ap-
probatum testamentum, alias nullum, est distinguen-
dum, inter eum, qui scienter soluit legata relicta in
testamento nullo, & eum, qui talia legata soluit igno- 65
ranter. Primo casu, data scientia nullitatis testamen-
ti, & illius qualitatum, soluendo quis legata, dicitur
idem testamentum approbasse, & non potest ampliùs
illud impugnare, vt latè ostendit *Crauett. consil. 101.*
num. 4. & alij relati per *Gracian. discept. for. cap. 429.*
num. 18. Mart. summ. success. legal. part. 4. qu 3. artic. 2.
numer. 3. 4. & eo casu, non solum idem testamentum
impugnari non potest ab ipso hærede, qui acceptauit,
sed; neque etiam ab eo, qui habet ab ipso acceptante 66
causam. plenè *Rot. dec. 76. numer 6. part. 11. recent.*
Secundò verò casu, data ignorantia nullitatis testa- 67
menti, nequaquam quis dicitur approbasse testamen-
tum nullum, per solutionem legatorum, *Rot. dec. 702.*
num. 1. & 2. par. 2. rec. vbi, quod testamentum, in quo
filius fuit præteritus, non dicitur approbatum, non
probata scientia filij d. testamenti nulli. Et latiùs,
quod ignorans non dicatur approbare testamentum
non solum soluendo legata, sed etiam petendo ali- 68
quid ex eo, firmauit, *Gratian. discept. for. cap. 429.*
numer. 22. & seqq. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3.
capit. 20. numer. 10 Menoch. consil. 288. num. 40. Mart.
summ. success. leg. part. 4. qu. 3. art. 2. num. 19. Cyriac.
controu. 444. num. 129. Rot. in Romana Testamenti 5.
Maij 1660. coram bo. me. Verospio, §. neque poterit.
Et quod nunquam approbatum dicatur testamentum
quando non probatur scientia explicita omnium con-
tentorum in eo, voluerunt, *Mart. d. part. 4 qu. 3. art.*
2. numer. 20 Andreol. controu. for. capit. 296 numer. 69
27. & controu. 309. numer. 15. Rot. dec. 702. numer. 3.
part. 2. rec.

Et idem dicendum est de legatario, qui, ex testa-
mento nullo, recepit legatum, si sciens nullitatem te-
stamenti consequutus fuit legatum, non poterit que-
relam nullitatis proponere, quia, per talem receptio-
nem, iuri suo renunciare videtur, *l. si pars, §. fin. ff. de*
Inoff. testament. l. filium, §. omnibus, ff. de legat.
præstan. l. in seru tutem, §. si quis, ff. de bon. libert. &
l. post legatum, ff. de his quibus, vt indign. Francesc. de
Intrus. qu 63. num. 3. & seqq.

Sed requiritur, vt approbans sciat expressè, & spe-
cificè nullitatem testamenti, & in quo consistat de-
fectus dispositionis, *l. mater, §. ceterum, ff. de Inoff.*
testam. gloss. verbo agnouerint, l. non dubium, C. de Te- 70
stam. Gabriel. consil. 36. num 50 & seqq. lib. 1. & consil.
62. num. 27. lib. 2. Rot. d. dec. 202. num. 6. parc. 2. recent. 71
Gratian. d. discept. 429. nu. 22. & nu. 24. & seqq. Cyriac.
controu. for. cap. 444. num. 131. alias, enim, dicitur ap-
probatio facta, per errorem, quæ non suffragatur, 72
Menocch. cons. 288. num. 40. Gratian. d. discept. 429. num.
27. In dubio, autem, approbatio semper præsumitur
facta per errorem, vt voluit *Mart summ. success. d. par.* 73
4. qu. 3. art. 2. num. 22.

Et in omnem casum, approbatio facta, per solutio-
nem legatorum, non præiudicat, nisi, quoad legata
soluta, *gloss. in auth sed cum testator, ff. ad l. Falcid. Surd.* 74
de Alim. tit. 8. priuil. 22. num. 11. & 12 Gratian. discept.
for. d. capit. 429. numer. 20. Menocch. dict. consil. 288.
numer. 44. Mart. summ. success. leg. part. 4. quæst. 3. art.
2. numer. 14. & 15. Clar. sentent. §. testamentum qu.
90. numer. 7.

Nam debet constare, de approbatione, in specie
huiusmodi legati, & non aliorum, Et propterea, si in
aliquo testamento fuerint relicta plura legata, hæres, 75
vnum agnoscendo, non intelligitur alia approbare, *l.*
Lucius la seconda, §. testator, ff. de leg. secundò. Ias. l. non
dubium, C. de testam. nu 5. Menoch. cons 288. nu. 44. An-
dreol. contr. 309 num. 17. sicuti non cogitur approbare
substitutiones factas in testamento, qui legata ap-
probauit, *Menoch. de Arbitrar. cas 93. num. 12. Escob.* 76
de ratioc. cap. 13. num. 12. vers. vbi cum Alex.

Et

Et similiter, quando plura legata cui personæ sunt
relicta, per solutionem vnius, non dicitur aliud appro-
77 batum, Menocch. consil. 313. num. 51. Surd. de Alim. tit.
8 priuil. 22. num. 13. & seqq. Add. ad Clar. d. qu. 90. de
testam. num. 7. litt. F. Mart. summ. success. leg. par. 4. qu.
3. art. 2. num. 16. & rationem reddit, quia hæres non
remanet obligatus, ex testamento, sed obligatur ex
78 pacto, & ideò agendum est ex confirmante, & non ex
confirmato.

Ex quo desumitur, quod, per pactum, quis potest
se obligare ad soluendum legata relicta in testamento
de iure, nullo, & inualido, vt est casus, de quo suprà
79 nu. 58. Nam, vt ait, Mart. summ. success. leg. d. par. 4. qu.
3. art. 2. nu. 8 9. licet verum sit, quod hæres, adeundo ex
testamento nullo non videatur consentire, se teneri,
nisi quatenus lex disponit, cum, ea lege videatur adire
80 & ea forma, præsumendum est illum consensisse, &
quasi contraxisse, Peregr. de fideic. art. 36. nu. 86. & alij
relati per Mart. vbi suprà nu. 9. tamen si promisit le-
gatario soluere illud legatum, quod sibi, in illo testa-
mento relictum fuerit, tunc hæres dicitur approbare
testamentum, & approbatio est valida, quia concernit
81 interesse priuatum, Peregr. de fideic. art. 51. numer. 42.
dummodo approbatio non sit in tertij præiudicium,
vt per tex. in l. 1. & 2. ff. res inter alios &c. firmat Rot.
dec. 161. num. 17. part. 8. rec. & in d. Amerina Fideicom
missi 4. Iunij 1663. §. obiectum coram R. P. D. Priolo.

Hinc est, quod dixit Paul. de Castro, relatus ab eo-
82 dem Mart. d. qu 3. artic. 2. num. 10 quod simplex ap-
probatio non sufficit, sed pactum requiritur. Et
83 Surd. consil. 53. num. 22. & seqq. affirmat, quod hu-
iusmodi approbatio, debet esse talis, quæ possit de-
84 duci in pactum; quia aliter non valebit testamentum,
neque, vt pactum. Et propterea scriptura, quę con-
85 tinet pactum futuræ successionis, neque in vim pa-
cti, neque in vim testamenti nullo modo, subsistit,
vt diximus lib. 1. cap. 3. numer. 5. & benè firmat, De-
cian. consil. 488. numer. 12. quem etiam sequitur Mart.
vbi suprà numer. 11. & facit optimè Andreol. contron.
for. cap. 209. numer. 16. vbi, quod approbatio testa-
menti nulli, non nocet, nisi, vbi hæredes scinerint
nullitatem testamenti, & illud scienter approbauerint
86 promittendo, vel soluendo, secus, si simpliciter ap-
probassent, nulla interueniente stipulatione, siue le-
gati præstatione: Tunc, enim, sibi non præiudicarent,
quin possent allegare testamentum nullum, vel minùs
solemne, vbi etiam numer. 18. quod tunc nulla resul-
tat obligatio ex testamento nullo, sed ex pacto, itàvt
sit agendum ex eo, & non ex testamento, vt etiam
firmauit idem Mart. summ. success. leg. part. 4. qu. 2.
artic. 3. numer. 16.

Vndè talis approbatio, per viam pacti, debet fieri,
præsentibus legatarijs, & acceptantibus, alias esset
87 pollicitatio, quæ non obligat Ias. l. pactum, numer. 4.
in fine, ff. de Pact. & consil. 82. numer. 14. & 18. vol. 3.
quem refert, & sequitur Mart. d. loco numer. 23. Nam,
88 in quolibet contractu consensus simultaneus interue-
nire debet, Surd. dec. 132. num. 11. & consil. 136. num.
53. vol. 1. cum similibus.

Vidimus; an possint confirmari testamenta nulla,
ratione turpitudinis, ac testamenta inualida, defe-
ctu voluntatis, nunc restat videndum de testamentis
irritis, propter solemnitates omissas.

Et in hac quæstione, est animaduertendum, du-
bium versari, non quando est irritum testamentum,
ob defectum solemnitatum accidentalium, sed so-
lemnitatum formalium, & substantialium, solem-
nitates enim, vel sunt accidentales quæ non tollunt
89 validitatem actus, vel sunt substantiales, & formales,
quarum omissio causat inualiditatem actus, vt per
Bonacin. de Contract. disput. 3. qu. 1. punct. 3. in princ.
numer. 1. & explicat, Magdalen. de num. test. in testam.
requis. part. 1. capit. 4. numer. 3. 4. Gasp. Mans. de te-
stam. val. vel inual. tit. 5. qu. 7. Vacon. à Vacon. De-
clarat. Iur. Ciuil. lib. 4. declar. 63. num. 7. & seqq. Hoc
casu, dum actus caret solemnitate substantiali requi-
sita à iure, est omninò inualidus; nam dicuntur de 90
forma, quæ dat esse rei, eamque in esse conseruat, vt
firmat Iurisconsf. in l. Iulianus, § si quis. ff ad exhib. l.
si is, qui §. quidam, ff. ad l. Falcid. Vacon. à Vacon. de-
clarat Iur. Ciuil. lib. 5. declar. 72. numer. 1. Magdalen.
de num. test. in testam. requis. part. 1. capit. 4 num. 27.
eaque forma non seruata, actus est nullus, Alciat. 91
in l. cum quid num. 20. ff. si cert. pet. Et sicuti sine for-
ma nulla res potest in rerum natura subsistere, ita nul-
lus actus, contractus, vel testamentum possunt esse 92
firma, & valida, Couarr. cap. quamuis pactum part.
2. numer. 4. de Pact. in 6. cum alijs latissimè adductis
per Bonacin. de Contract. disput. 3. quæst. 1. punct. 3 nu-
mer. 10. Danth. de testament. verbo testamenti definitio,
numer. 13. litter. K, Alciat. l. mulieris, numer. 5. ff.
de Verb. signif. vbi, quod ex forma res ipsa nomen
assumit, & vbi ea deest, rei quoque nomen de- 93
ficit.

Huius generis, scilicet, solemnitatis formalis, &
substantialis testamenti sunt, quod adsint 7. testes,
quod sint liberi, & puberes, & quod fiat institutio
hæredis, l. hac consultissima, C. de testam. §. sed cum 94
paulatim Instit. eodem, l inter caetera, ff. de liber. &
Posthum. Gutier in l. nemo potest, ff. de leg. primo, num.
5. 6. & dixit etiam Danth. de Testam. in verbo definitio
testamenti nu. 13. litt. K, vbi, quod, cum 7. testes requi-
rantur pro forma, duo, tres, quatuor, quinque, sex
adhiberi non sufficit. Talis, autem, defectus testa-
menti in forma, & substantia operatur, vt idem te-
stamentum habeatur pro non facto, vt vidimus, ne-
que potest, per partium confessionem conualidari, vt
est tex. in l. 2. ff. de condit. indeb. Peregr. consil. 64. nu. 95
13. lib. 1. & dixit Danth. de Testam. de testib. testa-
mentar. num. 422. vbi, quod, deficiente numero te-
stium, non iuuat confessio venientium ab intestato; Et
latius, quod, si quis fateatur testamentum nullum, ra-
tione solemnitatis formalis, non sibi præiudicet, quia
ad essentiam rei non sufficit veritas, sed requiritur so-
lemnitas, Affl. d. dec. 25. num. 6. Peregr. d. consil. 64. nu-
mer. 21. lib. 1. Menocch. cons. 488. nu. 46. Andreol. contr.
296. num. 22. Cyriac. contron. 444. nu. 129. & alij supra
allegati nu. 59. quibus addo, Gasp. Mans. de Testam val.
vel inual. tit 5. qu. 71. num. 21. Magdalen. de num. test. in
testam. requis. part. 1. cap 4 num. 20. Gutier. in l. nemo po-
test, ff. de leg. primo, num. 232.

Vlterius omnis solemnitas, seu testamenti factio,
est iuris publici, l. testamenti factio, ff. de testam. sed 96
ius publicum non potest, pacto priuatorum, tolli, 97
l. ius publicum, ff. de Pact. l. testandi, C. de testam. Al-
ciat. cap. cum contingat de Iureiur. numer. 239 Dec.
cons. 488. num. 17. Gutier. l. nemo potest, de leg. primo, nu.
10. & latè probaui supra lib. 1. cap. 5. num. 51. Præcipuè,
quia ius introducens solemnitates in testamentis est
inuentum ad tollendas fraudes, quæ frequenter, in hu- 98
iusmodi dispositionibus, adhiberi solent, l. iubemus, l.
hac consultissima, C. de Testam. & latiùs dicemus infe-
rius nu. 242. Et iura, quibus fraudibus obuiatur, sunt
publici iuris, Gutier. d. l. nemo potest, num. 12.

Et hæc sunt intelligenda, iuxta distinctionem supra
traditam num. 79. quod tunc non possint talia testa-
menta nulla conualidari, quando non fuerunt appro-
bata, præsente, & acceptante parte: Alias, enim, dum
quis, mediante stipulatione, & pacto promittit solue-
re legata relicta in testamento nullo, pactum valet, &
relictum debetur, non vi testamenti sed vi pacti, prout
pariter, quando legata fuerunt per hæredem soluta.

Pro intelligentiâ, tamen, quæſtionis noſtræ. An
teſtamentum nullum, ob defectum ſolemnitatum for-
malium, & intrinſecarum, poſſit per confeſſionem
hæredis, conualidari, eſt videndum; An teſtium nume
rus, in teſtamẽtis, ſit de forma ſubſtãtiali, & intrinſeca,
vel potiùs de ſolemnitate probatoria, & extrinſeca.
Et, quod teſtes, in teſtamento, ſint, non ſolum, de
forma probatoria, ſed ſubſtantiali, multis argumentis,
100 & auctoritatibus cumulatis, firmat *Magdal. de num.*
teſt in teſtam. requiſ part. 1. cap. 4. nu 11. & ſeqq. Didac.
in cap. cum eſſes nu. 8. de Teſtam. Clar. §. teſtamentum qu.
56. num. 2. latiſſimè *Rauden. de Anal. lib. 1. cap. 28. num.*
43. Gutier. in l nemo poteſt de leg. 1. num. 229. & ſeqq.
Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. num. 2. Craſſ. ſentent. §.
teſtamentum qu. 54. num. 3. Cancer. var. lib. 1. cap 4. nu-
mer. 116. 117. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg part. 4. qu. 1. art.
8. num. 13. 14. Io. Dauth. de Teſtam. de teſt. teſtam. num.
421. Cyriac. controu. for. cap 444. num. 54. Gaſp. Manſ.
de Teſtam. val. vel inual. qu. 7. tit. 5. numer. 10. & ſeqq.
Sanch reſp. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 14. num. 4. Piechard.
in §. ſed cum paulatim Inſtit. de Teſtam. ordinan. num. 9.
& 10. & alij allegati per *Altograd. ſenior. conſil. 50. nu.*
16. lib. 1.
Et hæc opinio probatur, præcipuè ex *l. ſi vnus 12.*
l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, & § per nuncu-
pationem, C. de teſtam. vbi ait textus, quod, ſi vnus ex
101 7. teſtibus defecerit iure deficere teſtamentum. Igi-
tur ſi hæc ſeptenarij numeri ſolemnitas ad probatio-
nem tantum requireretur non ad formam, & ſubſtan-
tiam, non dixiſſent Imperatores deficere teſtamentũ,
ſed probationem, vt obſeruat, præ cęteris, *Add. ad*
Clar. lib 3. §. teſtamentum qu. 56. lit. B. Manſ. de Teſtam.
val. vel inual. tit 5. qu. 7. num. 20. Mart. ſumm. ſucceſſ. leg.
par. 4 q. 1. art. 8. num. 14. 15. Gutier. d. l. nemo poteſt de leg.
1. num. 129. in fine,
Idem vlterius firmatur, animaduertendo, quod, ſi
teſtium numerus non eſſet de forma ſubſtantiali, ſed
probatoria, poſſet teſtator, in ſuo teſtamento, iubere,
vt minor numerus ſufficeret, quod eſt falſum, *Vaſq.*
102 *lib. 2, de ſucceſſ. Creat. §. 12. num. 10. Mantic. de coniect.*
vlt, vol. lib. 2. tit. 11. num. 3. Dauth. de Teſtam. de teſtibus
teſtament. num 421. & multis cumulatis, latè oſtendit
Add. ad Clar. d. qu. 56. num. 1. Gaſp. Manſ. de Teſtam. val.
vel. inualid. d. tit. 5. qu. 7. num. 20. Cyriac. controu. for. dict.
cap. 444. num. 55. Piechard. §. ſed cum paulatim Inſtit.
de Teſtam. Ordinan. numer. 5. pleniſſimè, *Magdalen. de*
num. teſt. in teſtam. requiſ. part. 1. capit. 6. numer. 1. &
ſeqq.
Et demum, ſi numerus 7. teſtium eſſet de forma
probatoria, dumtaxat, & non ſubſtantiali, ſi pars con-
fiteretur teſtamentum factum fuiſſe coram teſtibus,
ſed non coram ſeptem, tale teſtamentum valeret, tan-
103 quam ſolemne, & probatum ex confeſſione partium,
quod eſt falſum, vt ſupra probauimus, *num. 59. & nu.*
95. vt in terminis ratiocinantur. *Vaſq. de ſucceſſ. creat.*
d. lib. 1. §. primo num. 2. verſic ſextò arguitur Clar. d. §.
teſtamentum qu. 56. num. 2. circa finem, Gaſp. Manſ.
vbi ſupra numer. 21. Gutier. d. l. nemo poteſt. ff. de legat.
primo, numer. 232. Magdalen. de num. teſt. in teſtam,
requiſ. d part. 1. cap. 4. num. 19. 20.
Quibus rationibus adijci poſſunt alia plura argu-
menta allata a *Gaſp. Manſ. vbi ſuprà d. tit. 5. qu. 7. per*
tot. Magdalen. d. cap 4 num. 11. & ſeqq. Vaſq. d. §. 1. num.
2 Gutier. d. l. nemo poteſt num. 229. & ſeqq.
Contrariam ſententiam, quod numerus teſtium in
teſtamentis ſit tantum de forma probatoria, & non
104 ſubſtantiali, tenet *Bart. in l. 1. num. 10. ad fin. ff. de condit.*
Indeb & in l. cum quis num. 11. Cod. de Iur. & fact. igno-
rant. & alij relati à *Magdalen. in ſæpe cit. tract. de num.*
teſt. in teſtam. requiſ. part. 1. cap. 4. num. 8 9 & cęteri. de
quibus per *Vaſq de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. primo, num.*
2. verſic. pro parte negatiua, Altograd. Sen. conſil. 50. nu.
19. 20. lib. 1. Altograd. Iun. controu. 15. num. 25. & vide-
tur admittere, *Rot. in dec 289. num. 7. 8. par. 10. rec.*
Et hæc opinio præcipuè probatur, ex eo, quia, ſi
numerus teſtium eſſet de forma ſubſtantiali, ex teſta-
mento minus ſolemni non proficiſceretur naturalis
obligatio, ſed conſequens eſt falſum, meritò &c. quod 105
verò ex teſtamento minus ſolemni oriatur naturalis
obligatio, plene tradunt adducti per *Vaſq. de ſucceſſ.*
creat. lib. 1. §. 1. num 2. verſ. pro parte, & alij à me, infra al-
legandi, *num. 231.*
Præterea fundatur ex textu *in l. vltima, C. de Fideic.*
vbi, quòd voluntas teſtatoris ſeruanda eſt, quãdo quis
eam, per confeſſionem, vel iuramentum agnouit, licet
legitimo numero teſtium non ſit roborata, ac ex alijs 106
relatis per *Vaſq. vbi ſuprà d. lib. 1. § primo, num. 2. verſ.*
pro parte negatiua, & ſeqq.
Sed, quicquid dicant Doctores, pro hac parte, al-
legati, vera eſt prima opinio, quod teſtes in teſtamen-
tis ſunt de ſubſtantia formali intrinſeca, & non de ſo-
lemnitate accidentali, & extrinſeca, vt ſuprà allegati 107
plenè probant, qui vlterius teſtantur de veriori, &
magis communi opinione.
Nec reſiſtunt in contrarium allata, & præcipuè,
quod ex teſtamento minus ſolemni oriatur naturalis
obligatio: nam, vt videbimus infra *nu. 233.* opinio ve- 108
rior eſt in contrarium, quod nulla oritur, neque Ciui-
lis, neque naturalis obligatio ex teſtamento minus ſo-
lemni.
Ad *tex.* verò in *d. l. vltima, C. de fideicom.* reſpondet, 109
Harprett. in addit. ad Clar lib. 3. § teſtamentum qu 56 nu-
mer 2. quod ibi teſtator non ſimpliciter legatum, vel
fideicommiſſum in fide hæredis poſuit, ſed curauit, vt
hæres ſibi promitteret, de præſtandò legatum, vel fi-
deicommiſſum, argumento *l. Spadonem 13. § primo, ff.*
de Excuſat. tutor. Sicque diſpoſitio illa in contractum
tranſiuit, & hæres ex contractu per legatarium con-
uenitur.
Et prædicta procedunt, non tantum, in teſtamen-
tis, ſed etiam in legatis, & codicillis, quæ, nullo pacto,
ſubſiſtunt, niſi cum legitimo numero teſtium; vt opti-
mè oſtendit, *Fachin. controu. Iur. lib. 6. cap. 71. litter. D.* 110
vbi, *quod in omni vltima voluntate, excepto teſtamento,*
quinque teſtes debent adhiberi, l. vlt. C. de Codicill. ergo
duo non ſufficiant in legato, vel fideicommiſſo; Et
quod legatum nõ dicatur probatum, niſi adſit nume-
rus quinque teſtium, dixit etiam *Gratian. diſcept. for.*
cap. 219. nu. 25. Ciarlin contr. for. cap. 98. nu. 7. prout pa- 111
riter, ità voluit *Rot. in dec. 3. num. 12. par. 11. rec. & in dec.*
226. nu. 11. part. 12. vbi quod legata nequaquam pro-
bantur teſtibus ſingularibus. 112
Prædicta, tamen, intelligo, cum diſtinctione, quòd
non in omnibus teſtamentis, vel vltimis voluntatibus
numerus 7 teſtium, eſt de forma ſubſtantiali, & intrin-
ſeca teſtandi, ſed dumtaxat in teſtamento ſolemni, 113
quia talis numerus requiritur in teſtamento, de iure
Ciuili; In alijs, verò, minus ſolemnibus, in quibus,
vel de iure, vel ex diſpoſitione ſtatutorum, minor nu-
merus requiritur, puta quinque, vel trium teſtium,
forma teſtamenti non dicitur conſiſtere in numero 7.
teſtium, ſed in 5. vel 3. *Gaſp. Manſ. de Teſtam. va-*
lid. vel inual. titul. 5. quæſt. 7. numer. 18. & videtur
probare, *Maſcard. de Probat. concluſ. 1359. nu-*
mer. 55.
Et ratio eſt euidentiſſima, nam, cum ſit in ar-
bitrio legislatorum dare formam teſtamentis, *Mag-*
dalen. de num, teſt. in teſtam. requiſit. parte pri-
ma, capitul. 3. numer. 23. Vaſquez de ſucceſſ. Creat. 114
libro primo, § primo, numero 16. & poſſit ſtatu-
tum, vel conſuetudo diſponere, vt coram minori 115
numero teſtium valeat teſtamentum, *Add. ad Clar.*

§. te-

§. *testamentum quæst.56.num.9.* vbi teddit rationem,
quia solemnitas est à iure ciuili introducta: Ea verò,
quæ iure ciuili dispoſita ſunt, contraria lege, vel ſta-
116 tuto remitti, mutarique poſſunt, & idem etiam con-
firmat, *Magdalen.d part.* 1.*cap.* 1. *nu.*37. & latè oſten-
dit *Rot.dec.* 231. *num.*3.*&* 4. *part.* 10. *rec.*licet contra-
rium voluerit, *Oldrad. in conſil.* 247. & alij relati per
117 *Gutier. in l. nemo poteſt, ff.de leg. primo, num.* 266. *&
ſeqq.* Et de Principe, ſtatuto, & conſuetudine, quod
poſſint inducere, vt duo tantum teſtes ſufficiant in
teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus latiſſimè,
118 *Rauden. de Analog.cap.* 28. *num.*43. vbi, de ſimilibus
ſtatutis Venetiæ, Luſitaniæ, Aragoniæ, Barchinonæ
mentionem facit, latè *Carpzon. de Iuriſp. for. part.* 4.
*conſtit.*3. *defin.*41. *Gutier. d.l. nemo poteſt, numer.* 270.
ff. de leg. primo, qui comprobat talem opinionem,
multis argumentis, & auctoritatibus prout pariter
pro ea concludit, *Magdalen. de num. teſt. in teſtam.
requiſ. par.*1. *limit.*7.*cap.*22.*per tot.*

Et ſicuti Principes,& Imperator ipſe non poſſunt
teſtari coram minori numero duorum teſtium, *Rau-*
119 *den.de Analog.d. cap.* 28. *num.*44. ita non poſſunt di-
ſponere vt valeat teſtamentum à ſubditis celebratum
coram minori numero duorum teſtium à iure Di-
120 uino requiſito idem *Rauden. vbi ſuprà d. cap.* 28. *nu-
mer.* 43. & tradit etiam *Fagnan. in capit. cum eſſes
numer.* 142. *de Teſtam. Andreol. controu.* 356. *nu-
mer.* 4.

Cum igitur Princeps, lex, ſtatutum, & conſuetudo
poſſint dare formam vltimis voluntatibus, ipſamque
121 formam à iure adinuentam immutare, numerum te-
ſtium, & alia ſolemnia, licet ſubſtantialia, minuere,
& alterare; ea erit forma teſtamenti quæ à lege, de
iure communi, & à ſtatuto, vel conſuetudine,in locis,
vbi vigent, fuerit præfinita.

Et propterea, quia ex textu Canonico valet teſta-
mentum coram Parocho, & duobus teſtibus, vt in
122 *cap.cum eſſes de Teſtam.* & latiſſimè probat *Magda-
len. de num. teſt. in teſtam. requiſ. part.* 2. *capit.* 8. *per
tot. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.*3. *§.* 21. *numer.* 1. *Craſſ.
lib.*1. *ſent. §. teſtamentum qu.* 56. *Maſchard.de Pro-
bat. concl.*1352. *num.* 28. *Danih. de Teſtam. de teſtibus
teſtamentar. num.*428. plenè *Barboſ. d. cap. cum eſſes
num.* 1. 2. *Rub. de Teſtam. cap.* 33. *numer.* 1. *& ſeqq.*
& firmauit *Rot. in Tudertina Succeſſionis* 27. *Februarij*
1662. *coram R. P. D. Bourlemont in princ.* dummodò
non dubitetur de integritate, & fide dict. Parochi vt
*in dec.*351. *§. altera coram bo. me. Cardinali Celſo*, ho-
123 rum duorum teſtium numerus, & præſentia Parochi,
erit forma talis teſtamenti de iure Canonico con-
diti.

Circa quam diſpoſitionem *d. cap. cum eſſes*, eſt
notandum, valere, & ſeruandum eſſe in omnibus ter-
ris Eccleſiæ, & in quibuſcumque Tribunalibus Eccle
ſiaſticis, ſiue teſtamenta contineant diſpoſitionem ad
piam cauſam, ſiue non, ſiue in Tribunalibus laicorū,
124 ſiue Eccleſiaſticorum, vt tenent, *Clar. §. teſtamentum
qu.* 57. *num.* 2. *Mart. ſumm.ſucceſſ. leg.par.*4.*qu.*1.*art.*
8. *num.*28. *Rub.* cum multis cumulatis *de teſtam. cap.*
33.*num.*10.*& ſeqq. Fagnan.d. cap. cum eſſes de teſtam.
in princ.* vbi etiam *Barboſ. numer.*2. *Magdalen.de num.
teſt.in teſtam.requiſ.part.*2.*cap.*8.*nu.*17.*Rot.dec.*79.*nu.*2.
*par.*11.*rec.* & dixit etiam *Carpzon.in Iuriſprud.for.par.*
3.*conſtit.*4.*defin.*40.*num.*4.

Et non obſtante, quod nonnulli conſtanter affir-
mauerint diſpoſitionem, *d.cap.cum eſſes*, in teſta-
125 mentis ad pias cauſas, dumtaxat locum habere, &
præcipuè allegati à *Magdalen.d.cap.*8.*num.*2. *Clar. d.§.
teſtamentum qu.*57.*nu.*1.*verſ.& in primis à Rub.de Te-
ſtam. vbi ſuprà num.*21.*& num.*23.*à Fagnan.d.cap.cum
eſſes num.*38.

Tamen non eſt recedendum à prima opinione,
quod in terris Eccleſiæ valeant, ſiue ad piam cauſam
ſiue ad profanam,vt, multis congeſtis,concludit *Clar.* 126
*d.qu.*57.*num.*1.*verſic. ſed quicquid Faber in Cod. lib.* 6.
*tit.*5.*def.*2.*num.*10.*Carpzon. vbi ſuprà d.par.*3.*Conſtit.*4.
*defin.*40. *num.*4. Et ſic etiam,diſputato articulo, con-
cludit idem *Rubeus de Teſtam.cap.*33.*num.*37. *& cap.*
35. *num.* 124.

Et tenent nonnulli, quod diſpoſitio *d.cap.cum eſſes*,
ſit ſeruanda, non ſolum in terris Eccleſiæ, in quibus
ipſa habet dominium, & gubernium,ſed etiam in alijs 127
locis, in quibus d. Eccleſia alteri commiſit tempora-
lem iuriſdictionem vt latè probat *Magdalen. de num.
teſt.in teſtam.requiſ.par.*2.*cap.*8.*nu.*21. & tradunt mul-
ti Doctores relati per *Rub.d.cap.*34.*num.* 69. licet diſ-
ſentiat, *Mart.ſumm. ſucceſſ. leg. part.*4. *qu.* 1. *artic.* 8. 128
numer. 30.

An verò talis diſpoſitio Canonica, quod valeat te-
ſtamentum coram Parocho,& duobus teſtibus porti-
gat vires ſuas extra territorium Summi Pontificis eſt
in iure valdè controuerſum.

Pro affirmatiua, quod non ſolum in ditione Ponti-
ficis ſed etiam in territorio Imperatoris, & extrà do- 129
minium Papæ, valeat teſtamentum, iuxta diſpoſitio-
nem, *d.cap.cum eſſes*,coram Parocho, & duobus teſti-
bus, ſcripſerunt, quamplurimi Doctores, tam iuri-
ſtæ, quam Theologi, (præcipuè ex antiquioribus)
relati per *Magdalen.de num.teſt. in teſtam. requiſ.part.*
2.*cap.* 9.*num.*8.*& ſeqq.* qui vlteriùs vſque ad *num.* 34.
plura adducit argumenta id comprobantia, & nouiſ-
ſimè plurium Doctorum auctoritates congerit, *Fa-
gnan.d.cap.cum eſſes num.*41. firmantes, quod ſine di-
ſtinctione loci, aut fori,diſpoſitio *d.cap.cum eſſes*, ha-
bet locum,in quolibet teſtamento etiam ad non piam
cauſam, & tam in foro laico, quam Eccleſiaſtico,tam
in terris Imperij, quam in dominio Eccleſiaſtico,cum
quibus etiam ſentire videtur idem *Fagnan d.cap. cum
eſſes num.*49.*& num.*133.*& ſeqq.*

Sed re vera, quicquid firmauerint antiquiores,opi-
nio apud modernos præualuit, contra diſpoſitionem,
d.cap.cum eſſes, quod non extendatur extra dominiū 130
Papæ, vt tenet *Clar.lib.*3.*ſentent. qu.* 57. *Boer. dec.* 93.
*num.*6. *Lot.de Iuſt. & Iur. lib.*4. *qu.* 5. *artic.* 3. & alij
relati per *Magdalen. d.part.* 2. *cap.* 9. *num.*34. *vbi nu-
mer.* 35. teſtatur hanc hodie eſſe magis communem
opinionem, licet olim apud antiquos alia eſſet com-
munior, quod quidem in iure non eſſe nouum effa-
tur, vt, ſcilicet, vna opinio ſit communior vno tem-
pore, & alias alio tempore cum *Soccin.Iun.conſ.*158.
num. 71 *& conſil.*174.*num.*21.*vol.*2.Et pro hac etiam
opinione, quod diſpoſitio *cap.cum eſſes*,non extenda-
tur ad terras Imperij, conſulnit *Alex.conſil.*146.*num.*
6.*lib.*2.*& conſil.*177. *eodem lib.*2.*& conſil.*17. *num.*15.
& ſeqq. lib. 3. *Pariſ. conſil.*51. *num.*1.*lib.*3. dicens, id
firmare ſcribentes omnes, nullo excepto, tenentes,
hanc opinionem eſſe communem, & ſequendam in
iudicando, & conſulendo, & alij adducti per *Fagnan.
in d cap.cum eſſes num.*46. 47. 48. *Mart. ſumm.ſucceſſ.
leg.part.*4. *qu.* 1. *art.*8. *num* 29.30.*Carpzon. Iuriſp.for.
par.*3. *Conſtit.* 4. *defin.*40. *num.*7.8. *Craſſ. §. teſtamen-
tum qu.* 16.*nu.*3. *Molin.de Iuſtit.& iur.tract.*2 *diſp.*133.
*col.*3.*Valaſc.conſult.*74.*n.*4.*Spin.in Specul. teſtam. gloſſ.*
31.*n.*38.*Barboſ.ad cap.cum eſſes de teſtam.n.*2.3.vbi plu-
ra pro confirmatione talis ſententiæ adducuntur.

Et hæc opinio mihi verior videtur, per argumenta
latiſſimè adducta à *Magdal.vbi ſuprà d.cap.*9.*nu.*36.*&
ſeqq.& per Barboſ.d.cap.cum eſſes n.*3.*verſ.patet igitur.*

Contraria, verò, ſententia forſan procedit in Tribu-
nalibus Eccleſiaſticis,in quibus cū ſeruetur Ius Cano-
nicū,eſt iudicandū ſecundum Canones, licet in terris 131
Imperij,vt latè *Magdal. vbi ſuprà d.cap.*9.*n.*2.3.vbi,quod

legiſta militat in foro Iuſtiniani, Canoniſta autem in
foro B. Petri,& ità etiam videtur ſentire *Barboſ. d.cap.*
cum eſſes num.2.circa finem, & alij relati per *Fagnan.*
d.cap.cum eſſes num.54. Et idemmet *Magdalen.d.cap.*
9.num.5. dubitat de hac limitatione, eo quia commu-
nis Theorica, quæ diſtinguit inter forum, & forum,
procedit ſolum in ordinatorijs, & præparatorijs iudi-
ciorum, non autem in deciſorijs.

Hæc autem diſpoſitio *cap. cum eſſes de teſtam.* quæ
133 vt vidimus, ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico non
attenditur in ipſa Vrbe, vigore ſtatuti particularis ip-
ſius Ciuitatis *in cap.42.lib.1.* vbi habetur, quod inter
Ciues,& incolas,& diſtrictuales ſeruentur ſtatuta, &
vbi ſtatuta non diſponunt, ſeruetur ius ciuile, & in
ſubſidium recurratur ad ius canonicum; Et propte-
rea pluries Rota Romana iudicauit pro inualiditate
teſtamentorum conditorum coram Parocho, & duo-
bus teſtibus, vt in *Romana de Stoeebis dec.396.part.1.*
diuerſ.& coram Penn.dec.328.num.2.& coram Emin.
D.Cardinali Ottob.in Firmana Codicillorum 25. Maij
1648. §. *nec demum*, quas deciſiones recenſet *Rub. de*
teſtam cap.34.num.74.& Fagnan.d.cap.cum eſſes num.
158. & hanc etiam opinionem prius firmauerat, *Mag-*
dalen de num.teſt.in teſtam.requiſ.cap.8.nu.24.& ſeqq.
Gratian.diſcept.for.cap.223.num.52. quos refert *Fen-*
zon.ad d.ſtatutum cap.42.num.8.

Et licet contra dictam opinionem, multa adducat
Fagnan.d.cap.cum eſſes num.163.& ſeqq. vbi, quod
opinio Rotæ, & aliorum, de qua ſupra, quod in Vrbe
non valeant teſtamenta condita coram Parocho, &
duobus teſtibus, non eſt vera neque admittenda, ni-
hilominus eam admiſit etiam nouiſſimè, *Rot.in Roma-*
134 *na Teſtamenti 5. Maij 1660. coram bo. me. Veroſpio*, §.
neque immiſſionem.

Verum eſt tamen, quod licet diſpoſitio, *d.cap. cum*
eſſes, ſemper intelligenda veniat ſtrictè, & quod pro-
135 cedat dumtaxat coram proprio parocho, & non alio
Presbytero, vel Parocho, vt per *Rub.d.cap.36.n.105.*
Marc. Anton. Genuen. in pract. Eccleſ.qu.660. & cæte-
ri relati per *Barboſ.d.cap.cum eſſes num.6. Fagnan. nu-*
mer. 24.& 25.

Nihilominus, iuxta opinionem magis communem
136 valet, licet fiat coram Confeſſario, vice Parochi, vt te-
net *Corn.conſ.261.nu.31.vol.4.* quem refert, & ſequitur
Magdalen.vbi ſuprà d.par.2.cap.8.num.5.circa finem, &
tractat etiam de materia *Donat. Anton.de Marin.quo-*
tid.controu.lib.2.cap.229. num. 2.3. Bargoz de Pax.l.3.
Taur.num.799. in fine, quem allegat idem *Barboſ.d.cap.*
cum eſſes n.6.in fine, vbi etiam idem *Fagnan.num.26.*

Tenet tamen *Rot.in Aeſina Bonor. 26.Ianuarij 1660.*
coram bo. me. Veroſpio, quod ſit neceſſe, pro validita-
te teſtamenti, vt fiat coram Confeſſario, qui actuali-
137 ter excipiat confeſſionem teſtatoris; alias, enim, licet
prius fuiſſet, & tempore teſtamenti non eſſet actualis
confeſſarius, diſpoſitio corrueret.

Quando verò non adeſt, neque Confeſſarius, neque
Parochus, valet diſpoſitio vigore *d.cap. cum eſſes*, co-
ram 4. teſtibus, duo, enim, teſtes vim habent ipſius
138 Parochi, vt, quicquid dicant nonnulli, magis com-
muniter teſtantur *Magdalen.d.cap.8.num.9.10. Clar.§.*
teſtamentum qu.57.nu.3.Mart.ſumm.ſucceſſ.leg.part.4.
qu.1.art.8.num.33.Barboſ.d.cap.cum eſſes nu.7. & alij
adducti per *Rub d.cap.35.numer.122.& ſeqq.& nu-*
mer. 142.

Alij etiam deducunt ex verbis, *d.cap. cum eſſes, in*
extrema fecerunt &c. talem diſpoſitionem habere lo-
cum in ægrotis tantum, & perſonis infirmis, vt *Ceued.*
139 *Collect.159.num.7.* quem refert, & non impugnat, *Bar-*
boſ.d.cap.cum eſſes num.8.Gaid. Pap.dec.543. num.10.
verſ.fallit etiam in teſtamento, Caball.conſ. 151. nu.11.
lib.1. Sed magis communiter Doctores tenent, contra
eos, vt, ſcilicet talis diſpoſitio æqualiter procedat in
infirmis, & ſanitate fruentibus, vt latiſſimè demon-
ſtrat, contrarijs exploſis, *Vrceol.conſult.for.cap.88.nu-*
mer.4. idem *Fagnan.d.cap.cum eſſes num. 63.68. Fra-*
goſ. de Regim. Reip. Chriſtianæ, & alij relati in *d. Aeſina*
Bonorum 26.Ianuarij 1660. coram bo.me.Veroſpio.§.hac
tamen opinio, vbi ait quod hanc opinionem, vti verio- 140
rem Sacrum Rotæ Tribunal ſeruandam eſſe decre-
uit.

Ex quibus latè deductis patet, quæ ſit forma ſub-
ſtantialis teſtamenti, de iure Canonico, circa nume-
rum teſtium.

Sic pariter, quia teſtamentum militis valet ex nu-
da teſtantis voluntate, abſque vlla ſolemnitate, *l. 1. l.* 141
in fraudem 15. l. miles ſi teſtamentum 35.ff. de teſtam.
milit. l. milites, C.eodem; dummodò appareat, de vo- 142
luntate ipſius militis, per ſcripturam, quæ in vagina
etiam, aut clypeo literis ſanguine rutilantibus, aut in
puluere gladio notata, ſufficientem facit probatio-
nem, abſque vllis alijs teſtibus, *princ.tit.Inſtit. de Te-*
ſtam.milit. d.l. milites 15. C.eodem, numerus teſtium
non eſt ipſius teſtaméti ſubſtantialis forma. Si verò de
ſcriptura eiuſdem militis non appareat, quia, eo ca-
ſu, cum militare teſtamentum aliter non ſubſiſtat,
quam, ſi coram duobus, ad minimum teſtibus factum
fuerit, teſtamentum, *Gaill.lib.2. obſeru. 118. num.17.*
Harprett.ad §.primum num.5.Inſtit.de milit.teſtam.Car- 143
pzou.Iuriſp.for.par.3.Conſtit.4.defin.27. numerus duo-
rum teſtium erit ſubſtantialis ipſius teſtamenti mili-
taris forma; de qua re, & an, & quando milites no- 144
ſtri temporis gaudeant his, & ſimilibus priuilegijs
plura notauimus ſuprà *lib.1.cap.8.per tot.*

Et eadem regula eſt conſtituenda in teſtamento in-
ter liberos, quod eius forma ſubſtantialis non conſi- 145
ſtat in numero teſtium; nam ſatis, habemus in iure ex-
preſſum, tale teſtamentum valere, nullis etiam teſti- 146
bus adhibitis, dummodò appareat de voluntate pa-
tris teſtatoris, per ſchedulam eius manu conſcriptam,
vel ſubſcriptam, vt eſt *textus in l. inter omnes, C.fami-*
liæ erciſcundæ l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C.de
teſtam.auth.quod ſine, C.eodem, Alex.conſ.76.lib 6. Pe-
regr.conſ.64.num.18.lib.1.Menoch. de Præſumpt.lib.4.
præſumpt.7.nu.1.Clar.§ teſtamentum qu.4.nu.1.Hartm.
Piſt.lib.1.qu.1.nu.1.Clar.§.teſtamentum qu.14.num.1.4.
Fachin.controu.lib.4.cap.1.in princ.Graue. ad Gaill. ob-
ſeru.112.Gratian.diſcep.for.cap.275.& dec. Maſch.206.
num.1.Carpzouan Iuriſp.for.par.3.Conſtit 4.defin.17.Ca-
pyc.Latro conſult.132.num.2.3. Altograd. Ium. controu.
15 num.11.Rot.dec.74.num.2.& 32.par.1.diuerſ. & co-
ram Buratt.dec.475.num.1.coram Merlin.dec.806.num.
1.2.& in Melentana Bonorum 16.Ianuarij 1669.coram
Reuerendiſſimo Alberg. Decano.

Et talis ſcriptura etiam ſi probata non ſit per te-
ſtes, qui ipſam viderint ſcribere, valet, & tenet, vti te-
ſtamentum, dummodò conſtet de identitate ſcriptu- 147
ræ, & charactere diſponentis, per comparationem li-
tterarum, *Bart. in l.ſi ità ſcripſero, ff. de Condit. & de-*
monſtr.Paul. de Caſt. conſil.93.nu.2.vol.1. Alex.conſil.
114. vol.7. & alij relati per *Hartm Piſt.quæſt.lib. 1. qu.*
1. numer.5. in fine, nec tamen ad eius validitatem re-
quiritur, vt tota ſcriptura ſit manu teſtatoris exara-
ta, ſed ſufficit, vt ab eo ſit ſubſcripta, *Iul. Clar. lib. 3.* 148
ſentent.§. teſtamentum quæſt.14. idem *Hartm.Piſt. dict.*
qu.1.nu.7. & tradidit *Gamm.dec.61.Dauth.d.§ ex im-*
perfecto num.28. & cæteri relati per *Add. ad Hartm.*
Piſt.quæſt.1.litt.G. & admittit *Rot. in dict. d.Melentana*
Bonorum 16. Ianuarij 1669. coram Reuerendiſſimo Al-
bergato, §. conſtitit enim. Vbi, verò, talis ſcriptura ca-
ret teſtatoris ſubſcriptione, vim teſtamenti non ha-
bet, ſecundum *Rot. in Romana Teſtamenti 31.Iannar.*
1659.cor.R.P.D.Beuilaqua, & in Amerina fidei 5.Iun. 149
1660.

1662.coram R.P.D Priolo, §.non obstat; sed id proce-
150 dit, quando non est manu ipsius disponentis conscri-
pta; Alias, enim dum scriptura testamenti est scripta
manu testatoris, alia subscriptione non indiget *Paul.
de Castr.in l.fin.in fine,C.famil. Ercisc. Alex. consil.123.
nu.4.vol.1.Hartm. Pist. d.quæst.1. num.6. Pantsmanch.
qu.1.nu.5.par.2.& qu.4.nu 8.& seqq.*

Et licet talis opinio, quod valeat testamentum, inter liberos, etiam si nullo teste sit munitum, sit com-
munis, tamen eam impugnat *Cuiac.* multis argumen-
151 tis, per extensum, relatis à *Fachin. controu. lib.4.cap.1.
vers.ceterum Iacobus Cuiaccius*, quem sequuntur mul-
ti Doctores relati per *Capyc.Latro consult.132.num.3.*
Hanc autem sententiam sicuti non admittit idem
152 *Fachin.vbi suprà vers. ego verò*, ità ipsam reprobant
expresse *Raudeu.de Analog. cap.28.num.96.& 141.&
seqq.& dec.Pisau.23.n.7.* & alij cumulati per *Addent.
ad Hartm.Pist.d.lib.1.quæst.1.lit.E.*

Restringitur etiam secundum aliquos, nostra sen-
tentia, quod valeat testamentum inter liberos, nullis
adhibitis testibus, in casu, quod filij sint æqualiter in-
stituti, non verò, si inæqualiter sint vocati, & præcipuè
153 inæqualitate considerabili, vt notat *Fachin. d. lib.4.
controu.cap.2.vers.sed non vulgaris,Roman.consil.179.
num.16.Dec.consil.105.num.6.Grat. consil. 166.* & alij
plures relati per *Hartm. Pist. d.lib.1. quæst.1. num.11.
Maluas.consil.103.num 49.Caphal.consil.72.nu.7.Petr.
Peck.de testam. coniug. lib.1. cap.31. num.10.& lib.3.
cap.13. num.2.* cum multis cumulatis per *Addent. ad
Hartm.Pist.d.cap.1.lit.L,* & per *Capyc. Latr. d. consult.
132. numer. 24.* & per *Fusar. de substit. quæst. 245. nu-
mer.55.*

Sed re vera, talis opinio non est, de iure, vera; nam
154 siue æqualiter, siue inæqualiter filij sint instituti, pro-
cedit regula, de qua suprà, fauore liberorum, vt benè
ostendit *Fachin. d.lib.4. cap.2. vers. affirmantis senten-
tia,* & ità etiam firmauit *Barry success.lib.1.tit.3. nu.5.
Osuald.ad Donell.lib.6.cap 9.lit.E, Ant.Faber de Error.
Pragm.decad.35.error.3.num.10.*vbi valdè otiosam, &
ridiculam appellat hanc quæstionem, *Vasq.de success.
creat.lib.3.§.21.num.62.Mantic.de Coniect.vlt.vol.lib.
6.tit.2.num.9.& seqq.Magdalen.de num.test.in testam.
requis.par.1.cap.16.num.150. & seqq. & num.160.&
seqq.Gaill.obseru.112. num.23. Surd. consil.29. num.21.
lib.1.Spin.in specul.testam. gloss.18. num.34.* & multis
cumulatis; articulo discusso, pro hac concludit, *Pist.
d.lib.1.cap.1.nu.11.vers.contraria tamen*, quam etiam
benè firmat, multis auctoritatibus cumulatis, *Add.ad*
[illegible] *Pist. d.cap 1. lit. N, Dauth.in d.l.consultissima,
§.ex imperfecto num.41.*

Id tamen verum est, quod fauore liberorum, dum-
taxat introductum fuit, vt testamenta minùs solem-
155 nia subsistant, & propterea fauore extraneorum ne-
quaquam substinentur tales dispositiones imperfe-
ctæ, vt latè *Magdalen.de num.test. &c. d. par.1. cap.16.
nu.196.Crass.§.testamentum quæst.16.nu.8. & Clar.d.§.
testamentum quæst.10.nu.2.Fusar. de substit. quæst.593.
num.38. Hartm.Pist.d.lib.1.quæst.2.num.3.Capyc.Latro
consult.132. nn.22.23.*

Et idcircò, si in testamento inter liberos adsit lega-
156 tum relictum extraneæ personæ, non valet, nisi vltrà
scripturam manu testatoris scriptam, vel subscriptam
interuenerint duo testes, quod fuit speciali legis in-
157 dulgentia sancitum in §. *nos igitur auth. de testam. im-
perf.à Parent.inter liber.fact. vers. si tamen, vt vxori,*
vt obseruat *Rot. in Meleuitana Bonorum 18. Iunij
1669. coram Reuerendiss. Albergato post tract. dec. 18.
num.4.*Siquidem iure Codicis remanebant exclusi ex-
tranei a relicto sibi in testamento inter liberos, vt est
*tex.ad literam,in l.fin. C.famil. Ercisc. & in l.hac con-
sultissima,§.ex imperfecto, C.de testam.* Vndè paruum
beneficium non fuit, quod vbi septem testes, aut sal-
tem quinque, in relictis, de iure, requirebãtur, ad hoc, 158
vt extraneus ab vltima voluntate capere posset, id in
testamento inter liberos, redactum fuerit ad duos
tantum, quibus testator suam voluntatem manife-
stauerit; & hanc doctrinam sequuntur communiter
interpretes, vt per *Crass.d.§.testamentum quæst. 16. nu.
8.Menocch.cons.268.nu.12.Barry de success. par. 1. tit.3.
num.6.Thesaur.Iun.quæst.for.lib.4.quæst.34 nu.8. Mag-
dalen.d.par.1.cap.16.num.198.Paschal. de virib. Patr.
Potest.par.3.cap.8. num.28. Bellon. Taurinen. consil 37.
num.7.& seqq* & latissimè *Carpzou. Iurisp. for. par. 3.
constit.4.defin.19.Cancer.var.lib.1.cap.4. de testam.nu.
102.* & latissimè *Rub.pariter de testam. cap.55. num.9.
& seqq. Add.ad Hartm.Pist.lib.1.quæst.2. lit.C, Capyc.
Latro consult.132.num.20.Gratian.discept.for.cap.219.
num.25. Andreol.controu.346. num.31. Fagnan.in cap.
relatum il 1.de Testam.num.10. Altograd.Iun. controu.
15.num.12.* & voluit *Rot.dec.734.num.11.& 12.par.1.
diuers.& coram Merlin.dec.806.numer.2. vers.quando
factum fuit,* & alibi, vt firmatur, in *d.Meleuitana Bono-
rum 28.Iunij 1669. coram Reuerendiss. Albergato dec.
18. num.3. post tract.* confirmata 4. *Iunij 1670. coram
eodem dec.20.post tract.* Et, hoc casu, dicti duo testes 159
dicuntur, de solemnitate substantiali, & requiruntur
pro forma, adeòvt, ipsis non adhibitis, testamentum
nequaquam conualescat, vt benè eadem *Rot. d. dec.
734.num.12.& 13.par.1.diuers.& d.dec.18. post tract.
num.5.*

Dubitatur, autem; An ad hunc effectum, pia causa
sit extranea persona, itàvt valeat legatum Ecclesiæ, 160
vel piæ causæ relictum in testamento inter liberos,
quamquam, vltrà scripturam, manu testatoris sub-
scriptam, & conscriptam, non sint adhibiti duo testes;
Et multi ex Doctoribus, tenent fauore piæ causæ,
quod valet legatum relictum in testamento inter li-
beros, etiamsi dicti duo testes non adfuerint, & præ-
cipuè, *Crass.§.legatum quæst.67. nu.10. Gulielm. de Be-
nedict. in cap. Raynutius de testamentis in verbo testa-* 161
mentum il 1.num.83. & alij allegati per *Capyc.Latro d.
consult.132.nu.30.31.* & ità etiam consuluit *Dec. cons.
160.& Ias.155.vol.4.*

Sed contrariam sententiam, quod legata ad pias
causas non valeant in testamento inter liberos reli-
cta, quando dicti duo testes non adsunt, præ cæteris,
defendunt, *Bald.in auth.quod sine, C. de testam.* quem 162
sequitur, *Aretin. consil.64. col. penult.* & hanc etiam
magis communem appellat, *Marian.Soccin.cons.189.
n.74.vol.2.Didac.in cap.relatum nu.12.de Testam.Eue-
rard.in Topic. loco à libertate ad piam causam num.20.
Vuessembecc.consil.90.num 9.*benè *Dauth. in l.hac con-
sultissima,§.ex imperfecto,C.de testam.num.39.40.*vbi,
quod testamentum ad piam causam ad iuris gentium 163
terminos redactum est; ac proindè, in eo, duo testes
requiruntur, alias nullo pacto, subsistit, & hanc etiam
tanquam crebriori interpretum calculo receptam
admittit, *Hartm.Pist.d.lib.1.quæst.2.num.4. 5. & add.
ad eundem lit. L,* & secundum hanc sententiam iudi-
casse Senatum Lipsiensem, testatur *Thoming.in dec.4.*
relatus *à Pist. loco cit.* nec ab hac opinione dissen-
tiunt citati per *Rot. in Romana Pecuniaria 7. Maij
1668.coram R.P.D.Taya dec. 164. num.6.7. post tract.*
de hac verò quęstione dicam paulò inferiùs *num.177.
& seqq.*

Vlterius etiam filius naturalis, respectu patris, di-
citur extranea persona, adeòvt non possit capere
hæreditatem ex testamento paterno absque solem-
nitatibus celebrato, quicquid sit respectu matris, vt 164
latè, *Surd.dec.292. vbi Hodierh. Fachin. controu. lib. 4.
cap.3.Carpzon.Iurisprud.for.par.4.constit.4.defin.24.*de
qua re plura scribit *Hartm.Pist.d.lib.1.quæst.1. nu.19.*

Dauth.

Dauth.d.§.ex imperfecto num.44.Magdal.d.cap.16.nu.
199.Aluar.Valasc.consil.94.nu.6.Gerard.Mazzol.consil.
115.nu.3.Vuesemb.d.consil.90.nu.21. Schurf.consil.57.
cent.3.& alij plures relati per Addent. ad Hartm. Pist.
d.quaest.1.lit.Z, & Y.

Non, verò, dicitur extraneus, nepos ex filio, quando est suus hæres, & habet primam causam succeden-
165 di, vt latissimè, Magdalen. d. cap. 16. num. 178. Mallnas. consil. 120. numer. 36. Hartm. Pist. d. quaest. 1. numer. 16.

Quid, autem, sit statuendum, de nepote, viuo adhuc patre, vel matre, quo casu, primum locum in succedendo non habent, est in iure controuersum. Multi tenent, quod non valeat testamentum minus solemne, nisi inter liberos, vel nepotes, habentes primam
116 causam succedendi, vt Salicet.d.§.ex imperfecto, vers. sed pro concordia, Curt. Iun. ibi num.16. Barbat. consil. 88. num. 7. vol. 4. & plura etiam Laderch. consil. 22. per tot. & ceteri adducti per Hartm. Pist. d. quaest. 1. num.16.

Sed contraria opinio est magis communis, quod valeat tale testamentum inter liberos cuiusque gra-
197 dus, vt per Bald, in cap. si clientulus col.3. vers. quo vberiori de alien.feud. Pater Alex.cons.176. num.1. & nu. 9.vol.5. Natt.cons.248.tom.2.Boer.dec.141.nu.3.Clar. d.§.testamentum quaest.12.num.5. & latissimè Odd. cons. 89. num.50. & seqq. Gerard. Mazzol.d. cons.115. num. 18.Carpzou. Iurisp. for. par.3. Constit. 4. definit. 16. per tot.

Et pariter procedit talis dispositio etiam in filio qui ab intestato, ex peculiari statuti dispositione vel proprio pacto desuper inito non succederet, vt fir-
168 mant Alex. & Ias.d. §. ex imperfecto Roman. cons.179. Boer.dec.241.num.3.& alij relati ab Hartm. Pist. d.lib. 1.quaest.1. num.17.Magdalen.d. cap.16. nu.203. Dauth. ad d.l.hac consultissima num.44.vers.amplia septimò; Et licet dissentiat Paris.cons.146. num.20. vol. 4. tamen à
169 prima opinione non est recedendum, vt firmat Add. ad Hartm.Pist.d.lib.1.cap.1. littera V, vbi expresse Paris. reprobat.

Cæterum non habet locum in filijs, respectu patris, & eius fauore; Ipsi, enim, quamuis disponant, fauore patris, prætermissis solemnitatibus iuris ciuilis, testamenta condere non possunt, vt quicquid dicat,
170 Curt.Iun.in d.§.ex imperfecto, communiter tenent, Roderic. Suar. l. quoniam in prioribus vlt. ampliat. C. de Inoff. testam. Vasq. de success. creat. lib.3. §.21. limit.7. num.61.Boer.dec.241.in fine, Gomez ad ll.Taur.3. num. 34.Vuesembecc.cons.90.num.2.Gaill.obseru.cap.113.nu. 26.& ceteri congesti per Addent. add. Hartm. Pist. d. lib.1.quaest,1. littera X.

Aduerte, tamen, quod ad hoc, vt testamentum, dicatur inter liberos, non sufficit, vt in aliquo, liberi sint honorati, sed requiritur, vt ipse filius sit institutus, vt plenè ostendit, Cancer. var.lib.1.cap. 4. num.101.Et propterea, quando extraneus est institutus, licet filius sit substitutus, non dicitur dispositio inter filios, &
172 non valet, non adhibitis solemnitatibus de iure requisitis, idem Cancer. vbi supra num. 103.

Diximus valere testamentum inter liberos, dummodò constet de voluntate, per scripturam, manu te-
173 statoris scriptam, vel subscriptam; Quando, verò, de tali scriptura non constat, ad hoc, vt dicatur validum, saltem duo testes adhiberi debent l. hac consultissima, §.ex imperfecto C. de testam. Magdalen. de num. test. in testam.requis.d.cap.16. Gaill.lib.2. Obseru. 112. num.1. Cephal.cons.512.num.21. Surd.cons.258. num. 2. Morott.cons.34.num.20.& seqq.Carpzou.Iurisp.for.d.par.3. constit. 4. defin.115. Hartm. Pist. d. quaest. 1. numer. 1, & seqq.

Idque procedit, siue sit testamentum in scriptis, siue nuncupatiuum Alex. cons.105. vol. 3. Pantschmit. 174
quaest.1.num.24.& seqq.par.1.Magdalen.d.cap.16. nu.
175.Hartm.Pist.d.lib.4.quaest.1.num.2. vbi, quod valet 175
testamentum, etiamsi testes non sint rogati, neque omni exceptione maiores, imò etiam fœminæ admittuntur.

Et ex his, constat, testes in testamento inter liberos, non esse de forma substantiali, quando constat de
dispositione, per cedulam scriptam, vel subscriptam 176
manu testatoris; esse tamen, de forma, numerum duorum testium, quando non fuit expressa vltima voluntas, per schedulam manu testatoris exaratam. Et vlterius pro forma substantiali esse adhibendos duos testes in testamentis inter liberos, ad hoc, vt valeant, respectu extraneorum legatariorum.

Et similiter est tenendum, de testamento ad piam causam, quod eius forma substantialis consistat in
numero duorum testium. Siquidem per ius Canoni- 177
cum, valent cum duobus tantum testibus, nulla iuris solemnitate attenta, vt habemus in cap.relatum il 1.de testam. Clar. lib. 3. sentent. quaest. per tot. Magdalen.de num.test.in testam.requis.par.1.cap.12. num.33. & 34. & par.2.cap.3.num.2.Boer. decis.93. numer.4. & seqq. Mantic.de coniect.lib.6.tit.3. num.4. Gamm. dec. Lusit. 46.num.3.Crass.sent.quaest.18.num.2.Valasch.consult. 74.num.4.10.13.Cauall.comun. contra comun. qu. 318. latissimè, Fagnan.d.cap. relatum num.4 & num.7. vbi etiam Barbos.num.2.3.Carpzou.Iurisp.for.par.3. constit. 4.def. 33. Card. de Lugo de Iust.& Iur. disp. 22. sect. 9. num.266.Capyc. Latro dec.140. num.1. lib 2. & multis Rotæ decisionibus cumulatis, Rub. de Testam. cap. 20. num.14.& seqq. quibus addo decis.289.num.2. par.10. rec.

Nec est dubium, quod dispositio d.c. relatum procedat etiam in terris Imperij, quia quoties apud iudicem sæcularem est controuersia de legatis pijs, ex iu-
re Canonico ea decidenda est Couarr. d. cap. relatum 178
circa principium Tiraquell.de Priuil.Pia caus. priuil.1. Magdal.de num.test.& e.d.cap.12.num.3.4.& alijs omis-
sis, Carpzou.d.par.3.constit.4.defin.33.num.45. Fagnan. 179
d.cap.relatum num.11.

Est tamen valdè controuersum, in iure; An etiam sine testibus valeat testamentum ad Pias causas; Affirmant, præ ceteris, Ruin. cum multis ab eo allegatis,
cons.71.num.18.lib.3. Menocch.cons.224.num.59. lib.3. 180
Magdalen.de num.test.in testam.requis.par.2. cap.3. nu. 5.& seqq. Donat. Anton.de Marin.cap.229 num.7. lib.2. Fagnan.d.cap.relatum num.7. Altograd.dun.contron.15. num.22.Rub.de Testam. cap.21 in princ.& num.28 Doctoribus cumulatis, hanc opinionem defendit, Andreol. controu. for. cap. 356. num. 7. Et talis opinio fuit semper à Rota canonizata vt in dec.734.num.1. par.1. diuers. coram Buratt. dec.475.num.2. vbi aliæ Rotales decisiones allegantur, in Alatrina Testamenti 26. Februarij 1649.coram Bo:me:Verospio, quæ est decisio 289. par.10.rec.

Et talis opinio fundatur, in rationibus adductis per
Merend.controu.for. lib.4 cap.16. num.3.4. Andreol.d. 181
controu.356.num.8.& seqq Fachin. controu.lib.4. cap.3. littera B, & præcipuè, quia sicuti l. hac consultissima §. ex imperfecto, & l. fin.C.famil. ercisc. disponunt, vt testamentum filij familias valeat, sine testibus, ita est dicendum, de dispositionibus ad Pias causas; Nam omnia ea, quæ, fauore liberorum sancita fuerunt, excepta legitima, ad pias causas traheuda sunt Rot. dec. 74. numer. 16. par.2. diuers.& d. decis. 289. num. 2. par. 10.rec.

Præterea, quia, in testamentis, ad pias causas, ius gentium spectatur, & non ius Ciuile, Pasqualig.quaest. Moral.Iurid.quaest.18. num.2 Rub.de Testam. cap.1. nu. 30.& est textus in c. Ecclesia S. Mariæ de Constit. ergo hoc

hoc testamentum destitutum testibus erit validum. Nam testamentum Militis, quod secundum regulas
182 iuris gentium fit, etiam sine testibus valet l. 1. *ff. de testam. Milit. & princ. tit. Instit. eodem Andreol. d. controu.* 356. *num* 8.

Contrariam nihilominus sententiam defendit, *So-*
183 *cin. Iun. conf.* 179. *num.* 74. *lib.* 2. *Mantic. lib.* 6. *de coniect. vlt. vol tit.* 3. *num.* 9 & alij enmulati per *Crass.* §. *testamentum quæst.* 18. *num.* 8 *Ceuall. commun. contra commun. quæst.* 136. *Eugen. conf.* 50. *lib.* 2. & alij, quos refert, & non sequitur *Andreol. d. controu.* 356. *num.* 1. *Macerat. Var lib.* 3. *resol.* 44. *in* 4. *casu vers. & licet schedula*, & cæteri allegati per *Rub. de testam d. cap* 35. *num.* 5. *& seqq. clar. d. lib.* 3. *sentent.* §. *testamentum quæst.* 7. *num.* 2. *Thoming. dec.* 4. *num.* 45. *Berold. par.* 3. *cons.* 94 *num* 13. *Carpzou. d. par.* 3. *constit.* 4. *num.* 8. 9. *Hartm. Pist. quæst.* 2. *num.* 2. vbi, quod hæc sententia magis est consentanea textui *in d. auth. de testam. imperfect.* Et ponderatis hinc inde rationibus in hac etiam opinione residet *Facchin. controu. Iur. lib.* 4. *cap.* 4. *lit C, D.* & doctissimus *Merend. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 5. *& seqq.* & aliquando pro hac opinione fuit etiam decisum per *Rot. vt cor. Put. dec.* 97.

Et licet, optimis rationibus, & argumentis hanc
184 sententiam defendant, præ cæteris, *Merend. d. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 5. *& seqq. & Facchin. d. lib.* 4. *controu. cap.* 3. *lit. C, D*, adeovt in puncto iuris dici possit verior, nihilominus ob auctoritatem Rotæ Romanæ, à ptima sententia non dissentirem, prout eant etiam approba-
185 runt multi Theologi relati per *Card. de Lugo de Iust. & Iur. disp.* 22. *sect.* 9. *num.* 265. *vers. an verò requirantur.*

Vndè, sicuti de testamento inter liberos supra firmauimus, ita de testamento ad piam causam tenen-
186 dum est; quod eius forma substantialis non consistat in numero testium, quando aliunde constat de voluntate disponentis.

Similiter talis regula, vt dispositio testamentaria valeat sine testibus, & nulla seruata forma iuris Ciuilis, procedit in testamento condito per Cardinalem, vigore amplissimæ facultatis testandi eidem per Pon-
187 tificem datæ, vt latissimè ostendit *Altograd. Inn. controu.* 15. *per tot.* & optimè *Altograd. Pater in consil.* 58. *num.* 41. *& seqq. lib.* 2. vbi, quod in testando, gaudet priuilegio Militum, & prius dixerat *Soccin. Sen. in l.* 2. *nu.* 2. *ff. de leg.* 2. & plenè ostendit *Rota in Romana Legati* 14. *Aprilis* 1660. *coram R. P. D. Priolo.*

Quod est intelligendum, quando data fuit facultas testandi absque aliquibus iuris, & statutorum solemnitatibus, secus verò, quando simplex facultas testandi data fuit, quia, eo casu, censetur permissum, vt valeat eorum testamentum cum solemnitatibus iuris
188 Canonici, vt explicat *Altograd. Sen. consil.* 58. *num.* 46. 47. *lib.* 2. & distinguit *Altograd. Inn. d. controu.* 15. *num.* 25. *vers. illud autem.*

Tandem, quæri potest; An testamentum nuncupatiuum requirat, pro forma substantiali, numerum 7. testium. Et respondeo, quod testamentum nuncupatiuum pluribus modis fieri potest: Vel, nulla, adhibita scriptura, & coram testibus, & tunc non potest fieri, de iure communi, minori numero 7. testium, vt
189 alijs omissis, firmat *Picchard. in* §. *sed cum paulatim Instit. de Testam. ordin num.* 2. qui numerus 6. testium certè est de forma substantiali testamenti; Imò tota vis,
190 & substantia dispositionis pendet ex dicto duorum
191 testium, vt explicat, *Andreol. controu.* 103. *num.* 1. *& seqq. Didac. à Spin. in specul. testam. gloss* 31. *num.* 3. *Picchard.* §. *sed hæc, quidem Instit. de Testam. ordinan. Altograd. consil.* 50. *num.* 1. *lib.* 1.

Hinc est, quod, si vnus ex dictis testibus decedat ante testatorem, testamentum est irritum, tamquam sine forma, & solemnitate substantiali *l. si omnes* 192
12. *C. de Testam. Crass.* §. *testamentum quæst* 81. *num.* 1. *Simon de Prat. de Interp. vltim. vol. lib* 2. *Interp.* 2. *dub.* 2. *num.* 10. *& seqq. Honded. consil.* 26. *nu.* 11 *Mart. summ. successi. leg. par.* 4. *quæst.* 1. *art* 8. *num.* 18. *Cyriac. controu. for. cap.* 444. *num.* 2. *Rub. de Testam. cap.* 38. *numer.* 143. *Danth. de Testam. de test. testamentar. num.* 453. Imò corruit, etiam si testes ipsi, vel aliqui ex eis, sint in eorum depositionibus discordes *Surd. consil.* 114. *nu.* 88. 193
& consil. 129. *nu.* 25. *Cyriac. d. contr.* 444. *nu.* 11. 12. *Andreol.* latissimè *d. contr.* 296. *nu.* 15. 16.

Vel fit, mediante publico instrumento, qui modus testandi fuit adinuentus, longè post editas leges, de nuncupatiuis testamentis loquentes, vt tradit *gloss.* 194
in l. hæredes palam lit. O, verbo hæredes palam, ff. de testam. Crass. §. *testamentum quæst.* 10. *num.* 2. *Altograd. consil.* 50. *num.* 4. 5. *lib.* 1. *Andreol. d. controu.* 103. *num.* 2. & tunc proprijs nititur viribus, & de se facit plenam fidem, absque vllo testium examine, *Crauett. consil.* 466. *num.* 6. *Surd. consil.* 414. *nu.* 21 *Grattan. discept. for. cap.* 429 *num* 5. & multis adductis, *Andreol. d. controu.* 103. *num.* 3. *Rub. de Testam. cap.* 38 *num.* 114 *& seqq.* cum alijs plenissimè congestis per *Altograd. d. consil.* 50. *num.* 7. *lib.* 1. Et eo casu morte testium non corruit dispositio, quia satis dicitur comprobata voluntas publico notarij instrumento, vt post *Modestin. Pist.* 195
consil. 31. *num.* 36. quem allegat, tenet *Andreol. d. controu.* 302. *num.* 2. *in fine*, & optimè firmat *Altograd. d. consil.* 50. *num.* 23. *& seqq. lib.* 1. & per consequens in testium depositione, & examine forma testamenti non consistit.

Vel fieri solet, non expresso, vel publicato hæredis nomine, sed implicitè, per relationem ad certam 196
schedulam, vel scripturam, vel penes tertium existentem, vel traditam notario coram testibus, & tunc tale testamentum, quod dicitur nuncupatiuum, nuncupatione implicita, vt per *Rot. dec.* 359. *num.* 4. 197
part. 11. *rec.* valet, & tenet, dummodo identitas talis scripturæ verificetur per rogitum notarij, vel per testes *Alex. consil.* 176. *nu.* 6. *lib.* 5. *Paris. consil.* 19. *nu.* 13. *lib.* 198
3. *Grattan. discept. for. cap.* 973. *num.* 1. *& seqq. Magdalen. de num. test. in testam. requis. par.* 1. *cap.* 27. *num.* 9. *Guttier. in l. nemo potest, ff. de leg.* 1. *nu.* 247. *& seqq. Ferentill. ad Buratt. dec.* 475. *nu.* 2. & cum pluribus adductis, eadem *Rot. dec.* 359. *per tot. par* 11. *rec.*

Et propterea in quæstione de qua supra; An testes sint de forma substantiali testamenti nuncupatiui responderi potest, quod primo casu, vbi de voluntate non constat, nisi per simplicem scripturam, vel nominationem hæredis factam coram testibus, testes sint de 199
forma substantiali testamenti.

Secundò casu, quando de voluntate testatoris constat per publicum instrumentum, testes sunt de forma 200
substantiali in actu testandi, non verò in actu publicationis testamenti, vel pro verificanda voluntate defuncti.

Tertiò casu, quando quis fecit testamentum, per relationem ad schedulam penes tertium existentem, vel per scripturam sigillatam notario consignatam, testes sunt de substantia in actu consignationis, pro verificanda identitate scripturæ, non verò sunt de 201
substantia ad probationem contentorum in eadem Cedula.

His præmissis, redeundo ad quæstionem nostram principalem; An, per partis confessionem validari possit dispositio testamentaria, ob defectum numeri testium inualida, distinguendum est: Vel loquimur 202
de testamentis, in quibus, pro forma substantiali, requiritur aliquis testium numerus, & tunc tali forma, de iure requisita non seruata, testamentum erit nullum, neque hæredis confessione validari poterit; & in

his

his terminis sunt intelligendi Doctores supra allega-
203 ti num.59.95.& 103. Vel est sermo de aliqua dispositione, in qua de forma non requiritur, vt testes adhibeantur, & tunc dummodo de voluntate testatoris constet per voluntatem hæredis, testamentum erit validum, vt exempli gratia, testamentum ad piam causam, testamentum inter liberos, testamentum Militis, & alia in quibus testium numerus pro forma non exigitur.

Hinc est, quod, iure merito, per confessionem hæredis validari testamentum inter liberos, dixit, opti-
204 mè, Natt.§.ex imperfecto num.151.& 153.& alij relati per Magdalen.d.par.1.cap.16.num.168.& 169. Rauden de Analog.cap.28. nam. 121. Peregr. cons. 64. num.18 21.lib.1.ibi, *Fatendum est testamentum non solemne inter extraneos in solemnitatibus de iure formalibus deficiens, per confessionem, quod factum fuerit non roborari: Inter liberos, autem, quia nulla solemnitas iuris positiui desideratur confessionibus liberorum probatur*, & admittit Rot.in Ametina Fideicommissi 5. Iunij 1662. coram R.P.D.Priolo §.hinc parum refert.

Et de testamento ad piam causam; quod, quia, in ipso, testes non requiruntur pro solemnitate formali testamenti, sed ad probationem voluntatis, si de voluntate testatoris aliter, quam per testes constare potest, erit valida dispositio, vt per confessionem partis,
205 Magdalen.de num.test.&c.par.2.cap 3.num 7. Fagnan. in cap.relatum num.8.de Testam latissimè Rub. cap.22. de Testam num.1 & seqq.& admittit Rot.dec.63. nu.1. par 11.rec.

Et procedunt conclusiones supra firmatæ, non tantum in testamentis, sed etiam in codicillis, & legatis extra testamentum relictis, quæ cum, de substantia,
206 requirant numerum 5 testium Faber. in Cod. lib.6. tit. 4.de testam.num.3.Carpzou.Iurisp.forens.par.3.constit.4. defin.31.& defin.35.per tot Gasp.Maas de Testam.Val. vel Iaaal.tit.5.quæst.8.num.32. Gutier. in l. nemo potest num.275.ff de leg 1.Andreol.contron.296.num.18.defectus huius numeri testium non potest, per confessio-
207 nem hæredis conualidari, vt latè ostendit, Vasq.de successione Creat. lib. 3. §. 22. limit. 18. num. 10. vers. vndè licet.

Fideicommissa, verò, quia nullã iuris solemnitatem desiderant, nullamque formam à lege accomodatam
208 habent vt in l. fin.C. de Codicill. l. fin.C.de Fideic. potetunt, per confessionem hæredis conualidari, vt optimè tradit idem Vasq.d.lib.3.§.22.limit.18.num.11. circa finem, & plenissimè Card. de Lugo de Iustit. & Iur. disp.22.num.256.& seqq.sect.9. omninò in materia vi-
209 dendus, Mantic.de Coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.13.nu.5. vers.tum etiam.

Nunc autem hic quæri potest vtiliter; An, ex testamento imperfecto nascatur obligatio naturalis; Ex hac, enim, pendet resolutio alterius quæstionis, in iure multum controuersæ, scilicet, an quis teneatur in Conscientia seruare voluntatem testatoris, in minus solemni testamento declaratam: Si, enim, naturalis obligatio ex tali dispositione minus perfecta oritur, quis tenetur ipsam, in Conscientia seruare, sin minus, quis erit tutus etiam in Conscientia, ex regula, quod Conscientia non ligat, quos natura
210 non obligat Dec. & Cagnol. in l. quod à quoquam num. 4. ff. de Regul. Iur. & latè ostendit, Magdalen.de num. testium in testam. requis. par. 3. cap 2. num.5. 6. Gutier. in l.nemo potest ff de leg. 1. num.458. Ros. dec.80. num. 13. par. 10. & dec. 98. num. 16. par. 11. rec. Et quod sit bona consequentia; hæres, iure naturæ tenetur,
211 ergo etiam in foro Conscientiæ obligatur, ostendit Fachin. contron. Iur. lib.4. cap. 5. vers. probatur igitur.

Vlterius ex hac ipsa quæstione, an ex testamento imperfecto oriatur obligatio naturalis, illa quæstio deriuat non minus vtilis, an possidens rem sibi in minus solemni testamento relictam, habeat exceptionem retentionis; de quibus omnibus dicam inferius.

Et re vera, quæstio, an ex testamento minus solemni naturalis obligatio nascatur, videtur affirmatiuè resoluenda ex pluribus, & præcipuè.

Primò quia, si hæres non esset naturaliter obligatus ad implendam testatoris voluntatem, ex minus solemni testamento liceret ei, ob eam causam solutum repetere l. quod indebitum. l. naturaliter, & l. se- 212
quens ff.de condit. Indeb. l. quod pupillus ff. eodem cum similibus, sed repetere ei non licet l. 2.C.de Fideicom. l. non dubium C. de Testam. & nos infrà dicemus num. 226. meritò est tenendum, quod naturalis oriatur obligatio, vt, in proposito, præ ceteris, obseruat Fachin. contron. lib. 4. cap. 5. vers. probatur igi- 213
tur.

Secundò confirmatur, animaduertendo, quod, si testamentum conditum sit coram duobus testibus, vel tribus, non est quidem solemne, sed tamen iure naturali, valet, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum cap. relatum, & cap. cum esses de 214
Testam. ergo erit hæres saltem naturaliter obligatus ex testamento minus solemni, & perfecto.

Tertiò facit gloss. in l. si post diuisionem verbo in medio C.de Iur. & fact. ignorant. vbi, quod, sicuti se habet contractus minus solemnis, quoad obligationem, ita etiam vltima voluntas minus solemnis se habere debet, valet, enim, argumentum à contractu ad vltimas voluntates, l. pactum inter hæredem ff de Pact. 215
l. eum qui ita in princ. ff de verb.Oblig.l fin. C. de legat. Sed sic est, quod ex pacto nudo oritur obligatio naturalis, l. iuris gentium §. sed cum nulla vers. igitur nu- 216
da ff. de Pact.l. si vnum §.pactum non poterit ff.de Pact. ergo pariter ex minus solemni testamento naturalis obligatio oriri oportet.

Quartò nullus est, qui non fateatur obligationem ex iure gentium prouenire, vt est textus in l. eum au- 217
tem §.is natura debet ff.de Reg.Iur.sed, de iure gentium nulla in testamentis solemnitas requiritur l. militis 218
ff. de Testam. Milit. l. verbis legis ff. de verb. signif. ergo deficiente solemnitate requisita in testamento, non impeditur nihilominus ortus naturalis obligationis.

Quintò tandem comprobatur ex text. in l. in testamento ff. de Fideicom. libertat. vbi, licet libertas relicta supponeretur in minus solemni testamento, nihi- 219
lominus, ait textus, quod hæres adimplere debeat; Vndè deducitur, quod ex eo testamento obligatio pietatis oriatur, & sic naturalis.

Et confirmatur etiam hæc conclusio auctoritate Plinij lib.5.Epistol. ad Caluinum, quem referunt, in pro- 220
posito, Couarr.in cap.cum esses de testam. num. 5. Vinni.ad §. sed cum paulatim Instit. de Testam. Ordin. num. 8. Card. de Lugo de Instit. & Iur. disp.22. sect. 9. num. 249. vbi, hoc inquit, *si vis aspicias, irritum, si defuncti voluntatem natum, & firmum est, mihi autem defuncti voluntas (vereor quam in partē Iurisconsulti, quod dicturus sum, accipiant) antiqui iuris est*, & idem Plinius lib.2. Epistol.ad Annianum; *Ego propriam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiam si deficerent, quasi perfectas tueter.*

Ex quibus, & alijs similibus argumentis, hanc tuentur opinionem, post gloss. in l. 1. ff. de condit. Indeb. 221
vers. item in Legato, & in l. eum quis C. de Iur. & fact. ignorant. in princ.& in l. si post diuisionem in princ. C. eodem, Ias.in l.1.num.16.ff.de condit.Indebit.Bart.in l nemo potest num. 18. ff. de leg. 1. & alij allegati per Magdalen.de num.test.in testam.requis.par.3.cap.2.num.3.& seqq.

seqq. Decian. conf 46. num. 93. lib. 2. Fachin. controu. Iur. lib. 3 cap. 5. per tot. Vinn. in §. sed eum paulatim, Instit. de Testam. Ordin. num. 8. vers. at in quæstione, Christin. dec. Belg. vol 4. decis 34. Mantic. de coniect. Vlt vol. lib. 2. tit. 14. num. 16. Clar. lib. 3. §. testamentum quæst. 90. num. 1. vbi Add. latissimè vel alios cumulat *num. 1.* & pro hac etiam scripserunt alij plures relati per *Vasq. lib. 1. §. 1. num. 22. per Gutier. in l. nemo potest de leg. 1. num. 458. per Dauth. de Testam. de test. testamen. num. 443. & per Card. de Lugo de Iust. & Iur. disp. 22. sect. 9 num. 249.* quibus addo *Rub. de Testam. cap. 48. num. 254.*

Et propterea, quia, vt diximus, ex hac quæstione, pro parte affirmatiua, resoluta promanat alterius quæstionis solutio; An relictum in minus solemni testamento debeatur in Conscientia, ideò, tam supracitati, quam alij, qui cumulati possent huius opinionis defensores, indubitanter affirmant hæredem, ex minus solemni testamento, teneri in Conscientia ad soluenda legata, & alia adimplendum, iuxtà mentem testatoris, ob ipsam rationem, quod id, quod de-
222 betur naturaliter est soluendum in foro animæ, *Innocent. in cap. quod sicut nu. 18. de Elect. Falin. in cap. quoniam contra num. 11. de Probat.* sic igitur hanc opinionem, scilicet, quod in Conscientia debeatur relictum ex minus solemni testamento, defendunt omissis antiquioribus relatis per *Magdalen. de num. test. & c. par. 3. cap. 1. num. 45. Mantic. de Coniect. Vlt. vol. lib. 2. tit. 14. nu 9. & seqq. Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 81. Vinn. in §. sed cum paulatim Instit. de testam. ordin. nu. 8. Rub. de Testam. cap. 58. num. 255 & per Card. de Lugo de Iust. & Iur. de contract. in genere disp. 22. sect. 9. nu. 249. vers. vnde infertur,* quibus addo relatos per *Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 25. num. 11. vers. 1. igitur opinio, & per Cyriac. controu. 445. num. 13. Vrceol. consult. 88. num. 95.*

Quapropter, ad hoc, vt quis in Conscientia teneatur seruare defunctorum voluntates, sufficit, vt aliundè de dispositis per testatorem hæredi constet, quam ex testibus, puta ex partium confessione, vel per scri-
223 pturam manu testatoris factam, vel eius mandato à tertio scriptam, vt prosequitur *Magdalen. vbi supra d. cap. 1. num. 46.*

His, vero, probationibus deficientibus, saltem probari debet numero duorum testium, quibus de iure naturali, & Diuino plena datur fides, vt vidimus supra, & minor numerus, (puta vnius testis testimonium) non attenditur, nec sufficit ad obligandum hæ-
224 redem in Conscientia, vt latè *Magdalen. vbi supra d. cap. 1. num 45. in princ. Gomez. ad ll. Taur 3. num 120. Fagnan d. cap cum esses num. 127 de Testament.* & benè
225 distinguit *Cyriac. controu. 445. num. 13. & 14 Pasqualig. quæst. moral. Canonic. quæst. 139 num. 4. & per tot.* vbi plenè probat, quod hæres non tenetur credere in foro Conscientiæ asserenti, quod decedens ab intestato dispofuerit de aliqua parte hæreditatis ad fauorem tertij.

Et pariter infertur, ex supra allata conclusione, quod ex testamento nullo, oritur naturalis obligatio, quòd licet voluntas testatoris imperfecta, ipso iure, non teneat, ope tamen exceptionis est efficax, & sic, qui possidet rem, vigore testamenti nulli, potest exceptione retentionis, agentem repellere, vt tenent,
226 *Bartol. last & Rip. in l. nemo potest ff. de leg. 1.* quos sequitur *Gutier. ibidem num. 456.* vbi præcipuè refert verba Bartoli asserentis, quod, quando testamentum est minus solemne, defectu testium oritur obligatio naturalis, & per consequens legatarius habet exceptionem, & sic ius retinendi, si possidet rem sibi legatam, & debitam naturaliter fine vitio, licet non
227 habeat actionem, argumento *tex. in l. milites §. veteranus ff. de Militar. testam. & in l. etiam ff. de Compensat.* vbi naturaliter debitum, licet peti non possit, potest in compensationem deduci, & excipi, & in specie, quod possidens rem vigore testamenti nulli, habeat retentionem, dixerunt, *Mantic. de coniect. vlt vol. lib. 2. tit. 13. num. 17. Clar. sentent. lib. 3. §. testamentum quæst. 90. num. 3. Dauth. de testam. de test. testamen. num 443. vers. quin imo Rub de Testam. quæst 58. num. 258.* & firmat *Sperell dec. 163. num. 7.*

Distinguunt, tamen, nonnulli inter legata, & hæreditates, vt, scilicet, quantum ad legata nascatur, ex testamento nullo naturalis obligatio, non verò quantum ad hæreditatem, & præcipuè Doctores citati per *Magdalen. par. 3. cap. 2. nu 85. Clar. d. §. testamentum quæst. 90. nu. 2. Dauth. de Testam d. nu. 443. circa finem, Sanch. consil. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 14. num. 3.* 228

Et ratio videtur esse, quia legata ab intestato dantur, hæreditates, verò, neque dari, neque adimi possunt, nisi testamento, *Dauth. vbi supra d. num. 443. in fine.* Et per consequens dicit *Clar. d. quæst. 90. num. 4.* 229 quod hæres, in foro Conscientiæ, tenetur soluere legata, ex testamento minus solemni, non verò, ab intestato successor cogi potest ad hæreditatem restituendam hæredi scripto, si relicta sit ex testamento minus solemni, nam non debetur hæredi scripto, neque naturaliter, & ideò non potest ad illam, consequendam intentare aliquam actionem, neque si illam possideat, retinere, ope alicuius exceptionis, *Clar. d. §. testamentum quæst. 90. n. 5.* & latè *Gutier. d. l. nemo potest ff de leg. 1. num. 464.* 230 231

Et licet hanc distinctionem impugnet, *Magdalen. vbi supra d. cap. 2. num. 86.* tamen magis communiter eam sequuntur Doctores, & ideo, in casu dumtaxat legati, videtur opinio indubitata quod nascatur obligatio naturalis. Et legatarius, qui possidet, licet ex minus solemni testamento sit tutus exceptione, & excludat venientes ab intestato illas repetere volentes, vt firmant *Clar. d. §. testam entum quæst 90. num. 3.* & alij relati per *Magdalen. d. par. cap. 3. num. 1. & seqq. Gutier. d. l. nemo potest nu. 462. Surd. de Alim tit 8 quæst. 22 nu. 12.* & ceteri adducti per *Sanch. resp. Moral. lib. 4. cap 1. dub. 14. nu. 3.* 232

Contrariam nihilominus sententiam, quod ex testamento minus solemni non nascatur naturalis obligatio habet suos, & quidem magni nominis, & Doctrinæ defensores, & præcipuè *Corn. consi. 137. num. 3.* & alios, quos refert, & sequitur *Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 20. vers. contrariam partem,* nec non cumulatos per *Magdalen. de num test. in testam. requis. d. par. 3. cap. 2 num. 1. 2.* & hanc pariter sententiam defendit *Cyn Roman.* & alij apud *Gutier. d. l. nemo potest ff. de leg. 1. num 459. Didac. ad cap cum esses de testam. num. 6. & seqq.* quem sequitur, & laudat, *Menocch. de Præsumpt. lib. 1 cap 80. num. 8. & seqq. Sot. de Iustit. & Iur lib. 4. quæst. 5. pag. mihi 328.* & prædictos, multis congestis, sequitur *Add ad Clar. d. § testamentum quæst. 90. num 1. vers. tamen si Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 9. littera A. Mart. summ. succe ß. leg. par. 4. quæst. 1 art 1. num. 18.* & latius *d. par. 4. quæst. 1. art. 8 num 12. Bonacin. de contract. disp. 3. quæst. prima punct. 3. num. 5 Ciarlin. controu. for. cap. 133. num. 134. Pasqualig. quæst. Moral. Iuridic. quæst 18. num. 7 Carpzou. Iur sprud. for. par. 3. const. 5. d. fin. 23. num. 9.* Et in hac etiam opinione residet, discussa materia, ipsamet *Gutier. Canonic. quæst. lib. 2. quæst. 25. numer. 11. vers. secunda opinio,* licet *in d. l. nemo potest,* contrarium tenuerit. Et fundatur talis opinio. 233

Primò, quia testamentum, inuentione, effectu, & approbatione est iuris positiui, quo iure remoto, defunctus, post mortem suam disponere non posset, cum eo tempore, earum rerum Dominus futurus

non

234 non esset, vt argumento l. prima, & l. quod sponsæ C.
de Donat. ante nupt. ait Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 1.
num. 22. & latè etiam probat Rot. in Bononien. Fidei-
commissi de Monterentijs 6. Martij 1665 coram R. P.
D. Tayadecis. 152. num 1. 2. 3 post Tractat. Oroz. de
Apic. Iur. Ciuil. lib. 5. cap. 6. in princ. vbi quod, vt quis
potuerit testari, aut legari, in id lege opus fuit l.
235 lege obuenit 130. ff. de Verb. signif. l. eum qui 13. ff. de
Iurisdict. l. si ego 9. §. 1. ff. de Iur. Rot. & cum testa-
mento dispositionem suæ voluntatis, quæ post mor-
tem testantis perfectas vires habitura est, conferat te-
stator in illud tempus, quo non erit Dominus, idest,
quo erit mortuus, vt constat ex definitione testa-
236 menti l. 1. ff. qui testamen. fac. poss. Et etiam certum
sit, mente Dominium, sicut, & cætera omnia,
amitti: Itemque dispositionem quamlibet censeri
factam eo tempore, in quod effectus ipsius confer-
237 tur d. l. quod in sponsæ C. de Donat. ante nupt. cum simul.
Indè est, quod sine lege quæ plurima suis fictionibus
suppleret, nemo testari potuisset, & hac de causa,
necesse fuit ciuibus Romanis habere in eam rem l. 12.
238 tabularum, de qua in l. verbis legis 120. ff. de verb. si-
gnif. vbi Pater familias, vti super sua re legasset ita
ius esto, & plenè etiam ostendit Merend. contr. lib. 11.
cap. 37. num. 5. 6. & seqq. vbi, benè probat, quod
ius testandi, ciues non habent iure Dominij, sed ex
benignitate legislatoris; & propterea remoto iure
positiuo (prout remanere videris, quando eius for-
239 mam negligis, vt ait Vasq. de success. creat. d. lib. 1. §. 1.
num. 22. vers. & hanc partem &c. certè res mane fit in
terminis iuris naturalis, quo iure inspecto testandi
facultas non erat, non magis, quam hodie est
facultas de rebus alienis disponendi, quarum
olim Dominium habuimus, vt benè arguit idem
Vasquez. d. lib. 1. §. 1. numer. 22. vers. & hanc par-
tem.

Nec dicatur, quod testamentorum origo à iure gen-
tium, & sic à iure naturali dependeat, vt probauit
240 Gutier. in d. l. nemo potest ff. de leg. 1. num. 79. cum alijs à
me supra allegatis lib. 1. cap. 5. num. 38. Quia non nega-
mus a iure gentium fuisse adinuenta iura testamento-
rum, sed dicimus, id processisse à iure gentium secun-
dario, quod valdè distat a iure naturali, vt benè docet
241 Vasq de success. creat. lib. 1. §. 1. & seqq. & à me fuit latè
probatum lib. 1. cap. 12. num. 30. & 31. & lib. 2. cap. 3.
num. 36. & seqq. Vndè potuerunt leges Ciuiles super
ipsis iura condere, & prohibere, ne essent valida cer-
tis solemnitatibus destituta, vt latius vidimus d. l. 1.
cap. 12. num. 33. & seqq. & ostendit, Mart. summ. suc-
cess. leg par. 4. quæst. 1. art. 1. num. 11. & 12 vbi quod to-
ta virtus testamenti condendi iure gentium introdu-
cta continuata, & transfusa est ad potestatem iuris
Ciuilis, quod certas solemnitates adhiberi voluit, ad
euitandas fraudes quæ consueuerant, vel poterant
fieri l. iubemus C. de Testam. §. sed his omnibus Instit. eo-
dem, Vasq. d. lib. 1. §. 1. num. 7. & propterea, nullo pacto
242 testator potest omittere formam legis, l. testandi C. de
Testam. l. quidam decedens in princ. ff. de Admin. tutor.
& ibi gloss. testatorem appellat stultum, qui legis for-
243 mam transgredi posse putabat, & ex textu in l. quod
de bonis §. 1. ff. ad l. falcid. l. si vt allegas C. eodem tit. l.
fin. ff de suis, & legit. concludit idem Mart. d. par. 4. q. 1.
art. 1. nu. 13. in fine; quod ea forma omissa, dispositio
omninò corruit, neque parit obligationem, neque na-
turalem, neque Ciuilem.

Secunda ratio desumitur, ex eo, quod Obligatio
244 naturalis nonnisi ex consensu oriri potest l. consensu in
princ. ff. de Act. & Obligat. & princ. tit. Instit. de Obli-
gat. ex consens. l. sub specie C. de pactis. l. in contracti-
bus in princ. & l. fin. C. de non num pecun vbi, verò,
245 quis dicitur obligatus, vigore testamenti de iure in-
ualidi, cessat consensus, meritò &c.

Quod, verò, cesset consensus, patet, quia, cum
hæres adit hæreditatem, videtur quasi contrahere, &
ex illo quasi contractu obligatur l. ex maleficijs §. hæ- 246
res quoque Instit. de oblig. ex quasi contract. Et cum nul-
lus iactare suum præsumatur, l. cum de indebito ff. de
Probat. impossibile est, quod videatur, cum adit, hæ-
res consensum præstitisse, de relictis indebitè, & mi-
nus solemniter legatis præstandis, vt ratiocinatur
Vasq. d. lib 1. §. 1. vers. & hanc; Neque, (vt ipsemet Vasq. 247
prosequitur) ad rem pertinet, quod postquam talia
relicta minus solemnia præstiterit, amplius repetere
non possit l. 2. C. de Fideic. l. fin. C. ad l. falcid. Nam 248
illud procedit, quandò scienter soluit, quo casu, tem-
pore solutionis præstitit consensum, quia tunc produ-
xit naturalem obligationem, quæ antea orta non fue-
rat, & consequenter impeditur repetitio, vt latius vi-
debimus infra.

Tertiò facit, quod, quando actus deficit in sua for-
ma essentiali, tunc nulla oritur obligatio, neque natu-
ralis, neque Ciuilis l. sancimus C. de Donat. l. sed etsi ser- 249
ui ff de Fideiuss. Bald. in l. non dubium num. 29. C. de leg.
Rot. dec. 98. num. 14. par. 11. rec. Deficit, inquam, vltima
dispositio in sua forma essentiali, quando caret testi-
bus vt vidimus plenissimè supra num. 107. meritò &c.
Mart. summ. success. leg. par. 4. quæst. 1. art. 8. numer. 250
14. & latius, quod quia lex positiua irritat actum,
& pro non facto illud declarat non seruata solemni-
tate, non inducitur vllo pacto, obligatio naturalis, in
terminis nostris tenet De Lugo de Iustit. & Iur. disp. 22.
sect. 9. nu. 254. & firmauit Sanch. consil. Moral. lib. 4. cap.
1. dub. 14 num. 4. vers. tertio quia, & prius dixerat Me-
nocch de Præsumpt. lib. 1. præsumpt. 80. nu. 32. Gomez. ad 251
ll. Taur. 3. nu. 123. vers. quintò facit, Rot. dec. 98. num. 14.
15. par. 11. rec.

Et talis conclusio, quod non oriatur naturalis obli-
gatio ex dispositione minus solemni, procedit, tam in
hæreditate, quam in legatis, vt optimè ostendit Di- 252
dac. d. cap. cum esses num. 20. vers. 3. ex hoc, Menocch. de
præsumpt. d. lib. 1. præsumpt. 80. num. 33. Petr. de Bella-
pert. in l. cum quis C. de Iur. & fact. ignor. cum alijs alle-
gatis per Mart. summ. success. leg. par. 4. quæst. 1. art. 8.
nu. 12. Andreol. controu. 296. num. 20. qui etiam affir-
mant ex eadem ratione, quod non oriatur naturalis
obligatio non dari retentionem legatario, qui possi-
deat relictum in testamento nullo, & inualido, vt in-
ferius etiam dicemus.

Ex quo etiam desumitur, quod, sicuti non obliga-
tur naturaliter, qui ex testamento minus solemni te-
netur restituere, ita est tutus in Conscientia, vt quic-
quid dicant supra allegati nu. 222. magis communiter
tenent, Corn. cons. 137. nu. 5. lib. 2. Bald in l. 1. nu. 55. C. de 253
Sacros. Eccles. Ias. in l. post diuisionem col. 2. C. de Iur. &
fact. ignor. & cæteri allati per Vasq. de success. Creat. lib.
1. §. 1. nu. 23. vers. contrariam sententiam Couarr. d. cap.
cum esses nu. 6. & seqq. plenè Menocch. de Præsumpt. q.
80. nu. 8. & seqq. Didac. a Spin. in specul. testam. gloss. 31.
nu. 25. vers. contrarium tamen, Mart. summ. success. leg.
par. 4 quæst. 1. art. 1. num. 18 Cyriac. controu. for. cap. 445.
nu. 13. in fine, Gomez. ad ll. Taur. 3. nu. 123. Gutier. Canon.
quæst. lib. 2. quæst. 25. nu. 10. vers. secunda opinio, vbi refert
Ancharan. in cap. possessor de Reg. Iur. in 6. num. 20. di-
centem, se consuluisse quatuor peritissimos in Sacra
Theologia Magistros, atque inter eos, præstantissi-
mum quendam Carmelitam, qui omnes huic opinio-
ni consenserunt; & inferius allegat D. Antonium de
Padilla in l. cum quis num. 12. C. de Iur. & fact. ignor.
qui refert secundum hanc opinionem non semel res-
pondisse, Franciscum à Victoria ex Instituto S. Do-
minici, virum præstantissimum, ita, vt huius solius
auctoritas potuerit rem hanc reddere apertissimam.

Et

Et ex moderniotibus magnis Theologis,hanc,præ ce-
teris,sequuntur sententiam, *Bonacin.de contract. disp.
3.quæst.1.punct.3.num.5. Card. de Lugo de Iustit.& Iur.
disp.22. sect.9. num.250.* & optimè faciunt allata per
*Rot.decis.80.nu.11.& seqq.par.10. & dec.98. num.14.
15.par.11.rec.*

Quæ conclusio locum habet, non solum in hære-
254 ditate, sed etiam in legatis, vt benè obseruat *Gutier.
Can qu.lib.2.cap.25.nu.10.vers.hæc tamen, & vers.de-
niq; prædicta, Menoch.d præsumpt.80.n.32.Mart.d.par.
4.qu.1.art.1.nu* 18.& latius *art.8 nu.10.*

Et propterea, quod ex testamento minus solemni
scriptus hæres bona hæreditaria, vel legatarius lega-
255 ta, retinere non possit, optimè ostendit *Menoch.d.præ-
sumpt.80.nu.28. Dauth. de Testam.de test testam. num.
445.Gutier.d.lib.2.Can.quæst.cap.25. nu.10. vers. deni-
que prædicta nostra, Gomez ad ll.Taur.3.nu.123.vers.&
ista opinio*, & ex mente *D.Thom 2.2.quæst.96.art.4.* re-
soluit, *Mart.d.quæst.1.art.8 nu.7. Didac.d.cap.cum esses
num.10.vers quintò.*

Et contraria sententia, quod hæres vel legatarius,
habeant retentionem earum rerum, quæ possident, vi-
gore testamenti imperfecti, procedit donec molesten-
tur ab hæredibus ab intestato, non verò postquam
fuerint requisiti, vel condemnati, quia tunc restituere
256 tenentur, vt explicant *Menoch. d.præsumpt.80. nu.31.
Andreol.d.controu.296.nu.20.De Lugo de Iustit.& Iur.
d.disp.22.sect.9.nu.251. Gutier.* cum alijs ab eo allega-
tis, *Canon.quæst.d.lib.2.cap.25.num.10. vers.primò hæc,
Bonac.de contract.disput.3.quæst.1.punct.3.num.8. vers.
sed contrarium.*

Ego verò in opinionum conflictu, huic vltimæ ad-
hæreo sententiæ, cum infrascriptis tamen declara-
rionibus.

Quod, si loquimur, de hæreditate, indistinctè, hæc
secunda procedat opinio, quod testamenta imperfe-
cta nullam pariant obligationem, neque Ciuilem, ne-
257 que naturalem, neque in foro Conscientiæ hæres ab
intestato teneatur voluntatem adimplere, & eo minus
scriptus hæres, in tali testamento nullo, & inualido, vti
poterit exceptione retentionis, contra hæredem ab
intestato, bona hæreditaria vindicantem, vt optimè
probant supra relati *num.233.* & præsertim, *Didac.
d.cap cum esset nu.6.Gutier.Canon.Quæst. d.lib.2. quæst.
25.numer 10.vers.hæc sententia, Clar.d.§.testamentum
quæst.90.nu.2.Dauth.de testam.de test testam.num.443.
circa finem*, quibus addo, post hæc scripta visum *D.Io:
Bapt.de Luca in Theatr.Verit.& Iustit.disc.32.num.16.
de Dot.*

Quod est intelligendum, de obligatione naturali,
258 quæ ex legis vinculo oritur, vt ait *Bald.d.num.55.C.de
Sacros. Eccles.* non verò de obligatione naturali, quæ
oritur ex honestate, & debito morali, quia hæc vlti-
ma naturalis obligatio, ex testamento minus so-
lemni procedit, vt explicat *Couarr. d. cap. cum esses
259 num.9.vers.tertiam*, & clarius *Menoch.d. præsumpt.* 80.
num. 19. 20. vbi ait obligationem naturalem esse
duplicem; Vnam scilicet, quæ ex legis vinculo pro-
cedit, & hæc nullo modo oritur, ex testamento
minus solemni: Altera est obligatio naturalis, quæ
oritur ex honestate, & debito morali, & est exem-
plum, in donatario, qui erga donantem, tenetur
obligatione quadam naturali, vt si vnquam dabitur
occasio, restituat acceptum beneficium *l. sed etsi le-
ge, §. consuluit, ff. de Petit.hæred.* vbi hæc sanè obli-
gatio à ratione, & honestate naturali verè prouenit,
260 sicut doctè scripsit *Fortun.Garz. in l. 1. §. ius naturale
illat.10. ff.de Iustit.& Iur.* & idem sensit *D. Thom. 2.2.
quæst. 106. art. 4. 5. 6.* Et talis obligatio ex honestate
profecta hunc solum parit effectum, vt repetitionem
soluti impediat, exceptionem, verò, vel retentionem
non operatur, quemadmodum operatur illa natura-
lis obligatio prouenienss à legis vinculo.

Si verò agitur de Fideicommissis in minus solemni
voluntate relictis, quia, vt vidimus supra, tota fidei 261
commissorum substantia pendet à fide hæredum, ex
ipsis oritur quidem naturalis obligatio, vt alijs omis-
sis benè ostendit, *Card.de Lugo de Iust. & Iur. disp.22.
sect.9.num.256.*ibi, *Prima itaque limitatio fuit circa fi-
deicommissa, in quibus, quia testator fidei hæredis, vel le-
gatarij committit, aliquid soluendum, vel restituendum
etiamsi huius voluntatis probatio solemnis per nume-
rum testium, qui ad testamenta requiruntur non sit, sta-
tur tamen fidei eiusdem hæredis, vel eius, qui soluere de-
bet, cui delato iuramento, si fateatur eam fuisse defuncti
voluntatem soluere compellitur, si iurare renuat pro con-
fesso habetur, ità statuitur in §. vlt. Instit. de Fideicom.
hæred. vbi ratio redditur, his verbis, & quia prima fi-
deicommissorum cunabula à fide hæredum pendent, &
tam nomen, quam substantiam acceperunt, ideò D. Au-
gustus ad necessitatem iuris ea retraxit, nuper, & nos
eundem Principem superare consendentes Constitutio-
nem fecimus, per quam disposuimus, si testator fidei hæ-
redis sui commisit, vt vel hæreditatem, vel speciale
fideicommissum restituat; Et neque ex scriptura, neque
ex quinque testium numero, (qui in fideicommissis legi-
timus esse noscitur) possit res manifestari, sed vel pau-
ciores, quam quinque, vel nemo penitus testis interuene-
rit, tunc siue pater hæredis, siue alius quicumque sit,
qui fidem hæredis elegerit, & ab eo restitui aliquid vo-
luerit, si hæres perfidia textus adimplere fidem re-
cusat, negando rem ità esse subsequutam, si fideicommis-
sarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse de calum-
nia iurauerit, necesse eum habere, vel iusiurandum sub-
ire, quod nihil tale à testatore audiuerit, vel recusantem
ad fideicommissi, vel vniuersalis, vel specialis solutionem
coarctari, ne depereat vltima voluntas testatoris fidei
hæredis commissa.*

Ex quibus plura optimè colligit idem *de Lugo ibi
numer.* 257. Primò quod, de iure antiquo non ita 262
fuisset seruatum, sed deficiente solemnitate iuris fi-
deicommissum fuisse irritum; Hoc, enim, Iustinia-
nus Imperator à se de nouo statutum profitetur. Se-
cundò, quod ex hoc non benè arguitur ad omnes
vltimas voluntates; affertur enim specialis ratio.
*Quia fideicommissorum Cunabula à fide hæredum pen-
dent, & tam nomen, quam substantiam acceperunt.* 263
Tertiò contra *Sanchez*, & alios colligit hæredem
teneri ad restituendum in Conscientia fideicommis-
sum, etiam si nihil se daturum promiserit testatori.
Nam licet hæres non promiserit explicitè defuncto se
id daturum; dum tamen defunctus eius fidei id com-
misit, & ipse tacuit, videtur tacitè consentire, & acce-
ptare obligationem, atque adeo iam tenetur ex vi
contractus, vt tradit etiam *Bonacin. disput. 3. de con-
tract.quæst.1.punct.3.nu.22.*

Et ex verbis suprascriptis, constar, non solum obla-
to iuramento deberi fideicommissum, sed etiam antè
oblatum iuramentum, dicit enim lex. *Si hæres perfidia* 264
*textus adimplere fidem recusat negando rem ita esse sub-
sequutam*; Vndè, ante oblatum iuramentum, iam hæ-
res perfidus erat, negando fideicommissum, & ratio-
nem reddit idem *de Lugo, vbi supra*, quia ablata so-
lemnitatis necessitate, ad hæc fideicommissa, eo ipso
nascitur obligatio naturalis, quæ oritur ex voluntate
testatoris sufficienter manifestata.

Tandem, si, de legatis agitur, est minus distinguen-
dum, vel talia legata fuerunt approbata per hæredem,
mediante solutione, & tūc oritur naturalis obligatio,
licet relicta in voluntate minus solemni, & propterea,
eo casu, legatario datur retētio aduersus hæredē, si ve-
rò agnita nō fuerint, neque soluta per hæredē, nulla ex

266 his oritur naturalis obligatio, neque legatario com-
petit retentio, si rem possideat in voluntate minus so-
lemni legatam.

Et talis distinctio probatur manifestissimè, quia,
in hoc secundo membro distinctionis, quando legata
non fuerunt per hæredem, mediante solutione, appro-
bata, nulla ratio affertur, quod, ex ipsis oriatur natu-
ralis obligatio, neque vlla ratio differentiæ assignari
potest inter legatum, & hæreditatem, vt probant su
pra cumulati *nu.* 252. & præcipuè *Mart. sum. success.
leg. par. 4. quæst. 1. art. 8 num. 13.*

Secundo, verò, casu, quandò legata fuerunt, per
hæredem soluta, tunc, ex ipsis oritur non solum na-
turalis sed etiam Ciuilis obligatio, & datur legata-
267 rio retentio; vt ait *Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 8. lit-
tera A.* ex facto illius hæredis voluntatem illam licet
iuris effectu destitutam suo iudicio approbantis, &
exemplificat in filio exhæredato, qui postquam agno-
268 uit iudicium, quærela vti non potest, *l. penult. & vl-
tima C. de Inoff. testam.* nec ideo sequitur quærelam
inofficiosi iuri naturali repugnare, aut testamentum,
quo liberi exhæredati in Conscientiæ foro valere,
quod nemo dicit. Et sic arguit *Osuald. d. loco*; Aut
scit hæres legata huiusmodi præstans testamentum
minus esse solemne, & impeditur conditio, non
269 ob naturalem obligationem sed ob scientiam *l. 2. l. 50.
C. de condit. Indeb.* Aut nescit, &, vel errat in iu-
re, ac propterea non condicit, quia error is ei ob-
270 est, aut in facto, & condicere posse, *tex. est l. 7. C.
de condit. indeb.* & melius explicat doctissimus *de Lu-
go d. disp. 22. sect. 9. num. 258.* vbi obseruat, quod
textus *in l. si inutiliter C. de Fideic.* decidit, quod, si
hæredes, comperta voluntate defuncti, fideicom-
missum sine solemnitate relictum soluerunt, non
posse eos illud repetere, ob defectum solemnita-
271 tum, & redditur ibi ratio hæc; *Cum non ex sola
scriptura, sed ex Conscientia relicti fideicommissi de-
functi voluntati satisfactum esse videatur*, quod ex
eadem ratione extenditur ad omnia legata semel ab
hærede agnita, vt vera, vt est *textus in l. non du-
bium 16. C. de Testamen.* vbi ita habet, *illud etiam
adijciendum est, vt is qui ex testamento, vel ab intestato
hæres extiterit, & si voluntas defuncti circa legata, &
fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa ta-
men si sua sponte agnouerit, implendi eam necessitatem
habeat.*

Et in terminis loquitur *textus in l. militis §. ve-
272 teranus ff. de Milit. testamen.* in quo se fundat *Bar-
tol. in l. nemo potest numer. 19.* ad probandum, quod
oritur naturalis obligatio; & datur retentio lega-
tario pro legato in minus solemni testamento re-
licto, scilicet in casu quòd hæres, iam soluisset, vt
explicat *gloss. in verbo petentes* ibi, *si soluat repelli-
tur repetens*, & benè nostra distinctio comproba-
tur etiam ex adductis, per *Vasq. de success. Creat. lib.
1. §. 1. nu. 13. vers. nec similiter, & per Surd. de Alim.
tit. 8. priuil. 22. num. 11.* vbi quod, soluendo quis ex
voluntate minus solemni, videtur illam agnoscere, &
approbare, vt *in l. 2. C. de Fideic. & infra*, quod solu-
273 tum est non repetitur, quia donari videtur *l. 1. ff. de
Condit. Indeb. l. donari ff. de Reg. Iur.*

Et ex his benè firmatur opinio nostra, quod ex re-
licto in minus solemni testamento, non nascatur re-
gulariter naturalis obligatio, & per consequens,
quod hæres non teneatur in Conscientia ad adim-
plendam talem voluntatem minus perfectam, neque
detur legatario retentio super re legata in testamen-
to nullo, nisi in casu, quod, per hæredem, lega-
tum fuerit agnitum, & ad hanc sententiam eo ma-
274 gis inclinaui, non solum ex ratione, quæ apud me
valdè vrget, quod, cum agatur de testamento
nullo, ex defectu solemnitatum substantialium, cui
lex expresse resistit, nulla exindè oriri, potuit, ne-
que Ciuilis, neque naturalis obligatio, vt expres-
sè tenuit, *Rot. decis. 98. numer. 14. par. 11. recent. Io:
Bapt. de Luca par. 6 disc. 32. de Dot. numer. 16.* vbi di-
cit esse zelantium insipiduras, vt ex debito absque
solemnitatibus statutarijs, quamuis in foro exter-
no non exigibili, resultaret obligatio naturalis in fo-
ro interno. Et præcipuè quia, solemnitates in te-
stamentis inductæ fuerunt, fauore publicæ vtilitatis,
& ad fraudes vitandas *Fab. de error. Pragmat. Decad.* 275
*35. error. 4. num. 14. Sanch. respons. moral. lib. 4. cap. 1.
dub. 14. num. 4.* plenè *Picchard. in §. sed cum paula-
tim Instit. de Testam. ordinan.* Vndè illarum defectus
magis impedit ortum naturalis obligationis *Duran.* 276
*dec. 18. num. 17. & 18. & d. dec. 80. num. 11. par. 10. &
dec. 98. num. 15. par. 11. rec.* Sed etiam quia monent
Doctores, quod qui religiosè, ac rectius procedunt,
in hac materia; iudicio Doctissimorum Theologorum
se subijciunt, vt ait *Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 25.* 277
num. 10.

Ego, autem, inuenio, quod, non solum antiquis, sed
& modernis temporibus peritiores Theologi, & Ca-
nonistæ hanc sequuti fuerunt, & præcipue ex anti-
quioribus, quatuor peritissimi Theologi, de quibus
mentionem facit *Ancharan. in cap. possessor de Reg. Iur.
in 6. nu. 20. Francisc. à Victoria ex Instituto S. Domini-
ci*, quem refert, & sequitur *Padill. in l. cum quis nu. 12.
C. de Iur. & fact. ignor*, de quo supra mentionem feci-
mus *Sot. de Iust. & Iur. lib. 4. quæst. 5. pag. mihi 328.* & ex
modernioribus, *Eminentiss. De Lugo* inter Theologos
nostri sæculi peritissimus, & religiosissimus *de Iust.
& Iur. d. disp. 22. sect. 9. n. 258. vers. ex his autem*, vbi re-
probat, *Molin. & Less.* contrarium tenentes, & optimè
etiam huic sententiæ se subscribit *Sanch. consil. mor.
lib. 4. cap. 1. dub. 74. num. 6. & seqq. Bonacin. de contract.
disp. 3. quæst. 1. punct. 3. num. 5. vbi quod testamentum sine
solemnitate requisita à iure non solum inualidum est in
foro externo verum etiam in foro Conscientiæ, conse-
quenter ex ipso non oriri naturalem obligationem*; Et ex
Canonistis hanc opinionem sectatur alijs omissis, *Co-* 278
uarr. vir Doctissimus, *in d. cap. cum esses de testam.
nu. 6. & seqq.* & ipsemet *Gutier.* pariter in iure Canoni-
co versatissimus, licet *in repet. d. l. nemo potest ff. de L. 1.
n. 459. in fine*, potius adhæserit contrariæ opinioni, ta-
men *in Can. quæst. lib. 2. cap. 25. nu. 10.* effatur *ad l. nemo
potest*, in transitu, & remissiuè fuisse loquutum, & pro-
pterea hic vbi materiam examinat, & suum refert iu-
dicium, hanc nostram sententiam laudat, & sequitur,
siuè in hæreditatibus, siuè in legatis, vt videre est
ibidem *numer. 10. vers.* ego omnibus hinc indè pen-
satis.

Quibus firmatis, non obstant ea, quæ in contra-
rium fuerunt cumulata, & præcipuè primum argu-
mentum desumptum ex eo, quod detur retentio le-
gatario pro legatis, in minus solemni testamento reli-
ctis, ergo ex hoc oritur naturalis obligatio. Nam res-
pondetur, quod retentio eo casu, non datur vniuersa-
liter pro legatis, sed in casu particulari, quando hæres 279
soluit: quo casu, quis obligatur potius ex consensu, &
pacto, quam ex naturali obligatione, vt vidimus su-
pra, & benè explicat *Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 9. lit-
tera A.*

Ad secundum, quod testamentum conditum corã
duobus testibus valeat, ex regula, quod in ore duo-
rum, vel trium stat omne verbum, respondetur cum
Menocch. quem refert, & sequitur *Fagnan. ad cap. cum* 280
esses num. 108. de Testam. quod d. regula, in ore duo-
rum &c. non sit referenda ad maiorem numerum te-
stium, sed quo ad minorem, vt scilicet in ore duo-
rum ad minimum stet omne verbum, & propterea
non

non excludit maiorem numerum, quia quædam sunt causæ, quæ plures, quam duos exigunt testes ad ea-
281 rum validitatem, etiam de iure Canonico, *vt in cap. licet vniuersis de Testibus*.

Ad tertium, dicimus, valere quidem argumentum à contractu ad vltimas voluntates; sed negatur absolutè propositio allata, quod ex contractu gesto contrà legem, oriatur naturalis obligatio, nam potius contrarium plerumque procedit, vt ostendit latissi-
282 mè *Gomez ad ll. Tauri 3. num. 124. de Lugo d. disput. 22. sect. 9. num. 252.* & firmauit optimè *Rot. d. dec. 80. num. 12. par. 10. & dec. 98. num. 15. par. 11. rec.*

Ad quartum, iam fuit supra *num. 234. & seqq.* probatum, quod origo testamentorum est iuris gentium secundariò: & per consequens, sicuti potest impediri testamenti factio à iure positiuo, ita potest, lege lata, caueri testamenta esse nulla, non seruatis solemnitatibus.

Ad vltimum respondetur, quod textus ibi allatus, dum ait, quod, *Pius hæres debet voluntatem adimplere, &c.* intelligi potest de obligatione naturali morali de qua supra, & in his terminis constat fuisse loquutum *Plinium* allegatum, quia supponit, de iure, non teneri ad obseruantiam contentorum in testamento nullo; Et nihilominus profitetur, se velle ea adimplere, quod est intelligendum, per quandam obligationem moralem, non verò naturalem.

Vidimus hucusque; An testamentum nullum ob defectum voluntatis, vel solemnitatis possit, facto hæredis, conualidari, nunc, autem, quæri potest, quid de testamento facto per filiumfamilias; Et quia hæc materia: An & quando filiusfamilias possit testamentum condere, est vtilis, & quotidiana; ideò de ipsa pro complemento mei tractatus aliqua adducam.

Est itaque apud omnes indubitatum, quod filius familias non habet actiuam testamenti factionem, ex
283 clara dispositione textus *in l. qui in potestate 6. & l. filiusfamilias 16. ff. de Testam. & l. senium 3. in fine C. qui testam. fac. poss. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* vbi *Picchard. numer. 14.* & alij Institutistæ, *Clar. §. testamentum quæst. 18. in princ. & in vers. sed adde, Vasq. de success. Progress. sub tit. qui testari non poss. §. 2. numer. 4. Oldrad. consil. 110. Gutier. lib. 2. Pract. quæst. cap. 40. Spin. in specul. testamen. gloss. 4. rubrica num. 1. & seqq. Dauth. de Testamen. tit. qui testam. fac. poss. num. 147. Spad. cons. 184. num. 12 lib. 2. Conciol. alleg. 20. num. 16. Capyc. Galeott. lib. 2. controu. 30. num. 17. Rot. coram Caualer. decis. 570. num. 1. & in Romana Restitutionis Dotis 18. Iunij 1660. coram Reuerendiss. Albergato Decano decis. 12. numer. 3. post tract. & in Romana Census 17. Maij 1669. coram Eminentiss. D. Card. Carpineo decis. 80. num. 2. post tract.* cum alijs qui cumulari possent.

Imò, neque patre consentiente, filiusfamilias validè testatur, vt communiter tenent Doctores,
284 *Dauth. vbi supra num. 148. & 149. Vasq. de success. Creat. lib. 1. §. 1. num. 5. & de success. Progress. lib. 1. §. 1. tit. qui testar. non poss. num. 35. 36. Magdalen. de numer. test. in testam. requis. par. 2. cap. 4. numer. 49. Didac. à Spin. de Testam. gloss. rubrica par. 4. numer. 9. Vinn. Princ. tit. Instit. quibus non est permiss. facere testamen. numer. 2.* & ibi *Pycchard. num. 14. Arias de Mesa Var. lib. 2. cap. 38. num. 18. Conciol. alleg. 20. num. 17. Rot. d. Romana Census 17. Maij 1669. coram Eminentiss. D. Card. Carpineo decis. 80. numer. 2. post tract.*

Quare autem filiusfamilias testamentum condere non possit, non est vna scribentium opinio, sed ea mihi videtur verior, & probabilior, quod filius familias testari non possit, quia à lege sibi non fuit concessum, siquidem, vt optimè obseruat *Pycchard.* 285
Princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. Oroz. de Apic. Iur. lib. 5. cap. 6. num. 1. & seqq. testamenti factio est de genere permissorum, & hi solum possunt testamenta condere, quibus nominatim illa potestas, per legem, data est *Osuald. ad Donell. lib. 6. cap.* 286
5. littera B, Anton. Faber in Iurisprud. Papin. tit. 8. princ. 3. illat. 4. vers. sunt qui putent, & nos etiam supra probauimus *numer. 236.* animaduertendo, quod, dum quis testator disponit, in tempore, quo res sua non est, disponit: Vndè talis voluntas esset inutilis, nisi haberet pro se fomentum iuris Ciuilis, vt optimè confirmat omninò videndus, *Pycchard. princ. tit. Inst. quibus non est permiss. fac. testam. num. 42. & seqq.* 287
vsque ad 53. Oroz. de Apic. Iur. Ciuil. d. lib. 5. cap. 6. num. 1. 2.

Sed rursus incidimus in eam quæstionem, quare leges 12. *tabularum*, filijs familias testandi facultatem non concesserunt, sicuti patribus familias.

Nonnulli tenent, id fuisse concessum patribus non filijsfamilias, cum *Vulpian. in Fragm. tit. 20. vers. filiusfamilias*; quia filius familias nulla possidet bona, 288
quæ testamento, ad hæredes valeat transferre, propter antiquam iuris Ciuilis regulam, quam Iustinianus retulit in *§. igitur Instit. tit. per quas personas nob.* 289
acquir. quod, quicquid filius acquirebat statim patri acquirebatur. Facultas autem testandi *ex l. 12. tabularum*, fuit data, ad hoc vt quis posset de rebus suis disponere, vt deducitur *ex d. l. 12. tabularum* relata *in l. verbis legis 120. ff. de verb. signif.* ibi *rei* 289
suæ, & *l. testam.* ibi *de pecunia sua*, ac alijs legibus relatis per *Pycchard. vbi supra num. 56.* Et sic, cum filiusfamilias non haberet bona de quibus testari posset, ipsi non fuit facultas testandi à legibus impartita. 290

Sed licet hanc approbent rationem *Vinn. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. numer. 1. Caualer. decis. 570. numer. 2.* & alij, qui cumulari possent; Tamen, vltra alia argumenta, in quibus apparet, admittenda non esse relata per *Pycchard. vbi supra numer. 57. 58.* illud satis vrget, quod hæc consideratio poterat sibi locum inuenire Vlpiani tempore, quia tunc filius nulla prorsus bona habere poterat, de quibus testaretur, hodie, verò, constat, & quoad proprietatem, semper bona aduentitia, & aliquando etiam quoad vsumfructum habere vt *tot. tit. C. de Bon. Mater. & C. de Bon. quæ liber. & §.* 291
igitur cum seqq. instit. tit. per quas personas nob. acquir. & tamen testari nullo modo potest, vt *d. l. nemo 11. C. qui testam. fac. poss. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.*

Vndè textum Vlpiani explicant *Vuessemb. d. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. &c.* quem refert 292
Osuald. ad Donell. lib. 7. cap. 5. littera B, in fine, quod vocula, *suum*, fit referenda non ad proprietatem bonorum, sed ad eius familiæ, quod testamento relinquitur, quod etiam obseruauit *Doctor Retes Hispanus* allatus *ab Oroz. de Apic. Iur. Ciuil. lib. 5. cap. 6. numer. 3.* & latius idem *Pycchard. vbi supra numer. 62.* vbi quod dictio, *suum*, refertur ad id, de quo testari potest, nempè ad ius familiæ, quod testamento relinquitur hæredi, quemadmodum, & suus hæres, & suitas *in §. sui Instit. tit. de hæred. qualit. & differ.* & deducitur etiam ex sequentibus verbis Vlpiani, *quia familiam mancipare non potest*; Cum autem testamento non bona tantum sed omnia iura familiæ, (quæ filiusfamilias non habet) relinquantur, seu, vt Vlpianus dicit *mancipentur*, sequens est, nec hodie filium testari posse, 293
eum etsi bona habeat aliquando, & quoad proprie-

tatem, & quoad vſumfructum, quæ poſſit inter vi-
294 uos adminiſtrare, in auth. vt liceat matri, & auiæ,
de qua inferius, non tamen familiam habet, donec
pater viuit, vel enim non emancipat, l. pronuncia-
tio 195. §. familiæ ff. de verb. ſignif. ibi, Et cum
pater familias moritur, quotquot capita ei ſubiecta
fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere: ſinguli enim
patrum familiarum nomen ſubeunt, idemque euenit, in
eo, qui mancipatus eſt.

Alij putant ideò l. 12 tabularum non dediſſe filijs-
familias hanc teſtandi de rebus ſuis facultatem, quia
lex eam dare noluit, nam, ſi voluiſſet, ſicuti pa-
tribus familias eam dedit, etiam filijs familias de-
diſſet; Et talis opinio affertur, & comprobatur
295 per Oroz de Apic. Iur. Ciuil. d. lib. 5. cap. 6, numer. 3.
verſ. alij dicunt, exemplo textus in l. Barbarius 3.
ff. de Offic. Prætor. Et vlterius ſubiungit, quod ve-
ra eſt ratio Poteſtatis ſupremæ, cum quæritur, qua-
re quid non dederit, reſpondere; quia noluit da-
re, neque aliam decidendi rationem habet, §. ſed
& quod Principi Inſtit. tit. de Iur. Natur. Gent. & Ci-
uil niſi ipſam voluntatem Principis, & ſic etiam te-
net Oſuald. ad Donell. d. lib. 6. cap. 5. littera D, Ema-
nuel Suar. Obſeru. lib. 1. cap. 16. & alij relati per Pyc-
chard. d. loco nu. 51.

Hæc autem ratio non ſoluit quæſtionem, neque
id de quo diſputatur, decidit, propterea eſt aliun-
dè inueſtiganda, vt obſeruat Oroz. loco citato nu-
mer. 4.

Bart. in l. qui in poteſtate num. 1. ff. de Teſtam. Ac-
curt. ibidem verbo nihilo magis, putant ideò filium
familias, neque patre conſentiente, poſſe teſta-
ri, quia, cum teſtamenti factio publici iuris ſit l. te-
ſtamento 3 ff. de teſtament. non poteſt à priuato con-
296 cedi l. ius publicum 30. ff. de Pact. l. nemo poteſt 55.
ff. de leg. 1. Pendere, enim, ab alieno arbitrio
voluntates teſtatorum, nec hæredum inſtitutiones
debent, l. illa inſtitutio 32. ff. de Hæred. Inſtit. Vn-
de ne alias teſtamentum filij pendeat ab arbitrio,
& voluntate patris, ex eius voluntate filium non
297 poſſe teſtari, putant, Oynot. Spin. & alij allati per
Pycchard. d. princ. tit. Inſtit. quibus non eſt permiſſum
facere teſtam. numer. 31. quibus addo Theſaur. deciſ.
150. num. 10. Rot. dec. 350. num 9. par. 6. rec. cum alijs
congeſtis perConciol. alleg. 20. nu. 17. Gannaner. dec.
cam. Neapol. 15. nu. 102. Capyc. Galeott. lib. 2. contr. 30.
nu 19. 20.

Sed impugnatur optimis argumentis, talis ra
tio a Pycchard. vb ſupra numer. 32. & ſeqq Et alia
tandem aſſertur per Oroz de Apic. Iur. d. lib. 5. cap.
6. numer. 4. ſcilicet, non fuiſſe datam teſtandi po-
teſtatem filijsfamilias, non quia lex 12. tabularum
eis dare eam noluit, ſed, quia, ſeruata teſtamen-
torum forma, ipſa lege, introducta, etiam ſi vel-
let facultatem illam teſtandi filijsfamilias concede-
re non potuiſſet; Idque probat præcipuè, ani
298 maduertendo per legem 12. tabularum ab initio da
tam fuiſſe certam formam, cuius obſeruatione fie-
rent teſtamenta, & niſi illa obſeruaretur, inutile
teſtamentum foret; Et propterea illa verba ita ius
eſto de quibus in leg. 12. tabularum, ſignificent,
quod, ſi Ciuis Romanus ſecundum formam à
lege datam, teſtatus fuerit, eius teſtatio ſer-
uetur, ideſt, ſi ita, vt lex decreuit, faciat te-
ſtamentum illud ſubſiſtat; adeovt ampliſſima po-
teſtas, quoad bona Ciuibus data fuerit, non ve-
rò quoad modum teſtandi; De his, enim, potuit
abſolutè, & nulla coarctione diſponere; modus,
vero, diſponendi coarctatus fuit ad certam formam
teſtandi.

Quo ſuppoſito, certum eſt legem 12. tabularum non
potuiſſe dare filijsfamilias teſtandi poteſtatem ſerua-
ta teſtamentorum forma, nam, neque teſtamentum,
quod fiebat publicè in vrbe in Concione apud popu-
lum, calatis comitijs, de quo Iuſtinianus in §. 1. Inſtit. 299
tit. de Teſtam. ordinan. neque illud, quod fiebat per
æs, & libram, poterat per filium familias explica-
ri.

Non primum, quia, cum publicè teſtamenta fie-
rent, & per atteſtationem omnium Ciuium confirma-
rentur; Talis teſtamenti factio dicta fuit, publici, non
priuati iuris l. teſtamenti 3. ff. qui teſtamenta fac. poſſ. 300
l. teſtandi 13. C. eodem; Et huius formæ exercendæ
circa teſtamentum, filiusfamilias, durante patria po-
teſtate, capax non erat, quia pater iubere poterat, ne
populum, quando vellet, conuocaret, & ideò à vo-
luntate patris pendebat; An filius poſſet teſtamen-
tum facere, nec ne, quod erat valdè abſurdum, vt
publica iuris auctoritas, à ſpeciali hominum vo-
luntate dependens eſſet leg. ius publicum 38. ff. de 301
Pact. l. illa inſtitutio 32. ff de hæred. Inſtit. cum ſimi-
libus.

Non ſecundum, quia in teſtamento per æs & li-
bram, duæ res agebantur, familiæ mancipatio, &
nuncupatio teſtamenti, nuncupabatur teſtamentum,
vt ait Oroz vbi ſupra num. 7. in hunc modum tabulas 302
teſtamenti teſtator tenens, ita dicebat; Hæc, vt his tabi-
bus, cerisue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, ita-
que, vos Quirites teſtimonium præbitote, quæ nuncu-
patio, & teſtatio vocatur; Mancipatio, verò, fiebat
præſente familiæ emptore, & non minus quam quin-
que teſtibus præſentibus: Vndè, cum filiusfamilias,
neque habeat familiam, quam vendere queat, neque
poſſit expectare, vt vnquam eam habere poſſit, dum
in patria poteſtate permanſerit, quia, qui in alie-
na poteſtate eſt, nullum, & nihil, in ſua habere
poteſt l. ſic euenit 21. ff. ad legem Iuliam de Adult. 303
ideo, neque huius formæ obſeruandæ in teſtamen-
to condendo capax vnquam filiusfamilias fuit, &
ideo, (vt concludit tandem Oroz. d. loco num. 7. in
fine,) ei lex 12. tabularum, teſtamenti factionem
non dedit, quia, ſeruatis his teſtandi formulis, quæ
ad vſum d. legis ſtatim pullularunt, non potuit
filijsfamilias hæc facultas concedi. Et ſecundum
hanc ſententiam ſcripſit Danib. de Teſtam. tit. qui
teſtamen. fac. poſſ. numer. 148. littera V, & numer.
190. verſ verius autem. Et latius, quod lex 12.
tabularum, ademit ius condendi teſtamentum fi-
lijsfamilias, quia non habebant familiam, pro-
bat optimè Mercud contron. lib. 14. cap. 28. numer.
14.

Ex quibus apparet fuiſſe inter ſe non parum diſ-
cordes iuris interpretes in aſſignandis rationibus,
quibus lex 12. tabularum, mota fuit ad dandam pa-
tribus familias facultatem teſtandi, non verò filijs-
familias, excepta tamen ratione, de qua ſupra nu-
mer, 288. in qua dictum fuit filium familias non poſ-
ſe teſtamenta condere, quia bona ad teſtandum non
habeat, (quam nunquam admitterem, prout etiam
eam improbat Oſuald. ad Donell. lib. 6. cap. 5. littera B, 304
verſ. non vt noſter, aliæ rationes mihi videntur, in idem
coincidere, quod, ſcilicet, non poſſint filijfamilias te-
ſtari, quia talis facultas ipſis non fuit à lege 12. tabu- 305
larum, conceſſa, non ſolum quia teſtamentorum iu-
ra non poſſunt ab alieno arbitrio pendere, ſed etiam,
quia is, qui in aliena poteſtate eſt, non habet fami-
liam, quam, in ſuo teſtamento relinquat, & ita conci-
liantur optimè, ni fallor, ſupratraditæ rationes, licet
primo intuitu videantur diſcordes.

Ampliatur, autem, talis concluſio, quod filiusfa-
milias non ſit capax teſtandi etiam in fæmina quæ ſit
nupta, quia, cum de iure Ciuili remaneat ſub po-
teſtate

306 testate patris, non viri, *l. 1. in fine, & l. sequenti ff. de
liber. exhib. l. secunda §. quod si te patris, & l. quo-
ties ff. solut. matrim. Tiraquell. l. 1. in princ. de leg.
Connub. Dauth. de Testam. tit. qui testam. fac. poss. nu-
mer. 158. vers. tamen iure Romano*, subiacet ijsdem
regulis circa inhabilitatem testandi, quibus alij filij
307 familias subiecti sunt, vt tenent, præ ceteris, *Rum.
cons. 3. num. 1. lib. 3. Barbos. l. post dotem num. 40 41.
ff. solut. Matrim. Vinc. de Franch. dec. 549. num. 9. The-
saur. dec. 150. num. 7. Roland. cons. 45. num. 47. lib. 1.
Honded. cons. 32. numer. 81. lib. 1. Gratian. cap. 382.
num. 3. Mart. sum. success. leg. par. 4. quæst. 26. art. 1.
num. 13. Paschal. de Virib. Patr. Potest par. 1. cap. 3.
num. 4.* cum alijs allegatis à *Conciol. alleg 20. num.
21. lib. 1.* optimè *Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 1. tit.
qui testar. poss. num. 35. 36. Castill. de Vsuf. quæst. 3. nu. 75.
Michalor. de Fratribus par. 1. cap. 3. nu. 9. Gasp. Mans. de
Testam. tit. de testam. val. vel inualid. ex parte testatoris
nu. 123. & 124.* & latissimè, *Capyc. Galeott. controu. lib.
2. controu. 30. nu. 19. 20.*

Et tantum in eo casu filia nupta testari potest quod
308 à statuto à patria potestate liberata sit, vt late *Vasq.
de success. progress. d. lib. 1. §. 1. num. 43. Rota de Pri-
uil. Mulier. cap. 1. numer. 91.* latè *Dauth. de Testam.
tit. qui testamen. fac. poss. numer. 158. vers. cui por-
rò*, vbi, quod sublata causa testamenti impe-
ditiua, idest patria potestate, tollitur, & effe-
ctus.

Imò non tantum tacitè potest statutum dare fa-
cultatem filijsfamilias testandi, videlicet, disponen-
do, vt habeantur, tanquam patres familias, sed
etiam expresse statuendo, vt filiusfamilias testari pos-
309 sit, vt tenet *Roland. cons. 68. nu 12. lib. 4. Didac. à Spin.
in specul. testam. gloss. rubrica par. 4. nu. 12. Gaill. pract.
obseru. lib. 2. obseru. 124. nu. 2. Simon de Prat. de In-
terp. vlt. vol. lib. 2. interp. prima dub. 1. solut. 4. num. 36.
Dauth. de Testam. tit. qui testam. fac. poss. num. 191 Ca-
pyc. Galeott. d. controu. 30. numer. 55* Et de consue-
tudine Neapolitana ità disponente, loquitur, *Franch.
decis. 71. 546. 522.* quem refert, & sequitur *Capyc.
Latro decis. 134. numer. 1. lib. 2.* & de simili statuto
Hispaniæ pariter mentionem facit idem *Capyc. Latro
d. dec. 134. num. 1. Didac. à Spin. d. gloss. rubrica par. 4.
num. 14. Pycchard. princ. tit. Instit. quibus non est per-
miss. fac. testam. num. 90. & seqq.* & plures alij ab eo
allegati.

Prout pariter est indubitatum, quod filiusfam. te-
stari potest de peculio Castrensi, vel quasi per *tex. in
l. vltima C. de Inoff. testam. l. penultima C. qui testam.
fac. poss.* vbi Doctores, *Vinn.* & cæteri Institutistæ
310 *princ. tit. quibus non est permiss. fac. testam. Dauth. vbi
supra qui testam. fac. poss. num. 189.* Estque decidendi
ratio secundum *Bart.* quem refert, & sequitur *Dauth.
vbi supra*, quia filiusfamilias, in talibus est, pro
311 patre familias, sed melius, *Osuald. ad Donell. d. lib. 6.
cap. 5. littera B, vers. certè quod*, putat, quod possint,
de his testari, non quia sit mutata bonorum condi-
tio, & ita ratio prohibitionis cesset, sed quia nomina-
tim Constitutiones Principum dederunt; Igitur nisi
Principis auctoritas interuenisset, ne quidem in Ca-
strensibus ei testari liceret.

Diximus, supra, statutum posse disponere, vt fi-
liusfam. habeat actiuam testamenti factionem aucto-
312 ritate *Roland. Gaill. Dauth. Capyc. Galeott.* & aliorum,
313 quibus nunc addo, *Cephal. cons. 256. num. 36. Viu. Com.
opin. 829. nu. 4. Crass. recept. sentent. §. testamentum quæst.
23 Gratian. discept. for. 383. num. 12.* Et propterea fuit
aliquando in nostris Tribunalibus disputatum; An
per statuta nostra Lucensia dicatur talis potestas at-
tributa filiabus familias, & præcipuè nuptis testandi
de bonis dotalibus.

Domini Doctores, qui tuebantur iura ad fauorem
testamenti filiorum familias, ponderabant verba *cap.
19. lib. 2.* statutorum vniuersalium, vbi hæc habentur.
Et si aliquis qui, de iure, vel ex forma statutorum tene- 314
*retur ad dotandam aliquam mulierem, ipsam dotem sol-
uerit, & pactum adiecerit, de dote sibi vel suis hæredi-
bus restituenda, tale pactum non valeat ipso iure, & pro
non facto habeatur, sed ipsa dos & actio dotis ad dictam
mulierem pertineat, & ad hæredes d. mulieris. Si autem
dos daretur ab eo, qui ad ipsam dotem soluendam nulla-
tenus teneretur, si pactum adiecerit de dote sibi resti-
tuenda, vel suis hæredibus tale pactum valeat.*

Ex quibus videtur deduci posse, quod, si pater, ad
quem propriè incumbit onus dotandi filias *Rot. dec.* 315
*58. num. 1. & seqq. par. 5. rec. Boss. de Dot. cap. 4. num.
2. & seqq. Altograd. cons. 18 num. 38. lib. 2.* vel alius
ad ipsam dotationem obligatus dotes assignauerit,
non solum non potest ad sui fauorem stipulari re-
uersionem d. dotis, sed ipsa stipulatio, si facta fue-
rit, de dote ipsimet dotanti restituenda, sit ipso iu-
re nulla, & consequenter non solum apertè dero-
gatur dispositioni, *l. dos à patre C. solut. matrim.* 316
sed etiam remanet immutata natura dotis profe-
ctitiæ, & consideratur, vti dos aduentitia, *Rot.* 317
*Bononien. dec. 12. numer. 36. Altograd. Iun. controu.
30. numer. 33. vers. quæ donatio*, & dum vult statu-
tum, quod non obstante pacto reuersionis; *Ipsa
dos, & actio dotis ad mulierem pertineat, & ad
eius hæredes*, operatur, quod per ipsam filiam fa-
milias intelligatur, ipsa dos acquisita titulo irreuo-
cabilis donationis inductæ per ipsum statutum, vt
per *Altograd. Iun. d. cons. 30. num. 33. Monterent. ad* 318
*stat. Bononien. tit. de Rot. restit. verbo liceret pag. 247.
tom. 2.*

Et ità etiam contingit, si pater consenserit resti-
tutionem dotis stipulari, ad fauorem filiæ, & eius
hæredum, tunc, enim, pariter censetur ipsa dos fi-
liæ donata, iuxtà *Bartol.* Doctrinam *in l. post dotem
num. 27. ff. solut. matrimon.* quam communiter Do- 319
ctores sequuntur vt per *Alciat. cons. 59. num. 2. lib. 8.
tom. 3. Soccin. sen. cons. 100. numer. 3. vers. quibus ta-
men non obstantibus lib. 3. Crauett. cons. 84. numer. 3.
Boss. de Dot. cap. 3. numer. 143. Merlin. de legit. lib.
2. titul. 2. quæst. 13. numer. 17. & seqq. Thesaur. de-
cis. 237. numer. 12. vers. fallit 1. Bellon. de Iur. Ac-
cresc. cap. 9. quæst. 11. num. 104. par. 3. Altograd. Iun.
d. controu. 30. num. 33. Censal. cons. 8. num. 7. post de-
cis Luc. Andreol. controu. 4. num. 2. Rot. post Merlin.
de legit. dec. 131. num. 9. 10. & coram Duran. dec. 231.
num. 15.*

Et adeo intelligitur d. dos, per filiam familias ac-
quisita, vt nec etiam patri competat super ea vsusfru-
ctus, sed recuperata ab hæredibus viri in totum libera
remanet penes filiam, atque adeò consideratur, vti
species peculij aduentitij, in qua patri nec etiam vsus-
fructus competit, *Soccin. sen. d. cons. 100. nu. 3. lib. 3. Cra-* 320
*uett. cons. 84 nu. 7. & num. 15. Mantic. de Tacit. & am-
big. lib. 12. tit. 8. nu. 22. Bald. Nouell. par 6 priuil. 33.
de Rot. Barbos. l. 2. §. quod si in patris nu. 18. vers. casus
secundus est, & in l. 46. num. 27. ff. solut. Matrim. Boss.
de Dot. cap 3. §. 4. nu. 93. & seqq. Altograd. Iun. d. con-
trou. 30. nu. 35. Monterent. ad stat. Bonon tit. de Dotib.
constitut. verbo* liceret *pag. 247. tom. 2.* vbi, quod dote
reuertente ad mulierem, soluto matrimonio, non ac-
quiritur vsusfructus patri, nec ipse dicitur in hoc casu
legitimus administrator, & filia, respectu talis do-
tis, est capax iudiciorum, absque consensu pa- 321
tris.

Dum, igitur, per statutum nostrum dos filiæ fami-
lias habetur pro aduentitia, & nec in ea pater habet
vsumfructum, adeout, & proprietas, & vsusfructus

penes ipſam filiam reſideat, deducitur, ex hoc, quod
filia familias reddatur habilis ad teſtandum, de dote,
322 attento textu, *in auth. vt liceat matri, & auiæ in princ.*
vbi clarè conceditur à Iuſtiniano filijs familias facul-
tas liberè diſponendi de bonis eiſdem relictis, ſeu do-
natis, cum ea conditione, vt per patrem ſuper ipſis
non quæratur vſusfructus ibi, *res autem ita relictas, &*
donatas poſitis ſub poteſtate perſonis, ſiquidem perfectæ
ſint ætatis, licet ſub poteſtate ſint, licentiam habeant,
quo volunt modo, diſponere, propriè important licen-
323 tiam, & auctoritatem ad libitum diſponendi, per vlti-
mam voluntatem, vt *in §. fin. Inſtit. quib. ex cauſ. manu-*
mitt. non lic. in auth. de nuptijs in princ. § diſponat. Et
ipſum verbum, *diſponere*, propriè adaptati vltimæ vo-
324 luntati, dixit, *Barboſ. dict. 89. nu. 1. verſ. præcipuè tamen,*
Mart. de clauſ. par. 3. clauſ. 34. nu. 1. & de ſucceſs. leg. par.
4. quæſt. 1. art. 3. nu. 31. iuncto verſ. antecedenti, vbi, quod
gloſſa male fuit interpretata, dum reſtringit dictum
textum ad diſpoſitionem inter viuos, & punctualiter,
Dec. in l. nemo nu. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ.

Et pro corroboratione talis opinionis, quod filius
familias ſit habilis ad teſtandum de bonis aduenti-
tijs, in quibus patri non quæritur vſusfructus, adducti
325 fuerunt *Dec. in d. l. nemo poteſt, C. qui teſtam. fac. poſſ.*
Mart. de ſucceſſ. leg. par. 4 quæſt. 1 art. 4. num. 29. 30. Mi-
chal. de Fratrib. part. 1. cap. 9. num. 9. verſ. verum hanc
rationem, & cap. 10. num. 11. verſ. imò dato, vbi,
quod filiusfamilias poteſt, in hoc caſu, teſtari, etiam
ſi non vſusfructus, ſed quædam commoditas ſpecta-
ret ad patrem, & in puncto Dotis, pleno iure, per
326 filiam familias acquiſitæ, *Boſſ. de dot. cap. 3. num. 171.*
& conferunt tradita per *Cyriac. controu. 577. num. 2.*
& infra, vbi, quod filius familias teſtari valet, de
bonis ſibi relictis, cum libera facultate diſponendi,
quæ libera facultas concurrit, ad fauorem filiæ fa-
milias, reſpectu huiuſmodi dotis, dum patri non
327 competit proprietas, neque vſusfructus, ideoque,
de ea poteſt, ad libitum, diſponere, tam in iudicio,
quam extra, abſque paterno conſenſu, vt, de verio-
328 ri, & tenenda ſententia firmat etiam *Caſtill. de Vſuf.*
cap. 3. num. 14. verſ. verum contraria, Gargiar. conſil.
3. num. 100.

Nec ratione, cui intellectus acquieſcere poſſet,
carere dicebatur talis ſententia, nam, cum habilitas
filijs familias, in teſtando non proueniat à nexu pa-
triæ poteſtatis, ſed ex eo, quod non habuerit bona
propria, de quibus potuerit diſponere vt oſtendit,
329 *Mart. de ſucceſſ. leg. d. par. 4. quæſt. 1. art. 3. num. 26. &*
ſeqq. Cum, enim, antiquitus, Caſtrenſibus exceptis,
omnia patri filius acquireret *§. igitur Inſtit. per quas*
perſonas cuique acquir. & ſine bonis teſtamentum fuiſ-
ſet fruſtatorium, cum ſine ſpe aliquid conſequendi
330 nullus hæreditatem acceptaſſet, *§. ſed quia hæredes, In-*
ſtit. de Fideic. hæred. Idcircò factum eſt, vt filius fami-
lias, qui in poteſtate patris eſt, teſtamentum facere
non poſſit, *Mart. d. par. 4. quæſt. 1. art. 3. num. 27. verſ.*
item quia. Verum, dum habere potuit bona propria,
& in quibus pater neque etiam vſumfructum prætem-
dere potuerit, non obſtante patria poteſtate redditus
fuit habilis ad teſtandum.

Et ex hac ratione, quod filius familias poſſideat
bona, teſtari valet, de peculio Caſtrenſi, vel quaſi
331 *l. filiusfamilias 7. in fine, ff. de donat. l. vltima, C. de*
inoff. teſtam. l. vlt. C. qui teſtam. fac. poſſ. Gall. de ex-
cept. tit. 1. except. 2. num. 9. & ſeqq. Mart. ſucceſſ. leg. par.
4 quæſt. 1. art. 3. num. 79.

Poteſt teſtamentum facere de bonis feudalibus, &
emphyteoticis *Mart. d. par. 4. quæſt. prima art. 3. nu.*
64. 65. Et non alia redditur ratio, niſi quia in dictis
bonis, non quæritur patri vſusfructus, vt teſtatur ibi-
332 dem *Mart. num. 65.* & ſimplicem comoditatem, non
autem vſumfructum a patre haberi, in dictis bonis;
latè firmat *Fulgin. de Emphyt. tit. de Diuerſ. quæſt. quæſt.*
17. per tot.

Similiter teſtari poteſt de bonis à principe ſibi do-
natis; & ratio redditur, quia in illis parentes vſum-
fructum non habent, *Gall. de except. d. tit. 1. except.* 333
22. nu. 55. par. 2. Craſſ. d. § teſtamentum quæſt. 23. num 7.
verſ. ſed quid de bonis; Idem ergo dicendum, de illis
bonis aduentitijs, in quibus patri non debetur huiuſ-
modi vſusfructus.

Nec turbare affirmabant, quod multi Doctores
reſtringant diſpoſitionem *d. textus in auth. vt liceat*
matri, & auiæ, ad actus inter viuos ſequentes *gloſſ.*
ibidem in verbo, diſponere, & propterea tenent,
quod nec etiam de bonis aduentitijs, in quibus pa-
tri vſusfructus non competit, filiusfamilias teſtari
nequeat, vt patet ex *Craſſ. d. §. teſtamentum quæſt.* 334
23. Becc. conſ. 76. numer. 1. Franc. Anton. Coſt. conſ.
12. numer. 8. Facchin. controu. Iur. lib. 5. cap. 94. per
tot.

Siquidem d. gloſſam malè fuiſſe interpretatam ver-
ba textus dixit *Mart. de ſucceſſ. d. par. 4. quæſt. 1. art.*
3. num. 30. & eamdem opinionem eſſe falſam teſtatur
etiam *Michalor. de Fratribus par. 1. cap. 9. nu. 9. verſ.* 335
verata hanc rationem, quod euenit ex eo, quod Do-
ctores præfati, & omnes alij, qui poſſent adduci, mo-
uentur ex duobus iuribus, ſcilicet, ex *l. nemo 11. C. qui* 336
teſtam. fac. poſſ & ex l. final. §. filijs autem familias
C. de Bon. quæ liber. quæ iura nullatenus reſiſtunt.

Etenim *textus in d. l. nemo* fuit correctus per *d. au-*
th. vt liceat matri, & auiæ, vt firmat *Mart. d. par.*
4. quæſt. 1. art. 3. numer. 34. in fine, tex. verò *in d. l. fi-*
nal. loquitur per hæc verba. *Filijs autem familias in*
ijs dumtaxat caſibus, in quibus vſusfructus apud pa-
rentes conſtitutus eſt donec parentes viuunt, nec de
ijſdem rebus teſtari permittimus; In quibus verbis,
patet, quod textus præcipuè loquitur de bonis ad-
uentitijs, in quibus patri competit vſusfructus, quod
caſui noſtro minimè applicatur, vnde non debemus
eſſe ſolliciti de contraria ſententia dum inhæret fun-
damentis non ſubſiſtentibus, & eſt de directo con-
traria diſpoſitioni *d. textus in auth. vt liceat matri,*
& auiæ; In quo caſu, iudex debet accedere textui
claro, & aperto, etiam ſi communis opinio ſtaret in
contrarium, *Dec. conſil. 366. num. 7. & conſil. 399 num.* 337
13. Sæpè, enim, Doctores imitantur aues ſe ſe inuicem
ſectantes articulo non examinato, vt dicit, *Dec. conſ.* 338
481. in fine, Menocch. conſil. 37. num. 172. verſ. & venit,
adeoque moueri non debeamus ex numero Docto-
rum, ſed ex rationibus, & fundamentis, quæ pro opi-
nione concurrunt, *Dec. d. conſ. 481. num. 11. Rot. dec. 17.* 339
num. 4. par. 7. rec.

Vlterius, dicebant, talem ſententiam defendentes,
quod ſtatutum noſtrum *in d. cap. 19. lib. 2.* non ſolum
tacitè filiabus familias facultatem dedit teſtandi, de
bonis dotalibus, dum prohibuit, ne pater haberet
vſumfructum de ipſis bonis dotalibus, ſed etiam hanc
licentiam teſtandi expreſsè idem ſtatutum conceſſit
dum inquit, *de parte verò dotis, & corredorum hæ-*
redibus mulieris reſtituenda poſſit d. mulier teſtari, &
diſponere prout voluerit. Ex quibus apertè conſtat de
permiſſione ſtatuti mulierem licet filiam familias te-
ſtari poſſe. Nam verbum *mulier*, tam filiam fam. 340
compræhendit, quam à patria poteſtate ſolutam;
id enim ſolum reſpicit ſtatutum quod ſit nupta, & do-
tem habuerit, nil aliud curando quòd ſui, vel alie-
ni iuris ſit.

Domini, verò, aduocati alterius partis, prædictam
opinionem mordicus impugnabant, aſſerendo, quòd
licet negari non poſſit, quod, ſtante diſpoſitione d.
ſtatuti, dos à patre data amittat effectum profectitiæ
dotis,

dotis, tamen eius naturam omninò exuere non con-
cedebant, considerato eius principio, ex quo à patre
proficiſcatur, cum illud verè dicatur peculium profe-
ctitium quod a patre ad filium proficiſcitur, *l. 5. ff. de*
341 *Iur. Dot.* ad differentiam peculij aduentitij, quod aliun-
342 dè, quam ex re patris aduertit, *l. 6. C. de Bon. quæ liber.*

Nec ex eo, quod, per ſtatutum noſtrum eadem dos
prouenıens ex ſubſtantia patris, fiat omninò propria
mulieris, nequidem patri reſeruato vſufructu, & ſic
effectum aliquem pariat ſimilem peculio aduentitio;
indè tamen eius naturæ veritas immutatur; Nec do-
ctrinæ tam *Rot. Bonon.* quam aliæ in contrarium alle-
gatæ eò tendunt, vt concludant, hoc caſu, filiam poſ-
ſe de dote teſtari, in præiudicium dotantis, ſublato ei
beneficio, quod a iure communi *ex d. l. dos à patre, C.*
ſolut. Matrim. fuerat impartitum; ſed quod licet ad-
huc ſub patria poteſtate degens poſſit de ea liberè te-
ſtari, tanquam de aduentitio peculio, nemo dixit.
Imò iuxtà ſententiam, *Bart. in l. poſt dotem* 41. *num.* 27.
ff. ſolut matrim. ſi dos profectitia efficiatur in totum
filiæ, (vt eſt intentio ſtatuti noſtri) eo caſu, verum
eſt, vt dos non reuertatur ad patrem iuxtà diſpoſitio-
nem, *d. l. dos à patre*, ſed ad eius hæredes, & pater eam
obtinere non poterit, niſi, vt eius hæres. Et hoc ca-
ſu, fortè in vita de ea filia diſponere valebit, tempore,
343 autem mortis, nequaquam, cum ſit in poteſtate pa-
tris, vt doctrinam *Bartol.* referendo, tradit *Barboſ. in*
eadem l. poſt dotem 41. *num.* 42. *verſ. ſuccedit quarta*.

Vndè ex ſententia *Bartol.* dos profectitia, ſi facta
eſt propria mulieris, aut ex voluntate patris, aut alia
cauſa, amittit quidem aliquos effectus profectitiæ
dotis, non tamen induit naturam aduentitiæ, itavt,
iuxtà eiuſdem naturam ſit in totum regulanda, ſed
potius retinet in hoc ſuam propriam naturam, quod
non poſſit filia familias de ea, licet alias propria, te-
344 ſtari, cum obſtet patriæ poteſtati ſubiectio, quod ad-
uentitiæ non obſtat, &, vt benè ratiocinantur, in pro-
poſito, *Harprett. in addit ad Clar. §. teſtamentum qu.*
18. *num.* 16. 17. loquendo de peculio aduentitio, cuius
propria natura eſt, vt vſusfructus patri quæratur, ſi
tamen voluntate teſtantis, aut patris repudiatione,
aut fortè etiam diſpoſitione legis vſusfructus patri nõ
quæratur, nihilominùs, tamen, vt inquit peculium
aduentitium manet, quia accidentia non mutant pro-
priam rei formam.

Imò, dato etiam, quòd verſaremur in proprio, &
vero peculio, ſeu dote aduentitia propria mulieris,
tam quoad proprietatem, quam quoad vſumfructum
345 nihilominus eſſe communem, & veriorem opinionem
aſſerebant, quod non liceat filiæ familias, de huiuſ-
modi aduentitia dote teſtari, neque etiam cum patris
conſenſu, vt indubitatam hanc iuris concluſionem
appellat, *Clar. §. teſtametum quæſt.* 18. *num.* 2. & poſt
plures adductos hanc tenet *Harpreſt. in addit. ad eun-*
dem, & priuc. tit. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.
num. 29 *Craſſ. §. teſtamentum quæſt.* 23. *Anton. Fab. de*
Error. Pragmat. decad. 43. *error.* 6. vbi teſtatur, quod
nonnulli etiam hodie defendere audeant filiumfami-
lias de bonis aduentitijs, quorum plenam proprieta-
tem habet, teſtari poſſe, & de dote aduentitia, vltrà
allatos à *Clar.* tradunt, *Becc. conſ.* 79. *num.* 1. 2. *Honded.*
conſ. 32. *num.* 81. 82. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. for. cap.* 382.
num. 1. *& ſeqq.* vbi quod ſiue dos ſit peculium aduen-
titium, ſiue profectitium, ſemper verior eſt opinio,
vt neque de eo poſſit teſtari, quamuis patri non ac-
quiratur vſusfructus, *Theſaur. dec.* 150. *num.* 6. *Amat.*
dec. March. 71. *num.* 3. *Ronit. conſil.* 4. *num.* 13. 14. *libr.* 2.
Capyc. Galeott. controu. lib. 2. *controu.* 30 *per tot.* & præ-
cipuè *num.* 7 *& ſeqq. Gail. conſ.* 1. *num.* 9. 10. 11. *Ca-*
pyc. Latro dec. 34. *per tot. Coſt. Sicul. conſil.* 12. *num.* 8.
& ſeqq. Facchin. controu. lib. 5. *cap.* 94 *Gomez ad ll.*
Taur. 5. *num.* 1. *in fine verſ. & in tantum, Virgil. de le-*
git. Pezon. cap. 4. *num.* 37. *& ſeqq. Gaſpar. Manſ. de Te-*
ſtam. tit. de teſtam. valid. vel innal. ex parte teſtatoris,
numer. 88. *& ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ.* 639. *nu-*
mer. 2. 3.

Et eò magis impugnabatur aliud argumentum de-
ſumptum, ex verbis d. ſtatuti, *De parte. verò, dotis,*
& Corredorum hæredibus mulieris reſtituenda poſſit d.
mulier teſtari prout voluerit, &c. Animaduertendo,
quod inhabilitas teſtandi, alia eſt, reſpectu perſonæ
teſtantis, alia, verò, reſpectu bonorum, in quibus ef- 346
fectum poteſt habere teſtantis diſpoſitio, vt benè ad
propoſitum obſeruat etiam, *Oroz de Apic. Iur. Ciuil.*
lib. 5. *cap.* 6. *num.* 5. In dictis, verbis ſtatuentes agere, &
ſtatuere voluerunt, de bonis, & circa portionem ſuæ
dotis tantum, de qua mulieri teſtari licuiſſet, dum,
in matrimonio, & marito ſuperſtite obijſſet, nun-
quam, autem, ſtatuerunt circa qualitatem, & condi- 347
tionem mulieris teſtantis, & ſic ſub aſſerta generali-
tate permittere, quod mulier nupta, ſiue filia familias
fuerit, ſiue non, ſiue minor, ſiue maior, ſiue cæca, aut
benè videns, ſiue mentis inops, aut compos teſtari
poſſit.

Idque clarè deſumebant; In primis, ex ipſa Rubri-
ca ſtatuti ſic concepta; *De dote reſtituenda ſoluto ma-*
trimonio per mortem mulieris liberis non extantibus;
Ex quo dicebant apparere, ſtatutum in Rubrica de-
claraſſe agendum eſſe in eodem Capitulo, quæ pars
dotis, moriente vxore, eſſet reſtituenda marito, pro
ſuo lucro, & quæ eſſet ab eodem reſtituenda mulieris
hæredibus, & propterea non eſt dicendum quod in
Nigro, agatur de facultate conceſſa mulieri teſtandi, 348
licet eſſet filiafamilias; contineret, enim, Nigrum,
quid diuerſum à Rubrica, & ab ipſo, rubrica eſſet in-
terpretanda, quod non eſt ferendum; nam potiùs è
contrà verba clara Rubricæ ipſius Nigri, & ſtatuti diſ-
poſitionem declarant, *gloſſ. in l. vnica verbo retracta-* 349
re, C. ne liceat tertio prouoc. & notatur in *l.* 1. vbi *Ful-*
goſ. num. 45. *Alex. num.* 3. 4. *Rip. nu.* 12. *Bolognett. nu.*
14. *ff. ſi cert. pet. Maſchard. de Gener. ſtat. Interpret.*
concl. 2. *num.* 188. 189. quod procedit, etiamſi verba
Nigri, ſiue ſtatuti ſint generalia, quia declarantur ex
ſpecialitate Rubricæ, *Cephal. conſil.* 55. *numer.* 6. *Surd,*
conſil. 163. *num.* 12. *in fine*.

Vlteriùs clariùs deducebant, idem ſtatutum confir-
mare, dumtaxat, quod, in Rubrica proponitur, ex
diſpoſitione totius cõtextus eiuſdem ſtatuti; vbi ſem-
per, & principaliter agitur, quænam pars dotis, vxo- 350
re moriente remanere debeat apud virum, & quam
reſtituere teneatur hæredibus mulieris, vt ibi *ſtatui-*
mus &c. quod ſi qua mulier nupta in matrimonio deceſ-
ſerit, ſi deceſſerit infra annum, vir lucretur medietatem
dotis &c. & infrà ibi, *Et ſi poſt annum vir lucretur duas*
partes &c. & aliam medietatem in caſu, &c. & ter-
tiam partem in caſu, &c.

Et ex his aduertendum eſſe dicebant, quod, dum
ſtatutum ſucceſſiuè poſuit ea verba, *poſſit teſtari*, (quę
obiecto occaſionem dederunt) non ea ſimpliciter, & 351
indefinitè, & ſeparata oratione conſcripſit, tanquam
alicuius nouæ diſpoſitionis formam continentia, ſed
potiùs connexiuè cum præcedenti diſpoſitione, vt ap-
paret ibi, dum inquit, *De parte verò dotis, & Corre-*
dorum hæredibus mulieris reſtituenda poſſit d. mulier te-
ſtari, quæ aduerſatiua, verò, hoc efficit, vt referat, &
connectat ſequentem diſpoſitionem cum præcedenti,
Giouagn. conſ. 9. *num.* 13. *lib.* 1. *Rot. dec* 666. *numer.* 1.
par. 1. *diuerſ.* & aduerſatur præcedentibus, eodem, ta-
men, themate retento, latè *Barboſ. de Dict. dict.* 420.
num. 21. vbi plures, & ſic, vbi ſupra de parte dotis per
monitum reſtituenda diſpoſuerat, ita pariter hic de
alia parte eius dotis egit, quam reſtituere tenetur.

Vnde

Vndè ſemper d. ſtatuti intentio verſatur circa ipſius dotis quantitatem, de qua non liceat mulieri nuptæ teſtari, aut ad ſuos hæredes tranſmittere, nuſquam, autem, egit de relaxandis iuris conditionibus in fauorem nuptarum, quibus denegatur teſtamenti factio.

Et hinc animaduertendum eſſe replicabant ex diſtinctò, & diuerſo modo loquendi, quo vſi fuerunt ſtatuentes in vno, vel altero caſu, quam cautè proceſſerint; dum, enim, in maritum, lucri dotis beneficium conferri voluerunt, agnoſcentes, hoc ex diſpoſitione iuris communis marito denegari, vt *in l. vnica*, § *illud procul*, *C. de rei vxor. act. Rolan. de Lucro, Rot. qu. 43. num. 4. Honded. conſ. 3. num. 6. tom. 2. Pariſ. conſil. 62. num. 27. vol. 4. Oſaſch. dec. 27. num. 11. Decian. reſp. 31. num. 2. vol. 2. Surd. conſil. 21. numer. 1. vol. 1.* Et propterea, volentes iuri communi, in hoc derogare, ſimpliciter, & indefinitè, & abſque aliqua iuris reſeruatione eidem marito permitti ſtatuerunt.

Vbi verò de alia tertia parte dotis, à viro non lucrata mulieri teſtari poſſe permiſerunt, cautiùs agendo, immediatè poſt illa verba *poſſit teſtari*, addiderunt *ſi aliud iuris, vel ſtatutorum non obſtet impedimentum*, quaſi dixerint. Volumus, de tertia parte dotis poſſe mulierem in ſuo teſtamento diſponere, ſub conditione, tamen, nempè, ſi ius ei non deneget teſtamenti factionem, cum illa dictio, *Si*, ſua natura clatam con-
354 ditionem præſeferat, *Barboſ. dict. 364.* Et ſic ſtatutum, in eo, ſolum eſt correctorium iuris communis, in quo, propter lucrum marito conceſſum, reddit mulierem, in ea parte inteſtabilem, & in reliqua parte dotis ius commune teſtatur, imò expresſè eius diſpoſitioni ſe remittit, vt deducitur ex illis verbis, *ſi aliud &c.* ità, vt voluerit poſſe teſtari, niſi perſonæ huiuſmodi mulieris aliter diſpoſitio iuris impediat.

Et profectò, (vt ſtrictius argumentando dicebant) ſi attentius ipſius ſtatuti contentum totū intueamur, & qua occaſione dicta verba ſeu clauſula adiecta fuerit, inueſtigare non pigeat, clarè vtique apparebit ad alium omninò diuerſumque finem adiectam fuiſſe clauſulam illam, quam, vt vxori, alias ex iure inhabili, contra iuris diſpoſitionem teſtamenti factio concederetur. Poſtquam enim ſtatuentes iuxta breuius, aut longius tempus ſuperuiuentiæ vxoris poſt contractum matrimonium, maiorem, vel minorem partem dotium lucrari maritum ſanciuerunt; de reliqua verò parte ſic diſpoſuerunt, *& aliam medietatem*, in caſu &c. *& tertiam partem* in caſu &c. *maritus, & eius hæredes reſtituant, & reſtituere teneantur hæredibus ipſius mulieris ex teſtamento vel ab inteſtato ſuccedentibus.* Et proinde, ſi hic ſtetiſſet, nec vltra progrederetur ſtatuti diſpoſitio, quis non videt liberam remanſiſſe facultatem mulieri totam, & integram medietatem, vel tertiam partem, in ſuo caſu, earundem dotium relinquendi, cui vellet in teſtamento, ſi teſtandi forent capaces? quod, quia noluerunt ſtatuentes, volentes potiùs in quarta parte ipſius etiam medietatis, vel tertiæ partis dotis eas reddere inteſtabiles; hinc eſt, quod propterea adiecerunt infraſcriptam, (de qua nunc agitur) clauſulam. *De parte verò dotis hæredibus mulieris reſtituenda poſſit d. mulier teſtari, & diſponere, prout voluerit, ſi aliud iuris, vel ſtatutorum non obſtet impedimentum, dum, tamen, illi, qui dictæ mulieri ſuccedere debuiſſent ab inteſtato, quartam partem d. dotis reſtituendæ habeant.*

Vndè perperam ab aduerſarijs (aiebant) ex huiuſmodi clauſula arguitur, mentem ſtatuentium eam fuiſſe derogandi iuri communi, vt concederetur mulieri, licet à iure prohibitæ factio actiua teſtamenti, quæ nulla alia de cauſa appoſita fuit, niſi, vt, quam habeat à iure, tanquam ſui patrimonij domina liberam facultatem diſponendi in quos vellet, & quam idem ſtatutum antea confirmaſſe videbatur, hac adiecta clauſula, reſtringeret, & limitaret, quod, autem, reſpectu perſonæ nuptæ, & factionis teſtamenti ius commune ſtatueret, nihil omninò voluit innouare; Et quamuis, primo intuitu, legentis intellectum fallere fortè potuerit, vt ibi *poſſit teſtari*, animaduertere, tamen, oportet, quod ſequentia verba, *ſi non*, vt ibi, *ſi aliud iuris non obſtet*, ex quibus Gramaticè, dictionem *niſi*, confici tradit *Barboſ. de dict. 217. numer. 16.* in negatiuam diſpoſitionem conuertere, cum illius dictionis *niſi*, natura, ſit ſemper aduerſari, & contradicere præcedentibus, & ponere contrarium eius, quod 355
in antecedenti diſpoſitione ſancitum erat, ità *Dec. Iaſ. & Salic.* & alij *in l. actione, C. de Tranſact.* cum alijs pluribus relatis à *Barboſ. d. dict. 217. num. 5.* Vnde perinde eſt in caſu noſtro, ac ſi ſtatutum diceret, non poſſit teſtari contra iuris diſpoſitionem.

Et eo magis, quia, cum hoc ſtatutum ſit iuris communis correctorium, ſtrictè, & in ijs ſolum terminis in quibus loquitur eſt intelligendum, *Honded. conſil. 1. num. 31. 32. lib. 1. Barz. dec. 50. num. 29. Surd. dec. 56. num. 4.* & ſi poteſt ius commune corrigere in vno, & in duobus, intelligendum ſit, vt in vno tantum corri- 356
gat, *Roman conſil. 199. num. 4. Honded. d. conſil. 1. num. 33. lib. 1. Roland. conſil. 80. num. 22. lib. 4. & conſil. 27. num. 38. lib. 3. Oſaſch. dec. 167. num. 22.*

Hæc, inquam, & ſimilia argumenta afferebantur ab Excellentiſſimis DD. Aduocatis vtriuſque partis, pro clientulorum defenſione, nullus autem ex eis victoriam obtinuit, nec articulus fuit reſolutus, quia partes ante ſententiam ad concordiam deuenerunt: Ego, autem, potius hanc, vltimo loco allatam concluſionem veriorem eſſe arbitror: quod filia familias nupta non poſſit, viuente patre, de dote teſtari, rationibus, & auctoritatibus optimè ponderatis per dd. Aduocatos vt ſupra pro nullitate teſtamenti ſcribentes.

Et præcipuè quia, licet ſtatutum noſtrum, *in d. cap. 19. lib. 2.* diſponendo, quod mulier dotata ſit domina dotis, nec ad patrem dotantem reuertatur, efficiat dotem, de vera profectitia, profectitiam impropriè, vel potius aduentitiam, vt latè *Bartol. in l. poſt dotem num. 27. ff. ſolut. matrim.* quem refert, & ſequi- 357
tur præ ceteris, *D. Luca in Theatr. verit. & Iuſtit. lib. 6. de Dot. diſc. 30. num. 10. diſcuſ. 31. num 7. & ſeqq. & diſc. 32. num. 2.* ex quo dos præſumitur à patre data filiæ irreuocabiliter, nec patri dotanti, mortuo viro, quæritur vſuſfructus, vt per *D. de Luca vbi ſuprà diſcur. 32. num. 9. 10.*

Tamen, vt ſuprà fuit dictum, non perdit omninò naturam dotis profectitiæ, neque ad quemcumque effectum iudicatur, tanquam dos aduentitia; ſed in ijs dumtaxat caſibus, in quibus æquitas patri potius reſiſtit, quam aſſiſtit, ob maiorem, ſcilicet, æquitatem in alia perſona concurrentem, vt benè exemplificat videndus, *De Luca vbi ſuprà diſcurſ. 32. nu. 3.* non verò, quoad alios effectus præiudiciales ipſi patri, vt idem *De Luca nu. 15.* optimè oſtendit.

Et in terminis noſtris, quod conceſſio plenæ proprietatis bonorum, ad hunc effectum, non mutet qualitatem peculij, dixit egregiè, *Vinn. princ. tit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. num. 6. verſ. nulla verò lege*, & latiùs *Danib. de Teſtam. qui teſtam fac. poſſ. nu. 158. verſ. amplia 8.* vbi, quod, & ſi dos aduentitia, in totum filiæ acquiratur, tamen, nullo iure relatum eſt, filiam in d. dote priuilegium teſtandi habere, quod habet filius in Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi peculio.

Imò, dato, etiam, vt dos verè, & propriè efficeretur, per diſpoſitionem ſtatuti noſtri, de profectitia, verè aduentitia, nihilominùs, vt ſuprà fuit concluſū,

in

in ea mulier filiafamilias, testari non posset. Si qui-
dem, vt latè supra firmaui *num.304.* non fuit denega-
ta facultas testandi filijs familias, eo quia nulla pos-
360 siderent, de quibus testari possent, vt nonnulli firma-
runt, de quibus supra *num.329.* sed alijs duabus ra-
tionibus, scilicet, quia filiusfamilias non habet fami-
liam ipsam, quam relinquat, & quia testamenta non
361 debent ab alieno arbitrio pendere; Vndè, quam-
quam filiusfam. habeat bona, de quibus testetur, cum
aliæ rationes adhuc subsistant, facultate testandi ca-
ret, vt, in terminis filijfamilias habentis peculium ad-
uentitium proprium, tam quoad proprietatem, quam
quoad vsumfructum, quod de eo non valeat testari,
firmarunt etiam, *Didac. à Spin. in specul. testam. gloss.*
Rubricæ 4. par. num. 13. versic. quæ sit, latissimè *Dauth.*
362 *vbi suprà num. 154. 155. 156. 157. Cald. in l. si Curato-*
rem, C. de in integr. restit. minorum, verbo læsis nu. 152.
versic. neque tantum, Illustrissimus D. Fagnan. in cap.
indecorum de ætat. & qualit. num. 53. Vinn. princ. tit. In-
stit. quib. non est permiss. fac. testam. num. 6. vbi etiam
Pychard. num 97. vbi, quod intrepidè hæc communis
opinio defendenda est *Anton. Fab. de Error. Pragmat.*
decad. 43. error. 6. num. 4. Et in nostris præcisis terminis,
quod filia familias non possit testari de dote, in qua
habet tam proprietatem, quam vsumfructum, vltrà
363 allegatos, *num. 342.* firmauit *Vasq. de success. Creat. lib.*
3 §. 22. limit. 2. num 9. vbi ità effatur: *Infertur ex supe-*
rioribus veram non esse opinionem Decij in d. l. Senium
in secunda col. in princ. C. qui testam. fac. poss. vbi tenet,
quod filia familias potest testari de sua dote, cum, in ea
secundum eum, habeat plenum ius, & dominium, tam
proprietatis, quam vsusfructus; sed errat, quia lex, quæ
nititur pluribus, non cessat, etiam si earum rationum ali-
qua vel aliqua deficiant, dummodò altera ratio vigeat,
vt in §. affinitatis Instit. de Nupt. l. si non lex Ella, ff. de
hæred. Instit. sed filius familias non ea tantum ratione
testari vetitus est, quod nihil suum habere possit, sed
etiam eo quod olim nullus omninò testari poterat, & li-
cet postea data sit omnibus testandi facultas, tamen filio
familias negata fuit, quæ sibi concessa nō videtur, quam-
uis acquirendi ius, & potestas sibi data fuerit: Non
enim sequitur, quod qui habet dominium possit liberè te-
364 *stari.* Et multis cumulatis, hanc etiam opinionem
laudat, & sequitur, *Conciol. alleg. 20. num. 2. Pelluc. ad*
Consuetud. Auersan. cap. 3. num. 396. & seqq. & nouissi-
mè *de Luca d. lib. 6. discurs. 33. num. 2. de Dot.* Et in for-
tioribus terminis pro nullitate testamenti filij fami-
lias habentis bona dotalia, tam quoad proprietatem
quam quoad vsumfructum, fuit decisum, per *Rotam,*
vt testatur idem *de Luca in Romana Restitutionis Dotis*
18. *Iunij 1660. coram Reuerendiss. Albergato Decano*
decis. 12. post tract.

Alteri, verò, obiecto, quod statutum expressè tri-
buat mulieri facultatem testandi, in illis verbis, *de par-*
te verò Dotis, & Corredorum hæredibus mulieris resti-
tuenda possit d. mulier testari, & disponere, prout vo-
luerit, licet multis argumentis, sit optimè suprà res-
ponsum, tamen vnico verbo poterat dilui idem argu-
mentum, scilicet, afferendo verba d. statuti, *si aliud*
iuris, vel statutorum non obstet impedimentum, Cum,
ergo, in nostro casu adsit iuris impedimentum, pro-
hibens filijs familias testari, versamur in claris, quod
statutum non habilitauit ad testandum mulieres nu-
ptas sub patria potestate existentes.

Patet, igitur, ex præmissis, quod filiusfamilias non
potest, neque de consensu patris, testari, tam de iure
communi, quam attenta dispositione iuris nostri mu-
nicipalis. Tenent, tamen, communiter Interpretes,
quod donare causa mortis possit filiusfamilias, cum
consensu patris, & præ cæteris *Vinn. princ. tit. Instit.*
365 *quibus non est permiss. fac. testam. num. 2. in medio,* &
rationem assignat, nimirum, quia donatio mortis cau-
sa, etsi, in plerisque, vice vltimæ voluntatis censea-
tur, in quibusdam tamen naturam negocij inter vi- 366
uos, & contractus habet, *l. Senatus 35. §. 3 de mort.*
caus. donat. maximeque in eo, quod ad eam perficien-
dam conuentione opus est, ac proindè hactenus etiā,
eodem iure, vel conuentionibus haberi, hoc est pri-
uatorum arbitrio regi debet, proindeque habendum,
ac si pater ipse, per interpositam filij personam, do-
nasset, in eaque vsus esset filij ministerio, *l 9. §. 2. de*
Donat. & ob eandem rationem ità sentit *Pycchard. ibi-* 367
dem num. 35. & seqq. & latiùs *nu 64. & seqq.* & de ma-
teria plenissimè *Merend. contron. lib. 14. cap. 29. per tot.*
vbi expendit rationem ob quam filiusfamilias dona-
re causa mortis possit, cum consensu patris, testari au-
tem non possit, & pariter optimas rationes tradit,
Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 5. litt. K. Dauth. de Testam.
qui testam. fac. poss. num. 190. & nonnullas adducit, *Fa-*
ber. de Error. Pragm. decad. 43. error. 7. num. 1. & seqq. 368
qui *Faber,* licet sentiat contrà hanc nostram conclu-
sionem, dum putat filiumfamilias, neque etiam acce-
dente patris consensu, causa mortis donare posse, vt
firmauit *d. Decad. 43. error. 6. num. 9.* & clarius *error.*
7. num. 11. vbi limitat suam conclusionem in peculio
profectitio, eo quia hoc casu, ab ipso patre facta vi-
deatur donatio non à filio. Tamen magis communi-
ter nostram sententiam Doctores admittunt, quod
cum consensu patris possit filius familias donare cau-
sa mortis, nulla facta distinctione inter peculium ad- 369
uentitium, & profectitium, vt, multis cumulatis, te-
net *Dauth. vbi suprà num. 160. & 190. Vinn. princ. tit.*
Instit. quibus non est permiss fac. testam. num. 2. versic.
placuit tamen, & Pycchard. ibidem num. 3. Arian. de
Mes. Var. lib. 2. cap. 39. num. 19 Capyc. Latr. dec. 34.
num. 11. Rot. in d. Romana Restitutionis Dotis 18. Iunij
1660. coram Reuerendiss Alberg. dec. 12. num. 4. post
tract. & alij plures, qui cumulari possent.

Nunquam, tamen, valet donatio causa mortis sine
tali consensu, *l. filiusfamilias, §. patri autem, ff. de*
Donat. Clar. §. donatio qu. 6. num. 3. Conciol. alleg. 20 nu- 370
mer. 23. Capyc. Latro dec. 134. num. 13. lib. 2. de Luc. d. lib.
6. disc. 33. num 2.

Vel quando consensus patris reuocatur ab ipsomet
patre; hunc, enim, consensum posse reuocari autu- 371
mat, cum *Bartol. in l. 2. § primo, ff. de Donat.* & cum
Angel & Io. Fabr. princ. tit quib. non est permiss. fac.
test. Vinn. loco cit. nu. 2. versic. atque hanc ob causam;
Et propterea dicit, quod id, quod traditum est, de te-
stamentis, non debere pendere ab alieno arbitrio ad
mortis causa donationem, trahendum non est, & sic
etiam fuit decisum per *Rot. coram Seraph. dec 850 nu.*
2. quam refert, & sequitur *De Luca, vbi supra disc. 34.*
numer. 9.

Est tamen valdè inter Doctores controuersum: An
hæc conclusio, vt filiusfamilias non possit sine con-
sensu patris donare causa mortis, habeat locum indi-
stinctè, tam in peculio profectitio, quam aduentitio,
in quo pater non habet, neque proprietatem, neque
vsumfructum. Multi, enim, tenent valere donationem
causa mortis, factam a filio familias, sine consensu pa-
tris, de bonis, in quibus patri non quæritur vsusfru-
ctus, multi autem id negant.

Talis quæstio fuit latè disputata, in causa de qua
suprà *num. 312.* vbi prætendebatur, quod testamen-
tum filiæ familias, ob vim clausulæ codicillaris, saltem
valeret, in vim donationis causa mortis, etiam si con-
sensus patris non adfuisset, eo quia ageretur de bonis
dotalibus, in quibus, vigore statuti nostri, patri non
quæritur vsusfructus. Et ad id probandum fuerunt
multi Doctores cumulati, & præcipuè, *Bart. in auth.* 372
vt liceat matri, & auiæ num. 7. Castren. in l. Senium,
num.

num.6.7. C. qui testam. fac. poss. & ibi Fulgos. num. 1.2.
3. Cuman. in l. filiusfamilias 7.num.11. in fine, ff. de Do-
nat. Ias.d.l. Senium num.9. versic. hinc est quod hodie,
C. qui testam. fac. poss. Ruin. in d.l.2 num.26.27. ff. de
leg.primo Roman. consil.512.num.1. versic.fallit secun-
dò, Gulielm. de Bened.in cap. Raynutius verbo matrem,
num.43.de Testam.Thesau. decis. 150. num. 15. vbi de
communi iuncto num.seq. Anton.Fab.de error. Prag-
mat.tom.2.de cad.43.cap.4.num.12. latè Facchin. contr.
Iur.lib.5 cap.25.per tot. plenè Merend. controu iur.lib.
14. cap.28. per tot & præcipuè num.2. vbi quod hæc
sententia longè melior est, & digna, quā docti iudices
sequantur, & vt talem vindicat ab omnibus obiectis,
benè Michal. de Fratribus par.1. cap.10. num. 10. ver-
sic.sed contrarium, vbi quod ab opinione Bartol. non
est vllo modo recedendum, sequitur Cyriac. controu.
577.num.6.

Rationem prædictæ verissimæ sententiæ esse dice-
bant quia patris consensus in donationibus bonorum
aduentitiorum faciendis, per filium, non requiritur
ad integrandam, aut auctorizandam personam filij,
sed ratione paterni præiudicij, ne scilicet, patri infera-
tur præiudicium, respectu vsusfructus, eidem com-
373 petentis, vt firmauit Castren. in d.l. Senium, num.6.
C.qui testam. fac. poss. & Doctores omnes supra ad-
ducti, & dixit plenè Cephal.consil.488.num.24.& seqq.
& consil.531.num 12.& seqq. lib. 4. & de magis com-
muni, & veriori sententia testatur, Neguzant.qu. 116.
num.19.20. vbi, quod non sit curandum de Clar. in d.
§. donatio qu.6. versic. habes ergo, & de alijs, qui con-
trarium dixerint.

Quod, si pater, super istis bonis vsumfructum non
habeat, & consequenter in aliquo ei præiudicari non
possit, nullatenus exigatur huiusmodi consensus, &
absque eo possit liberè donare ipse filiusfamilias, ita
374 tenuit, Rot.dec.165. num.2.par.1. & dec.596. num. 2.
versic. nec valet par.2.rec. & coram Gregor. decis. 391.
num.2. vbi, quod consensus patris requiritur, in his
tantùm, in quibus habet vsumfructum.

Hinc patere dicebant non esse attendendam aucto-
ritatem, Clar. in d.§.donatio qu. 6. versic. habes ergò,
& aliorum ipsum sequentium, tenentis, consensum
patris exigi ad integrandam personam filij; loquitur,
enim, contra veram, & communem sententiam ab
ipsa Rota Romana Canonizatam, vt patet ex præ-
dictis.

Hanc, verò, sententiam non admittebant ex ad-
uerso scribentes, imò potiùs eam impugnabant, as-
serendo, contrariam, tum rationum pondere, tum
legum auctoritate, tum Doctorum numero præua-
luisse, & præcipuè constanter affirmabant hallucina-
375 tos esse contrarium tenentes super labili, & falso fun-
damento, quod consensus patris requiratur propter
fauorem patris, cum, re vera, potiùs requiratur pro-
pter integrandam filij personam, alias ex se, ad hoc,
inhabilem, vt firmat Imol. in l. 1. §. quæsitum versic.
item addo, ff. ad Trebell. quem allegat, & sequitur
Alex. in l. nemo, C. qui testam.fac.poss.num.3.versic.&
volunt Doctores, vbi, quod hæc ratio habet locum in
donatione causa mortis, etiam facta in aduentitiis, in
quibus non quæritur patri vsusfructus: quia, quan-
376 tum ad donationem causa mortis, non reperitur à iu-
re integra persona filij, & benè Alex.consil.46.num.3.
& seqq. hac ratione, probans, quod licet filiusfami-
lias habeat integram personam contrahendi, non ta-
men habet integram personam donandi, causa mor-
tis, quia donatio causa mortis non est absimilis vlti-
mæ voluntati, & licet in sui ordinatione sit contra-
ctus, ex quo tamen participat de contractu, vt de vl-
tima voluntate, lex eligit mediam viam, vt possit fie-
ri, sed cum consensu patris, & plurium auctoritate,
probat, Couarr. in tertia par. Rubrica de Testam. num. 377
6.7. vbi inquit omninò falsum esse, quod ait Ias. in l.
Senium, C. qui testam. fac. poss. consensum nempè patris
in donatione causa mortis exigi à lege propter patris
præiudicium, non ad solemnitatem actus. Siquidem
consensus patris requiritur, in donatione causa mor-
tis, ad auctoritatem, & solemnitatem actus, vt sub-
iungit Doctores fateri communiter, Soccin.Sen.consil.
112.num.4.vol.1. Clar. in §.donatio, qu.6.nu.5. vbi non-
nullorum in contrarium relata opinione resoluit,
quòd hæc, tanquam verior, & magis communis te-
nenda est, Harprett in §. primo Instit. tit.de Donat. nu- 378
mer.19. latè, pluribus adductis, Roland.consil.89.num.
11.& 12. lib. 4. Mart. summ. successſ. legal. par.4.qu. 26.
num.3.& latiùs num.9. vbi quod requiritur, pro aucto-
ritate actus, P. Molin.de Contract.par.2.disput.288.num.
25. vbi quod communior, & verior hæc est sententia,
id quod, vel ex eo confirmari, ait, quod quando vsus-
fructus, & administratio eorum bonorum ad filium
spectant, non minùs necessarius est patris consensus,
cum tamen tunc de tali præiudicio patris non agatur,
Iacob. Gall.consil.1.num.13.14. & alij plures adducti à
Paschal.de Patr. potest.par. 1. cap.6.num.111. 112. &
ipsemet Facchin.controu.lib.5. cap.25. licet contrariam
probabilem esse nitatur ostendere, fatetur tamen,
hanc nostram communiter esse receptam.

Et ex hoc inferunt Doctores, nullo modo, valere
donationem factam à filio eidem patri, cum eius con-
sensu, vbi non modò, non agitur de eius præiudicio,
sed potiùs de vtilitate, & commodo, ea profectò ra-
tione, quia, non est conueniens, quod integret eam
personam, cum suo consensu, ad propriam vtilitatē, 379
sicuti nec integratur persona minoris contrahentis
cum suo curatore, ex eiusdem curatoris auctoritate,
& consensu, quam rationem priùs reddidit, Imol. in
l.1. §. quæsitum versic. tu adde, ff. ad Trebell. & ibi Soc-
cin. versic. postremò, Couar. d. par.3. Rubrica de Testam.
num.7. quia, vt inquit, auctoritas cuiquam patroci-
nari nequit in causa propria, per tex. in l.1. verbo rem
acquirit, ff. de auctb.& consensu Tutorum, & ibi testa-
tur Bartol. in hac specie donationis causa mortis à fi-
lio patri factæ eandem tenuisse opinionem, & latiùs
cum pluribus adductis auctoritatibus prosequitur,
Soccin.Sen. consil.112. lib.1. num.4. vbi reijcit funda-
menta contraria, & citatis etiam Bald. Dec. & Paris.
communem testatur, Roland.d.consil.89.num.11.lib.4.
Clar.d.§. donatio qu.6. num.7. vers. contrariam autem,
vbi per hæc verba concludit, videtur ergo potiùs præ-
statio auctoritatis, quam simplex consensus, quam, qui-
dem, auctoritatem nemo potest in sui commodum impar-
tiri, Alex consil.127.per tot. Crass.§ donatio causa mor-
tis qu.3. num.1. versic. ratio est, quia ex eadem ratione,
hoc idem firmat Molin.d.disput.288. num. 26. quare,
ait, vt valida sit talis donatio necesse est, vt iudicis inter-
ueniat auctoritas, latè Thesaur.qu. for.37. lib.2. num.2.
& seqq. Mart. de successſ. par.4.qu.26.art.1.num.8.9. se-
cus est, inquit, si requireretur pro sola voluntate, quia
tunc ad sui commodum posset consentire, & doctè Cald.
Pereg. in l. si curatorem de in integ. restit. in verbo contra-
ctum fecisti num.45. versic. ex quibus sic comprobatis, vbi
pariter ipse quoque concludit, vt valeat, oportet in-
teruenire auctoritatem iudicis, qui suppleat consen-
sum paternum cum alijs apud Paschal.de Patr. Potest.
d.cap.6.qu.1.num.113. Et proindè dicunt, etiam hu-
iusmodi consensum esse debere specialem, & expres-
sum, nec generalem, aut tacitum ex præsentia, scien- 380
tia vel alijs coniecturis elicitum sufficere pro validita-
te donationis; quia, dum consensus alicuius, tanquam
necessaria solemnitas exigitur, is esse debet specialis,
& expressus, Couarr. d. par. 3. rub. de Testam. n. 10. Clar.
d.§. donatio q.6.n.6. vbi, quod nullus contradicit.

Vndè

Vndè confirmatur conclusio suprapoſita, quod scilicet, talis consensus requiratur ad solemnitatem actus non autem respectu præiudicij, quia vbicumque agitur de præiudicio alicuius, tunc sola præsentia, aut scientia, & taciturnitas inducit consensum
381 sufficientem ad conualidandum actum, & ibi etiam Harprett. qui alios refert, Cald. d. l. curatorem verbo contractum fecisti num. 45. vers. vltimo obseruandum est &c. vbi ratiocinando, ait, quamuis pater permittat filio donare, non tamen poterit donare causa mortis, quia licet appellatione donationis comprahendatur etiam donatio causa mortis, tamen præstando d. licentiam, videtur voluisse excludere obstaculum, quod insurgebat, ex defectu propriæ voluntatis, non verò illud, quod pronemebat ex dispositione legis, Roland. d. consil. 89. num. 12.
382 lib. 4. P. Molin. d. disput. 288. num. 26. versic. ex eo, & latissimè a Pont. consil. 160. num. 10. & seqq. lib. 2.

Et ex hoc, absque dubio, pendet resolutio quæstionis supradictæ; nam, si consensus patris exigitur, nè patri fiat præiudicium, donatio bonorum, in quibus, nec vsumfructum nec proprietatem pater habet, sed, pleno iure, spectat ad filium, absque eius consensu valida erit, & firma, quia, ex ea nullum eidem patri præiudicium redundat; si verò ad solemnizandum actum donationis, & eius perfectionem requiritur, aut consistat donatio in bonis, in quibus habet, vel non habet vsumfructum, aut ex ea sibi nullum, vel aliquod resultet præiudicium, semper erit necessarius eius consensus, vt considerat Roland. cons. 89. num. 11. tom. 4.

Et propterea, ex supposito, quod consensus requiratur ad solemnizandum actum, & alijs pluribus efficacissimis rationibus concludunt Doctores, quod sine expresso patris consensu, non liceat filio in potestate eiusdem patris constituto causa mortis donare, non modo bona aduentitia, in quibus patri quæritur vsusfructus, sed nec minus ea, quæ pleno iure, ad ipsum filium spectant, nec pater vsumfructum, nec aliud ius habet, vt tenet Alex. in l. fin. C. qui testam. fac. poss. num. 3. vbi reprobat Romanum, contrarium asserentem in auth. similiter, C. ad l. Falcid. & ipsum redarguit quia allegauerit pro sua opinione, Imol. & Cinũ, qui vero nil tale dixerunt, imo Imol. in l. 1. §. quæsitum in fine versic. idem addo, ff. ad Trebell. Alex. sententiam probat, Couarr. d. 3. parte Rubricæ de Testam. nu.
383 8. Soccin. Sen. consil. 112. num. 1. vsque ad 9. Clar. §. donatio d. qu. 6 numer. 3. Rub. Alex. consil. 46 per tot. præcipuè num. 2. vbi, quod hæc opinio magis communis, & verior est & in cons. 527. per tot. vbi in terminis filiæfamilias, quæ dotem pleno iure habebat, Crass. §. donatio causa mortis q. 3. vers. sed contrariã opinionem, vbi concludit, quod hæc, re vera, magis communis est, & tenenda, Harprett. in §. mortis causa donatio Instit. tit. de Donat. numer. 27. versic. contrariam tamen, Cald. Peregr. l. si curatorem, C. de in Integr. restit. Minor. verbo contractum fecisti, num. 45. Clement. de Patr. potest. effect. 10. num. 7. vbi, quod hæc opinio est magis communiter tenenda in consulendo, & iudicando, Roland. consil. 89. num. 11. 12. lib. 4 Franch. dec. 45. num. 17. vers. imo Iacob. Gall. consil. 1. num. 12. 13. Molin. d. disput. 288. num. 25. Mars. summ. success. legat. par. 4. qu. 26. art. 1. num. 12. 13. Virgil. de legit. Perzon. cap. 4. num. 39. Paschal. de Virib. patr. Potest. par. 1. cap 6. num. 114. Rouit. cons. 4 par. 2. num. 17. 18 Gasp. Mans. in tract. de testam. val. vel inual. ex parte testator. num. 128. & 129.

Et hæc opinio, eo magis est amplectenda, quia, cum certum sit filium familias, non posse etiam cum patris consensu testari, de bonis aduentitijs, quæ ipsis, pleno iure, spectant, nec patri vsusfructus competit, si posset adiecta in testamento d. clausula codicillari
sub titulo donationis causa mortis, post mortem suã 384
de eis, absque patris consensu disponere, elusoria redderetur, & sine effectu d. prohibitio testandi, cum per indirectum, & sub nomine d. donationis testaretur, & sic leges essent impositæ verbis non autem rebus, vt benè animaduertit, Alex. d. l. fin. num. 3. versic. alias enim, Soccin. Sen. d. consil. 112. num. 3 lib. 1. Cald. vbi supra d. verbo læsis num. 152. vers. adeò quod

Vlteriùs Bart. doctrinam in d. auth. vt liceat matri, & auiæ, non obstare dictum fuit, non modò, quia, tã
Soccin. Sen. d. consil. 112. num. 2. quàm Clar. d. §. donatio 385
qu. 6. num. 3 crediderunt non esse veram lecturam Bartoli, sed alterius sub eius nomine ibi insertam; sed potissimum, quia fundamentum, tam ipsius Bartol. quam aliorum, qui in contrarium allegari solent, fit super dispositione d. Nouellæ 117. in auth. vt liceat matri, & auiæ &c. quæ videtur clarè tribuere facultatem disponendi, de rebus, in quibus patri non quæritur vsusfructus filijs familias in illis verbis: Res autem
ità relictas siue donatas positis sub potestate personis, si 386
quidem perfectæ sint ætatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant, quo volunt modo disponere. Ex quibus verbis, quo volunt modo disponere & ex generali disponendi licentia sumpsit argumentum Bart. & cum eo ceteri, qui ipsum sequuntur, quod filius possit donare causa mortis, sine patris consensu bona, in quibus patri non quæritur vsusfructus; præsertim, cum, vt aduertit idem Bart. cum gloss. ibi, excipiat solum testamentum, ergo, vt inquit, ducendo consequentiam Bart. alio modo præter testamentum disponere posset, quomodo vult.

At re vera talis consequentia, nequaquam est ad-
mittenda, quia, vis verbi disponere est tantum restrin- 387
genda ad donationem inter viuos, non autem ad dispositionem causa mortis, ex rationibus à Doctoribus allegatis, & præcipuè ab Alex. d. l. final. num. 3. vers. & liceat, C. qui testam. fac. poss. Rub. Alex. d. consil. 46. num. 3 Cald. Peregr. d. l. si curatorem verbo læsis num. 152. versic sed prior, Anton. Fab. de Error. Pragmat. dec. 43. error. 6 num. 4. versic. rectius ergò, Harpres. princ. tit. Instit. quib. non est permissum fac. testam. nu. 33. vers. secundò.

Vlterius qualis qualis sit d. verbi disponere naturalis significatio, eius discussio est punctus inanis, ad arguendam mentem Imperatoris, de qua in auth. præfata, nam patens est vitio traductoris non benè callentis Græcam linguam, cum qua originaliter concepta fuit eadem auth. expositum fuisse verbum Græcum ibi adiectum, & versum in latinum, disponere quod erat conuertendum, in verbum, administrare,
& non disponere, vt aduertunt, Franc. Duaren. in tit. 388
qui testam. fac. poss. & pariter ita sentit, Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 5. litt. T. vbi monet, quod tam Duaren. supracitatus, quam Cuiac. & alij testantur, quod in Græco authentico habetur verbum, quod administrare significat, & sic dispositionem inter viuos, & ex auctoritate Vigl. idem testatur Mynsing. princ. tit. Instit. quib. non est permiss. fac. testam. verbo exceptis ijs, vers. neque enim, Harpret. pariter ibidem num. 32. vers. secundò non refragatur, nam, vt inquit respondendo textui in contrarium allegato, Imperator ibi non loquitur, de dispositione testamentaria inter viuos, vt Græcus textus arguit quod idem repetit in addit. ad Clar. §. testamentum qu. 18. num. 15. & allegato, Vuesemb. & alijs, ijs se subscribit Gasp. Mans. d. tit. de Testam. val. vel inual. num. 107. quod, & clarius innotuit post editionem versionis legum factæ per Fabrot. in Basilic. Græca, vbi in quint. vol fol. 492. adest authentica, seu nouella 117. de qua supra in antiqua sua Græcæ linguæ puritate concepta, & in latina versione, non disponendi verbũ, sed administrandi, adest, & propterea
de-

destructo fundamento super intellectu d. verbi, *disponere*, in textu prædicto suppositi, cui tota nititur ratio Bart. & aliorum, de quibus supra, necesse est, quod totum super ædificatum collabatur, vt concludebat D. Aduocatus scribens pro nullitate dicti testamenti.

Ex supradictis, igitur, pro vtraque parte, & doctè, & subtiliter excitatis, patet hanc quæstionem esse profundam, eique non deficere pro, & contrà argumenta validissima, & Doctorum auctoritates non
389 spernendas, Nam, vltrà supra allegatos *nu.* 372. quod filius familias possit donare causa mortis sine patris
390 consensu ea bona, in quibus patri non quæritur vsusfructus, tenet *Vinn princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. num. 7. post medium*, vbi, loquens de bonis, de quibus est sermo, ait; Plenè mortis causa donationem in bonis, de quibus agimus filio permittendam esse existimarem, Et quod alias patris consensu potest, *l. tam ijs 25. §. primo, ff. de Mort. cauf. donat.* id ei hic licere etiam sine consensu patris, argumento nouellæ 127. & doctissimus *Picchard. ibid. num. 64. & seqq.* latè firmat, ideò filiumfamilias donare nō posse causa mortis, non quòd habilis ad donandum non sit, sed quia nulla bona habebat, quæ posset donare; & propterea concludit *num* 68. quod *in castbus, in quibus filius habet proprietatem, & vsumfructum recte poterit donare auth. vt liceat matri, & auiæ, §. res ibi licentiam habeant quouis modo disponere collat.* 8. *quæ iura sic intelligi aio*.

Et si verum est, prout etiam tenet *Anton. Faber de Error. Pragmat. decad. 43. error. 6. num.* 8. quod consensus patris requiratur, non ad integrandam filij personam, sed ad hoc tantum, ne patri, per filium, aliquod
391 præiudicium, damnumque inferatur, certè hæc opinio probabilior mihi videtur, præcipuè ex optimè traditis per *Merend. controu. lib 14. cap. 28. per tot. & per Facchin.* (quem in proposito virum diligentem, & subtilem appellat *Fab. loco cit.*) *lib. 5. controu. capit. 25. vers. ego igitur existimo*, vbi, quod, etsi lex generaliter prohibeat filijs familias donare causa mortis, absque consensu patris, tamen iusta interpretatione restringi debet, vt habeat locum in ijs dumtaxat rebus, quarum vsusfructus parentibus acquiritur, non autem in alijs: Iusta, inquam, mihi videtur hæc interpretatio, quia donatio inter viuos, & donatio causa mortis, hoc casu, a lege æquiparantur, vt scilicet, fit
392 filio interdicta sine patris voluntate & consensu, & quidem pari ratione, vt patet ex *l. filiusfamilias, §. patri autem, ff. de Donat.* sed nouo iure, quo vsusfructus patri dumtaxat acquiritur in bonis aduentitijs, ita constitutum est, vt in illis dumtaxat casibus, in quibus acquiritur vsusfructus patri filijs fit omnium bonorum alienatio prohibita absque consensu patris, vt patet ex *d. l. vltima, §. filijs, C. de bon. quæ liber.* ergo in illis, in quibus vsusfructus patri non acquiritur, prohibitio locum non habebit, atque ideò licebit filiosamilias etiam absque patris consensu ea bona
393 alienare, & hanc pariter opinionem defendit *Crauett. consil. 84. num. 9.* quem refert *de Luca d. lib. 6. de Dot. discurs. 32. num. 8.* & latiùs, ab alijs non allegatus, hanc opinionem sequitur, & à contrarijs eam defendit idem *Crauett. consil. 92. per tot.*

Et propterea, non obstantibus supra latissimè deductis per Doctores allegatos, *num.* 383. quibus addo *Thomas. de Tutor. & Curat. tit. 9. num. 318. Conciol. alleg. 20. num. 25. Capyc. Latro dec. 134. num. 11. & seqq. lib. 2. De Luca d. lib. 6. de Dot. disc. 32. numer.* 2. qui omnes eandem tuentur opinionem, quod filius familias non possit donare causa mortis, sine consensu patris,
394 etiam bona, in quibus patri non quæritur vsusfructus, contrariam sententiam in iudicando admittendam esse censeo.

Nec turbat, quod, verbum *disponere* in *d. auth. vt liceat matri, & auiæ*, debeat emendari *administrare*. Quia, cum talis error fuerit communiter approbatus, emendandus non est iuxta *textum in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.* & ibi, *Bartol. numer.* 20. vbi, quod 395
aliquando opinio præualet veritati; Præcipuè quia per spatium tot annorum versio, de qua *in d. auth. vt* 396
liceat matri, & auiæ, fuit ab omnibus recepta; Vndè, cum habeat pro se tam longi temporis obseruantiam, immutari non debet.

Imò ego adderem vlteriùs, quod licet *in d. auth. vt liceat matri, & auiæ*, Imperator vsus fuerit verbo *administrare*, non tamen ex hoc inferri potest ad prohibitionem donationis causa mortis, in rebus in quibus patri non quæritur vsusfructus; Quia dicimus facultatem donandi causa mortis bona in quibus Patri non quæritur vsusfructus, non fuisse à lege expresse concessam filijsfamilias, sed tantum desumi ex iusta interpretatione Doctorum, qui sic ratiocinantur donatio causa mortis fuit a lege filijsfamilias interdicta, sine patris consensu, ob præiudicium, quod infertur parentibus in vsufructu, ergo sublato patris damno, & præiudicio, prout cessat, in bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus, & prohibitio cessabit, vt argumentatur, *Rum. in l. 2. ff. de leg. 1. num. 17. 18.* quem refert, & sequitur *Merend. d. lib. 14. cap. 28. num. 2. Facchin. d cap. 25. vers. ego igitur*, & idcircò, siuè dicta verba interpretentur *administrare*, siuè *disponere*, semper verum erit, quod patri, in ipsis bonis non sit, donando causa mortis, aliquod præiudicium, & sic donatio valebit.

Et licet, qui tuentur hanc nostram sententiam præcipuè soleant allegare hunc textum *in d. auth. vt liceat matri, & auiæ*, tamen eo textu vtuntur ad corroborandum eorum argumentum, de quo supra, non verò eundem textum afferunt, pro vnico fundamento eorum sententiæ.

Prædicta tamen intelligo, cum hac distinctione; quod valeat donatio causa mortis facta à filiofamilias sine consensu patris de bonis, in quibus patri non 397
quæritur vsusfructus, quando fit donatio causa mortis per contractum, non verò quando fit per testamentum, vel aliam vltimam voluntatem, & præcipuè mediante clausula codicillari, in testamento inserta, quæ regulariter idem operatur, vt testamentum valeat, in vim donationis causa mortis, vt præ cæteris, firmat *Vasq. de success. progress. tit. qui testam. fac.* 398
non poss. §. 1. num. 6. Capyc. Latro dec. 134. num. 11. lib. 2. tunc, enim, arbitror absolutè, quod filiusfamilias donare non possit causa mortis sine consensu patris, etiam in ijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus.

Et ratio mihi videtur aperta: Nam ratio præcipua, ob quam valeat donatio causa mortis, facta à filiofamilias, de consensu patris, non verò valeat testamentum, cum tali consensu, ea est, quia donatio causa mortis habet naturam negocij inter viuos, vel contractus, & idcircò cum contractui fit similis non vltimæ voluntati, explicari, & perfici potest à filiofamilias, licet familiam non habeat, neque alia requisita quæ sunt necessaria in factione testamenti, vt optimè *Vinn. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* 399
numer. 2. & latè *Merend. controu. d. lib. 14. cap. 29. numer. 1.*

Hinc propterea donationem valere, firmaui, dum manet in puris terminis contractus; dum, verò, fit donatio causa mortis mediante testamento, & per clausulam codicillarem in d. testamento insertam, quis non videt, quod filiusfamilias disponens potius testatur, quam contractum ineat? & ideò semper militat ratio prohibitiua testandi etiam in donatione

cau-

causa mortis sic concepta; alias enim hoc pacto elide-
retur, dispositio legis prohibentis, ne filiusfamilias te-
stari posset, & vt benè obseruat De Luca d.disc.32. num.
15. lex inhabilitans filiosfamilias ad testandum fatua
esset, ac potiùs verbis, quam rebus imposita diceretur,
& hanc distinctionem comprobat etiam, Abb.cons.40.
400 nu.3.lib.2.& pro hac etiam faciunt tradita per Anchar.
cons.384 per tot. & præcipuè nu.3.& num.5. vbi, quod, si
immisceatur prohibitum, cum permisso vitiatur totum,
Gasp. Mans. de Testam. valid vel inual. ex parte testator.
num.135. benè Molin. de Prim. Hispan. lib.2. cap.10. num.
38. 39.

Et id etiam videtur optimè firmari per textum in l.
pen. C. qui testam. fac. poss. iuncto textu in l. vlt. §. filijs, C. de
Bon. quæ liber. In hac enim lege ita effatur Imperator
401 Filijs autem familias in ijs dumtaxat casibus in quibus
vsusfructus apud parentes constitutus est, nec de ijsdem
rebus testari permittimus. Et quia, ex hac lege forsan
quis existimare poterat, filio interdictam à contra-
rio sensu non esse testamenti factionem, in ijs rebus,
in quibus nullum ius patri acquiritur, edidit propte-
reà, Iustinianus aliam legem, de qua supra in d. l. pe-
nult. C. qui testam. fac. poss. vbi dixit; Nemo ex lege
quam suprà promulgauimus, in rebus quæ parentibus
acquiri non possunt existimet aliquid esse innouandum,
& permissum fuisse filijs familias testamenta facere &c.
nullo enim modo hoc eis permittimus. Vndè constat,
quod Imperator testamenti factionem omninò inter-
dixit, etiam earum rerum, in quibus patri non quæri-
tur vsusfructus, & per consequens donationem etiam
causa mortis, mediante testamento factam reprobauit,
non verò similem donationem factam, per viam con-
tractus, de qua nullum verbum in d. lege.

Puto, tamen, quod, si filiusfamilias expressè in te-
stamento donet alicui causa mortis bona aduentitia,
in quibus patri non quæritur vsusfructus, cum præsen-
tia donatarij eiusque acceptatione quod talis donatio,
de prædictis bonis, valeat, etiam sinè patris consensu,
nam (vt supra vidimus, hoc eodem capite num. 16. &
402 seqq.) cum in testamento fieri possit contractus, qui non
obstante testamenti nullitate, omnino subsistit, non
erit incompatibile, quod testamentum, vt factum
à filio familias, sit nullum, donatio verò causa mor-
tis, in ipso testamento, inserta, & à patre accepta-
ta valeat. Secus, verò, quandò fit talis donatio,
per actum denotantem vltimam voluntatem, & si-
nè donatarij præsentia, & acceptatione, Soccin. Iun.
403 consil. 122. numer. 5. lib. 1. quem refert, & sequitur
Capyc. Latro decis. 134. numer. 15. Hartm. Pistor. lib.
1. quæst.13. numer.3. Vasquez de success. progress. d. §. 1.
numer.8. Capyc. Galeott. lib.2. controu. cap.30. numer. 34.
vbi optimè num.37. & seqq. confirmat à me supra exa-
rata, quod donatio à filio familias facta, in testamen-
to non valeat, nisi per viam contractus, scilicet, præsen-
te, & acceptante parte, vel notario pro ea stipulante,
non alias.

Secus verò, in donatione facta ab homine sui iuris
in testamento, quæ potest valere, in vim fideicom-
missi, vel alterius vltimæ voluntatis, & non requi-
rit solemnitatem præsentiæ, & acceptationis, vt
404 ait Galeott. vbi suprà, allegans Roland. cons. 82. nu-
mer. 23. vers. nec habet obstare, & numer. 27. vol. 1.
Honded. consil. 32. numer. 91. & numer. 94. vers. ex præ-
dictis: Et in his terminis sunt intelligendi Doctores su-
prà allegati num. 372. dicentes, posse filium familias
donare causa mortis, sinè consensu patris bona,
in quibus eidem patri non quæritur vsusfructus, scili-
cet, quòd filiusfamilias donet vel in contractu in-
ter viuos, vel in vltima voluntate sed adhibita stipu-
latione, & promissione per contractum, non verò,
per clausulam codicillarem, vel alio modo denotante
donationem sum... robur à testamento; tunc, enim, vt
diximus, est omninò inefficax, neque potest substineri
in vim fideicommissi, vel legati, aut codicilli, vt sub-
stinetur in patre familias, ad tradita per Capyc. Galeott.
vbi suprà num.38. Nam verum est, quod, sicuti filius-
familias prohibetur testari, ita non potest, nec lega-
tum, nec fideicommissum relinquere, aut codicil-
los facere, neque etiam, cum consensu patris Becc. con- 405
sil.76. numer.2. & seqq. Valasc. consult.108. numer.19.36.
Viun. princ. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam.
num.1. in fine, & numer.7. & ibidem, Pycchard. num.20.
in fine, & num.27. Capyc. Galeott. d. controu.30. nu.25.26.
lib.2. Fab. de error. pragmat. decad.43. error.6. num.4. cir-
ca finem.

Firmato igitur, quod filiusfamilias sit capax donan-
di causa mortis, iuxtà limitationes suprà allatas, nunc
quæri potest; an idem filiusfamilias possit ad piam
causam testari: Hanc quæstionem tractat plenissimè
Dauth. de Testam. tit. qui testam. fac. possunt numer. 162.
& seqq. & magis communis est opinio, quod neque ad
piam causam possit testari, vt per Ias. quem allegat,
Vasq. de success. Creat. lib.3. §.22 nu 8. & alij cumulati, in 406
tractatu de success. Progress. tit.1. §.1. num.50. vers. alte-
ra fuit, & ceteri relati per Didac. à Spin. de testam. gloss.
Rubrica 4. numer.10. vers. quæ sententia, & generali-
ter, quod filiusfamilias testari non possit, ad pias
causas, de bonis, in quibus pater habet vsumfru-
ctum, vel non habet, dixit Cald. de in Integ. restit. 407
Minor. verbo læsis numer.152. vers. quod adeò verum
est.

Quod est intelligendum sine patris consensu, vt te-
net etiam Andreol. controu.356. num.21. Donat. Anton.
de Mariu. lib.1. cap.145. num.23. Nam si patris accedat
consensus, iuxtà opinionem magis communem filius
familias, ad pias causas testatur, vt latissimè, pluri-
bus cumulatis, Cald. vbi supra d. num. 152. vers. licet si 408
patris Magdalen. de num. test. in testam. requis. par.4. cap.
4. num.51. Tiraquell. de Pia caus. priuil.78. in princ. Vasq.
de success. progress. lib.1. §.1. num.22. Gratian. discept. for.
cap.895. num.4. Didac. à Spin. gloss. Rubrica d. par. 4 nu-
mer.11. Card. de Lugo de Iust. & Iur. disput. 24. sect. 4.
num.67. & latè etiam Barbos. in cap. licet numer. 6. de se-
pult.

Dixi, magis communiter, quia non desunt, con-
trarium sentientes, quod filiusfamilias, neque etiam
de consensu patris validè testari possit ad piam causam,
vt ostendit Pycchard. princ. tit. Instit. quibus non est per-
miss. fac. testam.

Tandem, videamus, quid sit tenendum in Cleri-
co filiofamilias. Et est communissima opinio, quod,
licet Clericus filiusfamilias non liberetur à patria po-
testate, Boer. dec.121. num.12. Couarr. cap. quia nos nu. 409
5. de testam. Sanch. in Præcept. Decal. tom. 1. lib.4. cap.
23. num.37. Barbos. auth. Presbyteris, C. de Episc. & Cle-
ric. num.9. Pycchard. Princ. tit. Instit. quibus non est per-
miss. facere testam. num. 80. Potest nihilominus testari
ex clara dispositione textus in d. auth. presbyteris, C. 410
de Episc. & Cleric. vbi latè, Barbos. numer.1. & in cap.
quia nos de testam. vbi omnes scribentes, & firmauit
etiam Roland. à Vall. consil. 16. per tot. lib. 4. Grass. de
Effect. Cleric. effect.19. numer.63. Spin. loco cit. part. 4.
Rubric. numer.22. & seqq. Pycchard. vbi supra num. 7.
Andreol. controu. 326. numer. 2. Bellett. Disquis. Cleric.
& alij allegati per Rot. in Romana Census 17. Maij 1669.
coram Eminentiss. D. Cardin. Carpineo dec.80. num.5. post
tract.

Et ratio est, quia bona omnia, quæ in Clericorum
dominium adueniunt, eo ipso, sortiuntur naturam bo-
norum quasi Castrēsium, & proindè, estò sint filij fami-
lias, ad eos pertinet eorū administratio, & vsusfructus,
& possunt de eis liberè donare, & testari, Aluar. Valasc. 411

conſ. 87. num. 5. & & conſ. 108. num. 11. Couarr. in cap.
quia nos nu. 3. de Teſtam. Barboſ. vbi ſupra proximè num.
3. Pycchard loco cit. num. 81.

Et procedit concluſio, non ſolum, in aduentitijs, ſed
412 etiam, in profectitijs, vt plenè Barb. d. auth. Presbyteri
num. 6. vel in omnibus alijs vndecumque quæſitis Abb.
413 in d. cap. quia nos num. 7. de Teſtam. & ibi Bartol. num. 5.
Couarr. num. 1. Roland. à Vall. conſ. 16. num. 17. lib. 4.
Surd. conſ. 259. num. 6. latiſſimè, Sim. de Prat. de Interp.
Vlt. vol. lib 2. dub. prima ſol. 4. num 75. & ſeqq. Merlin.
de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſp. 139. §. licet Clericatus, Gratian
Diſcept. 464. nu. 13. Amat. dec. March. 71. nu. 3.

Dubitatur, tamen: An Clericus filiusſamilias teſtari
poſſit, de bonis, tam quæſitis antè clericatum, quam
poſt, vel potius ſit reſtringenda talis facultas ad bona
poſt Clericatum quæſita.

Opinio magis communis videtur eſſe ea, quæ limitat
talem facultatem, ad bona in Clericatum quæſita, vt
414 per Dec. in cap. in præſentia num. 64. & num. 299. de Probat.
Couarr. d. cap. quia nos num. 2. de Teſtam. Molin. de
Iuſt. & Iur. diſput. 138. littera A. §. Dubitant Graſſ. de
Effect. Cleric. eff. 19. num. 67. Gratian. Diſcept. for. cap.
965. num. 1. & ſeqq. Dauth. de Teſtam. qui teſtam. fac.
poſſ. num. 162. & ſic etiam firmat Cardinalis de Lugo de
Iuſt. & Iur. diſp. 24. ſect. 4. num. 67. Fagnan. in cap. indecorum
de ætat. & qualit. num. 52. & ſic pluries fuit deciſum
per Rot. vt coram Buratt. dec. 639. num. 12. & in Romana
Teſtamenti 26. Decembris 1668. §. an comprabendant
coram R. P. D. Priolo.

Tamen nonnulli contrariam defendunt, quod Clericus
filiusſamilias poſſit teſtari etiam de bonis ante Cle-
415 ricatum, vt Abb. in d. cap. in præſentia num. 56. Cæpoll.
cauth. 113. Roland. conſ. 16. nu. 16. lib. 4. dicentes, quod,
quando filius vult teſtari, inuito patre, accipiat primam
tonſuram, & hanc ſequitur Molin. de Primog. lib. 1. cap.
19. num. 26. Valaſc. alleg. 129. num. 134. Barboſ. d. auth.
presbyteris C. de Sacroſ. Eccleſ. num. 5. & quæſtione benè
examinata, pro hac opinione, concludit Rot. (quicquid
aliàs dixerit) in d. Romana Cenſus 17. Maij 1669.
coram Eminentiſſ. D. Cardinali Carpineo, dec. 80. num. 8.
poſt tract.

Verum eſt, autem, quòd diſponendo non poteſt patri
præiudicare, in rebus, in quibus ipſi quæritur vſusfru-
416 ctus, Barboſ. d. auth. presbyteros num. 7. 8. Vaſq. de ſucceſſ.
progreſſ. d. lib. 1. §. 1. num. 44. verſ. ſtat ergo, Pycchard.
princ. tit. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.
num. 100. ſicuti, etiam, ei non poteſt in legitima præiu-
417 dicare, Molin. de Primog. lib. 1. cap. 19. num. 21. Barboſ.
d. auth. Presbyteros num. 10. Vaſq. de ſucceſſ. propr. lib. 1.
§ 1. nu. 44. & d. dec. 80. num. 11. poſt tract.

His vtilibus quæſtionibus, circa teſtamenta filiorum
familias, præmiſſis; videndum eſt; an aliquo pacto, talia
teſtamenta, licet à principio nulla validari poſſint.

Regula negatiua præualet, quod non poſſint conualidari,
licet ſuperueniat habilitas in teſtatore, puta,
418 per mortem patris, vel emancipationem §. præterea Inſtit.
quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. ſi Filiusſamilias
ff. de Teſtam. l. prima §. 1. in fine ff. de leg. 3. Cald. in l. ſi
curatorem verbo læſis de in integr. reſtit. minor. num. 152.
verſ. idque adeo, Gratian. Diſcept. for. cap. 79. num. 11.
Pycchard. princ. tit. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.
num. 96. Caualer. dec. 570. num. 3. & dec. 42. nu. 19.
parte 11. rec.

Quod extenditur, etiam, in teſtamento ad pias cauſas
quod non poſſit validari, ſuperueniente habilitate
419 filijſamilias, Gratian. Diſcept. for. d. cap. 79. num. 20.
Andreol. controu. 356. num. 22. Donat. Anton. de Marin.
reſol. quotid. lib. 1. cap. 145. n. 22. & rationem aſſignant;
tum, quia, quæ ab initio non valent, tractu temporis nō
420 conualeſcunt l. quod ab initio, l. penult. ff. de Reg. Iur. cap.
non firmat eodem tit. in 6. Tum etiam, quia ad teſtamen-
ti validitatem duobus temporibus requiritur habilitas
tempore quo conditur, & tempore mortis §. in extraneis 421
Inſtit. de hæred. qualitat. & differ.

Et licet nonnulli relati per Spad. conſ. 384. num. 2. 3.
lib. 2. teneant contrarium, quod teſtamentum filij familias
poſſit conualidari, ſuperueniente habilitate, ta-
men, vt animaduertit idem Spad. d. loco num. 6. contraria 422
opinio verior eſt, quia habet, pro ſe textum expreſſum 423
in d. l. ſi filius familias ff. de leg. 1.

Nec dicatur, quod, ſi filiusſamilias in eadem voluntate
permanſerit, poſtquam fuerit effectus habilis ad
teſtandum, teſtamentum ſubſiſtit, ad textum in d. l. 1. §. 424
ſed ſi filiusſamilias verſ. videlicet ff. de leg. 3. continuatio
verò voluntatis manifeſtè colligitur ex eo ipſo, quod
non fecit aliud teſtamentum Surd. conſ. 462. nu. 29. cum 425
alijs ab eo allegatis.

Quia reſpondetur d. textum eſſe intelligendum non
de ſimplici duratione voluntatis, aut noua voluntate,
ſed de iuſta, & ſolemni, Caſtren. conſ. 93. num. 7. lib. 1. 426
Honded. conſ. 24. lib. 1. Rot. dec. 42. num. 22. parte 11.
rec. vbi tenet valere teſtamentum filij familias confirmatum
poſt mortem patris per codicillum validum, &
legitimum, alias d. confirmatione ſemota, primum
teſtamentum corrueret; & benè etiam, ita probat Spad. 427
d. conſ. 384. num. 16. vol. 2. vbi, quòd iſta continuatio
voluntatis debet probari, per aliam voluntatem validam:
Voluntas, enim, nulla perindè eſt ac ſi non eſ-
ſet, per regulam vulgatam, quod paria ſunt, non eſ- 428
ſe, & nullum eſſe. Et propterea, cum non entis,
nullæ ſint qualitates, voluntas illa, ſi eſt nulla, non
poteſt continuari ad tradita per Felin. cap. ex tenore 429
num. 4. 5. & ſeqq. de Reſcript. Et ſicut ſolet dici, quod
iuriſdictio, quæ non eſt prorogari non poteſt, Docto-
res in cap. ſignificaſti de for. Compet. & ita etiam tenet 430
Caualer. dec. 570. num. 7.

Quæ autem de teſtamento dicta ſunt, quod non conualidetur
per ſuperuenientem habilitatem filij familias,
non procedunt, in fideicommiſſo, quod, licet à
principio non valeat, tamen ex ſola nuda voluntate
ſubſtinetur, Caualer. d. dec. 570. num 6. Pycchard. princ. 431
tit. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. num. 96. &,
vt ipſe ait, diuerſitatis aperta eſt ratio. Siquidem conſtitutum
eſt ea, quæ ab initio nulla ſunt, tractu temporis
reconualeſcere non poſſe; Igitur, cum ab initio
teſtamentum à filio familias factum, nullum ſit, poſtea
conualeſcere non poteſt, nec ex noua illa voluntate,
quoniam hæc non ſufficit, ſed requiritur iuſta, & ſolemnis.
Ad valorem, tamen, fideicommiſſi quæcumque
ſufficit voluntas, ideoque ſubſtinetur quod à filio
familias relictum eſt, ſi ſuæ poteſtatis factus decedat,
quaſi tunc datum, vt Vlpianus ait, ideſt ex noua eius
voluntate.

Dicit tamen, Rot. coram Caualer. dec. 57. num.
7. quod etiam in caſu fideicommiſſi, de
hac perſeuerantia conſtare debet, per
aliquod indicium, vel iudicium;
Et propterea non ſufficiat
taciturnitas cum tra-
ctu tempo-
ris.

DE

DE DONATIONE CAVSA MORTIS.

CAPVT XIII.

Donatio causa mortis, quæ sit, & eius essentia. Quæ requirantur ad hoc, vt validè facta dicatur. An fieri possit à sano. Et an requirat numerum 5. testium, & insinuationem. An valeat facta absenti. Inter virum, & vxorem; parentes & liberos; Et an subsistat traditione non interueniente. Quando eius effectus confertur post mortem; Et, an, dato, quod valeat, trahatur retrò ad tempus donationis. Iuramentum quid operetur in donationibus alias inualidis. Plura de reuocatione donationis causa mortis. Et quomodo dignoscatur vna donatio, & altera. An eadem donatio sit contractus, vel vltima voluntas; Et an, & quando traditio animo donandi facta dicatur tertia species distincta à donatione, & legato. Quæritur vlterius, remissiuè, quæ actio competat donanti donatione reuocata ad repetendam rem donatam. An in ea procedat dispositio *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* An habeat locum Ius accrescendi, & an sit vera donatio, traditio facta nullo titulo expresso. Demum, an talis donatio sit conferenda; qua occasione affertur auctoris decisio in simili materia.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis assimilatur pacto futuræ successionis.*
2 *Quæ sit donatio causa mortis.*
3 *A quo fuerit inuenta.*
4 *Vsus donationis causa mortis apud antiquos frequentissimus.*
5 *Ignoratur à quo fuerit inuenta.*
6 *Est ad instar legatorum.*
7 *Essentia donationis causa mortis.*
8 *In quo differat à donatione inter viuos.*
9 *Fit etiam ab eo, qui non est in periculo mortis.*
10 *An fieri possit irreuocabilis.*
11 *An sit de essentia vt fiat ab eo qui est in mortis periculo.*
12 *Quando in donatione non fit mentio mortis potius dicitur inter viuos, quam causa mortis.*
13 *Quinque testes debent interuenire in donatione causa mortis.*
15 *In quacumque vltima voluntate excepto testamento quinque testes requiruntur.*
16 *Per procuratorem inita non valet nisi mandatum sit factum cum quinque testibus.*
17 *Per nuncium, vel Epistolam non valet, nisi tempore quo fuit scripta Epistola, vel Nuncio demandatum, vt tradat, non adfuerint quinque testes.*
18 *Contra quod non sit de essentia numerus 5. testium.*
19 *Donatio causa mortis in eius initio æquiparatur contractibus.*
20 *Contractus subsistunt duobus testibus.*
21 *Explicatur tex. in l. fin. C. de Donat. caus. mort.*
22 *Donatio causa mortis cum 5. testibus non insinuatur.*
23 *Fit duplici modo parte præsente, & stipulante, & parte absente.*
24 *Primo casu requirit duos testes, secundo casu quinque.*
25 *Donatio causa mortis facta absenti trãsit in vim legati.*
26 *Merend. lib. 14. controu. cap. 30. explicatur.*
27 *De iure antiquo omnes donationes debebant insinuari.*
28 *Donationes causa mortis hodie non sunt insinuandæ.*
29 *Etiam si debeant insinuari vigore statuti.*
30 *Inter personas prohibitas sunt insinuandæ.*
31 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*
32 *Donatio non insinuata annullatur pro parte extra summam insinuandam.*
33 *Quod non annulletur in totum.*
34 *Contra quod annulletur in totum.*
35 *Summa insinuanda hodie ad quam summam ascendat.*
36 *Cui incũbat onus probandi insinuationem in donatione.*
37 *Causa certi, & determinati matrimonij non est insinuanda.*
38 *Sed matrimoniũ debet esse causa finalis non impulsiua.*
39 *Donatio causa mortis facta absenti non valet.*
40 *Donatio in testamento absenti facta est legatum, præsenti est donatio causa mortis.*
41 *In testamento contractus fieri non potest.*
42 *Actus inter viuos non potest in testamento misceri.*
43 *Donatio inter viuos absenti validè fit.*
44 *Sed contrà quod nulla sit differentia inter has donationes.*
45 *Stipulatio, & traditio inter absentes non potest fieri.*
46 *Donatio causa mortis fieri potest mediante interposita persona.*
47 *Donationes fieri possunt absenti si à traditione incipiant, non verò si à stipulatione.*
48 *Donatio absenti traditione vallata valet.*
49 *Et pariter valet per interpositam personam.*
50 *Donatio facta absenti valet in vim legati cum quinque testibus.*
51 *Donatio hodie non requirit stipulationem vel traditionem.*
52 *Id tamen non procedit in donatione causa mortis.*
53 *Donatio inter virum, & vxorem non valet.*
54 *Quare non valeat.*
55 *Ideò est prohibita ne coniuges mutuo amore se spolient.*
56 *Donationes inter virum, & vxorem valent morte confirmata.*
57 *Et eo casu vim habent relicti.*
58 *Et confirmantur etiam morte ciuili.*
59 *Valet donatio causa mortis inter virum, & vxorem.*
60 *Nonnulli tenent contrarium.*
61 *Non valet sine traditione.*
62 *Sufficit tamen ficta traditio per constitutum.*
63 *Et quod traditio interueniat ex post.*
64 *Contrà quod valeat traditione non sequuta.*
65 *Valet tantum donatio causa mortis non donatio inter viuos.*
66 *Confirmatio legis non extenditur ad donationes per promissiones celebratas.*
67 *Dominium non transfertur in donatarium viuente donatore inter coniuges.*
68 *Donatio causa mortis inter coniuges nunquam fieri potest vt dominium statim transferatur.*
69 *Donationes causa mortis inter extraneos fieri possunt vt dominium statim transferatur.*
71 *Omnes donationes inter virum, & vxorem improbantur, per quas, & locupletior fiat is cui donatur, & pauperior is qui donat.*
72 *Maritus potest lucro dotis quod sibi debetur ex statuto renunciare.*
73 *Qui lucrum non facit non dicitur effici pauperior.*
74 *Debitor non potest in conscientia non acquirere in præiudicium creditorum.*
75 *Limita in casu quod aliquis ex sua familia graue damnum haberet ob non repudiationem.*
76 *Potest fieri donatio inter virum, & vxorem, vt dominium statim transferatur quandò sunt adhibiti quinque testes.*

77 Non valet donatio inter coniuges licet eius effectus differatur post mortem.
78 Contrà quod eo casu valeat.
79 An donatio inter coniuges, quæ à principio non valet trahatur retrò ad tempus donationis.
80 Non trahitur retrò quoad dominium, sed quoad fructus perceptos.
81 Fictio non plus operatur quàm veritas.
82 Aliqui tenent quod trahatur retrò quoad dominium, & quoad fructus.
83 Limitatur quoad fructus post traditionem non verò antè traditionem.
84 Possessio est ratio acquirendi fructus.
85 Fructus possessorem sequuntur.
86 Item trahitur retrò quoad fructus in casu quod sit insinuata, aliàs non.
87 Quando donatio debetur vt legatum, non retrotrahitur quoad fructus.
88 Donatione reuocata an donatarius lucretur fructus perceptos.
89 Donatio causa mortis inter coniuges retrotrahitur, tam quoad fructus, quam quoad dominium.
90 Quando fit pactum, vt dominium non transferatur nisi tempore mortis non trahitur retrò.
91 Coniux donans, an, si ob delictum, vt condemnatus cum publicatione bonorum, an bona vadant ad fiscum.
92 Valet donatio inter virum, & vxorem causa matrimonij,
93 Sed debet fieri antè matrimonium non verò post.
94 Valet facta à Sene Iuueni,
95 Valet in Festo Natiuitatis Domini.
96 Donatio inter patrem, & filium non valet.
97 Et non valet ob incompatibilitatem iuris,
98 Pater, & filius censentur vna, & eadem persona.
99 Filius quicquid acquirit patri acquirit.
100 Nemo potest sibi ipsi donare.
101 Donatio causa mortis inter patrem, & filium est nulla.
102 Inter patrem, & filium non cadit ciuilis obligatio.
103 Donatio inter patrem, & filium morte confirmatur.
104 Non tamen trahitur retrò quoad dominium.
105 Talis donatio est filio in legitimam imputanda.
106 Iudicium famil. Erciscu. non habet locum nisi inter cohæredes.
107 Donatio facta à patre filiæ iam nuptæ an valeat.
108 Filia de iure communi per matrimonium non liberatur à patria potestate.
109 Filia per matrimonium est exempta à patria potestate in fauorabilibus non in odiosis.
110 Donationes inter parentes, & liberos ob causam matrimonij subsistunt.
111 Donatio inter patrem, & filium, virum, & vxorem purificantur.
112 Iuramentum an conualidet donationes nullas.
113 Quod iuramento non fiant validæ.
114 Contrarium quod valeant iuramento accedente.
115 Dummodò tamen donatarius superuixerit donatori.
116 Sed contrà quod valeant etiam si prædecedat donatarius.
117 Donatio causa mortis semper potest reuocari.
118 Non tamen dicitur imperfecta ante mortem.
119 Dictio, Videtur, quid significet.
120 Donatio causa mortis esse non potest irreuocabilis.
121 Et quatenus sit talis assumit naturam donationis inter viuos.
122 Contrà quod sit donatio causa mortis licet adsit pactum de non reuocando.
122 Tripliciter donationes causa mortis reuocationem patiuntur, si donator saluus euaserit, si eum pænituerit, & si donatarius superuixerit.
124 Per reconualescentiam donatio causa mortis dicitur reuocata.
125 Quandò tacitè dicatur reuocat.
126 Semper dicitur reuocata quoties donans de re donata disponit.
127 Quod est intelligendum si specialiter, secus si generaliter.
128 Appellatione bonorum suorum non veniunt bona alteri donata.
129 Donatio potest reuocari per donatorem non per eius hæredes.
130 Corruit donatio per obitum donatarij ante donatorem.
131 Valet donatio quando vterque eodem fusto decedit.
132 Emanuel à Cost. in l. qui duos §. cum in bello ff. de reb. dub. reprobatur.
133 An quis prius præsumatur mortuus in dubio vir vel vxor, pater aut filius.
134 Donatio inter viuos non subiacet reuocationi secus donatio causa mortis.
135 Donatio talis dicitur qualis à donatore fuit appellata.
136 Si donator dicat donare inter viuos semper donatio est inter viuos.
137 Quo casu etiam si in donatione sit mentio mortis non perdit naturam donationis inter viuos.
138 Mentio mortis tunc operatur quod donans toto tempore vitæ retinebit vsumfructum.
139 Appellatione donationis absolutè venit donatio inter viuos.
140 Quando in donatione fit mentio mortis dicitur donatio causa mortis non inter viuos.
141 Et quando verba habent eandem vim.
142 An sit donatio causa mortis quando quis dicit donare post mortem.
143 Donatio facta ab infirmo dicitur causa mortis etiam si de morte non sit facta mentio.
144 Sed contrà quod eo casu sit inter viuos.
145 Et procedit quando donatio fuit facta in forma contractus secus si ad formam relicti.
146 Et pariter procedit quando donans nil dicit de timore mortis alias secùs.
147 Sola mentio mortis non facit donationem causa mortis.
148 Num requiritur vlterius quod sit collatio in tempus mortis.
149 Donatio est inter viuos licet sit facta mentio mortis, quando differtur executio in tempus mortis.
150 Quomodo sit dignoscendum, quando mors sit apposita gratia dilationis.
151 Est obseruandum an mentio mortis sit apposita verbis dispositionis.
152 Vbi fit mentio mortis per modum causæ finalis dicitur causa mortis.
153 Est videndum, an mentio mortis sit facta in eadem, vel in separata oratione.
154 Clausula, omni meliori modo, quid operetur in donatione.
155 Quando adest promissio de non reuocando, non dicitur causa mortis, licet sit facta mentio mortis.
156 Etiam si in donatione adsit numerus 5. testium.
157 Contrà quod nihilominus dicatur causa mortis.
158 Promissio de non reuocando intelligitur secundum propriam naturam, nempè quatenus reuocata non sit.
159 Quicquid sit quando adsunt aliæ clausulæ denotantes donationem esse inter viuos.
160 Præcipuè donatio est semper causa mortis quando non fit per viuum contractus.
161 Donatio est inter viuos quando confertur in donatarium, & eius hæredes.

162 Do-

162 *Donatio mortis causa non transfertur ad hæredes.*
163 *Sed contrarium alij tenent.*
164 *Quinque testes requiruntur in donatione causa mortis.*
165 *Donatio interpretatur inter viuos licèt sit facta mentio mortis.*
166 *Sed contrarium tenent nonnulli.*
167 *Donatio interpretatur inter viuos quando fit personæ coniunctæ.*
168 *Sed contrà quod fit causa mortis.*
169 *Tunc interpretatur inter viuos non obstante mentione mortis quando plura concurrunt pro donatione inter viuos.*
170 *Donatio causa mortis an sit contractus vel vltima voluntas.*
171 *Id antiquius erat valdè dubium.*
172 *Hodiè per omnia ferè comparatur vltimis voluntatibus.*
173 *Antiquitus etiam erat vltimis voluntatibus comparata.*
174 *Donationes causa mortis in multis comparantur legatis, & in multis differunt.*
175 *Filiusfamilias potest donare causa mortis.*
176 *Et in hoc assimilatur potius contractui quam legato.*
177 *Donatio causa mortis fieri non potest absenti, secus legatum.*
178 *Donatio causa mortis non reuocatur per generalem dispositionem, legatum reuocatur.*
179 *Contrà donatarium non datur interdictum adipiscenda, secus contrà legatarium.*
180 *Legitima detrahitur à donatione causa mortis.*
181 *Et falcidia.*
182 *Et Trebellianica.*
183 *In donatione causa mortis habet locum ius accrescendi.*
184 *In donatione causa mortis fit diminutio per æs alienum.*
185 *Qui potest testari potest causa mortis donare.*
186 *Donatio causa mortis æquiparatur contractui quoad modum, & ordinationem, quando verò est in esse deducta vltimæ voluntati.*
187 *Si statutum dicat quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo notarij, idem seruandum, est in donatione causa mortis.*
188 *Si statutum disponat quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, habebit paratam executionem donatio causa mortis.*
189 *Si statutum disponat, quod in vltimis voluntatibus conficiendis debeant interuenire duo notarij, non habet locum in donatione causa mortis.*
190 *Aliquando donatio causa mortis postquam est in esse deducta æquiparatur contractui.*
191 *Donatio causa mortis confirmatur solum morte donantis.*
192 *Annua donatio causa mortis censetur vnum legatum.*
193 *Donatio quæ morte confirmatur assimilatur vltimæ voluntati.*
194 *Iudicium famil. Ercisc. locum non habet nisi inter cohæredes.*
195 *Donatio quæ non valet à principio, & morte confirmatur in omnibus, & per omnia assimilatur vltimæ voluntati.*
196 *Et falcidia detrahitur ab hac donatione sic confirmata.*
197 *Et similer sunt donationes factæ non ad formam contractus sed vltimæ voluntatis.*
198 *Donatio facta in testamento valet in vim donationis causa mortis, si absenti, in vim vltimæ voluntatis.*
199 *Donatio causa mortis facta absenti, verè est legatum & vltima voluntas.*

200 *Donationes causa mortis in multis sortiuntur naturam contractus, & in multis vltimæ voluntatis.*
201 *Donationes causa mortis non sunt nec contractus nec vltimæ voluntates, sed tertiam quandam speciem constituunt.*
202 *Proponitur casus disputatus in tribunalibus Lucensium.*
203 *Vltima voluntas quomodo definiatur.*
204 *Verbum*, relinquo, *denotat actum morientis.*
205 *Verbum*, relinquo, *nunquam congruit donationi inter viuos.*
206 *Verbum*. relinquo *adaptatur ad donationem causa mortis quando exprimitur parte præsente.*
207 *Secus si fiat absente parte.*
208 *Testis vnicus in vltimis voluntatibus non attenditur.*
209 *Dispositio quæ caret legitimo numero testium est imperfecta ratione voluntatis.*
210 *Vnico testi non creditur nec etiam secundum legem Diuinam.*
211 *Hæredes non tenentur in Conscientia seruare voluntatem defuncti, quando eis constat per vnicum testem.*
212 *De iure gentium, & diuino in quolibet actu saltem duo testes debent interuenire.*
213 *Non valet dispositio ad piam causam, nisi interueniant duo testes.*
214 *Testes ad probandum testamentum debent esse omni exceptione maiores.*
215 *Præcipuè quando quis prætendit probat eum minori numero testium, quam de iure requiratur.*
216 *Ad hoc vt duo testes probent voluntatem vigore cap. eum esses debent esse omni exceptione maiores.*
217 *Testes consanguinei ad vltimam voluntatem probandam admitti non possunt.*
218 *Nec qui vocant alios in contestes, & ipsi negant.*
219 *Probationes imperfectæ non coacervantur ad faciendam plenam probationem in materia vltimarum voluntatem.*
220 *In vltima voluntate non datur iuramentum in supplementum.*
221 *Ex testamento, vbi deficis numerus testium non oritur naturalis obligatio.*
222 *Donatio inter virum, & vxorem non insinuata non valet.*
223 *Donatio inter virum, & vxorem dicitur tertia species distincta à donatione, & legato.*
224 *Donatio inter coniuges non assimilatur omnino donationi causa mortis, & inter viuos.*
225 *Traditiones in scriptis non redactæ non indigent insinuatione.*
226 *Solemnitas testium non est necessaria in traditione factæ sine scriptis.*
227 *In donatione quæ fit per Epistolam non requiritur insinuatio.*
228 *Donatio facta per literas missiuas seù per nuncium valet.*
229 *Donatio quæ consistit in sola traditione non est insinuanda.*
230 *Legatum dicitur quandò adest testamentum.*
231 *Quando vir relinquit aliquid vxori post mortem non dicitur vltima voluntas nec donatio, sed tertia species separata à donatione, & legato.*
232 *Quando vir relinquit aliquid vxori post mortem, relictum habet vim legati.*
233 *Verbum*, Relinquo, *denotat actum vltimæ voluntatis.*
235 *Donatio causa mortis est tertia species à legato, & contractu distincta, licet de vtraque participet.*
235 *Donatio causa mortis est vera species donationis.*

236 Donatio causa mortis facta absenti est verè vltima voluntas, & non valet cum minori numero quinque testium.
237 Gloss. in l. filiæ C. famil. Ercisc. explicatur.
238 Gloss. in l. res vxoris C. de Donat. inter vir. & vxor. explicatur.
239 Angel. in l. qui legatorum §. filium ff. pro hærede explicatur.
240 Ibidem Angel. reprobatur.
241 Castren. in l. si tibi dederim ff. de donat. explicatur.
242 Ea quæ debentur vigore donationis morte confirmatæ non veniunt in fideicommisso.
243 Statuto prohibente ne maritus vxori leget, non est prohibita donatio, quæ morte confirmatur.
244 Donatio causa mortis est legato similis.
245 Donatio inter coniuges non insinuata non valet.
246 Legatum relinqui potest nullo facto testamento.
247 Quæ actio competat donatori renocata donatione ad repetendam rem donatam.
248 Dispositio l. si vnquam C. de reuoc. donat. an procedat in donatione causa mortis.
249 Et an ius accrescendi habeat locum in donatione causa mortis.
250 An traditio facta nullo titulo expresso sit donatio.
251 Donatio causa mortis an sit conferenda.
252 Proponitur decisio auctoris in hac materia.
253 Filius qui vult patri succedere conferre tenetur quicquid habuit à patre inter liberos.
254 Et habet locum tam ex testamento quam ab intestato.
255 Dos est collationi subiecta.
256 Iudices debent semper inclinare in illam partem quæ fratres reducit ad æqualitatem.
257 Augumentum dotis non subiacet collationi.
258 Collatio non habet locum nisi in casibus à iure expressis.
259 Collatio non est inducenda præsumptionibus, & argumentis.
260 Quando quis non ostendit legem de Collatione loquentem non fit collatio.
261 Dotis augumentum non confertur.
262 Donatio propter nuptias quæ sit.
263 Collatio est odiosa.
264 Non extenditur de casu ad casum.
265 In dubio standum est regulæ prohibitiuæ collationis.
266 Donatio causa matrimonij est conferenda.
267 Donatio quæ prouenit ex mera patris liberalitate non confertur.
268 Donatio ob causam matrimonij non confertur.
269 Donatio facta intuitu matrimonij iam contracti dicitur simplex donatio.
270 Donatio simplex non est conferenda.
271 Verbum, siano, denotat veritatem.
272 Verba, In conto di dote, idem significant ac pro dote.
273 Contractus celebrati eadem die dicuntur eiusdem naturæ.
274 Et sunt correspectiui.
275 Qualibet promissio facta in tractatu matrimonij dicitur pars ipsius matrimonij.
276 Augumentum dotis non est quid diuersum à dote.
277 Augumentum dotis debet conferri tanquam dos.
278 Nulla est donatio quæ non sit conferenda, nisi ea, quæ à principio non valet.
279 Collatio est materia potius fauorabilis, quam odiosa.
280 Donatio causa matrimonij secundum veriorem opinionem est conferenda.
281 Siuè sit promissa coactè siuè ex mera liberalitate.
282 Donatio facta contemplatione matrimonij sempre dicitur ob causam.
283 Et sempre confertur etiam si facta sit ab eo qui non tenebatur donare.
284 Donatio facta à matre causa matrimonij est conferenda.
285 Ad effectum vt donatio sit conferenda id solum attenditur, an valeat à principio necne.
286 Quandò alias matrimonium non fuisset sequutum, donatio sempre dicitur ob causam, & est conferenda.
287 Quicquid sit quando fuisset donatum pro contrahendo matrimonio in genere.
288 Cessat collatio attenta testatoris voluntate.
289 Siuè talis voluntas sit expressa.
290 Siuè tacita.
291 Satis dicitur expressum quod comprehenditur sub verbis generalibus.
292 Collationi non est locus quando pater prius mandat vt vni ex filijs fiat solutio, & quod residuum diuidatur.
293 Dictio, vltra dotem, denotat exclusionem collationis.
294 Paterna beneuolentia est argumentum pro non collatione.
295 Interpratatio sumi non debet per quam altera partium remaneret decepta.
296 Datum pro compensanda inæqualitate non venit in collatione.
297 Collatio hodiè non dicitur prohibita, nisi pater dicat expressè.
298 Coniecturæ non sufficiunt vbi aliquid expresse cepetitur.
299 Expressi, & taciti non est eadem ratio.
300 Coniectura ad excludendam collationem hodie debent esse vrgentissima.
301 Relatio fit ad proxima.
302 Quando fit aliqua dispositio specialis, & deindè generalis, tunc generi per speciem derogatur, adeout dispositio generalis non extendatur vltrà specificè expressa.
303 Tex. in §. illud auth. de trient. & semiss. explicatur.
304 Tex. in l. ex parte, §. intestatus ff. fam. Ercisc. explicatur.
305 Præsumptio æqualitatis inducit collationem.
306 Collatio non dicitur prohibita quamuis dicat disponens quod residuum diuideretur.
307 Dictio, in oltre, quandò inducat collationem.
308 Beneuolentia testatoris quandò non sit coniectura pro non collatione.
309 D. Io: Baptista de Luca lib. 2. parte 2. disc. 30. num. 11. reprobatur.
310 Per collationem dotis nullum fit præiudicium viro.
311 Vir nullum ius habet in bonis parafernalibus vxoris.
312 Quando testator mandat vt soluantur debita hæreditatis, debitum peti potest tanquam legatum.
313 Quæ debentur iure legati non conferuntur.
314 Ea quæ debentur post mortem non conferuntur.
315 Qui non succedit non confert.
316 Non tenetur conferre qui cum beneficio legis, & inuentarij adiuit hæreditatem.
317 Gratian. discept. 713. num. 57. reprobatur.
318 Mentio facta in testamento de aliquo debito non tribuit actionem legati.
319 Et hoc casu dicitur facta mentio de debito in corroborationem promissæ obligationis.
320 Surd. cons. 243. num. 41. reprobatur.
321 Idem Surd. d. cons. 243. nu. 41. explicatur.

Do·

Donationes causa mortis, licet propriè, & explicitè non contineant Pacta futuræ successionis, implicitè tamen, & impropriè videntur quandam
1 connexitatem cum ipsis habere; Siquidem, sicuti per Pactum futuræ successionis, ita per donationem causa mortis bona post mortem transferuntur, mediante Pacto,& stipulatione inter viuos; ob id pro complemento Tractatus nostri aliqua dicemus de tali materia.

Est igitur Donatio causa mortis illa Donatio, quæ propter mortis suspicionem fit, non tantùm infirmæ valetudinis causa, sed periculi etiam propinquæ mortis, veluti nauigationis, peregrinationis, belli, morbi,
2 pestilentiæ *l. Iulianus* 2. *& l. seq. l. Senatus* 35. §. *mortis causa ff. de donat. caus. mort.* & obseruat etiam *Picchard. in princ. tit. Instit. de donat. num.* 2. *Merend. contr. lib.* 14. *cap.* 24. *num.* 5. *Gomez. tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 15. *in med.*
Fuit autem inuenta donatio causa mortis à principio
3 ex vsu gentium *Merend. d. cap.* 24. *num.* 5. per Prudentum interpretationem, vt benè ostendit *Fab. de err. pragm. decad.* 44 *err.* 7. *num.* 7. publica vtilitate id suggerente; nam antiquitus harum donationum vsus fuit frequentissimus, & vsque ab Homeri tempore decan-
4 tatus, vt est *text. in l.* 1. *ff. de donat. caus. mort.* & meminit etiam *Iustin. in* §. 1. *Inst. eodem*; Postea verò id fuit expressa lege constitutum, vt demonstrat *Pandus in l. Marcellus* 15. *ff. de donat. caus. mort.* quamuis ignoretur à quo, vel quando ita constitutum sit, vt scilicet ad exemplum legatorum mortis causa Donationes ca-
5 perentur *d. l. Marcellus,& l.* 2. *ff. de public. in rem act.* &
6 legatorum instar obtinerentur *l. & si debitor* 37. *ff. de donat. caus. mort.* & denique legatis compararentur *l. illud* 3 *ff. eodem tit. l.* 1. §. 1. *ff. si quid in fraud. Patron.* de qua re plura idem *Fab. de error. pragm. d. decad.* 44. *error.* 7. *num.* 7. 8. *& seqq.*

Essentia verò Donationis causa mortis colligitur, vt
7 testatur *Merend. d. cap.* 24. *num.* 2. *ex Paulo in l. Senatus* 35. *in princip.* hoc tit. vbi sic inquis, *sed mortis causa Donatio differt ab illa vera, & absoluta donatione, quæ ita proficiscitur, vt nullo casu reuocetur*, & rationem talis assertionis reddit his verbis, *etenim ibi qui donat, illum potius, quam se habere mauult, at is, qui mortis causa donat, se cogitat, atque amore vitæ recepisse potius, quam dedisse mauult; quare vulgò dicit, se potius habere vult, quam eum, cui donat, illum deinde potius, quam hæredem.* Est igitur essentia donationis causa mortis, vt fiat ab eo, qui est morti proximus, vel in periculo vitæ, & quod hat animo repetendi, si donans conualuerit, & in hoc differt à donatione inter
8 viuos, quæ mera liberalitas est, neque fit animo reuocandi.

Hæc autem, procedebant, inspecta origine donationis causa mortis, quod scilicet, non fierent nisi ab existente in periculo mortis, & in casu non reconuale-
9 scentiæ, vt plenissimè ostendit idem *Merend. vbi supra d. c.* 24. *num.* 5. *& seqq.* ex sententijs verò Iuris consultorum fuit alterata donatio causa mortis, adeo vt fieri possit irreuocabilis, etiam in casu, quod donans conualuerit, *ad tex. in d. l. Senatus* 35. ibi; *sic quoque donari potest causa mortis, vt nullo casu sit repetitio, idest ne si conualuerit quidem Donator*; cum quo concordat *text. in l. si alienam* 13. *in fin. eodem tit. potest sic quoque donari mortis causa, vt nullo casu sit eius repetitio, idest ne si conualuerit quidem Donator.* Verum quia huic sen-
10 tentiæ plura contradicunt, & præcipuè *text. in l. vbi ita Donator* 27. *eodem tit.* vbi deciditur donationem causa mortis cum pacto, quod non reuocetur, esse potiùs donationem inter viuos, quam causa mortis, ideo de hac quæstione commodiori loco inferius, nempè nu. 155. plura dicemus.

Nunc autem videamus, quæ requirantur in donatione causa mortis, ad hoc vt validè facta dicatur.

Et primo, an sit de essentia donationis causa mortis, vt fiat ab eo, qui in mortis periculo constitutus, reperitur, & hanc quæstionem, vt diximus supra, soluit *Merend. contr. d. lib.* 14. *c.* 24. *num.* 7. 8. 9. distinguendo 11
inter Ius antiquum, & prudentum interpretationem, quod scilicet de Iure antiquo ex vsu gentium constituto esset penitus incognita donatio causa mortis non facta ab eo, qui erat morti proximus, at ex prudentum interpretationibus valent etiam non existente periculo mortis, est tamen verum, quod siue fiat à moriente, siue à sano, nisi in ea fiat mentio mortis, donatio potius dicitur inter viuos, quam causa mortis, vt tenet *Bald. l. si mortis ff. ad l. falcid. Clar. in* §. *donatio quæst.* 4. *num.* 3. vbi addens alios citat *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *quæst.* 13 *num.* 3. *Sim. de Pret. de interp. vlt. vol. lib.* 2. *interp.* 1. *dubit.* 1. *solut.* 13. *num.* 6. *& seqq. pag.* 108 *à tergo D. Aloys. Manf. consult.* 21. *nu.* 24. *& consult.* 22. *num.* 12

Secundò, an debeat interuenire in donatione causa mortis numerus quinque testium, vel sufficiant duo.

Quod quinque testes sint necessarij, nec sufficiant duo, videtur desumi ex textu apertissimo *in l. fin. C. de donat. caus. mort.* vbi dicit *Iustin. in hisce donationibus quinque testes esse adhibendos.* Vlterius idem Imperator in eadem met *lege vlt. C. de donat. caus. mort.* ex- 13
pressè disponit has donationes causa mortis omnino legatis esse comparatas, & vltimis voluntatibus, ibi, *omnes effectus sortiatur, quos vltimæ habent liberalitates, neque ex quacumque parte absimilis esse intelligatur*, & benè etiam ostendit *Merend. contr. d. c.* 30. *nu.* 14
7. *lib.* 14. at in quacumque vltima voluntate excepto testamento, quinque testes sunt necessarij *l. vlt.* §. *vlt. C. de codicill.* & de legatis quod non valeant minori nu- 15
mero quinque testium, *Buratt. decis.* 616. *num.* 1. *& seqq. Gratian. discept. for. cap.* 219. *num.* 25. *Ciarl. contr. for. cap.* 98. *num.* 7. meritò etiam in donationibus cau- 16
sa mortis idem numerus testium requiritur, nam æquiparatorum idem est Iudicium, & dispositum in vno ex æquiparatis censetur dispositum etiam in alio, *Barbos. axiom. Iur.* 14. *nu.* 1. *Magon. de aduoc. arm. c.* 9. *nu.* 238. *& cap.* 13. *num.* 7. 8. cum similibus, & ex his rationibus non valere donationem causa mortis non adhibitis quinque testibus dixerunt *Mattenc. Suarez. Alciat.* & alij, quos refert, & non sequitur *Petrus Barbos. d. l. quæ dotis* 34. *nu.* 105. *vers. neque obstat ff. sol. matr. Gomez tom.* 2. *var. c.* 3. *n.* 16. *Simon de Pret. consil.* 123. *n.* 7. *Molin. de hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 17. *Regens de Pont. consil.* 82. *num.* 14. *& consil.* 85. *num.* 2 *lib.* 1. *Camill. de Medic. consil.* 109. *num.* 8. eamque sententiam defendit *Merend. contr. lib.* 14. *cap.* 30. *num.* 6. *& seqq.* ex quo infert ibi *num.* 9. quod donatio causa mortis per Procuratorem inita, non subsistit, nisi mandatum cum quinque testibus factum sit, quamquam Procurator adhibitis quinque testibus deinde donationem fecerit, & pariter *num.* 11. firmat, quod Donatio causa mortis per nuncium, vel 17
per Epistolam inita non possit subsistere absque eo, quod interuenerint quinque testes de tempore, quo Donator scribit Epistolam, & deinde mittit, & quando Nuntio mandat, vt rem donatam deferat ad Do- 18
natarium, imò concludit, quod idem numerus 5. testium debeat interuenire tempore, quo traditur Epistola, vel consignatur res donata ex rationibus ibi per eum adductis.

Alij autem contra sentiunt, quod in donatione causa mortis non sit necesse adhibere numerum quinque testium, sed quod sufficiant duo, sicuti in quolibet alio 19
Contractu, & fundantur in eo, quod talis donatio causa mortis, attento eius initio, æquiparatur Contractibus *l. inter mortis ff. de donat. caus. mort. gl. l.* 2. *ff.* 20
de dot. prælegat. Guliel. de Benedict. in c. Raynutius verb.

Testamentum 4. *num*.34. *Barbos. d. l. quæ Dotis* 34. *num.*
105. *Molin. de Hisp. primog. lib.*1. *cap.*12. *num.* 16. *Fab.*
*de error. pragm. decad.*44. *err.*1. *num.*9. At quemadmo-
21 dum Contractus duobus testibus subsistunt *l. vbi nume-*
rus ff. de test. ita est tenendum in donatione causa mor-
tis, quæ attento initio Contractibus est æquiparata,
vt plenè concludit *Barbos. d. l. quæ dotis* 34. *num.*105. *ff.*
sol. matr. & articulo benè discusso resoluit *Anton. Fab.*
de err. pragm. d. decad 44. *err*, 1. *per tot.*

Nec obstat huic opinioni textus *in d. l. fin. C. de donat.*
22 *caus. mort.* quia ille textus non decidit, quod numerus
5. testium sit necessarius ad validitatem donationis cau-
sa mortis, sed id dumtaxat disponit, quod si donatio
causa mortis sit facta coram quinque testibus, non sit
necessaria insinuatio, vt contextus dictæ; legis aper-
23 tè demonstrat, & firmat *Barbos. d. l. quæ Dotis nu.*105.
vers. neque obstat, & obseruat *Fab. de err. pragm. d. de-*
*cad.*44. *err.* 1. *nu.*10. vbi plura ad comprobationem ta-
lis sententiæ affert, quem etiam refert, & sequitur *Ho-*
*diern. contr. Iur. cap.*35. *nu.*56.

Pro resolutione quæstionis est præmittendum Do-
nationem causa mortis duplici modo fieri posse, scili-
24 cet parte præsente, & stipulante, & per modum Con-
tractus, & parte absente ad modum, & similitudinem
25 vltimæ voluntatis, vt plenè ostendit *Barbos. d. l. quæ do-*
*tis num.*106. *ff. sol. matr.* & nos inferius latius dicemus
*num.*197. *& num.*236. Si donatio causa mortis fiat par-
te præsente mediante stipulatione, & ad modum Con-
tractus, tunc sufficit, quod interueniat numerus duo-
rum testium; si autem fiat absenti, quia tunc transit in
26 vim legati, & vltimæ voluntatis *l. miles ad sororem*, &
ibi *gl. ff. de leg.* 2. requirit quinque testes, perinde ac si
verè legatum esset *l. fin. §. fin. C. de Codicill.* & hanc di-
stinctionem vti verissimam amplectuntur *Thob. Non.*
cons. 1. *num.* 8. *Guliel. de Benedict. in c. Raynutius verb.*
testamentum 4. *num.* 16. & cæteri relati per *Barbos. d. l.*
quæ Dotis 34. *num.* 106. cum alijs cumulatis *à Merend.*
*d. cap.*30. *num.*5. qui *Merend.* quamquam hanc impu-
gnet distinctionem *d. c.* 30. *num.* 7. vbi ait illam nimis
abhorrere à Iustiniani mente, & Regulis Iuris; tamen
27 verior mihi videtur, & sequenda in Tribunalibus, eo
quia *Merend.* totum fundamentum suæ opinionis con-
stituit in eo, quod donationes causa mortis omnino
sint legatis comparatæ, quod tamen non est absolutè
verum, nam in multis etiam hodiè differunt donatio-
nes causa mortis, & legata, vt inferius notum erit *num.*
174. *& seqq.*

Tertio quæri potest an in donatione causa mortis
debeat interuenire insinuatio. Et de Iure antiquo, vt
28 obseruat *Faber de error. pragm. decad.* 44. *err.* 8. *num.*9.
in omnibus donationibus siue inter viuos, siue causa
mortis factæ essent, requirebatur insinuatio, vt dispo-
suit *Constantinus in l. donatio* 25. *C. de donat. & in l. da-*
ta 27. *eodem tit.* quod etiam firmauerat *Iustinianus in l.*
Sancimus 34. *eodem tit.* si non supra tercentos solidos
donatum esset, deinde *in l.* 1. *eodem tit.* si non supra
29 quingentos. Verum postmodum idemmèt *Iustin. in l.*
vlt. C. de donat. caus. mort. hanc solemnitatem remisit
in causa mortis donationibus, adeo vt hodie valeant,
etiamsi insinuatę non sint, quem textum communiter
DD. commendant, & præcipuè *Guid. Pap. decis.* 610.
& 321. *num.* 3. *Gabr. lib.* 3. *de donat. concl.* 1. *num.* 70.
Gomez. var. tom. 2. *cap.* 3. *de donat. num.* 17. *Molin. de*
*hisp. primog. lib.*2. *cap.*8. *num.*22. *Buratt. decis.* 461. *nu.*
3. vbi quod talis conclusio procedit etiamsi debeat do-
30 natio insinuari vigore statuti, eo quia statutum dispo-
nens de donationibus non compræhendit donationes
causa mortis, & propterea firmat vlterius eadem de-
cisio, quod quia donatio causa ingressus in religio-
nem dicitur donatio causa mortis, ideo insinuationem
non requirit.

Et id procedit in donationibus initis inter personas
non prohibitas; at si agitur inter personas, in quibus
regulariter non valet donatio, vt inter virum, & vxo-
rem, Patrem, & filium, tunc ex speciali dispositione
textus in l. donationes quas parentes C. de donat. inter
vir. & vxor. non possunt morte confirmari, & sic non
valent, nisi intra summam insinuandam, & ob ob id si
excedunt summam 500. aureorum sunt nullæ, & inua-
lidæ, vt communiter DD. tenent *Roland. à Vall. cons.* 32
93. *num.*37. *vol.*1. & multis cumulatis *Ansald. cons* 73.
num. 27. *Fontanell. de Pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 7. *par.* 2.
num. 52. *Gomez. tom.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 17. *vers. & ex*
hoc, & voluit etiam *Carpzou. in Iurisprud. for. par.* 2.
*constit.*13. *definit.*15. *nu.*8. *& seqq.* & latius firmauit *Rot.*
in Romana Census 24. *Maij* 1660. *cor. Eminentiss. Cerro*
*dec.*95. *nu.*4. *post tract.*

Defectus, tamen, insinuationis suppletur per Iura-
mentum, iuxta magis communem Doctorum opinio-
nem, eo quia dispositio Iuris Ciuilis propter Iuramen-
tum cessat, quod semper seruandum est vbi æternæ sa-
luti, vel bonis moribus naturalibus siuè bono publico
principaliter Inducto non aduersatur, vt alias diximus,
& in terminis firmat *Gayl. pract. lib.* 2. *obser.* 39. *num.* 32
12. *& seqq. Barz. decis.*25. *num.*49. *Peregr. dec.*91. *nu.*
7. *Mart. Medic. decis.* 29. *Pegner. dec.* 148. *num.* 3. &
sexcentis cumulatis firmat *Ansald. d. cons.*73. *num.* 28.
*& seqq. Gratian. discept.*531. *num.*34. *Rouit. dec.*48. *nu.*
4. *Rot. coram Mantic. decis.*166. *num.* 17. *Buratt. decis.*
76. *num.*11. & firmat etiam *D. Io: Bapt. de Luca in suo*
Theatro lib. 7. *de donat. discurs.* 29. *num.* 8. vbi, quod
huiusmodi quæstio in scholis, & Accademijs pro inge-
nijs exercendis congrua est, in foro autem disputatio-
nem non admittit.

An vero talis donatio non insinuata annulletur in to-
tum, vel pro summa, quæ excedit 500. solidos idem
*D. de Luca d. lib.*7. *discurs.* 29. *num.* 10. tenet, quod in 33
totum non annulletur, sed vltra excessum 500. Soli-
dorum, & hanc sententiam prius approbarunt *Clar. §.*
donatio, *quæst.*17. *num.*3. *Gomez. tom.*2. *var. c.*3. *num.*
17. *vers. sed ego &c. Fachin. lib.*3. *contr. c.* 2. *Fontanell.*
*claus.*4. *gl.*7. *par.* 2. *num.* 53. *pag. mihi* 11 r. sed contra-
rium, quod annulletur in totum est doctrina *Salicetti* 34
in d. l. donationes, *quas parentes C. de donat. inter vir.* &
aliorum per *Fachin. allegatorum d. lib.* 3. *c.* 72. & hanc
sententiam approbauit *Rot. in decis.*683. *num.*10. *par.*
2. *rec. & in Rom. Census* 24. *Maij* 1660. *coram Eminen-*
tiss. Cerro dec. 95. *num.* 5. *post tractat.* Summa verò 500.
solidorum, de quibus apud antiquos correspondet cir-
citer ad aureos nostri temporis, vnde æquat summam
secutorum 700. vel 800. Romanorum, vt alijs adductis 35
tenet *D. de Luca in loco citato num.* 10.

Cui verò incumbat onus probandi insinuationem,
an petenti eiusdem rescissionem, vel potius reo oppo- 36
nenti de validitate donationis, vide late *de Luca d. dis-*
*curs.*29. *num.*14. *& seqq.*

Aduerte tamen, quòd licèt alias donatio inter vi-
rum, & vxorem, Patrem, & Filium sit insinuanda, ta-
men non requirit insinuationem, quando fuit facta
causa certi, & determinati Matrimonij *Menoch. cons.* 37
944. *num.*11. *Gratian. discept.*984. *num.*25. *Merlin. dec.*
877. *nu.*3. & in alijs decisionibus relatis per *Rot. in Al-*
banen. Bonorum 4. *Iunij* 1660. *coram R. P. D. Beuilac-*
qua Vrbis Gubernatore §. non obstat, quod eadem con-
clusio firmatur, sed matrimonium debet esse causa fi-
nalis, non impulsiua, alias non habet priuilegium, quod 38
valeat non insinuata, vt plene per *Rot. in Tiburtina, Do-*
nationis 4. *Aprilis* 1661. *cor. R. P. D. Bourlemont.*

Quarto videamus, an donatio causa mortis facta ab-
senti valeat, & communis opinio tenet, quod non va-
leat, nam donatio siue inter viuos, siue causa mor- 39
tis non potest fieri nisi Donatario præsente, ad *text. l. in-*
ter

ter mortis 38. *ff de donat. cauſ. mort.* vel legitimæ perſo.
næ pro eo acceptanti *Trentacinq. var. lib. 3. de donat.*
concl.1. num.8. à Pont. conſ. 73. num. 1. Hodiern. contr.
cap.35. num.32. Carpzou. Iuriſp. far. par.3. conſtit. 1. de-
finit.35. num.6. vt in ſpecie, quod non valeat donatio
cauſa mortis facta abſenti, niſi fiat legitimæ perſonæ
pro ea acceptanti tradit *Craſſ. lib. 1. ſentent. §. donatio*
cauſa mortis quæſt. 9. num. 1. Sim. de Pret. de interp. vlt.
vol. lib.2. interp.1. ſolut.12. num. 25. prag. 107. Hartm.
Piſtor. quæſt.2. num.22. lib. 1. Boer. dec.353. nu.3. Add.
ad Clar. lib.4. ſent. §. donatio quæſt.12. nu.1. Gomez. tom.
2. var. cap.3. nu. 16. verſ. primo quia Berlich. concl. par.
2. concl. 2. num.1. Carpzou. vbi ſupra definit.35. per tot.
Merend. contr. libr.4. c.25. in princ. Fab. de error. pragm.
decad.47. err.1.

Et ob id, dum quæritur, an donatio facta in teſta-
mento valeat, tanquam donatio cauſa mortis, vel Iure
legati, aut fideicommiſſi, afferri ſolet diſtinctio, an
præſenti facta ſit, vel abſenti, ſi præſenti facta ſit, dici
debeat donatio cauſa mortis, ſi verò abſenti valet tam-
40 quam legatum, vel Fideicommiſſum *Clar. §. donatio*
quæſt. 5. num. 11. quem refert *Fab. de error. pragm. de-*
cad.44. err.2. nu.1.2. Boer. dec.353. num.3. in fine Gomez.
tom.2. var. c.3. num.18 in fine.

Tenent tamen nonnulli fruſtrà diſputari de hac quæ-
ſtione, eo quia in teſtamento nequaquam contractus
fieri poſſit, qui cum ſit actus inter viuos, non poteſt
41 in teſtamento miſceri *l. cum antiquitus C. de teſtam. ordi-*
nand. & firmant allati per *Boer. dec. 353. nu.4.5. Faber.*
de err pragm. decad.44. arr.2. nu.16. quem laudat, & ſe-
quitur *Merend. contr. lib. 14. c. 26. num. 14.* ſed de hac
42 quæſtione an Contractus in teſtamento fieri poſſit plu
ra diximus in antecedenti *cap. nu.18. & ſeqq.*

Nonnulli admittunt donationem cauſa mortis ab-
43 ſenti fieri non poſſe, ſecus vero donationem inter vi-
uos, vt notat *Faber. d. decad. 44. err. 2. num. 4. 5. &*
ſeqq.

Sed quod nulla ſit differentia inter donationem inter
viuos, & cauſa mortis, ſi facta ſit abſenti plenè probat
44 idem *Faber. decad.44. err.2. num.6. 7.* animaduertendo,
quod olim donatio non aliter fieri poterat, quam in-
teruenientc traditione, vel ſtipulatione *Iuſtinian. in l. ſi*
quis argentum 35. §. ſed ſi quidem, C. de donat. l. Papi-
nianus 23. ff. de donat. inter vir. & vxor. ſed neque
ſtipulatio, neque traditio fieri poterat inter ab-
45 ſentes, *l. 1. ff. de verb. obligat.* niſi cum fiebat per
interpoſitam perſonam, vt *in l. 4. ff. de donat.* puta
ſi quis donans abſenti, mitteret nuncium, quod ei fer-
ret, aut quod iam Donatarius ipſe penes ſe haberet,
ſibi eam habere iuberet *d. l. abſenti 10. ff. eodem*, his enim
caſibus non erat prohibitum donare abſentibus, nam
inter præſentes fieri videbatur traditio per miniſterium
interpoſitæ perſonæ, & in caſu quo donatæ rei poſſeſ-
ſio penes donatorem eſſet, iuſſus ille Donatoris, vt ſibi
rem donatarius retineret pro traditione habendus erat,
& propterea donatio abſenti his duobus caſibus exce-
ptis fieri non poterat.

Hæc autem procedebant tàm in donatione inter vi-
uos, quam cauſa mortis, quia etiam donatio cauſa
mortis fieri poterat mediante interpoſita perſona, cui
res donata tradebatur, vt conſignaret Donatario, vel
ei, cui donabatur id ipſum, quod iam penes ſe habe-
bat, ſibi retinere iuberet, propterea nullam differen-
tiam agnoſcit idem *Faber* de vno caſu ad alium; vnde
46 generaliter tenendum eſt, quod eæ tantum donationes,
ſiue ſint inter viuos, vel cauſa mortis inter abſentes fie-
ri poſſint, quæ à traditione incipiunt, non item quæ
47 à ſtipulatione, vt obſeruat *Bartol. in l.6. C. de donat.* &
ſtipulatio inter abſentes contrahi nequaquam poteſt
d. l.1 ff. de verb. oblig. l.3. C. de inutil. ſtipul. & in his ter-
minis ſunt intelligenda à me exarata ſupra *lib. 2. c. 13.*
num. 22 & ſeqq. & plenius quod donatio facta abſenti
valeat ſi vallata ſit traditione, firmauit *gl. 1. l. nec am-* 48
bigi C. de donat. Gouean. in addit. ad Clar. d. §. donatio
quæſt.12. verb. non valet, Gomez. tom.2. var. c.3. num.16.
& pariter quælibet donatio facta abſenti valet per in-
terpoſitam perſonam, ſcilicet interueniente nuncio,
vel epiſtola *Craſſ. §. donatio cauſa mortis q.9. nu.3 Berlich.* 49
concl. Iur. par.3 concl 2. nu.4. Harpret. in addit. ad Clar. d.
q.12. nu.3. Gomez. tom 2. var. c.3. nu.16. in medio Hartm.
Piſtor. quæſt. Iur. p.1. qu.13. nu.8. & alij adducti per *Carp-*
zou. in Iuriſprud. for. par.3. conſtit. 1. definit.35 n.1.2.

Non tamen eſt omnino inefficax donatio cauſa mor-
tis facta abſenti non interueniente nuncio, vel epiſtola, 50
vt ſupra, quia ſi in ea fuerint adhibiti quinque teſtes,
valet vt legatum, vel fideicommiſſum *l. miles 75. in*
princ. l. cum pater 77. ff. de leg.2. Clar. d. §. donatio quæſt.5.
num. vlt Harpret. in §.1. Inſtit. de donat. Carpzou. d. defin.
35. num.8. Ea verò, quæ ſupra diſſeruimus circa nullita-
tem Donationis non initæ inter præſentes abſque tra-
ditione, vel ſtipulatione, procedebant de Iure antiquo,
at hodie ex *Iuſtiniani ſanctione in l. ſi quis argentum, §. ſin* 51
autem, C. de donat. Donatio non requirit ſtipulationem,
vel traditionem, ſed nudo pacto perficitur *Corn. conſil.*
226. lit. B lib.3. Ruin. conſ.54 num.4. lib.1. Bertrand. conſil.
168. num.5. lib 3. & alijs apud *Clar. d. lib.4. §. donatio q.14.*
num.2. Craſſ. lib.1. ſentent §. donatio cauſa mortis num.1.
Harpret. in addit. ad Clar. d. qu.14. num. 1. Tiraquell. l. ſi
vnquam verb. donatione largitus nu.24. C. de reuoc. donat.
Boer. dec.353. num.3. in fine.

At quamuis præcitati Doctores extendant hanc con-
cluſionem, etiam ad donationes cauſa mortis, tamen
valde dubito, quod talis extenſio fieri non poſſit per ea,
quæ lato calamo tradit *Fab. de error. pragm. decad. 44.* 52
err.3. per tot. vbi probat *textum in l. ſi quis argentum*, ex
quo habetur donationem fieri poſſe nudo pacto, pro-
cedere dumtaxat in donatione cauſa mortis, in qua ni-
hil fuit innouatum, & ſicut olim minimè poterat valere
donatio cauſa mortis facta abſenti non interueniente
nuncio vel Epiſtola, & non facta per traditionem, ita
nunc quoque minimè ſubſiſtit, vt latè probat idem *Fab.*
decad.47. err.1. num 6. videndus.

Quinto requiritur in donatione cauſa mortis, quod
non fiat inter perſonas prohibitas nempè inter Patrem,
& Filium, virum, & vxorem.

Quo enim ad donationes inter virum, & vxorem ex-
plorata res eſt, eas non valere, *ad text.* expreſſum *in l.1.* 53
& tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. cap. vlt. eo
dem tit. Mynſing. obſeru.33. num.1. cent.2. Clar. §. donatio
quæſt.9 nu.1. & ſeqq. Alciat. lib.4. diſput. c.14. Seraph de
priuil. Iuram. priuil.71. in princ. Sanchez de Matrim. lib.6.
diſput.1. Couarr. var. lib. 1. c.7. num.4. ad med. Mantic. lib.
21. de tacit. tit.1. & ſeqq. Trentacinq. lib.3. var. tit. de do-
nat reſol.6. num.1. & ſeqq. Arias de Meſa var. lib.3. c.40.
num.21. Hartm. Piſtor lib.1. quæſt.44. nu.4. & ſeqq. Gail.
lib.2. obſeru.40. nu.1. & ſeqq. Vrceol. lib.1. conſult.39. nu.
1. Picchard princ. tit. Inſt. tit.7. lib.2 Fab. de err. pragm. de-
cad.40 err. 3. in princ. add. ad Clar. d §. donatio quæſt.9. nu.
1. Barboſ. ad cap. vlt. de donat. inter vir. & vxor num. 2.
Barbat. de diuiſ. fruct par. 2. cap. 3. num. 138. & ſeqq.
Amaya obſeru Iur. l. b.2. c.10. num 1. & ſeqq. Rot. poſt
Salgad. dec.22. num.3. & per tot. dec.53. num.16. par.6.
rec. & in Senogallien hæreditatis, ſeu Dotis 26. Maij 1664.
cor. R.P.D. Priolo dec.148 nu.4.5. poſt tract. & In Imolen
Dotis 16. Martij 1665. cor. b m. Veroſp. dec.182. num.2.
poſt tract. cum alijs, qui cumulari poſſent. Quare au-
tem talis donatio non admittatur in Iure examinat, *Al-* 54
ciat. lib. 3. diſpunct. c. 14. vbi refert opinionem *Plutar*
chi, & aliorum tenentium ideo eſſe prohibitam, quia
abſurdum exiſtimarunt, aliquid inter coniuges repe-
riri, quod commune non eſſet, nam ſi per Matrimoniũ
communio, & ſocietas Vitæ inducitur *l.1. ff. de rit. nupt.*
non

non est consentaneum rationi, vt alter alteri donet, ne
videatur donator cæterarum rerum donatario dene-
gare participationem, sed quamuis huic sententiæ ad-
hæserint, *Duaren.ad tit.sol.matr.c.1.Coras.Miscellan. lib.*
2.c.vlt. tamen communiter ab interpretibus reijcitur,
vt obseruat *Amaya d.lib.2.c.10.n. 5.* & ferè omnes con-
sentiunt ideo fuisse à legislatoribus prohibitas dona-
55 tiones inter virum,& vxorem,ne Iugales mutuo amore
se spoliarent, quæ ratio affertur ab *Vlpiano in l. 1. ff. de*
donat.inter vir.& vxor. Clar.d.§. donatio qu.9. in princ.
Amay.vbi sup.num.4.Arias de Mesa lib.2.c. 1. numer.4.
Rot.in d.Imolen dotis 16.Martij 1665.dec. 182. post tract.
num.2.& alij supra relati.

Sed licet de Iure antiquo Donatio inter virum, &
vxorem esset penitus nulla,tamen lege lata per *Antoni-*
num Caracallam sancitum fuit has donationes valere in
casu,quod donator in eadem voluntate perseuerauerit,
quasi morte confirmatæ censerentur, vt tradit *Vlpian.*
56 *in l.cum hic status 33.ff. de donat. inter vir. &c. l. ndm,*
& imperator 41.ff.eodem l.1.& seqq.C.eodem, & in hac
materia non adest controuersia inter scribentes, vt vi-
dere est apud *Trentac.var.lib.3.resol.6.num.2.Surd. con-*
sil.171.num.16.& dec.166.num.12.Sanchez de matr. lib.
6.disput.1.numer.3.Amay. d.obseru. 10.numer.11. lib.3.
Carpz.Iurisprud .for.part.2.constit.13.definit.15. num. 2.
plenis. *Altograd.consil.30.numer.31.lib.2, Barbos.* cum
multis allegatis *d.c.fin.de donat.int.vir.& vxor. numer.*
21.Penn.dec.1100.& dec.602.num.3.par.3.rec. & quid-
quid dicat *Cuiac.* relatus *per Fabr.decad.40. error.3. in*
princ. hanc etiam sequitur *idem Fab.d. loc. & decad. 43.*
err. 1.num.25.& seqq. eo tamen casu non dicuntur ve-
57 tæ donationes, sed potius vim habent relicti, vt videbi-
mus infra *num.145.* & non tantum talis donatio con-
firmatur morte naturali, sed etiam morte ciuili, veluti
58 cum quis est deportatus, vel in metallum damnatus,
aut religionem professus, aut declaratus pro decocto,
Surd.d.cons.171.numer.7.& decis.266.num. 10. 11. Cu-
rell.de donat.int.Patr.& fil.tract.1.discurs.2.part.3.num.
1. & alij relati per *Barbos.d.c.fin.de donat. inter vir. &*
vxor. cum quibus concordat *Altograd.consil.8. numer.*
80.lib.1.

Prædicta tamen de plano procedunt in donatione
inter viuos, quod scilicet, non valeat à principio, sed
opus habeat morte coniugis donatoris ad hoc, vt con-
59 firmetur, at in donatione causa mortis inter virum, &
vxorem,de qua in præsenti est sermo,contrarium vide-
tur magis firmum, quod nempè valeat etiam à princi-
pio,quamquam morte non sit confirmata.

Ad quod probandum adducitur textus notabilis *in*
l.si cum vxori 10. cum l.sequenti, ff.de donat. caus. mort.
vbi § *fin.* id apertis verbis deciditur, scilicet, *inter vi-*
rum, & *uxorem mortis causa donationes receptæ sunt*, &
ratio desumitur *ex l.seq.* ibi, *quia in hoc tempus excurrit*
donationis euentus, quo vir, & vxor esse desinunt,& con-
cordat etiam *textus* in *l. vbi ita donatur 27. ff. de donat.*
caus.mort. qui ait donationem ita factam, vt nullo casu
reuocetur, ideo inter virum, & vxorem non valere, eo
quia non sit donatio causa mortis, sed inter viuos: vn-
de colligitur donationem mortis causa inter virum, &
vxorem subsistere, & id etiam supponit *Horatius Iu-*
risc.in l.penult.ff.eodem tit. de Donat.caus.mort. & his
authoritatibus innixi hanc sententiam tuentur *Barbos.*
solut.matr.ad l.quæ Dotis 34.num.91. Crass.lib.1. sent. §.
Donatio causa mortis quæst.6.num.1.Berlicb.p.2. concl. 1.
num.30 Fab. de err. pragm. decad. 46. err. 1. per tot. &
alij allegati per *Harpret. in addit. ad Clar. §. donatio qu.*
9.num.3.4. Gomez tom.2.var.c.4.num.18.vers. nono &c.
Barbat.de diuis.fruct.part.2.capit.3.numer. 164.Hodiern.
controu. capit. 35.numer. 27. Sanchez. de matrimon. lib.
6. disput. 10 numer. 1.& seqq. Merend. controu. lib. 14.
capit. 34. numer.1. 2. vbi ostendit antiquis temporibus
id fuisse controuersum, sed demum pro affirmatiua
fuisse statutum *Picchard.princ.tit.Inst. de donat. num. 4.* 60
& talis opinio est tenenda quamuis contrarium sen-
tiant *Clar. vbi supra quæst.9. in princ. Couarr. in rubr. de*
testam. 3. par. num. 2. sequendo opinionem *gl. in l. 2. in*
princ. verb. legatum ff. de Dot. prælegat. ipsis enim ad
partes articulo disputato,respondet *Fab.d. loc. & Bar-*
bos. vbi supra d.nu.91. vers. sed cauendum.

Sexto dubitatur apud Doctores nostros an valeat
Donatio causa mortis inter virum, & vxorem non in-
teruentiente traditione,& in hac quæstione multa addu-
ci solent tam pro negatiua, quam pro affirmatiua;
Quod enim Donatio causa mortis non valeat inter vi-
rum,& vxorem,vbi traditio non interuenit, fuit opinio
Papiniani relata ab *Vlpiano in l. Papinianus 24. ff. de do-* 61
nat. int. vir. & vxor. quem magis communiter sectan-
tur Interpretes,& præ cęteris,alijs omissis, *Azo.in Sum-*
ma C.de donat.int.vir. & vx. num.30. Tiraq.de Iur. con-
stit.par.1. num.49. 51. Paris. cons.128. nu.8. par.1. Alex.
cons.26. num.3. lib.2. Couarr.in rubr.de testam. 3.par.nu.
3. Gomez. tom.2. var.cap.4.num.23.Trentac. lib.3.pract.
de donat. resol. 6. num. 4. Minsinger. obseru. 33. num. 1.
cent. 2. Surd. cons.171. num.6. Ansald. cons.73. num.19.
20. Molin. de Hisp. primog.lib.1. c.12. num. 9. Seraph. de
priuil. Iuram. priuil.72. num.6. Francisc. Marc. dec.176.
plenissimè *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 7. par. 2.*
num.30. & seqq. pagina mihi 108. Altogr. cons.8. nu.81.
lib.1. & alij relati per *Hodiern. contr.c.35 .num.26. Bar-*
bos.c. fin. de donat.int.vir. & vxor.num.21. Cancer. var.
lib.1. c.8. num. 87. qui testatur de veriori opinione, &
nonnullos huius opinionis sequaces referunt, non ta-
men laudant *Sanchez. de Matrim. d.lib.6. disput.10. nu.*
4. Amay. obseru. Iur.lib.2. c.10. nu. 13. 14. Vrceol. con-
sult. for. c.39. num.3. lib.1. quibus addo *Carpzou. in Iu-*
risprud. for. p.2. constit.13. definit.15. num.3. & admittit
Merend. contr. lib.24. c.15. num. 36. & seqq. Rot. in Se-
nogallien. hæreditatis, seu Dotis 26. May 1664. cor. R.
P.D. Priolo dec.148. post tract. num. 7. & in Imolen. Do-
tis 16. Martij 1665. coram b. m. Verosp. dec.182. num.4.
post tract.

Sufficit autem, quod traditio sit facta, licet non ve-
ta, nempe per clausulam Constituti *Grat. discept. for.* 62
c.82. num.13. Altogr.d.cons.8. num.81. Cancer. var. lib.
1. cap.8. de donat. num.87. Fontanell. vbi supra num.37.
Surd.cons.171. num.18. Trentac. var. de donat. lib.3. re-
sol.6. num.4. cum alijs adductis per *Vrceol.consult. for.c.*
39. num.4. tom.1. & plura de materia *Merend.contr.lib.*
24. c.15. nu.36. & seqq.

Non tamen est necesse, quod interueniat in ipso actu
donationis; sed sufficit etiam ex post, viuente tamen
Donatore, plenè *Fontanell. d.claus.4. gl. 7. par. 2. num.*
36. plenè *Augustinus Barbos. in c.fin.de secund. nupt. nu.* 63
21.vers.& vt donatio Ant.Faber de err.pragm.decad.43.
err.3. num.8.

Quamuis, vt dixi, hæc opinio sit magis communi-
ter approbata, contraria verior videtur, scilicet quod
valeat donatio inter virum, & vxorem causa mortis,
etiam traditione non interueniente, ad quam proban-
dam allegari solet dictum *Vlpian.* sibi contrarij *in l. cum* 64
hic status 33. §. oratio, & in l. si stipulata 34. ff. de donat.
int. vir. & vxor. quod expendit *Coras. lib. 5. Miscellan.*
cap. 1. vbi magna iactantia (vt obseruat *Fontanell. vbi*
supra num. 32.) hanc sententiam defendit, & *Corrasium*
laudat,& sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.3.præsumpt.*
29. num.68. & ex antiquioribus hanc etiam sectati sunt
Bald.in l. & si mortis num.4. C.ad l. falcid. Castrens.cons.
75. num.2. in fin. lib. 2. Corn. cons. 124. num. 2. lib. 4. &
alij adducti per *Barbos. solut. matr. l. quæ Dotis 34. num.*
91. vers. & hinc est, cum quibus ipse pertransit, & re-
probat expresè *Couarr.* contra sentientem *Fab. de err.*
pragm. decad. 46. err.1. 2. & lib. 2. coniectur. c.8. Dua-

ren.ad

ven. ad tit. sol. mātr. Harprecht. §. alia antem Instit. tit. de
donat. num. 151. tom. 2. Christin. dec. 216. num. 6. 7. tom.
5. Schifordeger Bronchorst. & alij adducti per Amaya
consult. Iur. lib. 2. c. 10. num. 14. 15. & per tot. cap. Ho-
diern. contr. cap. 35. num. 26. & omissis pluribus addu-
ctis per Sanchez. de matr. disput. 10. num. 4. lib. 6. hanc
sententiam amplectitur Vrceol. consult. for. cap. 39. num.
8. lib. 5.

Quæ quidem sententia fundatur præcipuè in autho-
ritate Iustiniani nouell. 162. quæ est Authentica sacra for-
ma collat. 9. tit. 44. vbi expressis vobis statuit Imperator
valere donationem causa mortis inter virum, & vxo-
rem, licet non interuenerit traditio, vt obseruat optimè
Iacob. Cuiac. in explicat. d. nouell. Fab. de conect. lib. 19.
c. 1. num. 16. vers. Iure namque nouo, Conrad. in nouell.
par. 5. cap. 12. num. 3. quem refert, & sequitur Vrceol. d.
contr. 39. num. 8. in medio, & latissimè Amaya d. obseru.
10. per tot. & præcipuè num. 51. & sic conciliantur opi-
niones inter se diffidentes in hac materia, quod scilicet
prima opinio procedat de Iure antiquo Digestorum,
contraria verò sit attendenda, ex nouo Iure Authenti-
corum, vt vidimus.

Et hæc conclusio de plano procedit in donatione
causa mortis, non vero in donatione inter viuos, illa
enim cum, vt dixi supra num. 59. valeat à principio, &
legis confirmatione non indigeat, semper mortuo do-
nante est valida, siuè facta sit per traditionem, siuè
65 per promissionem, illa vero cum à principio non va-
leat, & opus habeat, vt à lege confirmetur, nullo mo-
do subsistit, si per promissionem celebretur, quia con-
firmatio legis ad donationes per promissionem ce-
66 lebratas non extenditur, vt latè probat Barbos. d. l. quæ
dotis 37. num. 92. in fin. ff. sol. matr. & latius num. 329. in
medio.

Numquam tamen ex donatione causa mortis inter
coniuges, siue sit donatio facta per traditionem, siuè
per promissionem, transfertur Dominium in Donata-
67 rium viuente Donatore, vt est text. express. in l. si eum
vxori 10. §. fin. & l. 11. 12. ff. de donat. int. vir. & vxor. ibi,
inter virum, & vxorem mortis causa donationes rece-
ptæ sunt, quia in hoc tempus excurrit donationis euentus,
quo vir, & vxor esse desinunt; sed interim res non sta-
tim fiunt eius, cui donatæ sunt, sed tunc demum cum mors
consecuta est, medio igitur tempore Dominium apud eum
remanet, qui donauit, quem textum sequuntur Barbos.
d. l. quæ Dotis num. 129. in fin. ff. sol. matr. Fab. de err. prag.
decad. 40. err. 3. num. 14. vbi ponderat Deterioris condi-
tionis esse donationem a coniuge factam etiam mortis
causa, nam hæc numquam potest fieri, vt Dominium
rei donatæ statim, & viuo adhuc Donatore transfera-
68 tur, quod in cæteris mortis causa donationibus, idest
inter cæteros factis diuersum est, nam licet possint ita
fieri, vt Dominium non nisi sequuta morte donatoris
acquiratur, prosunt tamen etiam ita celebrati vt in
69 Donatarium statim Dominium transferatur l. 2. ff. de
mort. caus. donat. & plenè materiam hanc examinat Me-
rend. contr. lib. 14. cap. 34. à num. 1. vsque ad num. 5. vbi vl-
tra textus allatos animaduertit hanc sententiam, quod
in talibus donationibus non possit transferri Domi-
nium nisi morte Coniugis, probari authoritate Iuliani
in l. seruus vxori 76 ff. de hæred. inst. & Papin. in l. si mor-
tis 40. ff. de mortis caus. donat. qui ait si mortis causa dona-
tio inter virum, & vxorem facta sit, morte secuta ad id
tempus reducitur donatio, quo interposita fuisset, ex quo
infertur, quod si Dominium translatum fuisset, non es-
set opus huiusmodi reductione, sed recta via in dona-
tarium transirent fructus rei donatæ.

Imò non valet donatio causa mortis inter coniuges
sub hac conditione facta, vt Dominium statim trans-
feratur in Donatarium, vt obseruat præ cæteris Ant.
70 Fab. de err. pragm. decad. 44. err. 8. vbi probat hoc asser-
tum euidenti ratione, scilicet, quia nulla alia ratio est,
quæ mortis causa donationes potius, quam illas, quæ
simpliciter, & absolutè factæ sunt inter coniuges vale-
re patiatur, quam quod earum tempus in id tempus
excurrat, quo vir, & vxor esse desinunt, idest quo ma-
trimonium soluatur; omnes enim donationes inter vi-
rum, & vxorem improbantur, per quas, & locupletior
fiat is, cui donatur, & pauperior is qui donat l. 5. §. con- 71
cessa, & §. cum igitur, ff. de donat. int. vir. & vxor. permit-
tuntur autem è contra quando donans non fit paupe-
rior, vel de patrimonio diminuit, vt plenè per Sanchez
de matrim. lib. 6. disput. 4 per tot. Valasc. dec. 135. nu. 20.
& est text. in l. si sponsus, ff. de donat. int. vir. & vx.

Vndè tenent nonnulli, quod possit maritus lucro,
quod sibi ex statuto defertur renunciare tam in bene-
ficium vxoris, quam suorum Creditorum præiudicium,
vt per Gomez var. tom. 2. c. 3. num. 24. Phanuce de lucr. 72
Dot. gl. 8. nu. 16. 17. 18. & rationem afferunt, quia quam-
uis Donatio inter virum, & vxorem sit alias prohibita,
non tamen est prohibita illa, propter quam Donans
non fit pauperior, quia qui lucrum non facit, non di-
citur effici pauperior, cum aliud sit lucrum non facere,
seu refutare, aliud damnum pati, vel suum alienare, &
hanc etiam opinionem sequuntur Roland. Franc. Fonta- 73
nell. Menocch. & alij relati per D. meum Aloys. Mans.
consult. 24. num. 41. quibus addo Io: Garzia de coniugal.
acqu. num. 148. Olea de cess. Iur. tit. 2. quæst. 3. num. 23.
Vel. tom. 2. dissert. 47. nu. 22.

Sed hoc totum quod dictum fuit circa Renunciatio-
nis validitatem factæ à debitore de hæreditate, legato,
vel alio simili lucro in præiudicium Creditorum proce-
dit quidem in foro externo, non verò in foro conscien-
tiæ, quia communis schola Theologorum tenet debi-
torem vtentem hac cautela ad fraudandum Credito-
res, mortaliter peccare, & pariter lethali culpa notari
Causidicos, & Aduocatos dantes consilium Debitori-
bus, vt repudient Iura sibi delata ne vadant ad credito-
tes, sed ad filios, vel alios cōsanguineos, vt ex Theolog. 74
plenè firmant de Lugo de Iust. & Iur. disput. 20. sect. 6. nu.
138. Layman. Theol. moral. de Iustit. & Iur. tract. 5. cap. 6.
num. 6. pag. 420. Valer. different. int. vtrumque for. verb.
debitum, different. 4. num. 5. plenissimè Sanchez de matr.
lib. 6. disp. 5. num. 9. vers. his tamen non obstantibus, vltra
Molin. & Nauarr. ab ipsis allatos, & ex nostris Legistis
Grat. discept. for. c. 271. nu. 24. 25. Caprc. Latr. dec. 8. nu. 13.
& cæteri allati per Ol. de cess. Iur. & act. tit. 2 qu. 3. nu. 35.
De Luca in suo Theatro lib. 8. de credit. & debit. discurs.
137. num 8.

Id tamen limitandum est in casu, quod ex aditione
inferretur præiudicium alteri ex familia sua, adeo vt
non haberet congruentia statui suo; tunc enim absque
peccato posset repudiare hæreditatem, vel legatum, vt
obseruat Filiucc. in tract. 32. c. 5. qu. 3. nu. 139. vbi asserit 75
ita decisum fuisse in Collegio Pænitentiariæ, & hunc
sequitur, & laudat Bonacc. de restit. in gener. disput. 1. qu.
8. punct. 2. nu. 36. sed de hac materia plura cumulaui su-
pra c. 46. lib. 2.

Fit igitur pauperior is, qui donat etiam causa mor-
tis, quoties Rei suæ Dominium viuus amittit non etiā
si amittat post mortem; dicit tamen Fab. d. decad. 44.
err. 8. quod probabiliter defendi possent tales donatio-
nes, ita factæ, vt statim Dominium acquiratur Dona-
tario, si quinque testes adhibiti fuerint, eo quia tunc
valere poterunt in vim vltimæ voluntatis, etiamsi nulla 76
interuenerit insinuatio; fundat autem eius dictum po-
tius in æquitate, quam in Iure, vt ibi per eum.

Contra verò nonnulli ex DD. nostris disputant quæ-
stionem an valeat donatio inter virum, & vxorem in-
ter viuos, quando eius effectus confertur post mortem,
& quod non valeat tenet præ cæteris Imol. l. si socer. §. 77
Lucius num. 5. ff. sol. matr. quem refert, & non sequitur
Barbos.

Barboſ.d.l.quæ dotis 34.num.130.verſic.neque eſt omitten-
dum Riminald.l.1.§.nunciatio nu.62.ff.de non.op.nunciat.
vbi etiã *Alc.at.n.49.Bald.Nouell.de dot.p.7.priu.11.n.13.*
Campegg.eodem tract.par.4.qu.2.ad med. verſ. nec obſtat
ſi dixeris Mantic.de tacit.lib.21.tit.4.num.21. Contra-
rium tamen magis communiter ſequuntur Interpretes,
& præcipuè articulo diſputato *Barboſ.d.l.quæ Dotis nu.*
78 *131.verſ.contrariam nihilominus, &* ante eum *Alex. in*
l.ſi ſocer §.Lucius num.6.ff.ſol matr.Soccin.conſil.Barbat.
de diuiſ.fruct.par.2.c.3 num.178.Soccin.conſil. 114. num.
8 vol.1.Sanchez de matrim.lib.6 diſput.3.num. 8. Valaſc.
dec.135.num.21. & admittit *Rot.cor.Meri.dec.180.in fin.*
quam refert,& ſequitur *D.Io.Bapt.de Luca in ſuo Theat.*
lib. 7. parte 1. de donat. diſcurſ. 30. numer. 4. Hic au-
tem Auctor quamuis in facti contingentia ſententiam
obtinuerit fauorabilem pro validitate donationis, ta-
men reflectendo ad veritatem, contrariam opinionem
Imolæ,& aliorum ſupra citatorum magis laudat, quod
valeat dumtaxat donatio cauſa mortis inter virum, &
vxorem, non vero donatio inter viuos, cuius effectus
confertur poſt mortem; optimè enim conſiderat,quod
ſi ratio prohibitionis donationis inter virum, & vxo-
rem in illo dumtaxat caſu ceſſat, quod conſtante ma-
trimonio coniux Donator pauperior, & coniux Do-
natatius ditior non efficiatur, id verificari non poteſt
in donatione inter viuos irreuocabili,ſed tantum in do-
natione cauſa mortis, quæ ſubiacet reuocationi, nam,
vt ipſe ait, eo ipſo quod damus donationem inter vi-
uos irreuocabilem,quamuis eius effectus, vel executio
differatur in tempus ſoluti Matrimonij, quoniam id
continet ſolam ſpeciem dilationis; interim vero dona-
tor dicitur in eius patrimonio habere id minus, atque
pauperior effici,donatarius autem id quod plus atque
ita effici ditior,ad inſtar donationis,quæ fiat reſeruato
vſufructu,vel debiti conſtituti ſub dilatione; Quoniam
illa certa proprietas, quæ ad tempus habeat commo-
di,ac fruitionis ſuſpenſionem eſt pretio æſtimabilis,at-
que in commercio cadit,eamque minus habet in patri-
monio donator, ac plus habet in patrimonio donata-
rius, ideoque abſolutum videtur intrare prohibitionis
rationem,ac ceſſare alteram limitationem.

Vnde concludit contrariam opinionem iure admit-
tendam in caſu,quod donatio quamuis inter viuos, &
irreuocabilis eſſet merè perſonalis ad fauorem coniu-
gis donatarij, quatenus ſuperuiueret, adeo vt eo præ-
moriente reſolueretur,tamquam ex ceſſante cauſa, &
licet donator ita quoque eius Patrimonium diminuere
dicatur, tamen donatarius dici non poteſt effectus lo-
cupletior, quodque Bona donata in eius Patrimonio
ſint, dum id importat ſolum ſpem euentualem, atque
per eius præmorientiam non contingibilem.

Dubitatur tandem,an talis donatio inter coniuges,
quæ à principio non valuit, ſed morte confirmatur,
trahatur retro ad tempus donationis factæ,& in mate-
ria eſt diſtinguendum, An agatur de donatione pura,
inter coniuges, quæ à principio non valuit, & tantum
79 morte confirmatur, an de donatione inter virum, &
vxorem cauſa mortis, quæ, vt diximus, ab initio habet
ſtatum validitatis, an de donatione inter viuos cuius
effectus confertur poſt mortem.

Primo caſu communiter diſtinguunt DD. quod do-
natio non trahatur retro ad tempus Donationis factæ
quoad Dominium rei donatæ, ſed tantum quoad fru-
80 ctus ex ea perceptos; quod enim quoad fructus traha-
tur retrò probat *text. in l. donationes, quas parentes 25.*
C.de donat. inter vir. & vxor. & l.ſi is ſeruus 21. ff. eo-
dem. Quo vero ad Dominium &c. trahatur retrò, pa-
tet, quia expreſſa coniugis voluntas nequit rei donatæ
Dominium transferre in Coniugem, vt vidimus, ergo
multo minus id poterit tacita, & præſumpta, ex qua ea
81 donatio morte confirmatur: fictio enim non plus ope-
rari poteſt, quam veritas *l.filio quem Pater, ff.de liber.*
& poſth. cum ſimilibus, vnde quod non retrahatur quo-
ad Dominium eſt indubitatum, & propterea commu-
niter hanc diſtinctionem ſequuntur DD. vt *Bald.Caſtr.*
Alex.Bart. & alij plures relati per *Sanchez de matr.lib.*
6.diſput.16.num.1.Didac.in Rubric.de teſtam.3 part.num.
5.Iul.Clar.de donat.qu.9.num.7.vbi add.num. 10. & alij
apud *Fachin.lib.3.contr.c.73 in princ.Gomez var. tom.2.*
c.3.de donat.num.23.Fontanell.de pact.nupt.cl.4.gl.7.part.
2.numer.48. pag. mihi 111. Barbat.de diuiſ.fruct.p.2. cap.
*3.num.161.*vbi allegat præ cæteris *Coſt.in tract. de retro-*
tract.caſ.25.cap.8.num.1. & ſeqq. latiſſimè de materia
tractantem,licet hanc communiſſimam opinionem im-
pugnet *Fachin.vbi ſuprà uerſ.ceterum contrarium*, vbi
tenet, tam quoad Dominium, quam quoad fructus
donationem retrotrahi ad tempus initæ donationis, & 82
Fachineum ſequitur, & laudat idem *Fontanell.loc.citat.*
num.49.& Coraſ.in tract.de Iure in art. redigend.part. 3.
capit.4.

Conſiderat tamen *Sanchez d.loc.* donationem re-
trotrahi quoad fructus poſt traditionem perceptos,
non vero quoad illos ante traditionem, & ratio aſſi- 83
gnatur, quia poſſeſſio ſola eſt ratio acquirendi fructus; 84
hi enim poſſeſſionem ſequuntur, *§.ſi quis à non Domino,* 85
Inſt.tit.de rer.diuiſ.l.bonæ fidei, ff.de acquir.rer.domin.& l.
qui ſcit, ff.de vſur. merito poſſeſſione ſublata fructuum
perceptio ceſſabit.

Et pariter concluſio procedit in donatione, quæ in-
ſinuanda non ſit,nam ſi excedat legitimam ſummam,
licet in teſtamento donantis confirmata ſit, non retro- 86
trahitur quoad fructus ex illo exceſſu perceptos, quia
quoad illum exceſſum habet vim legati, vt probauit
idem *Sanchez d.lib.6.diſput.14.num.24.* quando autem
debetur vt legatum non retrotrahitur quoad fructus, 87
l.ſi quando, ff.de leg.1.l.eam quam, C.de fideicomm.

Quando vero donatio morte non ſit confirmata,
imo potius reuocata per coniugem, an donatarius lu- 88
cretur fructus perceptos,& quos lucretur, vide plura
penes *Sanchez vbi ſupra num.6.& ſeqq.*

Quod ſi agatur de donatione cauſa mortis inter cõ-
iuges,quæ,vt diximus,à principio valet, ea abſque vlla
dubitatione retrotrahitur ad tempus initi contractus
tam quoad fructus, quam quoad dominium,vt expreſ- 89
sè tradit *Papinianus in l.ſi mortis cauſa 40. ff.de mort.*
cauſ.donat. ibi, *ſi mortis cauſa inter virum, & vxorem*
donatio facta ſit, morte ſequuta deducitur ad id tempus
donatio, quo interpoſita fuiſſet.

Demum ſi agatur de donatione ita concepta, vt do-
minium non transferatur niſi tempore mortis, videba-
tur reſpondendum dominium non transferri niſi tem-
pore mortis, vt obſeruat *Barboſ.ſolut.matr. d.l. quæ do-*
tis 34.num.134 verſ. ſed circa hanc, quia tunc aduerſus 90
mentem partium dominij acquiſitio nõ trahitur retro,
quidquid ſit, quando ſit, vt ſtatim transferatur domi-
nium, vel etiam ſimpliciter, & nihilominus idem *Bar-*
*boſ.*contrarium probat *d.num.134.* vbi parificat dona-
tionem cauſa mortis,& donationem inter viuos, cuius
effectus poſt obitum coniugis donantis confertur, *&*
numer.135. reſpondet illationi in contrarium ponde-
ratæ.

Et ex concluſione ſupra firmata, quod Dominium
rerum donatarum in caſu noſtro non trahatur retro,
oritur altera quæſtio, an ſi coniux donans ob delictum
commiſſum ſit capitaliter condemnatus cum confiſ-
catione Bonorum, bona donata ſpectent coniugi, vel
potius veniant in confiſcatione Bonorum: quæſtio eſt 91
ardua, quæ Doctorum ingenia (vt dici ſolet) contor-
ſit, videat lector in materia, *Fabr.de err. pragm. decad.*
46.error.2.num.7.& ſeqq.& error.3.per tot. Sanchez de
matrim.lib.6.diſput.16.numer.1.& ſeqq. Barbat. de diuiſ.
fruct.part.2.c.3.num.162.Gratian.diſcept.for. cap. 172.
num.8.

*num.*8. *& seqq. Merend. contr.Iur. lib.*14. *c.*35. *per tot.*
vbi latè, ad quos me remitto.

Diximus supra *num.*53. Donationem inter virum,
& vxorem nequaquam sustineri, præcipuè quando est
Donatio inter viuos, sed talis regula habet nonnullas
limitationes, & præcipuè subsistit Donatio inter vi-
rum, & vxorem, quando facta fuit causa matrimonij,
quamuis sequatur constante matrimonio, vt de Do-
natione propter nuptias, & ex causa Dotis, eiusque
92 augumenti est *text.in l.si constante, & l.cum multa, C.*
de donat.ante nupt.§.est, & aliud, Instit.de donat. plenè
*Grat.discept.*490.*num.*23.*& Rot. cor. Merl. dec.*80. *per*
tot. cum alijs apud D.meum *de Luca de donat. discurs.*
31.*num.*3. quod tamen est intelligendum, vt obseruat
ipse *D.de Luca ibi num.*9. quando de donatione fit pa-
ctum antequam sequeretur matrimonium, secus verò
quando contracto matrimonio Coniux Coniugi ali-
quid donat ex mera liberalitate, quia tunc non ob-
stante, quod Donatio sub pallio augumenti Dotalis
93 facta sit, nullatenus subsistit, vt latissimè fundat idem
*D.meus de Luca d loc. num.*11.*&* 12.

Vlteriùs subsistit inter coniuges talis donatio, quæ
fit à Sene Iuueni, vel aliter ob inæqualitatem compen-
94 sandam, resultantem à nobilitate, vel ætate, seu firma,
aut infirma valetudine; tunc enim non intrant termini
donationis, sed habetur vti Contractus merè corre-
spectiuus, & assumit naturam Contractus emptionis,
& venditionis dictæ inæqualitatis omninò validi, vt
plenè *Capyc. Latr.dec.*22.*per tot.Aug.Barbos.c.donatio,*
C. de donat.int.vir.& vxor. & plenè idem *de Luca vbi*
*sup.n.*10. *& de Dot. discurs.* 27. *ac de hæred. & hæredit.*
*discurs.*30.*num.*11. *& seqq.*

Et demum quod valeat donatio inter Coniuges in
Festo Natiu.Christi celebrata ex consuetudine vniuer-
95 sali in toto ferè Christianorum Orbe recepta, voluit,
*Carpz.Iurisprud.for.par.*2.*const.*13.*definit.*20. vbi, quod
receptum est, vt in die illa parentes liberis suis, & con-
iuges sibi ipsis inuicem munera offerant in memoriā
Dei incarnati, & ex pia congratulatione, de Christo
homine nato. Hanc verò limitationem forsan proce-
dere arbitror in Germania, secus verò in nostris Ciui-
tatibus Italiæ, in quibus non vidi frequentatas tales
donationes, nisi ad summū pro rebus modici valoris.

Et quæ dicta sunt circa nullitatem Donationum
inter coniuges, procedunt etiam in donationibus in-
ter parentes, & liberos celebratis; nam eæ etiam inuti-
96 liter fiunt *ad text.expreß.in l.* §.1.*l si pater filio* 4. *ff. de*
vsucap.pro donat.l.si pater 2.*de inoff.donat.l.donationes,*
quas parentes 25.*ff.de donat.inter vir.& vxor. Menoch.*
*lib.*3.*de præsumpt.præsumpt.*29. *num.*1. *Gratian.discept.*
*for. cap.*82 *Bertrand. consil.*161. *numer.* 9. *vol.*3. *Can-*
*cer. var.par.*1.*c.*8. *num.*85. *Clar. §.donatio, quæst.*8. *per*
*tot. Robles de repræsent. lib.*2. *cap.*23. *num.*38. *D. meus*
*Aloys.Mans. consult.*20.*num.*18.*& consult.*22. *num.*11.
*& seqq.Rot.dec.*334.*num.*28.*& dec.*387.*par.*9.*rec.D.de*
97 *Luca in suo Theatro lib.*7. *par.*1. *de donat. num.*5. Non
tamen eo casu oritur donationis inualiditas ex filij in-
capacitate, neque minus ex Iuris prohibitione, sicuti
inter virum, & vxorem, sed ex impossibilitate Iuris,
vt explicat *gl.d. l. donationes* 25.*verb. in liberis, ff. de*
98 *donat. inter vir.& vxor.* nam cum pater, & filius vna,
& eadem persona censeantur, *l.vlt. in fin. C.de impub.*
99 *& alijs, &c.* & quidquid filiusfamilias acquirit, id to-
tum patris efficiatur Iure patriæ potestatis. *l.* 5.*ff. si*
quis à parent. fuer.manumiß. & l placet 79.*ff.de acquir.*
100 *vel amitt.hæredit.* non potest subsistere donatio, quia
nemo sibi ipsi donare potest, *l si quis pro eo,* 56. §. 1. *ff.*
de fideiuß. & quia differentia esse debet inter dantem,
& accipientem; item, & quia eo momento, quo rei
donatę dominium transit in filium, id mox ad patrem
reuertitur, *d. l. placet* 79. *ff. de acquirend.vel amittend.*
hæred. viuus idem Pater donaret, idemque acquireret,
quod esse non potest. *l. hæres à debitore*, 21. §. *seruo*
tuo, ff. de fideiuss. & latè explicat *Andreas Gayl lib.*2.
obseru. 28. *num.*2. *Add. ad Clar. d. §.donatio, q.*8. *nu.*3.
& 4. *D.Aloys. Mans d. consult.*22. *nu.*19.20.21. *Robles*
*de repræsent.d.lib.*2.*c.*23. *nu.*39

Et id procedit etiam in donatione causa mortis, vt
inter parentes, & liberos non subsistat, vt obseruat prę
cęteris *Hodiern. contr. c.*35.*nu.*21. vbi quod per dona- 101
tionem etiam causa mortis inter donantem, & dona-
tarium aliqua ciuilis contrahitur obligatio, quæ inter
Patrem, & filium, obstante vi Patriæ potestatis con- 102
trahi non potest, *l. Imperator* 50. *ff. ad Trebell. l. siue*
emancipati 17. *C.de donat. cum simil Fab.de err.pragm.*
decad. 43. *err.* 1. *& err.*3. *in fin.* & quamuis per Patris
mortem ex solo silentio confirmetur. *Bart. l. frater à*
*fratre, num.*57. *ff.de condit. indeb.& est text.claras in l.* 103
donationes quas parentes, C.de donat.int.vir & vx. hoc
tamen, vt obseruat idem *Hodiern.vbi sup.* non facit, vt
ex tunc valeat, neque Dominium rei donatæ retro 104
translatum fuisse præsumatur, sed tantum, vt in vim
legati sustineatur, *l.in donatione, C.ad leg Falcid. Merl.*
*de legit. lib.*2. *tit.*2.*q.*29. *nu.* 1. qui ob id ait huiusmodi
donationem filio in legitimam imputandam esse, vt
etiam tradit *Mangil.de impat.q.*29.*num* 50.*Fab.loc.cit.* 105
vbi quod confirmatio hæc inducit Officium Arbitri
familiæ ercisc. ad faciendam adiudicationem ad hoc,
vt res, quæ donata fuit præcipua retineatur, *l. filiæ* 18.
C.famil.ercisc.l.cū Pater 77.§.*Pater pluribus.ff.de leg.*2. 106
quod quidem Iudicium famil.ercisc. locum non habet
nisi inter cohæredes *l.*1. §.*cum putarem.*36. *& seqq. ff.*
eod. & sic filius in Iudicio prædicto vti legatum quan-
titatem donatam præcipere videtur, vt concludit *Ho-*
diern.vbi suprà nu 22.

Dubitatur tamen an subsistat donatio facta à Patre
filiæ iam nuptæ, & videtur negatiuè respondendum, 107
attento quod filia de Iure communi per matrimoniū
non liberatur à patria potestate, *l.si vxorem. vbi gl.C.*
de condit. insert. §. *fin, Inst. de patr. potest Capyc. Latr.* 108
*consult.*156. *Merl. Pignat.cent.*2. *contr.c.*77. *Capyc.Ga-*
*leot.contr.lib.*2.*contr.*30.*nu.*17.*Castaga.in tract.deductio*
*ne ęgcat, qu.*7.*num.*30 *Castill.de vsufruct cap.*3.*num.*75.
quidquid sit de Iure Hispano, Neapolitano, Lusitano,
& cęterorum locorum, in quibus expressè fuit fanci-
tum filiam à patria potestate per nuptias liberari, vt
tradunt supra citati, & per consequens cum militent
omnia Iura supra considerata in filijs familias, erunt
nullæ, vt concludit *D. meus de Luc. d. tit. de donat. dis-*
*curs.*41. *num.*7.

Attamen mihi videtur consideratione dignum id,
quod tradit *Merl. Pignat. d.c.*77 *cent.*2. scilicet filiam 109
per matrimonium censeri à patria potestate exemptā
quoad sui commodum, & in fauorabilibus, non verò
in præiudicialibus, quia tunc censetur sui Iuris, & non
sui Iuris, sicut ei magis expedit, ideo cogita, an vera
sit conclusio donationem factam à Patre filiæ nuptæ
esse nullam.

Illud tamen verum est, quod non impugnantur in-
ter parentes, & liberos donationes, quando ob cau-
sam matrimonij factæ sunt, cum intersit Reipublicæ
Matrimonijs aditum parare faciliorem, vt Ciuitas ho-
minibus liberis repleatur, vt tradunt communiter
DD. & præcipuè *Guid.Pap.dec.*145. *nu.*2. *Natt.consil.* 110
609. *num.*3. *Roland.cons.*45.*nu.*1.*lib* 4. *Grat.discept.for.*
*c.*297.*nu.*3.*Mastrill.dec.*250.*nu.*67.*Cutel.de donat.tract.*
1. *discurs.*2. *num.* 5. *Fontanell. de pact. nupt. claus.*4. *in*
princ. num. 6. 7. *pag.mihi* 55. *Aloys. Mans. consult.* 20.
num. 23. vbi latè, & latissimè etiam de materia *Merl.*
*Pignat. contr.cent.*2. *cap.*34. *de Luc.in Theatr.lib.*7.*de*
*donat. discurs.*7.

Aliquando etiam fuit dubitatum, an similes

donationes factæ inter Patrem, & Filium, Virum, &
vxorem, (hæ enim donationes cum ſint vnica lege
prohibitæ l. donationes quas parentes, C. de donat. inter
111 vir. & vxor. æquiparantur inter ſe, & de vna ad aliam
procedit argumentum, vt per Roman. conſil. 227. num.
1. Theſaur. dec. 33. nu. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gl. 7. par. 2. nu. 41. pag. mihi 109. Canc. par. 1. var. cap. 8. de
112 donat. nu 87.) quæ vt diximus de Iure non valent, Iu-
ramento validentur.

Negauit Paul. Caſtr. conſ. 345. num. 3. lib. 1. Gabr. lib. 3.
113 commun. opinion. de donat. concl. 4. num. 4. Ceuall. comm.
contra commun. quæſt. 12. num. 6. & alij relati per Robles
de repræſent. lib. 2. cap. 53. nu. 42. plenè Marc. Ant. Ma-
ceraten. lib. 2. reſol. 49. num. 6. & ſeqq. quem refert, &
non ſequitur Fontanell. vbi ſup. num. 59. & alijs allatis
ita ſentit Andreol. contr. cap. 383. num. 4. Sed quamuis
talis quæſtio, an valeant, nec ne, Donationes inter pa-
trem, & filium, virum, & vxorem ſit dubitabilis, tamen
magis communis hodie inoleuit opinio, quæ affirmat
114 eſſe validas, vt antiquioribus omiſſis firmat Fachin.
contr. lib. 3. cap. 81. verſ. hac poſtrema, Menchac. de ſuc-
ceſſ. creat. lib. 3. §. 29. nu. 14. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 2.
num. 20. Valaſc. conſult. 5. nu. 19. 20. tom. 1. Vin. dec. 453.
num. 1. tom. 3. Milanenſ. dec. 3 num. 87. Fontanell. de pact.
nupt. d. clauſ. 4. gl. 7. par. 5. num. 57. vbi quod hæc opi-
nio eſt communiſſima, & refert Clar. de donat. quæſt. 8.
circa finem, appellans, ineptum Aduocatum qui eam
vellet in diſceptationem deducere, quia in practica
nullam ſoleat habere difficultatem, Hodiern. controu.
cap. 35. num. 60. 61. & talis ſententia latiſſimè etiam
comprobatur ex traditis per D. meum Aloyſ. Manſ.
conſult. 21. n. 14. & ſeqq. & conſult. 22. nu. 18. & ſeqq.
Canc. lib. 1. c. 8. n. 91. Surd. dec. 154. Carpzou. Iuriſpr. for.
par. 2. conſt. 13. definit. 1. & de magis communi opinio-
ne, & hodie in praxi recepta teſtatur etiam D. de Luca
in ſuo Theatr. lib. 7. de donat. diſcurſ. 8. n 15. & diſcur. 29.
num. 8. idque etiam repetit diſcurſ. 40. num. 6.

Dicunt tamen nonnulli id eſſe intelligendum, dum-
modo Donatarius Donatori ſuperuixerit, nam ſi ille
priùs deceſſerit non obſtante iuramento infirmatur,
donatio, & omne donatum ad donantem reuertitur,
115 authoritate text. in l. d marito 18. C. de donat. inter vir.
& vxor. & præ cæteris Bald. conſ. 29. & 398. lib. 1. &
294. lib. 3. Menoch. conſ. 84 vol. 1. Sed re vera hodie talis
ſententia non ſubſiſtit, nam contrariam magis com-
muniter probant Interpretes, quod non obſtante præ-
decedentia Donatarij valeant iuratę donationes inter
virum, & vxorem, parentes, & liberos, vt latiſſimè
116 oſtendit Fontanell. vbi ſuprà nu. 62. Pariſ. conſ. 118. n. 5.
lib. 1. Guttierez. de Iuram. par. 1. c. 4. n. 8 Cancer. d. cap. 88.
n. 88. Sanch. de matr. lib. 6. diſp. 14. & pleniſſimè Robles
de repræſent. lib. 2. c. 23. n. 45. & fuit firmatum in Rota
vt in Ciuitatis Caſtelli Dotis 28. April. 1662. cor. R. P. D
Emerix dec. 113. n. 3 poſt tract. & fuit etiam a me ſupra
probatum lib. 1. cap. 13. num. 23.

Omnia vero ſupra exarata de donatione cauſa mor-
117 tis circa eius validitatem ceſſant ſi donatori placuerit
eam reuocare, nam vtrum valeat necne omninò de-
pendet à voluntate donantis, vt ſunt text. expreſſ. in l.
mortis cauſa 16. ff. de mortis cauſ. Donat. l. omnes 19. ff. ſi
cert. petat. l. qui mortis cauſa 36. ff. de donat. cauſ. mort. &
l. mortis cauſa 25. eodem tit. vbi ait textus, in mortis
cauſa donationibus non tempus donationis, ſed mor-
tis intuendum eſt Carpz. Iuriſpr. for. d. p. 2. conſtit. 2. de-
fin. 9. & cęteris omiſſis D. Aloyſ. Manſ. conſult. 20. nu. 1.
118 Non tamen ob id dicuntur imperfectæ ante mortem
donantis, licet reuocationi ſubiaceant, vt eſt tex. Vul-
pian. in l. non videtur 32. ff. de donat. cauſ. mort. ponde-
119 rando illud verbum videtur, quod ſecundum ſuam ſi-
gnificationem propriam accipiendum eſt, vt ſcilicet
ſignificet hanc donationem verè quidem perfectam,
re tamen ipſa non videri perfectã, quia reſolui poteſt,
vt latiùs oſtendit Merend. contr. lib. 14 c. 26. n. 3. & ſeqq.

Et reuocabilitas adeo eſt connaturalis donationi
cauſa mortis, vt nonnulli ſint arbitrati, nequaquam
effici poſſe, quin donatio cauſa mortis irreuocabilis 120
ſit, quod videtur confirmari ex ſententia Marciani in l.
vbi donatur 27. eodem tit. qui ait, vbi ita donatur mortis
cauſa, vt nullo caſu reuocetur, cauſa donandi magis eſt,
quam mortis cauſa donatio, & perinde haberi debet, at-
que alia quæuis inter viuos donatio, vnde tenent magis
communiter Interpretes hanc donationem ſub com-
memoratione mortis factam, cum clauſula de non re
uocando, aſſumere naturam donationis inter viuos, 121
vt per Clar. §. donatio, qu. 4. Honded. conſil. 40. num. 59.
vol. 1. & alij cumulati per Harpret. in addit. ad Clar.
vbi ſuprà num. 4. plenè Pyccard. 1. tit. Inſt. de donat.
num. 6. & ſeqq.

Sed contraria opinio, quod donatio cauſa mortis
adhuc retineat propriam naturam donationis cauſa 122
mortis, non obſtante quod contineat pactum de non
reuocando, probatur ex textu claro in l. Senatus 35. ff.
de donat. cauſ. mort. vbi Paulus ait, ſic & donari poteſt,
vt non aliter reddatur, quam ſi prior ille qui acceperit
deceſſerit, ſic quoque donari poteſt mortis cauſa, vt nullo
caſu ſit repetitio, ideſt, ne ſi conualuerit quidem dona-
tor, & cum Paulo concordat Marcell. in l. ſi alienam
13. in fine, ff. eodem, ibi, ſic quoque poteſt donari mortis
cauſa, vt nullo caſu ſit eius repetitio, ideſt, ne ſi conualue-
rit quidem Donator, & hanc ſententiam vti veriorem
amplectitur Fab. de error. pragm. decad. 45. err. 1. per tot.
vbi plura in corroborationem talis opinionis addu-
cit cum alijs congeſtis per Harpret. ad Clar. d. §. donatio
q. 4. num. 3. quibus addo Merend. contr. lib. 14. cap. 24.
num. 10. vbi reprobat opinionem tenentium donatio-
nem cauſa mortis ſtante pacto de non reuocando ef-
fici donationem inter viuos.

Tripliciter autem tales donationes cauſa mortis 123
reuocationem patiuntur, ſcilicet, ſi donator ſaluus
euaſerit, ſi eum pœnituerit, & ſi donatario ſuperuixe-
rit, l. non omnis 19. ff. ſi cert. pet. l. ſi mortis, 29. l. Sena-
tus 35. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort. Gomez var. lib. 2. c. 4.
num. 15. Pycchard. princ. tit. Inſt. de donat. num. 5.

Quòd enim per reconualeſcentiam donatio cauſa
mortis reuocata dicatur, conſtat ex diſpoſitione text. 124
in l. Senatus 35. in princ. ff. de donat. cauſ. mort. vbi, quod
donator ſe potius habere vult, quam eum, cui donat, & la-
tè oſtendit Merend. contr. lib. 14. c. 24. nu. 3. in fin. Bar-
boſ. l. qua dotis 34. num. 88. ff. ſol. matrim. Per pœniten-
tiam verò poteſt reuocari donatio cauſa mortis, ſiue
tacita ſit reuocatio, ſiue expreſſa, & præcipuè tacitè
præſumitur reuocata donatio cauſa mortis per inimi- 125
citias poſtmodũ obortas inter donatorem, & donata-
rium, De Luc. in Theatr. lib. 7. de donat. diſcurſ. 37. nu. 5.
vbi exemplificat in marito ſequuta thori ſeparatione.

Vlterius ſemper dicitur reuocata, quoties donator
de bonis donatis, vel inter viuos, vel in vltima volun-
tate diſponit, Oldrad. conſ. 545. n. 5. verſ. ſecunda ratio, 126
Cancer. lib. 1. var. c. 8. nu. 41. Barboſ. vbi ſup. nu. 102. verſ.
vnde contrarium, Grat. c. 172. n. 1. & ſeqq. Donat. Ant. de
Mar. c. 70. n. 5. lib. 2. Fab. de err. pragm. decad. 46. err. 7.

Quod eſt intelligendum, ſi ſpecialiter de rebus do- 127
natis diſponat, ſecus ſi generaliter Menocch. de præſ.
lib. 3. præſumpt. 53. nu. 14. Grat. diſcep. 172. nu. 5. Cancer.
var. d lib. 1. c. 8. nu. 41. Hodiern. contr. c. 35. n. 34. Fab. de
err. pragm. decad. 46. err. 7. nu. 6. Rot. in Rom. Donationis
4. Dec. 1665. §. cæterum cor. R. P. D. Beuilaqua Vrbis Gu-
bernatore, & præcipuè ponderat diſpoſitionem donã- 128
tis, qui alteri reliquerat bona ſua, nam appellatione
bonorum ſuorum non veniunt bona alteri donata.

Cœterũ talis reuocatio ſolum poteſt fieri per dona-
torem, non verò per eius hæredem, facultas ſiquidem 129
reuo-

reuocandi non transit regulariter in hęredem, *Thesaur. dec.70.nu.9.* & ibi *add. Sanchez de matrim.lib.1.disput.6. post num.5. Cancer. var. lib.1. cap. 8. num. 41. dec. 360. num. 37. par.11. rec.* & latè supra firmaui *lib. 2. cap. 13. num.124.*

Demum quod per obitum Donatarij ante Donantē
130 omnino Donatio corruat habetur ex *l. 12. & tot. tit. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 1. l. si mortis causa ff. de donat. caus. mort. Gomez. tom. 2. var. c.4.num.19. vers. secundo Mantic. de coniect. lib.2. tit.7. num.10. Borell. summ. decis. tom.3 tit.10. nu.25. Cancer. lib.1. var. c.8. num.87. in fin. Fontanell. de Pact. nupt. claus.4. gl.3. num.12. pag.79. Altogr. cons.69. nu.39. Augustin. Barbos. vot. decis. lib.3. vot. 126. nu.109. de Luc. d. lib. 7. de donat. discurs. 29. nu.5. Rot. in Ciuitatis Castelli Dotis 28. Aprilis 1662. cor. b. m. Emerix decis.113. nu.4. post tract.* & dixi etiam *lib.1. c.16. nu. 7.* & tunc tantùm valet donatio causa mortis mortuo Donatario ante Donantem, quando adest Iuramentum, vt supra vidimus *nu.116.*

Quando verò tam vir, quàm vxor eodem facto decedunt, & nescitur, quis eorum super vixerit, valet
131 nihilominus donatio ex *text. in l. cum hic status §. si ambo ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si inter virum ff. de reb. dub. l. si is qui inuicem ff. de donat. caus. mort. Conarr. lib. 2. var. cap. 7. num. 8. versic. quinto Mantic. d. tit.7. num.10. Menocch. de præsumpt. præsumpt. 37. nu. 43.* optimè *Altogr. cons.69. nu.39. lib. 1.* & affert optimam rationem, scilicet, quod cum ad irritam reddendam donationem requiratur superuiuentia Donantis non dicitur superuixisse, dum ignotus est ordo mortis eorum, & sic donatio confirmatur, quia verificantur verba legis confirmantis, & deficiunt ver-
132 ba legis prohibentis, & ita etiam firmat, *August. Barbos. vot. decis. 126. numer. 101. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 7. part. 2. numer. 38. & seqq.* qui loquitur in donatione facta à Patre Filio, & reprobat expresè *Emanuel. à Costa in l. qui duos §. cum in bello ff. de reb. dub. numer. 16.* contrarium tenentem, & latissimè de materia discurrit, de qua etiam scilicet, an præsumatur prius mortuus vir, vel vxor, Pater, vel Filius &c. dum est incertum, quis
133 eorum prius decesserit, plura tradunt idem *Altogr. d. cons.69. per tot. lib.1. Zacch. quæst. medic. legal. lib. 5. tit.2. quæst. 12.* & alij relati per *Fontanell. vbi supra proximè num.47.*

Vtiliter etiam disputari solet, quomodo dignoscatur Donatio inter viuos à donatione causa mortis, nam si est Donatio inter viuos non subiacet reuocationi, si vero est donatio causa mortis potest semper reuocari,
134 vt supra vidimus, vt per *Clar. d. §. donatio quæst. 4. nu.2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 3. in princ. Capyc. Galeot. contr. 11. nu.2. lib.2.*

Vt hoc assequamur, in primis obseruandum est, quomodo disponens donationem denominauerit, nam talis reputatur, qualis a donatore fuit appellata *l. non*
135 *aliter ff. de leg. 3. l. Labeo ff. de suppellectil. legat.* & alij apud *Aloys. Mans. consult. 22. num. 26.* vnde si donator exprimit in donatione se donare inter viuos, donatio semper erit inter viuos non causa mortis latè *Sim.*
136 *de Pret. de interpr. vlt. vol.* in loco infra allegando *solut. 14. nu.3. pag. mihi 110. Mans. consult. 21. nu.26. & d. consult. 22. nu.4.5. Capyc. Galeot. d. contr. 21. nu.8. lib.2. Rot. dec.9. nu.2.3. par.7. rec.*

Quo casu etiamsi in donatione facta sit mentio mortis, non amittit nihilominus Donatio suam naturam
137 vt sit donatio inter viuos, nam de morte intelligitur cogitatum ad ostendendum executionem donationis fuisse dilatam in tempus mortis, non verò alteratam ipsius donationis substantiam *Capyc. Galeot. d. contr. 21. nu.2.3. Fontanell. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 3. nu.6. dec.9. nu. 2. par.7. rec. Vrceol. contr. c.54. nu. 8. Barbos. d. l. quæ dotis*

nu.95. ff. sol. matr. vbi ait, quod vbi donatur causa mortis, & tamen exprimitur, quod valeat in vim donationis inter viuos, stabitur expresso, & tunc mortis censebitur facta mentio per modum dilationis, vt scilicet executio fiat post mortem donantis, & *Surd. cons.450. nu.54.* & alij apud *Fontanell. vbi supra n.9.* tenent, quod eo casu mentio mortis operatur, quod donans toto tempore vitæ suæ retinebit vsumfructum Bonorum donatorum; In dubio tamen potius censenda est donatio inter
viuos, quam causa mortis iuxta *text. in l. Seia 42. §. fin.* 138
ff. de donat. caus. mort. & Barbos. vbi supra d. l. quæ Dotis nu.84. in fine Sim. de Pret. de interp. vlt. vol. lib.2. interp. 1. dub. 1. sol. 14. in princ. pag. mihi 109. terg. vbi quod simpliciter, & absolutè appellatione donationis venit
donatio inter viuos, & tenet etiam *Mart. Medic. exam.* 139
52. nu.19.

Quando autem non constat de expressa nominatione donantis, tunc verba in ipsa donatione inserta consideranda sunt, nam si in ea facta sit mentio mortis, donatio potius dicitur causa mortis, quam inter viuos; si vero non sit facta mentio mortis, potius inter viuos,
quam causa mortis dicitur *Clar. §. donatio quæst. 4. nu.* 140
2. Gomez lib.2. var. c.4. nu.15. Crass. sent. §. donatio causa mortis qu.1. nu.2. Tusc. tom.2. pract. lit. D. concl. 655. add. ad Clar. d. §. donatio quæst.4. nu.1. Fontanell. d. claus.4. gl.3. nu.1. Franc. dec.436. nu.2. Barbos. d. l. quæ Dotis nu. 85. ff. sol. matr. & nu.94. Buratt. dec.581. nu.1. Mans. d. consult. 20. nu.8. Sim. de pret. loc. cit. nu.7. pag.108. terg. Io. Bapt. de Luc. in suo Theatr. lib.7. de Dot. discurs.37. num.2. Mart. Medic. exam.52. nu.20.

Imò quamquam expresè non sit facta talis mentio, tamen si verba habent eamdem vim, ac si fuisset facta mentio mortis censetur nihilominus causa mortis, vt si dicat Donator se bona sua donare vxori, si eam sibi superstitem mori contigerit, *Thoming. decis.20. num 8.*
quem refert, & sequitur *Harprect. ad Clar. d. quæst. 4.* 141
num.2. Sanchez de matr. lib.6. disput. 10. num.3. idem de Luc. vbi supra discur.37. nu.3.

Vel *quæ Bona reperientur mea tempore mortis meæ do-*
no filijs meis idem Harprect. loc. cit. & faciunt tradita 142
per *D. meum Aloys. Mans. consult. 20. n.12.13.* An verò dicatur causa mortis, quando donans dicit se donare post mortem, est quæstio satis dubia, vt videre est apud *Barbos. sol. matr. d. l. quæ Dotis nu.94. Fab. de err. pragmat. decad. 45. err.2.* Et prædicta de plano procedunt in donatione facta a Sano, sed quando agitur de donatione ab infirmo facta, multi tenent donationem censeri causa mortis, licet de morte non sit facta mentio, vt
Butrius relatus à *Clar. d. §. donatio quæst.4. nu.3.* & cæteri 143
apud *Aloys. Mans. consult.22. num.1.* Sed contrarium, quod siue à sano, siue ab infirmo donatio procedat, dicatur inter viuos, quando de morte non fuit facta mentio in donatione *Guliel. de Benedict. c. Raynutius verb.*
testam.4. num.21. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 13. num.3. 144
Mans. vbi supra proximè num.2. Barbos. d. l. quæ Dotis nu. 85. vers. prima.

Et probatur etiam ex *textu in l. Seius §. final. ff. de Donat. caus. mort.* vbi, quod talis videtur potiùs moriens, quam mortis causa donare, & in hac opinione residet *Clar. d. quæst.4. numer. 3. in fin.* explicat tamen idem *Clar.* id esse intelligendum in casu, quod
Donatio facta sit in forma Contractus præsente par- 145
te, vel Notario pro ea stipulante, secus vero si esset facta ad formam Codicilli, vel testamenti, absente parte, & nullo pro eo stipulante, tunc enim ait, quod tutius est adhærere opinioni *Butrij*, & est etiam pulchra alia conciliatio assignata per *Barbos. vbi supra d. numer. 87. in fin.* quod aut infirmus expressit se donare, quia timebat mori ex illa infirmitate, vel in periculo constitutus declarauit se donare propter instans periculum, & tunc procedit prima opi-

nio, quod sit causa mortis, secus vero si mortis, vel
Instantis periculi non fiat mentio, quia tunc erit in-
ter viuos; Valde enim differt, an prædicta verba,
se facere donationem ob instans periculum, sint pro-
lata à sano, vel ab infirmo, nam primo casu sem-
per erit donatio inter viuos, quia tunc timor mor-
tis semper durat, vt latius per *Barbos. d. l. quæ Dotis*
*num.*88.

Verum tamen est, quod sola mentio mortis do-
nationem mortis causa non facit, si ex circumstantijs
147 aliud actum appareat, ait *Carpz. Iurisprud. for. par. 3.*
const. 1. defin. 39. num. 1. Vnde non tantum requiritur
ad constituendam donationem causa mortis, quod in
donatione facta sit mentio mortis, sed vlterius, quod
148 sit collata in tempus mortis *Clar. d. §. donatio quæst. 4.*
num.4. Sim. de Pret. vbi supra fol. 13. num. 17. pag. mihi
109. Mans. d. consult. 20. num. 5. & admittit *de Luc. in suo*
Theatro lib. 7. de dot. discurs. 38. nu. 3.

Tunc enim donatio naturam donationis inter viuos
retinet, licet in ea sit facta mentio mortis, quando
effectus, & executio obligationis in euentum mortis
differtur, atque adeo dilationis tantum gratia in ver-
bis executiuis mentio mortis fiat, vt si dicat Dona-
149 tor, *dono tibi talem rem, vel pecuniam soluendam post*
mortem, vel dono tibi fundum retento mihi vsufructu
pro vita mea, & vsque ad mortem d. l. Seia 42. §. vlt.
ff. de mort. caus. donat. l. 1. C. vt action. ab hæred. & con-
tr. hæred. Menocch. lib 3. præsumpt. 35. num. 4. & alij plu-
res relati per *Harprect. ad Clar. d. quæst. 4. num. 5. Fonta-*
nell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 3. num. 2. & hanc distin-
ctionem sequuntur communiter omnes, vt per *Capyc.*
Galeot. lib. 2. contr. 20. nu. 4 5. D. Io. Bapt. de Luc. vbi su-
pra de Dot. discurs. 38. nu. 4. Barbos. d. l. quæ Dotis nu. 86. ff.
sol. matr. Sim de Pret. d. fol. 14. nu. 9. pag. 110.

Sed difficultas est in cognoscendo, quando mentio
mortis adjecta sit gratia dilationis, vel ad denotan-
dum substantiam dispositionis. Et hanc quæstionem,
150 quam nodosam appellat *de Luc. d. lib. 7. de Dot. discurs.*
38. nu. 4. de qua etiam plura apud *Cald. de nominat. em-*
phyteut. tom. 3. c. 2. nu. 46. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4.
gl. 3. num. 5. Barbos. d. l. quæ Dotis nu. 109. & seqq. conie-
cturis, & præsumptionibus solent DD. soluere, quibus
cessantibus potius dicendum est percutere substantiam
Donationis, vt plenè *Barbos. vbi supra d. num. 109.*

Et in primis est notandum an mentio mortis sit adie-
151 cta verbis dispositiuis importantibus substantiam do-
nationis, & tunc censetur causa finalis, quæ mouit do-
nantem ad donandum post mortem, & non ante, secus
cum adijcitur verbis executiuis, quia solum apponitur
152 gratia demonstrandi tempus *Roland. cons. 8 nu. 3. 4. lib. 1.*
& cons. 61. nu. 12. eadem lib 1. Capyc. Galeott. lib. 2. contr.
21. num 4. & propterea primo casu donatio dicitur cau-
sa mortis, secundo casu dicitur inter viuos, ex regula,
quod vbi fit mentio mortis per modum causæ finalis,
dicitur donatio causa mortis, quando vero per modum
causæ impulsiuæ, inter viuos *Barbos. d. l. quæ Dotis num.*
109.

Vlterius est notandum an mentio mortis facta sit in
diuersa, & separata oratione, vel potijs in eadem, &
sub vnico verborum contextu cum donatione ipsa,
nam primo casu procedit doctrina supra allata, quod
tunc dicitur causa impulsiua, & denotat donationem
153 esse inter viuos, secus vero si proferatur in eodem Do-
nationis contextu, quia tunc etiamsi mentio mortis
adiecta sit verbis executiuis, nihilominus adhuc censen-
da erit donatio causa mortis, quia cum vnica sit oratio,
mentio mortis etiam principalem dispositionem res-
puit, adeo vt dicatur causa finalis donationis, quæ indu-
cit donationem causa mortis, *Gamm. dec. 103.* quem re-
fert, & sequitur *Capyc. Galeott. lib. 2. contr. 21. nu. 7.* & fir-
mat etiam *Barbos. d. l. quæ Dotis nu. 110.*

Ac etiam plurimum facit pro donatione inter viuos
clausula, *omni meliori modo*, adiecta donationi ipsi, vt
per *Rot. dec. 366. nu. 11. & seqq. par. 1. diuers. D. Io. Bapt. de* 154
Luc. in suo Theatro lib. 7. de donat. discurs. 38. nu. 6.

Aliquando verò contingit, quod donatio pro vna
parte videatur causa mortis, & pro alia inter viuos, vt-
potè quando expressè quis dicit donare causa mortis,
adiecto pacto de non reuocando, & tunc dubitatur, an
verè donatio sit censenda inter viuos, vel causa mor-
tis.

Multi probant donationem esse censendam inter vi-
uos, quia promissio de non reuocando eam efficit ta-
lem *tex. in l. vbi ita donatur ff. de donat. caus. mortis Didac.* 155
in rubr. de testam. 2 parte, post num. 11. Natt. cons. 104. nu.
7. Clar. d. §. donatio quæst. 4. nu. 5. vbi, quod hæc qualitas,
quod sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donationi
causa mortis, vt sit illi incompatibilis, & necesse sit hoc
casu interpretari illud verbum *causa mortis* positum in
donatione, quod significat donantem potius motum
fuisse ad donandum propter causam mortis, quam
quod voluerit mortis causa donare, & hanc opinio-
nem sequuntur etiam nonnulli relati per *add. ad Clar. d.* 156
quæst. 4. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 21.
par. 2. num. 57. vbi plura, & *num. 74.* ampliat etiamsi in
donatione adsit numerus quinque testium *Buccafer res-*
pons. 79. num 10. Sim. de Pret. de interpetr. vlt. vol. d. so-
lut. 14. num. 9. & seqq. Barbos. d. l. quæ Dotis num. 113. vers.
vltimo limita Capyc. Galeot. d lib. 2. contr. 21. nu. 9. Rot. dec.
9. nu. 9. & seqq. vbi latè de materia *par. 7. rec. Molin. de*
Hisp. primog. lib. 4. c. 2. nu. 40. & seqq. Mans. consult. 21.
nu. 29. Carpz. Iurisprud. for. part. 3. const. 1. defin. 39. Mart.
Medic. exam. 32. nu. 21.

Sed quod nihilominus dicatur donatio causa mortis
supra probauimus *num. 122.* & hanc sententiam admit-
tit etiam *d. D. de Luc. d. lib. 7. de Dot. discurs. 38. num. 8.*
& seqq. vbi, qood quando expressè constat de volun-
tate Donantis velle facere donationem causa mortis,
pactum de non reuocando tamquam naturę actus con-
trariom, remanet potius vitiatum ex ratione *tex. in l.* 157
cum precario, ff. de precar. & ita etiam concludit *Barbos.*
d. l. quæ Dotis num. 120. vers. limita 3. vsque ad num. 126.
Valenzuel. consil. 63. n. 34. Gutierez quæst. 77. lib. 2. quos
referunt *add. ad Molin. lib. 4. par. 2. num. 40. & seqq. Aloys.*
Mans. consult. 20. num. 16. vbi, quod promissio de non
reuocando intelligitur secundum propriam naturam
Contractus, non quod efficiat irreuocabilem donatio-
nem causa mortis sua natura reuocabilem, adeo vt sit
sensus, quod promittere voluerit Donator donationem
obseruare iuxta ipsius naturam, nempè quatenus re-
uocata non sit; temperat tamen hanc conclusionem
consult. 21. num. 20. in casu quod vltra promissionem 158
de non reuocando adsint aliæ clausulæ denotantes do-
nationem esse inter viuos, & irreuocabilem, pro-
vt etiam hanc conclusionem limitat, & ampliat iux- 159
ta qualitatem verborum adiunctorum, *Barbos. d. l.*
quæ dotis num. 115. vsque ad 135. Simon de Pret. d. solut.
14. numer. 20. & seqq. & præcipuè tenet *de Luc. vbi*
sup. d. discurs. 38. numer. 9. & Barbos. loc cit. numer. 114.
promissionem de non reuocando non posse immutare
donationem causa mortis, vt transeat in donatio- 160
nem inter viuos, quando non sumus in donatione facta
per viam Contractus præsente parte, vel Notario pro
ea stipulante, vel saltem cum Iuramento, sed potius in
dispositione habente naturam vltimæ voluntatis, quia
tunc videtur potius non versari in casu legati, vel alte-
rius vltimæ voluntatis, quo casu expressio irreuocabili-
tatis nullo pacto attenditur.

Sic etiam apud nonnullos est in confesso donationem
licet factam cum expressione mortis censeri inter vi- 161
uos, quando confertur in donatarium, & eius hæredes,
eo quia mortis causa donatio ad hæredes non transfe-
ratur,

162 ratur, vt Crauett.consf.314.nu.8.Roland.à Vall.consf.8 nu.
19.vol.1.Harprecht.ad Clar.vbi sup.num.6. Barbos.d.l.quæ
Dotis nu.112.vers.quarto principaliter.

Sed contrarium tenent Dec.Crott.& Alciat. & alij
163 plures apud Barbos. vbi supra d. num. 112. vers. contrarium tamen, & in hac opinione figit pedem Ant.Fab.de
err.pragm.decad.47.err.6. vbi concludit hoc casu donationem causa mortis esse duplicem, vnam, quæ collata fit in personam primi Donatarij, aliam, quæ in hæredes ipsius, si ante Donatorem mori contigerit.

Et pariter est communiter approbata sententia,
quod si donatio facta sit sub commemoratione mortis, & duo tantum testes sint adhibiti, non vero quinque
164 prout requiritur in donatione causa mortis l. vlt.C. de
donat.caus.mort.Sim.de Pret de interp. vlt.vol. d.lib.2. interp.1.dubit.1.solut.vlt. num.29. pag.311. terg. ne videatur Donatorem elegisse viam, qua sua dispositio euertatur, & pereat, dicendum est potius fuisse donationem
165 inter viuos, quam causa mortis l.similes 3. ff. de testam.
milit.Bertrand.consf.88.num.2.vol.2. Mantic.de coniectur.
d.tit.13.nu.15.Harprecht ad Clar.d.quæst.4 num.7.Cyriac.
contr.314.num.14.

Sed talis coniectura reprobatur à Barbos.d.l. quæ Dotis num. 105. vbi tenet non esse necessarium in donatione causa mortis numerum quinque testium, nisi ad hoc, vt valeat donatio non insinuata, vt etiam supra
166 notaui num. 23. & hæc sententia placuit etiam D. de
Luc. d.discurs.38. num.7. vbi, quod talis coniectura alicuius est ponderis, quando concurrant aliquæ, & quidem considerabiles: alias enim si verba, vel potentiores coniecturæ contrarium suadeant, illa remanet nullius roboris, quoniam de vento essent leges præscribentes numerum quinque testium sub pæna nullitatis actus, si tali numero deficiente ille actus resoluendus esset in donationem inter viuos.

Demum nonnulli dicunt donationem inter viuos interpretari non obstante mentione mortis, quando fit
167 personæ coniunctæ, & valde dilectæ Roland.à Vall.consf.
61.nu.49.vol.2.Caualcan. dec.42. nu.9. add. ad Clar. d.§.
donatio qu.4. in fin.

Sed reprobat hanc conclusionẽ Barbos. d.l. quæ Dotis nu.98. vbi quod coniunctio solum facit præsumi donationem inter coniunctos, si de parua quantitate agatur
168 l.si seruus, ff.de donat.inter vir.& vxor. non autem reperitur, quod aduersus verborum proprietatem inducat donationem inter viuos inter coniunctos.

Illud tamen non controuertitur, quod eo casu donatio potius interpretetur inter viuos non obstante mentione mortis, quando plura vnita concurrunt. scilicet promissio de non reuocando, pactum constituti, Iuramentum, numerus solum duorum testium, & similia, quæ nullo modo donationi causa mortis
169 conueniunt, vt latè firmauit Rot. Bonon. apud Vrceol.
lib.2.consult.for. cap.54. num.6. Fontanell. de Pact. nupt.
claus 4.gl.21.par.2.num 71.& seqq. Aloys.Mans. consult.
21.nu.27.Sim.de Pret.d.solut.14.num.27. & seqq. Royas
dec.315.num.7.

An autem donatio causa mortis dici debeat Contractus, vel vltima voluntas quæri potest; & respon-
170 de, quod licet antiquitus magna esset inter Iurisprudentes altercatio, vtrum Donationes causa mortis le-
171 gatis, an donationibus inter viuos possent comparari,
alij enim eas vltimis voluntatibus aggregabant, alij eas
inter donationes inter viuos ponebant, vt tradit Iustin.
172 §.1.Inst.tit.de donat. & ibi obseruat Pycehard. num. 13.
tamen noua Iustiniani constitutione sancitum fuit, eas vltimis voluntatibus ferè per omnia æquiparari, vt idem Imperator effatur in d.§.1.Inst.tit. de donat.l. fin.C.
de donat.

Et quamquam videretur etiam Iurisconsultorum tempore dispositum, quod donationes causa mortis

essent legatis comparatæ ad tex. in l. Marcelius 15. §. 173
Paulus notat, l. illud 37. l. si debitor 17. l. omnibus 9 ff.de
donat. caus. mort. tamen ad obiectum benè respondet Pycehard. vbi sup. num.14. vers. cui difficultati, quod verè ante Iustinianum id erat incertum, & quod ex Iuribus in contrarium allatis, non infertur ad omnimodam comparationem, vt ibi per eum.

Iure merito Iustinianus in d.§.1. Inst de donat. non dixit absolutè legatis eas esse omnino comparatas, sed
vsus fuit verbo ferè, vt, per omnia ferè legatis connume- 174
rentur; nam licet in multis cum ipsis legatis, & vltimis voluntatibus conueniant, tamen in pluribus differunt etiam hodie, vt infrà videbimus, & notat etiam Merend.
contr.lib.14.cap.26. num.6. & seqq.

Et præcipuè in eo differunt, quod licet filiusfamilias testari non possit, neque etiam accedente Patris consensu, vt latè fuit firmatum cap. antecedenti num. 283. tamen interueniente Patris consensu donare poterit causa mortis, & sic in hoc potius donatio causa mortis, assimilatur dispositioni inter viuos, quam le-
gati, vt latè idem Pycehard. vbi sup. priue.tit. de donat. 175
num.20.Hodiern. contr. cap. 35. num. 19. Arias de Mesa 176
var.lib.2.cap.1.num.11.14.

Vlterius regulariter donatio fieri non potest nisi præsenti, vel legitimæ personæ pro eo acceptanti vt supra diximus num.44. hoc autem in legato non requi-
ritur, vt in terminis Hodiern.contr.d.cap.25.num.33.Bel- 177
lon.de Iur.accresc.lib.6.quæst.22.num.1.2.Merend. contr.
lib.14.cap.24.num.14.

Item donatio causa mortis per generalem disposi-
tionem non reuocatur sicuti legatũ Hodiern.d.c.35.n.34 178
Nec contra Donatarium interdictum adipiscendæ da-
tur, sicuti contra legatarium Menoch.de adipisc.remed. 179
2.num.80.Hodiern.d.c.35.num.39.

E contra vero Donatio causa mortis videtur posse
assimilari legatis, quia ex ea detrahitur legitima Pere- 180
gr.de fideic.art.36.num.124.Mart.summ.succ.legal.par.4.
quæst.21.art.9.num.6.

Ad instar legatorum, Falcidiam patitur l. cum Pater 181
79.§.eorum, ff.de leg.2.l.vbi donatur 27.ff.de mort.caus.donat. Molin.de Hisp.primog.lib.1.cap.12.num.10. Sanchez de matrim.lib.6.disput.14. num.4. & alij apud Hodiern.
d.contr.35.nu.10.& nu.51. vers.& licet, vbi tamen dicit, quod apud nonnullos admittitur in illo dumtaxat casu, quod donatio sit facta in testamento, vel Codicillis, aut in illis confirmata.

Ac Trebellianicam, Bart.in l.executorem, C. de exec.
rei iudic. (licet contra sentiat quoad Trebellianicam
idem Hodiern.d.cap.35. num.54. vbi plures concordan- 182
tes allegat.)

Et sicut in vltimis voluntatibus, ita in donationi-
bus causa mortis habet locum Ius accrescendi Bellon. 183
de Iur.accresc.c.6.qu.22.num.9. & seqq. & alijs cumulatis Hodiern.d.contr.35.num.13. cum similibus, de quibus infra num.249.

Tam in donatione causa mortis, quam in legatis fit
diminutio propter æs alienum, l.circa legem Falcidiam 184
ff.ad l.Falcid.Fab.in C.de mort.caus.donat. defin.5. in fin.
Hodiern. vbi sup. num.15. vbi numer.16.17. aliæ etiam afferuntur similitudines in quibus Donationes causa mortis, & legata conueniunt, & ea præcipuè, quod qui potest testari, etiam mortis causa donare potest,
l. Aurelius, §. Caius, vbi gl. ff. de libr. legat. Gabr. consf.42. 185
num.12. lib.1. Fab. de err. pragm. d. decad. 45. err. 7. numer.23.

Vnde ad conciliandum has inter sese discrepantes opiniones dici solet donationem causa mortis quoad modum, & ordinationem æquiparari contractui, & dispositioni inter viuos, sed postquam est in esse deducta ad effectum, & efficaciam, vltimam voluntatem, & legatum censeri, vt latissimè Clar. d. §. fin. quæst.5. in princ.

princ. & propterea dicit, quod si statutum disponat, quod in Contractibus conficiendis debeant interuenire duo Notarij, ita seruandum erit in donatione causa
187 mortis; si vero aliud Statutum disponat, quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, pari-
188 ter Donatio causa mortis habebit executionem paratam, quia illud Statutum disponit circa Contractus, prout sunt in fieri, meritò comprehendit Donationem causa mortis; hoc autem disponit in vltimis voluntatibus iam in esse deductis, & ob id locum habet etiam in donatione causa mortis; è conuerso autem si Statutum disponat, quod in vltimis voluntatibus conficiendis debeant interuenire duo Notarij, non comprehendet donationem causa mortis, & hanc di-
189 stinctionem afferunt etiam *Hippol. Riminald. princ. tit. Inst. de donat. num. 572. & seqq. Mart. Medic. exam. 52. num. 12. Cancer. lib. 2. var. cap. 22. num. 68. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 12. num. 16. Hodiern. d. c. 35. nu. 20.* & admittit etiam *D. Io. Bapt. de Luc. in suo Theatr. lib. 7. de donat. discurs. 39. num. 3.*

Sed nihilominus hæc quoque regula aliquando fallit, scilicet, quod donatio causa mortis etiam post-
190 quam est in esse deducta non possit omnino legatis comparari, nempe in eo, quod licet legata non debeantur nisi adita hæreditate, tamen donationes causa mortis sola morte donantis confirmantur, & deben-
191 tur etiam hæreditate non adita, *Clar. d. §. donatio quæst. 5. nu. 2. Sanchez de matrim. d. lib. 6. disput. 15. nu. 5. Faber. de err. pragm. decad. 43. err. 1. nu. 12 & decad. 45. err. 5. Hodiern. contr. d. c. 45. err. 6.*

Et pariter licet annuum legatum dicatur continere plura legata, tamen annua donatio causa mortis cen-
192 setur vnica donatio, vt firmat *Harprecht. in addit. ad Clar. d. quæst. 5. num. 2.* & plenissimè *Hodiern. d. c. 35. num. 39.* qui *Harprecht.* vlterius ostendit multum esse vtile, quod annua donatio causa mortis sit vnica donatio, & non multiplex.

Regula tamen de qua supra, quod donationes causa mortis in eorum initio assimilari possint Contractibus inter viuos est intelligenda de donatione nulla à principio valida, quia si agatur de donatione nulla à principio, scilicet inter personas prohibitas, vt inter parentes, & liberos, virum, & vxorem, adeo vt opus habeat confirmatione per mortem donantis, tunc etiam in eius initio assimulatur vltimæ voluntati, & obtinet vim relicti, vt in terminis donationis inter pa-
193 rentes, & liberos *Merl. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 29. nu. 1. & seqq. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 12. nu. 9. 10. Tiraquell. ad l. si vnquam C. de reuoc. donat.* & alij, quos refert, & sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 7. par. 2. num. 57. pag. mihi 111.* optimè *Hodiern. d. contr. 35. num. 21. 22* vbi auctoritate *Fabri*, dicit, quod hæc confirmatio inducit Officium Arbitri familiæ erciscundæ ad faciendam adiudicationem, ad hoc, vt res quæ
194 donata fuit, præcipua retineatur *l. filiæ 18. C. fam. ercisc. l. cum pater 77. §. pater pluribus ff. de leg. 2.* quod quidem Iudicium famil erci sc. locum non habet nisi inter cohæredes *l. 1. §. cum putarem 36. ff. eodem*, & sic filius iudicio prædicto vti legatum quantitatem donatam præcipere videtur, & ita etiam firmauit *Mart. Medic. in addit. ad exam. 52 num. 12* vbi expressè ait, quod si donatio à principio non valet, sed solum mor-
195 te confirmetur, vt est illa inter coniuges, & illa inter Patrem, & Filium, tunc in omnibus, & per omnia assumit naturam vltimæ voluntatis.

Et propterea ex huiusmodi donatione sic confirma-
196 ta absque dubio detrahitur Falcidia, vt ait *Fontanell. vbi supra num. 15. Clar. d. §. donatio quæst. 9. num. 6. in fine.*

Et eiusdem naturæ, ni fallor, sunt donationes sinè
197 factæ inter personas prohibitas, siuè non, quando non sunt initæ ad formam Contractus parte præsente, vel Notario stipulante, sed ad formam testamenti, legati, vel Codicillorum, scilicet absente parte, & nulla persona pro donatario stipulante, nam tunc verè in omnibus, & per omnia assimilantur legatis, & vltimis voluntatibus tam in actu productionis, quam postquam fuerint in esse productæ, vt benè firmat *Clar. d. § donatio quæst. 5. num. 3.* vbi ponit casum in eo, qui fecit donationem in testamento, & dicit, quod si est facta præsenti, censetur donatio causa mortis, sed si est facta absenti valet in vim vltimæ voluntatis, & faciunt etiam tradita per *Tyecbard. princ. tit. Inst. de donat. nu.* 198
20. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 1. num. 11. 14. Hodiern. d. c. 35. num. 19. & sic etiam benè distinguit *Menocch. cons. 11. num. 21.* vbi, quod hoc casu dum est facta per modum vltimæ voluntatis, nulla adhibita Notarij stipulatione, nullo pacto, nullaue partis præsentia, & hoc casu vere sit vltima voluntas, & idem *Menocch. cons. 423. num. 36.* vbi, quod quando donatio causa 199
mortis facta est absenti, tunc est legatum, & optimè etiam idem *Hodiern. loc. supra cit. num. 48. 49.* vbi, quod eo casu donationes causa mortis indigent legis confirmatione, prout in legatis requiritur, vt dominium, quod fuit viuentis, possit ab eo post mortem in alium transferri, & multis rationibus cumulatis sic etiam firmat doctissimus *Barbos. d. l. qua Dotis num. 106. ff. solut. matrim.*

Ob id cum donationes causa mortis in multis assimilentur legatis, & vltimis voluntatibus, & in pluribus fortiantur naturam Donationum, & contractuum inter viuos, vt supra notauimus *num. 170. & seqq.* & obseruat etiam *Aloys. Mans. consult. 21. num. 8.* 200
9. Bellon. de Iur. accresc. cap. 6. quæst. 22. num. 11. 12. Vinn. in §. 1. Inst. tit. de donat. num. 2. & seqq. hinc est, quod communiter DD. asserunt tales donationes non esse propriè Contractus, vel vltimas voluntates, sed tertiam quamdam speciem diuersam, & distinctam ab vltima voluntate, & à Contractu, vt latè *Menocch.* 201
cons. 11. num. 5. Surdi cons. 71. nu. 11. & alij apud *Molin. de Hisp. primog. lib 1. cap. 12. num. 11. Hodiern. contr. c. 35. num. 48. Tiraquell. de Iur. primog. quæst. 23. num. 10.* vbi ait, quod debet indicari secundum naturam contractus in eo, in quo participat de natura Contractus, & secundum naturam vltimæ voluntatis in eo, in quo participat de natura vltimæ voluntatis, & antea dixerat *Io. Lecirier eodem tract. lib 3. quæst. 4. num. 11.*

An vero talis conclusio vera sit nec ne, & quomodo sit intelligenda, fuit latè disputatum in nostris tribunalibus nisensibus transactis mi casa, in quo prætendebatur quemdam Dominicum Giannini de Castro Piscaliæ Lucensis districtus grauiter infirmum, & pau- 202
cis diebus ante mortem Crumenam Auro plenam dedisse Andreæ Gratiani eius Amico, & Consanguineo, ad hoc, vt eam traderet, sequuta eius morte, Luciæ vxori d. Dominici, & de tali dispositione dicebatur constate ex narratis per d. Andream in eius examine facto ad instantiam Luciæ, vel habentium ab ea causam, in quo sic deposuit.

Che esso testimone, mentre fù ammalato esso Domenico, andò più volte a vederlo, e visitarlo, e con tale occasione il medesimo Domenico diede alcuni Denari ad esso testimone in custodia, con ordinarli, che cosa ne douena far doppo la morte di esso Domenico, dicendoli, eccoui qui questa Borsa, vi hà da esser mille scudi, se non l'hà portati via il Diauolo, questi li lascio alla mia moglie, perche seruino ne suoi bisogni &c.

Et disputatio præcipuè in eo consistebat, scilicet, an ex tali asserta dispositione dicerentur acquisita d. Scuta mille Luciæ titulo donationis, vel alterius Contractus inter viuos, vel potius titulo legati, & vltimæ voluntatis.

Ex

Ex hôc enim resultabat resolutio articulorum, an
talis asserta dispositio diceretur probata per depositio-
nem vnius testis, & alias coniecturas per hęredes Lucię
cumulatas, & an ex hac dispositione imperfecta oriri
posset naturalis obligatio ad impediendam restitutio-
nem d.pecuniæ petitam pro parte hæredum ab intesta-
to dicti Dominici.

Ego qui tuebar Iura dictorum hæredum ab intesta-
to, dicebam clarissimè constare Dominicum voluisse
legare per vltimam dispositionem, nõ vero facere actũ,
vel Contractum inter viuos fauore Luciæ; siquidem
expresse voluit, vt eius vxor pecuniam haberet post
eius mortem, ibi, *con ordinarli, che cosa ne douena fare*
doppo la sua morte; disposuit igitur per vltimam dispo-
sitionem, quę definitur, *voluntatis nostræ iusta sententia*
203 *de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, l.1.ff. de te-*
stam. Quod etiam clarius desumebatur ex alijs verbis
subsequẽtibus, *questi li lascio alla mia moglie*, nã verba *li*
lascio, latinè *relinquo* propriè denotãt actum morientis,
204 qui secum deferre non potest rem relictam *text.in l.1.§.*
fin.ff.de tabul.exhib.Rebuff.de verb.signif.l.67. §. *eodem*
tenore pag.mihi 463.*Dec.consil.86.in fin.* & præcipuè per
hanc formulã loquendi omninò excludebatur Donatio
inter viuos, cui numquam congruit verbum *relinquo*,
Rebuff.l.propemodum 88.*vers.relinquit me hæredem*, *ff.*
205 *eodem tit.Cuiac.l.cum hi* 8.*ff.de transact.* ibi *relinquimus*,
cum morimur, damus cum viuimus, & *in l.2.C.de natural.*
lib. separantur verba largiendi, & relinquendi, vt hoc
ad testatoris legata, illud ad donationes pertineat, vt
post *Brisson.* quem allegat, tenet *Arias de Mesa var.lib.*
2.*c.1.num.*8. vbi, quod ita etiam placuit Sacro Concilio
Neapolitano: & pariter etiam nullatenus poterat re-
ferri ad donationem causa mortis, quia licet quando-
que idem verbum *relinquo* ad talem actum adaptari
possit, id tamen procedit, quando donatio causa
mortis fit parte præsente *Barbos. l. quæ dotis* 34. *nume-*
206 *ro* 94. *ff. solut. matr. vers. quare si quis*, vbi quod si
quis dicat Titio præsenti aliquid relinquere, censebi-
tur esse donatio causa mortis, quia verbum *relinquo* ex
proprietate habet relationem ad tempus mortis, secus
vero quando fit absente parte, vt in casu nostro, quia
tunc, vt bene ait idem *Barbos.* & cęteri ab eo addu-
207 cti *vbi supra numero* 123. *versic. cæterum Imol.* nullo
pacto non solum per verbum *relinquo*, sed neque per
alia magis apta ad denotandam donationem inter vi-
uos inducitur actus, qui valeat in vim donationis, vel
inter viuos, vel causa mortis, sed merum legatum,
& propterea firmato hanc dispositionem Dominici
adaptari posse ad legatum dumtaxat, & non ad do-
nationem inter viuos de inualiditate eiusdem tam ex
defectu voluntatis, quam potestatis plenè constare
affirmabam; Nam quoad nullitatem resultantem ex
defectu voluntatis, ex eo eliciebatur, quod de tali vo-
luntate non apparebat nisi ex depositione eiusdem
Andreæ, qui tanquam vnicus, & singularis in vltimis
208 præcipuè voluntatibus nullatenus probat, *Menocch.*
*lib.1.præsumpt.*80. *numer.*23.*Couarr.capit. cum esses*
*numer.*3. *de testam. Rub. de testam. capit.*35. *numer.* 22.
Rot. decis. 13.*numer.* 12. *part.* 11. & *decis.*225. *nume-*
ro 11. *parte* 12. *rec.* & in terminis, quod dispositio,
quæ caret legitimo numero testium sit imperfecta ra-
tione voluntatis, & per consequens non valeat *Sim.*
209 *de Pret.de interp.vltim.volunt.lib.1.fol.* 17. *numero* 28.
40. *Menocch.consil.*51.*numero* 76. *d. decis.* 211. *numero*
9. *parte* 11. & *decis.*362. *numero* 16. 17. *parte* 12. *rec.*
& quod vnico testi in hac materia non sit credendum
nec etiam secundum legem diuinam, *Fagnan. ad cap.*
210 *cum esses de testam. numero* 142. *versic. nec obstat* & est
text. in c. licet de testibus Pasqualig. quæstion. moral.ca-
nonical. cent. 2. *quæstion.* 139. *per totam.* vbi auctori-
tate multorum tenet hæredem non teneri in conscien-
tia ad adimplendam testatoris voluntatem, quando
ei constat per vnicum testem licet fide dignum, & in 211
terminis terminantibus voluit, *Sanchez respons. mo-*
*ral.lib.*14.*cap.*1.*dub.*14.*numer.*15. ibi, *si quis in articulo*
mortis existens executori sui testamenti, vel suo hæredi
dixit, post obitum meum da Petro centum aureos ex meis
bonis, non tenetur dare nisi adsint testes in numero re-
quisito ad testamentum nuncupatiuum, quando hæres
non promisit se daturum &c. ratio quia ea vltima vo-
luntas solemnis non est, siue sit testamentum, siue
Codicillus, siue donatio causa mortis, & procedit
conclusio, etiam in casu, in quo sufficiant probatio-
nes Iurisgentium, namque ad legitimam probatio-
nem actus saltem duo testes sunt necessarij, *Surd.con-*
sil. 147. *numer.* 1. hinc est, quod neque testamentum 212
ad piam causam vim habet, si de eo non constet sal-
tem per duos testes *Dauth.de testam. in l. hac consul-* 213
tissima §. *ex imperfecto*, *Cod. de testam. numer.* 39.40.
Hartm. Pistor. lib. 1. *quæst.* 2. *numer.* 4.5. *add. ad eum-*
dem tit. D. vbi allegat *Thoming. decis.* 4. *per tot.* & tra-
dit *Io. Angel. Boss. lib.* 2. *moral. titul.* 12. §. 1.
numero 9.

Imo testes ad probandum testamentum debent esse
omni exceptione maiores, *Fusar. de substit. quæst.*283. 214
*numer.*9.*Andreol.contr.*296.*num.*17.*Rub.de testam.cap.*
304.*num.*106. præcipuè quando quis prætendit proba-
re vltimam voluntatem cum minori numero testium,
quam de Iure requiratur, quia eo casu testes vel mini- 215
mam exceptionem patientes repelluntur, *Coru. consil.*
261.*lit.R.part.*1. *Ludouic.dec.Luc.*53.*nu.*3.*Clar. sent. lib.*
3.§.*Testamentum q.*57.*n.*2.*Rot.dec.*227.*n.*6.7.*p.* 12. *rec.*
propterea ad hoc, vt duo testes probent Testatoris vo-
luntatem iuxta dispositionem *cap.cum esses*, omni ex-
ceptione maiores esse debent, vt optimè firmat *Paris.* 216
*cons.*24.*num.*12.14.*lib.*3.*Capr.consil.*263.*num.*12.*Fusar.*
*de substit.quæst.*283.*num.*8. & tenet *Rot. in Tudertina suc-*
cessionis 20.*Maij* 1661.*cor.b.m.Celso*, §.*talis autem*, &
27.*Februarij* 1662.*coram R.P.D.Bourlemont.*§ *in quam*
sententiam in fine, & dixerat etiam *in Aesina Bonorum*
26.*Ianuarij* 1660.*cor.b.m.Verospio*.

Hic autem Andreas multas patiebatur exceptiones,
& præcipuè coniunctionis in secundo affinitatis gradu
cum Lucia, ad cuius fauorem dicebatur facta disposi-
tio, vnde attendi minimè poterat eius dictum in pro-
posita materia, *Surd.cons.*129.*num.*41.*Ludouic.dec.Luc.* 217
53.*num.*24.*d.dec.*327.*num.*14.*par.*12. & *in d. Tudertina*
successionis 20.*Maij* 1661. & 27.*Februarij* 1662.*nec non*
in Leodien.Bonorum 31.*Martij* 1664. *cor. Eminentissimo*
Cerro, §.*parum releuante*.

Vlteriùs in parte substantiali eius depositionis vo-
cauerat in contestem alium, qui examinatus, negauit
talem rem, vnde eius dictum tamquam suspectum non
poterat in consideratione haberi, *Corn.cons.* 261. *lit.* 218
*T.lib.*1.*Rot.in d.Aesina Bonorum* 23.*Ianuarij* 1660. *cor.*
b.m.Verospio.

Nec vim facere poterant coniecturæ, & præsumptio-
nes ex aduerso cumulatæ pro præsumenda testatoris
voluntate, quia quidquid sit in alijs materijs, probatio-
nes præsumptiuæ, & minùs perfectæ, nequaquam ad-
mittuntur ad probandum vltimas voluntates defun-
ctorum, neque ad plenam probationem faciendam cõ-
iungi possunt, vt tradit *Surd.cons.*129.*n.*45.46. *Vasq.de* 219
*success.creat.lib.*1.§.4.*n.*49.*Rot.d.Tudertina successionis*
27.*Februarij* 1662.*cor.R.P.D.Bourlemont*, §. *nec identi-*
tas, prout similiter non poterat esse locus Iuramento in
supplementum probationis, quia in materia vltima-
rum voluntatum nequaquam præstari potest ex ratio-
nibus, & auctoritatibus adductis per *Surd.consil.* 147. 220
*per tot.Fusar.de substit.q.*283.*num.*10.

Quo vero ad nullitatem respectu solemnitatis omis-
sæ adduxi conclusiones supra in Capitulo antecedenti

relatas, nempè quod teſtamentum, vel alia diſpoſitio,
quæ careat legitimo teſtium numero attendi nō poſſit,
quamquam de ea per duos teſtes conteſtes conſtaret,
vt plenè firmaui d.c.11.num.101.& ſeqq.

Et licet replicaretur concluſionem eſſe veram quo-
ad excludendum legatarium petentem legatum in ni-
mis ſolemni voluntate relictum, non vero procedere
ad effectum denegandi retentionem legatario, qui poſ-
ſideat, nam tunc ad eius fauorem dicitur nata naturalis
obligatio, ex qua retentio datur, vt probant à me
ſupra allegati d.cap.antecedenti nu.232 tamen reſpon-
ſum fuit opinionem contrariam eſſe veriorem nempè
quod ex teſtamento nullo nulla oriatur obligatio natu-
ralis, tam apud Legiſtas, quam Theologos ad quod
probandum adduxi authoritates ſupra in c. antecedenti
relatas n.276.& ſeqq.& vlterius vidi hanc meā ſententiā
221 comprobatam per Rot. dec.81.n.12.par.7.dec.98.n.14.p.
11. quam ſequitur D.de Luc.in ſuo Theatro par.6.diſcurſ.
32. de Dote, vbi ait eſſe Zelantium inſipiduras præten-
dere, quod ex debito abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs
naſcatur obligatio naturalis, & in terminis terminanti-
bus ſtatuti noſtri c.2.lib.2. diſponentis in Codicillis eſſe
adhibendos tres teſtes, quod non ſufficiant duo ad in-
ducendam naturalem obligationem firmauit idem de
Luc.lib.9.par.1.de teſtam.diſcurſ.10.num.3.

Et demum attuli quod quatenus etiam, citra veri
præiudicium, dici poſſet fuiſſe peruentam in Luciam
d.pecuniam titulo Donationis, non vero legati, nihi-
lominus non poterat dici valida ob prohibitionem
legis annullantis donationes inter virum, & vxorem l.
1.2.& tot.tit.ff.& C.de donat. inter vir. & vxor. neque
talis Donatio per mortem dicti Dominici potuit con-
222 ualidari ob defectum inſinuationis, vt eſt text. in l.
donationes quas parentes 25.C.de donat.int. vir. & vxor.
Mantic.de tacit.lib.11.tit.20 num.25.Grat.diſcept.for.cap.
693.nu.6.Buratt.dec.108.n.4.Rot.in Rom.Cenſus 14.Maij
1660.cor.Eminentiſſ.Cerro §.non obſtat. dec.95. poſt tract.

In caſu igitur prædicto ex his, & alijs rationibus à
me cumulatis fuit à duobus ex DD.de hac Rota noſtra
Lucenſi, nempe ab Excell.DD. Franciſco Sauio, & Do-
minico ab Eccleſia iudicatum ad fauorem hæredum
ab inteſtato Dominici, diſſentiente Excell. D. Ioanne
Baptiſta Bruni, qui abſoluit reos ab obſeruatione Iudi-
cij, vt conſtat ex ſententia, & Deciſione compilata per
D. Auditorem ab Eccleſia die 21. Maij 1672. ex actis
manu Q.Franciſci Stocbetti.

Sed ob diſcordiam Rotæ deuoluta cauſa ad Excell.
D.Octauium Arnolphini Iudicē delegatum ab Excell.
DD.Antianis, & Vexillifero Iuſtitię, per ipſum fuit con-
firmata ſententia prædicti D.Io:Baptiſtæ Bruni abſolu-
toria ab obſeruatione Iudicij reſeruatis Iuribus meis
principalibus, denuo experiendis in alio Iudicio, & præ-
cipua ratio, ob quam fuit motus ad ita iudicandum, vt
conſtat ex eius Deciſione Typis demandata, ea fuit,
quia ſuppoſuit diſpoſitionem præfati Dominici, & de
qua teſtabatur Andreas in ſuo examine non fuiſse do-
nationem vel inter viuos, vel cauſa mortis, nec legatum
ſed benè tertiam quandam ſpeciem tranſlationis Do-
minij à prædictis titulis prorſus diuerſam.

Et ad probandum huiuſmodi Donationem factam a
Viro Vxori conſtante matrimonio, & morte viri cōfir-
matam, vel alias, quæ indigeant confirmatione mortis
Donantis eſse tertiam ſpeciem donationis diſtinctam
à donatione inter viuos, vel cauſa mortis, & à legato
223 adduxit gl. in l.filiæ 18. verb. res comparauit lit. G. verſ.
reſponde C. fam.erciſc ibi, ſed an eſt legatum hoc, vel do-
natio cauſa mortis, reſponde, non eſt donatio inter viuos
&c. nec cauſa mortis &c. ſed nec legatum &c. gl. fin.in l.
res vxoris 24.verſ.ex prædictis patet C. de donat. int. vir.
& vxor. ibi, ex prædictis patet quod donatio inter coniuges
non aſſimilatur omnino donationi cauſa mortis, vel inter
viuos Angel.in l. qui legatorum §.filium in fin.ff.pro hæ-
rede, vnde quia non eſt donatio vera inter viuos, nec
eget inſinuatione &c. quia non eſt donatio verè cauſa
mortis, nec legatum vere &c. Caſtr. in l. ſi tibi dederit 224
25. ſub num.3. verſ. quia licet non ſit donatio, tamen eſt
irreuocabilis datio &c. ff. de donat. Bart.in l.ſequens quæ-
ſtio 70. ſub num.1. verſ. & ideo eſt ſpecies tertia differens
à donatione inter viuos, & à legato ff. de leg.2. Ruin. conſ.
44. num. 25. verſic. quia licet talis donatio vol. 2. Alex.
conſ. 26. num.4. verſ. tamen non dicitur eſſe relictum &c.
vol. 2. Riminald. Iun. conſ. 42. numer. 104. verſ. licet
enim vol. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 12. numer. 11.
Ciarl.contr. for. 240. numer. 54 Rot. recent. deciſ. 145.
numer.8. par.3. & dec.69. numer. 84. par. 7. ex quo fir-
mauit neque etiam poſse prætendi hanc donationem
eſse nullam ob non factam inſinuationem, quia ſimiles
traditiones in ſcriptis non redactæ cum non ſint pro-
priè donationes, ſed quædam irreuocabiles dationes,
non indigent inſinuatione, vt dixit Angel. in l.1. circa 225
princip. verſ. & ſic inſinuatione non eget &c. ff. de donat.
& ibi Caſtr. num.4. in princ. & in fine d. num. idem An-
gel. in l. filium circa fin. verſ. vnde quia non eſt donatio ve-
ra non indiget inſinuatione &c. ff. pro hærede.

Et pariter etiam probauit teſtium ſolemnitatem
non eſse neceſsariam in tali traditione, ſeu donatio-
ne facta ſine ſcriptis, ſi aliunde conſtet de voluntate 226
dantis, ſeu donantis, nec pariter eſse neceſsariam
ſcripturam publicam cum ſtipulatione, & teſtium in-
teruentu, cum ſufficiat declaratio voluntatis per
Nuncium per Epiſtolam, vel quid ſimile l. ſi donatio
per epiſtolam, & ibi gl. l.nec ambigi vbi gl. l.ſi aliquid l.ſi
quis argentum §. final. C. de donat. §. alia autem Dona-
tiones Inſtit. eodem tit. vbi ſcribentes & ſignanter Min-
ſinger.num.3. Oynotim. num.4. Pycchard. num.3. Grat.di-
ſcept.531. num.27. 28. vbi, quod donatione, quæ fit
per Epiſtolam tranſmiſsam à donante ad donatarium
non requiritur inſinuatio, cum tunc ceſset ſuſpicio
fraudis, & num.57. vbi quòd donatio facta per litte-
ras miſſiuas, ſeu per nuncium valet Io. Franc. à Pon- 227
te conſ. 83. per tot. quod etiam ſupponit Rot. d. dec. 69. 218
num.8. par.7. ibi, Donatio autem, quæ in ſcriptis non
eſt redacta, & in ſola ipſa traditione conſiſtit inſinuari non
poteſt, nec debet &c. quam cum alijs refert, & ſequi-
tur Io. Baptiſta de Luc. lib. 7. par. 1. de donat. diſcurſ. 32. 229
num.4. & diſcurſ.34. num 13. & diſcurſ.60. num. 27. 28.
& quod hoc procedat in donatione facta per interpo-
ſitam perſonam, vt in caſu, de quo agebatur, mediante
perſona Andreæ Gratiani, probauit auctoritate tex. in
l.etiam 4 ibi, etiam per interpoſitam perſonam dona-
tio conſummari poteſt &c. & l. qui mihi 13. ff. de do-
nat.

Ad id vero, quod dicebatur traditionem pecunia-
rum non fuiſse factam per actum inter viuos, ſed me-
diante diſpoſitione per vltimam voluntatem reſpon-
ſum fuit id non verificari, quia legatum dicitur,
quando adeſt Teſtamentum, vel Codicillus, vel alius
actus vltimæ voluntatis, vt tradunt ſupra allegati,
& præcipuè gl. d. l. filiæ 18. verb. res comparauit &c. lit. 230
G. in fin. ibi, ſed nec legatum, cum non niſi in teſtamen-
to relinquatur &c. C. famil. erciſc. Bartol. in l. ſequens
quæſtio 70. numer. 1. ibi, Ratio quia non capiuntur ex
teſtamento, nec confirmantur ex aditione hæreditatis
&c. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 26. numer. 4. ibi, & reli-
ctum dicitur eſſe illud, quod fit in vltima voluntate &c.
vol.2.

Sed ſalua reuerentia, quam & debeo, & æternam
profiteor integerrimo Domino meo, valdè dubi-
to, non eſse applicabiles caſui noſtro doctrinas ſupe-
rius relatas num.223. & ſeqq.

Tales

Tales enim auctoritates, procedunt ni fallor, & loquuntur in terminis, in quibus sit tradita aliqua res, vel pecunia à Viro Vxori per actum inter viuos, quo casu cum à principio donatio nulla sit, morte tamen viri confirmetur, non potest dici neque Donatio, neque legatum, neque Contractus, vel vltima voluntas, sed tertia dationis species distincta, & separata à donatione, & à legato. Quando verò (vt in casu nostro) versamur in terminis, in quibus fuit à Viro, relicta aliqua res vel pecunia Vxori tradenda post mortem viri, relinquentis, tunc non potest dici, quod non sit
231 Donatio, vel legatum, vel Contractus, vel vltima voluntas, quia immò verè, & propriè vires legati, & vltimæ voluntatis naturam assumit, non equidem donationis vel inter viuos, vel causa mortis, vt est tex-
232 *tus in l. miles ad sororem ff. de leg. 2.* cum alijs adductis per *Barbos. in d. l. quæ Dotis 34. num. 89. vers. postremo ff. solut. matr.* & ob id Iure merito dicebam hoc legatum non posse attendi ob nullitatem resultantem tam ex defectu probationis, quam solemnitatis à Iure, & ex forma statuti nostri *in cap. 1. lib. 2.* requisitæ.

Imò vlterius animaduertendum puto, quod quamquam diceretur (citra tamen veri præiudicium) habere vim Donationis, & non legati talem Dominici dispositionem, ea tamen nunquam esset conuertibilis in donationem inter viuos, sed summum in donationem causa mortis, non solum quia Testator vsus fuit verbo, *relinquo*, quod denotat actum vltimæ voluntatis
233 vt præter allegatos superius firmat etiam *Gratian. discept. for. 124. num. 3. Aloys. Mansi consult. 13. num. 30. Joseph. de Rosa consult. 34. num. 29. 30.* sed etiam quia expressè voluit, quod donatio haberet suum effectum post mortem, ibi, *con ordinarli, che cosa ne donea fare doppo la sua morte*, quo casu, vt supra probauimus *num. 140.* donatio dicitur causa mortis, & non inter viuos.

Quibus sic se habentibus cum talia donatio à principio valida fuerit (quia Donatio causa mortis inter coniuges de sui natura subsistit ad tradita supra *num. 59.*) nec necesse habuerit quod confirmaretur morte Viri, dici non potest quod per mortem dicti Dominici transierit in tertiam dationis speciem distinctam, & separatam à Donatione, & à legato, validam absque solemnitatibus, & insinuatione, sed omninò debet regulari iuxta naturam Donationis causa mortis, & ad dignoscendum an sit valida, nec ne, inspicere oportet an fuerint in ea solemnitates seruatæ in donatione causa mortis necessariæ; de qua quidem Donatione disputari solet, an ea sortiatur naturam Contractus, vel vltimæ voluntatis, & firmatur esse tertiam speciem distinctam, & separatam ab vltima voluntate, & à Contractu, licet de vltima voluntate, & de Con-
234 tractu participet, vt latissimè, prosequuntur *Hodiern. d. cap. 35. num. 47. Faber. de error. pragmat. decad. 43. error. 4. num. 10.* & alij supra allegati *num. 200.* quibus addo *Mart. Medic. exam. 52. num. 12. & seqq.* Sed tamen minimè dubitatur apud Doctores quin sit verè Donatio in genere sumpta, licet sit diuersæ speciei à
235 Donatione inter viuos, pleníssimè *Mart. Medic. exam. 55. per tot. & dec. 83. num. 13. versic. tertium est fundamentum, & num. 28. 29.*

Cum igitur in casu nostro Dominicus voluerit causa mortis donare, neque talem actum cum debitis, & requisitis solemnitatibus confecerit, & præcipuè cum numero quinque testium, vel saltem cum insinuatione de Iure requisita in donationibus, in quibus deficit numerus quinque testium, absque dubio consequitur, vt opinor Donationem fuisse nullam, & inualidam, vt pleníssimè fuit probatum supra *num. 23.* vbi quod Donatio causa mortis inter virum, & vxorem vel est insinuanda, vel in ea conficienda quinque testes sunt adhibendi, & præcipuè quando, vt in casu nostro, Donatio causa mortis fuit facta absente Donatario, & nullo pro eo stipulate, quia tunc cum omninò sortiatur legati naturam, & verè sit vltima voluntas, *Menocch. cons. 11. num. 21. & cons. 423. num. 36. Hodiern. contr. 35. numer. 48. 49. Barbos. d. l. quæ Dotis numer. 106. ff. solut. matrim.* non subsistit cum minori numero quinque testium requisitorum in legatis, vel in alijs vltimis voluntatibus, vt alijs omissis plenè tradit *Bar-* 236
bos. d. l. quæ Dotis num. 104. 116. & 123. ff. solut. matrim.

Et si prædicta vera sunt, prout (ni mea me fallit opinio) sunt verissima, repeto quòd non sunt applicabiles ad casum nostrum Doctrinæ in decisione cumulatæ, de quibus supra *num. 223.* & præcipuè *Gl. d. l. filiæ 18.* 237
versic. res comparauit lit. G. versic. Respondeo C. famil. ercisc. nam loquitur in casu, quod Pater aliquid comparauit nomine filiæ, & dicit, quod tempore mortis Patris res dicitur præcipua filiæ, reddens rationem, quia nomine eius emit, dubitat tamen *gloss.* an sit legatum, vel donatio causa mortis, & respondet *non est donatio inter viuos, quia sic non valeret inter Patrem, & Filium, nec causa mortis, quia Pater ex ea obligari non potuit, sed nec legatum, cum non in testamento relinquatur, sed dic esse quasi legatum nam, & non adita hæreditate Patris confirmatur morte*, & sic apparet nos versari in terminis omninò diuersis, quia pecuniam de qua agimus Dominicus non comparauit nomine Luciæ vxoris; sed illam, vt asseritur dari voluit eidem Luciæ post mortem ipsius Dominici, & ideò versamur in terminis legati veri, & proprij, vel saltem donationis causa mortis in qua, non cadit disputatio an sit tertia species, aut quoddam quasi legatum.

Pariter non est applicabilis *Gloss. final. in d. l. res vxo-* 238
ris verb. dissoluitur versic. ex prædictis C. de donat. inter vir. & vxor. quia quamquam dicat, quod donatio inter coniuges non assimilatur omnino Donationi causa mortis, nec inter viuos, tamen supponit Donationem fuisse factam præuia traditione inter viuos, vt habemus ex contextu legis, ibi, *res vxoris, quæ vel successione qualibet, vel emptione, vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure peruenerat*; ponderando verbum, *peruenerat*, quod denotat possessionem in vxore, & sic non mirum, quod eo casu non dicatur Donatio inter viuos, nec causa mortis, quia non valet in vim donationis à principio, sed tantum confirmatur morte vel Ciuili, vel naturali, vt ait eadem *gloss.* ibi.

Et in similibus terminis scripsit *Angel. in d. l. qui le-* 239
gatorum §. filium in fine ff. pro hærede, scilicet Donationis factæ inter viuos à Patre Filio, in potestate, quæ licet à principio non valeat morte Patris confirmatur, & dicit non esse Donationem, sed appellari quasi legatum, prout etiam ita affirmat ibi *gloss. verb. pro hærede* &c. & propterea Iure merito tradit, quod quia non est legatum, sufficiunt duo Testes in ea contrahenda, non tamen assentirem eidem *Angelo* in eo, quod in talibus actibus non requiratur insinuatio, quia conuincitur ex apertissima dispositione *textus in l. do-* 239
nationes, quas parentes 25. C. de donat. inter vir. & vxor. ibi, *Donationes, quas parentes in liberos cuiuscumque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel vxor in suum maritum, vel maritus in suam vxorem, vel alteruter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, vel alia personæ in eam cui donare non poterant, firmas esse per silentium Donatoris, vel Donatricis Sancimus, si vsque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes actis fuerint insinuatæ; Nam amplius donationem quantitatis minimè intimatam,*

tam, nec per silentium eius, qui donauit confirmari concedimus.

Castrens. d.l. si tibi dederim 25. ff. de donat. nil ad pro-
241 positum, nam loquitur in terminis dictæ *legis si tibi dederim*, quæ ait, quod si tibi dederim rem, vt eam Titio meo nomine donares, & tu eam tuo nomine ei dederis, non fit accipientis de rigore Iuris, sed benigna interpretatione legis, qui accepit habet actionem &c. quia vt ait *Castrens.* licet non sit Donatio, tamen est irreuocabilis datio, quæ species, nescio quo pacto, sit adaptabilis ad casum nostrum.

Bartol. in l. sequens quæstio 70. ff. de legat. 2. nil aliud dicit, nisi quod ea, quæ debentur vigore Donationis ab initio inualidæ, & tamen morte confirmatæ, vt in-
242 ter virum, & vxorem, non veniunt in fideicommisso, & rationem assignat, quia non capiuntur ex testamento, nec confirmantur ex aditione hæreditatis, sed sola morte, & ideo est species tertia differens à donatione inter viuos, & à legato, quod etiam à me non controuertitur.

243 Et in ijsdem terminis loquuntur *Ruin. cons. 43. num. 25. vol. 2. Alex. cons. 26. num. 4. eodem vol. 2. Riminald. Iun. cons. 42. num. 104. vol. 1. Ciarlin. contron. forens. lib. 3. cap. 240. num. 54.* scilicet donationis inter viuos factæ inter personas prohibitas, quæ morte confirmatur.

Propterea tenent quod si statuto prohibeatur, ne maritus leget vxori, non prohibetur ei donare, vt confirmetur morte, nam hoc non dicitur propriè relictum
244 vt latè *Ciarlin. d. cap. 40. num. 54.* prohibetur tamen donare causa mortis, quia Donatio causa mortis est similis legato, *Menocch. cons. 11. num. 9. & seqq.* & præcipuè *num. 12.*

Et eo minus resistit *Rot. in d. decis. 96. num. 84. par. 7. recent. de Luc. d. lib. 7. par. 1. de donat. discurs. 32. num. 4. & discurs. 34. num. 13.* & aliæ doctrinæ ex aduerso ponderatæ *num. 229.* quia licet affirment, quod donationes, quæ in scriptis non sunt redactæ, sed in sola traditione consistunt, non indigeant insinuatione, tamen vtraquam quod loquuntur in donatione inter viuos, mediante traditione; nos vero sumus in terminis donationis causa mortis sine traditione sequutæ, & nulla persona pro Donatario stipulante, eorum opinio non officit, quia disputant materiam in donatione inita inter personas non prohibitas, non vero in donatione inter virum, & vxorem, quæ nullatenus valet
245 non insinuata ad *text. express. in d. l. donationes quas parentes 25. C. de donat. inter vir. & vxor. Gratian. d. discept. 639. num. 6. Burast. decis. 108. num. 14. Rot. in d. Romana Census 24. Maij 1660. cor. Eminentiss. Cerro §. non obstat.*

Et demum non obstat, quod legatum non possit esse, vbi deficit Testamentum, quia quicquid esset de Iure antiquo, post quam Iustinianus Fideicommissa, & legata exæquauit, tam hæc, quàm illa relinqui possunt nullo condito Testamento, vt probat *Iason. in §. præterea Instit. tit. de Fideicomm. hæreditatibus, & ibi etiam Mynsing. §. ex testamento Arnold. Vinn. numer. 2.*
246 *versic. legata nisi,* & firmauit *Bald. in l. 1. num. 4. ff. de testam. Oynotim. Instit. de legat. in princ. n. 2. & d. § præterea Instit. tit. de fideicom. hæreditatibus Zucch. in rubr. de legat. nu. 15. & in § sed non vsque nu. 44. ff. eodem Parisin cons. 32. in fine lib. 2. Vulteius inter cons. Marpurgen. 29. nu. 145. lib. 3.*

Vnde explosis ijs, quæ contra meos principales hæredes ab intestato Dominici vim fecerunt apud doctissimum Dominum meum, vt pronunciaret pro absolutoria ab obseruatione Iudicis, in alia Instantia forsan Causa exitum fauorabiliorem sortietur.

Et redeundo vndè digressi fuimus pro complemento Capituli nostri, videndum restat, quæ actio competat Donatori, donatione reuocatâ, pro consequendo rem donatam. Vide ad materiam *Merend. lib.* 247
14. contron. cap. 25. num. 3. & seqq. Barbos. d. l. qua Dotis num. 132. ff. solut. matr. Hodiern. contr. cap. 35. num. 37. 38. & seqq. Fab. de error. pragmat. decad. 43. error. 2. num. 11. & decad. 44. error. 10. & decad. 45. pariter err. 10. & decad. 48. err. 9.

Item, an in donatione causa mortis habeat locum dispositio *l. si vmquam C. de reuocand. donat.* & plura de 248
hac quæstione affert *Ozasc. dec. 120.*

Nec non, an in donatione causa mortis habeat locum Ius accrescendi, & in hoc me remitto, ad tradita per *Bellon. de Iur. accresc. cap. 6. quæst. 22. 23. Carpzon.* 249
Iurisprud. for. par. 3. constit. 2. definit. 1. Hodiern. contr. cap. 35. numer. 13. Fab. de err. pragmat. decad. 48. err. 10.

Est etiam pulchra, & subtilis quæstio, an quando quis alteri aliquid tradit nullo titulo expresso, dicatur dedisse tamquam mutuum animo repetendi, vel potius titulo donationis irreuocabilis, & de hoc pluries fuit in Rota dubitatum, vt *in decis. 69. par. 7. &* 250
decis. 315. par. 11. recent. in Romana pecuniaria 28. Iunij 1662. coram b. m. Celso, & 17. Martij 1662. coram Vicecomite in Romana Hæreditatis 10. Decembris 1660. cor. D. Eminentiss. Celso, & plura etiam de materia *Gratian. discept. 231.* quos vide semper, ac contigerit de hac quæstione disputari.

Et demum an Donatio causa mortis sit conferenda nec ne, & præcipuè ea, quæ sit inter virum, & vxorem, disputant *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 1.* 251
num. 41. Fab. de error. pragmat. decad. 40. err. 1. & 2. & per tot. decad. & decad. 41. err. 1. & decad. 42. err. 6. & multa etiam ad propositum, notauit *Vital. Nemausens. de collat. quæst. 1. per tot.* & præcipuè *numer. 20. Valasc. in prax. partit. cap. 13. per tot.*

Et plura de materia collationis non iniucunda, an habeat locum in donatione, præcipuè causa matrimonij fuerunt à me cumulata mensibus retroactis in causa, inter DD. Mariam Felicem, & Mariam Magdalenam Sorores, & Filias D. Achillis Gambogi, in qua Causa prius tamquam Aduocatus scripsi, pro non collatione fauore dictæ D. Mariæ Felicis, meamque opinionem comprobarunt subscribendo meas Iuris al- 252
legationes Almæ Rotæ Bononiensis Auditores, nec non Eminentissimus Iuris peritus Ioseph Vrceolus, & cæteri eiusdem Ciuitatis Studiorum Matris principaliores Aduocati, & præcipuè eruditissimis, & doctissimis additionibus meam sententiam confirmauit Excell. D. Io. Franciscus Lazarellij Eugubinus Doctrina præclarus, tunc temporis eiusdem Rotæ Bononiensis Auditor; & demum in Arbitrum electus fauore dictæ D. Mariæ Felicis pro non collatione vna cum Excell. Coarbitris iudicaui iuxta tenorem Decisionis, quæ subsequitur.

D. Achilles Gambogi Ciuis Lucensis habens duas filias fœminas, primam Mariam Felicem, & alteram Mariam Magdalenam nuncupatas, illam matrimonio copulauit de Anno 1666. D. Ludouico Breni Ciui Lucensi omni virtutum genere ornatissimo, & præcipuè ob eius eximiam virtutem in Medicina in summa æstimatione habito in hac Ciuitate; Hanc verò de anno 1668. sponsam destinauit D. Thomæ Barili Nobilis Lucensis pariter Medicinam profitentis, & paulò ante summa cum laude Doctoralem Lauream adepti in Vniuersitate Patauina; Vtrique in scripto matrimoniali assignauit æqualem summam, scutorum nempè quatuor mille pro Dote, & quingentorum pro Acconcio, seu Corredis, sed mediante altera syngrapha occultè exarata eadem die conclusi Matrimonij cum dicto D. Thoma eidem promisit vltrà d. Dotem scutorum 4000. & 500. pro Corredis alia scu-

ta

ra mille soluenda tempore celebrationis Nuptiarum.

Decessit, dictis Nuptijs iam contractis, idem D. Achilles, relictis hæredibus in testamento pro æquis portionibus d. D. Maria Felice vxore d. D. Ludouici Breni, & d. D. Maria Magdalena vxore eiusdem D. Thomæ Barili eius filiabus. In actu diuisionis hæreditatis Paternæ fuit dubitatum, an d. D. Maria Magdalena teneretur conferre dicta scuta 1000. sibi per Patrem promissa in secunda Syngrapha Matrimoniali, vel potius ea consequi deberet immunia, & exempta ab onere collationis, & cum lis esset inter coniunctos, fuit concorditer compromissa in Excellentissimum D. Nicolaum Donati Arbitrum pro parte d. D. Mariæ Magdalenæ, & me Ioannem Torre Arbitrum pro parte d. D. Mariæ Felicis electos, nec non in casu discordiæ (præuia licentia Excellentissimi Senatus) in tertium Arbitrum Excellentissimum, & Præstantissimum D. Dominicum ab Ecclesia Ianuensem, Iurisconsultum eximium, & ad præsens Auditorem Rotæ nostræ Lucensis; Coram quibus acertime discussa materia, fuit tandem concordi voto (cui demum post exactam articuli discussionem ambæ partes consenserunt) declaratum fauore Collationis, & ad ita pronuntiandum moti fuimus.

Ex regula, quod si Filius vult succedere Parentibus
tenetur de Iure fratribus cohæredibus ea omnia conferre, quæ dicti Parentes eidem inter viuos dederunt, ni-
253 si fuerit prohibita collatio ad *text. in l. vt liberis, C. de collat. §. illud quoque, auth. de trient. & semiss. Alex. cons. 57. lib. 3. Becc. cons. 20. num. 62. Gionagn. resp. 83. num. 60. & seqq. lib. 1. Ludouic. Bell. cons. 19. num. 6. Vrceol. consult. for. cap. 40. num. 2. lib. 1. Cyriac. contr. 368. num. 1. 2.* cum alijs adductis per *Rot. in Auximana Donationis 28. Iunij 1658. coram R. P. D. Beuilaqua impressa par. 12. recent. decis. 389. num. 2,* & confirmata *8. Iunij 1668. coram eodem §. his tamen non obstantibus.* quæ conclusio licet olim procederet in casu dumtaxat successionis ab intestato, non vero ex testamento, hodie tamen vtroque casu siuè agatur de successione Patris testati, siuè intestati habet locum per *text.* aper-
254 tis *in d. §. illud, Michalor. de fratr. par. 1. cap. 12. num. 5. & cap. 13. num. 7. Gomez ad ll. Tauri 29. num. 3. Giouagn. d. respons. 83. num. 64. lib. 1. Donat. Ant. de Marin. in allegat. diuers. alleg. 143. nu. 4.* & firmauit *Rot. d. dec. 389. nu. 2. par. 12. rec.*

Et in præcisis terminis Dotis, quòd subiaceat collationi est *textus l. filiæ 4 l. si soror. 8. l. filiæ 12. l. vt liberis*
255 *17. C. de collat. & concordat text. in d. §. illud auth. de trient. & semiss. Dilect. de art. testand. tit. 8. cauth. 4. num. 1. Corn. cons. 80 num. 2. lib. 4. Paris. cons. 16. num. 34. lib. 2. Michal. d. par. 1. cap. 13. num. 10. & cap. 37. num. 17. Crass. sent. §. collatio bonorum quæst. 12. Cyriac. contr. for. contr. 368. num. 12. Gionagn. d. cons. 83. num. 74. circa fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 1. num. 41. Barry de success. lib. 14. tit. 4. num. 5. Valasc. in praxi partit. cap. 13. num. 13. Cagnol. l. si emancipati num. 104. C. de collat. Fragos. de regim. Reipub. Christianæ par. 3. lib. 5. disput. 8. num. 252.*

Eoquè magis opinio collationis inductiua nobis placuit in hac facti specie, attento, quod alias inter dictas filias, & hæredes d. D. Achillis resultaret inæqualitas ad quam euitandam Iudices proni esse debent
256 *Michalor. d. par. 1. cap. 15. num. 6.* & pluries firmauit *Rot. vt in Bononien. separationis Bonorum 5. Iunij 1662. §. hac vero in fine coram b. m. Verospio, & 15. Iunij 1665. cor. eodem §. altera vero, in Fauentina Successionis 27. Aprilis 1667. §. sed etiam cor. R. P. D. Ottalora, & in d. Anximana Donationis 8. Iunij 1668. §. huius autem cor. R. P. D. Beuilaqua Vrbis Gubernatore.*

Præmissæ conclusiones non impugnabantur ab Ad- 257
uocatis D. Mariæ Magdalenæ, at negabant illas ad casum præsentem esse applicabiles, eo quia hic non agebatur de Dote, sed de Dotis augumento, quod non est obnoxium collationi, neque enim collatio (aiebant) locum habet præterquam in casibus à Iure ex-
pressis ad *text. in l. illam C. de collat. & ibi Riminald.* 258
num. 8. Andreol. contr. 38. num. 4. Surd. cons. 143. num. 14. & propterea cum non habeamus legem iubentem augumentum Dotis factum filiæ esse conferendum, non est eadem collatio argumentis, & mendicatis præsum-
ptionibus inducenda *Crauett. cons. 194. numer. 4. Becc.* 259
cons. 35. num. 4 Surd. cons. 143. num. 14. 15. semper enim qui collationem prætendit, docere debet per legem specialem, ita in casu suo fuisse sancitum, alias non
fit collatio *Alex. in l. emancipati num. 4 vbi Cagnol. nu.* 260
63. C. de collat. Surd. cons. 219. num. 20. & cons. 134. nu. 14. & propterea in terminis dotis à Patre auctæ iam prima Dote constituta, quæ dicitur Dotis augumentum, vel donatio causa Matrimonij, quod non sit lo-
cus collationi firmauit *Ozasch. cons. 62. num. 1. & seqq.* 261
Suarez in l. quoniam in prioribus quæst 5. in fin. C. de inoff. testam. Gratian. discept. for. cap. 159. num. 34. lib. 1. Surd. cons. 134. num. 14. ad fin. Andreol. contr 380. num. 3. Donat. Ant. de Marin. contr. lib. 1. cap. 85. num. 6. Quicquid sit in donatione propter nuptias, cuius appellatione non venit donatio, de qua agitur, nam ea est donatio propter nuptias, quæ fit à Patre Nurui, vel à marito vxori, non vero ea, quæ fit à Patre Filiæ vt docet *Natt. cons. 85. numer. 4. Mastrill. decis. 211. numer. 19.*

Nec dici potest, quod augumentum Dotis ipsi Doti æquiparetur, quia cum collatio sit quid à Iure com-
muni exorbitans, & propterea odiosa *Cagnol. l. eman-* 263
cipati num. 34. C. de collat. Andreol. contr. 380. num. 4. non licet eam extendere ad aliam donationis speciem,
in qua vel eadem, vel etiam maior ratio militaret *Ca-* 264
strens. l. illam num. 5. C. de collat. Surd. cons. 219. num. 20. idem Cagnol. vbi supra num. 23. Michal. d. par. 1. cap. 14. num. 8. & cap. 15. num. 9. & ob id concludebant, quod qui ex aduerso prætendit in nostro casu locũ esse collationi, necesse habet ostendere legem, quæ id expressè disponat, alias standum fore regulæ collationis
prohibitiuæ *Crauett. cons. 77. numer. 4. Becc. cons 1.* 265
numer. 2. Honded. cons. 9. numer. 11. lib. 1. Hyeron. Palm. cons. 12. numer. 15. & in terminis collationis *Alexand. d. l. si emancipati numer. 4. Thomat. decis. 50. numer. 173.*

Et licet dici posset hanc donationem vti factam causa matrimonij esse conferendam, vt probant præ cæ-
teris *Michal. de fratr. d. par. 1. cap. 20. nu. 7. Fontanell. de* 266
pact. nuptial. claus. 4. gl. 1. nu. 40. 41. Rot. d. dec. 389. nu. 3. 4. par. 12. rec.

Tamen replicabatur horum DD. traditionem esse intelligendam de donatione, quam Pater cogitur facere necessitate legis, vt in Dote, & donatione propter nuptias *l. qui liberos ff. de rit. nupt.* non vero in donatio-
ne prouenientе ex mera Patris liberalitate, vt ait *Surd.* 267
cons. 143. num. 45. Gratian. discept. 159. num. 34. Andreol. contr. 381. num. 7. Donat. Ant. de Mar. d. cap. 85. num. 8. & admittit *Rot. in Rauennaten. Successionis 12. Ianuarij 1663. coram R. P. D. Priolo*, nam ad excludendam collationem se fundat in eo, quod donatio esset voluntaria, & ex materna affectione, non necessaria, & coacta, & latius quod tales donationes, quæ dicuntur ob causam matrimonij non sint conferendæ
firmarunt relati per *Roland. cons. 70. num. 6. 7. lib. 4. Fa-* 268
chin. lib. 5. contr. cap. 82. Capyc. latr. consult. 25. num. 70.

Cum

70. Cum igitur in caſu præſenti donatio facta fuerit
Dote iam conſtituta, & ad quam quidem donatio-
nem faciendam Pater nullo Iure cogi poterat, merito
dicitur ab eius liberalitate proceſſiſſe, nec eſſe colla-
tioni obnoxiam, vt vltra adductos firmauit *Menocch.
conſ.92. n. 36.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem,
& melioribus rationibus ſuffultam *Cutell. de donat. par.
1. diſcurſ.2. par.10. num.32.*

Adijciebatur vlterius, quòd quia donatio facta
fuerat intuitu certi, & iam ſequuti matrimonij, dici
269 poterat ſimplex donatio, & non ob cauſam; hoc
enim caſu matrimonium fuit cauſa impulſiua, & non
finalis donationis, ob id abſque difficultate eſſe te-
nendum pro non collatione, cui ſimplices donationes
non ſubiacent, ſed dumtaxat donationes ob cauſam,
270 vt expreſsè tenet *Alexand. conſ.14. num. 1. verſ. & pri-
mo lib. 1. Boer. deciſ. 353. & admittit. Bell. conſ. 19. nu-
mer.15.*

Placuit tamen reſponſio, quod in facto non veri-
ficabatur dictam donationem ſcutorum mille fuiſſe
diuerſam, & ſeparatam ab ipſa Dote; quinimò po-
tius ex contextu ſecundi ſcripti matrimonialis con-
trarium deſumebatur, ſcilicet hanc ſummam ſcuto-
rum mille pro dote, & ad computum Dotis fuiſſe
promiſſam, ibi, *con dichiaratione, che detti ſcudi
mille ſiano in conto di Dote di detta Signora Maria Ma-
dalena, e ſi habbino come ſe foſſero compreſi, e con-
tenuti col detto titolo di Dote nel primo ſcritto paſſa-
to queſto preſente giorno*, verbum enim (*ſiano*) deno-
271 tat veritatem, & rei eſſentiam *Iaſ. in l. legatum nu-
mer. 19. ff. de legat. 1. Giurb. in conſuetud. Meſſan. cap.
1. gl. 5. numer. 24. & cap. 7. gl. 3. numer. 7.* & ſequen-
tia verba (*in conto di Dote*) idem ſignificant ac *pro ra-
272 ta Dotis Rot. Roman. ſub Merlin. deciſ. 840. numer. 7.*
vnde verſamur in claris, quod promiſſio fuit facta
titulo Dotis, & quatenus res eſſet dubia, quia ta-
lis promiſſio fuit facta eadem die, qua fuit promiſſa
Dos, eiuſdem naturæ dici debet quoad effectum col-
lationis, vt firmat *Gratian. diſcept. for. cap. 297. num.
45.* imò cum hæc duo ſcripta tendant ad vnum, &
eumdem effectum tamquam correſpectiua pro vno
273 habentur *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 3. numer. 20. Cy-
riac. contr. for. 23. numer. 43. & contr. 146. numer. 38.*
& quia in tractatu matrimonij de vtraque promiſſio-
ne fuit facta mentio, ambo dicuntur pars matrimo-
274 nij, & cum toto ipſo Contractu confunduntur, per-
inde ac ſi ambo vnica carta forent ſtipulatæ *Natt.
275 conſ. 609. numer. 3. Maſtrill. deciſ. 211. numer. 4. Alto-
grad. conſ.7. numer. 14. lib. 1. Ciarl. contr. for. lib. 1. cap.
9. numer. 53.* vbi latè; Vnde cum talis promiſſio ſcu-
torum mille ſit vere Dos, ſubiacet collationi, vt di-
ximus.

Verum dato etiam (citra veri præiudicium) quod
talis promiſſio ſcutorum mille non fuiſſet facta titu-
lo Dotis, ſed diceretur eiuſdem Dotis augumentum;
tamen cum augumentum Dotis non ſit quid diuerſum
276 à Dote, ſed cenſeatur ipſa Dos *l. ſi proprietatis ff. de
Iur. Dot. Alex. conſ. 27. numer. 10. vol. 1. Cephal. conſ.
167. numer. 27. Mangil. de imputat. quæſt. 14. numer. 47.*
ſicuti Dos eſt conferenda, ita augumentum Dotis,
277 vt in puncto *Theſaur. deciſ. 46. numer. 6. Faber in C.
tit. 4. lib. 6. de collat. definit. 3. numer. 20.* & deſumitur
ex *textu in d. l. 1. C. de collat.* vbi, quod debet fieri
collatio Dotis, & aliorum datorum, ſcilicet ipſi Do-
ti ſimilium *Valaſc. in praxi partit. cap. 13. numer. 91.
Sanchez de matrim. lib. 3. diſput. 20. numer. 23. Fonta-
nell. d. clauſ. 4. gl. 1. numer. 41.* imò nulla eſt donatio,
ſeu datio, quæ collationi non ſit obnoxia, niſi quæ à
principio non valet, ſed opus habet, vt morte con-
firmetur, *Facbin. lib. 6. cap. 64. Barry de ſucceſſ. lib. 14.* 278
*tit. 4 numer. 3. Bell. conſ. 19. numer. 8. Altogr. conſ. 8.
numer. 27. 28. vol. 1.* & per conſequens cum Dotis au-
gumentum non ſit à Iure prohibitum, ſemper erit
conferendum, niſi contrarium expreſsè fuerit à teſta-
tore diſpoſitum *d. l. 1. C. de collat.* nec valet dicere col- 279
lationem eſse materiam odioſam, in qua non datur
extenſio, quia vltraquam quod potius dicenda eſt
materia fauorabilis, nam per eam reducitur res ad
æqualitatem, *Cagnol. d. l. ſi emancipati numer. 43.
Bell. d. conſ. 19. numer. 36. Barry d. lib. 4. tit. 6. in princ.
Decian. reſponſ. 22. numer. 23. lib. 2. Giouagn. reſponſ.
83. numer. 68. Pappon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 7. in princ.*
cum *d. l. 1. C. de collat.* expreſsè ſtatuat non ſolum Do-
tem eſse conferendam, ſed alia data à Patre Filijs, ca-
ſus noſter dicitur in lege compræhenſus non per exten-
ſionem, ſed per expreſsam diſpoſitionem.

Et eo minus per nos fuit habita in conſideratione
concluſio, quod donatio cauſa matrimonij non ſit
conferenda, quia, quidquid dicant ex aduerſo alle-
gati, veritas eſt in contrarium, talem donationem
collationi eſse obnoxiam, vt latiſſimè *Fontanell. de* 280
*pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 1. num. 44. Gomez ad ll. Tau-
ri 29. num. 36. Bell. conſ. 19. num. 6. & ſeqq. Gamm. deciſ.
Luſitan. 161. num. 1. Barry de ſucceſſ. lib. 14. tit. 14. nu. 14.
verſ. ſed quid, Giouagn. d. reſponſ. 83. num. 60. lib. 1. Alto-
gr. conſ. 7. num. 27. lib. 1. Cyriac. contr. 368. num. 6. Michal.
de fratr. par. 1. cap. 15. nu. 20. Rot. d. dec. 389. nu. 2. 3. par. 12.
rec. & in d. Fauentina Succeſſionis 20. Aprilis 1667. cor.
R. P. D. Ottalora §. augetur, & in d. Auximana Donationis
8. Iunij 1668. cor. R. P. D. Beuilaqua, §. his tamen non ob-
ſtantibus.*

Hinc putauimus in Iure non poſse ſubſtineri diſtin-
ctionem inter donationem ſponte factam, vel legis
neceſſitate; Siquidem vtroque caſu procedit colla-
tio iuxta veriorem, magiſque receptam opinionem,
quæ inconcuſsè (quidquid dicant *Donat. Ant. de Mar.* 281
Surd. & alij ſupra allegati) probatur ex *textu* literali
in l. vt liberis 17. C. de collat. ibi, *vt in diuidendis rebus
inteſtato defunctorum Parentum, tam Dos, quam ante
nuptias donatio conferatur, quam Pater, vel mater,
Auus, vel Auia, Proauus, vel Proauia paternus,
vel maternus dederit, vel promiſerit*, & voluit *Roland.
conſ. 70. numer. 16. 17. lib. 4.* vbi ait, quod ſemper do-
natio facta filio contemplatione matrimonij dicitur 282
ob cauſam, cum procedat ex quodam ſtimulo pater-
no, & affectione naturali, vt filius honorabiliorem
vxorem inueniat, & pinguiorem dotem conſequatur,
& non ex mera liberalitate, vnde talis donatio con-
fertur, ſicut aliæ ex cauſa, & latè firmat etiam *Lu-* 283
*dou. Bellon. conſ. 19. num. 20. Altogr. conſ. 7. nu. 40. & ſeqq.
lib. 1. Molin. deciſ. 586. num. 2. in fine*, & cæteri allati per
*Rot. in d. Auximana Donationis 8. Iunij 1668. §. non
obſtat.* Vnde licet Mater de Iure dotare non teneatur,
tamen ſi donat filiæ contemplatione Matrimonij, do-
natio eſt conferenda, *Gratian. diſcept. 924. numer. 19.* 284
*& 982. num. 22. Bellon. d. conſ. 19. num. 23. Altogr. vbi ſup.
numer. 46. Rot. d. deciſ. 389. numer. 4. par. 12. recent. & in
d. Auximana Donationis, §. neque hic*, & ratio eſt aper-
tiſſima, ſiquidem ad effectum admittendæ, vel exclu-
dendæ collationis, attenditur ſolum, an donatio ab
initio valeat nec ne, non autem an ex cauſa neceſsa-
ria, vel voluntaria prouenerit, vt explicat *Rot. d.* 285
*Auximana Donationis 28. Iunij 1658. §. non obſtat, &
§. neque eſt applicabilis*, & alij DD. ſupra recenſiti,
& dicit etiam *Fachin. cap. 64. lib. 6.* vbi retractat ea,
quæ in contrarium adduxerat *in dict. capit. 82.
lib. 5.*

Et ſimiliter non viſa fuit applicabilis concluſio, col-
latio-

lationem cessare in donatione facta matrimonio iam
sequuto, eo quia tunc dicatur potius simplex dona-
tio, quam ob causam, & ob id non conferenda; In
facto enim constabat apertissimè ex testibus exami-
natis pro parte d. D. Mariæ Magdalenæ hanc sum-
mam scutorum mille fuisse promissam in actu con-
clusionis matrimonij, & quod Sponsus ea semota
non contraxisset, propterea omninò venit conferen-
da tamquam ob causam, & intuitu certi, & deter-
minati matrimonij, quia verè tunc matrimonium di-
citur causa finalis, & non impulsiua donationis, vt
286 latè probat *Grat. discept. for. cap. 984. numer. 22. Mi-
chal. de fratr. par. 1. cap. 20. numer. 15. Tondut. resol. ci-
uil. 110. num. 5. 6. par. 2. Hodiern. ad Surd. decis. 322. numer.
37. Cutell. de donat. tract. 2. discurs. 1. tract. 5. numer. 5.*
& benè explicat *Rot. in d. Fauentina Successionis 27.
Aprilis 1667. coram R. P. D. Ottalora, §. augetur ista,
& in d. Auximana 8. Iunij 1668. coram R. P. D. Beui-
laqua Vrbis Gubernatore, §. his tamen*, vbi quod con-
traria opinio forsan procederet in casu, quod esset
facta donatio pro contrahendo matrimonio in gene-
re, non vero quando pro contrahendo matrimonio
cum persona certa, & nominatim expressa, & sic etiam
287 distinguunt *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 1. num.
41. Barry de success. lib. 14. tit. 4. numer. 4. in fine, Fragos.
de Regimine Reipubl. Christianæ par. 3. lib. 5. disput. 8. §. 9.
num. 294. Cyriac. contr. 368. num. 6. Bellon. d. cons. 19. num.
6. & seqq.*

Licet his conclusionibus de Iure verissimis arquie-
uerint informantes pro exclusione collationis, ta-
men multa alia in medium adducebant primo in-
tuitu vrgentiora fauore d. D. Mariæ Magdalenæ, &
præcipuè affirmabant collationem cessare, quoties
constat de voluntate Patris, quod non conferatur,
nam tota collationis materia pendet ex integro a
288 voluntate Testatoris omninò seruanda, *DD. l. 1. C.
de collat. Alciat. cons. 154. num. 4. lib. 5. tom. 2. Dec. consil.
59. Surd. consil. 143. num. 18. 19. Redenasc. consil. 75. num.
3. Rot. apud Merl. dec. 586. num. 3. & numer. 7.* siue talis
289 voluntas sit expressa, *auth. ex testamento, C. de col-
lat. Mangil. de imput. quæst. 14. numer. 52. Cyriac. contr.
288. numer. 5.* siue tacita, & ex coniecturis elicita, *Surd.
290 d. consil. 143. numer. 19. Fachin. lib. 5. contr. cap. 78. in fine,
Merl. d. decis. 586. num. 3. Thomat. decis. 50. num. 1. & nu-
mer. 184. & seqq.* & ex antiquioribus, *Dec. l. 1. C. de
collat. Cagnol. d. l. si emancipati num. 40. C. eodem, Soc-
cin. Sen. consil. 127. lib. 3. Crauett. consil. 83. nu. 8. Mangil.
de imput. quæst. 48. numer. 27.* Satis enim expressum di-
citur, quod sub verbis generalibus comprehenditur, &
291 ex coniecturis colligitur, vt tradit *Menocch. consil 95.
num. 36. Surd. consil. 181. num. 42. Osasch. decis. 102. num. 3.
cum similibus.*

De voluntate autem Testatoris contraria collatio-
ni indubitanter constare prætendebatur ex pluri-
bus,

Primò ex particula Testamenti eiusdem D. Achillis,
in qua mandauit, quod priùs soluerentur debita do-
talia, & cuiuscumque alterius generis, & deinde le-
gata, & reliquum dictæ suæ hæreditatis distribuere-
tur æqualiter inter dictas suas filias, & hæredes, ibi,
*Dichiarando espressamente, & ordinando, che de me-
glior beni, & effetti della sua heredità se ne deua pa-
gar prima repartitamente, & à proportione li de-
biti della sua heredità tanto dotali, che di altra qualità,
e che si troueranno esser contratti al tempo della sua mor-
te, dopoi li legati da esso fatti, & il restante si deua egual-
mente partire frà l'infrascritte sue figlie, & heredi per
egual portione &c.*

Ex quo inferebatur Testatorem noluisse pernecess-
se grauare D. Mariam Magdalenam ad collationem
scutorum mille, dum ordinauit horum illi solutio-
nem fieri debere, & postmodum ad æqualem hæ-
reditatis diuisionem deueniri argumento *tex. in l. ex* 292
parte, §. intestato, ff. famil. ercifcund. quem allegat
Thomat. d. dec. 50. numer. 3. vbi si Pater in assignatio-
ne partium totius hæreditatis plus vni, quam alteri
ex filijs relinquat, id non subijcitur oneri conferen-
di, *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. numer. 23.* & alij
relati per *Thomat. d. dec. 50. numer. 4. & numer. 202.*
censetur enim tali casu Patrem voluisse inæqualitatem
in dotibus, & æqualitatem in diuisione hæreditatis
tantùm *Alex. d. l. emancipati num. 11. C. de collat. Surd.
consil 143. num. 18.*

Secundò quia d. D. Achilles in Syngrapha promis-
sionis voluit dicta scuta mille esse vltra dotem iam
constitutam, ibi, *oltre alla Dote*, collatio excludi-
tur omninò, nam si essent conferenda, D. Maria Mag-
dalena non haberet illa vltra Dotem, vt notat *Fa-
ber in C. tit. de collat. lib. 6. tit. 4. definit. 2. Thomat.* 293
decis. 50. numer. 225. 226. & quod tales dictiones *vl-
tra, præcipuum*, seu *d'auantaggio* sint apertæ ad col-
lationem excludendam, voluit in terminis *Barry de
successión. lib. 14. tit. 6. vers. sed contra cum Pater.*

Tandem pro inducenda coniectura voluntatis Te-
statoris pro non collatione adducebatur D. Achil-
lem motum fuisse ad promittendum dicta scuta mil-
le ob amorem, quo prosequebatur d. D. Thomam,
& ob eius merita, ibi, *per dimostrare il medesimo Si-
gnor Achille il gusto, e satisfattione da lui hauuta nel-
la conclusione di detto maritaggio atteso il merito, &
ottime qualità di detto Signor Tomaso, &c.* quæ ra-
tio cum sit rationabilis sufficit pro coniectura apta
ad excludendam collationem, nam alias collatio-
ne admissa nullum oriri poterat beneficium ex tali
promissione dicto D. Thomæ eius Genero, & d. Ma-
riæ Magdalenæ eius filiæ, quam iuxta naturæ ordi-
nem tenebatur æqualiter instituere cum altera filia,
vt in similibus terminis arguit *Surd. d. consil 143. numer.* 294
34. & alijs allegatis *Thomat. d. dec. 50. numer 6.* Vlte-
rius ponderabatur, quod si promissor de collatio-
ne cogitasset tempore, quo fuit facta dicta promis-
sio, remansisset deceptus d. D. Thomas, qui for-
san ob hanc promissionem scutorum mille vltra do-
tem dari solitam alijs filiabus contraxit dictum Ma-
trimonium, vt considerat *Nat. consil. 609. numer. 3.*
quem refert, & sequitur *Surd. d. consil. 143. numer.
34. Thomat. d. dec. 50. numer. 14.* quapropter po-
tius est interpretandum, quod D. Achilles voluerit
dictam eius filiam habere dicta scuta mille præci-
pua sine collationis onere; sumi enim non debet
illa interpretatio, per quam altera partium rema-
neat decepta, & in damno, *l. 3. §. 1. ff. de* 295
*arbitr. Surd. d. loco numer. 34. Thomat. d. decis. 50.
num. 14.*

Ad quod comprobandum afferebatur discursus
D. Ioan. Baptistæ de Luca pro D. Maria Magdalena
editus, & impressus *in suo Theatro libr. 9. part. 2.
sub titul. de hæredibus, & hæreditat. discurs. 30. numer.
11. & seqq.* vbi ostendit, quod quia istud augumen-
tum non videtur factum principaliter in gratiam se-
cundæ filiæ, vt eius meliorem faceret conditionem,
sed principaliter, & directè promissum Viro Nobili
ita allecto ad istud alias inæquale matrimonium,
ideò dicendum est quod potius redoleat debitum
onerosum, & correspectiuum emptionis, & ven-
ditionis, vel compensationis inæqualitatis, cu-
ius est precium, vt in casu suo tradit *Capyc. Latr.* 296
decis. 22. numer. 22. & seqq. & per consequens tam-
quam

quam datum pro compenſanda inæqualitate, non
296 veniat in collatione ad tradita per *Fachin. lib. 5. contr.
cap. 82. Surd. conſil. 143. num. 57. Capyc. Latr. conſult. 25.
num. 70.*

Licet inquam hæc prima fronte vrgentiora viderentur, non fuerunt tamen habita ſufficientia ad collationem excludendam; fuit enim animaduerſum, quod licet de Iure antiquo Digeſtorum ad probandam voluntatem Teſtatoris circa collationem ſufficerent coniecturæ, & præcipuè eſſet ſufficiens coniec-
297 ctura de qua *in l. ex parte, §. inteſtato, ff. famil. erciſc.*
tamen de Iure nouiſſimo Authenticorum id fuit correctum, adeo vt hodie non dicatur prohibita, niſi Parens hanc vetet expreſsè, *ad text. in d. auth. ex teſtamento*, ibi, *ita tamen ſi parens id deſignauerit expreſſim, C. de collat. & d. §. illud, auth. de trient. & ſemiſſ.*

Vndè cum lex poſtulet, vt parens expreſsè deſi-
298 gnet, non eſt locus coniecturis, *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 45. num. 15. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 1. 3.* & latè probat *Barry de ſucceſſ. lib. 14. tit. 6. verſ. ex his Valaſc. in praxi partit. cap. 34. n. 17. 18. Surd. conſ. 361. num. 33 Giouag. conſ. 83. num. 81. Donat. Ant. de Mar. alleg. lib. 3. alleg. 163. numer. 4. Pappon. lib. 21. tit. 7. arreſt. 10. in appendice*, vbi quod prohibitio debet eſſe expreſſa, & non tacita, nam expreſſi, & taciti non
299 eſt eadem ratio ad *text. in l. præcibus, C. de impub. & alijs &c.* & ſimiliter declarauit *Maynard. illuſtr. quæſt. lib. 8. cap. 57.*

Et quamquam verior ſit opinio, quod etiam hodie poſſit fieri prohibitio collationis per coniecturas, tamen nemo eſt qui dubitet eas non releuare, niſi ſint concludentes, & de neceſſitate inferentes collationis prohibitionem, non autem generales, &
300 leues, vt firmat *Surd. d. conſil. 361. numer. 34. Riminald. in d. auth. ex teſtamento numer. 2. C. de collat. Bolognett. l. ſi emancipati numer. 41. C. eodem Bellon. conſil. 19. numer. 30.* & alijs cumulatis *Rot. d. dec. 389. num. 13. par. 12. recent.*

Quibus ita ſe habentibus coniecturas, de quibus ſupra contra collationem ponderatas, ſufficientes non iudicauimus pro illa excludenda.

Prima enim deſumpta ex præcepto Teſtatoris, quod prius ſoluerentur debita, & reſiduum diuideretur, inefficax fuit reputata, attento quod Teſtator in eodem Teſtamento taxando Dotes d. D. Mariæ Magdalenæ eas expreſſit in ſumma dumtaxat ſcutorum 4000. & 500. pro corredis, nulla facta mentione de hoc augumento ſcutorum 1000. vnde debitum dotale, quod erat ſoluendum reſpectu D. Mariæ Magdalenæ referri poterat ad ſcuta 4000. dumtaxat paulò ante expreſſa, non vero ad alia ſcuta 1000. relatio enim regulariter
301 fit ad proxima *Surd. conſ. 271. num. 78. Altogr. conſil. 87. num. 37. lib. 1.*

Præcipuè quia dum ſuperius fuerat facta mentio dictæ Dotis in ſumma ſcutorum 4000. per generalem ipſius expreſſionem poſtea factam, vt prætendebatur in illis verbis, quod ſoluerentur debita iam dotalia quam alterius qualitatis, non poterat inſerri ad ſummam maiorem ſcutorum 5000. ex regula, quod quando diſponens in teſtamento, facit aliquam diſpoſitionem ſpecialem, & deinde generalem, tunc generi per ſpeciem derogatur, adeo vt diſpoſitio generalis non ex-
302 tendatur vltra ſpecificè expreſſa, *l. doli cauſa 119. ff. de verb. oblig. Valenzuel. conſ. 83. num. 140. Andreol. contr. 310. num. 9. & ſeqq.* & facit optimus *textus in l. quoties 10. C. famil. erciſc.*

Demum quod teſtator in caſu præſenti appellatione debitorum dotalium noluerit compræhendere dicta ſcuta 1000. à parte non controuertebatur, dum in poſitionibus per eam productis fuit articulatum, & ſuper ipſis teſtes examinati Teſtatorem non meminiſſe in teſtamento de dicta ſumma ſcutorum mille, eo quia intendebat eamdem ſummam ſoluere in vita; vnde cum verſemur in claris ceſſat diſputatio.

Et propterea, quia vt vidimus idem Teſtator in vltima voluntate non expreſſit hanc ſummam ſcutorum 1000. potius ex hoc inducta videtur ad fauorem collationis coniectura fortiſſima, quod teſtator de eadem obligatione fuerit oblitus, & per conſequens
fit locus apertiſſimæ diſpoſitioni, *textus in d. auth. de* 303
trient. & ſemiſſ. §. illud quoque, mandantis, vt in hoc caſu collatio fiat, ibi, *ſiue quiſpiam inteſtatus moriatur, ſiue teſtatus, quando incertum eſt, ne forſan oblitus datorum, aut præ tumultu mortis anguſtiatus huius non eſt memoratus, omnino eſſe collationem, &c.*

Eoque minùs viſa fuit adaptabilis ad caſum præſentem diſpoſitio, *textus in d. l. ex parte, §. inteſtatus, ff. famil. erciſc.* tum quia multi volunt hunc tex- 304
tum fuiſſe correctum per *d. §. illud, Valaſc. d. capit. 14. numer. 17. Barry de ſucceſſ. lib. 14. titul. 6. Gomez. ad ll. Tauri 29. numer. 5. verſic. ſed reſolutiuè*; tum etiam quia textus ille loquitur in caſu longè diuerſo; in eo ſcilicet, in quo Teſtator dotem filiæ dederat, & deinde in Codicillis eam inæqualem cum altero fratre hæredem reliquerat; tunc enim attenta inæquali inſtitutione per Teſtatorem facta, textus præſumit Teſtatorem voluiſſe æqualitatem ſeruari, & propterea decidit collationi non eſſe locum, ſecus verò ſtatuendum eſt, quando Pater iam facta inæquali Dotis aſſignatione filias æqualiter inſtituit, quia tunc ob ipſam æqualitatis præſumptionem ſemper collationi eſt locus, vt optimè *De-
cian. conſil. 22. numer. 16. 17. lib. 2. Giouagn. d. conſ. 83. nu-* 305
mer. 64. Surd. conſil. 361. num. 35. Gomez. ad ll. Tauri 29. num. 5.

Imò quatenus etiam de tali debito fuiſſet expreſsè facta mentio à diſponente, cum declaratione, quod reſiduum diuideretur æqualiter, nihilominus ex hoc non poſſet deduci coniectura voluntatis Teſtatoris, pro excluſione collationis, vt in terminis terminantibus voluerunt, *Pappon. arreſt. lib. 21. titul. 7.
arreſt.* 10. quem laudat, & ſequitur *Ariſmin. Te-* 306
pat. ſentent. tit. 642. verſ. Pater facit fol. 1282. Barry de ſucceſſ. libr. 14. titul. 6. de collat. verſicul. ſimiliter cum teſtatori, & optimè facit *Maynard. quæſt. illuſtr. libr. 8. capit. 57.* vbi quod talis ſententia placuit principalioribus, & doctioribus Aduocatis Regni Galliæ.

Secunda coniectura, quod Teſtator declarauerit D. Mariam Magdalenam conſequi debere dicta ſcuta mille vltra Dotem, & propterea dicendum ſit eam eſſe à collatione immunem, habuiſſet Iuris adſiſtentiam, ſi talis dictio, *in oltre*, fuiſſet appoſita in teſtamento relatiuè ad ſucceſſionem, adeò vt ſenſus fuiſſet, quod Teſtator vellet filiam habere res donatas vltra portionem hæreditariam, quam in bonis Patris habitura erat, tunc enim abſque dubio dici poterat, quod ex præſumpta Teſtatoris voluntate collatio
erat prohibita, ſicuti de facto in his terminis fuit pro 307
non collatione iudicatum apud *Fabr. in C. lib. 6. tit. 4. de collat. defin. 2. Pappon. in arreſt. de collat. arreſt. 7. Barry de ſucceſſ. libr. 14. titul. 6. in medio, Thomat. deciſ. 50. per tot.* & præcipuè in figuratione caſus; ſecus vero quando dictio, *in oltre*, vt in caſu præſenti eſt relatiua ad ipſam Dotem, ibi, *oltre alla Dote*,

nam

nam admissa etiam collatione verificatur sensus dis-
ponentis, quod D. Maria Magdalena vltra Dotem
habere debeat scuta mille, licet in diuisione hæredi-
tatis tanto minus consequi valeat; vnde ex diuersis
illatio fieri non potuit vulgata *l. Papinianus, ff. de mi-
nor.*

Tandem inefficacem existimauimus coniecturam
308 fundatam in beneuolentia Testatoris erga Generum,
quia vt tradit *Giouagn. d. cons. 83. num. 74.* affectio sa-
tis elucet, & verificatur in hoc, quod multæ vtilitates
ex hac promissione prouenire possunt, firma etiam
manente collatione, & præcipuè, quod si Donataria
ex aliqua causa succedere nequeat, vel, quod Pater
ære alieno prematur, ipsa intendat Generum præferri
creditoribus in hac donatione, & ex alijs commodis
optimè ponderatis per *Giouagn. d. loco, Bellon. cons. 19.
num. 34. Surd. consil. 361. num. 32.* vbi, *quod non modica
est vtilitas reducere ad certitudinem ea, quæ euentui
erant supposita*; Nec valet dicere, quod facta collatio-
ne D. Thomas, qui sub hac spe contraxit, remaneat
deceptus, nam alias forsan non contraxisset; siquidem
dum per hanc promissionem posuit in tuto dotem in
summa scutorum 500. non potest dici defraudatus,
neque deceptus à Socero, qui tenetur promissa adim-
plere, vt obseruat etiam *Bell. d. consil. 19. n. 34. vers. hoc
negatur*, & quatenus aliqua deceptio potest conside-
rari, ea procederet, vt obseruat *Giouagn. d. consil. 83.
num. 74.* in casu diuerso, scilicet in donatione facta
alicui viro, vt propter maiorem opulentiam posset
facilius inuenire mulierem ditiorem, non vero in no-
stro casu, in quo per collationem nullum fit præindi-
cium, nam Iure cautum est Dotem, & tales donatio-
nes conferendas esse, *Bell. d. cons. 19. nu. 35. vbi latè.*

Et ob id iure merito per nos non fuit approbatum
fundamentum *D. de Luca*, quod istud augumentum
non fuerit datum principaliter in gratiam D. Mariæ
309 Magdalenæ, sed in gratiam D. Thomæ eius Viri, ad
idem alias inæquale matrimonium allecti, & per con-
sequens cum redoleat potius debitum onerosum, &
correspectiuum contractum emptionis, & venditio-
nis, vel compensationis, inæqualitatis, &c. cesset col-
latio, &c.

Siquidem fuit consideratum, quod etiam istud au-
gumentum dicatur factum Viri contemplatione, non
inde tamen inferri potest, quod cesset collatio à Iure
ordinata in Dotibus, nam collatio constante matri-
monio non est facienda à Viro, sed ab vxore, & planè
nullum Viro præiudicium fieri potest, sed vxori dum-
taxat, quæ tenetur tantò minus in diuisione hæredi-
tatis Patris accipere, quantò plus ipsa, & eius Vir pro
Dote consequuti fuerunt, vt est *textus in l. Dotis, C. de
310 collat.* & considerat *Bell. cons. 19. num. 35.* vnde cessat
motiuum istud augumentum esse debitum onero-
sum, & propterea in eo virum non esse fraudandum;
nam Vir cum non teneatur conferre, nec possit cogi
ad restituendam rem donatam, non est cur possit
conqueri; & licet negari non possit, quin aliquod
præiudicium resultet vxori, quæ tanto minus conse-
quitur ex hæreditate Patris; tamen tale præiudicium
non tangit virum, qui in bonis paraphernalibus, vel
extra dotalibus nullum ius habet, nec ea administrat
311 nisi ad vxoris beneplacitum, *Zuccard. cons. 75. nu. 221.
& seqq. Ciarl. contr. for. lib. 1. cap. 9. nu. 50. & seqq.*

Et pariter ex his insubsistentes existimauimus om-
nes coniecturas, vt supra allatas pro exclusione col-
lationis tanquam non satis vrgentes ad inferendum
collationis prohibitionem, præcipuè contra disposi-
tionem legis, & enixam voluntatem Testatoris sæpiùs
declaratam velle seruari æqualitatem inter filias, vt
ipsemet *D. de Luca* in d. responso pro D. Maria Mag-
dalena optimè firmauit, fatendo ingenuè, quod ad fa-
uorem D. Mariæ Felicis assistunt maiora argumenta,
& præsertim, quæ resultant è nimium enixè declarata
voluntate seruandi inter filias omnimodam æqualita-
tem cum expressione æqualis dilectionis, ac etiam,
quia demandando separationem Dotis secundæ filiæ
innuptæ, illam expressit in eadem summa, quæ priori
constituta fuerat, &c.

Haud minus reiecimus alia duo argumenta, quæ
vltimo loco pro collationis prohibitione affereban-
tur; Primum scilicet desumptum ex particula testa-
menti, in qua D. Achilles expresè mandauit, vt de ef-
fectibus suæ hæreditatis soluerentur debita dotalia;
dicebant enim talem dispositionem habere vim lega-
ti, & creditum actione legati peti posse, vt per *Grat.* 312
discept. for. cap. 713. num. 57. & per consequens cessare
collationem ex regula, quod quæ debentur Iure le-
gati, non conferuntur *l. filiam 16. C. de collat. Dec. in l.* 313
*filia Dotem num. 1. vers. secundo limitatur, C. eodem,
Peregr. consil. 66. num. 1. lib. 1. Donat. Anton. de Mar.
quot. contr. lib. 2. cap. 45 num. 31.* sicuti ea non subia-
cent collationi, quæ debentur post mortem patris, 314
l. si donatione, & l. nec emancipati, C. de collat. plenè
Giouagn. d. cons. 83. nu. 57. & nu. 73. lib. 1.

Secundum, quod d. D. Magdalena non adiuerit
hæreditatem simpliciter, sed cum beneficio legis, &
Inuentarij, propterea ad conferendum cogi non pos-
se, eò quod sit speciale beneficium Inuentarij, quod
hæredem adeuntem conseruet in eo statu, in quo erat
ante aditionem; vndè, sicut, si non adiuisset, non
teneretur conferre, non enim confert, qui non suc- 315
cedit *l. 3. ff. de collat. dot. l. à patre, C. de collat.* vbi *Ca-
gnol. num. 13. vers. tertia definitio*, ita ad conferendum
non possit cogi hæres, qui hæreditatem adiuit cum 316
beneficio Inuentarij, vt in terminis ait *Surd. cons. 243.
num. 41. & seqq.*

Siquidem, quoad primum nobis non placuit opi-
nio *Gratiani* tenentis, quod dum testator mandat eius
credita solui, peti possint actione legati, non solum
quia allegat pro confirmatione talis sententię *Seraph.* 317
decis. 487. num. 1. qui nihil ad propositum firmat,
sed etiam, quia apertè conuincitur ex *textu in l. ex
verbis 14. C. de donat. inter virum, & vxor.*, vbi ait
Imperator, quod mentio facta in testamento de ali-
quo debito, non tribuit actionem Creditori ad conse- 318
quendum tale creditum Iure legati, vel fideicommis-
si, quem *text.* ad propositum expendit idem *Gratian.
discept. 690. num. 10. 11.* & cęteri allegati per *D. Aloys.
Mans. consult. 9. num. 10.* qui firmant, quod, eo casu,
censetur facta mentio de credito in corroborationem
primæ obligationis, non verò ad hoc, vt dicatur nata 319
noua actio fauore Creditoris, & in similibus terminis
consulnit *Bellon. d. cons. 19. num. 3.*

Quò verò ad secundum dicebatur pro parte D. Ma-
riæ Felicis opinionem *Surdi* fuisse expresè reproba-
tam per *Fachin. controu. lib. 5. cap. 83. circa fin.* & in fa-
cti contingentia contra ipsam fuisse iudicatum, vt te-
statur *Pappon. arrest. lib. 21. tit. 7. in appendice arrest. 3.*
scilicet, hæredem ex beneficio Inuentarij teneri ad re-
ferendum in Inuentarium id, quod à Patre priùs ha-
buerat in pactis dotalibus, & latiùs *lib. 21. tit. 10. in
appendic. arrest. 3.* vbi ait huius opinionis fuisse doctis-
simum, & elaboriosissimum *Rhenatum Copphinum*
Curiæ Parlamenti Parisiensis Aduocatum celeberri-
mum ex rationibus ibi adductis.

Sed nos, vlteriùs, ponderando dictum *Surdi*, co-
gnouimus, eius opinionem non esse repræhensione di-
gnam, nam, si benè percipiatur eius sensus, loquitur,
in casu, quod hæres beneficiatus declaret se nolle esse
hæredem, sed potiùs, velle frui donatione sibi facta,
quo casu, dimittendo portionem hæreditariam, sibi
Ius conseruat retinendi portionem sibi donatam abs-
que

que onere conferendi, prout etiam ita videtur sentire idem *Pappou.d.lib.21.tit.7.in append.arrest.3.* dum ait, hæredem beneficiatum, teneri ad conferendum, *nisi hæreditati renunciare mallet, & dono suo, & emolumento contentus esse*, & eo pacto *Surdi* doctrinam benè explicat videndus *Ludou.Bell. d.cons.19.nu.50.*

Propterea nos, etiam, tali opinioni adhærentes, iudicauimus d. D. Mariam Magdalenam non teneri ad conferendum dicta scuta mille, quatenus infra octo dies renunciet cum debitis, & requisitis consensibus hæreditati d.D. Achillis sui Patris; quatenus verò infra dictum tempus hæreditatem dicti sui Patris non repudiauerit, ipsam condemnauimus ad conferendum dicta scuta mille.

Et ita fuit decisum vtraque parte acerrimè informante ex actis q. Hieronymi Lippi die vltima Augusti 1672.

CAPVT XIV.

Absoluto iam Tractatu nostro de Pactis Futuræ Successionis, eoque Impressoribus consignato; Illustriss. & Reuerendiss. D. meus Marcellus Seueroli Vtriusque Signaturæ S. D. N. Referendarius, Iuuenis omnibus Virtutibus ornatissimus, & in Iuris prudentia nemini secundus, mihi transmisit Consultationem Illustriss. D. Nicolai Seueroli eius Patris Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocati, materiam ipsam de Pactis Futuræ Successionis concernentem. Reseruationem scilicet Pensionis factam à Papa, postquam aliæ Pensiones cessauerint, vel reseruatio fructuum alteri facta cessauerit. Quam sicuti ego auidissimè perlegi, eo quia reperij materiam singulari doctrina, solidisque argumentis pertractatā, ita summoperè gauisus sui, quod à tanto viro nedum in Vrbe, sed in toto Orbe celeberrimo nonnullæ ex conclusionibus à me supra allatis, & præcipuè *lib.1.c.20.21. & lib.3.c.8. & c. 11.* comprobarentur. Et quia ipsam Consultationem Cedro, nedum Prælo dignam existimaui, ideò eam hic volui addere pro complemento huius Tractatus.

BONONIEN. PENSIONIS

Inter Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Boncompagnum Archiep. Et Illustriss. & Excellentiss. Principem D. Io: Baptistam Pamphilium.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata si & postquam aliæ Pensiones, vel reseruatio fructuum alteri facta cessauerint. An sustineatur si casus cessationis non venit tempore Pontificis reseruantis, sed successoris.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio consistens in iure non dicitur requirere altiorem indaginem.*
2 *Exceptio resultans ex ventre litterarum Apostolicarum retardat executionem quamuis requirat altiorem indaginem.*
3 D. Io: Baptista de Luca *laudatur, & expenditur, ac impugnatur ipsius*, discurs. 1. & 2. de Pension.
4 *Pensionis subiectum non dicitur Beneficium, sed illius fructus, &* num. 10.
5 *Pensio reseruata, vbi nulli adsunt fructus est nulla, &* num. 7.
Papa non potest disponere super non ente, & super eo, cuius non adest materia praexistens.
6 *Pensio est nulla, vel reducibilis, pro cuius solutione non adsunt integri fructus.*
7 *Verba*, si & postquam cessauerit, &c. *apposita in reseruatione Pensionis respiciunt illius solutionem, & executionem.*
Decis. Rot. coram Gregor. 117. num.3. & 4. & in Burgen. Pension. de anno 1580. coram Cantuccio in Salamantina Pensionis 16. Februarij 1582. coram Bubalo, & Cæsaraugustana Pension. 18. Iunij 1590. coram Gypsio *adducuntur, & declarantur, & num. 9.*
8 *Gratia debet conferri in futurum, vbi non adest subiectum de præsenti, aliàs est nulla.*
11 *Præsumi non debet, quod iure cautum non reperitur.*
12 *Papa non potest eamdem rem dare duobus eodem tempore, sed successiuè vni post alterum.*
13 *Fictio non potest fieri à Papa quoad ea, quæ sunt naturaliter impossibilia, & quod eodem tempore res vna possideatur à duobus*, num.14.
15 *Ius expectantis dicitur incertum, & conditionale, nec perficitur, aut purificatur, nisi per extinctionem iuris alterius, &* num. 18.
16 *Gratia conditionalis, & imperfecta si perficitur, & purificatur viuente Papa concedente sustinetur, secus si perficitur, & purificatur ipso mortuo, &* num. 17. & 20. *& de ratione* num.18.
19 *Gratia imperfecta, & dependens à futuro euentu expirat per mortem concedentis.*
21 *Papa non potest supplantare successorem, &* num. 28. & 41.
Limita si adsit ratio publicæ vtilitatis, vel necessitatis, & num. 32.
Item limita respectu Prælatorum inferiorum, quorum Papa est absolutus Dominus, num. 27. *& in concessionibus factis per viam contractus*, n.30.
22 *Gratia quamuis solo verbo perficiatur, non probatur tamen nisi per signaturam* Fiat.
23 *Gratia an dicatur facta purè, vel conditionaliter pendet à modo reseribendi, & à subiecta materia, &* num.25.
24 *Gratia conditionalis non dicitur facta, sed facienda.*
25 Rot. coram Penia decis. 244. & decis. 249. *declaratur.*
26 *Expectatiua concessa pro beneficio vacaturo certi hominis expirat per mortem concedentis, si non est cœpta exequi ipso viuente, vbi an in beneficio vacaturo incerti hominis, &* num. 44.
29 *Doctrinæ punctuales prævalent conclusionibus generalibus.*
30 Rot. dec.664. num.13. par.2. rec. *declaratur.*
Concessio ex causa meritorum ligat etiam successores, & num.43.
31 *Coadiutoria conceditur ex causa vtilitatis, & necessitatis Ecclesiæ.*
33 *Coadiutoria habet vim resignationis.*
Supplantatio non cadit in resignatione.
34 *Hypotheca cur constituatur, & operetur quamuis res sint aliter hypothecatæ.*
35 *Pensio nulla à principio tractu temporis non conualescit.*
Societates officiorum assimilantur Pensionibus Ecclesiasticis magis, quam alij contractus, num.35.
36 *Societates officiorum non contrahuntur super officio, sed super illius emolumentis, & fructibus.*

37 So-

37 *Societatès officiorum non subsistunt sine subiecto.*
38 *Societates officiorum nullæ ob defectum valoris reconualescunt superueniente illius augumento, quando extrema sunt habilia, & valent à die, qua superuenit habilitas.*
39 *Pensio euentualis valere potest, si perficitur viuente Pontifice concedente, secus autem si perficiatur ipso mortuo.*
40 *Princeps an possit concedere futuras successiones in officijs vacaturis* remissiuè.
Intellige vt n.41.42.43.& 44.
45 *Papæ potestas extinguitur per ipsius obitum.*

IN tribus causis consultus respondi super ista quæstione, An Pensio alteri euentualiter reseruata, si & postquàm aliæ Pensiones, seù reseruatio fructuum alteri concessa cessauerint, substineatur, & tenui Pensionem corruere ex rationibus infra referendis:

Primò in *Rauennaten. Pensionis inter fel. mem. Archiepiscopum Torregianum, & fel. mem. Principem Camillum Pamphilium*, quæ posteà in Rota fuit disputata, & ex alio motiuo capta resolutio, vt *in seq. mea consultat.*, & præsens articulus ex dignis causis in dicto Tribunali non fuit deductus.

Secundò in *Beneuentana Pensionis inter Reuerendiss. Archiepisc., & Illustriss. ac Excellentiss. Principem D. Io: Baptistam Pamphilium*, in qua doctissimus, & studiosissimus Iudex D. Fattinellus de Fattinellis Auditor Eminentiss. Cardin. Acciaioli, tunc temporis A.C., me scribente, pronunciauit pro nullitate translationis pensionis, *vt in alia mea subsequenti consult.*

Tertiò demùm in hac *Bononien. Pensionis inter Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Boncompagnum Archiepiscop. & dictum Principem D. Io: Baptistam Pamphilium*, in qua vnus ex Locumtenentibus A. C. Iudex primæ instantiæ ab hac quæstione se extricauit sub prætextu, quod ista exceptio vti requirens altiorem indaginem non potest retardare executionem litterarum Apostolicarum, & obligationis cameralis, qua consensus erat vallatus, & malè, meo iudicio, tum quia ista non erat exceptio consistens in facto,
1 sed in mero iuris articulo, quæ non dicitur requirere
altiorem indaginem, cum ius semper sit certum, &
libris apertis statim decidi possit *Argel. de acquir.
possess. q.2. num.139. & quæst.3. num.738. & de Legit.
Contradict. quæst.2. nu.149. Rota post Statil. de Saluian.
Interd. decis. 52. num. 13. & coram Seraph. dec. 183.*
2 *num. 6. & dec. 430. num. 4.* Tum quia oriebatur ex
ventre ipsarum litterarum Apostolicarum, quo casu
semper retardat donec sit examinata, etiamsi requirat altiorem indaginem *Zacch. de obligat. Cameral. q.
17. num. 101. & 104. Rota post eum dec. 8. num. 1. &
dec. 36. num. 2. & coram Burat. dec. 122. num. 2. & 3.*

Post hæc prodijt in lucem *Tomus 13. Theatr. Verit.*
3 *& Iustit. D. mei Io: Baptistæ de Luca* viri doctissimi,
& ex primarijs Vrbis Aduocatis, qui in *par. 2. eiusdem
volum. sub titul. de Pens. discurs. 1. & 2.* scribens in dictis causis *Rauennaten. & Beneuentana*, articulum istũ examinauit, & relatis nonnullis ex doctrinis, & rationibus per me tunc allatis, multis adductis argumentis in contrarium minus tamen casui nostro applicabilibus, licèt ingeniosissimis, & summo studio elaboratis, contra ea, quæ ego deduxeram conatus est respondere, quare vt veritas illius materiæ adhùc non benè explicatæ appareat, infrascripta subieci.

In iure receptum est apud omnes, quod subiectum
Pensionis non est beneficium, neque ipsius bona, sed
sunt ipsius beneficij fructus, super quibus Pensio imponitur, non autem super beneficio, & eius bonis,
4 vt latè tradit *Lotter. de Re: benef. lib. 1. quæst. 39. n. 44.* vbi firmat Pensionem esse onus fructuũ, qui mediante dictione, *super*, hypothecantur, & deindè sub *nu. 72. & seqq.* declarat, quod licèt respectu hypothecæ Pensio sit onus reale, tamen subiectum istius oneris non est Ecclesia, neq; illius prædia, aut Iura, quæ sunt extra humanum commercium, sed soli fructus, vt concludit *n. 82.* & repetit *lib. 3. q. 19. n. 86.* ac sequuntur *Barbos. de Vniuers. Iur. Eccles. lib. 3. cap. 11. nu. 93. præsertim in fin. & Tondut. de Pens. cap. 17. nu. 23. & seqq.*

De tempore autem reseruationis Pensionis in casu
nostro nulli aderant fructus, super quibus posset substantiari, cum omnes alij essent iam assignati, & applicati, nempè congrua Eminentiss. Archiepisc. & cęteri Clar. mem. Card. Columnæ illorum reseruatario;
Vnde impossibile est quod sustineri possit reseruatio 5
pensionis tunc facta, dum non aderant fructus, qui
sunt subiectum ipsius, sine quo Pensio reseruari non potest, cum Papa non possit disponere super non ente, vt egregiè firmat *Imol. in clementin. litteras nu. 23. vers. hoc vltimo confirma, de Rescript.* vbi ait vacare, & conferri non posse id, cuius substantia non est in esse de præsenti, & inferiùs dicit hoc probari ratione naturali, quia in his, quę momento operantur, vt est gratia facta de pręsenti, oportet materiam esse in substantia, & accidentibus præparatis ad formam recipiendam, in beneficialibus autem rescriptum influit in materia secundum tempus datæ, quia secundum illud tempus, causa agens, hoc est Papa, operatur in momento: si ergo materia tunc non adest, impossibile etiam est, quod causa agens, hoc est Papa, in illud influat aliquid, & repetit *n. 29 & 30.* vbi concludit, quod attendi debet forma rescripti, quia si confert in futurum substantiam gratiæ potest sustineri, si verò illam confert in præsens, nec adest materia præexistens, rescriptum nihil operatur, & *nu 31. vers. si autem* dicit, quod si substantia confertur de pręsenti, necesse est, quod adsit materia de illo tempore præsenti, quo dispositio applicatur ad materiam, secus si substantia conferatur in futurum, & ibidem comprobat *Card. Zabarell. n. 4. vers. venio ad tertium*, & inferius *vers. quia enim*, vbi considerat, quod vbi agitur de gratia, quæ statim consumitur, prout est illa, cuius substantia confertur in tempus præsens, non valet, si non adest materia præexistens de illo tempore, & ibi etiam *Barbat. sub nu. 46. vers. sed beneficium vacans*, vbi quod gratia non cadit super non ente *Bonifac. Vitalin. n. 36. & seqq.* & optimè omnes istas conclusiones firmat *Geminian. cons. 69. num. 8. & seqq.*

Sic videmus, quod si reseruatur pensio, pro cuius
solutione non adsunt integri fructus, pro rata deficiẽte non subsistit, & iuxta formas reseruationis est nulla 6
in totum, vel reducibilis *Sanchez cons. moral. lib. 2. c. 3.
dub. 45. nu. 7. & q. 9. n. 1. Garz. de Benef. par. 1. c. 5. n. 666.
& seqq. iuncto n. 400.* & sæpiùs respondit *Rota*, & signanter *in rec. dec. 407. nu. 4. in fine, par. 5. & dec. 536. à n. 21. vsq; ad fin. par. 4. to. 3. & dec. 160. n. 8. & seq. par. 7.*

Hic non applicantur, sed egregiè retorquentur *dec.
117. n. 3. & 4. coram Gregor. & Burgen. Pensionis de an.* 7
1580. coram Cantuccio, & Salamantina Pensionis 16. Febr. 1582. coram Bubalo, & Cæsaraugustana Pens. 18. Iunij 1590. coram Gipsio, firmantes, quod illa verba *si & postquam cessauerit* non impediunt, quin gratia sit pura, & perfecta, cum dicta verba non respiciant substantiam pensionis, sed illius solutionem, & executionem, quas refert, & sequitur *dictus D. de Luca sub n. 22.* Quia imò hinc resultat maior nullitas Pensionis, quia dum dicta verba non respiciunt substantiam, sed gratia reseruationis statim est perfecta de præsenti, & de eo tempore non adest subiectum, eo ipso est nulla, & inualida, cum super non ente substantiari non possit,
& ideò hinc inferunt DD. quod vbi non adest subie- 8

ctum de præsenti, necesse est, quod substantia gratiæ
conferatur in futurum, quando aderit subiectum, &
materia ipsius gratiæ, aliàs si fit de præsenti, nihil agi-
tur, vt egregiè declarat *Imol. in dicta Clement. litteras*
nu.29. & 30. & n.31. & Zabarell. ibidem n.4. il p. vers.
venio ad tertium an dispositio fieri possit. Geminian. cons.
69.n.9. vers. super isto dubio, & in omnibus superiùs ci-
tatis *decisionibus* aderant fructus capaces de tempore
reseruationis, ideò non est mirum, si *Rota* transiuit
9 cum illa resolutione, aliàs si non adfuissent, *Rota* non
benè respondisset ob impossibilitatem terminorum,
nec in illis *decisionibus* istud fundamentum fuit discus-
sum, neque deductum.

Agnoscit *dictus D. de Luca* has difficultates, & duobus modis respondet: Primò supradictam conclusionem, quod fructus sint subiectum pensionis respicere alios diuersos effectus, nempè quod Pensionario non acquiratur Ius, vel titulus in Ecclesia, non autem quod acquiratur dominium fructuum. Secundò, quod nostra conclusio procederet si onus esset contemporaneum, seu simultaneum, quia scilicet eodem tempore soluenda esset pensio, & fructus ad alterum spectarent, secùs autem dum non concurrunt eodem tempore, sed ista pensio euentualis debetur solùm post extinctam reseruationem fructuum alterius.

Verùm vtraq; ex his responsionibus illicò detegitur
insubsistens, nam quoad primam non intelligo vim
istius distinctionis, quam hactenus apud aliquem Do-
ctorem non legi. Quòd enim Pensionario non acqui-
ratur ius, & titulus in Ecclesia vltro fatemur, prout
etiam quod illi non acquiratur dominium fructuum,
& quid tale nunquàm diximus, cum sciamus Pensio-
nario acquiri solam hypothecam super fructibus, sed
dicimus, & constantèr asseueramus, quod fructus sunt
10 subiectum pensionis, vt firmant *Lotther. Tondut. &*
Barbos. superiùs citati, & omnes communiter, neque
dictus D. de Luca negat quod nobis sufficit, quia dum
fructus sunt subiectum pensionis, & illud deficit, gra-
tia valere non potest ex iam firmatis; Ideò reijciendæ
sunt similes responsiones imaginariæ non facientes
ad casum, & à DD. non approbatæ, quia quod iure
cautum non reperitur, nouis, & superstitiosis inuen-
11 tionibus non est præsumendum iuxta doctrinam *Ar-*
chidiac. in prohem. 6. Decretal. in verb. Sacrosancta, n.2.
post med. vers. Et ad hoc etiam facit, quem sequuntur
Becc. cons.35. n.4. vers. Et quod expressè, Surd. cons.158.
n.13. & cons.308. nu.3. & dec.87. nu.5. & dec.255. n.2.

Quo verò ad secundam responsionem, quod onus
istius Pensionis euentualis non sit contemporaneum
cum reseruatione fructuum alterius, sed post illam
incipere debeat, egregiè retorquetur. Admitto enim
istam assertionem, quæ in se verissima est, quod reser-
uatio istius pensionis non sit contemporanea cum re-
seruatione fructuum alterius, immò addo, quod con-
temporanea esse non potest, quia Papa non potest
eodem tempore dare eosdem fructus duobus, sed so-
lùm successiuè, nempè vni de præsenti vti habenti ius
in re, alteri verò vti expectanti, & habenti ius in spe,
12 vt firmant *Zabarell. in d. Clementin. litteras nu.2. vers.*
ad secundum, Oldrad. cons.229. sub n.5. Idq; ita verum
est, vt neque Papa hoc inducere possit per fictionem,
quia licet possit fingere contra veritatem, hoc tamen
procedit quoad ea, quæ secundum naturam sunt pos-
sibilia, non autem fingere potest id, quod secundum
13 rerum naturam est impossibile *Lotther. de re benefic.*
lib.1. q.46. n.55. & in specie fingere non potest, quod
eadē res insolidum acquiratur, & possideatur à duo-
14 bus eodem tempore *Thom. Decc. cons.85. sub n.9. Tho-*
ming dec.11. nu 34. & generaliter *Rota in rec. dec. 129.*
n.46. par. 12. & in indiuiduo gratiæ beneficialis Papæ
Oldrad. d. cons.229. sub n.5. Paris. cons.159. n.21. in fi. lib.4.

Igitur dum istud ius, quod quis habet vti expectans
non est contemporaneum, sed solùm habere potest
locum, cum ius alterius cessauerit, dicitur incertum,
conditionale, & imperfectum, & perficitur, ac purifi-
catur solùm, quando ius alterius per extinctionem
consumitur, vt probat *Zabarell. in d. Clementin. litteras* 15
n.2. vers. confirmo quod potest, & inferiùs vers. ad secun-
dum, Oldrad. d. cons.229. n.4. Paris. cons.119. n.21. in fin.
lib.4. Bertazzol. cons. ciuil.45. n.14. vers. Et in his, lib.1.
Idemq; in substantia voluit *Mohedan. dec.10. nu.1. de*
Pens. vbi quod pensio reseruata post mortem, aut va-
cationem alterius dicitur sub die incerta, & conditio-
nalis, quatenùs iste expectans superuiuat, & sequitur
Tondut. de Pens. cap.44. nu. 10. & admittit idem *D. de*
Luca sub n.28. vers. Et vlterius.

Si vero ius est conditionale, & imperfectum fit di-
stinctio, quod si cessatio Iuris alterius succedit tem-
pore Pontificis, qui gratiam fecit, tunc gratia suum
sortitur effectum, & perficitur, cum extrema sint habi-
lia, quia viuit Papa concedens, qui gratiam iterùm fa- 16
cere potest ex firmatis per *Marescot. var. resol. lib.1. c.*
39. nu.22. Grat. discept.118. num.26. Martin. Mager. de
aduocat. arm. num.842. Ioseph. de Rosa consult.64. n.14.
vers. Nisi vno tantum casu.

Si verò casus cessationis contingit postquàm obijt
Papa, qui gratiam fecit, vt in casu nostro, tunc gratia
effectum sortiri non potest, tum quia gratia conditio-
nalis per mortem concedentis semper expirat iuxta
text. in cap. licet nulla, §. secus, de Præben. in 6. Martin.
Mager. de aduoc. arm. dicto cap.16. n.231. & plurib. seqq. 17
Idque ea ratione, quia gratia conditionalis interim
quoad substantiam dicitur imperfecta, & non facta,
cum fieri dicatur solùm de tempore existentis condi-
tionis *Geminian. cons.107. n.4. vers. nec obstat, Gabr. cons.* 18
185. n.3. & cons.186. n.14. lib.1. Paris. cons.282 n.6 &
seq. lib.4. Bertazzol. d. cons. ciuil.45. n.13. in fine lib.1. &
proindè dum gratia non est perfecta, neque facta, sed
facienda, & pendet à futuro euentu expirat per mor-
tem Pontificis concedentis, vt firmat *Garz. de Benefic.* 19
par.6. cap 8. sub n.304. vers. fin. Molin. de Primog. Hisp.
lib.2. cap.7. n.67. Guttier pract. quæst. lib.2. q.74. & 75.
Gabr. de Præben. concl.1. sub n.37. Sanch. de matr. lib.8.
disp.28. n.86. & admittit *Rota in hac causa Rauennat.*
Pensionis 1. Dec. 1662 § Demum cor. Reuer. Albergato.

Tum quia dum gratia conditionalis fieri dicitur so-
lùm de tempore existentis conditionis; impossibile est,
quod Papa, qui de eo tempore iam reperitur mortuus
gratiam facere possit *Gabr. cons. 186. n.14. vers. ergo si* 20
conditio, lib. 1. Staphil. de litter. gratiæ tit. quibus modis
expirat, §.6. Martin. Mager. de aduocat. armat. cap.16.
n.135. Bertazol. d. cons. ciuil.45. n.14. vers. Et in his, lib.1.
Consiliar. quidam, Guelphic. in doctissimo responso de hac
re impress. apud Kloch. de Erar. lib.2. c.40. nu.93. Rot. in
Romana officij extimatoriatus 24. Aprilis 1570. coram
Lancellotto, vers. Nec potest quisquam conferre suam di-
spositionem in tempus, in quo non potest facere actum,
& de illo tempore Papa non disponeret de Iure suo,
sed de Iure spectante ad successorem, quem Papa vi- 21
uens supplantare non potest, vt in terminis terminan-
tibus Papæ post *Isern. Afflict. Aluarott.* & alios firmat
Vulter. de feud. lib 1. c.10. n.16. vers. de Pontifice Roma-
no, Curt. eodem tract. par.2. memb.1. q.11. Rossental. pari-
ter de feud. cap.6. concl.17. n.1. & ibi Gloss. lit. A. Scra-
der. eod tract. par.3. c.2. n.25. Solorzan. de Iure Ind. to.2.
lib.2. c.6. n.45. Ioseph de Rosa consult.64. sub nu.11. vers.
Etenim Deputati, & n.12. cum seq. & de alijs Principi-
bus, & Superioribus latè *Martin. Mager. de aduocat. ar-*
mat. c.16. d n.831. & infr. plur seq. vbi respondet omni-
bus obiectis, & alios citat *Consiliar. Guelph. in d. respons.*
impress. apud Klod. de Erar. lib.2. c.40. num.90. & seqq.
Bertazzol. d. cons.45. per tot. lib.1. & egregiè *Rot. in dicta*
Roma-

Romana Officij extimatoriatus 24. Aprilis 1570. coram
Lancellotto, & admisit cessante causa publicæ vtilita-
tis, vel necessitatis *in rec.dec.664.num.13.par.2.*
Nec subsistunt, sed funditus corruunt replicationes
in contrarium factæ. Prima enim quod gratia Papæ
solo verbo, & sola signatura perficiatur, vt inquit *di-*
ctus D.de Luca procedit ad effectum, vt gratia quo ad
signaturam dicatur facta, licèt solo verbo non probe-
22 tur, sed requiratur signatura perfiat, vt distinguendo
declarat *Bald.in l.humanum sub n.2.vers.veritas est, C.*
de legibus Dec.in rubr.Decret.in 1.lectur.n.42. Paris.de
resign.lib.8. q.2.n.10.vers.hoc tamen procedit Rebuff.in
concord.tit.de mand.Apost.§.1.vers. ad prob. tamen in
fine fol.mihi 618. Molin. de Primog.Hisp.lib.2.cap.7.n.
54.vers.pro contraria & n. seq.& n.56.Mascard.de pro-
bat.concl.845.n.14.Noal.cons.41.n.5. Rota corã Verall.
dec.151.nu.2.par.2.& dec.251.nu.2.par.3.cum alijs per
Adden. ad Greg. dec.471.n.12. At hinc non sequitur,
gratia est facta, & signata, ergo est facta purè, cum
hoc non pendeat à signatura, sed a modo rescriben-
23 di, & à voluntate Papæ, qui potest facere gratiam cõ-
ditionalem, veluti quando dat mandata de prouiden-
do, vel conferendo alteri pensionem, quo casu gratia
24 non dicitur facta, sed facienda, vt in exemplis addu-
ctis per *Garz.Molin.Guttierez, Gabr.Sanch.*& alios su-
perius citatos, *n.19.* Vel à subiecta materia, quæ mul-
toties non patitur, vt gratia sit pura, & facta de præ-
senti, veluti quando confertur in tempus incertum, &
euentuale, & multò magis quando conceditur benefi-
cium, vel res ab alijs possessa postquam vacauerit,
quia tunc ex subiecta materia semper est conditiona-
lis, cum non possit eodem tempore idem beneficium,
& eadem res dari duobus; prout etiam quando non
adest subiectum de præsenti, quia tunc nisi conferatur
in tempus, quo aderit non valet, vt superius fuit ostẽ-
sum; Vndè responsio quod gratia sit perfecta per si-
gnaturam, nihil habet commune cum nostra quęstio-
ne, an gratia sit pura, vel conditionalis.
25 Minus applicantur *Decisiones Peniæ 244. & 249.*
Quia loquuntur de gratia expectatiua, quæ si conces-
sa fuit in genere pro beneficio vacaturo incerto, gra-
tia dicitur pura, & non conditionalis, cum Papa con-
ferat beneficium de pręsenti, & executori solummodò
committat executionem, vnde gratia dicitur facta, &
non expirat per mortem Papę, vt benè *Garz.de benef.*
par.6.cap.2.nu.305. & seq. & ita se declarat *Penia dec.*
244.n.3. & d. dec.249.n.10. vbi considerat quod ex
parte Papæ nulla aderat conditio, quia illa verba
quoad duxerit acceptandum respiciunt impetrantem,
non autem Papam, secus est quando datur expectati-
ua ad beneficium vacaturum certi hominis, & illa non
est cępta exequi viuente Papa concedente, tunc enim
per eius mortem expirat, cum illud beneficium non
possit alteri conferri, dum ab alio obtinetur & possi-
26 detur, quidquid sit dicendum, quando expectatiua
conceditur ad beneficium vacaturum incerti homi-
nis, maximè si apposita sit aliqua conditio ex cumu-
laris per *Gregor.Lopez. ad leg.Hisp. partit.5. tit.5.l.13.*
gloss.vlt.sine n.5.circa fin.Gabriel.concl.1. de Præbend.
n.37. Staphil. de litteris gratiæ Tit. quibus modis expi-
rent, §.6.per totum fol.mihi 212.Gabr.cons.186.n.25.&
26.lib.1.Gail.lib.2.pract.obseru.cap.155.n.6.in fine, &
n.7.Nicola Miler.in Nomolog.Ordinis Imperialis, siue
de Princip German obligat. legal. cap.15. sub n.2. Mel-
chior Phœb.dec.Lusitan.2.n.16 Fontanell. dec. Catalon.
213.n.11.& seq.tom.2.Capic.Latro cons.vlt.145.n.148.
tom.2.Rota dec.12.num.1.post medium, vers.sed in casu
nostro mandatum, de offic. delegat.in nou. & ita se decla-
rat *Rota coram Penia dicta dec.249. num.9. versic. nec*
refert, vbi admittit, quod gratia conditionalis ex-
pirat per mortem Papæ.

Corruit etiam tertia replicatio quatenus dicitur,
quod supplantatio non cadit in Papa, Quia vltra
quod semper remanet aliud motiuum deficientiæ su-
biecti; Ista conclusio procedit, & est intelligenda, quã-
do Papa disponit in præiudicium Prælatorum infe-
riorum, respectu quorum est absolutus Dominus, & 27
potest illis præiudicare, & in his terminis loquuntur
Decisiones in Forosempronien., seù Eugubina bonorum
16.Iunij 1636.& 7.Iunij 1638.coram Coccino, quarum
prima est *post dec.Vrbinaten.Pattell dec 19.*& posterior
est *in rec.dec.39.p.8.* in quibus agebatur de dispositio-
ne facta in præiudicium Episcopi, quod nullam habet
difficultatẽ, sed quando agitur in concursu, & de præ-
iudicio Papæ successoris, intrat conclusio, quod Papa
viuens non potest supplantare successorem, eo quià
Par in Parem non habet imperium, vt firmãt *Vulteius,* 28
Curt.Rossental.Serader, & Rota superius allegat. *n.21.*
quibus addo *Bertazzol. d cons.ciuil.45.n.37.lib 1.* Quæ
conclusio nõ solum est communis inter Doctores, sed
hoc declarauit ipsemet Papa nẽpe. san.me.Paulus IV.
in eius *constic.17.* his verbis: *Nos considerantes præfatũ*
Eugenium prædecessorem per eius litteras successoribus
Pontificibus, cum Par in Parem nõ habeat imperiũ, præ-
iudicare non potuisse, quæ verba cum sint clara, non est
eundũ per conclusiones generales, & loquẽtes in alio
casu diuerso, dum habemus punctuales auctoritates
DD., Rotæ, & ipsiusmet Papæ hoc determinantes
in puncto casus nostri, quæ ideò sequẽdæ sunt reiectis
generalibus loquentibus in alio casu diuerso non ap- 29
plicabili nostro ex traditis per *Rot.in rec.dec.438.n.10*
par.9.dec.233.n.19.p.10.& in Forolinien. Emphyteusis
23.Martij 1667.corã R.P.D.Bourlemont impressa apud
Vrceol.consultat.Forens cap.94.n.34.& 46.t.2., præser-
tim cũ pro hac parte assistat dicta irrefragabilis ratio
quod Par in Parem non habet imperiũ *Rot.coram Pu-*
teo dec.66. n.3. lib.3. & in dict.Forolinien. Emphyteusis
apud Vrceol.dict.n.34. vers. præsertim ante finem.
Nec applicatur, sed retorquetur *dec.664.n.10. p.2.*
rec. per nos superius allegata, quia si diligenter pon-
derabitur, apparebit, quod admittit nostram conclu-
sionem etiã in Papa, & ab ea declinat in suo casu, quia
concessio facta fuerat per viam legitimi contractus ex
causa meritorum, quo casu ligat successorem, non au- 30
tem quando est facta per viam gratiæ, vt in casu no-
stro, vt præter Doctores superius citatos ita distin-
guendo declarant *Martin.Mager. de Aduocat. armat.*
d.c.16.n.884. & Solorzan. de Iure Indiar.tom.2.lib.2.
cap.6.n.13.in fine & ipsamet *Rot. in d dec.564.*
Minus applicatur simile de coadiutoria perpetua
cum futura successione, quia in illa militat diuersa ra-
tio; conceditur enim ex causa necessitatis, vel vtilita-
tis Ecclesię, & ob dictas causas tantummodò permit-
titur à *Sacr.Conc.Trident.sess.25.c.7.de reformat.*, alio-
quin esset detestabilis, nec permissa, vt firmat *Garz.de* 31
benef.p.4.c.5.n.14.& 15.& Gonzal.ad reg.8.gloss.5 §.9
n.19.& seq.ac n.43.& seqq.Io:Maria Nouar. singular.
non.Iur.Pontif.tit.de coadiutor. concl.3. alias 58.n.2. &
per tot.Reuerendiss. Fagnanus in c. cęterum n.50. de re-
script.& latius in cap.nulla n.69. & seqq. de concession.
Præben.& Rota in rec.dec.570.n.4.p.1. & dec.20.nu.7.
& 11.& dec.14.n.13.p 6. & egregiè *in Cæsaraugustana*
Coadiutoriæ Canonicatus prima Febr.1640. coram bon.
mem. Cardin. Panzirolo impressa apud Michael Ang.
Franc.var.res.c.16 n.206.& pluribus seqq. Ideoque in
ea non cadit supplantatio successoris, dum Papa con-
fert ex iustis causis vtilitatis, & necessitatis Ecclesiæ,
ob quas causas Coadiutoria valet de præsenti, etiam
in præiudicium Successoris ex ratione supra firmata 32
Mart.Mager.& Rot.in rec.dec.664.sub n 13.p.2. & fa-
cit *Rot.in d.Cæsaraugustana Coadiutoriæ n.222.* similis
enim coadiutoria habet vim resignationis, in qua non 33
cadit

cadit ſupplantatio vt benè *Gonzal.ad reg.8.gloſſ.5.§.9 n.9.Giouagnon.conſ.88.n.9.lib.1.Valenzuol.cõſ.98.n.41 Rota in rec.dec.122.n.18.p.10.& in Calaritana Pẽſionis.*

Nec minus applicatur ſimile de hypotheca, quæ conſtitui poteſt, etiamſi res alijs hypothecis ſit obnoxia,& operatur, dum aliæ hypothecæ anteriores ceſſant, & extinguuntura, qui magna eſt diuerſitas inter vtrumque caſum, nam hypotheca generalis eſt onus reale afficiens in genere omnia bona debitoris, etſi aliqua ſunt alijs obligata,operatur ſuper alijs, & ceſſantibus hypothecis anterioribus intrat ſuper re libe-
34 rata, cũ ſub hypotheca veniant etiam futura *l.1. ff. de pignor.l.fin.C quæ res pignor. obligari poſſit*: Quod non procedit in Penſione, quæ ſi imponitur purè ſtatim creatur ius exigendi ſuper fructibus beneficij grauati, vnde ſi non extant de tempore conſtitutæ penſionis, impoſſibile eſt, quod penſio ſubſtantiari poſſit, dum non adeſt illius ſubiectum, nihil obſtante, quod antiquæ penſiones,ſiuè reſeruatio fructuum alteri facta in futurum ceſſent, quia cum ſit nulla ab initio propter defectum ſubiecti, tractu temporis non poteſt conua-
35 leſcere, & reuiuiſcere iuxta *tex. in l. quod ab initio, ff. de regul.Iur.& in cap. non firmatur 18. eodem tit. in 6.* & in his terminis *Lotber.de re beneficiar.lib.1.qu.38. num.59.Tondut.de Penſion.cap.44 n.9.*

Sic in ſimili videmus in ſocietatibus officiorum, quæ magis aſſimilantur Penſionibus,quam cæteri cõtractus,cum illæ verè non contrahantur ſuper ipſo officio,ſed ad inſtar penſionum ſuper eius emolumentis
36 & fructibus *Zacch.de Societat.officior.n.36.37.& 38.ac n.115.Boccat.de Societat.n.206.Mantic.de tacit.& ambig.conuention.lib.6.tit.2.nu.17.verſ.official.autem eorum,Rot.coram Millin dec.251.n.8.* & in alijs paſſim,ſi enim ſocietas contrahitur ſuper officio grauato alijs anterioribus ſocietatibus totum illius valorem abſorbentibus nõ valet ob defectum ſubiecti iuxta plu-
37 ra cumulata per *Conciol.allegat.33.n.4.& 7.*& reſpondet *Rota coram Millin.d.deciſ 251.n.5.& per tot.* & articulo acriter diſcuſſo in *Romana Societatum officij 20. Iunij 1664.coram Reuerendiſs. Ninot.& 9 Decembr. 1665 coram R. P. D. Bourlemont.* Ita corruit Penſio dum non adſunt fructus, qui ſunt illius ſubiectum, vt fuit firmatum.

Et licèt nonnulli tennerint, quod ſocietates officij reconualeſcant, ſi præcedentes ceſſent,aut valor officij augeatur, hoc tamen omnes intelligunt; quando extrema ſunt habilia,nempè quando vterque contrahens viuit, & ſuperuenit cauſa habilis ad confirmandum actum, quo etiam caſu non valent ab initio, ſed ab illa die,quo ſuperuenit habilitas, vt declarat *Zacc.*
38 *de Societ.offic.n.104.Duard.eodem tract.lib.2.cap.6.§.2 q.5.n.12.§.nec obſtat*: Vnde idem dicendum eſt in reſeruatione ſimilis penſionis euentualis poſtquam aliæ penſiones,& reſeruatio fructuum alterius ceſſauerint, nam ſi ceſſatio contingat tempore ipſius Pontificis reſeruantis, extrema ſunt habilia,cum viuat idem Põtifex, qui de nouo illam reſeruare poſſet: At quando
39 ceſſatio contingit eo iam defuncto, extrema non ſunt habilia,quia mortuus amplius diſponere non poteſt, & ideò iſto caſu penſio non poteſt reuiuiſcere, neque conualidari ob inhabilitatem extremorum & deficientiam ſubiectæ materiæ, vt ſupra fuit probatum.

Hinc etiam euitantur Doctores,tractantes queſtionem, An Princeps poſſit concedere futuras ſucceſſio-
40 nes in officijs vacaturis, de qua poſt innumeros quos cumulant latè agunt *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.cap.25 Giurb.de ſucceſſ. feud.§.1.gloſſ.7.à n.1. Georg. Frider.ab Nelldorff. integr.diſſert. feudal.de Iur.expectatiu.Martin.Mager.de Aduocat.armat.d.c.16. à n.831.Solorzan. de Iur.Indiar. d.tom.2. lib.2. c.61.Salzed. de leg. Polit. lib.2.c.21.n.26.& ſeq.Franc.Roceus de offic. rubr.1. Miler.in Nomolog. ordin. Imperial. ſiue de Princip. Germ. obligat.legal.cap.15.Thoming.conſ.11.n.24.& ſeq. vſq. ad fin. Nicol. Euerard.Iun.conſil.1.vol.1.Gaſpar. Kloch. in tract. de Erar. lib.2. cap.40. à n.46.& Conſiliar. quidam Guelphic.in reſponſ. ibid. impreſſ. à nu.60.& idem Kloch. conſ.4. à nu.73. vſque ad fin.t.2. Salern.conſ.10. Capic.Latro,conſult.145.tom.2. Ioſeph de Roſa d.conſult. 64.Melchior. Phab.d.dec. Luſitan.2.Valaſc.conſult.dec. 72.lib 1.Fontanell.deciſ.Cathalon.212.& 213.lib.2.* & alij plures, Quia vltra quod multi contra huiuſmodi conceſſiones acriter inuehunt, eaſque damnant,& reprobant, & ſignanter *Salern. & Salzed.* Illi, qui eas admittunt id faciunt cum multis temperamentis, & diſtinctionibus, & omnes loquuntur in caſibus à noſtro penitus diuerſis: Alij enim loquuntur de Principibus ſecularibus,ſuccedentibus iure hæreditario,qui ſui anteceſſoris factum ſeruare tenentur, & ideò quãdo venit caſus vacationis illud ratum habere debent, perinde ac ſi viueret anteceſſor, cuius perſonam repræſentant vt tradunt omnes *Feudiſtæ in cap.vnic. qu.* 41
ſucceſſor teneatur cap.1. & alij quos refert & ſequitur *Miler.in Nomolog.ordin.Imperial.d.c.15.nu.1.* & in his terminis loquuntur ferè omnes ſuperius citati firmantes ſecus eſſe in ijs, qui ſuccedunt per viam electionis, nam iſti conceſſionem officij & Beneficij vacaturi ſeruare non tenentur, niſi caſus venerit tempore concedentis,& ſignanter *Miler. vbi ſupra num.2. Mager. d.* 42
cap.16.n.824.& ſeqq. vſque ad 838. Conſiliar. Guelph. apud Kloch. de Erar. d.lib.2. cap.40. num.88.& 91. & alij ſuperius citati *num.21.* ad probandum, quod non licet Papæ ſupplantare Papam ſucceſſurem: Alij verò loquuntur de conceſſione facta ab Epiſcopo, aut ab alio ſuperiore de conſenſu Capituli, vel aliorum intereſſe habentium ex cauſa iuſta remunerationis meritorum & ſimilibus, nempè *Mager. Thoming. Kloch.* 43
Capic.Latro,Phæb.& Fontanell. qui tamen dicunt neceſſe eſſe probare merita,quo caſu *Rota* etiam admiſit id licere Papæ in *d.deciſ.664.nu.12.& 13.p.2.* Alij demum loquuntur,quando Princeps concedit promiſſiones generales ſuper officijs incerti hominis, vt ijdẽ *Phæb.Fontanell.& Capic.Latro*, & nos admiſimus ſupra *n.26.* Nullus autem dicit,quod poſſit fieri ex pura & mera gratia, cum hoc omni iure prohibeatur, vt ſupra fuit oſtenſum,& qui loquuntur de Papa, intelligendi ſunt,ſi caſus vacationis contingat ipſo viuente, alias ſuſtineri non poteſt ſi caſus venit eo mortuo,per ſupradictas rationes, quod Papa mortuus amplius diſponere non poteſt, & quia ſupplantaret ſucceſſorem, quod facere non poteſt.

Nec obſtant, quæ ſolent dici de abſoluta poteſtate Papæ,quia illa reſtringitur, & limitatur intra tempus vitæ eiuſdem Pontificis, nempè quando vacationes contingunt ipſo viuente,ſecus quando contingunt eo mortuo, quia eius poteſtas tunc eſt extincta,cum reſtringatur, & limitetur intra tempus eius vitæ, quando agitur de gratia facienda *Aleiat.conſ.2.n.1.& ſeq. lib.4. Gaſpar. Kloch. dicto conſ.4. num.134. tom.2. & antea conſ.44.num.16.tom.1.*

Et ita reiectis omnibus contrarijs, noſtra ſententia videtur ſatis firma, & clara, ſaluo ſemper &c.

N. Seuerolus Sac. Conſiſt. Aduoc.

Laus Deo, & Deiparæ Immaculatæ.

RECENTISSIMÆ
S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
NVLLIBI IMPRESSÆ

Materias in Tractatu

IOANNIS TORRE
DE PACTIS FVTVRÆ SVCCESSIONIS
DISPVTATAS,

Concernentes.

Enumeratis Alphabetico ordine Illustriss., & Reuerendiss. Auditoribus eas proponentibus iuxta temporum series; Et accedente totius Operis Indice locupletissimo quascumque accommodè complectente.



VENETIIS. Apud Nicolaum Pezzana. MDCLXXIII

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



INDEX DECISIONVM, QVÆ IN TRACTATV CONTINENTVR.

Coram Reuerendiss. D. Albergato Decano.

Coram R. P. D. Beuilaqua.

Coram R. P. D. Bourlemont.

Rauen-

Coram R. P. D. Taya.

Coram R. P. D. Varesio.

Coram Bo: Me: Verospio.

Coram Bo: Me: Cardinali Vicecomite.

Coram R. P. D. Vicecomite.



INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Bononien. Bonorum.
Veneris 10. *Martij* 1662.

ARGVMENTVM PRIMVM.

Clausula Constituti, cuius vigore datur associatio, quomodo operetur in contractu nullo. Onus renunciandi, positum in testamento, ad quæ bona, & iura, extendatur.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Bononien. Bonorum.
Veneris 23. *Iunij* 1662.

II. Renunciatio fideicommissi est valida, quando est conformis voluntati fideicommittentis.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Bononien. Bonorum.
Veneris 20. *Aprilis* 1663.

III. Præceptum testatoris renunciandi omnibus hæreditatibus, iuribus, &c. non comprehendit acquisita ab hærede, ex contractu inter viuos; nec extenditur ad acquisita aliundè, quàm à defuncto præcipiente.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Rauennaten. Hæreditatis.
14. *Ianuarij* 1661.

IIII. Firmato, quod, præteritio nepotis ex filia annullat testamentum aui, & alijs, circà statutum Rauennæ, de successione; magistraliter resoluitur, quod renunciatio matris præmortuæ patri, nunquam præiudicat filio, etiam hæredi, qui succedit auo ex propria persona; & respondetur quibuscumque contrarium tenentibus.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romaua Fideicommissi de Matianis.
11. *Ianuarij* 1660.

V. Portio legitimæ debitæ fœminis exclusis, vel à statuto, vel ob renunciationem, computatur ad augendam legitimam masculorum, & dicta portio auget hæreditatem patris, ita tameu, vt idem pater non possit de ea disponere, ad fauorem extraneorum, sed tantum ad fauorem descendentium.

Reuerendiss D. Albergato Decano.
Romana, seù Vibeuetana Successionis.
Luna 22. *Maij* 1662.

VI. Renuncians bona fideicommisso supposita, dicitur alienarè, & contrauenire præcepto, de non alienando; Ideo fit locus substitutioni, & substitutus potest bona in tertium translata vindicare.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana, seù Vrbeuetana Successionis.
Veneris 18. *Maij* 1663.

VII. Renuncians fideicommissum contrauenire dicitur precepto non alienandi, ideò substitutus agit contra renunciatarium, pro recuperatione bonorum, etiam, si renuncians uon habuisset notitiam fideicommissi renunciati.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Scutorum 30000.
9. *Aprilis* 1660.

VIII. Pacta, & Conuentiones reuocabiles, possunt stare in donatione irreuocabili. Et facultas disponendi, concessa alicui, in contractu donationis inter viuos, reuocari, & limitari potest, antequam facultatarius vtatur, maximè, si dicta facultas esset ad fauorem tertij.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Scutorum 30000.
21. *Iunij* 1661.

IX. Facultas disponendi, data in donatione irreuocabili, potest à donatore reuocari, restringi, & limitari, antequam ea donatarius vtatur, non obstantibus ponderatis in decisione.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Domorum.
Veneris 27. *Ianuarij* 1668.

X. Donatio ob superuenientiam liberorum, non reuocatur, quando fuit cogitatum de filijs; Et Donatio, ad hoc, vt dicatur remissa, requiritur, vel retrodonatio, vel actus necessariò remissionem inducens.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Donationis.
Luna 18. *Februarij* 1669.

XI. Donatio, facta meretrici, & adulteræ causa concubitus valet, etiamsi adultera non sit meretrix publica, & quomodo fiscus succedat in donatione facta incapaci.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Restitutionis Dotis.
Luna 18. *Iunij* 1660.

XII. Stante pacto restitutionis dotis; mulier de ea disponere non valet; tanto magis, si sit filia familias, quę testari non potest, aut donare causa mortis sine consensu patris. Ex quibus talis consensus dicatur, dolo, & fraude extortus.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Tiburtina Donationis.
16. *Iannarij* 1660.

XIII. Donatio facta à muliere, pro dote, non substinetur sine solemnitatibus, quando dos, & matrimonium non est causa totalis, & finalis donationis: Et ponderantur plures coniecturæ excludentes d. causam finalem.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Emphyteusis, seu Deuolutionis Domus.
Luna 27. *Iunij* 1661.

XIV. Dominus directus, agens ad deuolutionem, debet concludenter probare defectum, & finem lineæ, de cuius principio constat, etiamsi agatur de Emphyteusi Ecclesiastica contra fœminas, quæ possunt esse capaces dictæ Emphyteusis.

Reue.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Perusina Pecuniaria.
Lunæ 1. Iulij 1669.

XV. Pactum inter creditorem, & debitorem nunquam petendi debitum, intelligitur durante vita debitoris, ideò creditor agere potest contra hæredes debitoris.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Pecuniaria.
Lunæ 8. Iunij 1665.

XVI. Pater retinens,& recipiens dotem filiæ, destinatam inuestimento stabilium, si non inuestiat, tenetur ad interesse, ad rationem inuestimenti, quod factum fuisset, si d. dotem non retinuisset in manibus otiosam, nec, hoc casu, opus est probare requisita Pauli de Castro.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Pensionis.
Veneris 15. Iunij 1668.

XVII. Eo ipso, quod quis acceptat officium cum facultate condemnandi ad sanguinem, priuatur beneficijs, & pensionibus Ecclesiasticis, nec potest iterùm acquirere per dimissionem d. Officij.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Meleuitana Bonorum.
Veneris 28. Iunij 1669.

XVIII. Testamentum, inter liberos, licèt valeat sine solemnitatibus, tametsi in eo fiat legatum ad fauorem extranei, dictus extraneus debet honorari coram testibus, maximè si vocetur titulo honorabili institutionis.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Assisien. Oblationum.
Veneris 9. Decembris 1661.

XIX. Transactio super oblationibus percipiendis, non potest dici læsiua ex incertitudine illas exigendi, tanto magis, si fiat à Patribus S. Francisci, qui sunt incapaces bonorum.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Meleuitana Bonorum.
Veneris 4. Iulij 1670.

XX. Confirmata decisione, de qua supra in ordine 18. firmatur testamentum inter liberos valere absque solemnitatibus, sed si in eo vocetur persona extranea, debet constare de dispositione per duos testes, qui fuerint præsentes testamento.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Mediolanen. Iurispatronatus.
10. Decembris 1660.

XXI. Clausula, verificato priùs Iurepatronatu, importat præcisam,& concludentem prolationem. Agens, vigore resignationis, debet docere, de eius publicatione intra 6. menses, iuxta Bullam Gregorianam.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Placentina Hæreditatis.
Veneris 30. Maij 1664.

XXII. Turpis persona, ad effectum annullandi testamentum, ob præteritionem fratris, non dicitur illegitimus Ecclesiasticus. Fideicommissarius non impedit immissionem, seu manutentionem hæredi scripto.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Placentina Hæreditatis.
Lunæ 15. Iunij 1665.

XXIII. Contra decisionem emanatam sub die 30. Maij 1664. latissimè, & magistraliter firmatur fratrem habere ius annullandi testamentum, ob suam præteritionem, quando est instituta turpis persona; Et turpis persona, ad hunc effectū, dicitur quilibet illegitimus.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Rauennaten. Pensionis.
Veneris 1. Decembris 1662.

XXIV. Vxoratus, ex concessione Pontificis habet pensionem. Dispensatus itavt possit ducere viduam, dicitur dispensatus à Bigamia. Reseruatio Pensionis, post mortem alicuius, accedente eius consensu, non vitiatur.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Census.
Lunæ 12. Februarij 1663.

XXV. Emptum nomine Patris, & filij acquiritur vnicuique eorum, pro medietate; Et quando filius publicè habetur, & reputatur paterfamilias, habet actionem contra patrem, pro recuperanda sua medietate.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Romana Commendæ.
Lunæ 21. Februarij 1661.

XXVI. Incapax Commendæ, & beneficij de tempore vacationis, ob defectum ætatis, admittitur in præiudicium successiuè vocatorum, obtenta dispensatione ab habente facultatem, super ætate, maximè, si ille, qui est incapax expressè vocetur à fundatore in concursu substituti.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Ariminen. Bonorum.
Lunæ 24. Maij 1660.

XXVII. Renunciatio matris nocet filio venienti, ex propria persona, quando est hæres matris, quæ in actu receptionis dotis, renunciando promisit, nec se, nec filios, aut hæredes, vllo vnquam tempore impugnaturos d. renunciationem.

R. P. D. Beuilaqua.
Ariminen. Bonorum.
Mercurij 22. Iunij 1661.

XXVIII. Renunciatio Iurium etiam nondum delatorum, requirit solemnitates statutarias, maximè insinuationem, quæ non suppletur ex præsentia Iudicis, ex alia causa interuenientis: Et renunciatio, ex præcepto testatoris facta, vt non requitat solemnitates, præceptum debet esse præcisum.

R. P. D. Beuilaqua.
Ariminen. Bonorum.
Lunæ 26. Februarij 1663.

XXIX. Omisso articulo, examinato in decisione supra relata. An renunciatio Matris noceat filio, hic firmatur; renunciationem factam ad fauorem minoris debere esse cum solemnitatibus statuti; Etiamsi fieret renunciatio, in vim præcepti testatoris, quando extenditur ad bona non comprehensa in præcepto.

R. P. D. Beuilaqua.
Ariminen. Bonorum.
Veneris 12. Iunij 1665.

XXX. Renunciatio, sicuti cœteri contractus, vt robur validitatis assumat, non sufficit, vt habeant solemnitates statuti particularis, sed requirit vltra dictas solemnitates, alias, vel statuti vniuersalis, vel Iuris communis, quando simul compatiuntur.

R. P. D. Beuilaqua.
Auximana Donationis.
Lunæ 8. Iunij 1668.

XXXI. Omnia bona peruenta à patre filijs, debent inter fratres conferri; etiamsi ille, qui prætendit non habere locum collationem, habuerit bona tanquam donata eius filijs.

R. P. D.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Fideicommissi.
27. *Iunij* 1690.

XLVIII. Renunciatio facta per viam donationis irreuocabilis, non reuertitur ad renunciantem, etiamsi deficiant omnes personæ contemplatæ, sed cedit, fauore hæredum vltimi compræhensi, Et terminus donationis cadere potest in renunciatione Iurium sub spe competentium.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Fideicommissi de Alberinis,
Veneris 23. *Iunij* 1662.

XLIX. Mulier possidens bona fideicommisso supposita, non potest impedire immissionem fideicommissarijs, nisi doceat in continenti de titulo claro, suæ possessionis; Nec prætendere potest retentionem, vigore adiudicationis nullæ; Et sic ponderantur plures nullitates, quæ interuenire possunt in adiudicatione.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Fideicommissi de Maximis.
Veneris 8. *Februarij* 1664.

L. Fideicommissario, probata existentia, & pertinentia fideicommissi, & identitate bonorum, datur immissio in vim *l. fin.* vel, vigore Saluiani, etiam contra tertium possessorem, in quem fuerunt alienata bona fideicommissaria; nec impeditur immissio, per exceptionem detractionum prætensarum, ab alienante, nisi clarè constet, quod debeantur.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Legati.
1. *Martij* 1660.

LI. Ponderantur, in hac decisione, plures coniecturæ, ex quibus præsumatur, quod testator voluerit, in restitutione fideicommissi, venire prælegata; Et quomodo, nomine hæredum, veniant solum illi sanguinis, vel extranei.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Redditionis Rationis.
Veneris 25. *Februarij* 1665.

LII. Ex bonis fideicommisso suppositis, quomodo ali debeat vocatus, antequam veniat casus suæ vocationis, & quid de eo, qui retinet bona, ex quo successio est in suspenso.

R. P. D. Beuilaqua.
Tiburtina Castrorum.
16. *Februarij* 1660.

LIII. Hæres, etiam, in re particulari, imò, & hæres hæredis immittitur in vim *l. fin.* in omnibus bonis possessis, per defunctum, non attentis exceptionibus, contra testamentum, & contra Dominium bonorum, per defunctum possessorum.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Bonorum.
Lunæ 1. *Iulij* 1665.

LIV. Disputando articulum, quando statutum Bononiæ, de duabus conformibus, habeat locum, in Iudicio Saluiani firmatur, quod diuidens sibi non præiudicet in hypotheca, & quod consensus non extenditur, de casu ad casum in præiudicium consentientis.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Fideicommissi de Peppulis.
Mercurij 27. *Ianuarij* 1666.

LV. Confirmantur deducta, in alia decisione, quòd ex reseruatione Iurium contra tertios inducitur remissio fideicommissi inter diuidentes, & quando Capitula instrumenti discordant ab instrumento, potiùs statur Capitulis, quam instrumento.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Pilarum.
28. *Nouembris* 1661.

LVI. Societas, ex pacto, etiam, iurato, transire non potest ad hæredes, maximè quando fuit electa industria personæ, etiam si fuerit facta in contractu transactionis.

R. P. D. Bourlemont.
Foroliuien. Emphyteusis.
Veneris 1. *Iulij* 1668.

LVII. Destruuntur, in hac decisione, duæ aliæ in hac causa emanatæ, pro renouatione Emphyteusis, ad fauorem Matris, in concursu amitæ; ex quo comparuit fœmina vna, ex compræhensis, & ideò hic resoluitur; quòd, quando est aliquis ex compræhensis, non habet locum pactum renouandi, de tot in tot annis, & examinatur articulus, quando Emphyteusis sit temporalis, vel perpetua.

R. P. D. Bourlemont.
Rauennaten. Donationis.
Lunæ 7. *Februarij* 1661.

LVIII. Donatione facta patri, & filijs, non potest à patre retrodonari, in præiudicium filiorum, licèt absentium, ante acceptationem. Vbi, quòd donatio ex titulo lucratiuo facta ad fauorem absentis, non potest reuocari, ante acceptationem.

R. P. D. Bourlemont.
Reatina Castrorum.
Lunæ 21. *Iunij* 1666.

LIX. Sententia, in re, quæ patitur diuisionem, potest, pro parte, valere, &, pro parte, non valere, præcipuè quoad diuersas personas citatas, & quoad alias non citatas.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Census.
Lunæ 2. *Martij* 1665.

LX. Replicantur omnia motiua alterius Decisionis, quod Mulier obligari non possit sine interuentu promissionum, & sine causa, etiamsi contraheret cum Ecclesia, non intuitu pietatis, sed tamquam persona priuata.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Census, seu Fideicommissi.
Veneris 9. *Aprilis* 1666.

LXI. Dispositio, iuxta declarationem faciendam, quando dicatur perfecta, itaut subsistatur, etiam non facta declaratione reseruata.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Fideicommissi de Steccatis.
Veneris 10. *Februarij* 1662.

LXII. Renunciatio abdicatiua, facta ab ingrediente Religionem, non reuertitur, ex quo deficiant personæ, in ea contemplatæ; & compræhendit etiam bona fideicommissaria, maximè, si sit facta, ad fauorem compræhensorum in dicto fideicommisso.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Fideicommissi de Steccatis.
Lunæ 15. *Iunij* 1665.

LXIII. Renunciatio per quæuis verba, realitatem importantia, expirat, ex defectu personæ in ea contemplatæ, & numquam extenditur ad fideicommissum, in præiudicium vocatorum, & ipsius renunciantis.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Fideicommissi de Steccatis.
Veneris 4. Februarij 1667.

Argumentum LXIV. Magistraliter discutitur materia renunciationis, in alijs decisionibus tractata, quod, scilicet; Renunciatio concepta etiam, per viam donationis, &, clausulis amplissimis, toborata expiret, ex defectu personarum, in ea contemplatarum, & reuertatur ad renunciantem, vel ad Monasterium ex persona renunciantis.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Prætensæ Donationis.
Ven. 18. Martij 1661.

LXV. Donatio potest semper reuocari ante insinuationem, & censetur reuocata per retrodonationem donatarij, vel declarationem, quòd Donatio esset nulla, etiam in præiudicium successiuè, & ex propria persona, vocatorum.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Societatis de Rotignis.
31. Ianuarij 1661.

LXVI. Societate intimata correspsonsalibus, non possunt socij, nec societatem dissoluere, nec facere conuentiones inter se, non intimatis omnibus dictis correspsonsalibus, qui bona fide cōtinuarunt in negotio.

R. P. D. Calataind.
Bononien. Separationis Bonorum.
Lunæ 18. Martij 1669.

LXVII. Damna, & lucra prouenientia ex negotio continuato, de ordine restatoris, minuunt, & augent hereditatem, nec cadunt damno, aut lucro hæredis, nisi quatenus est hæres. Donatio facta à Patre vni ex filijs, non imputatur in legitimam d. filij debitam, præcipuè, si d. donatio habet onus fideicommissi. Ius detrahendi legitimam ex primogenitura, &c. transmittitur ad hæredes extraneos, & creditores.

R. P. D. Calataind.
Cesenaten. Dotis.
Lunæ 11. Februarij 1669.

LXVIII. Dos assignata à Patre filiæ, quæ renunciauit, succedit loco legitimæ, Ideo eius fructus debentur, à die constitutionis dictæ dotis, etiam soluto matrimonio, non expectata morte dotantis.

R. P. D. Calataind.
Brundusina Beneficij.
Lunæ 1. Iuly 1669.

LXIX. Docto, de existentia, & pertinentia Iurispatronatus, & de legitima præsentatione adiudicatur beneficium. Iuspatronatus gentilitium, mortuo vltimo de familia, fit hæreditarium. Donatio Iurispatronatus nulla, non abdicat ius à donante.

R. P. D. Calataind.
Romana Concordiæ.
Lunæ 25. Iunij 1668.

LXX. Donatio, seu tranlactio correspectiua, ex defectu adimplementi, Respicientis causam finalem; rescinditur, non obstante, quod sit contractus nominatus, maximè, si agatur ad rescissionem, per viam exceptionis, non actionis.

R. P. D. Calataind.
Romana Fideicommissi.
Lunæ 11. Februarij 1669.

LXXI. Maritus acquirens titulo oneroso, Emphyteusin, pro se, & vxore, si de suo soluat Laudemium, & capiat possessionem, ipse solus dicitur primus acquirens, & potest præiudicare dictæ vxori, præcipuè, si non probetur, quod illa acceptauerit re integra.

R. P. D. Calataiù.
Romana Fideicommissi.
Veneris 27. Martij 1669.

LXXII. Fideicommissarius probans existentiam fideicommissi, in suam vocationem, & identitatem bonorum immittitur in vim *l. fin. C. de Ed. Diu. Adr. toll.* Nomine descendentium venit fœmina, quæ non excluditur ob renunciationem resolutam, ex quo defecerint personæ contemplatæ. Hæres, qui alienauit, & non fecit inuentarium, censetur satisfactus de detractionibus.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Casalen. Prætensæ Nullitatis Contractus.
Mercurij 19. Iunij 1669.

LXXIII. Contractus locationis, & Emphyteusis non rescinditur vigore *l. 3. C. de rescind. vendit.* nisi clarè constat de læsione, vltrà dimidiam, quæ excluditur, ex pluribus hic enumeratis. Minor, præcipuè mercator, obligatur sine solemnitatibus, in acquisitione Emphyteusis, & in contractu locationis tantò magis, si acquirat ab Ecclesia, & contractus habeat iuramentum.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Licien. Saluiani.
Mercurij 19. Iunij 1669.

LXXIV. Ingrediens monasterium, si renunciat reseruata sibi aliqua portione, cum hoc, quod portio reseruata, non possit spectare ad monasterium, & superiores, licitè operatur, & dicta reseruatio intelligitur, quoad vsum, permittente superiore.

R. P. D. Bourlemont.
Licien. Saluiani.
Lunæ 23. Iunij 1670.

LXXV. Confirmatur prima decisio, in qua habetur valere renunciationem factam à Monaco, reseruata sibi annua prestatione, cum pacto, quod Monasterium, & superiores nihil prætendere possent, de portione reseruata.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Mediolanen. Bonorum.
Veneris 27. Aprilis 1668.

LXXVI. Bona alienata, pro detractionibus non veniunt in restitutione fideicommissi. Trebellianica, vt non detrahatur, ob substitutionem Piæ causæ, dicta substitutio debet esse in diem certum non conditionalis.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Mediolanen. Hæreditatis.
Veneris 13. Ianuarij 1668.

LXXVII. Caducato testamento, per præmorientiam Hæredis, corruunt omnia legata in eo contenta, & vsusfructus omnium bonorum alicui relictus.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Rauennaten. Bonorum.
Veneris 20. Maij 1667.

LXXVIII. Transactio maximè inter coniunctos, substinetur ex sola causa recessus à lite, &, hoc casu, contractus dici non potest læsiuus. Etsi facta fuerit à minore, absente tutore, sufficit, vt ad eam solemnizandam fuerit datus curator particularis.

Emi-

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Casalis.
27. Aprilis 1667.

Argumentum XCIV. Hæres grauatus transigens, super fideicommisso ligitioso, acquirit d. fideicommisso, non sibi; & huius occasione resoluitur, quod res oblata reuocabiliter, de fideicommisso, ad illud redire possit.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Census.
24. Maij 1660.

XCV. Maritus non potest confiteri censum à se emptum, spectare ad vxorem in præiudicium donationis prohibitę, maximè si deficiat insinuatio, quo casu talis confessio nec morte confirmatur.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Domus.
Lunæ 9. Aprilis 1660.

XCVI. Acquirens Emphyteusim, titulo oneroso, potest præiudicare vocatis. Et maritus, titulo lucratiuo, non potest acquirere ad fauorem vxoris. Acquisitum, nomine, alterius, requirit eius acceptionem præcisam, quando acquisitio habet aliquod onus annexum.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Domus.
Lunæ 26. Februarij 1663.

XCVII. In acquisitione onerosa facta à marito, nomine vxoris, alias nullum ei ius acquiritur, ex d. acquisitione.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Donationis.
13. Iunij 1661.

XCVIII. Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij, non potest retrodonari, ab vno ex coniugibus, cui facta fuit, in præiudicium alterius, & filiorum, etiamsi fit recepta pro se, & hæredibus.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Donationis.
13. Iunij 1661.

IC. Maritus, quando dicatur succedere vxori, in bonis iurisdictionalibus, ita vt dicatur *Baro*, & dominus dictorum bonorum; Vbi, etiam firmatur, quod promissio vendendi, cedendi (non est venditio) cessio, &c.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Fideicommissi de Donatis.
7. Iunij 1660.

C. Mulier instituta hæres, dummodo vidua permaneat, si nubat, tenetur restituere omnes fructus à principio. Nec impedit immissionem fideicommissario, ex prętensionibus, super bonis manti, quando non sunt liquidæ, & omni ex parte claræ.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Hæreditatis.
Mercurij 4. Iulij 1663.

CI. Fideicommissarius debet capere possessionem, de manu hæredis, & si nullus adiuerit hæreditatem, debet dari curator hæreditatis iacentis, qui citari debet in quolibet actu à fideicommissario.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Legitimæ.
Veneris 10. Iunij 1664.

CII. Retentio, pro legitima, vt impediat immissionem fideicommissario, debet esse clara, & indubitata. Et dicta legitima, quomodo augeatur, aut minuatur post mortem patris, aucta, vel diminuta hæreditate.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Saluiani.
Veneris 4. Februarij 1661.

CIII. Creditor posterior non potest petere immissionem, contra anteriorem immissum, in Saluiano, nisi probet satisfactionem totius crediti. Et huius occasione plura discutiuntur, de quibus in summario, maximè quod renunciatio fideicommissi prohibiti alienari, non substinetur, quoad commoditatem fructuum, in vita grauati renunciantis.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana, seu Florentina Transactionis.
4. Aprilis 1660.

CIIII. Magistraliter, discusso articulo, firmatur, transactionē initam, super validitate, & inualiditate professionis esse nullam, & simoniacam, & huius occasione, disputatur, quomodo liceat super re spirituali, recepta pecunia transigere ad redimendas vexationes.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Terracinen. Cappellæ.
Mercurij 15. Iunij 1661.

CV. Testatore, pòst plures substitutiones ordinatæ erectionem Cappellæ, d. erectio fieri debet etiamsi non purificentur omnes substitutiones, purificata ea, sub qua ordinatur erectio.

Bo: Me: Emerix.
Ariminen. Pensionis.
Mercurij 10. Maij 1660.

CVI. Pensionarius, agens, in petitorio, pro pensione reseruata, super Beneficio pleno, debet probare, vltra valorem, solutionem omnium terminorum, in vita reseruantis: quæ non probantur à narratiua titularis, de constitutione d. pensionis.

Bo: Me: Emerix.
Ariminen. Successionis.
Veneris 1. Februarij 1664.

CVII. Renunciatio emanata, ob falsam causam, & ob errorem, est adeò nulla, vt non impediat, renunciantis, succedenti, ab intestato, immissionem, ex interdicto quorum bonorum.

Bo: Me: Emerix.
Ariminen. Successionis.
Lunæ 23. Iunij 1664.

CVIII. Renuncians, ex pluribus causis, non potest impugnare renunciationem, quando vna ex dictis causis, est vera, licèt de alijs non appareat.

Bo: Me: Emerix.
Ariminen. Successionis.
Lunæ 23. Iunij 1664.

CIX. Renunciatio, vt reuocetur, tanquam erronea, & ex falsa causa, debet error probari, quando verò sunt plures causæ, æquè principales, sufficit, vt vna verificetur.

R. P. D. Varesio.
Ariminen. Successionis.
Veneris 9. Decembris 1667.

CX. Mater, renunciando præiudicat filijs, etiam venientibus ex propria persona, quando renunciatio fit a matre recepta dote, & deducuntur iura filiorum.

Bo: Me: Emerix.
Bononien. Liquidationis Pretij.
Sabbati 27. Ianuarij 1666.

CXI. Euictio, licèt non detur pro legato speciei; hoc, tamen, non procedit quando legatum est correspectiuum, & in compensationem.

Bo: Me:

R. P. D.

R. P. D. Ottalora.
Bononien. Bonorum, seu Successionis de Sighicellis.
Veneris 2. Maij 1664.

CXXVIII. In corroborationem decisionis superioris, discutitur, quando ob petitionem, & exactionem crediti proprij, dicatur repudiata hæreditas, & quid operetur renunciatio translatiua.

R. P. D. Ottalora.
Fauentina Successionis.
Lunæ 5. Aprilis 1666.

CXXIX. Bona prouenientia à patre, non sunt conferenda, si sint donata vni filio, titulo primogenituræ, & non constet de intentione patris, quod voluerit conferre. Pactum futuræ successionis substinetur, quando paciscentes perseuerant vsque ad mortem.

R. P. D. Ottalora.
Fauentina Successionis.
Lunæ 7. Maij 1668.

CXXX. Bona prouenientia, vni ex filijs, aliter, quam ex iudicio patris, non sunt obnoxia collationi, inter fratres facienda. Imò bona donata, cum onere fideicommissi à patre, non imputantur in legitimam, nisi constet de voluntate Patris.

R. P. D. Ottalora.
Parmen. Pensionis.
Lunæ 5. Iunij 1665.

CXXXI. Postquam fuit firmatum pensionem non annullari, ex falsa narratiua, facta in curia expeditoris, deciditur; quod Ius regressus ad beneficium, competens pensionatio, competit etiam translatario pensionis.

R. P. D. Ottalora.
Rauennaten. Fideicommissi.
Veneris 6. Martij 1665.

CXXXII. Verba *d' herede in herede*, in fideicommissaria dispositione probata intelliguntur, de filijs, & descendentibus, cum qualitate hæreditaria, sanguinis, non bonorum. Ideo qui non esset hæres, posset succedere in hujusmodi fideicommisso.

R. P. D. Ottalora.
Rauennaten. Legitimæ.
Mercurij 23. 1666.

CXXXIII. Quamuis regulariter, per substitutionem pupillarem, excludatur mater à legitima, regula, tamen, non procedit, quando constat de contraria voluntate testatoris; At hoc casu legitima matris non est tertia totius hæreditatis filij, sed tertia tertiæ patris.

R. P. D. Ottalora.
Rauennaten. Legitimę.
Veneris 2. Martij 1668.

CXXXIV. Legitima calculatur iuxta valorem hæreditatis, de tempore mortis defuncti, non tempore petitionis, quando valor hæreditatis augetur ex industria hæredis; & valor hæreditatis ad hunc effectum, quomodo probetur.

R. P. D. Ottalora.
Romana Dotis.
Veneris 12. Februarij 1666.

CXXXV. Pater tenetur congruam Dotem assignare filiæ, etiam diuiti, nuberti viro sibi æquali, sine eius consensu. Nec in tali dote, imputantur legata relicta, ab extraneis.

R. P. D. Ottalora.
Romana Fideicommissi.
Veneris 2. Decembris 1667.

CXXXVI. In confirmatione alterius decisionis firmatur, acquisitionem Emphyteusis titulo oneroso, factam à marito, pro se, & vxore; nullum ius dare d. vxori in casu, quo maritus soluerit pecunias de proprio, tanto magis, nisi doceatur de acceptatione vxoris.

R. P. D. Ottalora.
Bononien. Fideicommissi de Ferratinis.
Veneris 14. Ianuarij 1667.

CXXXVII. Substitutio post mortem duorum sine filijs, quomodo non resoluatur in singularitates, itavt, vno mortuo, sine filijs, substitutus admittatur ad eius portionem, non expectata morte, sine filijs alterius.

R. P. D. Ottalora.
Romana Legati.
Lunæ 22. Martij 1666.

CXXXVIII. Pater non habet vsumfructum legati relicti eius filiæ, quando eidem patri, ex eodem testamento acquiritur aliud relictum. Hæc conclusio latissimè firmatur, & respondetur omnibus contrarijs.

R. P. D. Priolo.
Ariminen. Donationis.
Lunæ 24. Maij 1660.

CXXXIX. Renunciatio facta ab ingressuro Religionem, non reuocatur, nisi ex causa recessus ad sæculum. Nec requirit solemnitates statutarias, præcipuè, si sit ad fauorem personæ coniunctæ.

R. P. D. Priolo.
Astoricen. Census.
1. Iulij 1661.

CXL. Capitulum Ecclesiæ non potest imponere Censum, super eius bonis, sine causa vtilitatis, & necessitatis, quæ vtilitas non consideratur, respectu singulorum, de Capitulo, sed respectu totius Ecclesiæ. Et vltra vtilitatem requiritur Beneplacitum Apostolicũ, quod hodie, non præsumitur, nisi post 100. annos.

R. P. D. Priolo.
Bononien. Fideicommissi de Monterentijs.
Mercurij 22. Iunij 1661.

CXLI. Renunciatio fideicommissi conditionalis, licèt induci possit, ex diuisione, hoc tamen, habere locum non potest, quando diuisio est facta à procuratore, non habente mandatum speciale renunciandi. Nec præiudicat principali approbatio diuisionis, nisi constito, quod habuerit notitiam renunciationis fideicommissi.

R. P. D. Priolo.
Carpentoraten. Hæreditatis.
Lunæ 27. Februarij 1662.

CXLII. Licèt Libertas contrahendi impediri, aut restringi nequeat, potest tamen, quis inuitari ad certas nuptias, sub spe lucri acquirendi; Nec valet dispensatio nubendi contra præceptum testatoris, nisi narretur substitutio facta, in casu contrauentionis.

R. P. D. Priolo.
Romana Successionis.
28. Iunij 1660.

CXLIII. Renunciatio inita, per pactum de non petendo, facta ab ea, quæ capit dotem, dicitur generalis, & comprehendit ius proueniens vigore *l. fæmina de secund. Nupt.*

R. P. D. Priolo.
Rauennaten. Legitimę.
Lunæ 28. Nouembris 1667.

CXLIV. Matris legitima, quę est tertia pars hæreditatis filij, deducto ære alieno, non minuitur per legatum ei relictum, nisi constet de acceptatione in imputationem legitimæ, & de voluntate defuncti necessariò inducente imputationem.

R. P. D.

dendam donationem; & dicta alimenta taxantur arbitrio Iudicis.

R. P. D. Vicecomite.
Romana, seu Ianuen. Hæreditatis.
Luna 23. Iunij 1670.

CXCVI. Firmato, quod statutum, de successione requirat copulatiuè subiectionem personarum, & bonorum,tam succedere prætendentium, quam eorum, de quorum Hæreditate agitur, resoluitur super re clarà, & parum dubia, non posse neque transigi, neque compromitti, præcipuè à muliere, & per consequens posse impugnari laudum, super compromisso emanatum.

R. P. D. Vicecomite.
Anconitana Dotis.
Luna 8. Aprilis 1669.

CXCVII. Contractus obligationis mulieris sine solemnitatibus statuti confirmatur Iuramento, maximè, si accedat iusta causa obligandi, & mulier habeat releuationem; Et quando obligatio Cameralis vulneratur, per sententiam contrariam clarissimè dilucidatur.

Bo: Me: Cardinali Vicecomite.
Eugubina Donationis.
Mercurij 7. Iunij 1662.

CXCVIII. Clausula constituti posita in donatione omnium bonorum dat associationem donatario super bonis donatis, sed bona reseruata donanti ad testandum non facto testamento cedunt commodo venientium ab intestato.

Bo: Me: Cardinali Vicecomite.
Firmana Fideicommissi.
Luna 16. Aprilis 1663.

CXCIX. Interdictum adipiscendæ, quod non competit ei, qui ex facto proprio cecidit à possessione,competere potest eidem ex titulo superuenienti,& ex quo ignorabat se posse possidere; fideicommissum reale, & perpetuum etiam cum reciproca lineali, quomodo inducatur ex ordine succedendi de hærede in hæredem.

R. P. D. Taya.
Romana Hæreditatis de Lanuuijs.
Veneris 20. Aprilis 1668.

CC. Reuocata superiori decisione, in ordine 161. latè firmatur, renunciationem factam à muliere ingredięte religionem expirare defectis personis, in ea contemplatis, & succedere monasterium, non obstantibus pluribus quibus in decisione satisfit, & optimè materia examinatur.

R.P.D. Benilaqua.
Romana Fideicommissi de Roncompagnis.
Mercurij 22. Martij 1662.

CCI. Præmissa Conclusione, quod fideicommissum possit fieri in contractu; Ponderantur plures coniecturæ inducentes fideicommissum absolutum, perpetuum, & reciprocum, ad fauorem omnium, ita vt grauatus non possit, ad fauorem vnius ex pluribus vocatis disponere.

Bo: Me: Verospio.
Romana Fideicommissi.
Mercurij 28. Nouembris 1663.

CCII. Donatio facta Patri accipienti pro se, & filijs acquiritur filijs non ex propria persona,sed vti patris hæredibus; & impugnantur coniecturæ in contrarium ponderatæ.

Reuerendiss. D. Ninot Episcopo Gerunden.
Romana Hæreditatis.
Luna 9. Aprilis 1663.

CCIII. Vltra ea, quæ latius apparent ex summario, in hac decisione firmatur, quod facultas disponendi in vita de re donata, vel reuocadi donationem, non potest exerceri in vltima voluntate per testamentum.

R.P.D. Ottalora.
Parmen. Pensionis.
Luna 15. Februarij 1666.

CCIV. Firmato, quod error Expeditoris non præiudicat in falsa narratiua valoris, facta in supplicatione contra mandatum procuræ, resoluitur, quod Regressus ad Beneficium reseruatus, à resignante cum pensione, iuuat, & habet locum, ad fauorem translatarij pensionis reseruatæ.

Eminentiss. D. Cardinali Cerro.
Romana Prætensi Fideicommissi de Breinis.
7. Februarij 1667.

CCV. Textualiter, in hac decisione, firmatur, quod dispositio concepta his verbis, *la mia heredità vada agl' infrascritti miei parenti*, euanescit casu, quo inscriptus in dispositione nulli nominentur.

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Perusina Erectionis Canonicatus.
1665.

CCVI. Facultas declarandi voluntatem defuncti,secretò data alicui; quando possit exerceri ab eo, cui fuit data solum in vltima voluntate; Declaratio semel facta, quo casu, possit variari; & quomodo sit facienda declaratio; & quid contrà voluntatem dantis facultatem.

R. P. D. Benilaqua.
Romana Annuæ Præstationis.
4. Iulij 1663.

CCVII. Captatoria non dispositio, quando committitur hæredi facere,vel non facere aliqua legata, dum aliundè constat de voluntate determinata disponentis,& de obligatione hæredis legandi,qui hæres postquam nominauit legatarios, non potest recedere, alios nominando; & tandem quando ob turpem amorem, valeat donatio.

Bo: Me: Emerix.
Bononien. Legati, seu Dotium.
Veneris 16. Iunij 1662.

CCVIII. Pro legatis claris,datur via executina;& legata debentur in bonis testatoris, etiamsi hæres eadem obliget creditoribus negocij continuati post mortem d. testatoris.

R.P.D. Taya.
Bononien. Fideicommissi de Blanconis.
1. Aprilis 1661.

CCIX. Fæmina proximior, quando excludat masculum remotiorem, in successione Fideicommissi, & in quibus casibus attendatur proximitas testatoris, vel grauati.

Bo: Me: Emerix.
Romana Saluiani.
Luna 31. Ianuarij 1667.

CCX. Obligatio generalis non extenditur ad prohibita alienari, & obligari, maximè si testator imponat pœnam alienanti, & obliganti.

Bo: Me: Verospio.
Bononien. Fideicommissi de Bonfilijs.
Mercurij 24. Ianuarij 1663.

CCXI. Transactio facta à grauato præiudicat successoribus, & substinetur,ex quauis causa dubitandi, & lite mota,vel mouenda,nec rescinditur per instrumenta, & iura de nouo reperta.

Emi-

Eminentiss. D. Cardinali Carpineo.
Interamnen. Fideicommissi.
Merc. 1. *Februarij* 1668.

CCXXVII. Positus in conditione, licet ex statuto dicatur vocatus, vocatio, tamen, restringitur ad portionem patris, non patrui, non obstantibus pluribus Coniecturis.

Reuerendiss. D. Albergato Decano.
Auenionen. Fideicommissi.
Luna 17. *Nouembris* 1670.

CCXXIIX. Magistraliter Medico-legalibus quæstionibus disputatur, in quo consistat Phrænesis, quæ non admittat dilucida interualla, ita vt annullet testamentum à Phrænetico conditum, & resoluitur dispositionem valere, quando non probatur delirium in actu testandi; & ex quibus Phrænesis excludatur in Ægroto.

R.P.D. Priolo.
Bononien. Inuestiturarum.
Veneris 12. *Decembris* 1670.

CCXXIX. Ecclesia non tenetur renouare inuestituram, & sine solemnitatibus, maximè, si non constat clarè de descendentia ab inuestito, & de legitimitate prætendentis renouationem.

Reuerendiss D. Albergato Decano.
Romana Testamenti.
Mercurij 10. *Decembris* 1670.

CCXXX. Defenditur, in hac decisione, testamentum mulieris cecitate laborantis, à tribus exceptionibus, quod deficeret nominatione hæredis, ore proprio testatricis; quod notarius rogatus non esset notarius, & quod testamentum fuerat factum dolosis suggestionibus, & hæc tria obiecta doctè, & clarissimè expugnantur.



RECEN-